B *translate (imagines v. sub A); -unt*: **1** *quae facile cognoscuntur, intelleguntur*: **a** *pro subi. est subst. vel pron.* (*accedunt adi. praedicativa* LVCR., ARATOR): LVCR. 5,614 nec ratio solis simplex ⟨et⟩ recta -it, quo pacto *eqs.* (VLT. SYLL. gramm. IV 235,33). VERG. Aen. 2,309 tum ... manifesta fides, Danaumque -unt insidiae (HEGES. 1,40,13 p. 93,18 Antipatri). SEN. dial. 10,10,3 vitia ... retractando -unt. PLIN. nat. 6,101 certa notitia -ente. VAL. FL. 3,217 vos prodite, divae, Eumenidum noctisque globos vatique -at armorum fragor *eqs.* SIL. 15,609 vera (LICENT. carm. ad Aug. 152 sic nobis verum ratione -at. *cf.* veritas: RVFIN. Clement. 1, 6, 5 AVG. in psalm. 37, 11 l. 30 PETR. CHRYS. serm. 59, 8). TERT. pall. 2, 5 ab Assyriis ... aevi historiae -unt *secundum scripta paganorum.* SOL. 27, 38 iter sideribus destinatur nec aliter cursus -it. CLAVD. DON. Aen. 5,345 p. 461,14 ut verborum -at integritas. AVG. serm. coll. Morin p. 105, 28 quantumlibet occultent: eruitur, -it, publicatur, in notitiam profertur. GREG. ILIB. in cant. 4, 9 F. *in parabolis* quaedam ... aperta et perspicua veritate -unt. BOETH. cons. 3, 11, 40 W. -uit tibi, quod ignorare te paulo ante dicebas. ENNOD. carm. 1, 6, 6 p. 521, 16 divinorum -unt secreta librorum (epist. 2, 1, 1 p. 38, 8 conscientiae). ARATOR act. 2, 1099 gerit illa ruina *tempestatis* (*act. 27, 18sqq.*), ne lateat quod Paulus erat sanctusque -at assertore mari. *al.* *inf. depon.* -i: VEN. FORT. carm. praef. 3 *optima tantum carmina edantur* nec tantum sit exprobrabile nesciri quod horreat, quam -i quod urat (*similia deponentia collegit e. g. Leo in indice ed. p. 397; minus probabiliter cogites de pass. coll. p. 702, 21*). **b** *pro subi. sunt structurae verbales*: AMBR. epist. Conc. Aquil. 1,2 quam necessarius ... conventus hic fuerit, rebus ipsis -it (PROSP. carm. de ingrat. 261). AVG. c. Parm. 3,4,23 p. 128, 3 nisi experimento verborum ... factorumque -ret ..., eos clausos habere oculos (*item acc. c. inf.*: MAR. VICTOR aleth. 1, 377 [partisc- *trad. contextu parum dilucido*]. PETR. CHRYS. serm. 169,5. *al.; cf. nom. c. inf. copula supplenda* [*vix addas l. 2 sq.*]: VEREC. in cant. 8, 5 l. 4 D. *Ionas* moriturus, nisi -ret caelesti dispensatione servatus). PETR. CHRYS. serm. 161, 5 ut, quare dominus discipulos suos admonuerit, iam -at. GREG. M. dial. 3,11,5 ut -ret omnibus, cuius viri corpus navis illa portaret. 3,30,3 ut cunctis -ret, quia de loco ... habitator exiret. *al.*

2 *quae praesto, prompta, permissa sunt* (*cf. e. g. p. 702, 42*): PLIN. epist. 2, 11, 7 -it ..., cum separaris a turba, contemplatio rerum, quae turba teguntur. IVVENC. 2, 523 pauperibus ... -it ... adventus gloria nostri (*Matth. 11, 5* pauperes euangelizantur). 2, 649 *credenti* genitoris dona -ent aeternamque dabit praesens constantia vitam. FILASTR. 132, 3 ut tanti sceleris cunctis ... -ret paenitentia. AVG. in psalm. 117, 11 ut afflictis vera salus dei -ret. COD. Theod. 16, 1, 4 conveniendi ... quibus iussimus -at arbitrium. 16,4,2 nulli ... aliquid deferendi -at occasio. *al.*

II *de eis, quae potius extenduntur* (*loca, regiones sim. praeter l. 45. 51; hucine p. 702, 51?*): LIV. 22, 4, 2 via ... interest perangusta, ... deinde paulo latior -it campus (32, 27, 6 crescentibus ... provinciis et latius -ente imperio. *translate*: TER. MAVR. 2602 exin tertia *divisio versus* latius -it [melius -it *trad., corr. sec. Mar. Victorin. gramm. VI 149, 26* l. patet]). TAC. Germ. 30, 1 civitates, in quas Germania -it (*item praepos. c. acc.*: hist. 2,81,2 *provinciarum* quantum ... introrsus in Pontum et Armenios -it. ann. 2, 61, 2 *imperium Romanum*, quod nunc Rubrum ad mare -it. IVVENC. 2,426 laetae segetes ruris per terga -unt). hist. 4,78,1 neque ... poterat -ere acies ... impedientibus tentoriis. PLIN. epist. 2, 17, 3 modo occurrentibus silvis via coartatur, modo latissimis pratis diffunditur et -it (*item accedit abl.*: 8,8,2 fons ... lato gremio -it. AVIEN. orb. terr. 168 Issicus inmodico donec sinus ore -at [*Dionys. periheg. 117 τείνεται*]). APVL. mund. 6 p. 301 hinc -unt finitima Rubri maris. AVIEN. Arat. 194 qua sideris ampla -unt terga. ora 147 magnus -it aequoris fusi sinus. orb. terr. 959 Paphlagonum sata longa -unt. SIDON. epist. 3,13,6 cum *nasus* sit amplus in foraminibus et strictus in spina, sic -it horrori quod angustatur olfactui. PRISC. periheg. 227 haec *terra* ... latis diffusa -it in arvis.

compos.: repatesco (*nisi est* repateo). *Kruse.*

patētus, -a, -um (*pro subst. l. 65, sc. masc. sec. gr. φοῖνιξ*), *πατητός.* *scribitur* -tit- ORIBAS., -tit- *vel* -tic- ALEX. TRALL. *nom. plur.* -oe CASS. FEL. (*ed.*, -on *trad.*). *genus palmae seu dactyli* (*ad rem cf. André, Lex. des termes de botan. 240*): PLIN. nat. 13,45 tertium ex his *fructibus palmarum* genus -ae *sunt.* CAEL. AVR. acut. 2, 18, 108 palmulas, quas -os vocant (2,37,203 chron. 4,8,126. CASS. FEL. 33 p. 70,2 admixtis p. calcatis, -oe a Graecis appellantur). ORIBAS. syn. 2 add. Aa p. 148,34 Mø. dactulis -is cum mala cydonia (6,22 add. Ab d. -us pinguissimus. ALEX. TRALL. 2,34 *bis* [*gr. 7, 5 p. 269 P. φοινίκων πατητῶν*]. 3,66 *ter, sine resp. gr.*).

patex *v.* pantex. **pathara** *v.* patera.

pathēticus, -a, -um, *παθητικός.* *scribitur* -tet- *in codd. medii aevi* QVINT. decl., CLAVD. DON. Aen. 11, 175 p. 432, 8. *litt. et formis gr.* CIC., QVINT. inst., DON., MACR. *sub 2; cf. nom. fem.* -e QVINT. decl., *neutr.* -on FORTVN. *p. 704, 9. 12.* [*confunditur cum* pat(h)icus FORTVN. *p. 704, 9.* SVLP. VICT. rhet. 6 p. 316, 6.]

1 *t. t. artis rhetoricae, i. q. ad animos commovendos vel ad affectus exprimendos aptus* (*neutr. pro subst. e. g. l. 4. 13*): **a** *illustratur doctrina*: CIC. orat. 128 duo sunt, quae ... eloquentiam faciant: quorum alterum est quod Graeci *ἠθικόν* vocant, ... alterum quod ... *-όν* nominant, quo perturbantur animi et concitantur. QVINT. inst. 5, 12, 9 probationes ..., quas *-άς* vocant, ductas ex adfectibus (*cf.* decl. 299,1 in hoc probativae duae, altera -e, altera pragmatice, id est adfectus et iuris quaestiones). FORTVN. rhet. 1, 11 *genera publica controversiarum* quinque: ethicum, -um (*var. l.* -on, paticum), *eqs. (v. Calboli Montefusco ad l.). ibid.* quod est -um genus? in quo motus est animi et vis quaedam et impetus mentis, ut sunt tragoediae. *ibid.* et -a ... et diaporetica *materia. ibid.* si persona vel res moralis sit, erit ethicon *genus*, si indigna et atrox, -on. CLAVD. DON. Aen. 11, 175 p. 432, 8 cum in -is brevis esse debeat sermo (*agitur de dolore Euandri*). SVLP. VICT. rhet. 6 p. 316, 6 *causa* aut ... ethica est ... aut -a, id est cum aliquo motu aut adfectu (p. 316,13 -a est c., cum personae eius, quae loquitur, repraesentandus adfectus est. p. 316,21 in -a celsius aliquid atque commotius proferendum est). MACR. Sat. 4, 2, 1 ut oratio -a aut ad indignationem aut ad misericordiam dirigatur (4, 2, 3). MART. CAP. 5, 473 fides ... tribus fit modis: conciliando, docendo, permovendo; illa prior ethica, sequens apodictica, tertia -a nominatur. 5, 503 -ae ... dictionis ... facultatem, cuius vis vel in communibus locis vel in epilogis maxime continetur. EMPOR. rhet. p. 562, 12 sq. (*distinguitur pathopoeia ab ethopoeia*). **b** *exempla varia*: DON. Ter. Andr. 301, 2 ne *-όν* fieret Philumenam spretam relinquere sine sponso. CLAVD. DON. Aen. 1, 70 p. 27, 4 expressit *dictionem* plenam -am (1, 95 p. 33, 3). 1, 130 p. 35, 23 obiurgationem, quae erit -a utpote commoti et irati. MACR. Sat. 4, 5, 7 -ae parabolae, in quibus miseratus est. 4,6,4 illud non vehementer -um est ...?

2 *t. t. artis grammaticae, i. q. passivus* (*sc. de verbis*): MACR. exc. gramm. V 627,10 *verba -á* dixerunt, quae in *μαι* desinentia significant passionem (*opp.* activum). 627, 14 nec *ἐνεργητικόν* nec *-όν eqs.* 627,22 nec *νοσῶ* et *ὀφθαλμιῶ*, quamvis verba sint passionis, dici *-á* possunt.

adv. **pathēticōs,** *παθητικῶς.* *scribitur* -te- *in var. l.* *i. q. modo pathetico* (*sc. usu rhet.*): QVINT. decl. 299, 2 in qua tractatione -os pro re publica indignandum.

adv. **pathēticē.** *i. q. modo pathetico* (*sc. usu rhet.*): MACR. Sat. 4, 5, 12 illud nimium -e (*affert Verg. Aen. 1, 294sqq.*). 4, 6, 10 utrumque (*sc. modum allocutionis*) Vergilius bene -e tractavit.

pathicus, -a, -um, *παθικός* (*quae vox apud Graecos non legi videtur, sed cf. Gloss.*^{L} *II Philox. MO 54* morbosus: *παθικός*). *de origine et notione v. l. 49.* *scribitur* -ti- *in titulis praeter 1c.* *superl.* -issimus MART. *sub 3.* [*e coni. vix recta* LVCIL. 680.]

i. qui stupra patitur, stupris se praebet (*de libro v. sub 3*): **1** *de maribus* (*sc. cinaedis; imprimis per convicium; pro subst. l. 52 sq.*): **a** *in versibus*: CATVLL. 16, 2 pedicabo ego vos et irrumabo, Aureli -e et cinaede Furi. 57, 2 improbis cinaedis, Mamurrae -oque Caesarique. 112, 2 Naso, multus es et -us. CE 45,2 (*Pompeis*) pedicatur qui leget, ... -us est qui praeterit. IVV. 2, 99 ille tenet speculum, -i gestamen Othonis (*huc spectat* GLOSS. V 655,18 -i id est cinaedi, a patiendo dicti [*schol. quoddam aetatis rec. confert Wessner, Gloss. I p. 386*]). 9, 130 numquam -us tibi derit amicus. **b** *in tesseris lusoriis* (*ad rem cf. Bücheler, Kl. Schriften III 245; Lamer, RE XIII 2027, 8sqq.*): CIL I^{2} 2401, 2 -e. IX 6089, 5 INSCR. Dessau 8625, 7. **c** *in glande* (*Perusina*): CIL XI 6721, 39 -e (*scriptum videtur* path.).

2 *de feminis* (*pro subst. l. 56 sq.*): PRIAP. 25, 3 sceptrum, quod -ae petunt puellae (48, 5 mens est -ae memor p.). 40, 4 hunc *penem* -ae summi numinis instar habent. 73, 1 obliquis quid me (*sc. Priapum*), -ae, spectatis ocellis? TITVLVS Mart. 6, 71 cod. L ancillam -am (pacti- *cod.*).

3 *transfertur ad libros obscena continentes*: MART. 12, 95, 1 Musseti -issimos libellos.

cf. Onom.

pathognōmicus, -a, -um, *παθογνωμικός* (*quod graece trad. e. g. Galen. XV 741 K., derivatur per haplologiam quandam a παθογνωμονικός* [*v. e. g. Ps. Galen. XIX 351 K.*]). *scribitur* -to- *l. 65 sq.* *t. t. med. i. q. ad cognitionem morborum pertinens*: Ps. SORAN. quaest. med. 18 quid est -a simeosis (*i. σημείωσις*)? -a simeosis est, per quam vitiorum fit consideratio vel comprehensio *eqs.* 23 cum in tres partes divisa sit medicinalis ratio ..., id est physiologicam, -am et therapeuticam *eqs.* (24 physicae artis p. medicinae sunt tres: physica, -a et therapeutica. 26. 28 in quot partes dividitur -a p. medicinae? in duo: id est semioticam ... et aetiologicam).

pathologia, -ae *f.*, *παθολογία* (*vox gr. alibi non inventa; sed cf. παθολογικός*). *scribitur fere* -to-, -ta- *in codd.* GLOSS.^{L} V Abba PA 108 -a: passionis ratio (*item* Corp. P 171 GLOSS. V 384, 47). GLOSS. IV 418, 23 -am: passionicam rationem (*var. l.* ratio passionis).

pathopoeia, -ae *f.*, *παθοποιία* (*vox gr. alibi non inventa*). *graece* *[Gatti]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

IVL. RVF. *t. t. rhetoricae, i. figura, qua motus animi suscitantur (ad rem cf. Lausberg, Handbuch der lit. Rhetorik § 821)*: IVL. RVF. rhet. 36 p. 47, 6 *-a*: hac *figura* vel odium vel iracundia vel misericordia commovetur. EMPOR. rhet. p. 562, 10 est ... praeter ethos et -a, qua imitamur adfectum *eqs.* p. 562, 21.

1. ⁎pathos (*plur.* -ē) *n.*, *πάθος*. *vox in sermonem latinum non omnino recepta haud raro litteris graecis scribitur, semper graece terminatur, sc. maxime formis nom. (acc.) sing. vel plur.; gen. sing. -ους l. 60, dat. sing. -ει pro abl. l. 25. varie depravatur in codd. medii aevi, e. g.* phatos SERV. auct. Aen. 3, 364 AVG. civ. 8, 17 p. 346, 20 D., patos HIER. in Matth. 5, 28, *sim. al. de notione v. sub 1a et 2 passim nec non l. 50 sqq., ceterum* GLOSS. V 317, 39 -s: morbum (348, 20. *al.*). GLOSS. Vatic. Reg. 203 ed. Merchie (Musée Belge 26, 1922) p. 265, 76 -s: affectus sive passio.

i. q. πάθος, passio: **1** *significatur perturbatio animi (etiam corporis l. 43; opp.* ethos *saepe)*: **a** *in sermone philosophico vel communi (tamquam vocem graecam explicant praeter* VARRONEM *et* CIC. Att.): VARRO Men. 177 (*antecedit* dolorem) quod philosophiā commalaxarem ea *-η* (*rest. Bücheler,* patrem *trad.*). CIC. fin. 3, 35 perturbationes animorum ..., quas Graeci *-η* appellant (Tusc. 4, 10. 4, 11. AVG. civ. 8, 17 p. 346, 20 D. *al., v. etiam p. 615, 25 sqq.*). *ibid.* poteram ego verbum ipsum (*sc. -η*) interpretans morbos appellare, sed non conveniret ad omnia ...; at illi dicunt *-ς* (Tusc. 3, 7. 3, 23 vocant ... *-ς*, id est morbum, quicumque est motus in animo turbidus. CENS. 14, 13). off. 2, 18 motus animi turbatos, quos Graeci *-η* nominant. Att. 12, 3, 1 obduretur hoc triduum, ut te quoque ponam in eodem *-ει* (*sc. in desiderio mei absentis*). HIER. in Matth. 5, 28 inter *-ς* et *προπάθειαν*, id est inter passionem et propassionem, hoc interest *eqs.* ([*v. p. 615, 35*]. AVG. civ. 8, 17 p. 346, 21 D. 9, 4 p. 371, 10 animi motibus, quae Graeci *-η*, nostri autem quidam ... perturbationes, quidam affectiones vel affectus, quidam ... de Graeco expressius passiones vocant).

b *in sermone gramm. vel rhet. (sc. respicitur affectus violentior, qui fere apud lectores, auditores movetur vel apud personas fabularum sim. fingitur; ad rem cf. Martin, Antike Rhetorik, 1974, 158 sqq.; aliter apud grammaticos sub 3)*: *a describuntur singuli auctores vel opera, vel explicantur loci*: VARRO frg. Char. gramm. p. 315, 5 B. *-η* (-e *trad.*) ... Trabea Atilius Caecilius facile moverunt ([*opp. ἤθη* ... servare]. SERV. auct. Aen. 9, 748 -s ex aetate movit. MACR. Sat. 4, 3, 1 -s misericordiae. 4, 5, 7. *al.*). DON. Ter. Andr. 131 a summo ad imum, ubi sunt dicta et facta, ubi est -s (*sim.* EVGRAPH. Ter. Andr. 129). SERV. Aen. 4 praef. *hic liber* est ... paene totus in affectione, licet in fine -s habeat, ubi abscessus Aeneae gignit dolorem. SERV. auct. Aen. 3, 317 *-ς* per comparationem virorum factum (8, 374 MACR. Sat. 4, 3, 16. *al.*). CLAVD. DON. Aen. 1, 90 p. 32, 7 cuiusmodi *Aeneas* animo atque corpore senserit -s, poeta describit. 1, 195 p. 45, 8 recens ... -s non poterat maerentium pectoribus semel eradi. MACR. Sat. 4, 2, 6 ut -s augeatur (4, 4, 19). 4, 4, 1 frequens apud illum *Vergilium* -s a causa. SCHOL. Hor. gloss. *Γ* sat. 2, 5, 100 cum quodam merore pronuntia propter -s. SCHOL. Stat. Theb. 3, 138 *-ς* doloris. 4, 380 -s ipsius *personae* tribus modis ostenditur: facto ..., habitu ..., dictu. *al.* *β cetera exemplа, sc. generalia quaedam*: QVINT. inst. 6, 2, 8 (*inde* PS. CASSIOD. rhet. 21 p. 503, 20 sq.) *affectuum* duae sunt species: alteram Graeci *-ς* vocant, quod nos vertentes ... adfectum dicimus, alteram *ἦθος eqs.* (6, 2, 20. *sim. vox graeca aliis verbis explicatur*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 78, 11 concitati animi motibus, quos Graeci *-η* dicunt. 159, 11 adfectionibus, quas Graeci *-η* appellant). 6, 2, 10 *ἦθος* perpetuum, *-ς* temporale esse (*cf.* IVL. VICT. rhet. 22 p. 439, 36 -s ... est repentina et temporalis animi incommoditas, ut ira *eqs.* PS. CASSIOD. rhet. 1 p. 501, 6). 6, 2, 12 *-ς* atque *ἦθος* esse interim ex eadem natura, ita ut illud maius sit, hoc minus, ut amor *-ς*, caritas *ἦθος*, interdum diversa inter se ...; nam quae *-ς* concitavit, *ἦθος* solet mitigare. CHAR. gramm. p. 311, 17 sqq. B. (*ex Romano*) quae *interiectiones* quamvis *-ους στάσιν* ⟨habeant⟩ nec *ἤθους*, invenimus tamen etiam apud *ethicos* ... mediocriter -s solere concire. MACR. Sat. 4, 4, 17 materia apud rhetoras -s movet (4, 5, 1 [*postea*: movendis affectibus]. 4, 6, 17. *et saepius apud eundem. cf.* 4, 6, 10 locus ad permovendum -s). 4, 6, 9 de similitudine passionis -s nascitur (4, 6, 16 amatorium ... -s. *al.*). RHET. min. p. 586, 7 partes circumstantiae sunt VII: quis, quid, quando ...; quid ... significat quattuor: factum, dictum, cogitatum, -s. *al.*

2 *in arte medica significatur affectio corporis aegri (aliter supra l. 43)*: SCRIB. LARG. praef. 8 febricitantibus vitiisque praecipitibus correptis, quae *ὀξέα -η* Graeci dicunt (PORPH. Hor. sat. 2, 3, 163 'morbo ... acuto': graece *ὀξὺ -ς*. PS. SORAN. quaest. med. 104 quid est oxy -s? acuta passio *eqs.*). PS. SORAN. quaest. med. 81 quid est -s? passio; est enim impedimentum naturalium officiorum *eqs.* 103 quid est -s? ... *passio* quae bene solvitur *eqs.*

3 *cetera exemplа, sc. in arte grammatica significatur*: **a** *mutatio qua forma sollemnis vocabuli afficitur (sc. syncope, correptio sim.)*: CHAR. gramm. p. 312, 4 B. (*ex Romano*) *'fufae' interiectio* numquid Aegyptium -s ducat? ... numquid ... posterior aetas f litteram addidit (*sc. interiectioni ὗ, ut vid.*) et pro y u loquens 'fu' loqui coepit ...? SERV. Aen. 1, 26 'repostum' ... syncope est ...; sed cum omnes sermones aut integri sint aut -s habeant, hi qui -s habent ita ut lecti sunt debent poni (*cf.* SERV. auct. Aen. 3, 364 'repostas' *-ς* pro 'repositas'). 11, 886 ('defendentum' *pro* 'defendentium') metri necessitate fit, et incipit iam -s esse, non declinatio. EXPLAN. in Don. gramm. IV 506, 4 quod ... 'fervĕre' corripuit Vergilius, -s est propter metrum, non natura. **b** *status patiendi, qui certis vocabulis, maxime verbis passivis, exprimitur*: CHAR. gramm. p. 213, 20 B. nullum ... *-ς* habet qui cernitur ab aliis sive videtur, amatur *eqs.* (*agitur de verbis habitivis*). MACR. exc. gramm. V 627, 38 haec *verba* (*sc. ἠλειψάμην, ἠσάμην, ἐλουσάμην*) ... licet *τῆς μέσης διαθέσεως* dicant, nihil tamen aliud significant nisi *-ς*.

2. pathos *v.* 1. patos.

patibilis, -e. *a* pati; *cf.* passibilis. [*confunditur cum* patibulum LACT. inst. 7, 20, 7 (*bis*), partibilis *ibid.* (*loco altero*).]

1 *sensu passivo, i. qui tolerari potest, tolerabilis (vix addas* SEN. dial. 9, 10, 1 *ubi Schultess* -ia *perperam restituit*): CIC. Tusc. 4, 51 -es et dolores et labores putandi *sunt.*

2 *sensu activo, i. qui pati potest (potius i. qui patitur, sc. cum respectu status, l. 27; apud* CIC. *sensum instrumentalem, i. quo quis patitur, agnovit Leumann, Adjektiva auf -lis, 1917, 114. 121; cum gen. obi. l. 36)*: CIC. nat. deor. 3, 29 cum ... omne animal -em naturam habeat. LACT. inst. 2, 8, 38 non ... deus ex materia, quia ... inpatibile de -i ... numquam potest oriri. 2, 9, 21 alterum, *sc. calor*, ... quasi masculinum elementum est, alterum, *sc. umor*, quasi femininum, alterum activum, alterum -e. 7, 20, 7 si est immortalis anima, quomodo -is inducitur ac poenae sentiens? ... si morti non est obnoxia, ne dolori quidem; -is igitur non est (7, 21, 2 -es ... deo *sunt* [*postea*: a solo deo tractabiles sunt]. *cf.* CHALC. comm. 261 -em partem rationabilis animae vitiosamque [*sim.* 297], *et* 262 -is habitus animae). CHALC. comm. 131 *genus daemonum* est -e nec immune a passionibus (*de eisdem* 135 *bis*). 268 ex qua, *sc. ὕλῃ*, est rerum universitas eademque -is natura (*item -is est materia*: 289 corpus cohaerens sine qualitate, -e totum et commutabile [*sim.* 293]. 308 silva [309. 315 infinitae sectionis -em s. *esse*]). FAVST. Aug. c. Faust. 20, 2 terram ... gignere -em Iesum.

neutr. pro subst. -e *l. 25.*

compos.: 1. impetibilis.

patibulātus, -a, -um. *a* patibulum. *i. q. patibulo affixus*: PLAVT. Most. 56 (*servus servum alloq.*) te forabunt -um per vias stimulis. APVL. met. 4, 10, 4 *latro in foramen* inmissa manu claustrum evellere gestiebat; sed ... *possessor domus* grandi ... clavo manum ... ad ostii tabulam offigit, et exitiabili nexu -um relinquens *eqs.* (-um *Scaliger; trad.* patibulum, *quod fort. recte defendunt Hijmans al., 1977, ad l. pro subst. accipientes* [*olim adi. intellegebatur, v.* 3. patibulus] *locumque sec. p. 708, 12 intellegentes*).

⁎patibulum, -ī *n.* (patibulus, -ī *m. infra l. 58*). [*iuxta* patēre *similiter, quod ad formam attinet, ac* latibulum *iuxta* latēre. *Sch.*] *de origine: a* patere *derivant* NON. *sub IIA 2.* PRISC. gramm. II 124, 13 patior vel pateo, -um. EVTYCH. gramm. V 454, 9. GLOSS. IV 419, 4 -um: res patens. *al.*; *a* pati PRISC. *v. supra.* ISID. orig. 5, 27, 33 crux vel -um, in quo homines adpensi cruciantur vel patiuntur. GLOSS.^{L} I Ansil. PA 772 -um est crux et loca poenarum in quibus cruciatus omnes patiuntur. *scribitur in codd. vetustioribus*: bati- *S* VVLG. num. 25, 4; puti- *Vat. 3321* GLOSS. IV 136, 43; patu- *Leid.* GLOSS. IV 418, 24; -vul- *O* VVLG. deut. 21, 22; -bol- *B* LACT. inst. 6, 17, 28. *C* HEGES. 5, 18, 3 *bis. al.* NOT. Tir. 63, 20. *de genere*: NON. p. 221, 13 -um genere neutro; masculino Licinus (*v. p. 707, 15*) ..., Plautus *eqs.* (*inepte citat* Carb. frg. 2, *v. p. 707, 6*). CHAR. gramm. p. 458, 18 B. (= EXC. Bob. gramm. I 554, 2) *inter neutra Latina affert. de prosodia*: patĭbŭlum *testatur* PRISC. gramm. II 124, 15, *sed producitur* -tīb- VEN. FORT. carm. 2, 6, 4. *de notione*: NON. p. 366, 12 -um est crux (GLOSS.^{L} II Abav. PA 72 -um *ἀρχαίως* c. [*de nota ἀρχ. v.* GLOSS. I p. 131]). CHAR. gramm. p. 458, 18 B. -um *ὁ σταυρός* (EXC. Bob. gramm. I 554, 2 GLOSS.; *cf. etiam p. 707, 39*). ISID. orig. 5, 27, 34 -um ... vulgo furca dicitur ...; -i minor poena quam crucis, nam -um adpensos statim exanimat *eqs.* GLOSS. IV 547, 1 -um: crucem vel stipites (*sim. al.*). *v. etiam l. 51. 53 p. 707, 68. 708, 14. 16. legitur in versibus apud* PLAVT., TITIN., PRVD., VEN. FORT., *in oratione soluta inde a* CATONE, CIC.

fere i. q. asser, palus (imprimis quo quis vel quid panditur, extenditur; paulo aliter sub IIA 2 et 3): **I** *usu sollemni significatur instrumentum supplicii; sc. strictius asser, cui puniendus brachiis extentis affigitur, v. e. g. p. 707, 6. 8; laxius talis asser palo recto coniunctus, e. g. p. 707, 32. 57; confunditur cum* furca *l. 66. accedunt pro syn.* crux *e. g. p. 707, 22. 24. 34 et saepe* (*in iunctura* -um crucis *sub A 1 b, A 2 b et hic illic sub B; distinguitur*

[Gatti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

e. g. l. 6. 15. 23), lignum *e. g. l. 34. 49* (*in iunctura* lignum -i *l. 51*), stipes *e. g. l. 36.* *ad rem v. Blümner, Röm. Privataltertümer, 295sq., Brecht, RE XVIII 4, 2167, 14sqq., Parente, Riv. Fil. Class. 107, 1979, 373sq. 377sq.*

A *proprie*: **1** *-o affigitur quilibet* (*maxime servi, scelerati, captivi sim.; martyres l. 26; latrones cum Christo crucifixi l. 18. 36. 43*): **a** *exempla varia*: PLAVT. Carb. frg. 2 -um ferat per urbem, deinde adfigat⟨ur⟩ cruci (*aliter l. 14*). Mil. 360 tibi esse pereundum extra portam dispessis manibus, -um quom habebis. CIC. Verr. II 4,90 tibi Marcelli statua pro -o in clientes Marcellorum fuit? SALL. hist. frg. 3,9 notissimus quisque ... -o eminens affigebatur (VAL. MAX. 9, 2, 3 truncum corpus -o adfixum. TAC. hist. 4, 3, 2 ann. 4, 72, 3 EDICT. imp. Constant. de accus. [CIL III 12043] 32. *al.*). LEX locat. Puteol. (Année Épigr. 1971 n. 88) 2, 9 si *privatus servum* in cruc(em) patibul(um) agere volet, redempt(or) asser(es) ... praeber(e) d(ebeto). 2, 10 pro oper(is) sing(ulis), quae patibul(um) ferunt ... HS IIII d(are) d(ebeto). CLOD. LIC. hist. 3 deligat ad -os; deligantur et circumferuntur, cruci defiguntur. SEN. dial. 6, 20, 3 video ... cruces ... aliter ab aliis fabricatas: ... alii brachia -o explicuerunt. 7, 19, 3. epist. 101, 12 -o pendēre districtum (ZENO 1, 16, 5 [1, 2, 11 L.] *latrones* cum eo *Christo* de -o dextra laevaque pendebant. VVLG. Esth. 16, 18 in -is. *al.*). frg. 124 extendendae per -um manus. TAC. ann. 1, 61, 4 quot -a captivis, quae scrobes *eqs.* 14, 33, 2 caedes, -a, ignes, cruces ... festinabant *Britanni* (*vergit ad B*). APVL. met. 6, 31, 1 -o suffigi ([*cf. 6, 31, 3* cruces]. 10, 12, 4. FIRM. math. 6, 31, 58 -o subfixus in crucem tollitur. IVST. 22, 7, 8 [*cf. 9* de summa cruce]. *al.*). 6, 32, 1 *puella sustinebit* -i cruciatum. TERT. anim. 33, 6 scelerum mercedem ...: -a et vivicomburia et culleos *eqs.* pudic. 22 p. 271, 24 puta *martyrem* in -o, iam corpore expanso. ARNOB. nat. 7, 39 p. 393, 3M. patremfamilias ... servum ... ex more multasse .i. -i poena (*eodem spectat* MACR. Sat. 1, 11, 3 verberatum -oque constrictum). LACT. inst. 4, 26, 34 qui -o suspenditur, ... conspicuus est omnibus (VVLG. num. 25, 4. ALC. AVIT. epist. 4 p. 32, 1 servili -o. *al.*). AVR. VICT. Caes. 41, 4 vetus teterrimumque supplicium -orum. HEGES. 5, 18, 3 ut iam locus -is deesset, -a corporibus (*cf. Ios. bell. Iud. 5, 451 τοῖς σταυροῖς ... σταυροί*). VVLG. deut. 21, 22 adpensus ... in -o ([*postea*: ligno]. Esth. 2, 23 GREG. TVR. Franc. 7, 46). PRVD. perist. 10, 641 crux illa nostra est, nos -um ascendimus. PAVL. NOL. epist. 31, 5 p. 273, 6 ne ... pro cruce domini -um latronis eligerent (*postea*: stipite latronis. *agitur de crucibus latronum cum Christi cruce a matre Constantini repertis, ut* SVLP. SEV. chron. 2, 34, 3 latronis -um). MACR. Sat. 1, 11, 5 instauraticius dictus est non a -o ... *ἀπὸ τοῦ σταυροῦ*, sed *eqs. al.* **b** *in iunctura* -um crucis: HEGES. 5, 18, 3 p. 337, 4 adfigentes ... -o c. quemcumque offenderant (*cf. Ios. bell. Iud. 5, 449 ἀνεσταυροῦντο, quod verbum sim. vertit* CASSIOD. Ios. antiq. 12, 256 c. -o figebantur). RVFIN. hist. 2, 25, 5 *Nero* Petrum ... c. -o condemnat (*gr. ἀνασκολοπισθῆναι*). MAX. TAVR. serm. 74, 2 M. *latro Christum* in c. -o confitetur.

2 *-o affixus est Christus* (*in praefiguratione l. 62 sq., in imagine l. 53. 55. 59, ceterum cf. B et IIB*): **a** *exempla varia selecta*: TERT. adv. Marc. 4, 42 p. 564, 13 pendentem in -o Christum Marcionis (ARNOB. nat. 1, 62 SALV. eccl. 2, 5. *al.*). p. 565, 10 nihil de -o detractum ([*antea*: ligno]. LACT. inst. 4, 26, 33. epit. 42, 1 [*sec. inst. 4, 19, 6* cruci]). LACT. inst. 4, 10, 3 ut filius dei ... -o figeretur (4, 30, 6 exsecrabili -o. *cf.* VEREC. in cant. 6, 9 D. -i ... in ligno). epit. 40, 9 suspenderunt -o atque adfixerunt (VEN. FORT. carm. 2, 6, 4). AMBR. fug. saec. 9, 57 adfixa sunt illi -o tuorum delictorum chirographa (*pro obi. est ipse Christus*: LEO M. serm. 65, 3 ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 23, 25. *v. etiam l. 51*). PAVLA Hier. epist. 46, 9, 1 euangelium de -o coruscaverat. CONC.^{S} I 5 p. 95, 27 -um et mors et passio (*gr. I 1, 7 p. 95, 10 σταυρός, cf. I 2 p. 58, 25 et alias vers.* crux). MAX. TAVR. serm. 37, 3 M. dominus in -o crucifixus. *al.* **b** *in iunctura* -um crucis: GAVDENT. serm. 20, 3 G. in c. -o ... sanguine baptizatur *Christus*. PRISCILL. tract. 4, 79 p. 60, 5 *Christus* in -um gloriosae c. maledicta ... adfigens (AMBR. patr. 2, 9 carnem domini. VEREC. in cant. 6, 2 l. 35 D. *dominum. al.*). AMBR. Abr. 1, 5, 40 *vitulus* c. -um non recusavit (*in praefiguratione ut*: 1, 8, 72 ligna Isaac sibi vexit, Christus sibi -um portavit c. 1, 8, 78 virgultum illud -um c. AVG. in psalm. 87, 9). PS. AVG. hypomn. 5, 1 l. 42 suum corpus ... in -o c. suspendi (EPIPHAN. in cant. 218 C.-G.). *al.*

B *metonymice ponitur fere pro dolore, tormento sim. vel poena crucifixi* (*respicitur crucifixio Christi praeter* HIER., GREG. TVR. [*v. etiam l. 21 supra*]; *cf.* GLOSS.^{L} V Abba PA 129 -um: crucis passio): TERT. adv. Marc. 2, 27 p. 373, 8 *res* tolerabiliores ... Iudaicis contumeliis et -is et sepulcris (*nisi ad A 2 a*). HIER. in Gal. 3, 14 p. 362^{B} dignum facinus -o. EVAGR. alterc. p. 25, 13 si -um mortis huius sustinuit et in cruce pependit (CASSIOD. inst. 2 concl. 5 crucis ... -um). EVCHER. instr. 1 p. 81, 7 -um subisse (ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 24, 24 subeundi hora -i. SACR. Greg. 76, 2 [324 D.] crucis -um [*nisi ad A2*]). AVELL. p. 509, 25 post -um crucis (VEREC. in cant. 6, 3 l. 11 D.). GREG. TVR. Franc. 3, 15 p. 115, 15 -um condemnari (6, 8 p. 278, 13 -o. Iul. 16. *cf. p. 707, 43 nec non* Franc. 7, 47 p. 367, 18 servum ... -o damnaverunt. Mart. 3, 53 -o diiudicatur). *al.*

II *usus peculiares*: **A** *-a vocantur varia*: **1** *instrumentum quoddam in vitis cultura adhibitum* (*de modo -i adhibendi dubitatur: apud* PLIN. *significatur palus, stipes sim., quo palmites aliquo modo ducuntur; sic etiam locos* CATONIS *explicat White, Farm Equipment, 1975, 22, sed machinam, qua prela extolluntur, intellegit Hörle, Catos Hausbücher, 1929, 213sq.; v. etiam Serbat, Dérivés nominaux, 1975, 55sq.*): CATO agr. 26 vindemia facta, vasa torcula ..., -a, fibulas iubeto suo quidquid loco condi (*sim.* 68 orbes ..., scalas, -a ... reponito). PLIN. nat. 17, 212 Novariensis agricola, traducum turba non contentus nec copia ramorum, inpositis ... -is palmites circumvolvit. **2** *ostii sera, repagula*: TITIN. com. 31 si quisquam ... posticum nostrum pepulerit, -o hoc ei caput diffringam (*quae citans vocem definit* NON. p. 366, 15 -um: sera, qua ostia obcluduntur; quod hac remota valvae pateant). *addas fort. p. 706, 44.* **3** *pertica in gallinario posita*: GLOSS. V 130, 20 (= GLOSS.^{L} I Ansil. PA 772) dicitur et -um trames, id est pertica, in qua pulli dormientes adpensi sunt.

B *-a vocantur, quae aliquo modo similitudinem crucis Christi exhibent*: **1** *compages, in qua simulacrum formatur*: TERT. nat. 1, 12, 5 originem ... deis vestris de isto -o provenisse. apol. 12, 3 crucibus et stipitibus imponitis Christianos: ... in -o primum corpus dei vestri dedicatur. **2** *pars telae, sc. machinae textoriae*: POTAM. subst. 5 Migne suppl. 1, 204 ipso telae -o feminae, quasi in crucis ambitu, pendere tunicas discunt. *?* **3** *frons humana, vel pars frontis, ubi signum crucis in baptismo accipitur* (*nisi ipsum signum intellegas*): BACHIAR. repar. laps. 18 p. 1056^{C} (*respicitur II Esdr. 3, 6; inde* Ps. EPHR. paenit. p. 636) porta in Anathoth, quae interpretatur 'respondens signum', quod suspicamur esse frontis -um, ubi signum salutis nostrae ... accepimus (p. 1057^{A} [*inde* Ps. EPHR. *ibid.*]).

deriv.: patibulatus.

1. patibulus *v.* patibulum.

? **2. patibulus,** -a, -um. *a* patere (*cf.* patibulum). *i. q. patulus, amplus sim.* (*si recte legitur*): REGVLA mag. 7, 44 *homines via latiore, i. priore, pergentes* (*v. Matth. 7, 13*), quacumque eorum delectationes voluerint progredi, licentes et -os sibi praebeunt gressos (*var. l.* patulos).

[3. patibulus, -a, -um *olim falso restituebatur pro subst.* patibulum PLAVT. Carb. frg. 2 -us ferar ... affigar (*v. p. 707, 6*) *eodem sensu acceptum quo* patibulatus; *sim. olim intellegebatur* APVL. met. 4, 10, 4 -um, *ubi restituendum est* patibulatum, *q. v.*]

paticābulum, -ī *n.* *fort. a* patere (*paticare), *ut significetur locus patens, apertus* (*a πατεῖν derivat Nissen, Pompeianische Studien, 1877, 299, intellegens locum, ubi textilia sim. calcantur et lavantur, sc. a fullonibus; v. etiam Serbat, Dérivés nominaux, 1975, 83*): LEX colleg. aq. (CIL VI 10298) 3 in conlegio aquae intra -um.

? ***πατιχουρας*** PAP. Berol. 594, 3 (*a. 70–80*). *vox originis et significationis incertae*; *παστιχουρας* (*a* pastus *et* curare) *suspicari videtur Daris, Less. Lat. nel Greco d'Egitto, 1971, 89.*

1. paticus *v.* pathicus. **2. patīcus** *v.* patetus.

patidus, -a, -um. *a* patere. *apud* CHIRONEM *solum invenitur, qui* patulum *semel,* patens *quinquies adhibet.* *i. q. patens, patulus*: CHIRON 97 collirium ... -um vulnus facit, quantum volueris (*postea*: patens vulnus). 177 corpus earum *equarum,* id est verginalis, intumescit ..., -ior fiet propter corruptionem et fervorem ipsius morbi.

patiēns, patienter *v. sub* patior. *Gatti.*

***patientia,** -ae *f.* *a* pati (patiens; *item* CHAR. gramm. p. 59, 18 B. *a patiens* pluraliter patientia *τὰ ὑπομένοντα* et singulariter -a *ἡ ἀνεξικακία.* AVG. pat. 1, 1 a patiendo). *scribitur* -ci- SACR. Gelas. 329 (*cod. V saec. VIII*), pacienc- VVLG. Eph. 4, 2 (*cod. P saec. VIII*) *et saepe in cod. posterioribus; cf.* GRAMM. suppl. 299, 10 (*sim.* 301,2) per 't' litteram scribendum. NOT. Tir. 32, 51^{a}. *legitur semel apud* PLAVT. *et inde a* CIC. *per totam latinitatem, maxime apud* SEN. *phil.,* PS. QVINT., TERT., CYPR., AVG., *rarius in versibus, sc.* PVBLIL. *quater,* HOR. *bis,* LYGD. *semel,* OV. *novies,* AETNA *semel,* PHAEDR. *semel,* LVCAN. *quinquies,* SIL. *bis,* MART. *semel, al.; plur. non exstat nisi p. 710, 75.* [*confunditur in codd. maxime cum* paenitentia, *e. g.* SEN. epist. 24, 24 CYPR. epist. 26 p. 540, 3 (*e coni. dub.* TAC. Agr. 31, 4, *falso trad.* TERT. patient. 12 p. 19, 4. *cf. variationem versionum* ITALA II Tim. 2, 25 [Pelag. *ad l.*] -am paenitentiam [*gr. non nisi μετάνοιαν*]), sapientia *e. g.* PVBLIL. C 12 D 23 OV. rem. 521 (*restituitur* VAL. MAX. 9, 1, 8), impatientia SVET. Aug. 66, 3 *al.* (*falso trad. e. g.* PS. QVINT. decl. 8, 19 p. 170, 10), potentia *e. g.* OV. met. 5, 373 (*falso trad.* LENT. Cic. fam. 12, 15, 4. *al.*).]

I *usu originario i. q. facultas vel qualitas patientis, sc. patienter tolerantis, sustinentis sim., sive eius status* (*fere hominum [eorumque coetuum et partium, e. g. p. 710, 58. 713, 60], deorum, Christi p. 711, 48. 75. 712, 12. 713, 29, animalium p. 711, 37. 713, 22. 714, 11, rerum p. 709, 74. 711, 44. 713, 28. -a inducitur tamquam agens vel persona p. 710, 34. 70.* *[Stella]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

712, 29. 35, cf. p. 712, 42. GLOSS. *ὑπομονή. ἀνοχή. ἀνεξικακία* [*cf. p. 708, 56*]; *ad rem v. Spanneut, RAC IX 243sqq.*). *definitiones et differentiae sim.:* CIC. inv. 2, 163 (*inter partes fortitudinis*) -a est honestatis aut utilitatis causa rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpessio (*repetunt* AVG. divers. quaest. 31, 1 CASSIOD. in psalm. 70, 5). part. 77 quae venientibus malis obstat, fortitudo, quae quod iam adest tolerat et perfert, -a nominatur. LACT. inst. 5, 22, 3 -a est ... malorum quae aut inferuntur aut accidunt cum aequanimitate perlatio. 6, 18, 32 quae sustentatio sui, *qua quis laedentem persequi noluit,* recte -a vocatur. Ps. HIL. libell. 20 p. 92, 13 est ... -a omnium iniuriarum et passionum tolerantia et expectationum omnium sine praecipitatione sufferentia (CASSIOD. in psalm. 7 concl. laborum ac dolorum omnium spe futurarum rerum et amore domini grata t. ISID. diff. 1, 420 t. animi est, -a corporis). AVG. serm. 8, 8 -a est interiorem motum frenare. serm. 359A Rev. Bénéd. 49, 1937, 258 sive -a, sive sustinentia, sive tolerantia nominetur, pluribus vocabulis eandem rem significat. CASSIOD. in psalm. 9, 19 -a est inter anxias tribulationes saeculi usque ad finem mortis in timore domini gratiarum actio iugiter observata. *sim. al. in serie virtutum iuxta ponuntur imprimis* perseverantia CIC. inv. 2, 163 SEN. dial. 7, 25, 6, iustitia CIC. de orat. 1, 85 TERT. apol. 46, 2. ITALA I Tim. 6, 11 (cod. d *al.* = VVLG.). *al.,* fortitudo CIC. rep. 3, 40 fin. 2, 95 Tusc. 2, 32. *al.* SEN. dial. 7, 25, 6. *al.,* magnitudo animi CIC. fin. 2, 95 Tusc. 2, 53 phil. frg. V 67 *al.,* fides CIC. phil. frg. V 64 FIRM. err. 21, 6 CHROMAT. serm. 1, 6 L. *al.,* continentia PANEG. 9, 8, 2 HIL. trin. 1, 2 CIL VIII 7012 (*saec. IV med.*). *al., ceterum coniunguntur e. g.* obsequium CIC. Pis. 5 CVRT. 10, 3, 10, moderatio CIC. Phil. 10, 14 LIV. 6, 27, 1 (*distinguitur* QVINT. inst. 6, 4, 10), duritia CIC. de orat. 3, 62 TAC. ann. 6, 34, 2. VLP. dig. 48, 18, 1, 23 (*distinguitur* AVG. serm. 283, 5, 4 POMER. 3, 20, 1), lenitas BELL. Afr. 54, 2 (*cf.* lenitudo AMM. 22, 9, 16), abstinentia NEP. Ages. 7, 4 (*opp.* libidinis, ... luxuriae), tolerantia CYPR. patient. 16 p. 408, 21 *al.* (*cf. l. 10. 15*), longanimitas *vol. VII 2, 1621, 71sqq. et sim. al.; sacrae scripturae voces gr. ὑπομονή et μακροθυμία vertentes saepe variant inter* -a, longanimitas, tolerantia, sustinentia. *opponuntur* furor CIC. Catil. 1, 1 PVBLIL. F13 GILD. Brit. 9 chron. III p. 31, 11 *al.,* licentia TAC. hist. 4, 27, 3, impatientia TERT. patient. 5 p. 6, 16, festinatio CYPR. epist. 19, 1 *et sim. al.* (*cf. l. 25. 27. 28*). *titulos librorum testantur* CYPR. epist. 73, 26 libellum ... de bono -ae ... conscripsimus (*de eodem opere*: AVG. c. Pelag. 4, 8, 22 in epistula de -a [*item* 4, 9, 25]; *utrumque titulum exhibent codd. Cypr.*). DIOM. gramm. I 383, 8 M. Brutus de -a. *ceterum trad. titulus* de -a *superscriptionibus et subscriptionibus codd.* TERT. patient., ZENO 1, 6 (1, 4 L.), AVG. pat. (de bono -ae *var. l.*). *in versione nominis hebr. q. e.* Rebecca: HIER. epist. 36, 16, 6 nom. hebr. p. 9, 23 RVFIN. Orig. in gen. 10, 2 p. 95, 25. *et saepius.*

A *de -a potius eorum, qui fere fortiter, voluntarie, constanter sive sustinent mala, incommoda, res adversas sim. sive perseverant in laboribus, actionibus arduis, molestis sim.:* **1** *non indicantur quae tolerentur:* **a** *potius de qualitate, facultate, qua quis tolerat, sustinet* (*sc. saepe de constantia, firmitate sim.*): **α** *qualibet* (*exempla inde a* PVBLIL. *selecta*): PLAVT. Trin. 546 (*542 Suri,* genus quod patientissimumst hominum) sed Campans genus multo Surorum iam antidit -a. CIC. Cael. 14 nisi tot vitiorum *Catilinae* tanta immanitas ... -ae radicibus niteretur. Lig. 26 constantiam dico: nescio an melius -am possim dicere (*ibid.*: quem *virum* de suscepta causa ... nullum periculum possit depellere). Tusc. 3, 67 eorum -a, qui cum multa sint saepe perpessi, facilius ferunt quicquid accidit. Cato 10 *Q. Maximus* Hannibalem iuveniliter exultantem -a sua molliebat (*inde* HIER. epist. 105, 3, 2). PLANC. Cic. fam. 10, 11, 3 nec animo ... nec -ae cuiusquam pro vobis cedam. PVBLIL. C 12 cuivis dolori remedium est -a (sapientia *var. l.*). CAES. Gall. 6, 36, 2 *Ciceronis Caesarem exspectantis* -am paene obsessionem appellabant (*vergit ad C*). civ. 3, 47, 5 haec (*sc. inopiam frumenti*) singulari -a milites ferebant. HOR. carm. 1, 24, 19 levius fit -ā quidquid corrigere est nefas (*sc. mors amici*). OV. am. 3, 11, 1 multa *in amore* ... tuli; vitiis -a victast. rem. 521 *in amore dediscendo* posse pati facile est, ubi si -a (sap- *var. l., v. app. crit.*) desit, protinus ex facili gaudia ferre licet (*vergit ad C*). met. 9, 164 victa malis ... est -a *Herculis.* trist. 4, 6, 21 nec quaesita ... spatio -a longo est *ab exule.* LIV. 5, 6, 3 belli necessitatibus eam -am non adhibebimus, quam vel lusus ac voluptas, *e. g. venationis,* elicere solet? 24, 5, 11 intolerandis -ae humanae cruciatibus. PLIN. nat. 7, 87 -a corporis *a tortoribus vexati.* QVINT. inst. 5, 4, 1 aliis -a *tormentorum* facile mendacium faciat. Ps. QVINT. decl. 11, 8 p. 227, 21 levat ... omnem dolorem praeparata (-m *var. l.*) mentem composuisse -a. TAC. hist. 4, 60, 1 miseriarum -aeque documentum fuere *obsessi.* SVET. Iul. 68, 2 -a et pertinacia hostis. APVL. met. 4, 21, 2 *latronis* spiritu expugnato magis quam -a. TERT. anim. 28, 2 *Pythagoras* mortem simulat, subterraneo latitat, septennio illic -am damnat (septenni se i. -a *Gelenius*). EDICT. imp. Diocl. praef. 6 L. *cum* condicionem ... miserandam communis animorum -a temperaret. *al. de -a rerum:* AETNA 410 *lapis molaris ignem conceptum servat* tenaci ... fide: tanta (tutum *trad.*) est illi -a victo *flammis penetrantibus.* COLVM. 3, 2, 20 *vites quaedam* praestant ... -a, quippe turbines imbresque fortissime sustinent. ZENO 1, 6, 2 (1, 4, 4sq. L.) *non constaret ordo naturae,* nisi rerum disciplinam ... quasi quaedam sollicita mater -a custodiret; ... (5) *luna servit* opificis moderationi ... -ae disciplina; ... *mare saeviens* ius terrae cognoscens ... mira -a in se frangitur (*inest simul notio sub B illustrata*).

β strictius de virtute (*v. etiam definitiones -ae et enumerationes virtutum p. 709, 2. 18 allatas; locis quibusdam generalibus contineri etiam notiones sub B et C illustratas vix est quod moneamus*): Ⓘ *vario usu* (*exempla selecta*): CIC. inv. 2, 163 eius *fortitudinis* partes magnificentia, fidentia, -a, perseverantia (*cf.* SEN. epist. 67, 10 fortitudo, cuius -a et perpessio et tolerantia ramisunt). de orat. 3, 62 ab Antisthene, qui -am et duritiam in Socratico sermone ... adamarat, Cynici *orti sunt.* part. 81 -am duritia immanis *imitatur.* fin. 4, 31 *ut sapiens in tormentis* excitaret omnes rationes fortitudinis ac -ae. NEP. Alc. 11, 4 quorum *Lacedaemoniorum* moribus summa virtus in -a ponebatur (*postea*: duritiae. *cf.* QVINT. inst. 3, 7, 24 -a ac fortitudo *a Lacedaemoniis pluris aestimatae*). VAL. MAX. 3, 3 ext. 6 -ae meditatio *Indorum* (*ibid.* contemptu doloris). SEN. dial. 2, 15, 2 cum cogitastis, quantum putetis vos pati posse, sapientis -ae paulo ulteriorem terminum ponitis. 2, 18, 6 eorum exempla, quorum laudamus -am, ut Socratis. LVCAN. 9, 403 serpens, sitis ... dulcia virtuti; gaudet -a duris. APVL. Plat. 2, 20 p. 247 abstinentia atque -a (*contextu corrupto respicitur perfecte sapiens*). TERT. patient. 1 p. 1, 20 -ae sanitatem (*opp.* caloribus impatientiae). 1 p. 2, 10 omnem sapientiae ostentationem de -a praeferunt *philosophi.* CYPR. Demetr. 19 aput vos *gentiles* impatientia ... est, aput nos fortis et religiosa -a, quieta semper *eqs.* 20 immobilis virtus et numquam non laeta -a. patient. 2 si sapientia illic (*apud philosophos*) vera non est, esse non potest et vera -a; ... apparet illic non esse -am, ubi sit ... inverecunda iactantia. PANEG. 2, 9, 7 detrahit laudem -ae inopia (*opp.* labor sine necessitate). ZENO 1, 6, 1 (1, 4, 1 L.) omnes *virtutes* ... quasi quendam -ae deferuntur in portum. 1, 6, 8 (1, 4, 20) rerum omnium regina, -a. AVG. civ. 19, 4 p. 360, 9D. Cato ille -a an potius inpatientia se peremit? contin. 12, 26 p. 176, 1 non omnis, qui ... dolores tolerantissime patitur, habet eam virtutem, quae ... dei munus est et -a nuncupatur. *et saepe. per prosopopoeiam* (*exempla certiora, cf. l. 4. p. 712, 35*): HOR. epist. 1, 17, 25 quem *Diogenem* duplici panno -a velat. VAL. MAX. 3, 3 pr. fortitudo *capite priore illustrata* ... -am ... in medium procedere hortata est. CLAVD. 22, 105 (*inter deas*) durum -a corpus instruit, ut nulli cupias cessisse labori. Ⓘ *de -a martyrum christianorum* (*ad notionem constantiae sim. accedit etiam respectus indulgentiae, quem p. 712, 69 illustravimus; ceterum cf. e. g. p. 711, 2. 713, 47. 715, 36*): TERT. patient. 13 p. 20, 23 carnis -a in persecutionibus ... proeliatur. p. 21, 5 nulla plus illic *in martyrio* quam -a corporis. 14 p. 21, 12 his -ae viribus ... lapidatur Stephanus et veniam hostibus suis postulat. ITALA Luc. 21, 19 (cod. q *al., sim.* VVLG.; *21, 16* morte adficient ex vobis) in vestra -a adquiritis animas vestras (*cod. a* tolerantia, *cod. d* sufferentia; *gr. ὑπομονῇ, ut locis sequentibus*). Rom. 5, 3sq. (cod. d *al.* = VVLG.) gloriamur in tribulationibus scientes, quod tribulatio -am operatur, -a autem probationem *eqs.* (*Tert. scorp. 13* tolerantia. *cf.* Iac. 1, 3sq. [Aug. serm. 159, 8 *al., item fere* VVLG.] probatio fidei vestrae -am operatur, -a autem opus perfectum habet [*ad martyres refert Aug. ibid.*]). CYPR. domin. orat. 15 exhibere ... in morte -am, qua coronamur (*antea*: constantiam ..., fiduciam). LACT. inst. 5, 19, 22 defendenda ... religio est non occidendo, sed moriendo, non saevitia, sed -a. 6, 17, 7 corporum laceratione felix atque invicta -a sine ullo gemitu pertulit. AVG. civ. 18, 54 p. 343, 27D. usque ad mortem pro veritate certare non armata potentia, sed potentiore -a. *al.*

b *potius de statu quo quis tolerat, sustinet* (*pauca certiora, cetera v. sub a*): *α generatim:* CIC. fin. 1, 49 neque perpessio dolorum per se ipsa allicit nec -a nec assiduitas. off. 1, 122 *iuvenilis* aetas ... est exercenda ... in labore -aque et animi et corporis (BRVT. Cic. ad Brut. 3, 6 W. filius tuus ... mihi se probat industria, -a, l. *eqs.* CAES. civ. 3, 47, 5. l. et -a. HIRT. Gall. 8, 4, 1 militibus pro l. ac -a *praemia dedit.* SALL. rep. 1, 7, 5 VAL. MAX. 2, 6, 1. *al.*). CAES. Gall. 6, 24, 4 *Galli quidam* in eadem inopia egestate -a, qua Germani, permanent (*nisi ad II*). LAVD. Turiae 2, 21 not⟨a⟩re ... *inimici* crudelitatem ... -a. SEN. contr. 2, 2, 11 desiderium misera et crudeli -a perferam. VAL. MAX. 3, 3, 1 tormenta quantopere contemneret, mira -a ostendit *Mucius.* 8, 7 ext. 1 -a duratis auribus. CELS. 3, 21, 2 cum *curatio morbi* desideret famem, sitim, mille alia taedia longamque -am (*nisi ad II*). SEN. epist. 17, 6 -ae praemium *eorum, qui in obsidione famem tolerant.* LVCAN. 9, 880 *militum laborantium* dura suos -a questus exonerat (*item inducitur tamquam agens*: EDICT. imp. Diocl. praef. 13 L. necessitas tandem providere diu prolatam -am compulit). QVINT. inst. 6 prooem. 13 -a *filium lugentis.* Ps. QVINT. decl. 4, 19 p. 81, 14 asperam exigis -am *prohibens me morte.* MACR. Sat. 1, 10, 8 (*e Sab.*) quod qui suos dolores ... dissimulant perveniant -ae beneficio ad maximam voluptatem. NOVELL. Maior. 2, 2 1. 43 sub duro -ae gemitu. *al. plur.* -ae *de complurium actu constanter ferendi:*

[Stella]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

GILD. Brit. 9 chron. III p. 31, 11 quanti persecutorum ... furores, quantae e contrario sanctorum -ae fuere (*vix ad II*).

β speciatim de -a eorum: Ⓘ *qui aurem praebent, sua verba cohibent sim.* (*cf. l. 57. 61. p. 712, 27*): SEN. contr. 9, 2, 23 non -am suam, sed eloquentiam vendere (*respicitur Porcius Latro cuius discipuli eum audire quam ab eo audiri praeferebant*). QVINT. inst. 12, 8, 10 cum satis in audiendo -ae impenderit. PANEG. 2, 24, 3 imperator, exiguam sensibus tuis iniunge -am, *ut audias mala nostra* (*sim.* 5, 5, 3). ARNOB. 5, 33 p. 291, 18 M. a vobis, si modo commodare -am vultis, exquirimus (FIRM. err. 25, 1 aurium vestrarum). SVLP. VICT. rhet. 7 p. 316, 36 AVG. serm. 153, 1. MACR. Sat. 3, 10, 1 exclamat Euangelus diu se succubuisse -ae *eqs. al.* Ⓘⓘ *qui se a motu sim. abstinent, quiescunt*: Ps. QVINT. decl. 5, 19 p. 105, 2 ne ... catenarum strido obstreperet, *captivi* lassatos artus in sua tenuere -a. IVL. VAL. 3, 8 *Alexander* manu silentium quaerit et ab hoste *proelium instaurante* -am petit paulisperque patientibus in hunc modum loquitur: '...' (*nisi ad l. 3*). THEOD. PRISC. log. 80 oportet initium curae ex ieiuniis et -a inchoare (*item in curatione morbi*: 86 quietem et -am suademus. *inde, ni fallimur, cum gen. explicativo, sed notione sustinendi fere evanida*: 43 somni vel quiescendi -a procuranda est). Ⓘⓘⓘ *qui nullum sensum admittunt* (*respicitur ἀπάθεια sive corporis sive animi*): Ps. QVINT. decl. 2, 19 p. 37, 9 *simulatione* quidam cadaverum expressere pallorem et contra verbera, experimenta telorum mortium (*i. mortuorum*) pertulere -am. p. 38, 4 iaces et in cadaveris similitudinem usque resoluta es; hoc tu quietem putas esse? -a est. 8, 7 p. 157, 23 *vos, patres, aliter ac matres* erubescitis desideriis tamquam infirmitate et ... liberos vultis amare -a (*distinguitur* rigor *ut ibid.* p. 158, 6 [impat- *trad., corr. Håkanson*]). AMBR. in psalm. 37, 19, 2 *quidam* inveniuntur, cum vindicant, non moveri, sed summa -a celebrare vindictam, exercere tormenta. HIER. in Ezech. 24, 15–27 l. 1536 causas ... tantae -ae *eius, qui mortem uxoris non luget.*

2 *accedunt structurae indicantes quae tolerentur*: **a** *gen. obi.*: *a subst.: mala, incommoda sim.*: CIC. Verr. II 5, 34 cum in ... -a turpitudinis ... obduruisset. Catil. 1, 26 -am famis, frigoris, inopiae rerum omnium (*al. v. vol. VI 1, 1337, 17sq.*). leg. agr. 2, 64 paupertatis. Tusc. 2, 65 haec -a dolorum (SEN. epist. 23, 4 meditari d. -am. 66, 14 d. inflexibilem -am. MIN. FEL. 37, 5). phil. frg. V 67 -a laborum, mortis ... contemptio (LIV. 39, 40, 11 l. et periculi. SEN. contr. 1 praef. 14. CVRT. 10, 5, 27 nimia. COLVM. 6, 2, 7 [*boum ut* 6, 2, 10]. PLIN. nat. 34, 141 *Herculis.* TAC. Germ. 4 l. atque operum. *al.*). LIV. 21, 4, 6 caloris ac frigoris. 30, 28, 5 exercitum ... duratum omnium rerum -a. SEN. suas. 2, 5 militiae. VELL. 2, 41, 1 periculorum (2, 78, 2. SEN. dial. 9, 11, 8 [9]. *addas l. 36*). VAL. MAX. 6, 9, 14 repulsarum. SEN. epist. 24, 24 confirmabis animum vel ad mortis vel ad vitae -am. 66, 5 tormentorum (67, 5 fortis [*antea*: tolerantia]. VLP. dig. 48, 18, 1, 23). 91, 15 sortis. *al.* LVCAN. 9, 293 inculcata viris iusti -a Martis. PLIN. nat. 15, 130 *laurus* spadonina mira opacitatis -a. Ps. QVINT. decl. 4, 7 p. 68, 13 orbitatis (8, 1 p. 152, 1. 8, 14 p. 165, 1). TAC. ann. 2, 14, 3 nulla vulnerum -a. TERT. patient. 7 p. 11, 16 detriment⟨o-r⟩um. MAR. VICTORIN. in Phil. 2, 2–5 p. 1206^{D} -am humilitatis suscipiens *Christus incarnatus* (EVOD. fid. 21 MAX. TAVR. serm. 75, 2 M.). *al. bona, sed molesta, difficilia sim. (cf. l. 42)*: SEN. benef. 6, 24, 1 *infantes coguntur* ad salubrium rerum -am. dial. 9, 2, 10 otii sui ... aegra -a. ITALA Rom. 2, 7 (cod. e *al.* = VVLG.) secundum -am boni operis (*gr. ὑπομονήν, ut loco sequenti*). I Thess. 1, 3 (cod. d *al.*) memores operis fidei vestrae ... et -ae spei ([*Vulg.* sustinentiae]. AVG. in psalm. 118, serm. 12, 1 l. 40). IVST. 37, 2, 9 *Mithridates* corpus ad omnem virtutis -am duravit (*nisi gen. subi.*). *β gerund.* (*cf. e. g. p. 713, 25. 714, 27. 35sq.*): MELA 3, 27 nandi non -a tantum illis *Germanis,* studium etiam est. QVINT. inst. 11, 2, 8 in longissimis actionibus ... audiendi -a ... deficit (LACT. inst. 1, 1, 2 a. -am commodare. *aliter* QVINT. inst. 12, 9, 9 male a.). CYPR. epist. 74, 10 p. 807, 17 qui est ad discendi -am lenis. PANEG. 5, 12, 2 sustinendi (PELAG. in I Tim. 6, 11). LACT. inst. 3, 29, 16 virtus est perferendorum malorum fortis atque invicta -a. IVST. 12, 11, 9 moriendi. AMBR. off. 1, 7, 23 silendi. HEGES. 3, 24 p. 229, 9 tolerandi. AVG. in psalm. 56, 6 perseverandi. *al.*

b *praepos.* (*nisi quaedam cum verbis iungas; exempla potiora*): CIC. dom. 146 in carendo -am *expetendam esse* (*item c. abl.*: SEN. epist. 120, 10 non deesse ei in iis, quae toleranda erant, -am. TERT. patient. 7 p. 12, 12 in detrimentis. LVCIF. non parc. 33 l. 26 D. in adversis [VEREC. in cant. 6, 20 l. 33 D. in contemnendis a.]. *al.; cf. e. g. p. 712, 59. 714, 66*). PLIN. nat. 23, 37 minus roboris contraque labores -ae (AVG. in psalm. 93, 3 l. 4). TAC. Agr. 33, 2 -a ac labore paene adversus ipsam rerum naturam (TERT. patient. 13 p. 21, 8 AVG. in psalm. 93, 3 l. 51. *cf. 712, 14. 714, 51*). AVG. in psalm. 70, serm. 1, 11 quid te docuit *Christus* ... nisi -am inter insultantes? SVLP. SEV. dial. 1, 19, 1 *cum* perpetem polliceretur ad omnia vel extrema -am.

? **c** *inf.* (*pendens e locutione* -a est): CYPR. patient. 6 p. 402, 2 in Iudaeis ... tolerandis aequanimitas quanta *erat Christi* et quanta -a incredulos ad fidem suadendo flectere *eqs.* (*inf. exclamantis intellegit e. g. Moreschini post* -a *interpungens*).

B *de -a potius eorum, qui indulgenter permittunt actiones aliorum eorumque potentiae, iniuriis sim. non resistunt* (*tam de facultate quam de statu; quaedam non facile ab A seiungi possunt, cf. l. 36. p. 710, 8. 39; haud raro accedit gen. obi., sc. l. 61. 66. p. 713, 66. 714, 3. 17 et al.*): **1** *generatim*: **a** *de -a hominum* (*Veneris l. 12*): *α in bonam vel neutram partem* (*sc. respicitur magnanimitas, moderatio, indulgentia sim.; exempla inde a* LIV. *selecta*): Ⓘ *in quibuslibet condicionibus*: Ⓐ *usu communi*: CIC. leg. agr. 2, 19 *P. Rullus* temptavit ... -am vestram, cum se nobilem esse diceret. CAES. civ. 1, 32, 4 -am proponit suam, cum de exercitibus dimittendis ultro postulavisset *eqs.* OV. met. 5, 373 (*Venus queritur*) in caelo, quae (quoque *fere trad.*) iam -a (poten- *var. l.*) nostra est, spernimur. LIV. 6, 27, 1 singulari adversus collegam -a et moderatione insignis *Camillus.* PHAEDR. 4, 7, 3 parva libellum sustine -a. SEN. dial. 4, 12, 6 nos non advocabimus -am? (*sc. ne ira tranquillitatem animi impediat*). 5, 8, 6 lectae -ae cliens (*sc. assentator*). QVINT. inst. 6, 4, 10 altercator vitio iracundiae careat; ... melior *est* moderatio ac nonnumquam etiam -a. Ps. QVINT. decl. 4, 5 p. 66, 11 aequanimitate -ae. 4, 20 p. 82, 11 longissimas sollicitudines brevi recide -a, *qua mori me sinas.* TAC. ann. 6, 38, 3 -am libertatis alienae ostentans *Tiberius.* PLIN. epist. 6, 2, 8 cum primam religioni suae iudex -am debeat (*in definiendo tempore causae dicendae*). 10, 106 quantam soleres militum precibus -am humanitatemque praestare. ITALA Gal. 5, 22 (cod. d *al.*) fructus ... spiritus est ... -a (*gr. μακροθυμία, Vulg.* longanimitas). Eph. 4, 2 (cod. f *al.* = VVLG.) cum -a supportantes invicem in caritate (*gr. μακροθυμίας, cod. d* magnanimitate, *g* longanimitate). HERM. Pal. mand. 4, 2, 1 paucarum interrogationum mihi ... praesta -am (*aliter vulg. et gr.*). COD. Theod. 9, 36, 2 *si dilatio petitur,* dare adsensum debet -a cognitoris (*item pro agente inducitur*: CONC.^{S} I 2 p. 87, 30 [= I 3 p. 172, 14] *ut* illius temeritatem -a *nostra* vinceret [*gr. I 1, 3 p. 8, 24 μακροθυμίᾳ*]). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 72, 8 in reliquis (*sc. controversiis sim.*) tenendam -am ..., circa huiusmodi tamen quietem -amque *esse* proditionem fidei (*gr. I 1, 7 p. 72, 25 φιλοσοφεῖν ..., φιλοσοφίαν, I 5 p. 370, 12* philosophice agendum ..., sapientiae studium). CIL IX 3160, 3 propter morum gravem -am maximamque verecundiam. *al.* Ⓑ *per prosopopoeiam* (*sublucere simul notionem constantiae sim. [v. p. 710, 34] vix mireris; cf. l. 42*): INSCR. numm. imp. Hadr. II p. 381 n. 365 -a Augusti (*iuxta imaginem mulieris ut* CIL VIII 2728 [*saec. II med.*]). TERT. patient. 15 p. 23, 12 *dei* alumna ..., -a (*cuius antea describitur forma*). HERM. vulg. sim. 9, 15 *vocatur virgo* tertia Potestas, quarta -a (Pal. sim. 9, 15, 2 -a [*falso pro* poten- *?*], ... Magnanimitas, *gr. Δύναμις, ... Μακροθυμία*). PRVD. psych. 109 ecce modesta gravi stabat -a vultu (*113* hanc procul Ira tumens). *al.* Ⓒ *in appellatione honorifica* (*non nisi in epist. imperatorum; cf. l. 29*): OPTAT. app. 10 p. 215, 32 (*ad episcopos*) quae ... ⟨ut⟩ vestrae -ae palam fierent. EPIST. imp. Theod. et Valent. (CIL VI 1783) 28 *ut* -ae vestrae, *patres,* gratias agamus. CONC.^{S} IV 2 p. 103, 17 (*item* CASSIOD. hist. 2, 22, 9; *ad ecclesiam Nicomedensium*) meminit vestra -a (*syn.* caritatem; *gr. Theodoret. 1, 20, 5 ἀνεξικακία*).

Ⓘⓘ *in iniuriis accipiendis, sceleribus non persequendis* (*cf. maxime 2a*): Ⓐ *usu communi*: CIC. Verr. II 5, 74 o clementiam populi Romani seu potius -am miram ac singularem *a praesenti supplicio se continentis.* Catil. 1, 1 quo usque tandem abutere, Catilina, -a nostra? BELL. Afr. 54, 2 vellem ... homines suae petulantiae ... finem fecissent meaeque lenitatis, modestiae -aeque rationem habuissent. LIV. 1, 32, 4 temptari -am *regis* et temptatam contemni. 8, 4, 7 *Romanorum* temptastis -am negando militem. 25, 4, 5 nihil aliud a caede ... continuisse homines nisi -am magistratuum, quod cesserint ... audaciae paucorum. SEN. suas. 7, 3 si in alia damna corporis praestares -am, excepisses tamen linguam. VAL. MAX. 5, 9, 2 admirabilis in filio *impio* -a *Hortensi* extitit. SEN. clem. 1, 1, 3 contumacia, quae saepe tranquillissimis quoque pectoribus -am extorsit. 1, 8, 6 acceptarum *iniuriarum* -a (benef. 3, 12, 4. *al.*). dial. 2, 3, 2 res vulgaris et quae discitur ipsa iniuriarum assiduitate, -a (*opp. habitus sapientis omnino extra iniuriam constituti*). 2, 9, 4 sq. *ut sapiens* omnes iniurias in altum demittat -aque se ac magnitudine animi defendat; sic *athletae* ... vicerunt caedentium manus obstinata -a fatigando. 5, 23, 2 contumeliarum -a, ingens instrumentum ad tutelam regni. APVL. Plat. 2, 20 quam *contumeliam* ... -a firmiter toleret. LACT. ira 17, 8 (*distinguitur*: stupor ... insensibilis). COD. Theod. 7, 18, 14, 2 in his *desertoribus* -am tenemus. *al.* Ⓑ *vi quodammodo aucta apud Christianos* (*sc. sec. Luc. 6, 27sqq. et al.; cf. imprimis Skibbe, Die ethische Forderung der -a ... von Tert. bis Pelag., 1964*): TERT. adv. Marc. 4, 16 p. 468, 22 (*referuntur verba Marcionis*) novam plane -am docet Christus, etiam vicem iniuriae cohibens permissam a creatore ..., contra ipse alteram amplius maxillam offerri iubens. p. 470, 7 tantum -ae pondus ... non modo non remaledicendi sed etiam benedicendi. patient. 8 p. 14, 3 ⟨vi⟩de -ae voluptatem; nam

[Stella]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

omnis iniuria ... cum -am offenderit, eodem exitu dispungetur, quo telum ... in petra ... obtusum (p. 14, 14. *utroque loco trad.* voluntas. *cf. infra l. 51*). Scap. 2, 10 ex disciplina -ae divinae agere nos (*11* absit ... ut indigne feramus ea nos pati quae optamus, aut ultionem ... machinemur). Cypr. patient. 20 -a est ... quae iram temperat, quae linguam frenat, quae mentem gubernat, quae pacem custodit *eqs.* zel. 16 contra iram, contra iniuriam repugnasse corona -ae est. Ambr. fid. 3, 7, 52 principium *nostrae* -ae Christus, qui ... non remaledixit (*sec. I Petr. 2, 23*). in psalm. 118 serm. 10, 3, 1 -a ... humilitatis indicium est. *al.*

β in malam partem (*sc. respicitur ignavia, inertia sim.; cf. imprimis 2 a et c*): Planc. Cic. fam. 10, 23, 1 -a etiam alere bellum. Bell. Afr. 30, 2 despecta -a Caesaris exercitusque eius (*pugnam detrectantis ut ibid.* 35, 2). Sen. contr. 2, 7, 8 adeone iam ad omnem -am ⌞saeculi mos abiit⌟? (⌞⌟ *v. app. crit.*). Val. Max. 3, 2, 7 (*respicitur senex iniuriam hostis praeoccupans*) ⌞-ae⌟ dedecus ignorat virtus (⌞⌟ -a *cod. optimi*). Lvcan. 1, 361 lenta tuas, *Caesar*, tenuit -a vires (Sil. 11, 100 quam lenta tenet -a mentem *consulis*? ... nonne ... praecipites agis *legatos insolentes*?). Tac. ann. 4, 59, 3 qui *Seianus* nunc -am senis *Tiberii* et segnitiam iuvenis *Neronis* iuxta insultet. Plin. epist. 6, 20, 5 *matris sedentis in terrae tremore* -am ... corripit. Clavd. Don. Aen. 12, 230 p. 581, 24 qua mente quave infami -a sedeam in alieno certamine spectans periculum meum? *al.*

b *de -a animalium et rerum*: Bell. Afr. 72, 5 in consuetudinem equos -a bestiarum (*sc. elephantorum*) adduxerat. Sen. dial. 4, 16, 2 -am ... boum et equorum frenos sequentium (*opp. animalia iracunda*). epist. 41, 6 *leo* ad -am recipiendi ornamenti cogitur. Mart. 1, 104, 3 *in circo* tigres indulgent -am flagello. Veg. mulom. 2, 107, 2 cum coeperit ad -am revocari *iumentum insanum, medicamentum infundito* (*cf. Pelagon. 404* cum erit patiens). Salv. gub. 1, 41 *Israhel* officiosa undarum -a liberatur *ab Aegyptiis*.

c *de -a dei Iudaeorum et Christianorum* (*pauca selecta*): *α in universum* (*respicitur deus fere iudicium vel vindictam proferens*): Min. Fel. 34, 12 *infidelium* error augetur ... dei -a maxima, cuius quanto iudicium tardum, tanto magis iustum est. Tert. adv. Marc. 2, 17 p. 358, 11 sq. -a creatoris ..., illa -a, quae expectat paenitentiam. patient. 2 p. 2, 19 deum ... -ae exemplum ..., qui florem lucis huius super iustos et iniustos aequaliter spargit *eqs.* (*sec. Matth. 5, 45*). Itala Rom. 9, 22 (Hier. in Os. 1, 10 *al.* = Vvlg.) sustinuit in multa -a vasa irae (*gr. μακροθυμία*). I Petr. 3, 20 (Aug. epist. 164, 18 *al.* = Vvlg.) exspectabat dei -a in diebus Noe (*gr. μακροθυμία*). Cypr. patient. 4 p. 399, 17 praestitutum ... retributionis diem patienter exspectat, cumque habeat in potestate vindictam, mavult diu tenere -am, sustinens scilicet clementer et differens. Lvcif. moriend. 12 l. 38 D. quousque tandem abuteris dei -a, Constanti? Vvlg. eccles. 8, 12 peccator centies facit malum et per -am sustentatur (*aliter gr.; cf. Hier. ad l.* Symmachus ... transtulit ... 'longanimitate'). Avg. catech. rud. 25, 13 non ... omnes sibi per -am dei thesaurizant iram in die *iudicii*. in psalm. 49, 28 l. 4 severitatem meam distuli, -am tibi prolongavi. *et saepe.* *β de -a Christi* (*quae fere exemplum est virtutis p. 712, 69 illustratae vel constantiae martyrum* [*v. p. 710, 38*]): Tert. bapt. 12 p. 212, 5 (*respicitur Matth. 8, 24*) *navicula ecclesiae* in mari ... inquietatur, domino per -am (paenitentiam *cod.*) velut dormiente. patient. 3 p. 4, 14 ei *Malcho*, quem non ipse vexaverat, satisfecit per -am, misericordiae matrem. p. 4, 17 saginari voluptate -ae ... volebat. p. 5, 3 *documenta passionis sim. probant* -am dei esse naturam, effectum et praestantiam ingenitae cuiusdam proprietatis. Cypr. patient. 6 p. 401, 26 Iudam potuit ... longa -a sustinere. Anon. in Hebr. (ed. Frede) 16 Christus ... per -am humilitatem passus est crucis. Avg. in psalm. 40, 13 non descendebat *de cruce* ..., non potentiam demonstrabat, sed -am docebat. *al.*

2 *speciatim respiciuntur*: **a** *cives militesque qui dominationi imperioque alterius se submittunt, iniuriis potentium non resistunt sim.* (*saepe in malam partem de ignavia sim.*): Cic. Mil. 76 *Clodius* in rem publicam ... inruebat; sed usu iam obdurverat ... civitatis incredibilis -a. Phil. 2, 116 *Caesar* attulerat iam liberae civitati partim metu, partim -a consuetudinem serviendi. 10, 9 quoad vos, *patres*, omnia pati vidit, usus est ipse *M. Brutus* incredibili -a. *al.* Brvt. (?) Cic. ad Brut. 24, 4 W. iis, quorum -am videret *Antonius* maximum dominationis suae praesidium esse. Lent. Cic. fam. 12, 15, 3 -am senatus. Sall. Iug. 31, 1 vestra, *Quirites*, -a. Liv. 2, 44, 9 -a plebis. 29, 17, 13. Cvrt. 10, 3, 10 obsequium ... et -a imperii. Lvcan. 5, 369 vicit -a *militum* saevi spem ducis et iugulos *seditiosorum* ... praestitit. Qvint. decl. 274, 7 -am nostram ac servitutem numina non tulerunt *tyrannum fulmine occidentia* (*sim.* 329, 12). Tac. Agr. 2, 3 dedimus ... grande -ae documentum et ... quid ultimum ... in servitute *esset vidimus*. 15, 1 nihil profici -a, nisi ut graviora ... imperentur. 16, 2 *Britanniam* unius proelii fortuna veteri -ae restituit. hist. 4, 27, 3 tanta illi exercitui diversitas inerat licentiae -aeque. ann. 3, 65, 3 tam proiectae servientium -ae taedebat *Tiberium*. 14, 26, 1 *Tigranes* usque ad servilem -am demissus (16, 16, 1). 14, 64, 3 senatus consultum ... -a postremum. *al.* Plin. paneg. 68, 2 *principes*

parum ... confisi -a nostra. *al.* **b** *qui se stupro impudicitiaeque praebent* (*saepe mares muliebria patientes*): Sen. contr. 10, 4, 17 *castrantur pueri*, ut ad longiorem -am impudicitiae idonei sint. Val. Max. 9, 1, 8 probrosae -ae (sap- *fere trad.*) corpora. Sen. dial. 7, 13, 3 corpus ... turpi -ae vacat. nat. 1, 16, 5 toto corpore -ae expositus. 1, 16, 6 infelix -a *prostitutarum*. Cvrt. 10, 1, 29 in stupro ... et dedecoris -a. Petron. 9, 6 muliebris -ae scortum (25, 3 ut muliebris -ae legem posset accipere *virgo*. Ps. Qvint. decl. 3, 11 p. 52, 22. *al.*; *cf.* feminea: Ps. Qvint. decl. 3, 11 p. 52, 17). Ps. Qvint. decl. 3, 6 p. 48, 6 militi ... meretriciam obscenae libidinis -am ... imperat. Tac. ann. 6, 1, 2 multiplici -a. Apvl. met. 8, 25, 2 quam grandem tibi demonstret -am *asinus*. Cypr. ad Donat. 8 p. 10, 9 incestae turpitudinis. hab. virg. 18 stupri (Ivst. 22, 1, 3). Cod. Theod. 9, 7, 6 virile corpus muliebriter constitutum alieni sexus damnare -a. *al.* **c** *qui delictis alienis, quorum conscii sunt, non obstant* (*maxime adulterio*): Ov. am. 2, 19, 59 quem tanta iuvet -a *mariti* (*51* pateris nulli patienda marito). Sen. contr. 2, 7, 1 ne quis in me ... nimiam -am ... arguat, quod tam seram querellam *adulterii* detuli. 9, 1, 6 stuprorum -am. Vlp. dig. 14, 4, 1, 3 scientiam hic eam accipimus, quae habet ... non voluntatem, sed -am (*sim.* Pavl. dig. 9, 2, 45 pr.). 48, 5, 30 pr. excusare ignorantiam ... vel adumbrare -am. 48, 5, 30, 4 si patiatur uxorem delinquere ... ob ... neglegentiam vel culpam vel quandam -am. Cod. Theod. 9, 24, 1, 4 si -am praebuerint *parentes in raptu virginis*. 16, 5, 54, 6 *si conductorum* -a sacrum mysterium fuerit inquinatum. *al.* **d** *possidentes, qui servitutes, onera iure imposita patiuntur*: -am praestare (*ad rem v. Peters, Stud. et docum. 35, 1969, 135 sqq.*): Gaivs inst. 2, 215 cum ... damnetur heres -am p., ut legatarius rem habeat. *ibid. iterum* (*syn.* ut patiatur). Marcell. dig. 24, 3, 57 -am, quam percipiendi fructus p. ipsi *domino* debuit (*item cum gerund.*: dig. 39, 1, 22 destruendi operis. Vlp. dig. 43, 24, 7, 1 [*e Nerat.*] restituendi *operis*. Pavl. dig. 43, 1, 5 tollendo operi. *cf. l. 35 sq.*). Vlp. dig. 39, 3, 4, 2 (*e Iuliano*) nihil amplius quam -am p. (*item* 43, 24, 13, 7. *cf.* 43, 8, 2, 43 -am solam). *al.* Pavl. dig. 39, 3, 11, 2 (*e Proc.*). *al.* Cod. Iust. 4, 29, 5 (*a. 224*) si -am praestitisti, ut quasi suas res maritus *tuas* obligaret. *exempla cetera*: Vlp. dig. 6, 2, 11, 1 servitutibus urbanorum praediorum per traditionem constitutis vel per -am (*postea*: passus est aquae ductum transduci). 43, 24, 11, 6 ad -am tollendi operis ... tenebuntur. Pavl. dig. 19, 2, 24, 4 sera est ... -a fruendi, quae offertur eo tempore, quo frui colonus ... non potest. *al.*

C *de -a potius eorum, qui non praepropere agunt vel aliquid futurum fideliter exspectant* (*exempla certiora; huc vergunt e. g. p. 709, 57. 62. 711, 52; cum gen. obi. l. 48. 53. 64*, in *c. abl. l. 66*): **1** *generatim*: Ps. Qvint. decl. 4, 7 p. 68, 1 ignoscite ... cunctationi, -ae, morae. Svet. Tib. 24, 1 precantem senatum ... callida cunctatione suspendens, ut quidam -am rumperent *eqs.* Apvl. met. 4, 23, 4 (*latrones ad virginem captam*) brevem -am nostro compendio tribue (*sc. dum pretio redimaris*). 11, 21, 5 quae cuncta (*sc. diem initiationis sim.*) nos ... observabili -a sustinere censebat *sacerdos*. Cypr. epist. 19, 1 ut temeraria festinatione deposita religiosam -am deo praebeant, ut quando *eqs.* laps. 15 *qui temere indulgent lapsis* non quaerunt sanitatis -am nec veram de satisfactione medicinam. Ambr. in Luc. 2, 76 (*ad 13, 8*) cultor agri interveniet pro nobis infecundis, pro nobis infructuosis, ut detur spatium, -a deferatur, ne forte et nos aliquem fructum deo ferre possimus. Marcell. med. 23, 25 -a opus est adversum vim medicaminis. Vita Caes. Arel. 2, 49 ad suscipiendarum (*sc. non diripiendarum*) reliquiarum -am revocari. *al.* **2** *speciatim in religione iud. et christ. de exspectatione iudicii divini vel regni dei* (*subest gr. ὑπομονή, quod infra respondere solet; ad rem v. Hauck, Theol. Wb. NT IV 585 sqq.*); Tert. adv. Marc. 4, 16 p. 469, 7 (*ad deut. 32, 35*) -am docet, vindictae exspectatricem. patient. 12 p. 20, 1 spes, quam hominis -a exspectat (*ed. Mesnartii*, homini patienti induxit *codd.*). Itala psalm. 61, 6 (Veron. *al., item fere* Vvlg.) ab ipso *deo* est -a mea (*Hier. psalt. sec. Hebr.* praestolatio; *sec.* Rom. 8, 25 *infra explicat* Avg. *ad l.*). Sirach 2, 21 (Ps. Aug. spec. 6, *sim.* Vvlg.) qui timent dominum ... -am habent usque ad inspectionem eius (*gr. versus deest*). Rom. 8, 25 (cod. d *al.* = Vvlg.) si ... quod non videmus speramus, per -am expectamus (*Cypr. patient. 13* per exspectationem sustinemus). II Thess. 3, 5 (*ibid.*) dominus ... dirigat corda vestra in ... -a Christi (*Ambrosiast.* exspectatione. *cf.* apoc. 1, 9 [cod. h, *item fere* Vvlg.] *vobiscum* particeps in tribulatione ... et -a in Christo Iesu). Cypr. patient. 21 p. 412, 25 exspectare nos iubet dominus et futurae ultionis diem forti -a sustinere. *ibid.* p. 413, 6 temporibus consummandis ... praebere -am. Avg. serm. 157, 2 -am ..., sine qua non potest custodiri spes futurae vitae. *al.* *addantur versiones sacrae script. minus aptae, ubi exspectes potius vocem q. e.* spes *sim.* (*per ambiguitatem vocis gr. ὑπομονή eaque redditarum vocum hebr.; cf.* Hier. in Os. 2, 14 sq. l. 298 *ὑπομονήν* ..., id est ... -am vel exspectationem. Vvlg. Ier. 29, 11 -am [Hier. *ad l.* -am sive spem]; *antiqui tamen hos locos sec. notiones communes* -ae *explicaverunt*): Itala Iob 17, 15 (Iulian. *ad l.*) ubi est ... -a mea? (*gr. in catenarum versione ὑ.*,

LXX ἐλπίς, Hier. interpr. Iob spes, *Vulg.* praestolatio; *explicat* IVLIAN. *ibid.* -a hic non virtutem tolerantiae, sed causam ipsam suae passionis appellat [*sc. notione infra sub II illustrata?*]). psalm. 9, 19 (Veron. *al., sim.* VVLG.) -a pauperum non periet in aeternum (*Tert. adv. Marc. 4, 14* tolerantia, *Hier. psalt. sec. Hebr.* exspectatio; *notionem communem intellegunt* AVG. *et* CASSIOD.). Ier. 17, 13 (Aug. c. Faust. 13, 16) -a Israhel, domine (*LXX ὑ., Aquila ἐλπίς, Vulg.* exspectatio; *cf.* AVG. *ibid.* patienter enim ferendum est *eqs.*). *al.*

II *usu secundario de statu, quo quis (quid l. 27) patitur, malis afficitur, sc. i. q. perpessio sim.* (*aliter ac sub IA1b deest respectus fortiter tolerandi, voluntarie permittendi sim.; vergit in notionem passibilitatis l. 18; cum acumine quodam iuxta notionem communem sustinendi l. 13; saepius cum gen. obi.; huc vergunt e. g. p. 710, 63. 67*): **A** *generatim*: Ov. trist. 5, 12, 31 contudit ingenium -a longa malorum (SEN. dial. 1, 4, 13 ad contemnendam -am m. animus -a pervenit. 2, 5, 3 iniuria alicuius mali -a est. 6, 20, 6 epist. 82, 18. *al.*). SEN. contr. 2, 5, 6 describam ... cruciatus et miseram (miram *Otto*) corporis -am. 10 praef. 6 si quid ab omni -a rerum natura subduxit, sicut ingenium memoriamque nominis (*similiter excluditur -a, ut subluceat notio facultatis patiendi*: SEN. dial. 1, 6, 6 *deus* extra -am malorum est, vos, *sapientes*, supra -am. epist. 9, 2 animum extra omnem -am positum). SEN. dial. 1, 3, 10 *Regulus in cruce pendens* ad causam *honestam* a -a respicit. 5, 28, 3 *inimicum* vinctum ... et ad arbitrium tuum omni -ae expositum. 9, 8, 1 omnia ..., quibus angimur, ... mortes, aegrotationes ..., dolorum laborumque -am. epist. 13, 6 cum -a tua deliberes *utrum vere miser sis vocandus necne*. 14, 6 specie *tormentorum* ... vincuntur qui -ae (-a *var. l., v. Axelson, Neue Senecastudien, 1939, 77*) restitissent. 78, 12 tolerabilis est morbi -a. 97, 16 *nisi* in locum -ae (*sc. poenae*) timor cederet. CVRT. 8, 6, 25 ad consolandam -am verberum. PLIN. nat. 14, 16 a -a nomen acinis datur passis (*sc. ad siccandum stratis, v. supra p. 200, 23sqq.*). QVINT. decl. 386, 1 *vis* fit alias -a, alias metu. Ps. QVINT. decl. 3, 16 p. 57, 1 exigat servilem plagarum -am. 18, 14 p. 368, 2 miserae intervalla -ae. TAC. ann. 6, 46, 5 *Tiberius* gravescente valetudine nihil e libidinibus omittebat, in -a firmitudinem simulans (*-am libidinum intellegunt nonnulli*, impatientia *legit Merkelbach, Stud. Ital. 2, 1984, 109*). GELL. 2, 1, 1 ad fortuitas -ae vices. VLP. dig. 3, 2, 23 parentes et liberi *infames* ... secundum ... animi sui -am, prout quisque voluerit, lugendi sunt. OPTAT. serm. 5 neque ... staret iudicium *dei persecutionem vindicantis*, si non praecederet -a sanctorum (*postea*: si christiana mansuetudo non pateretur). AMBROSIAST. in I Thess. 2, 14 Thessalonicenses a civibus suis eadem passos dicit imitatos -am ... Christi, cuius sceleris auctores inducit Iudaeos. VEREC. in cant. 7, 16 l. 9 D. cum dolore gravi et -a tristi. ORIBAS. syn. 2 add. Aa p. 143, 38 Mø. ex deliciarum usibus corporalium sive naturalem facilitatem intestinarum -a (*i. '-a intestinorum orta e luxuria vel e naturali facilitate', si recte intelleximus acc. sec. vol. V 2, 1127, 33sqq. explicantes*). *al.* **B** *speciatim in gramm. respicitur vis passiva* (*cf.* GLOSS. II 391, 51 *πάθος ἐπὶ τοῦ ῥήμα⟨τος⟩*: -a [*distinguitur 50 πάθος ἐπὶ νόσου*: passio, vitium]): CHAR. gramm. p. 211, 15 B. quod *genus verborum* forma agendi significat -am, ut veneo, vapulo, ardeo, flagro. CONSENT. gramm. V 366, 8 ea quae -am (patientem *var. l.*) habent interdum eius modi sunt, ut agentem extrinsecus demonstrent, sicuti est secor, pulsor, vapulo; (10) quaedam autem eius modi sunt, ut -a quae significatur nullam agentis personam trahat extrinsecus, ut est esurio, algeo.

appendix iuncturarum notabiliorum (*exempla selecta; structuras a -a pendentes v. sub IA2*): **1** *cum verbis* (-a *est pro obi. praeter l. 54. 58*): CIC. leg. agr. 2, 19 temptavit ... -am (LIV. 1, 32, 4. 1, 50, 4. 8, 4, 7. *al.*). Catil. 1, 1 abutere ... -a (SVET. Claud. 15, 3 Dom. 11, 2 AMBROSIAST. in II Cor. 6, 4. *al.; cf.* uti: CIC. Phil. 10, 9). Ov. am. 3, 11, 1 -a victa est (met. 9, 164 LIV. 23, 19, 5 Ps. QVINT. decl. 12, 8 p. 239, 21. *al.*). SEN. suas. 7, 3 *si* praestares -am (Ps. QVINT. decl. 4, 22 p. 83, 22 PLIN. epist. 10, 106. *et saepe, v. p. 714, 24*). SEN. benef. 6, 24, 1 quemadmodum ... ad ... -am cogant (epist. 41, 6 LACT. opif. 12, 16. *cf.* SEN. dial. 9, 11, 8 ad ... -am ... instruitur. epist. 80, 3 perduci ... ad ... -am [COLVM. 6, 2, 10. *sim.* QVINT. decl. 345, 13 ducat]. *al.*). dial. 4, 12, 5 *cuius rei* -am indiceret (epist. 123, 5 TERT. adv. Marc. 4, 16 p. 469, 5 QVODV. prom. 1, 6, 8. *cf.* iniungere: PANEG. 2, 24, 3. 5, 5, 3). QVINT. decl. 274, 7 -am ... tulerunt (283, 4. *cf.* perferre: Ps. QVINT. decl. 2, 19 p. 37, 9. offerre: TERT. patient. 10 p. 16, 1). Ps. QVINT. decl. 3, 16 p. 57, 1 exigat ... -am (4, 19 p. 81, 14 AVG. serm. 47, 6). 4, 7 p. 68, 13 habent -am (8, 14 p. 165, 1 ITALA Matth. 18, 26 [cod. q *al.* = VVLG.]. *et saepe; cf.* exhibere: QVODV. c. Iud. pag. Ar. 18, 14 symb. 3, 2, 16. *al.*). TAC. ann. 12, 50, 2 -am abrumpunt (*cf.* rumpere: SVET. Tib. 24, 1). VLP. dig. 6, 2, 11, 1 -am tuendam (CYPR. patient. 1 p. 397, 12). MIN. FEL. 37, 5 inspirata -a (LACT. inst. 5, 13, 12). TERT. patient. 11 p. 17, 11 -am ... praebeamus (*al. v. vol. X 2, 385, 20sqq.; addas e. g.* COD. Theod. 2, 18, 1. 9, 24, 1, 4). ITALA Sirach 2, 14 (*vel* 16; Aug. pat. 13, 10) perdiderunt -am (AVG. serm. 4, 33. *al.*). CYPR. epist. 16, 1 -am ... tenui (laps. 18 p. 250, 12 patient. 4 p. 399, 17 LACT. inst. 5, 13, 11 HIER. c. Ioh. 25. *al.*). PANEG. 5, 12, 2 dat -am (Ps. SEN. epist. Paul. 6, 7 SACR. Leon. 54 PASS. Thom. 54 Z. *al.; cf.* donare: AVG. in psalm. 118, serm. 17, 4. 23, 3. *al.*). ARNOB. nat. 5, 33 p. 291, 18 M. commodare -am (LACT. inst. 1, 1, 22 FIRM. err. 25, 1 COD. Theod. 11, 36, 13. *al.; cf.* accommodare: COD. Iust. 4, 56, 1 [*a. 223*]). AVG. civ. 1, 24 p. 39, 10 D. servavit ... -am (QVODV. symb. 3, 5, 21. *al.; cf.* con-, observare: RVFIN. hist. 8, 3, 1. COD. Iust. 1, 3, 26 [*a. 459*]). *al.* **2** *cum adi.*: CIC. Verr. II 5, 74 miram ac singularem (*al. v. vol. VIII 1071, 17sqq., sed de* SEN. *v. supra p. 715, 15*). Mil. 76 incredibilis (Phil. 10, 9 SVLP. SEV. dial. 2, 3, 4). Ov. trist. 5, 12, 31 longa (SEN. contr. 10, 4, 17 CELS. 3, 21, 2 PLIN. epist. 2, 15, 2. *al.*). SEN. contr. 2, 2, 11 misera (2, 5, 6 Ps. QVINT. decl. 18, 14 p. 368, 2. 19, 2 p. 373, 18. *cf.* miseranda: PANEG. 3, 20, 4 AVG. in psalm. 3, 2). 2, 7, 1 nimiam (CVRT. 10, 5, 27). SEN. dial. 2, 9, 5 obstinata (PANEG. 3, 6, 1). 9, 2, 10 tristis (VEREC. in cant. 7, 16 l. 9 D.). epist. 67, 5 fortis (CYPR. patient. 21 p. 412, 25. *al.*). LVCAN. 1, 361 lenta (SIL. 11, 100). 9, 880 dura (EPIST. Alex. p. 200). PETRON. 9, 6 muliebris (*v. p. 714, 6sqq.*). Ps. QVINT. decl. 3, 16 p. 57, 1 servilem (*adde p. 713, 74*). 4, 20 p. 82, 11 brevi (APVL. met. 4, 23, 4 IVST. 22, 4, 3). 8, 19 p. 171, 9 immobilem (PANEG. 3, 6, 1 obstinatam et i.). TERT. adv. Marc. 4, 16 p. 470, 4 tam plenae atque perfectae (CYPR. patient. 7 p. 402, 27 plena et p. CASSIOD. Didym. in Iac. p. 2, 13. *al.*). CYPR. Demetr. 19 religiosa (epist. 19, 1 AVG. serm. 274 p. 1253). patient. 10 p. 404, 15 christiana (AVG. serm. 274 p. 1253). LACT. inst. 3, 29, 16 invicta (6, 17, 7 HIER. epist. 39, 5, 3. *al.*). *sim. al.* **3** *cum gen. subst.: gen. obi. collegimus sub IA2a (v. etiam quae ad IB, IC, II notavimus); subi vel poss.* CIC. Verr. II 5, 74 Mil. 76. *et saepe; explicat.* CYPR. patient. 10 p. 404, 4 devotionis. AVG. in psalm. 77, 22 l. 23 misericordiae. QVODV. prom. 2, 39, 89 religionis. *al.; inhaerentiae* SACR. Leon. 54 tolerantiae. **4** *cum subst. eiusdem terminationis (per lusum verborum): cum* potentia *v. vol. X 2, 299, 45sq., adde e. g.* QVODV. symb. 3, 2, 16. 3, 5, 19, *cum* sapientia AVG. serm. 153, 1. *Stella.*

patiliter *adv.* *a* patere, *ut vid.* *i. q. patenter*: GLOSS. V 129, 46 -r: patenter vel divise (472, 42 GLOSS.^{L} III Abstr. PA 83. *sim.* GLOSS. V 608, 22 GLOSS.^{L} I Ansil. PA 722. 778). *interpretatio q. e.* divise *ad* partiliter *pertinere videtur, v. supra p. 516, 18sqq.* *Gatti.*

? **patillus,** -ī *m.* *vox originis et notionis dubiae*: CIL XII 3345, 4 (*saec. II, ut vid.*) L. Trebonio Nicephoro -o coponi (*Hirschfeld intellegit venditorem patinarum, sc. ciborum in patinis coctorum [v. sub patina II], ut a* patina *derivandum esse videatur, mira tamen vocis formatione; Mommsen cognomen esse censet*).

patina (patena), -ae *f.* [*mutuatum e gr. πατάνη. Sch.*] *de origine*: VARRO ling. 5, 120 -as a patulo dixerunt, ut pusillas ... patellas. ISID. orig. 20, 4, 10 -a, quod dispansis patentibusque sit oris. *scribitur*: -tin- INSCR. Alger. I 2101, 6 (*a. 364*) *et saepissime in codd., e. g. A* PLAVT. Pseud. 831. 833 (*cf. var. ll.* pastin- PLIN. nat. 22, 162 PALLAD. 3, 25, 26. *al.*, pestin- NOVIVS Atell. 28). -ten- *in codd. medii aevi maxime sub IB, ubi v., praeterea* VARRO ling. 5, 120 TREB. Claud. 17, 5. *al.; in var. l.* VARRO frg. Non. p. 546, 12 PHAEDR. 1, 26, 4. COLVM. 12, 44, 2 (*bis*). *al.; cf.* -then- GLOSS. III 529, 30, paneta GLOSS.^{L} Corp. P 73 sq. NOT. Tir. 101, 56^{a}. *de notione* (*inter* vasa escaria *enumerant* VARRO ling. 5, 120 ISID. orig. 20, 4, 10): SCHOL. Hor. gloss. *Γ* sat. 1, 3, 80 scutellam (SCHOL. Ter. p. 156, 2). GLOSS. -a: *πατέλλα. πατένα. λοπάς. φιάλη. λεκάνη.* -am: phialam. *al.* GLOSS.^{L} Corp. P 73 paneta: holoponne (*interpr. anglosax., ut* 74 paneta: disc). *legitur in versibus apud* PLAVT., TER., NOVIVM, HOR. sat., epist., *deinde singulis locis apud* PHAEDR., STAT. silv., SER. SAMM., AVSON., *etiam* ANTH. 152, 1, *binis apud* PERS., IVV.; *in prosa orat. inde a* CATONE, VARRONE, MET. PIO, CIC. *epist.*, VALG., SEN. *phil.*, COLVM. *per totam latinitatem; frequentant* PLIN. nat. *et maxime* APIC. (*cf. p. 656, 38*). [*var. dial. francog. et prov.; cf. Wartburg VIII 17sqq. St.*] [*variat in codd. cum* patera *v. p. 692, 61*, platanus PLIN. nat. 25, 151 SER. SAMM. 523, catena LIB. pontif. p. 53, 21 sq.; *conicitur pro* pitana GLOSS.^{L} II Philox. PI 54; *supplet ur post* Palatinis LAMPR. Heliog. 20, 6.]

i. q. vas patens, latum (*sc. fere tale, quale cibos sim. contineat, etiamsi interdum aliter adhibetur; ab hoc usu differt IA2d. ad rem cf. Hilgers, Gefäßnamen, 1969, 72sq. 245sqq.*): **I** *usu proprio. indicatur materia, ex qua -a facta est*: COLVM. 12, 44, 2 fictiles (*al., v. vol. VI 1, 647, 57; cf. etiam p. 717, 5. 7. 16. 63 nec non* SCHOL. Iuv. 11, 19 'fictile' ... -am accipie[n]s). PLIN. nat. 34, 109 aereis (CET. FAV. 16 PALLAD. 1, 39, 3. *cf. p. 717, 72 et* APIC. 4, 2, 15 aeneam [exc. 21]). TREB. Claud. 17, 5 argenteam (VOPISC. Prob. 4, 5 LIB. pontif. p. 47, 13 GREG. M. epist. 8, 5. *al.*). LIB. pontif. p. 20, 7 vitreas (REGVLA mag. 53, 56). p. 53, 21 aureas. *indicantur ornamenta -ae*: TREB. Claud. 17, 5 hederaciam. ANTH. 152, 1 fulget ... in -is ... Nais. *-a operculo tegitur e. g. p. 717, 14. 30. 39. 62.*

A *in rebus profanis vel communibus*: **1** *quaelibet exempla* (*selecta inde a* PLIN. nat.): PLAVT. Capt. 846 iuben ... astitui aulas (*i. ollas*), -as elui? Most. 2 exi e culina ..., qui mi inter -as exhibes argutias. TER. Eun. 816 domi focique fac ... ut memineris.:: iamdudum animus est in -is (*cf.* HIER. epist. 33, 3 Apicius semper in manibus, ... sensus ad -as). Ad. 428 tamquam in speculum, in -as ... inspicere iubeo *conservos* (*in imi-*

[Zoppi – Blundell]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tatione ridicula, cf. 415 inspicere ... in vitas). NOVIVS Atell. 28 testas (*Bothe*; testis *trad.*), -as, pistillos mihi cantant. VARRO frg. Non p. 546, 12 dicuntur ... patellae, salini, acetabula, catini, -ae. HOR. sat. 2, 2, 95 grandes rhombi -aeque grande ferunt ... dedecus. 2, 8, 55. 2, 8, 72. PLIN. nat. 35, 163 Vitellius ... |X| HS condidit -am (*postea*: fictilia. *de eadem*: 35, 164 *consul quidam* exprobravit -arum paludes Vitelli memoriae. *cf. infra l. 56. p. 718, 59*). STAT. silv. 4, 9, 43 Cumano -as in orbe tortas. TREB. Claud. 17, 5 (*inter dona varia*) -am argenteam hederaciam librarum viginti et trium. *al.*

2 *illustrantur varii usus, in quos adhibetur vel adhibenda est*: **a** *ad varia calefacienda* (*solis calore exsiccanda l. 15sq.*): **α** *cibos sim.* (*in usum medicum praeparatos v. sub β*): PLAVT. Pseud. 831 (*loq. coquus*) cicilendrum quando in -as indidi ... (833) ⌞eaepsae se -ae⌟ fervefaciunt ilico (⌞⌟ eae ipsae sese -ae *var. l.*; eaepse sese [*om.* -ae] *Bugge*). 840 ubi omnes -ae fervont, omnis aperio. CATO agr. 87 amulum sic facito: ... exprimito cremorem in -am novam ...; eam -am in sole ponito, arescat (*cf.* 88,2 muriam in labella vel in -as in sole ponito). PLIN. nat. 18,103 offae ... fictili -a torrentur cinere et carbone. 19, 129 *lactucarum* thyrsos ... recentes in -is coquere. 22,162 *orobanche* estur et per se et in -is ... decocta. 25,151 *cicutae* caulis ... et viridis estur ... et in -is. IVV. 4, 72 derat pisci -ae mensura (*eodem spectat* 4, 133 debetur magnus -ae ... Prometheus; argillam atque rotam ... properate. *cf. Schol. 4, 131* 'testa alta': patella, in qua *piscis* possit integer coqui). PAVL. dig. 33, 7, 18, 3 caccabos et -as in instrumento fundi esse dicimus, quia sine his pulmentarium coqui non potest. AMM. 28, 4, 34 *plebei* digitos praerodentes, dum -ae defervescent (*nisi ad IIB*). APIC. 3, 2, 1 porros ... elixabis, in -a compones; ... facias ut ferveat (3, 4, 1 in -am. 4, 2, 22 in -a munda. 8, 8, 1 *lepus* componitur in -a [ac] coquendus oleo in furno. *et saepius apud eundem*). 3, 2, 2 *polypodium* in -am ferventem mittes (4, 2, 8. *al.*). 3, 4, 1 ius exinanies in -am (4, 2, 27. 8, 6, 2). 4, 2, 4 -am perungues, impones in thermospodio (4, 2, 31. 4, 5, 1. *al. apud eundem*). 10, 1, 4 *piscem* adicies in -am, cooperies, gypsabis, coques in furno. *al.* **β** *medicamenta sive ore sumenda sive inunguenda sim.* (*v. etiam ad γ*): PLIN. nat. 20, 67 in cholera ... *lactucas* coctas -is dederunt ([*inde* PLIN. med. 2, 7, 1]. 20, 99 *scilla* coquitur pluribus modis: ... frustatim in -is. 24, 52. 32, 101 piscium ius in -a coctorum. *al., cf. l. 18. 23. 45*). 23, 68 *faex* decoquitur in -is ... ad tumorem ... maxillarum (32, 92 ranae. SER. SAMM. 523 edis in -is tenerae decocta sabuci. PLIN. med. 2, 9, 2. *cf. l. 18*). 28, 132 *casei* pastillis ... in -a tostis cum melle (29, 49 *ova* [*inde* PLIN. med. 2, 11, 5]. 30, 47 sextarium *multipedarum. cf. l. 17*). 29, 70 reliquo corpore *viperae* in -a ex aqua et aneto discocto. 29, 134 -a nova fictili operta in sole, subdita aqua ferventi, liquatus *adeps avium*. MARCELL. med. carm. 43 *pruna* in -is excocta dabis. **γ** *metalla* (*maxime adhibenda in usum medicum*): PLIN. nat. 33, 123 *hydrargyrum* -is fictilibus impositum ferrea concha ..., dein sub -is accenso ... igni *eqs.* 34, 109 *aeris* squama ... et flos uruntur in -is fictilibus aut aereis (34, 113. 34, 170). 34, 167 *plumbum* coquitur ad medicinae usus -is fictilibus (34, 176). **δ** *ranas, quae ad certamen instigantur*: PLIN. nat. 25, 123 Psyllos in ⌞certamen e -is candefactis⌟ admittentes, *sc. ranas* (⌞⌟ *Mayhoff*; certamine -is candefactis *sim. vel* candefactas *trad.*).

b *ad cibos inferendos, apponendos*: PLAVT. Mil. 759 eidem homines numquam dicunt, quamquam adpositumst ampliter, 'iube illud demi, tolle hanc -am *eqs.*' (HOR. sat. 1, 3, 80). Pseud. 811 *coqui* mihi condita prata in -is proferunt. HOR. sat. 2, 8, 43 murena ... in -a porrecta. PHAEDR. 1, 26, 4 vulpes ... dicitur ... *ciconiae* ⌞in -a liquidam⌟ posuisse sorbitionem (⌞⌟ *Rigaltius*; l. in -a *trad., quae alii aliter em.*). PLIN. nat. 10, 141 Aesopi ... histrionis -a HS C̄ taxata, in qua posuit aves (*de eadem* TERT. pall. 5, 6). SVET. Vit. 13, 2 dedicatione -ae, quam ... 'clipeum Minervae *πολιούχου*' dictitabat; in hac ... commiscuit *cibos exquisitos*. PAVL. sent. 3, 6, 86 (*inter vasa argentea*) ministeria omnia ... veluti urceoli, ⌞lances, -ae⌟ *eqs.* (paterae lances *var. l.*). AVSON. 412, 1 p. 270, 1 P. (*vers.*) -as implebo meas. *al.*

c *ad alimenta reponenda, condenda*: COLVM. 12, 44, 2 superponito fictiles novas -as et in his sic uvam disponito, ut altera alteram non contingat; tum opercula -is inponito et linito (*item conservantur uvae*: 12, 44, 5 ex ... creta ... lata vasa in modum -arum fieri ... et *uvas* in praedictis -is ... componi *eqs.*). 12, 47, 1 *mala* in -as novas sicco gypso ... obruunt (*sim.* GARG. MART. pom. 1, 1 PALLAD. 3, 25, 26. *item conservantur mala*: PLIN. nat. 15, 63. 15, 65). PLIN. nat. 10, 52 palmas pedum ex iis *anseribus* torrere atque -is ... condire.

d *pertinet ad instrumentum balnearum* (*sc. subiacet vasi aquario, nisi aliter* INSCR. Alger.; *ad rem v. Plommer, Vitr. and Later Roman Building Manuals, 1973, 11sqq.*): CET. FAV. 16 plumbeum vas, quod -am aeream habet, supra fornacem conlocetur. PALLAD. 1, 39, 3 miliarium ... plumbeum, cui aerea -a subest. INSCR. Alger. I 2101, 6 (*a. 364*) ⟨therm⟩as *ruinosas* ... et -as ampliato aeris pondere ... firmissimas ... Pontilius Paulinus ... perfecit.

e *muscipulae vice fungitur*: PALLAD. 1, 35, 9 mures, si amurcam spissam -ae infuderis ..., adhaerebunt.

B *in rebus sacris* (*sc. apud Christianos [in falsa var. l. apud* CIC. *v. p. 693, 28; vix huc p. 717, 56]. scribitur plerumque* -ten-, *hic illic in var. ll.* -tin-): VITA Hil. Arel. 11 l. 31 -as vel calices vitreos (*inter apparatum basilicarum venditum ad captivos redimendos, cf.* VITA Caes. Arel. 1, 32 turibulis calicibus -isque). LIB. pontif. p. 20, 7 -as vitreas ante sacerdotes in ecclesia. p. 48, 6 donavit ... -am argenteam auro clusam chrismalem pens(antem) lib(ras) v. SACR. Gelas. 696 M. ad consecrandam -am: consecramus ... hanc -am ad conficiendum in ea corpus ... Christi. 741 subdiaconus ... -am de manu episcopi accipiat. EPIST. pontif. 648 Löwenfeld 7 sacratam -am. ALC. AVIT. epist. 7 p. 38, 22 de ministeriis haereticorum ... id est -is paterisque. *al.*

II *usu metonymico ponitur fere pro eo, quod -a continetur, sc. in re coquinaria pro cibis. apud* APIC. *et fort. alios, e. g.* MET. PIVM, CIC. *sub A1*, PERS. *sub B, significatur certum genus ferculi varios cibos continens, ovis saepe additis, v. maxime* APIC. 4, 2 *passim (cf.* tit. *ibid.* -ae piscium, holerum, pomorum; *rarius in hoc cap. substituitur* patella, *e. g. 4, 2, 17. 18) et cf. André, Alimentation, ²1981, 218sq.*

A *indicatur vel e contextu elucet, quibus e cibis constet*: **1** *per gen.*: MET. PIVS ind. cen. (Macr. Sat. 3, 13, 12) ante cenam echinos ... -am ostrearum peloridum ...; in cena ... -am piscium, -am suminis *eqs.* (APIC. 4, 2, 23. *al.*). CIC. Att. 4, 8, 1 multa me in epistula tua delectarunt, sed nihil magis quam -a tyrotarichi (fam. 9, 16, 7. *cf. Apic. 4, 2, 17* patellam tyrotaricham). HOR. epist. 1, 15, 34 -as cenabat omasi vilis et agninae. DIOSC. 2, 128 p. 227, 23 *orobanche* ut -a oleris manducari potest (*gr. 2, 142 ἐκ λοπάδος ὡς ἀσπάραγος ἐσθιόμενον, cf. p. 717, 18*). APIC. 4, 2, 22 mullorum. 4, 2, 36 -a urticarum calida et frigida. *al. apud eundem.* **2** *per praepos.*: de: APIC. 4, 2, 8 -a de sabuco calida et frigida. 4, 2, 10 cucurbitis. 4, 2, 29 piscibus (4, 2, 32. *al.; cf.* 4, 2, 30 pisciculis). 4, 2, 34 persicis. *al. apud eundem.* ex: APIC. 4, 2, 7 -am ex rusticis sive tamnis *eqs.* 4, 2, 13 lacte. *al. apud eundem.* **3** *vario modo*: SEN. epist. 95, 26 nobilem -am, in quam ... *cibos exquisitos* popina congesserat: veneriae ... et ostrea ... distinguebantur (*seq. locus corruptus*). PERS. 6, 21 *avarus tinguit* holus siccum muria ..., ipse sacrum irrorans -ae piper. PLIN. nat. 19, 89 *pastinaca* gratior autumno -isque maxime. APIC. 4, 2, 1 -a cotidiana: cerebella elixata teres *eqs.* (4, 2, 15. *cf. alias determinationes, quibus singulae -arum species designantur*: 4, 2, 2 versatilis [4, 2, 16]. 4, 2, 4 fusilis. 4, 2, 14 Apicianam. 4, 2, 27 zomoteganon). 4, 2, 35 ovis missis -am facies. *al.*

B *non indicatur, quibus e cibis constet* (*an huc p. 717, 24?*): VALG. frg. Diom. gramm. I 387, 7 comesa -a. PERS. 2, 42 pingues (grandes *var. l.*) -ae tuccetaque crassa. ASTER. ad Renat. l. 555 in -is odor, suavitas gustusque laudatur. *fort. huc trahas* TERT. adv. Val. 12 p. 191, 24 *haeretici Iesum* cognominant Soterem ... et Omnia iam, ut ex omnium defloratione constructum: gragulum Aesopi, Pandoram Hesiodi, Acci -am *eqs.* (Arri -am *Pfligersdorffer coll. Hor. sat. 2, 3, 243sqq., sed fort. respicitur opus quoddam Acci alias ignotum, sive* -a *titulus est sive ad eventum quendam alludit; Fredouille, 1980, ad l. de satura cogitat, iniuria tamen Diom. gramm. I 485, 32sqq. citat non de Acci satura, sed Enni Pacuvique scribentem*).

deriv.: patenula, patinarius; *cf. ?* patillus.

compos.: tripatinium, tyropatina (*vel* tiro-).

cf. Onom.

patinārius, -a, -um. *a* patina.

i. q. ad patinam pertinens: **1** *generatim*: **a** *qui in patina praeparatur* (*sc. in imagine*): PLAVT. Asin. 180 quasi piscis itidemst amator lenae: ... eum quovis pacto condias vel -um vel assum *eqs.* **b** *qui e patinis constat*: PLAVT. Men. 102 *adulescens* ita mensas exstruit, tantas struices concinnat -as; standumst in lecto, si quid de summo petas (*inde* FRG. Bob. gramm. VII 542, 27 struices compositiones dicuntur -ae [*ed. Vind., Mariotti*; patinantur *cod. vet.*, patinarum *apogr. post corr., Keil*]). **c** *qui patinis deditus est* (*masc. pro subst. de Vitellio dicitur propter immodicam gulam infami; respici vid. etiam patina, quam fieri iussit, cf. p. 717, 6*): SVET. Vit. 17, 2 *Vitellius captus* in forum tractus est ... aliis incendiarium et -um vociferantibus *eqs.* (plat- *var. l.*).

2 *speciatim in nomine viae urbis Romae*: CVRIOS. urb. (= REG. urb.) p. 103, 21 N. viae XXVIIII: Traiana, Appia ..., -a.

patinus, -ī *m.* (*vel* patinum, -ī *n.*). *si recte trad., fort. a* 1. pannus *retrograde sec. analogiam vocum q. s.* patina *et* panna. *i. q. pannus, linteum*: DIOSC. 2, 40 p. 194, 20 quae *cantharides* misse in vaso fictili et desuper inligas -o et inponis super caccabum (panno *ed. a. 1478; gr. 2, 61, 1 ὀθονίῳ ἀραιῷ καθαρῷ*). *Zoppi – Blundell.*

***patior,** passus sum, patī. [*nimirum confertur gr. πῆμα nec non radix πενθ-, πονθ-, παθ-, sed quomodo haec coniungenda sint, neque exemplo vocis* fateri (*iuxta* fari) *neque alia ratione adhuc satis explicatum est. Sch.*] *scribitur*: -eor *pro* -ior CIL IV 4562, dasiatur *pro* pat- INSCR. christ. Diehl 2388 Bb (*Carthagine, in amuleto; rem explicavit Merlin, Rev. Ét. Anc. 42, 1940, 487*). *litteris gr.* GLOSS. Pap. Corp. 278, 27 *πα-*

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

τιενς· παθ⟨ων⟩. NOT. Tir. 32, 45 -itur. 32, 47 -sus. 32, 50 -ens. *de genere: testimonia selecta*: DON. Ter. Hec. 183 (*v. p. 720, 28*) -or commune est, nam -or te et a te dicimus. CHAR. gramm. p. 467, 15 B. (*inter verba activa, quae passiva voce tertii ordinis efferuntur*) -or, *ἀνέχομαι*, -sus sum (*eadem perperam inter quartum ordinem ibid.* l. 32). CLEDON. gramm. V 56, 8 *inter deponentia.* PRISC. gramm. II 388, 14 quae *deponentia* passivam solam habent significationem: 'nascor a te', ... '-or a te'. *formae activae* (*falso trad.* -ere *pro* petere IVL. VAL. 3, 46 p. 155, 8, -bat *pro* faciebat IVLIAN. in Iob 20, 22): -as NAEV. com. 67 (*mira variatione iuxta pass., v. l. 70 infra; affert* DIOM. gramm. I 400, 17 sqq. -o pro -or). -unto CIC. leg. 3, 11 *p. 727, 37.* -bat VITA Anton. 9 p. 25, 11 (*cod.*, putabat *Garitte sec. gr. ἐφρόνει, sed* -batur *trad.* 74 p. 76, 26). -unt TYCON. in apoc. 387 B. (*cod. errore potius, cf.* 389 -untur). -imus CAES. AREL. serm. Migne suppl. 4, 517 (*vix recte trad., cf. ibid. infra* -imur). *notio passiva* (*sc. praeter gerund.; vix recte Flobert, Verbes déponents, 1975, 358 huc traxit* LENT. Cic. fam. 12, 14, 3 LIV. 2, 30, 9 CHIRON 9; *ceterum cf.* ARNOB. *p. 198, 80 sqq.*, POMP. *p. 731, 59,* ORIBAS. *p. 733, 47*): SIDON. carm. 23, 68 tu, *Narbo* pulsate, places fidemque fortem oppugnatio -sa publicavit (*ad* 2. pando *trahere videtur Anderson, 1936, in versione*). CONC. Tur. a. 567 p. 122, 14 *ut,* quae opportuna erant pro qualitate temporis adici, non -rentur (putarentur *Sirmond*) neglegi, sed procurarentur impleri. *inter act. et pass. ambiguum est*: Ps. THEOD. PRISC. add. p. 303, 16 quando Christus natus est, omnis dolor -sus est (*v. Schmid, Vig. Christ. 14, 1960, 177 sqq.*). *de formis: terminatione* rus *secundae pers. sing., de qua v. Leumann, Gramm. 1977, 517, traduntur* -arus EPIST. Syner. 1. 4 *et* CIL VI 10736, 12, -erus CIL IV 10144; *fut.* -iebitur (-etur *var. l.*) *tuentur edd. numerorum ratione habita apud* CASSIOD. var. 1, 17, 4; *part. perf.* -itus *fortasse paronomasiae causa recepit Krusch* Ps. ANATOL. pasch. 7 p. 322 cum crucem -ito (-so *var. l.*) conpati. *de notione et differentiis*: SYNON. Cic. p. 426, 4 fert. suffert. -itur. perfert. sustinet. sinit. tolerat. durat. permanet. perseverat. SERV. Aen. 10, 598 'sine' permitte, relinque, -ere, ⌞id est *συγχώρησον*⌟ (⌞ ⌟ *add.* auct.). AVG. epist. 55, 2 *πάσχειν* graece dicitur -i (*sim. al.*). DIFF. ed. Beck p. 74, 1 inter -i et perpeti: -i brevis est, perpeti longioris morae est. p. 74, 2 (= DIFF. ed. Uhlfelder 205) inter -sum et expertum hoc interest, quod -imur voluntate, experimur necessitate. GLOSS. -or: *ὑπομένω. ἀνέχομαι.* -sus: sustinuit. *al. legitur inde a* NAEV. *per totam latinitatem.* [*val.* păți; *it.* patire; *francog. vet.* pader (*raro*); *prov. vet.* pat (*tertia pers.; raro*); *hisp. vet.* padir, *hisp.* padecer; *port.* padecer. *cf. M.-L. 6294 et Faré, Postille. Battisti-Alessio IV 2804. Wartburg VIII 14 sqq. Corominas² IV 334. Machado³ IV 277. St.*] [*confunditur in codd. maxime cum* partiri, *e. g.* COLVM. 4, 19, 2 (*falsa var. l.* VAL. FL. 6, 425, *falso trad.* GELL. 20, 1, 19), *nec non cum* petere (*falso trad.* CIC. Verr. II 2, 31 QVINT. decl. 339, 4); *dub. trad. in sermone iuris pontificii* piaculum -i CIC. leg. 2, 57 (*e P. Scaev.; def. Vahlen, 1883, ad l.*, p. faciundum *Halm, alii alia*).]

i. q. sive sustinendo sive subeundo sive sinendo ferre (*qui colores haud ubique distingui possunt, v. tamen imprimis ad vim sustinendi p. 721, 47. 723, 51. 725, 30. 727, 9, subeundi p. 721, 73. 725, 50. 729, 43. 723, 28, sinendi p. 722, 21. 725, 64. 726, 25. 727, 28. 730, 20; notiones deflexas illustravimus sub IB; gr. respondere solet πάσχειν, quod infra non adnotavimus, cf. quae ad II monuimus*).

exempla sic digerenda censuimus:

I *generatim*:
- **A** *notione communi*: **1** *non indicantur -enda: l. 66.* **2** *cum obi. acc.: p. 721, 25* (*specimina notionem illustrantia p. 721, 46*). **3** *cum structura verbali: p. 726, 23.*
- **B** *vi deflexa: p. 728, 37.*

II *speciatim pertinet ad*: **A** *ius: p. 730, 18.* **B** *artem grammaticam: p. 731, 14.* **C** *rem veneream: p. 731, 64.* **D** *philosophiam: p. 732, 26.* **E** *medicinam: p. 732, 75.* **F** *religionem Christianorum: p. 734, 18.*

appendix stilistica et syntactica: p. 735, 23 part. perf. masc. passus *pro subst.: p. 735, 59. part. praes.* patiens *pro subst. vel adi.: p. 735, 72.*

I *generatim*: **A** *notione* ***communi*:** **1** *non indicantur -enda* (*fere e contextu intelleguntur; longe praevalent colores sustinendi et sinendi, notio subeundi, experiendi occurrit e. g. p. 720, 2. 31*): **a** *-itur aliquis* (*animus p. 720, 25, res p. 720, 12*): **α** *in universum*: NAEV. com. 67 populus -itur, tu -as (*si recte huc traximus contextu manco*). PLAVT. Asin. 375 (*loquuntur servi pugnis se percutientes*) quaeso, aequo animo -itor. :: -itor tu item, cum ego te referiam. 378 ego abeo; tu iam, scio, -iere. *al.* TER. Haut. 202 *filius* -retur, nam quem ferret, si parentem non ferret? 465 faciat quidlubet: sumat, consumat, perdat, decretum est -i. Ad. 145 vix humane -itur *Demea iracundus. al.* COM. pall. inc. 59 (*servus ad semetipsum*) -ere Dave, me poenae oppone. RHET. Her. 2, 4, 7 *quaerendum* num, qui est -sus, perspectus, exauditus esse possit. CIC. inv. 2, 78 *soror mortem hostis lugebat, frater* indigne -sus virginem occidit. Verr. II 3, 199 *aratoribus* imponitis decumas, -untur. leg. agr. 2, 46 (*de nationibus, quas decemviri opprimunt*) -entur; ... ferent; ... non recusabunt. Catil. 1, 10 non feram, non -ar, non sinam. Phil. 6, 10 ipse si velit, num etiam ... fratrem -surum arbitramur? Tusc. 2, 17 si crucietur *sapiens*, ... -etur, perferet, non succumbet. 2, 18 res est ... ad -endum tolerandumque difficilis (*item gerund.*: 4, 53 in -endo ac perferendo. 5, 74 exercitationem consuetudinemque -endi. *et saepius*). Att. 13, 42, 1 'mihi' inquit 'iratus est *avunculus*'; 'cur -eris?' inquam *eqs.* fam. 4, 7, 5 *res familiaris tua* nullam potest accipere iniuriam ..., quod neque *Caesar* ... -etur neque ipsa res publica. *et passim.*

β *peculiaria quaedam*: Ⓘ -or (-ar) *in conclusione, confessione sim. non adversantis, aequo animo ferentis*: PLAVT. Asin. 535 -ar, si cibo carere me iubes, mater (CIC. div. in Caec. 58. *al.*). Aul. 88 pauper sum; fateor, -or, quod di dant fero. Bacch. 1172 malum tibi magnum dabo iam. :: -ar; non metuo, ne quid mihi doleat, quod ferias. Capt. 867 esurio ... :: facile -or. :: credo, consuetu's puer (*luditur cum notione infra sub IIC illustrata*). Men. 690. Mil. 1227 ut tu inclitu's apud mulieres. :: -ar, quando ita Venus volt. Most. 11 cur me verberas? :: quia vivis. :: -ar; sine modo adveniat senex. CIC. S. Rosc. 145 concedo; ... fero; ... -or et ferendum puto. leg. agr. 3, 11 '...'; -or, audio; quid deinde? '...'. Att. 6, 1, 8 irascatur, qui volet: -ar. *al.* Ⓘⓘ -i posse (quire; *saepe negatum; v. etiam l. 41. 43*): PLAVT. Aul. 726 alii laetificantur meo malo et damno; -i nequeo. ENN. scaen. 392 animus aeger semper errat, neque -i neque perpeti potest, cupere numquam desinit. TER. Hec. 183 si quando *socrus* ad eam *nurum* accesserat ..., fugere e conspectu ilico, videre nolle: denique ubi non quit -i, ... abit (DON. *ad l.* 2 -i et 'sustinere' et 'sustineri' intellegi potest hoc loco *eqs.*). Eun. 52 (*54* ferre non posse). POMPON. Atell. 173 a, peribo, non possum -i: *eqs.* RHET. Her. 1, 9, 16 homines *de quibus agitur* ipsos facere aut -i non potuisse (*item opp.* facere: SEN. dial. 2, 4, 3). CIC. Att. 6, 2, 7. OV. rem. 521 posse -i facilest *eqs.* (*v. p. 709, 61*). met. 10, 25 (*loq. Orpheus*) *Eurydice mortua* posse -i volui nec me temptasse negabo: vicit Amor. LIV. 29, 17, 18. SEN. contr. 1, 8, 11 non possum -i, non possum desiderium tui sustinere. *al.* Ⓘⓘⓘ *in sententiis condicionem vel modum, limitem sim. indicantibus*: PLAVT. Men. 769 *viri* haud abstinent saepe culpa; verum est modus tamen, quoad -i uxorem oportet. Mil. 744 etsi dominus *amicum hospitio excipiens* non invitus -itur, servi murmurant. CATO agr. 5, 2 vilicus si nolet *familiam* male facere, non faciet; si -sus erit, dominus inpune ne sinat esse (CIC. Att. 12, 32, 2 *Publiliam venturam esse*, si ego -rer. fam. 9, 13, 3 BRVT. Cic. ad Brut. 25, 2 W. SALL. Iug. 47, 2. SALL. [?] rep. 1, 2, 3 si -i potuisset. PROP. 2, 5, 16. *et saepe*). CIC. Cluent. 175 *cum Sassia* Albio quodam ... familiarius uteretur, quam vir dissolutissimus ... -i posset. Sull. 84 *non* plus appetere ..., quam quantum omnes inimici ... -antur (*item, nisi pro acc. obi. accipias*: HIRT. Gall. 8, 33, 2 castra ... a quibus paulatim, q. copiae -bantur, vallum ... ducere instituit. PLIN. paneg. 23, 2 quod ... placide, et q. respectantium turba -retur, incederes). *al.* Ⓘⓥ *abl. absol.* -ente *aliquo*: CIC. rep. 2, 61 cum summa esset auctoritas in senatu populo -ente atque parente. Att. 7, 9, 2 haberi comitia sine illius *Caesaris* ratione, illo -ente. BRVT. Cic. ad Brut. 24, 5 W. ut -ente me plus legibus ac senatu possit *pater meus* (*antea*: non concesserim, ... non tuli). PROP. 4, 7, 47. OV. ars 1, 155 protinus ... -ente puella contingent oculis crura videnda tuis. met. 14, 540 nec me -ente cremabit ignis *naves.* LIV. 5, 34, 8 ut, quem ... occupaverant locum, -entibus Salvis communirent. *al.*

b *-itur aliquid* (*v. quae ad a monuimus*): **α** *in sententiis condicionem vel modum, limitem sim. indicantibus*: quam (praequam PLAVT.): PLAVT. Merc. 23 (*interpol. ?*) *nemo* sine grandi malo, praequam res -itur, studuit elegantiae (CIC. off. 1, 44 qui benigniores volunt esse, quam res -itur BELL. Alex. 71, 1 PLIN. epist. 1, 14, 10. *al.*). RHET. Her. 4, 53, 67 plus ... q. -itur veritas (CIC. Mur. 60 aut v. aut natura). CIC. leg. agr. 2, 75 libertas. de orat. 3, 191 ne circumitus ... verborum sit ... longior, q. vires atque anima -atur. Brut. 120 consuetudo (part. 17 Att. 12, 41, 3). ac. 2, 134 natura (LVCR. 2, 945. *adde l. 60*). *al.* si: CIC. Q. Rosc. 48 dic nunc, si potes, si res, si causa -itur, Cluvium esse mentitum (part. 55 QVINT. inst. 5, 6, 2). part. 74 si res -etur (Att. 11, 21, 3 SEN. dial. 8, 1, 4 PLIN. nat. 36, 172. *addatur l. 64*). CATVLL. 42, 5 si -i potestis, *hendecasyllabi.* SEN. contr. 2, 5, 10 materia. 7, 5, 5 rerum natura (VELL. 2, 130, 3 PLIN. paneg. 40, 4). CELS. 2, 10, 10 morbi ratio. 3, 18, 7 vires (3, 21, 11. 3, 22, 8. *al.*). *al. cum variis coniunctionibus*: CIC. Phil. 12, 30 quoad vel dignitas vel natura -etur ([*item* natura: Tim. 9 *sec. gr. p. 30ª κατὰ δύναμιν.* ad Q. fr. 1, 3, 10]. de orat. 3, 174 severitas. fam. 13, 53, 1 fides tua dignitasque [13, 54 f. 13, 61 f. d.que]. VARRO ling. 9, 1 consuetudo. *al.*). de orat. 2, 3 quantum ... -batur pudor (*item, nisi pro acc. obi. accipias*: fam. 13, 32, 2 fides dignitasque [13, 37 f. d. 13, 69, 2 f.]. CAES. Gall. 7, 68, 2 diei tempus. civ. 2, 9, 2 tectum plutei. NEP. Att. 8, 4 *facultates.* LIV. 35, 29, 4 latitudo vallis.

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

al.). rep. 4, 11 nisi consuetudo vitae -retur. VARRO ling. 9, 78 ubi -etur natura et consuetudo ([PLIN. nat. 18, 180 c.]. CELS. 3, 18, 6 res. SEN. dial. 5, 1, 1 vis malj. PLIN. nat. 18, 230 loci ratio). NEP. Hann. 13, 3 vixerunt, quamdiu fortuna -sa est (COLVM. 12, 44, 2 magnitudo ... dolii. *al.*). HOR. carm. 2, 3, 16 dum res et aetas et sororum fila trium -untur (AMM. 26, 2, 10 quies). OV. epist. 17(18), 215 cum -etur hiemps (SEN. contr. 7, 5, 13 res). Pont. 1, 7, 45 quaque ego permisi quaque est res -sa. LIV. 5, 49, 4 instruit deinde aciem, ut loci natura -batur (22, 5, 1 tempus locusque [QVINT. inst. 6, 5, 6 locus]. EPIST. imp. Hadr. dig. 47, 21, 2 aetas. *al.*). *al.*

sine coniunctione per parenthesin: GERM. 445 opus *stellas errantes describens* ... an credam postmodo Musis, tempus et ipse labor, -antur fata, docebit. *β cetera exempla (sc. vi sinendi praeter l. 19. 21)*: CIC. Tusc. 2, 46 *ut dolorem sedate feram*, fieri non potest, natura non -itur (*ibid.* illa *n.* vero non modo -itur, verum etiam postulat. PLIN. nat. 17, 248 *non reciduntur arbores* nisi quarum naturam -i diximus). VARRO ling. 5, 184 neque, si amplius velimus *inquirere*, volumen -etur *libri*. LAVD. Turiae 2, 51 utinam -ente utriusqu⟨e a⟩etate procedere coniugium ⟨potuisset⟩. AETNA 421 cetera materies ..., ut semel accensa est, moritur ...; hic *lapis molaris* semel atque iterum -ens ac mille perhaustis ignibus instaurat vires. SEN. contr. 7, 1, 19 *alii divisione* alia usi sunt; ... -itur autem materia. SEN. dial. 1, 4, 4 avida est periculi virtus *nec* ... quid -sura sit cogitat, quoniam etiam quod -sura est gloriae pars est. LVCAN. 1, 316 ille reget currus *triumphales* nondum -entibus annis? 5, 702. PLIN. nat. 35, 173 *parietum* ratio. QVINT. inst. 9, 4, 119 compositio. *al.*

2 *cum obi. acc.*: **a** *-untur animantes (eorum partes vel coetus e. g. l. 38. 53. 69. p. 723, 23; Fortuna sim. v. sub b); pro obi. sunt*: *α pronomina et adi. neutr. pro subst. minus definita* (*paucissima selecta*): PLAVT. Cist. 457 em, omnia -or iure (Rud. 1100 o. istaec ego facile -or. CIC. Phil. 10, 9 quoad vos o. -i vidit, usus est ipse incredibili patientia. HIRT. Gall. 8, 55, 2 SALL. Iug. 20, 5 PROP. 2, 8, 35 LIV. 6, 18, 7. *et saepe; cf.* cuncta: SEN. epist. 85, 28 STAT. Theb. 3, 548. *al.*). Epid. 150 -ar ego istuc, quod lubet (*item accedit enunt. relat.*: Mil. 1372 -ar quidquid est. Stich. 69 CAECIL. com. 176 BELL. Alex. 61, 4. *et saepissime*). TER. Andr. 380 quidvis -ar (CIC. Phil. 11, 12 ferremus, etsi tolerabile non erat, sed q. -endum fuit, ut hoc ... bellum non haberemus. HOR. carm. 3, 24, 43 epist. 1, 15, 17. APVL. apol. 74, 2 q. -i, q. facere paratum fuisse. *al.*). Eun. 746 haec atque huiusmodi sum multa -sa (CIC. off. 1, 113 VERG. Aen. 1, 5. OV. am. 3, 1, 48 multa supercilio non -enda tuo. ars 3, 566 fast. 2, 586 SEN. dial. 5, 37, 3. *al.*). VERG. Aen. 12, 811 digna indigna -i ([SERV. id est omnia; et proverbialiter dictum est]. SEN. dial. 6, 10, 6 d. atque i.). PROP. 2, 24^{b}, 39 nil ego non -ar: numquam me iniuria mutat (LIV. 38, 33, 2. 38, 34, 4 nihil ... aegrius -si sunt quam exules reduci. SEN. clem. 2, 7, 3 n. aliud. dial. 2, 19, 2. *al.*). OV. epist. 5, 7 leniter, ex merito quidquid -are, ferendum est (LIV. 7, 31, 4. 42, 50, 2 aliud. SEN. contr. 1, 7, 9. 7, 1, 2 SEN. Oed. 983 dial. 7, 15, 7. *al.*). *et passim.*

β res definitae: Ⓘ *specimina pauca ad illustrandas notiones selecta*: Ⓐ *tolerandi, sustinendi* (*sc. fortiter sim.*): ① *in universum*: PLAVT. Men. 721 viduam esse mavelim, quam istaec flagitia tua -i (*719* perpeti). 978 magis multo -or facilius verba: verbera ego odi. TER. Eun. 244 neque ridiculus esse neque plagas -i possum. PACVV. trag. 279 -or facile iniuriam, si est vacua a contumelia. CIC. Verr. II 3, 95 quem *contumeliae aculeum* -i ... viri boni difficillime possunt. 201 *si* hoc vectigal aratio tolerare, hoc est Sicilia ferre ac -i potest. Phil. 6, 19 aliae nationes servitutem -i possunt, populi Romani est propria libertas. fin. 3, 42 si dolores eosdem tolerabilius -untur qui excipiunt eos pro patria quam qui leviore de causa (*item in philosophia*: 4, 23 *Panaetius* cum ... de dolore -endo scriberet. Tusc. 4, 60 qui non turbulente humana -antur. *sim. al.*). BRVT. Cic. ad Brut. 24, 6 W. servire et -i contumelias ... odero. VARRO rust. 2, 10, 3 *senes* callium difficultatem ac montium arduitatem ... *non* facile ferunt, quod -undum *est pastoribus. et passim.* ② *-untur qui quid incolumes, sine noxa sim. sustinent* (*exempla potiora; cf. p. 725, 31*): OV. trist. 3, 3, 7 nec caelum -or nec aquis adsuevimus istis. CELS. 2, 18, 3 pisces ..., qui salem non -untur. SEN. epist. 51, 10 quamlibet viam iumenta -untur, quorum durata ... ungula est. COLVM. 8, 17, 8 *mullus* raro ... *vivarii* claustra -itur. PLIN. nat. 31, 23 *fluvii cuiusdam* gurgitem periuri negantur -i velut flammam. ③ *-untur qui pondera corporea sustinent* (*proprie et in imagine; cf. e. g. p. 724, 7*): SEN. contr. 3 praef. 9 quidam *equi* melius equitem -antur, quidam iugum (*addas imagines vol. VII 2, 641, 70sq.; aliter p. 722, 4*). suas. 2, 1 (*ironice*) insueta ... arma non -surae manus (STAT. Theb. 11, 551 [*Polynices ad fratrem*] exercita ... membra vides *mea*; disce a. -i). SEN. Thy. 931 (*in imag.*) pondera regni non inflexa cervice -i (SIL. 14, 90).

Ⓑ *subeundi, experiendi* (*sc. mala, quibus quis afficitur neglecto respectu fortiter, laboriose sim. perpetiendi; bona v. sub B 3*): CIC. rep. 3, 23 cum de tribus unum est optandum, aut facere iniuriam nec accipere, aut

et facere et accipere, aut neutrum, optumum est facere impune ..., secundum nec facere nec -i, miserrimum digladiari semper tum faciendis tum accipiendis iniuriis. NIGID. Gell. 9, 12, 6 imminentia fraudis, quam *quis* vel facturus cuipiam vel -surus est. OV. met. 3, 11 bos ... nullum -sa iugum curvique immunis aratri. 12, 386 opposuit dextram -surae vulnera fronti: adfixa est cum fronte manus. trist. 5, 8, 4 cur ... *meis* casibus insultas, quos potes ipse -i? Ib. 519 inclusus ... necem cavea -aris. LIV. 38, 15, 5 se mortem in dies aut ferro aut fame -endam exspectare. SEN. Herc. O. 1599 -sus an pondus *Herculis in caelum rapti* titubavit Atlas? (*cf. Ov. met. 9, 273* sensit Atlas pondus). Med. 784 pinnas ... Stymphalidos Lernaea -sae spicula. epist. 94, 7 in morte, quam -i lex est. LVCAN. 2, 548 *Carbo* secures -sus *Pompei.* 7, 502 civilia bella una acies -itur, gerit altera: frigidus inde stat gladius, calet ... ferrum *Caesaris.* STAT. Theb. 3, 163 mortem obscuram numerosaque funera -si ... sine laude iacetis. *al.* *pro obi. sunt motus animi* (*cf. IID2*): QVINT. inst. 6, 2, 21 metum ... duplicem intellegi volo: quem -imur et quem facimus. 6, 2, 27 irascetur *qui audiet,* si nihil ipse, qui in iram concitat, ei quod exigit simile -etur? PLIN. epist. 2, 9, 1 adficior cura et, quam pro me sollicitudinem non adii, quasi pro me altero -or. GELL. 14, 2, 19 pro varietate ... argumentorum ... alius atque alius motus animi -endus est *ab eo qui audit.* *al.*

Ⓒ *sinendi, concedendi*: CIC. Phil. 13, 7 si receptis illis *Antonio et eius comitibus* esse possumus liberi, vincamus odium pacemque -amur (*cf. e. g. 2* cum Antoniis pax potest esse?). SALL. Iug. 55, 8 *Iugurtha* postremos in agmine *Romanorum* temptare ac statim in collis regredi ... neque proelium facere neque otium -i. PROP. 4, 4, 30 *Tarpeiae* vulnera (*i. Tatii amorem*) ... non -enda Iovi. OV. am. 2, 19, 51 lentus es et -eris nulli -enda marito; at mihi concessi finis amoris erit. SEN. contr. 1, 1, 17 ne di istud nefas -antur. MELA 1, 47 neque aliorum ... aut congressus aut conloquia -untur (*Sol. 31, 5* sinunt). COLVM. 5, 6, 34 *palmitem* praecipitem ... plus anno -i non oportet. 11, 3, 42 *semina* sunt sua ... sede -enda. LVCAN. 8, 349 -imurne pudoris hoc volnus, clades ut Parthia vindicet ante Hesperias quam Roma suas? 8, 750 damna sepulchri. VAL. FL. 3, 17 cur talia -sus arma, quid hospitiis iunctas concurrere dextras Iuppiter? QVINT. inst. 2, 5, 7 nihil otiosum -i, quodque in inventione quodque in elocutione adnotandum erit. 9, 2, 51 concessio, cum aliquid etiam iniquum videmur causae fiducia -i. TAC. hist. 1, 28 ut pessimum facinus auderent pauci, plures vellent, omnes -rentur. ann. 4, 46, 1 causa motus *erat,* ... quod -i dilectus ... aspernabantur. *al.*

Ⓘⓘ *exempla sec. iuncturas digesta (sc. potiora selecta); -itur aliquis*: Ⓐ *res incorporales* (*lucem p. 723, 44 sqq.*): ① *mala, incommoda sim. varia*: NAEV. com. 106 -i necesse est multa mortales mala (PLAVT. Asin. 324 fortiter. OV. fast. 1, 487 trist. 1, 5, 47. 3, 11, 59. *al.*). PLAVT. Rud. 710 pugnum in os impinge. :: iniqua haec -or cum pretio tuo; ... ius meum ereptum est mihi, meas mihi ancillas ... eripis (*vergit ad IIA1b*). CIC. Verr. II 5, 112 facile dolorem corporis -batur (*saepe, v. vol. V 1, 1847, 76sqq.*). Tusc. 5, 74 cum vim caloris non facile -atur *aestuans quidam* (*cf.* 5, 79 frigus [*al. v. infra l. 49 et vol. VI 1, 1337, 12sqq.*]. CAES. Gall. 5, 10, 2 vim tempestatis. SALL. Iug. 85, 33 hiemem et aestatem. VERG. [?] catal. 9, 45 frigora [sidera *codd.*] ... *et* calores. *sim. al.*). 5, 79 bestiae non frigus, non famem, non montivagos ... cursus lustrationesque -untur? (OV. Ib. 615 LVCAN. 6, 108 QVINT. decl. 283, 3. TAC. hist. 4, 59, 3 f. ferrumque et extrema. *al.*). PVBLIL. E 12 exilium -itur (VERG. Aen. 2, 638 SEN. dial. 11[12], 16, 7. *al.*). CAES. Gall. 2, 31, 6 sibi praestare ... quamvis fortunam a populo Romano -i, quam *eqs.* (civ. 2, 6, 1 belli. 2, 32, 8 extremam. QVINT. decl. 269, 2. *al.; cf.* OV. trist. 5, 8, 4 *casus* [SEN. dial. 6, 12, 5. *al.*]. SEN. Tro. 1016 sortem [CVRT. 8, 3, 6]. LVCAN. 9, 849 fata [CE 1696. *al.*]). VERG. Aen. 1, 232 Troes ..., quibus tot funera -sis cunctus ... clauditur orbis (OCTAVIA 940 *al.; cf.* mortem: *vol. VIII 1507, 70sq.*; letum: *vol. VII 2, 1190, 31sq.; sim. al.*). 6, 660 manus ob patriam pugnando volnera -si (7, 182 PROP. 3, 14, 8 OV. am. 2, 3, 4. *al.* LIV. 38, 21, 8. *al.; aliter l. 25*). OV. met. 4, 350 *Salmacis* vix ... moram -itur, vix iam sua gaudia differt (fast. 2, 722 longas. LIV. 45, 10, 6 m. navigationis brevem. SEN. Ag. 131 Herc. f. 773. *al.*). *al.* ② *iniurias, convicia, poenas sim.*: PLAVT. Men. 721 flagitia tua. 978 -or facilius verba: verbera ... odi. TER. Eun. 244 plagas (*cf.* CATVLL. 63, 81 verbera [VERG. georg. 3, 208 *de equis.* LYGD. 4, 66 OV. fast. 2, 696. *al.*]. SEN. dial. 4, 14, 2 ictus). PACVV. trag. 279 iniuriam (CIC. Phil. 12, 9 rep. 3, 23 Lael. 78. *et saepe*). BRVT. Cic. ad Brut. 24, 6 W. servire et -i contumelias (*al. v. vol. IV 803, 12sqq.*). NIGID. Gell. 9, 12, 6 *fraudem* (*al. v. vol. VI 1, 1269, 13sqq.*). VERG. ecl. 2, 15 Amaryllidis iras atque superba -i fastidia (*cf.* fastus -i *vol. VI 1, 331, 48sq.*). HOR. epist. 1, 16, 74 Pentheu, ... quid me perferre -ique indignum coges? (*cf. p. 721, 39 et vol. VII 1, 1190, 20sqq.*). OV. epist. 19(20), 67 invidiam (PLIN. epist. 5, 13, 2). met. 1, 243 dent ..., quas meruere -i, ... poenas (4, 467. *al.* LIV. 45, 22, 1. *al.*). Pont. 4, 14, 39 convicia (*al. v. vol. IV 874, 32*). *al.* ③ *imperium, servitutem sim.*: CIC. Phil. 6, 19 servitutem (LIV. 8, 4, 2 sub umbra foede-

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ris aequi. 10,35,10 aut mortem aut s. 24,33,5. Tac. hist. 1,16,4 nec totam s. -i possunt nec totam libertatem. *al.*). Sall. Catil. 19,4 imperia eius *Pisonis* iniusta ... barbaros nequivisse -i (Liv. praef. 7 aequo animo. Sen. Herc. f. 398 Med. 189 Stat. silv. 2,5,3. *al.; cf.* Liv. 7,18,6 vel reges vel decemviros vel si quod tristius sit imperii nomen -endum esse). Verg. Aen. 10,866 iussa aliena (Ov. fast. 3,860 nefanda. Val. Fl. 7,95). Ov. ars 3,488 servitium (Liv. 41,6,9 [*antea*: premi imperio]. Octavia 298. Plin. nat. 10,47 aegre. *al.*). Liv. 7,39,5 crudele consulum ac patrum in se regnum (Cvrt. 4,1,25 Lvcan. 1,365. 2,315 Mart. 9,65,6. *al.*). *al.*

④ *bellum, cladem sim.*: Sall. or. Phil. 2 pacem praestare et bellum -i (Liv. 8,13,2 Sen. Med. 274 Lvcan. 7,502. *al.*). Verg. Aen. 7,807 proelia ... dura -i (12,571 Sil. 15,751. *al.*). Prop. 4,1,137 militiam Veneris blandis -iere sub armis (Liv. 4,18,1 procul ab domo m. aegre -ens *Faliscus.* 4,18,2 longinquam. 26,2,16 ignominiosam). Liv. 1,52,3 urbium excidia vastationesque agrorum (*antea*: perpessi). 3,2,4 hostilia (*cetera v. vol. VI 3, 3053, 45sq.*). 3,5,5 consul, cum primo quietus obsidionem -sus esset, ... erupit (37,53,16. 44,30,8. Cvrt. 4,2,11 forti animo. *al.*). Stat. Theb. 7,172 tubas Martemque. Svet. Iul. 36 nullam cladem nisi per legatos suos -sus est. *al.* ⑤ *bona vel neutra* (*sc. quodammodo gravia, molesta, difficilia; cf. l. 33. 46; aliter sub B3*): Cic. Phil. 13,7 si ... esse possumus liberi, ... pacem ... -amur (Liv. 8,13,2 ut neque bellum neque p. -i possent. 30,31,9 Lvcan. 2,559 Sil. 16,546. *al.*). fin. 5,55 ut appetat animus aliquid agere semper neque ... quietem sempiternam possit -i (Sall. Iug. 101,11 Sen. Thy. 198 Cvrt. 4,13,16). Sall. Iug. 55,8 neque proelium facere neque otium -i (*al. v. vol. IX 2,1183, 78sqq.*). Ov. ars 2,438 aequā commoda mente -i. Sen. contr. 9 praef. 4 ut clamorem, silentium, risum, caelum denique -i nesciant *declamatores* (Qvint. inst. 6,3,31 libenter). Phaedr. 1,26,12 sua quisque exempla debet aequo animo -i. Sen. Thy. 198 secundis ... in rebus modum. dial. 6,5,3 -ere, immo arcesse sermones *de filio mortuo* (*cf.* Mela 1,47 colloquia [Stat. Theb. 10,38]. Stat. Theb. 8,245 benignos adfatus et ... solacia). epist. 5,6 divitias. *al.*

Ⓑ *res corporales, loca, lucem* (*hic illic in imag.*): Cic. S. Rosc. 140 eos, qui equestrem splendorem -i non potuerunt, servi ... dominationem ferre posse. Verr. II 3,95 quem *aculeum contumeliae* -i ... difficillime possunt (*sim. in imag.*: Ov. ars 2,520 *spicula. proprie*: Sen. Med. 784 spicula. Lvcan. 6,392 sagittas). Cvlex 374 Ditis opacos cogor adire lacus ... et vastum Phlegethonta -i (*item regiones sim.*: Ov. Pont. 3,4,34 *locum* [Val. Fl. 7,491]. Lvcan. 5,88 quis terram caeli -itur deus? [*antea*: dignatur ... habitare]. Val. Fl. 5,196 tot freta, tot ... sidera. *al.*). Prop. 1,1,27 fortiter et ferrum, saevos -emur et ignes (*cf. p. 733, 5*). Ov. epist. 4,22 frena ... vix -itur de grege captus equus (ars 1,472 Phaedr. 4,4,9 Sil. 3,387. *cf.* Stat. Theb. 9,684 habenas). met. 3,11 iugum (*al. v. p. 721, 68*). 6,553 flexis post terga lacertis vincla -i (trist. 2,206. Petron. 102,12 pannos et v. 114,12. *al.*). fast. 4,450 diurnum lumen inadsueti vix -untur equi *Ditis* (*cf.* Sen. epist. 94,20 claram lucem. Lvcan. 9,904 *solis* radios. *sim. al.; in imag. de vita*: Val. Fl. 1,325 lucem [Sil. 6,577]). Phaedr. 3,7,11 -or nives imbresque in silvis asperam vitam trahens (Stat. Theb. 5,15 Borean i. que. Frontin. [?]strat. 4,1,1). Lvcan. 10,438 *milites* -suri comminus arma laturique ruunt (a. *hostium ut* Stat. Theb. 3,341. *paulo aliter p. 722, 32*; a. *propria p. 721, 69*). *al.*

γ *animantes eorumque partes* (*praevalet vis tolerandi; ad vim subeundi cf. l. 64. p. 724, 6, sinendi e. g. l. 56. 71sq.*): Ⓘ *usu communi* (*sc. obi. est a subi. alienum*): Ter. Andr. 62 facile omnes perferre ac -i (*postea*: eis sese dedere, eorum obsequi studiis). 262 *pater* me tam leni -sus est animo usque adhuc. Sall. (?) rep. 1,1,6 pessumus quisque asperrume rectorem -itur (*item* Sen. dial. 5,36,4). Prop. 3,11,49 si mulier, *sc. Cleopatra*, -enda fuit. Ov. met. 2,86 vix me *Solem* -untur *equi* (*cf. p. 724, 6 nec non* Sen. epist. 85,41 *domitores ferarum* saevissima animalia ... hominem -i subigunt [Lvcan. 4,239. *al.*]. Stat. Theb. 4,739 legem dominosve). Liv. 1,17,7 nec ultra nisi regem et ab ipsis creatum videbantur -suri *plebei* (7,18,6 *l. 4 supra.* Sen. clem. 1,19,2 *de apibus.* Cvrt. 10,7,6 Tac. Germ. 42,2. *al.*). 40,8,18 (*Philippus ad filios*) nec fratrem nec patrem potestis -i. Sen. contr. 9,1,3 aequiore animo inpudicam *filiam* -i voluit. Sen. Oed. 231 incipit ... vates spargere ... comas et -i commota Phoebum. clem. 1,5,7 princeps ... *cives* quosdam esse gaudeat, quosdam -atur. Cvrt. 8,7,9 *innocentis* vultum (*cf.* Lvcan. 8,70 maestam ... mariti ... faciem. Sil. 13,436 sta, iuvenis, faciemque Erebo quae surgit ab omni ... -ere). Val. Fl. 8,444 dare poenas ... dominumque -i (*adde l. 59*). Sil. 14,101. Stat. silv. 2,6,65 *in qualibet alia calamitate* -rere serena fronte deos (*cf. l. 71*). 3,3,72 terribilem ... tyrannum (*Caligulam. cf.* Mart. 7,40,2 utrumque deum, *sc. Domitianum iratum et placatum*). Mart. 3,92,1 ut -ar moechum, rogat uxor. Tac. hist. 2,37,2 *non* nisi pollutum obstrictumque meritis suis principem -suros *legatos.* 2,95,3 civitas eodem anno Othonem, Vitellium -sa. Itala Matth. 6,24 (cod. a *al.*) nemo potest duobus dominis servire: ... unum -etur et alterum contemnet (*Vulg.* sustinebit; *gr. ἀνθέξε-*

ται). Conc.^{S} II 3,1 p. 80,1 (*formula veniam petendi*) -atur nos tua reverentia et mox fatigationem sustineat *conveniendi Eutychen* (*gr. II 1, 1 p. 102, 14 ἀνάσχηται ἡμῶν*). *al.* *corporaliter*: Prop. 2,25,14 Caucaseas ... si -remur aves *ita ut Prometheus.* Sen. contr. 3 praef. 9 *v. p. 721, 67.* 9,4,1 (*loq. pater a filio pulsatus*) quod manus illius ⟨pass⟩u⟨s⟩ sum ([*si recte restituitur*]. Sen. Oed. 337 placidone vultu ... admotas m. -untur *victimae*?). Sen. Herc. O. 1212 montiferum Titana -i. Hadr. carm. 1,4 culices -i rotundos. Ⓘ *obi. respicit eum ipsum qui -itur*: -i manes suos: Verg. Aen. 6,743 quisque s. -imur m. (*v. vol. VIII 294, 49sqq. et e. g. Austin, 1977, ad l.*). se -i (*cf. l. 37*): Sen. nat. 4 praef. 1 turbam rerum hominumque desiderent, qui se -i nesciunt. Invent. cruc. 63 non est se -sa *Helena*, donec ... Christi lignum crucis inveniret. -i *eum, quem quis repraesentando sustinet* (*cf. e. g.* praebere, *vol. X 2, 389, 19sqq.; minus probabiliter subaudias sive pron. refl.* se *sive inf.* esse): Sen. Herc. O. 229 felix quisquis novit famulum regemque -i vultusque suos variare potest; rapuit vires ... malis, casus animo qui tulit aequo. -i cor suum (*sc. aegrum, immundum*): Pavl. Nol. epist. 24,10 p. 211,9 *etiam viri pii* cor suum -bantur, cum dicerent: 'cor mundum crea in me, deus *eqs.*' (*psalm. 50, 12*).

δ *subst. et pron. cum praedicativis* (*v. et p. 726, 4. 727, 56. al. et cf. locut. adverbiales p. 722, 30. 725, 13*): Ⓘ *usu communi* (*sc. accedunt p. p. p. et adi. passim, subst. l. 33. 37. 39. 46. 56; exempla pertinent ad p. 726, 24, si cogites de copula supplenda, ut maxime l. 50; praevalet notio sinendi, sed occurrit notio tolerandi l. 27. 42sq. al., experiendi, subeundi l. 39. 46*): Ⓐ *in enunt. negatis*: Plavt. Mil. 396 neque me quidem -ar probri falso impune insimulatam. Ter. Hec. 538 negabas nuptam posse filiam tuam te -i cum eo qui meretricem amaret. Trag. inc. 68 victor ... se dolore victum non potuit -i. Cic. Cael. 78 ne -amini illum absolutum. Hirt. Gall. 8,48,3 ne sua vulnera ... -rentur impunita (Tac. hist. 4,77,3). Sall. Iug. 66,1 nihil intactum neque quietum -i, cuncta agitare (Tac. Agr. 20,2. *cf. l. 51*). 88,2 nihil apud se remissum neque apud illos tutum -i (Liv. 21,7,8). 96,3 neque consilio neque manu priorem alium -i. Verg. ecl. 8,24 *Pan* qui primus calamos non -sus inertes. Aen. 10,866 neque ... iussa aliena -i et dominos dignabere Teucros (*nisi attributive, sed cf.* Cvrt. 7,8,21 alienigenam dominum -i). Aetna 248. Liv. 24,33,5 caedem ... inultam (25,38,6. Val. Fl. 4,14 Aeetae gemitus. Homer. 82 Qvint. inst. 12,7,2. *al.; cf. l. 52*). Tac. ann. 13,56,1 neque alios iudices quam se ipsos -rentur (*nisi attributive*). Apvl. apol. 7,2 nihil ... sordidum sinere, nihil ... immundum -i. Tert. scorp. 9 p. 163,12 nemo ... eorum *apostolorum* aut fratrem aut patrem -sus est traditorem (*ad Matth. 10, 21* tradet ... frater fratrem in mortem). *al.* Ⓑ *cetera exempla*: Plavt. Merc. 251 lugere atque abductam illam *capram* aegre -i (Poen. 1071 quo *propinquo* me privatum a. -or mortuo. Liv. 1,2,1. 10,1,7. *al.*). Stich. 132 vosne ego -ar cum mendicis nuptas me vivo viris? (*sim.* Ter. Phorm. 304. *item in enunt. interrog.*: Sall. or. Phil. 17. Verg. Aen. 7,421 Turne, tot incassum fusos -iere labores, et tua Dardaniis transcribi sceptra colonis? Ov. met. 10,627 necem pretium -etur amoris? *al.*). Acc. trag. 365 *o Argivi,* sīstis pelli, pulsum -imini. Cic. Verr. II 4,80 *si* spoliata illa *monumenta* -eris *et* ... spoliatorem ... defendes. Cael. 23 illam partem causae facile -or graviter ... a M. Crasso peroratam (Phil. 8,32 legatos nostros ab Antonio despectos et inrisos. Att. 16,16^{c},10 f. -or datum tempus, in quo *eqs.*). Lavd. Turiae 2,69 te di manes tui ut quietam -antur. Liv. 3,15,7. 5,16,3 -suros inultam eam iniuriam Romanos. 43,15,5. Colvm. 4,11,1 *veteres* capillamenta seminum intacta -bantur. Sil. 13,548 versas ... ad funera taedas -sis virginibus (*nisi attributive*). Mart. 2,75,2 solitus leo ... insertam ... -i blandus in ora manum. Tac. hist. 3,66,2 ut privatum Vitellium -retur *Vespasianus. al.*

Ⓘ *cum part. praes.* (*cf.* Prisc. gramm. III 373,5 Attici *'ὑπομένομεν τόνδε τοῦτο ποιεῖν' καὶ 'τοῦτο ποιοῦντα' καὶ 'τοῦτο ποιοῦντος'*; sic et nos '-imur illum hoc facere' et 'hoc facientem' et 'hoc faciente'. *viget vis tolerandi; v. etiam p. 726, 8. 12*): Verg. Aen. 1,386 (*nisi ad γ*) nec plura querentem -sa Venus *dixit*: '...'. Stat. Theb. 1,481 mulcentem dictis corda aspera regem iam faciles ... -si subiere penates. Apvl. met. 5,31,6 quis ... te, *Venus*, ... -etur passim cupidines populis disseminantem? 10,33,4 philosophantem ... asinum. Decl. in Catil. 72 Catilinam ... cives ad perniciem ... devocantem. Symm. epist. 1,37,1 -ere ... me ... obloquentem. Rvfin. Adamant. 3,1 paucis volentem me disputare vobiscum et dogma sanissimum defendentem quaeso -emini (*gr. ἀνάσχεσθε*). *de actione corporali*: Heges. 1,30,8 qui comminus pugnantem Herodem -i nequivere (*gr. 1, 306 φέροντες*).

b *-untur res*: *α aliquid*: Ⓘ *de rebus incorporalibus*: Ter. Hec. 225 sumptus vestros otiumque ut nostra res posset -i (*sim.*: Rhet. Her. 1,12,21 aerarium -i non posse largitionem tantam. Hor. epist. 1,18,29 meae ... stultitiam -untur opes). Cic. Verr. II 3,199 arationis ipsius vis ac ratio consideranda est, quid ea sustinere, quid -i, quid efficere possit ac debeat. Pis. frg. 10 neque ... hoc (*sc. ut Placentia contem-*

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

netur) mea natura fert, nec municipii ... dignitas -itur. de orat. 3, 36 ut id confirmaret in utroque *discipulo*, quod utriusque natura -retur (rep. 3, 18 nec inconstantiam virtus recipit, nec varietatem n. -itur. leg. 2, 29 n. feminarum omnem castitatem -i. ac. 2, 54. Tusc. 2, 46 hoc [*sc. dolorem sim.; syn.*: ferunt, perferatur]. SEN. benef. 7, 19, 5 mutationem sapientis tantam n. non -itur. *al.*). off. 2, 18 tanta ... poena adficiamus *eos*, quantam aequitas humanitasque -atur. 2, 51 vult hoc (*sc. nocentem defendere*) multitudo, -itur consuetudo. fam. 5, 13, 5 tecum ... ero tantum, quantum -etur utriusque aetas et valetudo (PLANC. Cic. fam. 10, 4, 2 MIN. FEL. 28, 11). 13, 72, 2 omnia, quae tua fides -retur (PHAEDR. 3 epil. 26 decerne quod religio, quod -itur f.). CAES. civ. 2, 9, 7 ubi quantum storiarum demissio -batur, tantum elevarant. SALL. Iug. 53, 6 dolus Numidarum nihil languidi neque remissi -batur. 85, 23 maiorum gloria... neque bona neque mala *posterorum* ... in occulto -itur. OV. trist. 2, 540 supplicium -itur non nova culpa novum. LIV. 1, 14, 6 dilationem ⸢-i tam vicinum bellum *non* poterat. 6, 3, 3 cuius spei moram cum -i fortuna obsessorum non potuisset. 22, 8, 4 *civitatis* viribus extenuatis, quae nihil, quod adgravaret, -i possent (SEN. suas. 5, 8 Graeciae vires *non posse* ... -i alterum bellum. *cf. l. 27. p. 724, 74*). 33, 48, 6 quanto res et tempus -batur apparatu celebratae ... epulae sunt ([*fort. attractione relativi, si conferas* VITR. 2, 1, 4 spatio inter eas relicto, quanto arborum longitudines -untur]. 35, 25, 11 metuens, ne dilationem res non -retur. CELS. 5, 26, 21[C] ubi ne id quidem res -itur). CELS. 3, 4, 6 *antiqui cibum* tarde dabant ..., et id ... in Aegypto caeli ratio -itur (5, 26, 24[A] si id vulneris r. non -itur. *al.*). SEN. Herc. f. 588 odit verus amor nec -itur moras. dial. 1, 4, 4 virtus ... quo tendat, non quid -sura sit, cogitat (LVCAN. 8, 383 Martem). 10, 10, 6 praesens tempus *non* ... magis moram -itur quam mundus aut sidera (*cf. l. 19*). epist. 31, 10 ne forma quidem et vires beatum te facere possunt: nihil horum -itur vetustatem (*cf. l. 34*). COLVM. 3, 19, 2 vallis et uliginosi campi situs -itur etiam trigemmem *malleolum*. *al.*

Ⅱ *de rebus corporalibus; praevalet potius vis*: Ⓐ *tolerandi, sustinendi: cum acumine quodam fere i. q. sine noxa, sine detrimento perferre* (*cf. l. 43. 50 nec non accedente verbo* posse *l. 40; sim. p. 721, 61*): LVCR. 5, 314 *silices* aevi vires *non* perferre -ique (*cf.* SEN. epist. 36, 3 non -i aetatem [*vinum quoddam ut* COLVM. 3, 2, 19 vetustatem]. COLVM. 2, 10, 1 *lupinum* repositum in granario -itur aevum). COLVM. 2, 9, 3 hordeum nisi solutum et siccum locum non -itur (2, 10, 8 *faba*. PLIN. nat. 18, 83 *far*. *al.*). 3, 1, 5 genus vitis ..., quod nebulas ... sine noxa perfert ..., quod siccitatem ventosque -itur. *al.* LVCAN. 4, 16 saxeus ... pons ... hibernas -surus aquas. 6, 275 *tellus Padum* furentem ... non -sa ruit. *al. usu communi*: VITR. 2, 8, 19 quae *testa* non in tectis poterit -i laborem (*frigus sim.*), ea non potest in structura oneri ferendo esse firma (10, 16, 4 ut *machina quaedam* posset -i plagam lapidis ... immissi. COLVM. 12, 21, 6 quantum plurimum salsae vinum ... sine offensa gustus -i possit. *al.*; *cf.* COLVM. 2, 11, 2 simulac primum sartionem -i queant segetes). SEN. Herc. O. 778 qua ... -itur Aquilonis minas *Euboea*. Med. 337 *Argo* iussit ... -i *remorum* verbera pontum. 365 *post Argonautas* cessit pontus et omnes -itur leges. Thy. 769 impositas dapes transiluit ignis inque ... focos ... regestus et -i iussus moram invitus ardet. COLVM. 3, 2, 8 imbres et ventos fortius -itur *vitis quaedam*. 5, 12, 1 (*item* arb. 28, 1) *cytisus* omnem iniuriam sine noxa -itur. *al.* Ⓑ *subeundi, experiendi* (*saepe circumscribuntur verborum formae passivae, sc. 'aratrum -i' fere pro 'arari'*): VERG. ecl. 4, 40 non rastros -etur humus, non vinea falcem (*cf.* OV. fast. 1, 159 *vere* -itur cultus ager et renovatur aratro. LVCAN. 1, 169 *rura* sulcata Camilli vomere et ... Curiorum -sa ligones. *al.*). OV. met. 13, 117 tuus, tam raro proelia -sus, integer est clipeus (*cf.* SIL. 4, 17 multas -surus dextras atque irrita vulnera thorax). fast. 1, 693 -sura ... farra bis ignem. trist. 5, 2, 72 hic nunc -itur, nunc timet arma locus. SEN. Herc. O. 1628 *in quercu caedenda* volnus ... ferrum -itur. Med. 728 *herba* -sa ferrum est (*729* succisus frutex. *cf. l. 52 nec non* PLIN. nat. 17, 70 semina ... supputare ac falcem -i consuescere). Phaedr. 1132 raros -itur fulminis ictus ... vallis. benef. 3, 2, 3 *v. p. 726, 5*. LVCAN. 6, 380 *amnem quendam* fluvii contagia vilis nolle -i. 10, 307 *Nilus* damnum non -sus aquarum. PLIN. nat. 17, 235 *abietes et pini* eandem *corticis detracti* iniuriam hieme -sae diutius tolerant. *al.* Ⓒ *sinendi, admittendi sim.*: PROP. 4, 6, 46 turpe Latinos (-is *trad.*) ... fluctus regia vela -i *Cleopatrae* (*item de aquis navigia admittentibus* [*vix portantibus, cf. p. 738, 72sqq.*]: SEN. Herc. f. 541 stat pontus vicibus mobilis annuis, navem nunc facilis, nunc equitem -i. benef. 6, 7, 3. MELA 1, 51 *Nilus* partim asper partim navigia -ens. VAL. FL. 5, 206. STAT. silv. 4, 3, 77. *al.*). VITR. 2, 4, 3 *harenae* fossiciae ... celeriter ... siccescunt ... et concamerationes -untur (*antea*: c. recipit). SEN. epist. 112, 2 non quaelibet insitionem vitis -itur (*postea*: non recipiet surculum. *cf.* COLVM. 5, 11, 6 [*item* arb. 26, 5] quos *surculos inserendos* arbor ea -etur). COLVM. 10, 18 *quaedam terra* negat elleboros ... nec -itur taxos (*cf.* PLIN. epist. 5, 6, 4 caelum ... frigidum ... laurum ... -itur). 12, 52, 16 vasa ... ceraturam -i. LVCAN. 6, 94 *v. supra p. 430, 29*. STAT. silv. 3, 1, 14 saxa nec ulla

-i faciles vestigia terras. IVV. 5, 25 *malum* vinum, quod sucida nolit lana -i. TAC. ann. 1, 64, 4 planities, quae tenuem aciem -retur. *al.*

β aliquem (*manum, oculos alicuius l. 5. 12*): SALL. or. Phil. 16 neque te provinciae neque leges neque di penates civem -untur. OV. ars 1, 180 *Romana* signa ... barbaricas non bene -sa manus (SEN. benef. 3, 2, 3 quae in usu sunt et manum cottidie tactumque -untur). GRATT. 71 *Hercules*, quem mare, quem tellus, quem praeceps ianua Ditis omnia temptantem ... -sa *est*. SEN. Phaedr. 289 *ora septemtrionalis* semper errantes -itur colonos (*nisi ad B1a*). 535 iussa nec dominum -i iuncto ferebat terra servitium bove. dial. 8, 8, 3 quae *res publica* sapientem aut quam sapiens -i possit. epist. 87, 19 non in omnes bonum cadit nec quemlibet possessorem -itur. LVCAN. 5, 545 *sol* spectantes oculos infirmo lumine -sus. STAT. Theb. 1, 282 regna ... melius generos -sura nocentes *quam Argos*. 9, 501 *arbor non* ultra ⸤-sa virum⸥ *obruit eum* (⸤⸥ -surum *trad., quod def. Håkanson, Statius' Thebais, 1973, 62sq., ut ad 1a pertineat*). TAC. hist. 5, 6, 2 mare mortuum neque pisces aut ... volucres -itur (*inde* HEGES. 5, 18 p. 270, 10). PLIN. paneg. 39, 5 *in hereditatibus imperator* statuit ... summam, quae publicanum -i possit; carebit onere vicesimae parva et exilis hereditas. TERT. adv. Marc. 4, 3 p. 428, 13 apostolorum instrumentum, quod adulteros -sum est. RVFIN. hist. mon. 29 p. 453[C] nec enim -itur tam terribilis locus nisi perfecti propositi habitatores. epil. 1 p. 460[C] illa *loca* ... etiam barbaros -untur *incursantes*. *al.*

3 *cum structura verbali*: **a** *de animantibus*: *α acc. (dat. l. 35) c. inf.* (*v. etiam passim sub b et cf. p. 724, 22. 727, 29*): Ⓘ *vigente vi sinendi*: Ⓐ *in enunt. negatis*: PLAVT. Men. 1010 numquam te -ar perire (*eadem forma primae pers.*: Merc. 785 nec pol ego -ar ... scorta obductarier. *al.* TER. Hec. 768 TRAG. inc. 139 VARRO Men. 572 rust. 1, 1, 3. 2, 8, 1 CIC. Quinct. 34 Mur. 23. *et saepe*). TER. Haut. 486 tu rem perire et ipsum non poteris -i. QVADRIG. hist. 10b *Titus Manlius non* -sus est virtutem Romanam ab Gallo turpiter spoliari. CIC. inv. 1, 70 nedum ... istum -amur ... scriptoris voluntatem interpretari. S. Rosc. 154 hanc *crudelitatem* -i nolite diutius in hac re publica versari (Font. 47 Mil. 103. Att. 11, 2, 2 noli. *al.*). Att. 14, 4, 2 ne -amur intermitti litterulas (*coni. hortativus ut*: VAL. MAX. 8, 6 pr. SEN. dial. 4, 21, 5 amic. p. 28. *al.*). *et persaepe.* *dat. c. inf.* (*sec.* permittere *sim., cf. Hofmann-Szantyr, 363, qui vix recte huc trahunt etiam* VITR. *p. 728, 7*): AVELL. p. 481, 4 huic interim ... desiderabiliter expetenti (hunc ... expetentem *Baronius*) nullatenus perire -amur, ut *eqs.*

Ⓑ *in enunt. interrog.* (*fere indignantis*): *formae primae et secundae pers.*: PLAVT. Asin. 738 sq. ⟨patierin, Argyrippe,⟩ patrem hanc amplexari tuom? :: haec (*meretrix vel crumena*) faciet facile ut -ar (*item* -ne *cum formis certis futuri*: Cist. 500 -erin me periurare? TER. Phorm. 536 itane hunc -emur ... fieri miserum? CIC. leg. agr. 2, 77. *al.*; *sine particula*: CIC. Verr. II 3, 102 -emini ... plus ... ablatum esse? Mil. 80. *et saepius*). Men. 559 egone hic me -ar frustra *esse* in matrimonio, ubi vir compilet clanculum, quidquid domi est? (*eadem forma*: Poen. 368. Trin. 378 egone indotatam te uxorem *ducere* ut -ar? Truc. 758. 925 TER. Andr. 943 SIL. 7, 549. *al.*; *sine particula*: SEN. clem. 1, 9, 4 ego percussorem meum securum ambulare -ar? benef. 2, 21, 1 CVRT. 3, 6, 6; an -ar: OCTAVIA 462 SIL. 12, 500 TAC. hist. 2, 47, 3). Trin. 177 an ego alium dominum -rer fieri hisce aedibus? (*item coni. imperf.*: CIC. Verr. II 3, 65 Att. 6, 2, 8 Ov. epist. 16, 158). RHET. Her. 4, 53, 66 eam *urbem* -imini ... conculcari? (*item ind. praes.*: CIC. Q. Rosc. 8 -eris? Verr. II 2, 57 Phil. 2, 110 SEN. contr. exc. 4, 1, 3 SEN. Tro. 804. *al.*). Phil. 2, 110 an supplicationes ... contaminari -sus es? (COLVM. 10, 216 quid ego infreno volitare per aethera cursu -sus equos?). *formae ceterae*: PLAVT. Most. 355 ecquis homo est, ... qui hodie sese excruciari meam vicem possit -i? (TER. Phorm. 518 horunc amorem distrahi poterin -i? CAES. Gall. 1, 43, 8 LABER. mim. 108. *al.*). Pseud. 201 huncine hic hominem -i colere iuventutem Atticam? CIC. inv. 1, 56 populus Thebanus id -eturne fieri? Verr. II 1, 109 is non omnia ... rata esse -etur? Cluent. 83 cur eum ... abesse -bantur? *et saepius.*

Ⓒ *exempla cetera: in universum*: PLAVT. Mil. 559 si ego me sciente -rer vicino meo eam fieri ... iniuriam (*item in enunt. condic.*: Poen. 696. RHET. Her. 4, 35, 47 CIC. Quinct. 85 de orat. 3, 143 off. 1, 36. *al.*). 1289 occidi Achilles cives -sus est. Poen. 965. Rud. 684 certumst moriri quam hunc -i ⟨saevire⟩ lenonem in me (TER. Haut. 443 olim potius q. -rere filium commetare ad mulierculam, ... proterruisti hinc. CIC. Verr. II 2, 88. II 5, 105 CIRIS 249 LIV. 4, 57, 3. *al.*). 699 fac ut ulciscare nosque ut hanc tua pace aram obsidere -are (*item in enunt. fin.*: Trin. 704 GRACCH. or. frg. Schol. Cic. Bob. p. 81, 22. CIC. inv. 1, 3 Quinct. 10. *et saepe*). Stich. 344 iam dudum ego istum -or dicere iniuste mihi. *et passim. in beneficiis conferendis vel honoribus accipiendis*: CIC. Lig. 7 *Caesar*, qui me, cum ipse imperator ... unus esset, esse alterum -sus est. CAES. civ. 3, 71, 3 ita, *sc. nomine imperatoris*, se postea salutari -sus est.

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

EDICT. imp. Claud. de Anaun. (CIL v 5050)29 -or eos in eo iure, in quo esse se existimaverunt, permanere beneficio meo. SEN. clem. 1, 10, 1 pontificatum maximum ... transferri in se -sus est. benef. 4, 17, 3 gratias ... agi sibi (TAC. Agr. 42, 2 PLIN. paneg. 52, 6). CVRT. 8, 9, 23 cum rex semet in publico conspici -itur, turibula ... ministri ferunt. PLIN. nat. 34, 18 loricatam *statuam* sibi dicari (*sim.* TRAIAN. Plin. epist. 10, 9 statuam poni mihi a te ..., quamquam eiusmodi honorum parcissimus, tamen -or). SVET. Tib. 38 vota pro itu et reditu suo suscipi. 58 honorem ... decerni sibi. *al.*

Ⓘⓘ *vigente vi tolerandi* (*accedunt fere adv. vel locutiones adv. praeter l. 21. 23. 27*): PLAVT. Bacch. 492 viden ut aegre -itur gnatum esse corruptum tuum? (LIV. 7, 5, 2. 9, 22, 6. 38, 9, 12. *cf.* aegerrime: ENN. scaen. 100 SEN. dial. 4, 28, 7). TER. Andr. 203 ubivis facilius -sus sim quam in hac re me deludier (CIC. Att. 9, 10, 7. 12, 44, 1 multo f. fam. 7, 10, 4. *cf.* facile: CIC. S. Rosc. 56. 85. Arch. 20 *nemo est*, qui non mandari versibus aeternum suorum laborum praeconium f. -atur [*item tolerantur res gratae, ut vergat in notionem gaudendi*: nat. deor. 1, 74 non fateor solum, sed etiam facile -or. Att. 13, 20, 1 Torquato nostra officia grata esse f. -or eaque augere non desinam. 15, 2, 2. *al.; cf. l. 38. p. 724, 49*]. *et saepe*). ACC. trag. 9 pervicacem dici me esse et vincere perfacile -or. L. CRASS. or. frg. Cic. de orat. 2, 45 quae natura aut fortuna darentur hominibus, in iis rebus se vinci posse aequo animo -i; ... in ... rebus *aliis* se -i non posse vinci (BRVT. Cic. ad Brut. 11, 3 ae. a. te moneri -eris. SALL. Iug. 31, 21 LIV. 5, 4, 6. 10, 41, 13. *al.; cf.* CIC. fam. 12, 18, 1 periniquo -bar a. te a me digredi). CIC. Verr. II 1, 2 -or, iudices, et non moleste fero, me laboris mei, vos virtutis vestrae fructum esse laturos (3, 5). 5, 31 indigne. leg. agr. 2, 55 non moleste. Sest. 138 siqui voluptatibus ducuntur ... missos faciant honores, ne attingant rem publicam, -antur virorum fortium labore se otio suo perfrui. *al.*

β inf. (*praevalente vi sinendi sim., sed potius sustinendi l. 41. 46. al.*):
Ⓘ *impers.* (*maxime inf. pass. impers., nisi hic illic acc. e contextu subaudias, e. g. l. 33. 36*): PLAVT. Bacch. 464 stultus es, qui illi male aegre -ere dici. Persa 30[a] si tu tibi bene esse pote -i, veni (Pseud. 1135 Trin. 352). CIC. Cluent. 108 haec ... in iudicio demonstrata *non* sunt, ... *Quinctius* dici *non* -batur (*postea*: licebat). Sest. 78 ne de me ferri -retur (Phil. 2, 24 ne -retur ferri, ut *eqs.* CAES. civ. 1, 32, 3 LIV. 28, 45, 7). Phil. 2, 49 ut mihi satis fieri -rer a te. 2, 52 de senatus auctoritate agi (LIV. 3, 19, 1. 23, 19, 15). leg. 3, 11 (*verba legis*) *magistratus* rem populum docento, doceri a magistratibus privatisque -unto. Att. 3, 15, 4 mihi persuaderi (LIV. 32, 36, 2). fam. 7, 31, 1 Acilio non fuisse necesse meas dari litteras facile -or. *al.* CAEL. Cic. fam. 8, 10, 5 fieri. CAES. Gall. 5, 19, 3 discedi. *sim. al.*
ⓘⓘ *pers.*: *act. vel depon.* (*cf. l. 70. p. 730, 22. al.*): FAB. MAX. hist. 1 Aeneas aegre -batur in eum devenisse locum. VARRO ling. 5, 6 scrutari origines ... verborum. BELL. Afr. 23, 2 Pompeio adveniente oppidani usque eo -si propius accedere, donec ad ... murum adpropinquaret (*item respicitur actio aliorum, qui e contextu subaudiri possunt*: NEP. Them. 9, 4 *ut* mihi tempus des eoque transacto ad te venire -aris. Att. 2, 4 HOR. carm. 1, 19, 10 LIV. 5, 20, 9. 22, 6, 11 SEN. epist. 34, 2. *al.*). VERG. Aen. 8, 577 -or quemvis durare laborem. HOR. carm. 3, 9, 15 pro quo bis -ar mori. *al.* *pass.* (*cf. p. 728, 12*): CIC. dom. 29 qui ... sim -sus a tali amicitia distrahi (*sunt qui addant* me). or. frg. A 8, 12 (*si recte huc traximus contextu deficiente*) ad miserrimum ... dominatum dedi -amini. HOR. carm. 1, 2, 43 filius Maiae -ens vocari Caesaris ultor (epist. 1, 16, 30 AVSON. 197, 5 p. 56 P.). epist. 1, 5, 15 -ar ... vel inconsultus haberi. OV. am. 1, 3, 3 *puella* -atur amari (3, 2, 57). ars 2, 419 cogi. met. 1, 644 tangi. SEN. Herc. f. 810 trahi. *al.*

γ enunt. secund.: *structura artiore*: PLAVT. Asin. 832 ne aegre -ar, quia tecum accubat (*cf.* aegre, moleste *sim.* -i quod: CIC. Q. Rosc. 29 Att. 10, 3[a], 2 LIV. 8, 23, 6. *al.; c. praedic.*: LIV. 7, 1, 5 non -entibus tacitum tribunis, quod). Epid. 148 -ierin, ut ego me interimam? (*item in sent. negatis vel sensu negativo praeditis*: CIC. Font. 37 dom. 44. Planc. 97 [*iuxta acc. c. inf.*]. Lael. 87 *misanthropus* -i non possit, ut non *eqs.* SEN. contr. 1, 1, 18. SEN. Tro. 290 COLVM. 11, 3, 58. PETRON. 103, 1 istud ..., ut *eqs. al., cf. l. 70 infra; in sent. condic.*: AVSON. 350, 5 p. 207, 31 si -eris, ut doceam). Men. 725 non ... -ar praeterhac, quin vidua vivam quam tuos mores perferam (*sublucet color sub B2b illustratus ut*: TER. Haut. 761 non possum -i, quin tibi caput demulceam. BELL. Afr. 84, 1). COLVM. 6, 2, 4 -ere unum diem noctemque desaeviant *buculi* (*item coni. nudus*: APVL. met. 1, 26, 6 -itur cubitum concederem. 3, 15, 1 -ere ... obcludam. 6, 2, 6. *al.*). *al.* *structura laxiore ex 1 huc quodammodo vergunt enuntiata temp. vel condic., e. g.* PLAVT. Asin. 375 *v. p. 719, 70.* Asin. 535 *v. p. 720, 14.* CIC. inv. 156 VARRO ling. 9, 14.

b *de rebus* (*maxime in sententiis negatis; accedit acc. c. inf. passim, inf. p. 728, 7. 17. 33. al.*, ut *p. 728, 5sq. 10sq. 13*): *α variis* (*exempla selecta*): CIC. Arat. 114 *Canis aestu suo* haud -itur ... frustra suspensos *agricolarum* animos arbusta ... tenere (*item de sideribus*: MANIL. 3, 668 SEN. nat. 7, 24, 3). Verr. II 1, 33 -atur eius vita reliqua me hanc tantam iacturam criminum facere (Tusc. 5, 13). Sull. 91 fortuna, quae ... non -itur hominem calamitosum ... uno in luctu perire (Mil. 87 BELL. Alex. 43, 4. VERG. Aen. 12, 147 Parcaeque sinebant. LAVD. Turiae 2, 60 SEN. contr. 7, 3, 1 VAL. MAX. 3, 4, 4. *al.; cf.* fata: VERG. Aen. 4, 340 LVCAN. 9, 929). de orat. 3, 95 -itur ... et lingua nostra et natura rerum ... prudentiam Graecorum ad nostrum usum ... transferri (rep. 3, 40 ut id ... in terra maneret. off. 3, 22 illud n. non -itur, ut *eqs.* fam. 6, 6, 11 nec ... ratio feret, ... ut. LVCR. 1, 224. 264. VITR. 2, 1, 9 n. rerum ⌞praeceptis⌟ physicorum veras -itur habere explicationes [⌞ *abl., ne conferas p. 726, 35*]. *al.*). BRVT. Cic. fam. 11, 13, 1 verbis non -itur res satis fieri *beneficii auctori* (VITR. 4, 2, 4 fenestras fieri. 5 praef. 1 quod ... velim ... res -retur, ut amplificationibus auctoritas ... augeretur. CELS. 5, 26, 36[C] utrique succurri. *al.; aliter*: MANIL. 2, 694 rem ... magnam et tantum Graio signari nomine -sam). CAES. Gall. 1, 45, 1 suam ... consuetudinem *non* -i, uti ... socios desereret (*cf.* 6, 8, 1 neque suam -i dignitatem, ut *eqs.*). BELL. Alex. 19, 3 *milites* plures consistere angustiae loci *non* -bantur (LIV. 28, 33, 14 misceri ... proelium. CVRT. 3, 9, 12 extendi aciem. 6, 1, 10 ingredi). VARRO rust. 3, 16, 28 *apes* non omnis tempestas ... prodire longius -itur. VERG. georg. 2, 318 *hiems semen non* -itur radicem adfigere terrae. CIRIS 62 Maeoniae *id non* -untur credere chartae (*cf.* OV. Pont. 3, 1, 57 nec te nesciri -itur mea pagina). OV. am. 1, 10, 12 haec te non -itur causa placere mihi *al.* *β de virtutibus, affectibus*: CIC. Cael. 7 neque ... decebat neque ... pudor -batur ... adulescentis in tali illum oratione versari. Rab. Post. 19 non -itur mea me ... fides de Gabinio gravius agere. Tusc. 2, 31 ea *prudentia* -eturne te quicquam facere nihil proficientem? 3, 36. Lael. 23 debilitari animos aut cadere *non* -itur *amicitia* (fam. 3, 2, 2). fam. 6, 14, 1 pietas amorque ... nullum me -itur ... tempus praetermittere (VERG. Aen. 1, 644). 10, 5, 3 -itur tua summa humanitas et sapientia me, quod sentiam, libere dicere. 11, 27, 2 tuus ... discessus ..., ambitio nostra et vitae dissimilitudo non est -sa voluntates nostras consuetudine conglutinari (SEN. benef. 2, 27, 4). BELL. Alex. 43, 4 quem ... diutius in rebus secundis et fortuna ... diligentiaque Cornificii et virtus Vatinii versari -sa non est (VERG. Aen. 9, 795 VAL. MAX. 3, 3 ext. 7 SEN. epist. 74, 25 SIL. 7, 52). VERG. Aen. 9, 795 terga ira dare aut virtus *non* -itur (SEN. dial. 3, 9, 3 modum adhiberi sibi). OV. epist. 10, 33 nec languere diu -itur dolor, excitor illo (CELS. 4, 31, 6 si nihil superinponi d. -itur. SEN. dial. 11[12], 1, 2. COLVM. 6, 6, 3 [*syn.* sinit]). *al.*

4 *cum gen. v. p. 731, 48, cum abl. p. 735, 32.*

B ***vi deflexa*:** **1** *potius e notione sinendi; dicuntur -i*: **a** *qui auctores sunt alicuius rei, aliquid iubent, efficiunt sim.* (*exempla certiora; cf. e. g. p. 726, 8*): CIC. S. Rosc. 45 alterum *filium* a se non dimittebat, alterum ruri esse -batur (*sim.* 52 [*46* relegasse]. *cf.* PROP. 3, 15, 17 *Dirce Antiopam* inmundis -sa est habitare tenebris). Verr. II 2, 4 urbem pulcherrimam Syracusas ... non solum incolumem -sus est esse *Marcellus*, sed ita reliquit ornatam, ut *eqs.* Cluent. 83 -imini, *iudices*, veritate patefacta ... eo transire illius turpitudinis infamiam, ubi cetera maleficia consistunt. 200 -imini matrem, ne orbata filio laetetur, victam ... discedere. LVCR. 5, 873 quare -remur eorum *animalium* praesidio nostro pasci genus esseque tutum. VARRO frg. Non. p. 551, 24 *si uvam* -si essent in sole aduri. CELS. 5, 27, 2[B] *medici quidam aegrotos* in balineum mittunt ibique -untur desudare. SEN. dial. 1, 3, 8 *proscriptorum* capita sibi ... -itur ostendi *Sulla* (*postea*: haec omnia facit). COLVM. 7, 5, 17 -amur ... super obrutam *pecudem aegrotam* meare totum gregem, quod eo facto morbus propulsetur. LVCAN. 4, 353 *dedentes nos te, Caesar*, securum ... orbis -imur post terga relicti (facimus *coni. Bentley*). 4, 449. 9, 366 abstulit arboribus *poma Hesperidum* ... Alcides -susque inopes sine pondere ramos rettulit ... tyranno. 9, 639 quem ... -sa Medusa mori est? PLIN. nat. 28, 201. *al.* **b** *qui nihil agentes tempus praeterire sinunt, exspectant* (*pauca certiora; color sublucet e. g. iam* PLAVT. Mil. 1022 quid ego? hic astabo tantisper ... frustra? :: -ere atque asta. *cf. etiam* moram -i *p. 722, 61*): LIV. 42, 41, 12 *quid facerem*, cum Abrupolis fines meos ... pervastasset ...? quiescerem et -rer, donec Pellam et in regiam meam armatus pervenisset? (COLVM. 12, 25, 2 tamdiu -i, d. ad pristinum modum perveniat *aqua*). COLVM. 9, 9, 7 -eris ..., dum in suum revolet domicilium *examen apium* (12, 16, 1 *uvas* in aenum fervens demitti et exiguum -i, dum decolorentur. 12, 49, 10 horis tribus). **c** *qui subire vel facere dignantur, quod non debent* (*non nisi de Christo; cf. usum p. 726, 73 descriptum*): TERT. patient. 3, 2 nasci se deus -itur. CYPR. patient. 6 p. 401, 14 immortalitate ... posita fieri se mortalem -itur *Christus*. RVST. HELP. benef. 57 in nostros -sus *es* descendere visus. CASSIOD. hist. 2, 3, 4 -sus ex muliere nasci ... et mori pro eis (*Sozom. 1, 18, 3* εἴλετο).

2 *potius e notione sustinendi (cf. colores quosdam peculiares, quos subiunximus p. 721, 61. 66. 724, 68. 725, 31); dicuntur -i*: **a** *qui tempus peragunt*: ***α vitae*** (*fere molestae, miserae sim.; aliter in versione ad litteram facta* GLOSS. II 318, 55 *εὖ πάσχω*: bene -or. *sine obi. praeter p. 729, 4. 13*): Ⓘ *usu vario*: VERG. ecl. 10, 53 certum est in silvis inter spelaea ferarum malle -i tenerisque meos incidere amores arboribus.

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

SEN. Herc. f. 353 ars prima regni est, posse ⟨in⟩ invidia -i (*Richter*, et invidiam *Grotius*). Herc. O. 1523 qui ... sub plaustro -untur ursae quique ferventi quatiuntur axe. *cum obi. acc.*: OV. met. 7, 274 caput ... novem cornicis saecula -sae. Ⓘ -i sine *aliquo* (*aliqua re; pendet e verbo q. e.* 'posse' *praeter l. 11. 13*): SEN. contr. 2, 1, 37 (*loq. filius abdicatus*) non possum ... -i s. patre (*ibid.* s. te). *ibid.* s. te (*sc. filio; cf. ibid.* s. liberis). 2, 2, 4 potes s. viro -i, peregrinationem eius tulisti. SEN. Thy. 470 immane regnum est, posse s. regno -i. nat. 3 praef. 6 *Hannibal* s. patria -i poterat, s. hoste non poterat. LVCAN. 5, 314 *Caesar*, disce s. armis posse -i, liceat scelerum tibi ponere finem (ADNOT. disce esse s. bello [*affert* VERG. *supra*]). 9, 262 quaeris ... iugum cervice vacanti et nescis s. rege -i (ADNOT. aut vitam -i nescis aut nescis esse s. rege [*affert* VERG. *supra*]). *pro obi. est* vita (*addas l. 11*): SIL. 3, 330 nec vitam s. Marte -i.

β quodlibet (*nisi exempla potius ad 3 trahas coll. ibid. l. 64*): VITR. 9, 1, 9 *sidus si*ˢ minus quadragenos dies in singulis signis -itur. MART. CAP. 6, 607 antipodes dies noctesque sub eadem longitudine -untur (6, 608 sex mensibus). *ibid.* dubium non est, quin bis hiemem et secundo -antur aestatem.

b *qui aliquid a se impetrare non possunt* (*non nisi in sent. negat. et accedente inf., acc. c. inf. l. 25sqq.; saepius sec. gr. ἀνέχομαι, quod infra non adnotavimus, cf.* GLOSS. non -or: *οὐκ ἀνέχομαι. huc vergit p. 726, 25sqq.*): RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 104, 3 neque gustus, cum 'gustaverit bonum dei verbum' (*cf. Hebr. 6, 5*), ... aliud quid post haec gustare -etur (*antea syn.*: nolit). COD. Theod. 5, 14, 36 *fundi patrimonialis possessor* si possessionibus se carere non -itur (*item acc. c. inf.*: VITA Melaniae [BHL 5885]7 nec ... semetipsos ... -si sunt ingredi civitatem. CONC.ˢ II 2, 2 p. 4, 10 absente nostra pietate non -i se illuc *in concilium* pervenire *dixerunt episcopi* [*cum solo inf.* II 3, 1 p. 22, 12, *gr. II 1, 1 p. 28, 21 αἱροῦνται*]). CONC.ˢ I 2 p. 82, 19 (= I 3 vers. Tur. p. 108, 7) cui *vocationi synodi* obtemperare nullatenus -sus est *eqs.* II 2, 1 p. 70, 1 quoniam non est -sus anathematizare, idcirco condemnatus est *Eutyches* (*gr. II 1, 1 p. 171, 30 κατεδέξατο. cf. II 3, 1 p. 159, 19* non acquievit anathematizare). II 3, 2 p. 84, 10 respondere non -sus est, ... despexit occurrere. RVSTIC. Conc.ˢ I 4 p. 34, 26 acquiescere mihi (*gr. I 1, 5 p. 119, 32 ἐβούλετο*). p. 42, 11 oboedire. Ps. EVSEB. GALLIC. hom. 38, 2 G. hoc ego ferre non -or. ENNOD. epist. 5, 8, 2 p. 131, 7. CASSIOD. hist. 1, 14, 57 neque Arius *damnatus* quiescere -sus est. 3, 2, 14 nec illum *regem* nec Solem -sus est adorare *martyr* (*sim.* 6, 30, 7 neque incensum offerre neque donum accipere ab imperatore sunt -si). 4, 9, 3 Eusebius ... nullo modo cessare -batur, sed omnia commovebat (*Socrat. 2, 8 p. 196ᴬ ἐβούλετο*). 5, 41, 3 neque deum nominare sanctum spiritum -or neque creaturam vocare praesumo (*Socrat. 2, 45 p. 360ᴮ αἱροῦμαι*). MVTIAN. Chrysost. hom. 34, 3 p. 453/54 spiritus sanctus in anima ... segni non -itur permanere. *al.*

Ⓘ *bonarum vel neutrarum*: Ⓐ *perferendarum sim.*: LIV. 6, 16, 3 -issima iusti imperii civitas. 45, 32, 5 nulli civilis animus neque libertatis aequae -s. SEN. dial. 5, 36, 4 vide ... an ille, cui dicitur, veri -s sit (CVRT. 10, 4, 2 TAC. dial. 8, 3). 9, 2, 15 infirmi sumus ad omne tolerandum, nec laboris -es nec voluptatis nec nostri nec ullius rei diutius. CVRT. 5, 12, 8 destinatus sorti suae et iam nullius salubris consilii -s *Darius.* 6, 2, 1 *Alexandri* animus militarium rerum quam quietis otiique -ior (LVCAN. 2, 650 numquam -s pacis longaeque q. armorum *Caesar. cf.* DECL. in Catil. 25 consuetudo ... vitae ... neque otii sui -s neque alieni). LVCAN. 9, 8 semidei manes ..., quos ignea virtus innocuos vita -es aetheris imi fecit (*sim.* VAL. FL. 1, 765 [*in imag.*] nec fata traham ... te sine, sat caeli -s, cum *eqs.* STAT. Theb. 11, 590 *Charon non* ipse diu fortis -sque superni aeris). TAC. hist. 4, 5, 1 *Sueborum* gens fidei quam iussorum -ior. *al.*

Ⓑ *exspectandarum*: HIL. trin. 9, 30 (*ad Ioh. 16, 33* animaequi estote) *ut fideles* in saeculo vexati -es promissionum eius essent (*cf. IA 3*).

β c. gen. animantium, sc. quibus quis facile cedit, indulget sim. (*v. etiam sub b*): SEN. dial. 9, 2, 15 nostri (*v. l. 36*). LVCAN. 7, 53 segnis pavidusque vocatur ac nimium -s soceri Pompeius. TAC. hist. 1, 49, 3 amicorum libertorumque ... -s *Galba.* ann. 15, 6, 4 Corbulo aemuli *non* -s. TERT. adv. Marc. 3, 4 p. 380, 19 *deum Marcionis* tanto aevo -issimum acerbissimi creatoris. patient. 16 p. 24, 3 -es ⌊rivalium et divitum et invitatorum⌋ (*ed. Mesnartiana, om. codd.*), impatientes solius dei vivunt *gentiles.*

b *speciatim respiciuntur*: *α animalia domita, quae se homini operique praebent*: VERG. Aen. 7, 490 ⌊manum⌋ -s mensaeque adsuetus erili *cervus* (⌊⌋ *si recte gen. intellegitur sec.* SERV. *ad l. et* FRG. Bob. gramm. V 563, 3). OV. trist. 4, 6, 1 -s fit taurus aratri. SVET. Iul. 61 *equum* -em sessoris. MARCELL. dig. 49, 15, 2, 1 equus freni -s. *al.* *inde transfertur ad vatem, quae deum mente recipit* (*cf. Norden ad l.*): VERG. Aen. 6, 77 Phoebi nondum -s ... bacchatur vates, magnum si pectore possit excussisse deum.

β feminae ad coitum, coniugium paratae vel quilibet stuprum admittentes (*cf. p. 737, 9. 46*): LIV. 39, 13, 11 *in Bacchanalibus* plura virorum inter sese quam feminarum esse stupra; si qui minus -es dedecoris sint et pigriores ad facinus, pro victimis immolari. 39, 13, 14 *Bacchanalibus* captari aetates et erroris et stupri -es. FEST. p. 250 femina ... viri potens sive -s (ISID. orig. 11, 2, 19 ut -s v. esset *mulier* [*Lindsay sec. cod. K*; vire, viro *var. ll.*]). COLVM. 6, 37, 9 si iam est equa veneris -s. STAT. Theb. 12, 534 iam ... -s ... mariti foederis *Hippolyte.*

2 *-es sunt res* (*v. quae ad 1 monui; accedit gen. rerum praeter p. 739, 24. 27*): **a** *quae potius admittunt, sinunt aliquid*: VERG. georg. 2, 223 *terram* facilem pecori et -em vomeris unci. OV. fast. 1, 247 -s cum terra deorum esset *nec eos sceleribus fugaret.* LIV. 21, 31, 10 *amnis* navium -s *non* est (CVRT. 5, 3, 2 campi quos clementiore alveo praeterit *Tigris,* iam n. -s. 9, 9, 2. TAC. hist. 4, 26, 1 Rhenus ... siccitate vix n. -s. PLIN. epist. 5, 6, 12. *al.; cf.* SEN. suas. 1, 10 ignoti maris naturam non -em navigationis

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[Ivst. 36,3,7]. Dict. 2,10 mare navigii -s). 39,9,1 urbis magnitudo capacior -iorque talium malorum (*sc. Bacchanalium*) ea celavit. Cels. 7, 18, 3 *intestinum in scrotum descendens* nervosas tunicas, et ob id eius rei (*sc. diductionis*) -es, diducit. Sen. nat. 4, 2, 18 ardens pulvis nec humani vestigii -s *in Aethiopia.* Mela 2, 16 regio ... infecunda, frigida, eorumque quae seruntur maligne admodum -s (*sim.* Tac. Agr. 12, 5 solum praeter oleam vitemque ... -s frugum, fecundum). Plin. nat. 5, 85 *Euphrates* pontis ..., etiam ubi Taurum expugnat, -s (*paulo aliter, sec. Verg. Aen. 8, 728* pontem indignatus Araxes: Stat. silv. 1,4,79 -s Latii iam pontis A.). *al. huc fortasse spectat locus dubius*: Plin. nat. 31, 85 *sal* Agrigentinus ignium -s ex aqua exsilit (*ad b trahere videtur Serbat, 1972, ad l., vix recte si conferas locos geminos, e. g. Sol. 5, 18* dissolvitur ustione; *sunt qui coniciant* impatiens).

b *quae potius sustinent: quaelibet, sc. sine noxa, sine damno*: Gratt. 27 illa operum -s, illa usus linea (*sc. restis*) longi. Cvrt. 10, 10, 16 ungulam iumenti ... -em esse ... suci *pestiferi.* Colvm. 3, 2, 15 *vites quaedam* omnis incommodi -es praeter caloris (*antea*: valenter sufferunt). 3,20,1 non est -s uredinis *vitis* (*postea*: non sustinet). Plin. nat. 11,196 iecur maxime vetustatis -s centenis durare annis. 17,198 pabulum umbrae -s. 19,81 *rapum* tenerrimum hiemisque -s praecipue (19,129 *intubi* -iores [*cf. Colum. 11, 3, 27* hiemem magis sustinet]). Clavd. rapt. Pros. 3,369 *arbor* stagni -s aptanda carinae. *onera corporea, sc. portando*: Cvrt. 5,1,33 super pilas *hortorum pensilium* ... solum stratum est -s terrae, quam altam iniciunt, et humoris. Lvcan. 2, 641 *glacie* palus Scythici -s Maeotia plaustri. 4, 133 *navicula* vectoris -s. Plin. nat. 16, 219 alnus ... oneris ... quantilibet -s. **c** *quae quolibet modo afficiuntur* (*in sermone philos., cf. p. 738, 28*): Sen. epist. 65, 23 potentius ... est ac pretiosius id, quod facit (quod est deus), quam materia -s dei.

B *variae*: **1** *vigente vi verbali*: **a** *obi. acc. iuxta masc. pro subst.* (*addas p. 733, 33, cf. et adi. p. 738, 55*): Liv. 26, 38, 4 *non* enim indigna -ium modo abalienabantur animi, sed ceterorum etiam. Itala I Tim. 5,10 (cod. 86 *al.* = Vvlg.) si *vidua* tribulationem -bus subministravit (*gr. θλιβομένοις, cod. d* tribulantibus). Pass. Thom. 22Z. servire ... peregrinis, afflictis, necessitatem -bus, ... sitientibus, nuditatem -bus. Pallad. hist. mon. I 54 pauperibus et famem -bus (*gr. p. 163, 3 B. τοῖς πένησιν tantum*). **b** -s est *iuxta acc. c. inf.*: Iren. 3,20,1 ab initio fuit -s deus hominem (*sc. Ionam*) absorbi a magno ceto (*antea*: patienter sustinuit absorbi Ionam).

2 *vi nominali* (*sc. de animantibus [de fide l. 54] patientia, constantia, longanimitate praeditis*): Liv. 33,36,8 gens minime ad morae taedium ferendum -s (Itala I Thess. 5,14 [cod. 86 *al.* = Vvlg.] -es estote ad omnes [*gr. μακροθυμεῖτε, cod. d* aequo animo e.; *cf. Orig. in Matth. 16, 8 p. 496, 25* ad o. magnanimitas est habenda]. Chromat. in Matth. 17, 4, 1 E.-L. 'mites' [*Matth. 5, 4*] sunt homines ... ad omnem iniuriam -es. Avell. p. 88,10 ad humanas prolapsiones -s deus). Svet. Tib. 28 adversus convicia ... et famosa de se ... carmina firmus ac -s. Apvl. met. 7,23,3 oneri ferundo non inhabiles et cetero ministerio -es *equos castratos* (*item c. dat.*: Itala Dan. 4,24 [Cypr. eleem. 5] erit deus -s peccatis tuis [*gr. 4, 27 μακρόθυμος, Vulg.* ignoscat]. Lvcif. reg. apost. 7 l. 82D. peccatis. Ps. Avg. serm. Rev. Bénéd. 59, 1949 p. 105, 5 Pavl. Petric. Mart. 3, 245. *addas l. 58 et fortasse p. 738, 66 et* Nemes. ecl. 1,53 discernere lites assueras, varias -s mulcendo querelas [*ad dat. gerund. c. obi. v. Hofmann-Szantyr 373; 'patiendo mulcens' intellegunt alii*]). Vlp. dig. 1,16,3,2 circa advocatos -em esse proconsulem oportet (Itala Matth. 18, 29 [cod. e] -s esto c. me [*gr. et Vulg. ut l. 58*]. Cypr. testim. 3 ind. capp. 45 fidem c. ea, quae promissa sunt, -em esse debere [*cf. IA3*]. Lvcif. reg. apost. 7 l. 81 D.). Tert. adv. Marc. 2,24 p. 367,29 dei titulum -issimi ... super malos (Avg. catech. rud. 19,5 s. impios homines -s *deus.* in psalm. 32, 2, serm. 1, 10. in psalm. 49, 6. *adde l. 60*). Itala Matth. 18,26 (cod. d) -s esto in me ([cod. e mihi, *Vulg.* patientiam habe in me, *gr. μακροθύμησον*]. Luc. 18,7 [cod. e] *dominus* -s est in illis *qui eum inclamant* [cod. d super eos, *gr. et Vulg. ut antea*]. Avg. serm. 18,2 *deus* -s est in malos. *ibid.* in te. util. ieiun. 10, 12 in senem moriturum. *addas* in *c. abl. p. 737, 52; quae indicant potius tempus, condicionem sim. sustinendi v. p. 736, 49*).

adv. ✻**patienter.** *compar.* -ius *occurrit inde a* Cic. fam. 1, 8, 4, *superl.* -issime *inde a* Val. Max. 4, 3, 11, *cf.* nimium -r Hor. ars 271, tam -r Sen. contr. 9, 5, 6. *al. legitur inde a* Cic., Caes., Hor., Ov. [*confunditur in codd. cum* patenter Avg. epist. 137,20 (*v. etiam p. 667, 58*).]

i. q. modo patienti, cum patientia (*ad singulos colores v. infra; opp. e. g.* non repugnanter Cic. Lael. 91, libenter Sen. epist. 76, 27. 98, 18 amic. p. 29 Avg. civ. 2, 12 p. 66, 28 D. *al., iuxta ponitur imprimis* fortiter Cic. Phil. 11,7 Sen. epist. 67,3 Ps. Qvint. decl. 8,19 Cypr. laps. 7 p. 241,16. *al., ceterum e. g.* aequo animo Caes. civ. 3,15,5 [*cf.* aequanimiter Tert. patient. 8 p. 13,17. *al.*], benigne Svet. Aug. 89,3, leniter Cypr. epist. 73,26. *al.; nota* -r pati *p. 740, 27*): **1** *relatione communi* (*adv. spectat ad modum agendi et inde etiam ad habitum agentis*): **a** *iuxta verba tolerandi, suscipiendi sim.* (*sc. fere i. q. fortiter, constanter sim., sed respicitur habitus permittentis l. 12. 29, moram sustinentis l. 10. 13. 24*): **α** -r ferre: Cic. fam. 1,8,4 si quidam homines -ius ... potentiam ferre potuerint. Phil. 11,7 *tormenta sim.* fortiter et -r. Caes. Gall. 7,77,5 dolorem. civ. 1,85,11 omnia. 3,15,5 difficultates -r atque aequo animo. Ov. epist. 18(19),101 ferre ... possum -ius omnia, quam si *eqs.* trist. 4, 6, 37. 5, 4, 15 casus ... amaros. Fest. p. 356 tolerare: -r ferre. Val. Max. 4,1 ext. 3 Sen. Tro. 254. epist. 83,7 *circensium* fremitum -issime fero. *al.* Plin. epist. 8,19,1 adversa. Svet. Aug. 65,2 Nero 39,1. Itala II Petr. 3,9 (Aug. civ. 20,18) non tardat dominus promissum ... sed -r fert propter vos nolens aliquem perire (*gr. μακροθυμεῖ, Ps. Aug. spec. 23* exspectat, Vvlg. -r agit). Hier. epist. 51, 5, 4 (*Epiphan.*) quis ... -r ferat Originem ... resurrectionem carnis ... negantem? Vvlg. Iac. 5,7 *agricola* -r ferens, donec *eqs.* (*v. p. 737, 50 sqq.*). *sim. al.*

β *exempla cetera*: Cic. Lael. 91 *monita* -r accipere, non repugnanter (Capitol. Pius 11, 8 ioca. Ivst. 11, 14, 7 iugum. Priscill. tract. 3, 66 Avell. p. 56, 11. *al.*). Ov. ars 2, 539 rivalem -r habe (Avg. civ. 4, 2 p. 147,17D.). fast. 2,427 excipe ... -r verbera (Val. Max. 5,10pr. iniurias [*syn.*: aequo animo tolerarunt]. Sen. epist. 76,23 fatum. Cypr. mortal. 11. *al.*). Manil. 2,262 -r damna subire (Cypr. laps. 7). Val. Max. 4,1,7 *Marcellus Siculos* querentes ... de se -r sustinuit (Sen. epist. 66,13 obsidionem -issime. Itala [= Vvlg.] Bar. 4, 25 iram [*Legion.* patientes, *gr. μακροθυμήσατε*]. I Petr. 2, 20 [cod. 32, 65. *al.; Vulg.* patientes, *gr. πάσχοντες ὑπομενεῖτε*]. *al.; respectu exspectandi*: Itala II Macc. 7, 17 [rec. X *al., sim.* Vvlg.] -r sustine et vide *eqs.* [*gr. χαρτέρει*]). 4, 3, 11 ista (*sc. vitam parcam*) -issime ... Cato toleravit (Qvint. inst. 6, 3, 112 Ps. Hil. libell. 6 p. 77, 9 Pelag. in Rom. 8, 36. *et saepius*). Sen. dial. 11(12), 3, 1 *veterani* -r ac sine gemitu velut aliena corpora exsaniari patiuntur (Avg. in psalm. 68, serm. 1,3 l. 22 libenter vel potius -r patimur. Verec. in cant. 3,1 l. 18D. *deus* -r patitur persecutores grassari). Cypr. patient. 18 *Tobias* -r caecitatem pertulit (Ps. Cato dist. 3,17 Avg. in psalm. 104,20 serm. 239,5,6. *al.*). Firmil. Cypr. epist. 75,25 p. 826,7 (*ironice*) legatos episcopos -r satis et leniter suscepit (Ambr. epist. extra coll. 14, 112. Conc.^{S} I 4 p. 54,26 [*gr. I 1, 7 p. 68, 12 εὐμενῶς*]). Ps. Ambr. serm. 30,4 *Christus* -r eos *Iudaeos* toleravit et -r portavit, -r sustulit (Avg. serm. 4,16. Conc.^{S} I 3 vers. Tur. p. 108,11 [*gr. I 1, 3 p. 24, 29 μακροθυμίᾳ βαστάσαι*]. *al.*). *al.*

b *iuxta verba varia; respicitur patientia*: **α** *permittentis, indulgentis, non adversantis sim.* (*neglegentis* Sen. contr.): Hor. ars 271 proavi Plautinos et numeros et laudavere sales, nimium -r utrumque, ne dicam stulte, mirati (*cf. 264* data Romanis venia est indigna poetis). Ov. trist. 1, 7, 27 *scripta mea incompta non* legi poterunt -r ab ullo. Sen. contr. 9,5,6 accusatio novercae et insectatio patris tam -r suos perdentis (*in malam partem; aliter l. 55*). Sen. epist. 76,27 an porrecturus sis cervicem non tantum -r, sed etiam libenter. Cvrt. 8,1,31 rex, velut -r audiret, ... ingentem iram conceperat (8,7,7. Svet. Aug. 89,3 benigne et -r. Marcell. dig. 28,4,3 pr. [*ex actis iudic.*] imperator, audias me -r. Tert. patient. 6 p. 10,12. *al.*). Ps. Qvint. decl. 8,19 fortiter dura, -r admitte *manum medici* (Epist. pontif. 212 Hil. coll. antiar. p. 92,8. *al.*). Plin. paneg. 83,4 aut inconsultius uxor adsumpta aut retenta -ius. Tert. apol. 39,12 *mariti* amicis -issime subministrant *uxores.* spect. 23 p. 23,21 verberandam maxillam -r offerre (*cf. Matth. 5, 39*). Cypr. patient. 10 p. 404, 10 *Ioseph* -r ignoscit. *sim. al.* **β** *constantis, perseverantis nec non fortiter tolerantis sim.*: Ov. am. 1,14,25 *comae* quam se praebuerant ferro -r et igni. 3,11,17 fixus lateri -r adhaesi *puellae.* epist. 19(20),88 *cum se* satiaverit ira *tua,* ... dices: quam -r amat (Mart. 5,7,8. *aliter l. 65*). Sen. dial. 6,15,3 *Tiberius in funere filii monstravit,* quam -r posset suos perdere (amic. p. 29. *aliter l. 41*). epist. 67,3 fortiter torqueri et magno animo uri et -r aegrotare. 98,18 -r dolet ..., libenter moritur. Colvm. 1, 4, 8 quo -ius moretur *in villa matrona.* Lvcan. 8,633. Tac. Germ. 45,3 fructus -ius quam pro solita Germanorum inertia laborant *Aestii.* Plin. epist. 7, 1, 2 -r resistas. *al. sublucet color q. e. continenter, moderate sim.*: Hor. epist. 1,17,13 si pranderet holus -r, regibus uti nollet Aristippus (*Porph. ad l.* si aequo animo paupertate[m] utamur). Vita Fulg. p. 79 L. una tantum vilissima tunica sive per aestatem sive per hiemem est -r indutus. **γ** *moram sustinentis, non impatienter exspectantis*: Ov. epist. 18(19), 4 longa mora est ..., quae gaudia differt, ... non -r amo (Mart. 14, 165, 2 *Orpheus Eurydicen* perdidit ..., dum ... *non* -r amat. Nemes. ecl. 4, 57. *aliter l. 54*). Plin. epist. 1,8,12 *ut* honorem ... paucorum ceteri -r et exspectarent et mererentur (Itala II Macc. 6, 14 [rec. L = Vvlg.] *in puniendo non* -r exspectat deus [*gr. μακροθυμῶν*]. Cypr. patient. 4 p. 399,16 praestitutum ... diem. 21 p. 412,19 ultionis diem [*opp.* querula festinatione]. Pelag. in Rom. 15,4 spem futuram. *al.*). Itin. Alex. 34 iter solito -ius fecit (*gr. Arrian. 3, 29, 7 ἦγε τὴν στρατιὰν σχολαίτερον*). Hier. adv. Iovin. 1,11 p. 226^{A} exspecta dum sequitur *uxor continentiam tuam*; si egeris -r, coniunx mutabitur in sororem (Vvlg. II Petr. 3,9 *v. l. 11 supra.* Orig. in Matth. 16,27 p. 567,2 -r agit et sustinet, si forte proferat fructum *ficus* [*gr. μακροθυμεῖ περιμένων*]. *al.*).

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *relatione minus solita*: **a** *iuxta verba passiva personalia significat habitum eius qui laesionem sim. non resistens patitur*: Ov. trist. 5, 2, 75 vel me ... Charybdis devoret ... vel ... flammis urar -r in Aetnae. PLIN. epist. 7, 20, 1 neque enim ulli -ius reprehenduntur quam qui maxime laudari merentur. TERT. patient. 8 p. 13, 17 maledicamur -r, ut benedicti esse possimus. CYPR. patient. 10 p. 404, 1 *Abel* humilis et mitis -r occiditur. AVG. civ. 2, 12 p. 66, 28 D. *deos* non solum -r, verum etiam libenter poetarum probris maledictisque lacerari. cur. mort. 17, 21 -issime interrogabatur et sapientissime respondebat *monachus quidam.* serm. 274 multi latrones -issime torquentur. **b** *iuxta verba eventum quendam indicantia significat illum eventum aliquo patiente accidere*: AVG. serm. 392, 4 si villam tuam pro necessitate sua vendat *maritus*, ... ferto -r; ... sed ... pro *eius* castitate litiga; -r pereat villa tua, non anima ipsius te patiente pereat. EPIST. Merov. 5 p. 445, 4 quis ... illius ... sceleris ... redditurus est rationem, quod apud vos idolum ... -r fieri audivimus? (*postea*: apud quos ista licite committuntur).

deriv.: passibilis, passio, 1. passivus, 1. passo; patibilis, patientia.

compos.: com-, *?* op-, prae-, propatior; perpetior; dei-, deo-, patripassiani; impatiens.

cf. Onom. (Patiens). *Kruse.*

patipleoron *v.* platypleuron.

1. patisco *v.* patesco.

[2. patisco *falso trad. pro* fatisco GLOSS.^{L} I Ansil. PA 780 -unt: solvuntur (*cf. vol. VI 1, 352, 57*).**]**

patisso, -āre. *a* patere (*vix a* pati) *incohative sibi finxit* VIRG. gramm. epist. 3 p. 140, 17 'florisso florissas'; sic 'calisso, -o, parisso'.

patītē (-ēn) *ponitur pro* (h)epatites *per aphaeresim e litterae post e finalem vocis q. e.* aloe (*ad iuncturam* aloe -e *cf. vol. VI 3, 2610, 83sqq. et Svennung, Unters. Pallad. 147sqq.*): PLIN. phys. Bamb. 82, 1 aloe -en uncia I (82, 16 a. -e. GLOSS. III 616, 42 a. -en id est alon bonum [*fort. etiam* 553, 16 aloepatide. 587, 9 aloepatine, *quae sim. explicantur*]).

patītus *v.* patetus.

***?*patium,** -ī *n.* *fort. a* patere. *si recte restituitur, i. q. pratum* (*cf. Du Cange, s. v.; ad* pacta *dubitanter refert Josephson, Casae litterarum, 1950, 272 adn. 1*): GROM. p. 321, 27 itineri montium, hoc est -is (*trad.* paziis) et irsis (iuribus *Josephson; an* hirtis, *sc. locis?*).

patochīa *v.* pandochium.

pator, -ōris *m.* *a* patere. *i. q. spatium patens, hiatus*: SCRIB. LARG. 46 proderit et spongiae particulam praesectam ... ad amplitudinem et -em narium figuratam inicere (47). APVL. met. 1, 19, 9 vulnus dehiscit in profundum -em. 3, 17, 3 *tectum* altrinsecus aedium -e perflabili nudatum. 10, 29, 4 (*in saltatione*) puelli puellaeque ... in quadratum -em cuneati. 11, 10, 3 aureum cymbium medio sui -e flammulam suscitans largiorem *quam lucerna ordinaria.* *e coni. parum certa*: GLOSS. hiulcus: -r (pastor *trad.*; -r *temptat Heraeus in exemplari suo et Arch. Lat. Lex. 10, 1898, 511*).

1. patos (*vel* -us) *m.*, *πάτος* (*quod semper respondet*). *scribitur* -th- ORIBAS. syn. 2, 7 Aa p. 97, 10Mø. *i. q. sordes, strigmenta palaestrae, quae e sudore, oleo, pulvere sim. constant* (*ad rem v. Galen. XII 116K. σύγκειται ... ἐκ κόνεως καὶ ἐλαίου καὶ ἀνθρωπείου ῥύπου καὶ ἱδρῶτος et cf. e. g. Plin. nat. 28, 50sq., Diosc. 1, 32 p. 22, 5sqq. M.*): ORIBAS. syn. 2, 7 Aa p. 97, 10Mø. quae infrigdant mediocriter: ... oleum roseum, -os de palestra *eqs.* ([*cf.* La l. 15 -us de p.]. eup. 4, 83 La p. 603 mamillas sanantur mirabiliter, si -os de p. *apponitur*). 2, 50 La p. 117, 3 quae sunt diaforetica: ... sordi statuis, -us, samsicu *eqs.*

2. patos *v.* 1. pathos.

patradelphus, (-ī) *m.*, *πατράδελφος.* HIER. in Ier. 32, 7 -fus id est patruelis (-fius *cod. A post corr.; cf. LXX Ier. 39, 7 ἀδελφοῦ πατρός*). *v. etiam p. 791, 71.*

patralȳa *v.* patrol(i)a.

patrasier *v.* patraster.

patraster (-rās-*?*), -trī *m.* *a* pater. *scribitur* -sier CIL VI 11754, 7. *incertum an formae* patrater, patrasto (*v. sub ?*patrastus) *e mero errore lapicidae exortae sint, ut huc pertineant.* [*var. it. mer. et sept.; francog. vet. et med.* parastre, parâtre; *prov. vet.* pairastre *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* parastre; *hisp.* padrastro; *port.* padrasto. *cf. M.-L. 6296. Wartburg VIII 19 sq. Corominas*^{2} *IV 335. Machado*^{3} *IV 278. St.*]

i. q. vitricus (GLOSS.^{L} I Ansil. VI 457 vitricus: -r): CIL VI 11753, 3 Annius ... -r C. Vibi Vitalionis (*de eodem* 11754, 7). X 3013, 6 mater et ... -r filio. 6983, 3 dis manib(us) Epilantano patra(stro) (*dub. suppl. Mommsen*). INSCR. christ. urb. Rom. 7781 -r et Vital⟨ina mater fec⟩erunt f(iliae).

***?*patrastus,** -ī *m.* *si recte legitur, pro* patraster *ponitur; cf. port.* padrasto *l. 66*: CIL VI 14105, 5 -o et tutori suo (-t⟨r⟩o *ed.*).

***?*patrāter,** -trī *m.* *pro* patraster *ponitur* (*nisi ex errore lapicidae ortum est, ut fort. etiam* filiatrae *in eodem titulo; cf. Solta, Die Sprache 9, 1963, 186*): INSCR. christ. urb. Rom. 19501, 1 Vitalis -r filiatrae suae Victoriae. *Gatti.*

patrātio, -ōnis *f.* *a* patrare. *plur. non legitur.*

1 *i. q. actio patrandi*: **a** *generatim*: VELL. 2, 98, 2 bellum ... Pisonis ... virtus compressit, quippe ... *Thracas* in pristinum pacis redegit modum, eiusque (*pacis an potius belli?*) -e ... Macedoniae pacem reddidit. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 164 p. 668 Sadducaei ... deum extra omnem mali -em inspectionemque constituunt (*gr. ἔξω τοῦ δρᾶν*). GREG. TVR. Franc. 6, 41 -em victuriarum in manu dei consistere. **b** *speciatim in re venerea (v. etiam sub 2 et cf.* patro *IIB): de fluxu quodam, qui fit ex genitalibus*: THEOD. PRISC. log. 32 quibus (*sc. satyriasi, gonorroeae, priapismo*) similis est sub inmoderata -e molestia (*postea*: spermatis affluentissima sub effusione). *ibid.* tensionem particulae cum assidua -e avidissimam. *de coitu*: ISID. orig. 9, 5, 3 pater ... dictus eo quod -e peracta filium procreet; -o enim est rei veneriae consummatio (*inde* SCHOL. Pers. 1, 18*?*).

2 *de ipsa re patrando effecta, excreta*: MAR. VICTORIN. defin. p. 39, 4 (*exempla 'translationis turpis'*) si quis -em definiens 'lacrimas' dicat 'Veneris fatigatae', quem 'sudorem' melius nominaret; aut contra aliquis dicat 'lacrimae sunt doloris -o'.

patrātor, -ōris *m.* *a* patrare.

i. qui patrat, effector (*cf.* GLOSS. explicabilis: -r, perfector [*v. vol. V 2, 1722, 73sqq.*]; *accedit gen. obi. praeter l. 25*): **1** *quilibet*: TAC. ann. 14, 62, 2 maternae necis -r Anicetus. PROSP. resp. ad Vinc. 11 talium scelerum -es (ENNOD. opusc. 3, 95 p. 355, 11. IND. capp. bibl. iud. 9 p. 211 [codd. AZ]). ENNOD. opusc. 4, 29 p. 390, 10 *ultio* expiatum scelus -is morte nuntiavit. **2** *deus, Christus*: AVIEN. Arat. 20 *Iuppiter* unus et idem est auctor agendorum propriique -r amoris et mundi ... pater. HIER. in Is. prol. l. 28 illustrium -r operum atque signorum *Christus* (in Is. 50, 2 l. 22). in Is. 43, 1 l. 115 testis suorum sermonum ... et -r. vir. ill. 13 *Christus* erat ... mirabilium -r operum ([*gr. Ios. antiq. 18, 63 ποιητής, Rufin. hist. 1, 11, 7* effector]. Ps. AVG. serm. ed. Caillau 1, 11, 1. *adde l. 28*).

patrātum *v.* patro.

1. patrātus, *sc. in iunctura* pater -us *v. p. 681, 11. de veriloquio et de notione parum constat; sunt qui coll. p. 773, 25 intellegant part. perf. verbi q. e.* patrare, *sive notione act./pass. 'efficere' (sed nusquam pro obi. accedunt animantes) sive notione depon. 'tamquam pater facere' (quae ceterum non exstat); alii cogitant de gen. subst.* -ūs (*sive nominis agentis pro* patrator, *sive subst. collectivi notionis q. e. senatus*), *quod postea perperam pro adi. adhibebatur, alii de adi. sive a* pater *sive a* patera *derivandis; v. Walde-Hofmann s. v., Latte, Röm. Religionsgesch. 121, Keller, Lat. Etymologien, 1893, 82sq.*

[2. patrātus, -ūs, *subst. a* patrare *derivandum vix recte conicitur supra p. 322, 66.***]** *Beikircher.*

*?*dii **patrensēs:** *θεοὶ πάτριοι* GLOSS. III 404, 77. *ponitur pro* patrienses, *ut vid., quae vox fort. restituenda est; vix ad p. 363, 30 referas.*

cf. Onom.

patrepassiānus *v.* patri-.

patreus, -ī *m.*, *πατρυιός* (*ut* matrea, *cf. Meyer-Lübke, Wien. Stud. 25, 1903, 105*). GLOSS.^{L} II Abav. PA 77 -us: vitricus ([*vix recte* -ius *ed., ut* VI 61]. GLOSS. V 606, 63).

patria *v.* patrius. *Gatti.*

⁂patriarcha, -ae *m.*, *πατριάρχης.* *scribitur* -aarcha ITALA act. 2, 29 (cod. d); *in var. l.* -arha VVLG. act. 2, 29. 7, 9, -arca *ibid.* 7, 8. 9 INSCR. Année Épigr. 1984 n. 439 (*a. 383*). *al.* NOT. Tir. 55, 47^{a}. *de formis* (*inter nomina masc. primae decl. affert* GRAMM. suppl. 95, 10): *sing. nom.* -es TERT. coron. 9 l. 1 HIER. epist. 78, 26, 3 in Tit. prol. p. 556^{A}, -as MARCELL. med. 23, 77; *acc.* -en HIER. adv. Rufin. 1, 13; *gen.* -chum *e coni. vix probab.* PAVL. NOL. carm. 27, 209 *ed. princ.* *de prosodia*: patr- *producitur in vers. iamb.* HIL. hymn. 2, 38 PRVD. cath. 6, 57, *corripitur in vers. dactyl. e. g.* PRVD. psych. 544 PAVL. NOL. carm. 27, 209 ALC. AVIT. carm. 5, 363. *de notione* (*cf. p. 743, 65*): ISID. orig. 7, 7, 1 -ae interpretantur patrum principes (GLOSS. -a: patrum princeps *vel* princeps patrum). 7, 12, 9 -a: pater principum. *legitur apud Christianos inde ab* ITALA, TERT. (*apud poetas e. g.* HIL., PRVD., PAVL. NOL., COMM.) *et in serm. iuris inde a* COD. Theod., *ceterum apud* VOPISC., MARCELL. med. *sub IIB.* [*falsa var. l. pro* patriarum PS. PHILO antiq. 47, 11.]

i. q. πατριάρχης (*quae vox ubi in gr. respondet, nihil adnotavi; ad rem v. Lex. für Theol. u. Kirche*^{2} *VIII 172sqq.*): **I** *vigente notione consanguinitatis -a est pater gentis*: **A** *hominum* (*sc. Iudaeorum praeter p. 743, 31; huc etiam exempla attuli, ubi -as Iudaeorum Christiani sibi vindicant, e. g. p. 743, 7; cf. p. 743, 39. in titulis librorum* CASSIOD. inst. 1, 5, 4 Ambrosius in libro tertio -arum. ISID. vir. ill. 17 Paulinus presbyter ... in benedictionibus -arum): **1** *respiciuntur -ae quidam notabiliores*: ITALA act. 2, 29 (cod. d; *sim. al. et* VVLG.) liceat mihi dicere ... de -a David *eqs.* (*de eodem*: IREN. 3, 12, 2 HIL. trin. 11, 18. *al.*). 7, 8 sq. (cod. e = VVLG.; *sim. al.*) *genuit* Iacob duodecim -as, et -ae aemulantes Ioseph *eqs.*

[Bruun]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(Ps. Cypr. adv. Iud. 2, 4 *semen Abrahae* divisum est in d. -as. Victorin. Poetov. in apoc. 4, 3. *al.; ceterum de filiis Iacob*: Iren. 4, 30, 1 -ae Ioseph *benignitas.* Hier. hom. Orig. in Ezech. 4, 4 p. 365, 10 populo, qui de -a *Ruben* descensurus erat. Prvd. cath. 6, 57 -a noster *Ioseph.* psych. 544 Iuda ... tali felix -a nepote *i. Christo. al.*). Hebr. 7, 4 (cod. r *al.* = Vvlg.) Abraham ... -a (*de eodem*: Iren. 4, 7, 1 Ps. Cypr. Iud. incred. 7 Victorin. Poetov. in apoc. 21, 2 p. 148, 9. *al.; idem pro -a habetur Christianorum, fidei sim. eorum* [*v. e. g. Rom. 4, 11*]: Iren. 4, 21, 1 -a nostrae fidei et veluti propheta. Zeno 2, 10 [1, 43, 1 L.] -a noster. *al.*). Victorin. Poetov. in apoc. 4, 5 p. 56, 12 Iacob -a (*de eodem*: Firm. eit. 13, 1 Hil. trin. 5, 19 Ambr. Iac. 1, 2, 7 Comm. apol. 297. Alc. Avit. carm. 5, 363 priscus -a. *al.*). Optat. 7, 1 p. 165, 27 Noe -a (*al.*). Rvfin. Greg. Naz. orat. 5, 5, 4 ⌞beatus -a⌟ Isaac (⌞⌟ *nihil resp. apud Migne gr. 35, 1233*^{D}. *de eodem*: Rvfin. Orig. in gen. 10, 2 p. 95, 7. *al.*). Nicet. symb. 10 p. 48, 4 B. -ae Abraham et Isaac et Iacob. Avg. civ. 16, 3 p. 127, 10 D. Sem ... -am intellegi voluit omnium, qui de stirpe eius exorti sunt. *et saepe.*

2 *cetera exempla* (*selecta*): **a** *usu vario*: Itala II par. 26, 12 (Complut.) omnis numerus -arum potentium in prelium duo milia sescenti (*Vulg.* principum per familias. *cf.* Vvlg. I par. 8, 28 -ae et cognationum principes). Tert. anim. 7, 3 ad animas -arum *Christus descendit.* castit. 6 l. 1 'benedicti', inquis, '-ae ... concubinis coniugia miscuerunt'. adv. Iud. 3, 1 *post Abraham* sequentes -ae. 8, 13 *miracula* retro -ae viderunt. Iren. 4, 16, 2 multitudo ... -arum, qui ante Moysem fuerunt. Cypr. mortal. 17 inter -as primi esse meruerunt *Abraham, Isaac, Iacob.* Peregr. Aeth. 8, 3 quae *arbor* dicitur a -is posita esse. Optat. 3, 2 p. 69, 3 qui *piscis* in lectione ⌞-arum⌟ legitur ... prehensus (⌞⌟ *var. l.* -ae Tobi; *respicitur Tob. 6, 2 sqq.*). Ambr. spir. 2, 5, 38 -ae Iudaeorum. Hier. hom. Orig. in Luc. 10 p. 60, 19 (*gr. πατέρων*). 15 p. 94, 21 -arum principem et dominum ... Iesum (*cf.* Evagr. alterc. p. 18, 5 Christus flos -arum). Avg. in psalm. 73, 5 l. 4 populum Israel etiam secundum carnem natum de -is, patribus nostris, quorum nos filii facti sumus ... imitando fidem. Favst. Aug. c. Faust. 33, 1 p. 785, 18 Iudaeorum ... patribus ..., ceteris ... -is gentium. *et saepe.*

b *iungitur cum* propheta, apostolus, martyr *sim.*: Tert. anim. 55, 4 -ae et prophetae, appendices dominicae resurrectionis. coron. 9 l. 1 quis ... -es, quis prophetes, quis levites aut sacerdos aut archon, quis vel postea apostolus aut euangelizator aut episcopus invenitur coronatus? adv. Prax. 16 p. 256, 23 ab Adam usque ad -as et prophetas. Iren. 4, 27, 2 iusti et prophetae et -ae. Cypr. epist. 58, 10 Abraham et Isaac et Iacob et -as omnes et apostolos et prophetas et martyras. Hil. trin. 2, 32 omnes -as, prophetas et omnem chorum legis. Pavl. Nol. carm. 27, 209 pulcher apostolici chorus agminis et -ae (-arum *var. l.*, -um *ed. princ.*). Inscr. christ. urb. Rom. 24831 (= CE 787), 43 (*hexam. inconditis; saec. IV?*) inter -as praesagosque prophetas, inter apostolicam turbam martyrumque potentum. *et saepe.*

B *deorum*: Tert. nat. 2, 12, 16 hunc *Saturnum* vobis patriar⟨cham⟩ deorum Caelum et Terra ... procreaverunt.

II *mera notione auctoritatis vel affinitatis spiritalis -a est princeps, fere societatis fidem quandam sequentium* (*huc pertinere vid. titulus mutilus* Inscr. christ. Diehl 1003, 1 ⟨sanct⟩issimorum -arum, *v. Diehl ad l.*): **A** *inter Christianos* (*v. etiam ad IA*): **1** *haereticos vel schismaticos, sc. -ae eorum sectis vel ecclesiis praepositi sunt* (*apud* Tert. *-ae sunt, quorum doctrinas haeretici accipiunt*): Tert. anim. 3, 1 nihil omnino cum philosophis ... experiremur, -is, ut ita dixerim, haereticorum (*sim.* adv. Hermog. 8, 3; *unum alterumve locum commemorare vid.* Hier. epist. 133, 2, 1). Hier. epist. 41, 3, 2 apud eos *Montanos* episcopus tertius est; habent enim primos de Pepusa Phrygiae -as, secundos, quos appellant *χοινωνούς eqs.* in Ezech. 27, 32b–36 l. 1493 ('ditasti reges multos') *haeretici* ditaverant reges, -as videlicet suos (*sim.* in Ier. 19, 3b–5). 37, 15–28 l. 1362 -is suis *i. haereticorum*, qui eos in *blasphemiam* ... deduxerunt. in Tit. prol. p. 556^{A} Tatianus Encratitarum -es. Vict. Vit. 2, 13 *Huniricus* episcopum suae religionis ..., quem -am vocitabant, praecepit ... concremari (*i. -am Arianum ut* 2, 54). Epist. pontif. 983 Gassó-Batlle 24, 1 quispiam Venetiarum, ut ipsi *schismatici* putant, atque Histriae patria⟨r⟩c⟨h⟩a.

2 *orthodoxos, sc. -ae sunt ecclesiae catholicae episcopi summi fere ordinis. ad rem v.* Isid. orig. 7, 12, 4 ordo episcoporum quadripertitus est, id est in -is, archiepiscopis, metropolitanis atque episcopis; (5) -a Graeca lingua summus patrum interpretatur, quia primum, id est apostolicum, retinet locum ... sicut Romanus, Antiochenus et Alexandrinus. *-as enumerat e. g.* Novell. Iust. 109 praef. -ae ... Romae et ... *Constantinopoleos* et Alexandriae et Theopoleos (*i. Antiochiae*) et Hierosolymorum. *rarius de aliis episcopis adhibetur, e. g. p. 744, 6 sq. 12 sq.*

Cod. Iust. 1, 2, 16 pr. (*a. 477*) beatissimus ... episcopus -a nostrae pietatis pater Acacius (*de -a Constantinopoleos ut*: Avell. p. 711, 24 archiepiscopi et -ae Iohannis. Alc. Avit. c. Eutych. 2 p. 22, 31 tantae urbis *et* ... totius orientis -am. Novell. Iust. 58 universali -ae. *al.*). Conc.^{S} II 5 p. 6, 40 sanctissimum -am sedis apostolicae maximae Romae Leonem (Rvstic. Conc.^{S} II 3, 2 p. 38, 15. *al.; cf.* Vitae patr. 5, 15, 88 p. 968^{C} eamus Romam ad -am [*gr. Nau 1912 p. 211 n. 334 τὸν πάπαν*]. *huc pertinere vid. etiam* Greg. M. in I reg. 6, 113 Petrus ... apostolus ... summus -a). Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 71, 31 Iohannis Antiochenae sedis -ae (*de -a Antiochiae item*: Marcell. chron. II p. 98, 512, 9. *al.*). Cassiod. var. 9, 15, 8 (*ad papam Romanum*) qui -arum honore reliquis praesidetis ecclesiis. Greg. Tvr. Franc. 5, 20 p. 227, 16 coniuncti ... episcopi cum -a Nicetio (*sc. Lugdunensi ut*: Conc. Matisc. a. 585 [Corp. Christ. 148A] l. 3). Novell. Iust. 5 epil. haec ... sanctissimi -ae sub se constitutis ... metropolitis manifesta faciant, at illi ... episcopis declarent. 133, 4 uniuscuiusque civitatis episcopus ... sive -a sive metropolita sive singuli sint episcoporum. Ivlian. epit. novell. 119, 507 papa Romanus prior omnibus episcopis et -is sedeat. Vitae patr. Iurens. 18 M. metropolis *Vesontionis* -am. Inscr. christ. Diehl 3856 (*medii aevi?*) tricenti *δεκεm* et octo -*ε*, qui chanon⟨*ε*⟩s *ε*sposu*ε*run (*i. patres Nicaeni*). *et saepe.*

B *inter Iudaeos* (*ad rem v. Syme, Emperors and Biography, 1971, 20 sqq.*): Inscr. Année Épigr. 1984 n. 439 (*Catinae; a. 383*) adiuro vos per honores -arum. Vopisc. quatt. tyr. 8, 4 ipse ille -a ... ab aliis Serapidem adorare, ab aliis cogitur Christum (*sunt qui ad episcopum Alexandrinum referant, sed v. Syme op. cit.*). Hier. epist. 57, 3, 2 virum consularem, contra quem -a Gamalihel ... exercuit inimicitias. in Gal. 1, 1 p. 311^{C} a -is Iudaeorum apostolos mitti (in Is. 3, 4 l. 54). adv. Rufin. 1, 13 Origines ... -en Hiullum, qui temporibus eius fuit, nominat. tract. in psalm. II p. 51, 18 (*antea*: dux sive princeps). Rvfin. Orig. princ. 4, 1, 3 (= apol. Orig. 5 p. 575^{A}) gentis ipsorum princeps, quem nominant -am. Marcell. med. 23, 77. Cod. Theod. 16, 8, 1 pr. Iudaeis et maioribus eorum et -is. 16, 8, 8 virorum clarissimorum et illustrium -arum arbitrio (16, 8, 11. *al.*). 16, 8, 15 viris spectabilibus -is. 16, 8, 29 post excessum -arum. *al. in* Cod. Theod. *et* Iust.

deriv.: patriarchalis, patriarchatus (*an etiam* patriarchanum*?*).

patriarchālis, -e. *a* patriarcha. *i. q. ad patriarcham pertinens*: **1** *respiciuntur patres gentis Iudaeorum*: Avg. c. Cresc. 3, 46, 50 (*verba Crispini*) hanc responsionem meam -i sermone definio (*i. sumpto ex Iob*). Alc. Avit. c. Eutych. 1 p. 21, 30 nec -bus factis nec dictis prophetalibus (*affert postea Luc. 16, 31* Moysen et prophetas). Fvlg. Rvsp. ad Monim. 2, 4, 4 -is sacrificii (*i. patriarcharum Abraham, Isaac, Iacob*). **2** *respiciuntur ecclesiastici*: Avell. p. 709, 1 utrisque -bus sedibus (*i. Romae et Constantinopoli*). Novell. Iust. 42, 1, 2 -is et sacerdotalis et monachica ... figura (*gr. πατριαρχικόν ... σχῆμα*). Pelag. defens. 5 p. 56, 21 qui -bus sedibus in Chalcedonensi synodo praesidebant (*respicitur ibid. p. 56, 11* praesulibus [*Conc.*^{S} *II 1, 3 p. 40, 25 προέδροις*]).

patriarchanum (-chā- *?*) Not. Tir. 94, 60^{a}. *vox, ut vid., a* patriarcha *derivanda significationis incertae.*

patriarchās *v.* patriarcha.

patriarchātus, -ūs *m.* *a* patriarcha. *i. q. status patriarchae, sc. episcopi principalis*: Pelag. defens. 2 p. 11, 17 quos *sacerdotes* ... honore -us ... sciebat ornatos *praefectus praetorio.*

patriarchēs *v.* patriarcha.

patriarchicus, -a, -um, *πατριαρχικός* (*quod gr. respondet in* Novell. Iust.). *i. q. ad patriarcham pertinens*: **1** *respiciuntur patres gentis Iudaeorum*: Gavdent. serm. 10, 3 G. ipse *deus* genus -um delegit ex gentibus, populum scilicet Hebraeorum. **2** *respiciuntur ecclesiastici*: Cod. Iust. 1, 2, 16 pr. (*a. 477*) de privilegio metropolitano vel -o. Novell. Iust. 7 praef. 1 ad solam diocesin -ae sedis huius ... civitatis *Constantinopoleos* ([*var. l.* patriarchie]. 7, 1 [*var. l.* patriarcha]. 42, 1, 1 pontificalibus et patriarch(ic)is ... sedibus). *Bruun.*

?patribulum: *πρόφορον* Gloss.^{L} II Philox. pa 182. *vix sanum, cf. Serbat, Dérivés nominaux, 1975, 88*; peribulum *Salmasius ad Spart. Pesc. 12, 6.*

patricālis, -e (*f. pro subst. l. 62. 64*). *fortasse a* pater *sec.* matricalis. *scribitur* -cialis Gloss. III 561, 18.

dicitur de herba heraclea (*ad rem cf. André, Les noms de plantes, 1985, 190*): Ps. Apvl. herb. 73 l. 11 a Graecis dicitur heraclea ..., Itali ferraria nigra, alii herculanea, alii exuperans, alii -is *dicunt* (alii exupera -is *cod. Cas.* [*cf.* Gloss. III 561, 18 exuppera -is id est eraclea]). Gloss. III 573, 18 -is id est eraclia (*sim. restituendum susp. Goetz* 552, 12 ariscalis id est eraclea).

patriciālis *v.* patricalis.

1. patriciātus, -ūs *m.* *a* patricius. *abl.* -o *exhibent var. ll.* Greg. Tvr. Franc. 2 capp. 38. 4 capp. 24. *legitur non nisi sing. semel apud* Svet. *et inde a saec. IV ex.; abiit in sermonem gr. πατρικιότης.*

i. q. patriciorum dignitas: **1** *respiciuntur gentes nobiles aetatis prioris* (*cf.* patricius *IA1a*): Svet. Aug. 2, 1 *gens Octavia* a Servio Tullio in patricias traducta procedente tempore ad plebem se contulit, ac rursus ... per divum Iulium in -um redit.

2 *respicitur titulus honorificus inde ab imp. Constantino collatus* (*cf.* patricius *IA1b*): **a** *gen.* -us *pendens a subst.*: Amm. 29, 2, 9 *delator*

[Gatti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quidam -us columina ipsa pulsavit (*Eusebium et Hypatium consulares*). Cod. Theod. 6, 6, 1 *ut ad consulatum et praefecturam* -us splendor addatur. 9, 40, 17 -us ... dignitate atque omnibus inferioribus spoliatum *Eutropium* (Cassiod. var. 8, 21, 7 -us ... d., honorem ... celsum. Inst. Iust. 1, 12, 4 summa -us d. Ivlian. epit. novell. 75, 1). Novell. Theod. 25, 1 consularibus, qui auspiciis etiam -us exultant. Valent. 11, 1 -us honor et infulae consulares (Cod. Iust. 10, 32, 67, 1. 12, 3, 3 pr. [*imp. Zenone*] nemini ad sublimem -us honorem, qui ceteris omnibus anteponitur, adscendere liceat, nisi prius aut consulatus honore potiatur, aut *eqs.* 12, 3, 5, 2 Novell. Iust. 62, 2, 5 Greg. Tvr. Franc. 4, 24). Cassiod. var. 1, 3, 8 apicem. 1, 4, 3 suggestum (8, 9, 3 *v. infra.* 8, 22, 4). 3, 5, 5 sume post consulares fasces emeritos -us insignia. 3, 6, 7 culmen (6, 2, 4. 8, 10, 11 *v. infra.* Greg. Tvr. Franc. 4, 42 p. 175, 7). 6, 2 tit. formula -us. Novell. Iust. 38 praef. 3 per maximarum dignitatum adeptionem, -us aut consulatus aut praefecturae. 62, 2, 1 -us infulas consulari fastigio anteponi. 62, 2, 5 -us codicillos accipere. *de honore* praesentalis -us (*quo Tuluin ab Athalarico rege auctus est; ad rem v. Mommsen, Ges. Schriften VI 447sq.*): Cassiod. var. 8, 9, 3 te ... suggestu p. -us evehimus. 8, 10, 11 ad -us p. culmen eveximus *Tuluin.* **b** *exempla cetera*: Cod. Iust. 12, 3, 1, 3 (*a. 425–450*) si quis ... -um postea consequatur. *ibid.* qui prior meruit -um. Novell. Valent. 11, 2 consulatum cum -u pariter sunt adepti. Greg. Tvr. Franc. 2 capp. 38 de -o Chlodovechi regis (*ad rem v. Prosopogr. Later Rom. Emp. II 290*). 2, 9 p. 57, 4 cum ... Asterius codicillis imperialibus -um sortitus fuisset. 4 capp. 24. 4, 42 p. 174, 11 -um promeruit.

?**2. patriciātus,** *adi. formationis mirae (siquidem Latinae), fortasse cum* 1. patriciatus *confusae, trad.* Edict. imp. Diocl. 9, 7 L. calcei patricii ..., *καλτίων πατρικιάτων* (*exspectes -αχῶν, etiamsi vox nusquam legi videatur, sed -τ- trad. duobus exemplaribus; exemplar tertium, sc. Athen., exhibet* ⟨κά⟩*λτιοι στρατηγι⟨κοί⟩*). *Gatti.*

patricida, -ae *m.* *a* pater *et* caedere, *cf.* matricida, fratricida *sim., quae voces iuxtaponuntur apud* Cic. *et in* Itala. Gloss.^{L} III Abstr. pa 75 -a et parricida: id est qui parentes occidit (*sim.* Gloss. IV 547, 34). [*saepius in var. l. pro* parricida, *v. p. 440, 17, fort. sec. antiquum veriloquium e. g. p. 439, 75. cave addas locum recentioris aetatis* Anth. 850, 10 *ubi trad.* -a, *quod probat Wackernagel, Kl. Schr. II 1310.*] *i. qui patrem occidit*: Cic. dom. 26 (*ad Clodium*) ⌞-a⌟, fratricida, sororicida (parricida *codd. Cic.*, matricida *Pomp. gramm. V 306, 14,* -a *edd. usum hyperbolicum intellegentes, cf. e. g. Nisbet, 1939, ad l.*). Itala I Tim. 1, 9 (Lucif. Athan. 2, 34. *al.* = Vvlg.; *v. sub* patricidium). Rvfin. Greg. Naz. orat. 3, 4, 1 *ut* parricidales haustus puer *Iuppiter* et ipse -a (parricida *var. l.*) futurus effugeret. Prvd. ham. 565 *David Abessalon* genuit -am (parricidam *var. l.*).

deriv.: patricidium.

patricīdium, -ī *n.* *a* patricida, *cf.* parricidium, homicidium *sim.* Gloss. III 38, 4 *πατροκτονίαν* -um. [*confunditur cum* parricidium, *v. p. 445, 31 et infra.*]

i. q. occisio patris (*Christi* Op. imperf.): Rvfin. Orig. princ. 2, 9, 5 p. 169, 5 apud quos *Scythas* -um quasi ex lege geritur (*cf. Orig. c. Cels. 5, 27 οἱ Σκυθῶν περὶ ἀναιρέσεως πατέρων νόμοι*). Op. imperf. in Matth. 49 p. 913^{A} horrendum -um commiserunt *Iudaei,* crucifigentes filii patrem *eqs.* Pallad. hist. mon. II 13 p. 366^{D} *diabolus* fratricidia et -a docet (*gr. et alteram vers. v. p. 442, 13*). *addas locum variae lectionis, ubi vix diiudicandum, utrum interpres vocem gr. pro nomine actionis acceperit an subst.* -um *pro agente posuerit an adi.* patricidius *ceterum ignotum lateat*: Itala I Tim. 1, 9 (cod. d, cod. 86, cod. 89. *al.*) lex ... est posita iniustis ... et peccatoribus et caelestis et profanis -is et matricidiis *eqs.* (*gr. πατρολῴαις, Vulg.* patricidis [-is *in var. l.*]. *aliae vers. praebent* patricidis, parricidis, parricidiis, *v. ed. Beuron.*).

?**patricīdius,** -a, -um *v. l. 53.* *Baer.*

patriciē *v.* patricius.

patriciolus, -ī *m.* *a* patricius *deminutive* (*cf.* Prisc. gramm. II 112, 19 patricius -us). *i. q. patricius iuvenis vel parvus* (*nisi nomen proprium*): Prisc. gramm. II 101, 22 (*inter demin. adulationis enumeratur*) Catulaster, Antoniaster, -us, Sergiolus.

cf. Onom. *Gatti.*

⁂**patricius,** -a, -um. *a* pater (*item* Prisc. gramm. II 135, 24. *cf. p. 746, 52 et* Isid. orig. 9, 3, 25 -i inde vocati sunt pro eo quod sicut patres filiis, ita provideant rei publicae). *scribitur* -cei *in exemplari Aezan.* Edict. imp. Diocl. 9, 7 L. (Zeitschr. Pap. Epigr. 26, 1977, 132). *abbreviatur*: patric CIL IX 2456 (*saec. II*^{1}). V 8120, 1 (*a. 487*). *al.* (*cf.* patric^{s} CIL VI 32091 *a. 470*); patrc CIL VI 8407 (*a. 452; cf.* patrco CIL VIII 12035 *saec. VI ex.*); patr Inscr. numm. Cohen I p. 150 n. 608 (*imp. Aug.*). Dessau 9003 (*saec. III in.*). *al.*; pat CIL VI 32155 (*saec. V ex. ut* 32158). X 6850, 11 (*saec. VI in.*); p *v. p. 749, 51.* Not. Tir. 33, 36. *de formis: gen. sing.* -ci: CIL VI 9936 (*a. 537*). 32173 (*saec. V ex.*). CE 297, 5 (*saec. VI*). *al.; gen. plur.* -cium Fest. p. 249, *v. p. 746, 72.* *de mensura: utramque vocalem i brevem testatur* Prisc. gramm. II 135, 24; *prima syllaba producitur nimirum in dactylis.* *de notione*: Synon. Cic. p. 443, 24 (*serie mira*) subtilis. distinctus ... ingenuus ... dexter. generosus. -us. Gloss. -us: *αὐτόχθων, εὐγενής. εὐπατρίδης* (*quae vox etiam alibi gr. pro* -us *poni solet, v. Magie, De Rom. iuris ... vocabulis, 1905, 49*). nobilis. pater patriae. -i: *πρόγονοι.* senatores antiquae familiae. *sim. al.* *legitur inde a* Plavto (*semel*), Cic., Sall., *sc. maxime apud rerum scriptores (frequentat nimirum* Liv. *in prima decade) et in titulis, raro in poesi, sc. apud* Corn. Sev., Lvcan., Pers., Sil., Stat., Mart., Ivv. *al.; abiit in sermonem gr. πατρίκιος inde a* Polyb. [*confunditur in codd. e. g. cum* patricus *et* patritus Plavt. Capt. 1002; *falso trad. pro* patronus Pompon. dig. 1, 2, 2, 46.]

I *usu originario i. q. ad patres (sc. primores civitatis) pertinens, nobilis*: **A** *de hominibus eorumque coetu*: **1** *strictius*: **a** *tempore priore pertinet ad eas gentes nobiles, quae se originem trahere gloriantur a patribus* (*sc. senatoribus qui a Romulo constituti vel a Tarquinio Prisco adsciti narrantur; imp. Aug. eiusque successores etiam alias familias inter -os allegerunt, v. l. 59. 75sqq.; opponitur saepe* plebeius, plebs, *e. g. l. 31. 36. 56sq. 62sqq.; ad rem v. Kübler, RE XVIII 4, 2222sqq.*): *a adi.*: Plavt. Capt. 1002 *dolabra mihi datur,* quasi -is pueris ... coturnices dantur, quicum lusitent (*res Romana in comparatione fabulae Graecae inserta*). Cic. leg. agr. 2, 26 *ferebatur lex* curiata ... -is magistratibus (*al. v. vol. VIII 99, 35sq.*). Catil. 3, 22 spem imperi ... sibi a -is hominibus oblatam (Sall. Catil. 31, 7 Liv. 4, 16, 4). Phil. 1, 32 neminem -um Manlium (Marcum) vocari licet (*cf.* de orat. 1, 176 Claudios -os [*ibid. iterum.* Tac. ann. 12, 25, 2]. leg. 2, 57 e -is Corneliis). leg. 2, 6 *Fibrenus fluvius* praecipitat in Lirem et, quasi in familiam -am venerit, amittit nomen obscurius (*al. v. vol. VI 1, 244, 2sqq.; addas e. g.* CIL XIV 3902 [*saec. III med.; in cursu honorum*] electus in f. -am). Sall. Iug. 95, 3 Sulla gentis -ae nobilis fuit (*al. v. vol. VI 2, 1848, 14sqq., ubi legas* Pavl. Fest. p. 151). or. Macri 15 libera ab auctoribus -is suffragia. Liv. 3, 37, 6 *decemviri* -is iuvenibus saepserant latera (3, 49, 2. 4, 14, 6. 6, 42, 13). 4, 4, 8 nemo plebeius -ae virgini vim adferret. 5, 13, 3 ex -is candidatis (*cf.* 39, 32, 6 competitores). 6, 19, 7 reum. 6, 34, 11 cuius *Sextii* spei nihil praeter genus -um deesset (Fest. p. 237 Pavl. Fest. p. 7. 151 Ps. Qvint. decl. 3, 19 Svet. Aug. 5. *al.*). 6, 40, 6 ex -o sanguine ortus (Pers. 1, 61 Flor. epit. 1, 26, 2. *aliter p. 749, 16*). 10, 7, 8 non plus spei fore ... in -is quam in plebeis ducibus. Sil. 7, 45 exercitus (*Fabiorum ut* Flor. epit. 1, 12, 2). *al.*

β pro subst.: ① *masc.* (*praevalet nimirum plur. totum ordinem patrum significans; l. 68. al. pro syn. occurrit* patres, *quam vocem -i, cum ipsi se appellant, praeferre videntur, cf. e. g. Liv. 6, 41, 5. 7. 10*): Cic. Caecin. 101 cur, si cuiquam novo civi potuerit adimi civitas, non omnibus -is, omnibus antiquissimis civibus possit (*item distinguuntur*: Liv. 4, 3, 10 non modo non -um, sed ne civem quidem Romanum. 4, 3, 15 Gaivs inst. 1, 3. *cf.* Cic. Sull. 25 ceteris -is me et vos, *iudices,* peregrinos videri [*sim. l. 46*]). Mur. 15 nisi qui -us sit, neminem bono esse genere natum (*item praedicative*: Sull. 23 non possunt omnes esse -i [*24* si tibi nos peregrini videmur]. Scaur. 34 *Clodius* sive -us sive plebeius esset. fam. 9, 21, 2 *Papirii* fuerunt ... -i minorum gentium. *al.* Liv. 7, 32, 13 Ascon. Corn. p. 53, 10. *al.*). 17 mihi ipsi accidit, ut cum duobus -is ... peterem (Liv. 6, 40, 20 si cum duobus -is unus petierit plebeius. 22, 35, 1 tribus -is petentibus. 35, 10, 2. *al.*). rep. 2, 23 ut eos *optimates qui et senatores Romulus* patres vellet nominari -osque eorum liberos (*sim. de origine*: Liv. 1, 8, 7 -i ... progenies eorum *patrum* appellati. 10, 8, 10 -os primo ... nihil ultra quam ingenuos *fuisse* [*item* Fest. p. 241 *e Cinc.*]. Vell. 1, 8, 6. Cassiod. var. 6, 2, 1 *primitus* -orum familia Iovi noscitur fuisse dicata [*Iovem 'patrem' respicere videtur, sed cf. postea*: nomen ipsum patribus *coniunctum*]). Att. 7, 7, 6 adoptatum -um a plebeio. *al.* Messalla ausp. frg. Gell. 13, 15, 4 -orum auspicia. Sall. Catil. 55, 6 *Lentulus,* -us ex gente clarissuma Corneliorum. R. Gest. div. Aug. 8 -orum numerum auxi ([*gr.* ⟨*πατ*⟩*ρικίων*]. Liv. 4, 3, 14. 6, 30, 1 quibus *tribunis militum* aequatus -orum plebeiorumque n. Tac. ann. 11, 25, 2 in n. -orum ascivit Caesar vetustissimum quemque e senatu). Liv. 3, 40, 7 -os coire ad prodendum interregem (4, 7, 7. 4, 43, 7. 8). 4, 4, 11 plebeiam -us duxerit, si -am plebeius (*cf.* Flor. epit. 1, 25 ut plebei cum -is iungerentur *matrimonio.* Ampel. 25, 3 plebei ne -is nuberent). 4, 6, 11 tribunos *consulari potestate* ... omnes -os creavit populus (4, 43, 4 *quaestores.* 6, 40, 16 *consules. et saepe.* Vlp. dig. 1, 13, 1, 3). 4, 25, 11 ne cui -o plebei magistratus paterent. 5, 11, 3 fraude -orum (5, 11, 7. *cf.* 5, 11, 9 conspirationi -orum). 6, 20, 13 ne quis -us in arce aut Capitolio habitaret (*inde* Val. Max. 6, 3, 1a). 27, 8, 2 -is negantibus ... *plebei cuiusdam* habendam rationem esse, quia nemo ante eum nisi ex patribus id sacerdotium habuisset. *et saepe.* Fest. p. 142 mulleos genus calceorum aiunt esse; quibus ... -i sunt usi (*cf. p. 749, 6*). 249 ⌞procum -um⌟ in discriptione classium, quam fecit Ser. Tullius, significat procerum (*sc. centuriam*; ⌞⌟ *asyndeton bimembre? sed cf. Reitzenstein, Verrianische Forschungen, 1887, 28, 1*). *al.* Sen. contr. 2, 1, 17 -orum nobilitas. CIL XIV 3607 *Plautius* ab eo *imp. Claudio* censore inter -os lectus

[Newman]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(LAMPR. Comm. 6, 9 libertini ... in -os lecti sunt. *cf.* allectus inter -os *inde a* CIL III 6074 [*saec. I med.*], *v. vol. I 1664, 26sq. et 34sqq., ceterum* adsciscere: TAC. Agr. 9, 1 inter -os. ann. 11, 24, 1 in familias -orum. 11, 25, 2 *v. p. 746, 61*). *al.* Ⓘⓘ *fem.* (*cf. plur. masc. etiam de feminis adhibitum p. 746, 63*): LIV. 4, 4, 11 *v. supra.* 10, 23, 4 Verginiam Auli filiam, -am plebeio nuptam (*de eadem* 10, 23, 5). 10, 23, 6 iniuriam -arum.

?2. patrimōnius, -ī *m.* (*non nisi litt. gr.*). *a* patrimonium *retrograde, si formatio latina subest. i. q. custos quidam patrimonii (cf. p. 754, 73sq.)*: LYD. mag. 2, 27 *ὁ λεγόμενος πατριμώνιος, ἀντὶ τοῦ φύλαξ τῆς ἰδίᾳ πως ἀνηκούσης τῷ βασιλεῖ καὶ τυχὸν ἐκ προγόνων περιουσίας.*

Bruun.

patrimus (-i-*?*), -a, -um (-es *l. 7*). *a* pater, *cf.* matrimus; *de formatione v. Leumann, Gramm. 1977, 319. testimonia formae* -es (*nom. plur. et inde sing.*) *et notionis v. sub* matrimus. *legitur inde a* CIC. [*vix recte trad.* MART. CAP. 9, 910 *dei* reveriti intimum -umque carmen, *sc. harmoniam caelestem ('contra vulgarem loquendi usum ..., quod ad deorum patriam atque originem spectaret' Kopp ad l.*; patriumque *coni. Eyssenhardt, sed nec p. 760, 47 nec 762, 26 exempla prorsus similia praebent*).]

i. cuius pater adhuc vivit: **1** *usu sollemni iungitur cum* matrimus: *v. vol. VIII 481, 27sqq. et adde* ACT. Arv. a. 109 (Année Épigr. 1964 n. 69) 18 *et* 60 (*suppletur ibid.* n. 71, 5). **2** *solum ponitur*: FEST. p. 234 pater -us dicebatur apud antiquos, qui, cum iam ipse pater esset, habebat etiam tum patrem. *Zoppi.*

patrīnius, -ī *m.* *a* pater *fortasse sec.* privignus (*sc. pro* *patrignus, *ut* matrinia *pro* matrigna; *cf. vol. VIII 473, 80. 475, 58*). GLOSS. I p. 306 vi[c]tricus idest -us (*sed interpretamentum fortasse medii aevi est*).

[patrīnus. *in ed. Vallarsii e compendio male intellecto pro* paternus HIER. adv. Iovin. 1, 47 p. 277[B].]

patrīōta, -ae *m.*, *πατριώτης. i. q. civis eiusdem patriae, compatriota (quod prius legi videtur)*: GREG. M. epist. 10, 16 p. 252, 1 beati Augustini -ae vestri opuscula legite (*var. l.* compatriotae). *restituitur* CONC.[S] II 5 p. 143, 31 ei ... supplicavi ..., domino meo et dei amatori episcopo ⌞-arum dico⌟, ut daret caput ecclesiae (⌞⌟ *Schwartz,* patrioterodico *sim. trad., Migne gr. 37, 300[C] τῶν ... ἐπισκόπων τῶν πατριωτῶν λέγω*).

compos.: compatriota.

patrīōticus, -a, -um, *πατριωτικός. i. q. ad patriam pertinens*: CASSIOD. var. 11, 1, 7 (*de Amalasuintha regina cum legato sermone patrio loquente*) uterque et genuinis verbis auditur et -a responsione componitur. 12, 5, 5 -as possessiones excolere. 12, 12, 5 *quod ad vina Bruttia attinet,* falli non possumus, qui hoc -a veritate retinemus. 12, 15, 1 -a ... affectione *erga Scyllaceum urbem.* in psalm. 51praef. Doech ... -o nomine cognominatus est Iudumaeus. 72, 10 qui de locis -is exierunt. CONC. Aurel. a. 549 (Corp. Christ. 148A) l. 65 qui in ecclesiis iuxta -am consuetudinem a servitio fuerint absoluti (parochiam *var. l.*, parochitanam *González*).

⁂patripassiānus, -a, -um. *a* pater *et* pati, *cf.* deipassianus (deo-). *de origine*: AVG. serm. 71, 3, 5 Sabelliani, quos quidam -os vocant, ideo quia patrem perhibent passum (*sim.* ISID. orig. 8, 5, 41. *cf. e. g. l. 53*). *scribitur* -tro- CASSIOD. hist. 7, 24, 3. 7, 25, 12 (*Socrat. 4, 12 πατροπασσιανοί bis*) *et in var. l.* MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 18 p. 1051[D]. *al.*, -tre- PRISCILL. tract. 1, 27 (*cod. saec. V/VI*). *abiit in sermonem gr. πατροπασσιανός, v. l. 42 et cf. l. 58.*

i. qui credit, docet sim. deum patrem passum esse (sc. refertur ad haeresim quandam, de qua v. Crouzel, Lex. für Theol. u. Kirche[2] VIII 180sq.):
1 *masc. pro subst.*: CYPR. epist. 73, 4 -i, Anthropiani, Valentiniani ... et ceteraе haereticorum pestes. MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 18 p. 1051[D] si *ὁμοούσιος Christus deo patri,* quomodo alius passus est, alius non? ex isto enim -i. 1, 45 p. 1075[B] discedant ergo -i, quoniam nos et patrem dicimus et filium, ipsum solum passibilem iuxta motum in hyle. OPTAT. 5, 1 p. 121, 2 Praxeam -um, qui ex toto filium negat et patrem passum esse contendit. p. 121, 8 (*opp.* catholicos). FILASTR. 54 Sabelliani ..., qui et -i *appellabantur* (*cf. e. g.* Ps. HIER. indic. de haer. 39 Sabellius, qui et -us, idem et unionita. NICET. fid. 2 AVG. in euang. Ioh. 36, 8. MAR. MERC. Conc.[S] I 5 p. 82, 39 Romana ecclesia ... Sabellianos ... cum antiquioribus similibus eorum -os appellat *eqs., etiam Athanas. Migne gr. 26, 732[C] οἱ πατροπασσιανοὶ μὲν παρὰ Ῥωμαίοις, Σαβελλιανοὶ δὲ καλούμενοι παρ' ἡμῖν*). AMBR. symb. 4 -i cum emersissent, putaverunt etiam catholici in hac parte *symboli* addendum 'invisibilem' et 'inpassibilem' *eqs.* RVFIN. apol. Orig. 1 p. 555[A] qui ... unam eandemque subsistentiam patris ac filii asseverant ..., qui latine -i appellantur. *al.* **2** *cetera exempla*: Ps. ORIG. tract. 3, 33B. ne quis ipsum patrem ipsumque dei filium ... esse putaret, unde -i haeretici nuncupantur (PRISCILL. tract. 2, 46). PRISCILL. tract. 1, 4 anathema ... sit, qui -ae haeresis malum credens *eqs.* (1, 27 RVFIN. symb. 5 p. 344[B]).

deriv.: patripassio.

patripassio, -ōnis *f.* *a* patripassianus *retrograde formatum esse vid. i. q. opinio patripassianorum*: AGNELL. epist. p. 385[A] l. 90 de passibilitate aget tecum haereticus, utrum deus ibi fuit, quando passus est dominus: si dixeris, simul passus est deus indivisus, -em incurris; si negaveris *eqs.* (patripassianum *var. l.*).

⁂patrisso, -āvī, -āre, *πατρίζω (quod praeter p. 757, 11 non exstare vid.; cf. Leumann, Kl. Schriften, 157). de origine et notione: grammatici a voce q. e.* pater *derivant vel inter verba frequentativa a nominibus venientia afferunt*

[Gatti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

e. g. SACERD. gramm. VI 431, 23 frequentativa tantum sine verbi substantia, ut graecisso, -o (*sim.* DON. gramm. IV 382, 2 DIOM. gramm. I 345, 22. CONSENT. gramm. V 376, 33 ab appellativo, ut graecizat, sicilizat, -at). CLEDON. gramm. V 54, 30 -at non 'pater est' sed 'similis patri est' (*sim.* POMP. gramm. V 221, 22. *al.*). PRISC. gramm. II 433, 16 a patre 'patro, patras' et '-o'. *al.; vocem explicat etiam* SCHOL. Ter. p. 156, 14 (*ad Ter. Ad. 450* haud paternum istuc dedisti) non -asti, non more patris egisti. GLOSS. -o: *πατρῴζω.* patris opus exerceo vel similo. -at: patri similat. patri (*vel* patris) similis fit, *v. etiam l. 19sq. scribitur in codd. plerumque* -ss- *e. g. A* PLAVT. Pseud. 442 (*cf.* PRISC. gramm. II 24, 9 saepe pro z *graeca* eam *s litteram* solemus geminatam ponere, ut '-isso' pro *πατρίζω eqs.* [*πατρῴζω var. l.*]. 447, 3 nos ... '-sso, -ssavi', *sc. verba graeca in -ζω vel -σσω imitantes*); -s- GLOSS. IV 138, 8 V 318, 35, *item in var. l.* PLAVT. Most. 639 Pseud. 442, -z- CONSENT. gramm. V 376, 33. 384, 19 Ps. CASSIOD. de orat. p. 1235^{C}.

i. q. similiter ac pater agere, ei similem esse: PLAVT. Most. 639 eugae, Philolaches -at; iam homo in mercatura vortitur. Pseud. 442 idne tu mirare, si -at filius? TER. Ad. 564 laudo, Ctesipho, -as; abi, virum te iudico (DON. *ad l. affert 411* spero, est similis maiorum suorum; *locum explicant* EVGRAPH. patri similis es. SCHOL. Ter. Bemb. patrem imitaris [*cf.* SCHOL. Ter. p. 157, 8 p. i., more patris agis]). APVL. flor. 3, 6 Hyagnis ... primus ... concentum musicum miscuit; eo genitus Marsyas, cum in artificio -ret tibicinii *eqs.*

patritus, -a, -um. *a* pater, *cf.* avitus (NON. p. 161, 4 -um ut avitum). *de origine*: GLOSS. V 129, 55 (*sim.* GLOSS.^{L} I Ansil. PA 830) -ae vel a patre aut a patria ...; set melius a patria, nam et pater a patria dicitur (-e *trad.*; patricius *dub. Goetz*, patriae *Lindsay*). *scribitur* -truit- TERT. adv. Val. 12 p. 191, 22. *notatur* p *l. 47. de notione et differentia*: GLOSS. V 646, 21 (*gl. Nonii*) -um: patriam (patrium *malim*). DIFF. ed. Beck p. 75, 8 patrium a patria dictum ... ⟨paternum⟩ a patre ..., patri⟨t⟩us vero patris similis, ut ˌ-oˌ animo (ˌˌ patris *trad.; corr. Baehrens*). [*e coni. dub.*: ARNOB. nat. 6, 7 p. 315, 8 telluris -ae (*Marchesi*; t. patientiae *trad.*, t. patriae *Gelenius*, t. paternae *Hildebrand*). ANTH. 431, 2 (*Baehrens*, patricius *trad.*). *falsa var. l. pro* patriciis PLAVT. Capt. 1002.]

i. q. paternus (*saepe accedit* avitus): **1** *adi.*: **a** *refertur ad ipsum genitorem*: PLAVT. Poen. 1051 mi tuos pater -us ... hospes Antidamas fuit (-us *A*, patri tuus *P*). FRONTO p. 187, 9 v. d. H. subleva misericordia aetatem familiarem tibi et -am (*i. similem patris tui*). ARNOB. nat. 2, 62 p. 138, 10 *dicunt se deo natos et post mortem* tamquam in sedem referri -am. **b** *refertur ad maiores* (*e coni. l. 31*): VARRO Men. 258 avito ac -o more precabamur. frg. Non. p. 161, 6 secundum leges avitas et -as (*sim.* SERV. auct. Aen. 12, 836. *cf. ibid.* -ae leges [Papiriae l. *coni. Schoell apud Thilo-Hagen vol. II p. IX*]). CIC. Tusc. 1, 45 -am illam et avitam, ut ait Theophrastus, philosophiam (-am *Non. et codd. Cic. rec.*; patriam *codd. Cic. vet., quod post Bentley def. Lundström, Vermeintliche Glosseme in den Tusc., 1964, 271*).

2 *pro subst.* (*neutr., ut vid.*): **a** *refertur ad agrum*: LEX agr. (CIL I^{2} 585) 28 *publicani* tantidem pro -o redemptum habeant, p(ro) p(atrito) supsignent (*ad rem cf. Hinrichs, Zeitschr. Sav. Stift., Rom. Abt., 83, 1966, 301sqq.*). TAB. cer. Pomp. (CIL IV 3340) 138, 8 (*a. 53*) accepi ... sestertios DCCLXXVI ... ob avitum ⟨et⟩ -um fundi Audiani (*sed l. 19* ob avitum; *ad rem v. Andreau, Les affaires de M. Jucundus, 1974, 62sqq.*). **b** *refertur ad nomen*: TERT. adv. Val. 12 p. 191, 22 *Iesum* cognominant Soterem et Christum et Sermonem de -is (*pendet ab Irenaeo, cf. p. 781, 40*). *Gatti.*

patrius, -a, -um. *a* pater. *de origine: v. p. 696, 17sqq., adde etiam* SERV. Aen. 12, 736 -um a patria est derivativum. SERV. auct. Aen. 11, 374 et a patre et a patria potest dici (*sim.* GLOSS.^{L} I Ansil. PA 830 *addens*: sed melius a patria, nam et pater a patria dicitur). GLOSS. IV 418, 20 a patre derivatur. *mire scribitur* i *longa*: CE 2048, 2 (= CIL IV 6635). CIL III 3429 VIII 8435. *al. notatur*: patr CIL V 4207, p CIL X 1805. *gen. sing.* -i *pro* -ii CIL X 3704, 7; *dat., abl. plur.* -is *pro* -iis CE 2036, 2 (= CIL VIII 26492, 5; *metrum postulat* -iis). CIL III 3668 VII 499. *al.*, -ieis CIL III 14147^{5}, 9 (*a. 29 a. Chr.*). *compar. et superl. nimirum desunt, sed cf.* tam -us *p. 759, 38. syllaba* patr- *fere brevis est, longa* LVCR. 3, 9 PROP. 4, 2, 48. *al. de notione et differentiis: v. p. 696, 17sqq., addas* SYNON. Cic. p. 433, 6 -um. generosum. GLOSS. paternus. *al. v. infra suis locis. legitur inde a* NAEV., PLAVTO, ENN. *per totam latinitatem, sed in sermone pedestri inde ab aet. Aug. fere praevalet* paternus (*aliter* CVRT. [-us *37 locis, maxime in iuncturis* -o more, di -i / paternus *ter*] *et* TAC. [*32/28*]). *contra poetae plerique voce* paternus *fere in fine hexametri utentes longe praeferunt* -us, *e. g.* LVCR. (*14/–*), VERG. (*fere 62/9*), OV. (*106/42*), LVCAN. (*19/6*), VAL. FL. (*60/13*), SIL. (*95/16*), STAT. (*70/20*); *aliter* CATVLL. (*1/3*), HOR. (*12/17*), PERS. (*1/3*), IVV. (*2/6*). *in sermone iuris* -us *frequentatur in iuncturis q. s.* -a potestas *sim.* (paterna p. *v. p. 697, 21*), *ceterum longe praevalet* paternus. *in commentariis sim. haud raro* -us *altera voce*

explicatur, e. g. l. 65 et p. 761, 74. v. etiam Wackernagel, Kl. Schr. I 471sqq. [*vix sard. centr.* pádriu. *cf. M.-L. 6299. Wagner II 204. St.*] [*confunditur in codd. cum* pater (*v. p. 668, 54*) *et* patritus (*v. p. 757, 43*). *falso trad. pro* patricius *p. 749, 37.*]

i. q. ad patrem (patres) pertinens. vergit in notionem q. e. patri similis hic illic sub IB, maxime p. 762, 23. 29, in notionem q. e. proprius p. 763, 17, cf. p. 759, 60; nota usum peculiarem sub IA1e et IIB1d illustratum. gr. fere respondent πατρῷος, πάτριος nec non πατρικός. ponitur pro gen. subi. vel poss. passim, pro gen. obi. sub IA1c et IIB1c et fort. p. 762, 10, pro gen. explic. p. 762, 13sqq. accedit dat. p. 760, 54. neutr. pro subst.: sing. l. 73. p. 759, 17. 43. 760, 60. 761, 72. 762, 31; plur. p. 760, 15sqq.

I *pertinet ad ipsos patres aliosve patrum more agentes* (*v. p. 760, 19 et sub B; refertur fere ad homines, raro ad animalia, sc. l. 31. p. 760, 54. 55sq.; de deis v. B2*): **A** *respiciuntur certi certorum patres*: **1** *spectat ad unum aliquem patrem* (*v. quae monuimus ad 2*): **a** *de eis, quae patris sunt*: **α** *de rebus corporeis*: Ⓘ *de corpore eiusque partibus*: PLAVT. Merc. 73 postquam recesset vita -o corpore (LVCR. 4, 1214 c. de -o et materno sanguine. *al.*). ACC. praetext. 4 sanguen ([*ex trad.* patrum *Bothe ut* trag. 82, *cf. supra p. 668, 54*]. OV. fast. 6, 596. *al.*). LVCR. 4, 1212 similes matrum materno semine fiunt ut patribus -o (4, 1227). VERG. Aen. 2, 539 vultus ([*inde* CE 1405, 3]. OV. met. 2, 21. *al.*). 2, 658 ore (SIL. 4, 419 PRVD. apoth. 668). 6, 33 manus ([*Serv. ad l. cod. M* pro 'paternae']. OV. met. 8, 211. *al.; cf.* 1, 646 palmis). CIRIS 321 capillo ([*si recte trad.*]. PROP. 4, 4, 39. *cf.* OV. trist. 2, 394 crinem). 355 aures ([propriae *codd. plerique*]. OV. epist. 11, 71 [patris *var. l.*]. *al.*). *al.* Ⓘⓘ *aliis*: PLAVT. Merc. 831 postremum extollo mea domo -a pedem (*al. v. vol. V 1, 1967, 45sqq., sed quaedam exempla huius iuncturae etiam ad 2 vel ad II trahi possunt; per synecdochen de domo*: VERG. Aen. 2, 620 limine. 2, 634 sedis [BVC. Eins. 2, 31]. OV. epist. 18, 56 foribus. *sim. al.*). TER. Eun. 13 monumentum ([*Don. ad 10* patris m.]. *cf.* OV. met. 15, 405 fert ... -um sepulcrum *Phoenix*). VERG. Aen. 3, 332 -as ... obtruncat ad aras *Neoptolemum Orestes* ([*i. Achilleas vel Apollineas, cf.* SERV. *ad l.*]. OV. met. 15, 723 -as Epidaurius [*sc. Aesculapius*] a. linquit [*722* templa parentis]). 4, 602 Ascanium -is ... epulandum ponere mensis. *al.* CIRIS 231 cubile (OV. met. 2, 592. 15, 501). *al.* HOR. ars 471 cineres (SIL. 3, 83. CE 1050, 6 *parentum*). OV. epist. 14, 90 cornua ... in -is (*sc. Inachi*) ... vidit aquis *Io* (*cf.* met. 1, 588 flumine. 9, 450 ripae [11, 769 VAL. FL. 4, 373 STAT. Theb. 7, 729]. *sim. al.*). met. 1, 673 -a Iove natus ab arce desilit. *al.* GERM. 707 -o (*sc. Iovis*) fulgebit in aethere Perseus. CARM. pop. Suet. Cal. 8, 1 in castris natus -is. SEN. Phoen. 267 (*loq. Oedipus*) in -os toros tuli paterno sanguine aspersas manus. *al.*

β de rebus incorporeis: ACC. praetext. 15 (*loq. Decius*) -o exemplo ... me dicabo. CIC. Manil. 22 maeror -us (*sc. patris Medeae*) celeritatem persequendi *retardavit* (Flacc. 106 [*seq.* patris m.]). Sest. 48 P. Decius primum pater, post aliquot annos -a virtute praeditus filius (SIL. 1, 185. HOMER. 574 [*loq. Hector*] virtutes -as ... imitetur *filius* [*Hom. Z 479 πατρός...ἀμείνων*]. OPT. PORF. carm. 8, 23. *al.*). prov. 18 utinam *Ti. Gracchi* filii ne degenerassent a gravitate -a! (TREB. Gall. 3, 9). Brut. 79 instituto (213). VERG. Aen. 7, 653 imperiis (LIV. 8, 7, 8). 8, 574 preces (SEN. Herc. f. 1272 VAL. FL. 1, 341 HOMER. 933). 10, 371 laudi (SEN. Herc. f. 1122 MART. 6, 38, 4. *al.; cf.* CIRIS 500 honores [STAT. Theb. 3, 478]). 11, 716 -as temptasti ... artis ([*sc. Auni, nisi ad Ligurum mores spectat*]. OV. met. 11, 315 -ae [*sc. Mercurii*] non degener a. *al.*). PROP. 3, 19, 15 senecta (VAL. FL. 3, 302. 8, 280 SIL. 5, 582 STAT. silv. 4, 2, 58). OV. fast. 3, 76 (*loq. Romulus*) primus de -o (*sc. Martis*) nomine mensis erit (3, 77. CAPITOL. Maximin. 27, 4 -o sub n. clarus. *al., aliter p. 760, 31. 65. 762, 13. 763, 4sqq.*). *al.*

γ de animantibus: VERG. Aen. 10, 524 per -os manis (*al. v. vol. VIII 297, 59sq.*). OV. epist. 11, 93 satelles. fast. 2, 496 equis (EPICED. Drusi 112). MANIL. 1, 920 hostes. LVCAN. 9, 121 comites. VAL. FL. 8, 106 tauros. IVVENC. 3, 10 ministri (*ad Matth. 13, 41* angelos).

b *de eis, quae a patre originem ducunt* (*certiora*): ACC. trag. 591 (*loq. Polynices*) num pariter videor -i(i)s vesci praemiis *ac Eteocles*? CIC. Phil. 5, 23 colonias -as adiit *Octavianus* (*i. a patre conditas*; patris *var. l.*). VERG. Aen. 2, 491 instat vi -a Pyrrhus (*explicat* GLOSS.^{L} III Abol. VI 12 paterna virtute). 7, 766 *cum* -as ... explerit sanguine poenas *Hippolytus*. SEN. Phaedr. 1252 (*loq. Theseus*) munere en -o, *sc. Neptuni*, fruor (CYPR. hab. virg. 23 qui ad divinum m. et -um [*sc. dei patris*] baptismi sanctificatione perveniunt). VAL. FL. 1, 412 Phlias immissus -os (*i. more Bacchi patris*) de vertice crines. 1, 439 -o (*sc. Mercurii*) ... usu *nuntiat Echion*. IVVENC. 2, 601 concessam in populos -a virtute medellam (*i. auctore deo patre ut* PRVD. psych. 2 Christe ..., qui -a v. cluis propriaque). *neutr. sing. pro subst.*: STAT. Theb. 11, 33 Eurymedon, cui ... -um ... agitare tumultus: Pan illi genitor.

c *de eis, quae patri contingunt, fiunt* (*fort. huc* PHAEDR. 4, 7, 16

[Teßmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

caede -a [*e trad.* patris]): CIC. Phil. 13, 46 poteritne se tenere *Octavianus*, quin D. Bruti sanguine poenas -as persequatur? VERG. Aen. 9, 294 *Ascanii* animum -ae (*sc. Aeneae*) strinxit pietatis imago (10, 824 OPT. PORF. carm. 5, 29). VAL. MAX. 2, 2, 4 venerationi. CE 2048, 2 (*Pompeiis*) *parvulorum alimenta* fortuna in -os vertit ... cibos. DICT. 6, 15 -o aditu prohibitus *Vlixis filius*. CLAVD. 15, 393 -as in pignora contulit iras.

d *de locis quibusdam varia ratione ad patrem pertinentibus*: PROP. 1, 2, 18 *Marpessa* Eueni -is filia litoribus (*sc. fluminis, ubi se praecipitavit pater E.*). VAL. FL. 2, 283 non -os furtis accedere saltus *audet Hypsipyle* (*sc. ubi occultaverat patrem*). 4, 493 -i ... exspirat Averni halitus *appropinquantibus Harpyis, quarum pater Typho versatur in Tartaro*).

e *de eis, quae patrem indicant, significant* (*cf. IIB1d*): *α in sermone poetico*: VAL. FL. 1, 432 (*ornatus Castoris Pollucisque describitur*) volat amborum -us de pectore cygnus *Iovem patrem indicans*. SIL. 2, 62 cui *Hammonis filio* -us Nasamon *parebat* (*Delz ad l.: 'cum acumine dictum, quia Nasamones ab Hammone nominati sunt'*). *β in sermone gramm.: de vocabulis*: QVINT. inst. 1, 5, 45 *soloecismus fit* in quibus -um pro possessivo dicitur vel contra (*ad rem v. e. g. Diom. gramm. I 324, 6 Prisc. gramm. II 62, 23sq.*). EXPLAN. in Don. gramm. IV 539, 36 sunt quae a Graecis patronomica, a nobis -a dicuntur ut Atrides Pelides. *de casu genetivo ad vertendum gr. πτῶσις πατρικὴ* (*cf. p. 699, 12. 750, 5*): GELL. 4, 16, 1 'senatuis' ..., qui est -us casus ab eo, quod est 'senatus' (9, 14 tit. -o casu ... dixit [9, 14, 18]. 9, 14, 20 in c. -o ... scripsisse [9, 14, 26]). DIOM. gramm. I 301, 36 *casus* genetivus quem quidam -um vocant.

2 *spectat ad patres, sc. maiores vel alios antecedentes* (*quaedam potius ad 1 pertinere vix negaverimus, v. maxime infra l. 38. 40. 59, sed similia separare noluimus eaque aliter ac sub voce* paternus [*v. p. 696,47*] *huc traximus, cum in nostra voce usus hoc capite descriptus maioris momenti esse videatur. ceterum quasi per totum hoc caput invenies haud pauca, quae etiam ad II trahi possunt, quoniam a maioribus tradita simul ad patriam pertinent, v. imprimis sub αβ et b nec non l. 54sqq.*):

a *de rebus, quae variis modis a maioribus tradita sunt*: *α hereditate, dono, usu sim. partis*: Ⓘ *de variis bonis externis*: Ⓐ *adi.*: NAEV. com. 84 *adulescentes* qui hic ante parta -a peregre prodigunt (*sc. bona. cf.* TER. Eun. 235 -a qui abligurrierat bona [ACC. trag. 164 AFRAN. com. 50 CIC. S. Rosc. 145. *al.* SALL. Catil. 14, 2]). PLAVT. Bacch. 947 *Paris* erit exitio rei -ae suae (Trin. 656 r. -am et gloriam maiorum. 682. CIC. Verr. I 13 nulla res tam -a cuiusquam atque avita fuit, quae non ... abiudicaretur. HOR. sat. 1, 4, 110. *al.*). CIC. Verr. II 1, 135 fortunis -is ... evertere *pupillum* (II 1, 146. *al.* CAPITOL. Max. Balb. 2, 3 avitas -asque f.). II 2, 80 patre ... pecuniaque -a privatus. Ov. am. 3, 13, 32 opes (met. 8, 843 trist. 4, 5, 8. 5, 4, 21 MART. 9, 82, 4). MART. 2, 90, 5 census (4, 75, 3 PRVD. psych. 581). Ⓑ *neutr. sing. pro subst. (cf. gr. plur. τὰ πατρῷα)*: *in locut. praedicativa*: PLAVT. Trin. 1146 *ne* eum *thesaurum* me lege populi -um posceret. *cum acumine dictum*: PROP. 4, 1, 37 nil -um nisi nomen habet Romanus alumnus. SIL. 9, 403 -um et commune duobus *amicis* paupertas.

Ⓘⓘ *de finibus, sedibus, regnis variisque possessionibus*: CAECIL. com. 100 duc me ad -os fines (VERG. ecl. 1, 67 Aen. 1, 620 Ov. Pont. 2, 7, 65 COLVM. 1 praef. 14. *al.*). FVR. ANT. carm. frg. 6 in -is ... opulescere campis. CIC. carm. frg. 29, 6 ad -as ... oras *pervenire* (*al. v. vol. IX 2, 866, 74sqq.*). S. Rosc. 23 domo atque focis -is disque penatibus (Phil. 2, 72. 75 PROP. 2, 1, 62. *al.*). 24 sepulcrum (Rab. perd. 37 VERG. Aen. 10, 558 HOR. sat. 2, 3, 196 Ov. am. 3, 6, 73. *al.*). Verr. II 3, 46 sedes suas -as ... reliquerant (Phil. 12, 14 deos penatis et s. -as. SALL. or. Lep. 12 plebis. Ov. met. 15, 23. Pont. 4, 14, 59 -a ... s. fugatis [*item sing.*: SEN. Phaedr. 1147 CVRT. 3, 7, 11. *al.*]. *al.; cf. l. 61*). II 4, 61 in Syriam in regnum -um profecti sunt ([*antea*: ut a patre et a maioribus acceperant]. Manil. 7. 21 -o atque avito. SALL. Iug. 14, 23. *al.* VERG. Aen. 3, 249 -o Harpyias ... pellere r. [SERV. Neptunio. SERV. auct.: alii -o proprio accipiunt]. *al.; cf. de sella regia*: VERG. Aen. 7, 192 sede [TAC. ann. 13, 15, 2]. SEN. Tro. 727 solio [SIL. 16, 537]. *sim. al.*). VERG. Aen. 7, 736 -is ... non ... filius arvis contentus (Ov. met. 15, 443 [*opp.* externum]. Ib. 501. *al.*). HOR. epod. 16, 19 agros atque lares -os (carm. 1, 1, 11 Ov. met. 14, 476 SEN. Herc. O. 204). *al.*

β imitandi, aemulandi studio traditis vel consuetudine inveteratis, usitatis: Ⓘ *de rebus variis, maxime de moribus, institutis sim.*: Ⓐ *quorumlibet maiorum*: ENN. scaen. 89 cui nec arae -ae domi stant (*al. v. vol. II 384, 57sqq., sed excipias locos supra p. 758, 32 allatos*). CIL I² 652 (*si recte suppl.*) ⟨sacra pat⟩ria ei *Timavo* restitu⟨it⟩ *Tuditanus* (CIC. Mur. 90 a s. -is Iunonis Sospitae. PROP. 4, 1, 18 -o pendula turba s. *tremit.* LIV. 5, 16, 11. *cf.* CIC. Verr. II 4, 7 sacrario [*II 4, 4* a maioribus traditum perantiquum]). CIC. Rab. perd. 30 pro -is fanis atque delubris (*cf.* LVCAN. 6, 323 templis [SIL. 15, 674. STAT. silv. 3, 4, 95 *var. l.* patris]). Sest. 81 ad -um illum animum maiorumque virtutem *excitare* (Phil. 3, 29 -um a. virtutemque capiamus. *cf.* VERG. Aen. 11, 374 si -i quid Martis habes [SERV. auct.: id est ... bellicae virtutis; ... '-i' et a patre et a patria potest dici]). rep. 2, 7 institutis (3, 41 *v. infra.* FEST. p. 157 mos est ⟨institutum pa⟩trium. TAC. hist. 4, 64, 3 instituta cultumque -um. *al.*). 3, 41 institutis et moribus (5, 1 [*sing. ut*: leg. 1, 10. *al.* Ov. met. 6, 648. *al.* LIV. 4, 30, 11. *et saepe*]. off. 2, 66 NEP. Paus. 3, 1 VERG. Aen. 12, 834 LIV. 29, 1, 24. *al.*). leg. 2, 22 ritibus (2, 40. LIV. 1, 20, 6 -os r. peregrinosque. 1, 31, 3 [*sing. ut*: 5, 52, 9. 39, 16, 9 non -o, sed externo. VELL. 1, 4, 2. *al.*]. 29, 1, 24 SIL. 16, 282). VERG. georg. 3, 346 -is acer Romanus in armis ([SERV.: genitaliter sibi concessis ac si diceret 'Martiis']. Aen. 3, 595 -is ad Troiam missus in a. SIL. 17, 388 TAC. Germ. 10, 3). Aen. 3, 281 exercent -as ... palaestras *socii.* 5, 601 -um servavit honorem *Roma.* 8, 696 -o vocat agmina sistro *Cleopatra.* Ov. met. 3, 548 decus. fast. 2, 508 -as artes militiamque colant *Quirites* (SIL. 11, 422 STAT. Theb. 6, 770 TAC. ann. 12, 44, 3 CLAVD. 24, 112). *al.* *neutr. plur. pro subst.*: LIV. 8, 11, 1 nova peregrinaque omnia priscis ac -is praeferendo. ITALA II Macc. 6, 1 (rec. X) ut *Iudaei* se transferrent a -is, et dei legibus ne uterentur (*nisi suppl.* legibus, *cf.* recc. LP *et* VVLG., *recc. BM* institutionibus paternis. *gr. πατρίων νόμων* [*sed cf. 7, 24 πατρίων tantum*]). Ⓑ *principum, praeceptorum sim. disciplinarum, sectarum philosophiae quasi patrum*: LVCR. 3, 9 tu, *Epicure*, pater es, rerum inventor, tu -a nobis suppeditas praecepta (*nisi ad B*). CIC. de orat. 1, 84 hic ... mos erat -us (*om. pars codd.*) Academiae. fin. 5, 14 Critolaus imitari voluit antiquos, ... ac tamen ⟨ne⟩ is quidem in -is institutis manet.

Ⓘⓘ *de sermone, carmine sim.* (*de libro l. 30*): Ⓐ *spectat ad linguam Latinam*: LVCR. 1, 832 *homoeomerian* nostra dicere lingua *non* concedit nobis -i sermonis egestas (3, 260. CIC. fin. 1, 4 cur ... non delectet eos s. -us. VERG. Aen. 12, 834. HOR. ars 57 cum lingua Catonis et Enni s. -um ditaverit. PLIN. epist. 4, 3, 5 [*opp.* insiticio et inducto, *sc. Graeco*]. *cf.* PROP. 4, 2, 48 *Vertumno* nomen ab eventu -a lingua dedit). 4, 970 naturam ... rerum ... inventam -is exponere chartis. 5, 337 in -as ... vertere voces. 6, 298 vertex quem -o (*cod. unus*, Latio, spatio *var. ll.*) vocitamus nomine fulmen. VERG. (?) catal. 9, 62 -o Graios carmine adire sales (georg. 2, 394 Baccho dicemus honorem c. -is [SERV. *ad l.*: id est Romana lingua]). HOR. sat. 1, 10, 29 *verbis* -is intermiscere petita verba foris. Ov. trist. 5, 7, 62 ne ... Ausoniae perdam commercia linguae et fiat -o vox mea muta sono. Pont. 4, 13, 33 non -ā perlegi scripta Camenā (*cf. 19* Getico scripsi sermone). Ⓑ *spectat ad linguam vernaculam aliarum gentium*: SEN. dial. 11(12), 7, 9 *incolarum Corsicae* sermo conversatione Graecorum Ligurumque a -o descivit (*cf.* CVRT. 6, 9, 34 an -o sermone sis apud eos *Macedones* usurus [*item de Macedonum lingua*: 6, 9, 36. 6, 10, 23 *syn.* nativus, *opp.* peregrina lingua]. PLIN. nat. 8, 1 intellectus illis *elephantibus* s. -i. SIL. 2, 440 *Poenorum.* TAC. ann. 2, 60, 3 *Aegyptiorum. al.*). SIL. 3, 346 -is ululantem carmina linguis *Callaeciae pubem.* ITALA II Macc. 7, 8 (recc. LXP = VVLG.) respondens -a voce ([*recc. BM* paterna. *item discrepant versiones* 7, 21. 7, 27. 12, 37. 15, 29; *gr. ubique πατρίῳ, var. l. πατρῴῳ*]. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 23 p. 383 apostolus -a v., id est Israelitarum ... instructus [*Migne gr. 44, 204D πάτριον*]). *spectat potius ad modum cantandi sim. a maioribus traditum*: CVRT. 3, 3, 9 magi ... -um carmen canebant (8, 9, 30). VAL. FL. 6, 512 victores -um ... paeana Geloni congeminant. SIL. 4, 215 -o divos clamore salutat *miles Gallus.* STAT. Theb. 7, 285 -is concentibus *Boeotorum.* PRVD. tituli 91 -os cantare modos praecepta recusat *gens Hebraeorum capta.*

γ natura, nativitate insitis: Ⓘ *vario respectu*: LVCR. 3, 743 (*interpol.?*) -us pavor incitat artus *cervorum* (SIL. 15, 719 -us genti *Gallorum* p.). HOR. carm. 4, 4, 5 iuventas et -us vigor nido ... propulit *aquilam.* SIL. 16, 348 sq. *equis Asturum* -um frons alba nitebat insigne et -o pes omnis concolor albo. PLIN. epist. 1, 12, 4 pedum dolore correptus est; -us hic illi: nam ... morbi quoque per successiones quasdam ... traduntur. INSCR. christ. Diehl 1513e, 2 seu -o premeris crimine seu proprio (*de peccato originali, cf. p. 700, 12*). *neutr. sing. pro subst.*: SEN. Phaedr. 380 *Phaedrae* oculi nihil gentile nec -um micant (*i. nihil Solis, avi materni, simile*). VAL. FL. 2, 157 cruentis ... -um saevire Dahis. Ⓘⓘ *respicitur series maiorum*: PROP. 2, 7, 20 erit et -o sanguine (nomine *Postgate, sed v. Richardson, 1976, ad l.*) pluris amor *Cynthiae.* Ov. Pont. 3, 2, 105 Volesus -i ... nominis (*i. paterni generis Cottae*) auctor. STAT. silv. 4, 3, 18 *Domitianus* genti -ae ... sancit *templum* (MEROB. poet. 116 Fabii -a pro g. cadebant).

b *de deis a maioribus cultis* (*quamquam hic illic potius dei civitati vel regioni cuidam proprii respiciuntur, ut adi. pertineat ad II [v. e. g. p. 761, 26. 32. 33sq. 53 et cf. p. 761, 18], omnia huc inseruimus, quoniam pleraque ambigua sunt. locutiones* lar -us *et* penates -i *saepe metonymice de domo vel patria dicuntur, cf.* SYNON. Cic. p. 422, 18 domus ... lares. di penates. di -i):
α lar -us, lares -i: TRAG. inc. 199 extulisti saucios -o l. (*item sing.*: HOR. sat. 1, 2, 56 fundumque l. que. Ov. rem. 239 SEN. Herc. O. 359. *al., in orat. soluta* Ps. QVINT. decl. 13, 2 APVL. met. 2, 30, 9. *al.*). HOR. epod. 16, 19 *Phocaeorum* profugit ... civitas agros atque l. -os (*item plur.*: TIB. 1, 10, 15

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PROP. 2, 30, 22 OV. rem. 237 SEN. Ag. 392a. *al., in oratione soluta* AMM. 31, 12, 8).

β penates -i (*cf. infra l. 14 et* OV. met. 15, 34 -um ... penetrale): CIC. dom. 144 vos ... -i p. familiaresque, qui huic urbi et rei publicae praesidetis (*cf. Nisbet, 1939, ad l.*). VERG.(?) catal. 9, 36 liquere p. Tarquinii -os (*cf.* HOR. carm. 3, 27, 49 liqui). Aen. 2, 717 cape sacra ... -osque p. (*cf.* GLOSS.^{L} I Ansil. PA 821 Troianos deos. 822 prioris patriae vel avitos). 4, 598. 5, 63 HOR. sat. 2, 5, 4 TIB. 1, 3, 33 PROP. 4, 1, 91 OV. epist. 3, 67 met. 1, 773. *al.* VAL. MAX. 9, 15, 5 OCTAVIA 149. *al.*

γ dei -i, deus -us (deae *l. 29. 32*, dea *l. 42*, divi *l. 23; fere dicitur de deis, qui rem publicam, civitatem, gentem sim. sive Romanam sive externam tuentur vel alicuius loci praesides sunt; cf.* GLOSS. *θεοὶ πατρῷοι. ad rem v. Aly, RE XVIII 4, 2242sqq.*): Ⓘ *apud auctores*: CIC. Verr. II 1, 7 rapiunt eum ad supplicium d. -i. II 4, 17 d. penatis te -os reposcit (Sull. 86 d. -i ac p. Sest. 45 p. -ique d. har. resp. 37 -i p.que d. NEP. Them. 7, 4 d. publicos suosque -os ac p. LIV. 1, 47, 4 di ... p. -ique). II 4, 132 d. -os, quos a maioribus acceperunt colendos. Phil. 2, 72 contra d. -os arasque et focos. *al.* VERG. georg. 1, 498 d. -i indigetes (*sive distinguuntur [ita e. g.* SERV. *ad l.] sive iidem sunt [ita e. g.* SERV. auct. Aen. 12, 794]. *cf. infra l. 53 et* SYMM. rel. 3, 10 d. -is, d. indigetibus pacem rogamus). Aen. 2, 702. 4, 68 (SERV. *ad l.*: Saturnum et Iunonem). 7, 229. 9, 247 HOR. carm. 2, 7, 4 TIB. 2, 1, 17 OV. epist. 1, 26 fast. 2, 728. *al.* LIV. 1, 25, 1 d. -os, patriam ac parentes. SEN. Thy. 406 CVRT. 4, 10, 30. *al.* MELA 1, 41. *al.* *cf.* GRATT. 453 -os ... lacessere divos.

Ⓘⓘ *in titulis*: Ⓐ *plur.*: CIL III 14147^{5}, 9 (*a. 29 a. Chr.*) die⟨is⟩ patrieis et Nil⟨o adiut⟩ori d. d. *Cornelius Gallus* (*gr. θεοῖς πατ⟨ρίοις⟩. deos Aegyptios significari suspicatur Gordon, Latin Epigr., 1983, 99*). VIII 2585 (*a. 211*) ⟨Aesculapio et Saluti, Iovi Valenti ...⟩, dis pat⟨riis⟩. XIII 6559 (*a. 221*) diis -is. INSCR. Année Épigr. 1920 n. 108 (*a. 263; Afr.*) diis -is deabusque. III 3429 (*saec. III in.*) dis reducibus -is (*item determinantur*: 15156 conservatoribus [*cf.* VIII 21486]. VIII 17721 ⟨sa⟩lutaribus ⟨Io⟩vi Serapi Aug. *cf.* VII 499 de⟨abus⟩ matribus tramarinis patri(i)s). 7954 diis -is Malagbel et Bebellahamon *eqs.* VIII 8435 di⟨i⟩s -is et hospitibus. XIII 8810 dis -is et praesidibus huius loci *eqs.* *al.* Ⓑ *sing.*: CIL VIII 11344 G. Fabio Saturnino Honoratiano sacerdoti dei -i (*cf. l. 39*). 12003 deo -o (*fort. Mercurio, cf. adn.*). 16808 patri⟨o deo He⟩rculi. 16809 Iocoloni deo -o. 19121 deo -o Baliddiri Aug. sacrum (*saec. III ut* 19122 statuam). 23356 deo Marti -o Aug. 25511 deo -o Apollini Aug. sac(rum). X 1553 sanctissimo deo -⟨o⟩ (*fort. de genio coloniae Puteolanae ut* 1805 sacerdoti d. -i. 1881 [*a. 165*] die pervigilii d. -i). 3704, 7 diem ... natalis dei -i n(ostri) ... exhibuit. XIV 3. INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 28 (*Minervae Aug. sacrum*) ar⟨am⟩ posuit deae -a⟨e⟩. Année Épigr. 1928 n. 106 (*Lambaese*) deo -o Libero patri conservatori. *al.*

Ⓘⓘⓘ *in nummis*: INSCR. numm. imp. Sept. Sev. IV 1 p. 195 n. 762 di -i (*cum imag. Bacchi et Herculis ut infra passim*). Carac. IV 1 p. 224 n. 76. p. 280 n. 422. Geta IV 1 p. 330 n. 112. p. 331 n. 117.

δ -us accedit ad nomen dei: SIL. 9, 298 Hammon. STAT. Theb. 4, 111 Mavors. silv. 4, 8, 19 Apollo ([*v. 47 affertur inter deos -os*]. CIL VIII 619 A. -o Aug. sacr.). EPIT. Alex. 107 ultra columnas Herculis -i (patris *trad.*) nostri (123 H. -us noster [patruus *trad.*]. *ad rem cf. Curt. 4, 2, 3*). CIL III 3428 (*saec. III*) Iovi Accioni ⟨pa⟩trio.

ε varia (*cf. p. 766, 46*): SIL. 8, 239 (*Hannibal de Anna nympha*) numen -um. DIOM. gramm. I 476, 17 *cum* -os placaret indigetes *Numa Pompilius.* *de deo Hebraeorum*: ITALA act. 24, 14 (cod. e) deservio -o deo credens omnibus quae in lege et in profetis scribta sunt (*gr. τῷ πατρῴῳ θεῷ*, VVLG. -o deo meo).

B *respectu generali dicitur de eis, quae natura vel conventione quadam omnibus patribus propria sunt vel esse possunt*: **1** *refertur ad hominem* (*tam ad genitorem quam ad alios qui ei similes sunt similive modo agunt, ut e. g. l. 64. 68. 74sqq. p. 762, 8. 10. 23; cf. etiam infra l. 65*): **a** *de rebus*: *α variis* (*maxime de affectibus*): Ⓘ *usu sollemni*: TER. Hec. 244 -o animo victus faciam, ut tibi *filiae* concedam (CIC. S. Rosc. 46 in liberos. LIV. 2, 5, 8. 37, 37, 7. SEN. dial. 3, 14, 3 mitem et -um a. praestare peccantibus. HEGES. 1, 44, 1. GLOSS.^{L} I Ansil. PA 832 -us a.: patri similis civilis mens. *cf.* OV. met. 12, 582 mente dolet -a). Ad. 871 *Micio* sine labore -a potitur commoda. CIC. Verr. II 5, 109 indulgentia (*al. v. vol. VII 1, 1248, 2*). Cael. 37 severitatem (*v. sub β*). rep. 1, 65 regium, id est -um consilium ... principum. fin. 1, 23 amori (VERG. Aen. 1, 643 OV. met. 6, 499 VAL. FL. 2, 556 QVINT. inst. 4, 2, 96 CLAVD. 1, 96. *cf.* SVET. Tib. 52, 1 caritate). OV. met. 2, 92 metu. 7, 457 ira. *al.* LIV. 3, 48, 4 dolori (AVSON. Mos. 302). MANIL. 2, 934 *Saturnus* pater in -os exercet numina casus (*cf.* VAL. MAX. 5, 7, 2 sors). *al.* *neutr. sing. pro subst.*: TER. Ad. 74 hoc -um (patruum, patrum *var. ll.*) est, ... consuefacere filium ... recte facere (SCHOL. Ter. p. 150, 27 paterni iuris). Ⓘⓘ *usu liberiore refertur ad parentes vel matrem*: MANIL. 3, 132 gnatorum sortem dubiam -osque timores. STAT. Theb. 1, 604 -o pinguescere luctu *monstrum liberos devorans.* DRAC. Orest. 570 (*Orestes de matre*) *fit* regina ministra, exhibet affectus -os ignara soporis; haec pater, haec mihi mater erat pugnante parente (*si recte trad.*).

β de potestate, dignitate sim.: CIC. inv. 2, 52 potestate (*saepissime, v. vol. X 2, 303, 23sqq.*). Phil. 2, 46 iure (LIV. 1, 26, 9 SEN. contr. 1, 7, 14 TAC. ann. 4, 16, 2 CALP. decl. 14 PAVL. dig. 45, 1, 132 pr. COD. Theod. 9, 13, 1 [*cf.* INTERPR. -a districtione]. *al.*). Cael. 37 auctoritatem -am severitatemque suscipio (VAL. MAX. 5, 4, 5). LIV. 4, 45, 8 maiestas (*al. v. vol. VIII 157, 79sq.*). PLANC. Cic. fam. 10, 4, 2 te unum esse, in quo ego colendo -am mihi constituerim sanctitatem (*nisi intellegas reverentiam Ciceroni tamquam patri oblatam*). PAPIN. dig. 1, 7, 13 -a dignitas quaesita per adoptionem.

γ de nomine sim. (*accedit* quasi CIC. rep.): nomen (*sive statum patris sive vocem q. e.* pater *indicans; aliter p. 758, 55*): CIC. Planc. 31 qui si esset turpissimus ..., tamen ipso n. -o valeret apud ... iudices. rep. 1, 54 occurrit n. quasi -um regis, ut ex se natis ita consulentis suis civibus. LVCR. 1, 94 -o princeps donarat n. regem *Iphigenia.* OV. met. 8, 229 *Icari* ora ... -um clamantia n. LIV. 3, 46, 3. 40, 9, 7. IVST. 41, 5, 10 *fratri, non filiis* reliquit imperium, plus regio quam -o deberi n. ratus. LVX. anth. 322, 1 *uxore prostituta* stirpe negata -um n. non pater audis. appellatio: SVET. Tib. 67, 4 (*verba Tib. appellationem patris patriae recusantis*) nihil honoris adiciet mihi -a a.

b *de ipsis hominibus more patrum agentibus*: PROP. 3, 24, 9 quod *malum* mihi non -i poterant avertere amici (MART. 6, 25, 3 vetus ... -usque quid optet a. [*nisi locos ad A1 trahere malueris*]).

2 *refertur ad deum patrem omnium* (*sub A inseruimus quae potius ad patrem certorum quorundam spectant, sc. aut ad deos fabularum liberos procreantes aut ad deum patrem Christi Christianorumve, v. e. g. supra p. 758, 33. 38sq. 68. 71sq.*): **a** *de eis quae ad deum pertinent*: SEN. dial. 1, 2, 6 -um deus habet adversus bonos viros animum. Ps. PROSP. carm. de prov. 888 *peccantes* -o vult emendare flagello. *neutr. sing. pro subst.*: FVLG. Virg. cont. p. 102 'Anchises' ... grece quasi ano scenon (*i. ἄνω σκηνῶν*), id est -um (patriam *vel* patrum *var. ll.*) habitans; unus deus enim pater ... solus habitans in excelsis. **b** *de ipso deo* (*aere divino* CE): CE 1108, 2 ut est lenis -um diffusus in aer spiritus *mortui*, hic mater corpus operta tenet. CIL III 4802 invicto -o Vlb. Gai. praef. vehic. (*item* V 5797. *respici videtur Mithras, quem creatorem et patrem omnium fuisse testatur Porphyrius, v. Merkelbach, Mithras, 1984, 199 adn. 10*).

II *pertinet ad terram patris vel patrum, q. e. patria* (*exempla certiora, ambigua haud pauca sub IA2 reliquimus, cf. quae monuimus p. 759, 29sqq. 760, 67sqq.*): **A** *de locis, aedificiis, fluminibus sim., quae aut patria sedesve sunt aut per synecdochen pro patria ponuntur aut ad patriam pertinent; refertur ad originem vel sedem*: **1** *hominum*: **a** *de terra, urbe sim.*: CIC. dom. 146 urbis ⟨-ae usu⟩ (patribus, partibus *codd.*) ... privatum (VERG. Aen. 11, 127. 793. OV. Ib. 564 [arce *var. l.*]. LVCAN. 1, 690 VAL. FL. 7, 130. *al.* SIL. 4, 829. 6, 529. IVVENC. 3, 17 [*ad Matth. 13, 54* patriam suam]. *al.*). LVCR. 2, 642 -am defendere terram (VERG. Aen. 6, 508. 10, 75 VAL. FL. 2, 297. 5, 197. 5, 323 SIL. 6, 397. 12, 304 STAT. Theb. 11, 698 silv. 3, 5, 13 MART. 2, 24, 3 TAC. ann. 4, 55, 3. *al.; cf.* OV. trist. 1, 5, 83 tellure [*al.*]). 6, 909 Magnetum ... -is in finibus *ortus lapis Magnes.* VERG. Aen. 2, 95 -os ... ad Argos (STAT. silv. 3, 1, 23. *item cum nom. propr.*: VERG. Aen. 2, 180 Mycenas [2, 577. *cf. etiam p. 749, 69*]. STAT. Theb. 12, 581 Marathona. MART. 3, 91, 1 Ravennae. *al.; cf. p. 767, 60*). LIV. 21, 53, 4 solo -o terraque, in qua geniti forent, pelli Romanos (*al.* SEN. contr. 7, 1, 2 SEN. Phoen. 503. *et saepe*). *al.* **b** *cetera exempla*: CIC. carm. frg. 18 in montes -os et ad incunabula nostra (VERG. Aen. 9, 674 abietibus iuvenes -is et m. aequos. OV. met. 4, 293 VAL. FL. 5, 424 SIL. 5, 464 STAT. Theb. 11, 422 IVV. 7, 211). VERG. georg. 1, 16 *Pan* nemus linquens -um (*nisi ad patrem Mercurium pertinet, cf.* SERV. auct. *ad l.*). Aen. 2, 279 muros (9, 738 CIRIS 172 OV. met. 5, 236. *al.; cf.* VERG. Aen. 11, 882 moenibus [SEN. Phoen. 540. *al.*]. OV. met. 8, 54 arces [MANIL. 4, 562 SIL. 2, 390. *al.*]. SEN. Phoen. 322 tectis [SIL. 8, 321]). OV. epist. 7, 145 -um Simoenta petis (*item cum nom. propr. fluminis*: SIL. 4, 364 Eurotan. PRVD. c. Symm. 2, 697 Histro. *al.; cf.* VAL. FL. 4, 229 amnes [*al. v. vol. I 1947, 54sqq.*]. FLOR. epit. 1, 10, 7 flumen). trist. 4, 3, 41 auras. LVCAN. 3, 5 portus (AVSON. 457 p. 399, 1 P.). *al.*

2 *animalium* (*cf. p. 763, 13*): OV. fast. 1, 458 -is exserit ora vadis *Delphinus sidus* (*cf.* MANIL. 5, 394 se -o producens aequore piscis). GRATT. 502 -ae quem *equum* conspexere Mycenae. COLVM. 6, 1, 1 Campania ... boves progenerat ... culturae -i soli non inhabiles (*cf.* 6, 2, 13 in similia -is locis traducantur *boves*). 9, 12, 1 -am fastidiens sedem *examen apium.* VAL. FL. 2, 549 adsueti pecoris stabula ... revisit et -um nemus *taurus.* 3, 360 arctos ad -as avibus ... revectis. LACT. Phoen. 116 evolat ad -as iam reditura domos. AVIAN. fab. 38, 5 *piscis marinus* non tulit expulsum *in mare piscem fluvialem* -o sub gurgite.

[Teßmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3 *rerum* (*cf. l. 4. 6. 7*): TERT. cult. fem. 1, 7 l. 2 intra terminos -os (suos -os *var. l.*) non tanti habentur *gemmae.*

B *usu vario*: **1** *de rebus*: **a** *quae ex patria originem ducunt* (*cf. 2*): LVCR. 6, 908 *lapidem* Magneta vocant -o de nomine Grai (*fere pro 'patriae de nomine'; de nomine originario*: SIL. 3, 454 *Rhodanus Ararim* ferre vetat -um ... n. *cf. p. 759, 46*). SEN. Herc. O. 120 crinis -o pulvere sordidus. COLVM. 10, 406 quae *poma* barbara Persis miserat ... -is armata venenis (SIL. 1, 325 *Dacus* spicula ... -o gaudens acuisse v. fundit [*si recte trad.*]). LVCAN. 10, 528 dum -i veniant in viscera Caesaris enses. VAL. FL. 8, 427 (*verba Medeae*) -ae ... biremes (*sc. Colchicae*). SIL. 5, 262 -o ... regia *Africani cuiusdam* ... praefulgens ebore. 8, 616 Ilva viros ... armarat -o ... metallo. 16, 526 -o ... hastilia ferro. STAT. Theb. 4, 30 *relicti* -os ... dolent crebrescere ventos, *quod naves propellunt* (*cf.* 12, 515 -o super alta grues aquilone fugatae). *al.* **b** *quae in patria sunt vel fiunt* (*pauca notabiliora; alia quae hic desideres, v. sub IA2, maxime p. 759, 66sqq.*): VERG. georg. 1, 52 praediscere ... -os cultusque habitusque locorum (*cf. 2, 35* proprios ... cultus *et* SERV. Aen. 3, 249 proprios. *aliter* SERV. *ad l.* ager ... quemadmodum a maioribus cultus sit. SERV. auct.: alii '-os' naturales exponunt). PROP. 2, 7, 13 unde mihi ˌ-isˌ gnatos praebere triumphis? (-os, pateris *var. ll.*, Parthis *Ruhnken*). VAL. FL. 6, 321 *ut* videres ... Euboicis -os de montibus ignes. STAT. Theb. 5, 626 -os casus ... retracto (*vix ad IA*). 6, 674 -ae ... laudis ... sacra. silv. 2, 2, 6 -i ... quinquennia lustri (*respiciuntur Augustalia Neapolitanorum ut* 5, 3, 194). 5, 3, 206 gemitum -is impendere damnis. Ach. 1, 616 *Bacchus Thebis* -o satiavit pectora luxu. SVLPICIA sat. 13 (*queritur de statu rei p.*) an terras et -a saecula mutat *Iuppiter*? (*adi. ἀπὸ κοινοῦ positum intellegit Rampioni, 1982, ad l.*). **c** *quae erga patriam fiunt*: PLIN. nat. 14, 57 Viennenses *vina sua* ... pluris permutare, sed inter sese amore -o creduntur (ARATOR ad Parth. 16). VAL. FL. 2, 609 -i rediere dolores (*i. patriae desiderium*). COD. Theod. 12, 1, 139 qui curiis debiti militarint, -is muneribus restitui oportet (*cf. 12, 1, 20* muneribus ... patriae). **d** *quae patriam indicant* (*cf. IA1e*): PRISC. gramm. II 61, 4 (*ad* 59, 22, *ubi* -um *inter species nominum enumeratur*) -um est, quod a patria sumitur, ut 'Atheniensis, Romanus'. III 179, 4 *quomodo pronomina finita* habent ... -a ... ut ... 'nostras, vestras', sic etiam nomen infinitum ... habet ...-um 'cuias', ... apud Graecos *ποδαπός.*

2 *de animantibus* (*etiam de multitudine; dicitur fere cum respectu originis*): VERG. Aen. 3, 297 -o Andromachen iterum cessisse marito (*sc. Heleno Troiano*). 11, 246 urbem Argyripam -ae cognomine gentis ... condebat *Diomedes* ([SERV. quam patriae suae nomine appellavit et Argos Hippion dixit]. STAT. Theb. 4, 93 Tydeus -ae ciet agmina g.). PROP. 3, 7, 43 si contentus -o bove verteret agros. 3, 14, 16 sectatur -os per iuga longa canes *Lacaena.* VAL. FL. 6, 758 inter Graiumque acies -asque, *i. Colchorum*, phalanges. SIL. 4, 313 -um in pugnas equitem vocat *Mago.* 5, 647 catervis Boiorum ... -is. 9, 235 milite (12, 343). 12, 174 cohortes. *al.*

f. pro subst. **ᴺpatria,** -ae. *scribitur* i *longa*: CIL VIII 23832, 10. *notatur in tit.* (*in formula* pater -ae *v. p. 679, 1sqq.*): pat DECRET. decur. Amit. (Année Épigr. 1937 n. 119)12. patr *ibid.* n. 121, 10. *v. et infra p. 766, 46.* NOT. Tir. 33, 52 patres -ae. *forma gen. sing.* -ai: LVCIL. 1337 (*restit.*). LVCR. 1, 41, *in formula* pater -ai: CIL VI 920c (*a. 51/2 ut* 921a). III 218, 5 (*a. 198*). X 4857. *al.* *de notione et differentia* (*cf. p. 765, 13sqq.*): SERV. Aen. 1, 380 -a ... id est civitas, in provincia esse potest, non tamen ut ipsa provincia -a sit (*cf.* NON. p. 467, 2 *ad* VERG. Aen. 11, 25 [*v. p. 765, 54*] novum ..., quod -am posuit pro regione vel terra, cum -a sit civitas vel urbis parentum). PRISC. gramm. III 179, 3 -a ad plures pertinet, non ad unum. SYNON. Cic. 422, 7 domi. in urbe. in -a. in civitate. 424, 10 mendicus. nullius -ae. 442, 16 res publica. urbs. -a. civitas. moenia. populus. GLOSS. *πατρίς.* *legitur inde a* NAEVIO, PLAVTO, ENN. *per totam latinitatem, plur.* CIC. leg. 2, 5 (*v. p. 765, 16*). VERG. georg. 2, 116 COLVM. 1, 1, 10 PLIN. nat. 10, 48. *al.; in prosa oratione adhibetur frequentius a* CIC., *omnino deest e. g.* CATONI. [*hic illic variat c. adi.* patrius, *v. e. g. p. 770, 40* (*falso trad.* SEN. Herc. f. 380 larem, -am *pro* l. patrium). *falso trad.* APVL. met. 11, 20, 6.]

CAPVT PRIMVM: *usu sermonis Latini genuino i. q. πατρίς* (*quae vox infra fere respondet*): **I** *praevalente respectu originis vel domicilii tam singulorum quam totius civitatis* (*dicitur de parvo fundo p. 764, 69, sed etiam de toto imperio Romano p. 767, 47; praeter locum saepe etiam civitas eiusque institutiones nec non ipsi cives comprehenduntur*): **A** *hominum* (*deorum p. 765, 38*): **1** *usu communi*: **a** *exempla notionem illustrantia*: *a generatim*: Ⓘ *iuxta pos. et opp. selecta*: Ⓐ *varia*: domus: NAEV. com. 93 domos patres -am ut colatis (*al. v. vol. V 1, 1974, 22. 1977, 74sqq.*). pater: NAEV. *supra.* PLAVT. Capt. 43 in -am ad p. (384. 686). Men. 1083 et -am et p. (p. et matrem *trad.*). 1090 eandem -am ac p. *al.* ENN. scaen. 92 (*v. p. 770, 26*). PACVV. trag. 79 CIC. Sest. 121. nat. deor. 3, 67 p. -amque (CIRIS 131 HOR. sat. 1, 10, 27 OV. met. 8, 130 LIV. 7, 10, 4. *al.*). VERG. Aen. 10, 351 p. et -a (VELL. 2, 120, 2). *al.* parens (parentes): PLAVT. Amph. 650 (*al. v. p. 354, 70sqq. 355, 7sqq. et Wölfflin, Ausgew. Schr. 270*). libertas: PLAVT. Capt. 300 -am et l. CIC. Tusc. 4, 43 pro legibus, pro l., pro -a (SALL. Catil. 58, 11 LIV. 24, 21, 10. *al.*). SALL. Catil. 6, 5. 58, 8 l. atque -am. LIV. 32, 22, 10. *al.* amici: PLAVT. Trin. 701 -am deseres, cognatos, adfinitatem, a. TER. Haut. 194 RHET. Her. 3, 3, 5 CIC. fin. 5, 68 off. 1, 23 CATVLL. 63, 59 HOR. carm. 4, 9, 52 ars 312. populus: ACC. praetext. 6 portenta ut populo -ae verruncent bene. HOR. carm. 3, 6, 20 in -am p. que (OV. met. 15, 572 IVV. 14, 70. CE 777, 7 -am populumque fidelem). *al.* cives: CIC. Catil. 3, 10 amavit ... -am et c. suos. *saepe, v. vol. III 1229, 19sqq.* leges: CIC. (*v. l. 4*). SEN. contr. 1, 8, 1 legi aut -ae (patris *trad.*). SEN. benef. 3, 33, 4 epist. 85, 16 LVCAN. 4, 27 QVINT. decl. 271, 13. *al.* nomen: VERG. Aen. 11, 249 n. -amque docemus. OV. met. 3, 581. 5, 652 LIV. 1, 7, 10 IVV. 7, 234. TAC. ann. 1, 44, 5 n. ordinem -am. *al.* Ⓑ civitas: *alternat cum* -a: RHET. Her. 4, 42, 54. 4, 43, 55. 4, 44, 57. CIC. Flacc. 99 de -a, de salute communi (*antea*: conservandae c.). dom. 76 -am servatam (*seq.*: c. quam servassem). 102 eversorem civitatis ... custodem -ae. Sest. 33 Balb. 11. BELL. Afr. 22, 2 -a c. que carere. NEP. Alc. 4, 6. *al.* *distinguitur e. g.* CIC. leg. 2, 5 (*v. p. 765, 16*). Ⓒ res publica: *saepe alternat cum* -a (*v. e. g.* RHET. Her. 4, 42, 54. 4, 43, 55. 4, 44, 57 *et exempla allata apud Krattinger, Begriff des Vaterlandes im republ. Rom, Diss. 1944, 26sqq.*), *sed vocem* -a *potius c. emphasi quadam adhiberi non negaverimus* (*cf. Vretska ad Sall. Catil. 33, 1*). *distingui videtur e. g.* CIC. Catil. 1, 27 -a ... cuncta Italia ... omnis res p. Pis. 34 non ... orbatum -a, sed ... civem servatoremque rei p. fam. 7, 3, 4 veni domum ..., si esset aliqua forma rei p., tamquam in -a ut essem (*cf.* TAC. ann. 4, 43, 5 exul in Massilienses receptus bona sua rei p. eorum ut -ae reliquerat). LIV. 8, 12, 5 partium in re p. magis quam -ae memores. *al.; cf.* AVG. civ. 5, 18 p. 227, 15D. rem p., id est rem populi, rem -ae, rem communem. Ⓓ dei, penates *sim.*: dei: CIC. Pis. 50 -ae disque immortalibus. Phil. 2, 72 contra deos patrios arasque et focos, contra -am. LIV. 1, 31, 3 diis ... simul cum -a. TAC. ann. 4, 8, 5 et. DECL. in Catil. 64 ac. penates: CIC. Sest. 45 te ..., -a, testor et vos, p. patriique di (*cf.* VERG. georg. 4, 155 -am ... et ... p. [Aen. 5, 632 LIV. 22, 3, 10 SIL. 17, 332]). VERG. georg. 2, 514 -am parvosque p. ([nepotes *var. l.*]. CIRIS 419 OV. met. 9, 639 LVCAN. 7, 346. *al.*). LIV. 3, 54, 8 redite in -am ad p. (*sim.* CVRT. 4, 14, 7. 5, 5, 20). 6, 14, 8 cum -a, p. (*asynd. ut*: SEN. Phoen. 663. *cf. p. 770, 71*). 25, 18, 10 ac (SEN. Phoen. 556. *cf.* DECL. in Catil. 82 atque). dei penates: CIC. Sest. 145 pulsus aris, focis, deis p. ... carui -a. prov. 35 in -am, ... ad d. p. Lig. 33 Phil. 13, 16. SALL. or. Cottae 3 d. p. meos -amque (4). epist. Pomp. 1 et. TAC. ann. 11, 16, 3 ac.

Ⓘⓘ *in proverbiis, sententiis sim.* (*cf. Otto, Sprichw. n. 1356*): TRAG. inc. 92 (*tribuitur Pacuvio*) -a est, ubicumque est bene (*item* SEN. rem. fort. 8, 2 Ps. SEN. mor. 43. *cf.* SORT. Sangall. 50, 11 bene tibi est; ut quid -am tuam desideras?). LVCIL. 1337 *virtus est* commoda ... -ai prima putare, deinde parentum. CIC. fin. 5, 84 bonum -a, miserum exsilium (*cf.* PVBLIL. E 12 exsilium patitur, -ae qui se denegat. SEN. rem. fort. 8, 1 non -a mihi interdicitur, sed locus. *ibid.* nulla terra exsilium est, altera -a est). PVBLIL. M 59 misericors civis -ae est consolatio. P 22 populi est mancipium, quisquis -ae est utilis. CIRIS 385 et cineri -a est iucunda sepulto (*de sententia cf. Lyne, 1978, ad l.*). OV. fast. 1, 493 omne solum forti -a est (*cf. Eurip. frg. 1047 N.; sim.* CVRT. 6, 4, 13). SEN. dial. 11(12), 9, 7 omnem locum sapienti viro -am esse (*cf.* PS. VARRO sent. 36 vir bonus, quocumque it, -am suam secum fert. OROS. hist. 5, 2, 1 ubique -a, ubique lex et religio mea est). TERT. pall. 5, 4 -ae et imperio reique (*sc. publicae*) vivendum est (AVG. civ. 19, 1 p. 347, 30D. vivere -ae et propter -am filios procreare). ITALA Matth. 13, 57 (cod. b *al.* = VVLG.) non est propheta sine honore nisi in -a sua et in domo sua (*sim. locis geminis* Marc. 6, 4 Luc. 4, 24 Ioh. 4, 44).

Ⓘⓘⓘ *in imaginibus variis*: RHET. Her. 4, 44, 57 ex naufragio -ae ... enatare (*cf.* CIC. Sest. 99 gubernacula -ae). SIL. 11, 50 deposcere ... imperia ac -ae ... habenas. PLIN. paneg. 8, 4 non secus ac ... tuis umeris se -amque sustentans tua iuventa ... invaluit *Nerva.*

i. qui (quasi ex patria potestate) quibusdam sibi mandatis praesidio est, tutelam praestat sim.: **I** *de animantibus (hominibus praeter B2 et 3; nota de femina p. 787, 23)*: **A** *strictius de eo, qui aliquem in fidem clientelamque acceptum tuetur, defendit (ad rem v. imprimis Neuhauser, Patronus und Orator, 1958; Hellegouarc'h, Le vocabulaire latin des relations et des partis politiques, ²1972)*: **1** *qualibet occasione*: **a** *apud Romanos*: *α de eo, qui singulis -us est*: Ⓘ *variis hominibus (fere dignitate sim. inferioribus, cf.* AMPEL.; *opp.* cliens, clientela *passim; iuxtapos.* hospes *l. 33; accedit gen.* familiae, generis *l. 35sq.*; quasi CIC. de orat.; *inde a* CATONE *selecta; addidimus ambigua quaedam, e. g.* PLAVT., L. CRASS.): LEX XII tab. (Serv. Aen. 6, 609) -us si clienti fraudem fecerit, sacer esto (*addit* SERV.: clientes quasi colentes sunt, -i quasi patres *eqs.*). PLAVT. Men. 581 *clientes*, qui neque leges neque aequom bonum usquam colunt, sollicitos -os habent. 585 *clientibus* ubi dicitur dies, simul -is dicitur. Most. 407 pluma haud interest, -us an cliens probior siet. CATO or. frg. 41 patrem primum, postea -um proximum nomen habuere *maiores.* L. CRASS. or. frg. Cic. orat. 222 missos faciant -os, ipsi prodeant (*dubitanter huc referimus contextu deficiente*). CIC. S. Rosc. 106 cum multos veteres a maioribus Roscii -os hospitesque haberent, omnis eos colere atque observare destiterunt ac se in Chrysogoni fidem et clientelam contulerunt (*al., v. vol. VI 3, 3023, 54sqq.*). Planc. 69 -um esse illum suum et familiae suae (VAL. MAX. 5, 2, 7 domus et f. s. *cf.* ENNOD. epist. 9, 29, 4 p. 251, 10 generis mei). de orat. 1, 177 si se ad aliquem quasi -um applicavisset (*postea*: ius applicationis). HOR. epist. 1, 7, 92 (*75 opp.* cliens). LIV. 6, 18, 6 quot ... clientes circa singulos fuistis -os. PLIN. nat. 34, 17 honos clientium instituit ... colere -os *statuis positis.* AMPEL. 49, 3 tertia divisio *populi Romani* est in -os et clientelas, quia inferiores superiorum se fidei committebant. FIRM. math. 8, 24, 8 hi ad clientelas -orum pertinebunt. *al.*

Ⓘ *libertis (sc. manumissione facta, cf. Kaser, Röm. Privatrecht, I² 298sqq.; afferimus notabiliora tantum selecta). definitur*: VLP. dig. 2, 4, 8, 1 -i hic accipiendi sunt, qui ex servitute manumiserunt (*cf.* INTERPR. cod. Theod. 4, 10, 1 -um id est manumissorem. *cf. p. 781, 70*). 50, 16, 52 -i appellatione et patrona continetur. *iuxtapos. vel syn.* manumissor: GAIVS inst. 1, 168. 3, 56. 3, 60 PAVL. dig. 50, 1, 22pr. MARCIAN. dig. 38, 2, 29pr. quasi -us. FRG. Vat. 225 ut -us. LEX Visig. 5, 7, 13. *v. et l. 46.* *opp.* libertus, libertinus *saepissime, v. infra passim*, servus Ps. IOH. MED. 15 p. 780 (*syn.* paterfamilias), alumnus CIL XIII 8371a, 7 (*saec. III*). *al., v. vol. I 1795, 41sqq.*

Ⓐ *exempla usum iuris illustrantia (de XII tab. v. l. 67. 74)*: LEX Iul. munic. (CIL I² 593)146 *civium* nomina praenomina, patres aut -os, tribus, cognomina ... ab ieis iurateis accipito *censor.* LEX Vrson. (CIL I² 594)95, 18 neve quem invitum testimonium dicere cogito, qui ei, cuia r(es) tum agetur, gener socer, vitricus privignus, -us libertus, consobrinus ⟨sit⟩. ALF. dig. 38, 1, 26, 1 quantum ex illorum *libertorum* operis fructus ... -us consecuturus esset. 40, 1, 6 an eam *pecuniam liberto* ... heredes -i reddere deberent necne. IAVOL. dig. 38, 1, 21 *operae* edi debent ... sumptu ... et vectura -i. 38, 2, 34 cum duos -os haberet *libertus*, alterum praeteriit, alterum fecit heredem *eqs.* 38, 5, 12 libertus cum fraudandi -i causa fundum ... tradere vellet *eqs.* CELS. dig. 38, 1, 30pr. si libertus ita iuraverit dare se, quot operas -us arbitratus sit *eqs.* POMPON. dig. 38, 2, 2pr. si -us a liberto praeteritus bonorum possessionem petere potuerit contra tabulas *eqs.* GAIVS inst. 1, 165 hereditates libertorum ..., si intestati decessissent, iusserat lex (*sc. XII tab.*) ad -os ... pertinere (*eodem spectat* VLP. reg. 29, 1). dig. 38, 1, 22, 1 cum libertus promiserit -o operas se daturum *eqs.* epit. 1, 1, 4 Latini (*i. genus libertinorum*) -orum beneficio, id est si ... manumittantur, civium Romanorum privilegium consequuntur. VLP. dig. 1, 16, 9, 3 obsequium parentibus et -is liberisque -orum exhiberi. 2, 4, 10, 13 etsi quasi tutor vel curator vel defensor vel actor interveniat -us. 25, 3, 5, 19 alimenta ... erunt praebenda, egentibus scilicet -is (*sim.* PAVL. sent. 2, 32, 1). 26, 4, 1pr. legitimae tutelae lege duodecim tabularum adgnatis delatae sunt et consanguineis, item -is. 37, 14, 1 si ... inofficiosus -o patronae liberisve eorum

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sit *libertus.* 47, 10, 11, 7 quamquam adversus -um liberto iniuriarum actio non detur *eqs.* PAVL. sent. 5, 24, 1 *parricidae sunt*, qui patrem matrem, ..., -um patronam occiderint (*eodem spectat e. g.* MARCIAN. dig. 48, 9, 1). EDICT. imp. Const. de accus. (CIL III 12043)28 qui *servi vel liberti* dominos vel ⟨p⟩atronos accusare ... temptant. COD. Theod. 4, 11, 1 *liberti ingrati* a -is rursus sub imperia dicionemque mittantur. *al.*

Ⓑ *vario usu*: ① *in titulis fere sepulcralibus*: INSCR. lib. rei p. Degrassi 341 C. Rubrio ... Optatus -o pietatis causa (*gr. τῷ πατρώνῃ*). CIL I² 1215 (= CE 59)6 *cum* pareret -o auxsilium ac decus *filia liberti.* 1259 Bruttia Q. l. Rufa pia -o, dum vixsit, placuit. 1413 de sua pecunia faciund(um) coer(avit) sibi et -o et conlibert(o) et liberto. 2131 fecere -o *liberti.* 2135 -us emit sibi et illae *libertae* et sueis. 2273 haec qualis fuerit contra -um patronam parentem coniugem, monumentum indicat. 3449b Clodia L(uci) l(iberta) Optata patri -o parentibus viro suo plaquit. *et saepius in titulis liberae rei publicae.* III 3607 -o et coniug(i) suo pientissimo (VI 2584. 8604. *al.; cf.* XIV 524 -us et contubernalis [*al.*]). XIV 2298 (*saec. I*) M. Aurelius Cottae Maximi l. Zosimus, accensus -i (3644 C. Iulius Aug. l. Sam⟨ius⟩ proc. a. divi Claudii ⟨et⟩ Neronis Augusti -orum. *al.*). 2757 optimo et karissimo lib(erto) -us. *et saepissime.* ② *apud auctores*: PLAVT. Asin. 621 -us qui vobis fuit futurus, perdidistis (*sim. de ero, qui libertatem promiserat*: Men. 1031. 1032). 690 magis decorumst libertum potius quam -um onus in via portare. Persa 838 ita pars libertinorum est: nisi -o qui adversatust, nec satis liber sibi videtur *eqs.* CIC. Verr. II 1, 123 nisi ex testamento -i iurasset *libertus.* Cluent. 52 Scamandrum *libertum* -o esse probatum fatebatur, sed quaerebat, cui probatus esset ipse -us. Scaur. 23 cum ulcisceretur -i iniurias *libertinus.* fam. 13, 2 C. Avianio Euandro ... multum utor et -o eius M. Aemilio familiarissime. 13, 23, 1 libertus eius, ... homo et -o et -i necessariis ... probatissimus. *al.* VARRO rust. 1, 69, 3 cum -um domum sustulisset *libertus, eqs.* 3, 2, 14 scriba librarius, libertus eius, ... me absente -o hospitio accipiebat. HOR. epist. 1, 7, 54 quo sit patre quove -o. LIV. 39, 9, 7 post -i mortem, quia in nullius manu erat *libertina, eqs.* SEN. contr. exc. 3, 4, 1 *lex pertinet* ad servum et ad dominum, libertum et -um. SEN. apocol. 13, 2 antecesserat ... Narcissus libertus ad -um *Claudium* excipiendum. PLIN. nat. 7, 122 -um adeo dilexit, ut ... in rogum eius se iaceret. MART. 5, 34, 7 inter tam veteres ludat lasciva -os (*ad B trahendum, si antea parentes puellae appellantur; cf. Mantke, Eos 57, 1967/8, 234sqq.*). 6, 28, 3 libertus Melioris ..., cari deliciae breves -i. *et saepe.* *in comparatione*: VAL. MAX. 5, 2, 5 *Scipioni* auctori ... libertatis suae tamquam -o ... beneficii confessionem ... reddidit *captivus recuperatus.*

Ⓘ *colonis* (*procuratoribus, actoribus l. 50sqq.; ad rem cf. Seeck, RE IV 507, 32sqq.; Kaser, Röm. Privatrecht, II² 147, 40*): COD. Theod. 5, 19, 1 colonis arva ... inconsultis atque ignorantibus -is in alteros transferre non liceat (*Interpr.*: dominis). 12, 1, 50, 2 si servus inscio domino susceperit *fugientem*, capite punietur, et ingenuus (*sc. colonus*), qui invito -o hoc fecerit, deportabitur. COD. Iust. 11, 50, 2, 4 (*a. 396*) in causis civilibus huiusmodi hominum generi (*sc. colonis*) adversus dominos vel -os et aditum intercludimus et vocem negamus. 11, 52, 1, 1 (*a. 393*) possessor eorum *colonorum* iure utatur et -i sollicitudine et domini potestate. *procuratoribus sim.*: CASSIOD. var. 4, 35, 2 -um vestrum (*sc. actorum ut*: 4, 35, 3. 4, 40, 2*bis*). PS. EVSEB. GALLIC. hom. 48, 9G. sicut ... utiles procuratores facere videmus, qui a -is suis praedia ac patrimonia ... suscipiunt: quidquid colligunt ... ad dominos suos dirigunt.

β de eo, qui compluribus, sc. multitudini cuidam, -us est: ① *civitatibus, municipiis sim.* (*quas -us in fidem recipit [cf.* CIC. off. 1, 35 *p. 784, 25] vel a quibus honoris causa cooptatur [cf. Sachers, RE IV A 1956, 8sqq. et indices CIL e. g. II p. 1167 XII p. 940]; v. praeterea e. g. Kornemann, RE XVI 625sq.; Harmand, Le patronat sur les collectivités publiques, 1957*): Ⓐ *iuncturae verbales notabiliores* (*quae actum cooptandi significant*): TAB. hosp. (CIL I² 611; *saec. II in. a. Chr.*)5 ⟨i⟩n eius fidem om⟨nes nos tradimus et⟩ convenumis co⟨optamus eum -um⟩ ([*suppl. sec. Frei-Stolba, Zeitschr. Pap. Epigr., 63, 1986, 194*]. *al.; v. vol. IV 895, 49sqq. et Nicols, Zeitschr. Sav. Stift., Rom. Abt. 96, 1979, 303sqq.*). CIC. div. in Caec. 64 quod eum *Pisonem* sibi Achaei -um adoptarant (Sest. 9 me unum -um a. *conventus Capuae.* Phil. 2, 107 Cassium et Brutos -os a. *Sidicini et Puteolani.* LEX Vrson. [CIL I² 594]97, 15 colon(iae). 130, 43 CIL XI 4815. *al.; cf. p. 784, 34. 785, 15. 17*). Pis. 25 me -um unum asciverant *cives Capuae.* FRONTO p. 189, 4v. d. H. -os creare (*v. p. 784, 36*). CIL XIV 173, 17 *ut* -um sibi ... optaret *ordo civitatis* (*cf. p. 786, 59*).

Ⓑ *accedunt determinationes*: ① *per gen.*: CIL I² 2510 (*a. 82 a. Chr.*) -o municipi Interamnat(is) Nahartis (I² 787 [*v. p. 784, 46*]. 1722. 1903. *et saepissime*). CIC. Verr. II 2, 103 Siciliae (2, 114. 3, 45. 4, 91. *cf.* II 2, 114 omnium Siculorum [II 4, 89]. 2, 154 illius insulae). II 4, 6 Mamertini ... populi. Sull. 61 coloniae (*saepissime; v. vol. III 1702, 11sqq.*). Flacc. 45 Temnitarum (*item cum gen. nominis municipum*: CIL XI 831 Mutinensium Aquileien⟨sium⟩ Brixianorum et universarum urbium Apuliae Calabriaeque. XIII 1918a *et* b Rhodanicorum. *sim. al., v. et p. 783, 73*). Balb. 25 foederatorum (*v. p. 788, 32*). off. 1, 35 (*v. l. 25*) earum *civitatium* (CAES. civ. 1, 35, 4 [*v. infra l. 27*]. CIL III 3126 c. Curictarum. X 1770. XI 5635 complurium. *et saepe*). CIL IX 4677 (*a. 27 a. Chr.*) praefectur(ae) Reatin(ae). VIII 26518 (*aet. Tiberii*) -us pa⟨gi⟩ (*al.; v. supra p. 94, 66sqq.*). V 531 (*a. 71*) provinc⟨iae⟩ Hispaniae -o (VIII 9047 [*a. 260*]. III 12732 VIII 9362. 9368. *al.*). 3342 (*a. 201*) -o r⟨ei publicae⟩ Veronensium (II 5941 III 7795 V 6991. *al.*). II 1054 patriae. *al.* ② *per adi.*: CIC. Verr. II 3, 45 Marcellos antiquissimos Siciliae -os (II 4, 90). FAST. mag. Ost. a. 146 (Inscr. Ital. XIII 1 p. 207) A. Egrilius Agricola, p(atronus) p(erpetuus) c(oloniae) *eqs.* (CIL VIII 11338. 24095 X 7240 XIV 173. *al.*). CIL X 3860 (*ca. a. 400*) -o longe a maioribus originali (*al.; v. vol. IX 2, 980, 19sqq.*). II 1349 pontificali (*cf.* 1348). VIII 12020 pub(lico) (XIII 5091. 5102. 5103. INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 506). *al.* ③ *variae*: CIC. Flacc. 52 -um suum iam inde a patre atque maioribus (CIL X 3860 *l. 13.* 5850. *al.; cf.* 4584 mor⟨e⟩ ma⟨iorum⟩ -o [*cf. l. 26*]). CIL VIII 14312 -o a parent⟨ibus⟩ (25525. *cf.* 11933 -o -i f(ilio). *sim.* 11935). IX 1568 iam inde ab origine -o (*al.; v. vol. IX 2, 990, 9*). 1591 ab atavis -o.

Ⓒ *exempla varia selecta* (*sc. rem potius illustrantia*): ① *ex auctoribus*: CIC. div. in Caec. 2 cum summum in veteribus -is multis ... praesidium ... constitutum esse arbitrarentur *Siculi.* 16 me omnibus -is *Siciliae* esse praepositum. Verr. II 2, 10 apud -os *Marcellos* ... deplorarunt *Siculi.* off. 1, 35 ut ii, qui civitates aut nationes devictas bello in fidem recepissent, earum -i essent more maiorum. CAES. civ. 1, 35, 4 Cn. Pompeium et C. Caesarem, -os civitatis *Massiliensium*, quorum alter agros ... iis concesserit, alter ... vectigalia ... auxerit. LIV. 9, 20, 10 *Antiatibus* qui se ... sine magistratibus agere querebantur, dati ab senatu ad iura statuenda ipsius coloniae -i. 42, 14, 7 per -os hospitesque disceptandi cum rege locum in senatu quaerebat *princeps legationis Rhodiorum.* 43, 2, 3 *ut* -os ..., quos vellent, sumendi potestatem faceret *praetor Hispanis* (*de isdem ibid.* 4. 7. 11). VAL. MAX. 9, 15, 1 ut et coloniae ... et municipia ... collegiaque fere omnia -um *Herophilum* adoptarent. PLIN. epist. 4, 1, 4 quod *oppidum* me paene adhuc puerum -um cooptavit (*v. Nicols, Hermes 108, 1980, 365sqq.*). FRONTO p. 189, 4v. d. H. suadeo vobis *triumviris et decurionibus Cirtensibus* -os creare et decreta in eam rem mittere ad eos, qui nunc fori principem locum occupant. *ibid.* l. 11 *Servilium Hipponensem* optimum et facundissimum virum iure municipis -um habebitis. APVL. met. 3, 11, 5 tibi civitas omnis ... honores egregios obtulit, nam et -um scripsit et, ut in aere stet imago tua, decrevit. COD. Theod. 1, 29, 1 plebs omnis Inlyrici officiis -orum contra potentium ⟨d⟩efendatur iniurias. *al.*

② *e titulis* (*alia v. supra*): Ⓐ *liberae rei publicae*: CIL I² 759 *Numerius Rufus* -us *Issae* portic(um) reficiund(am) ... coer(avit). 769 *Pompeio* cos. ter, -o *Auximatium.* 772 A. Terentio ... -o *Cyrenensium.* 787 *C. Iulio Caesari*, -o mu⟨nicipi⟩, d(ecurionum) c(onsulto) *Boviensium* (*de eodem*: 2966 [*si recte suppl.*]. 2967). 790 *L. Nonio* ⟨c⟩oloni et incolae *Valentiae* -o. 1904 Q. Poppaeo Q. f. ... munic(ipes) et colon(i) -o. 2951b (*Larini*) ⟨Su⟩llae Felici, ⟨di⟩ct(atori), -o. INSCR. Année Épigr. 1966 n. 73 (*Larini; a. 40–37 a. Chr.*) Caesari, divi f(ilio) ..., -o (*de eodem*: CIL IX 2142[*a. 43–40 a. Chr.*]. X 3826[*a. 31 a. Chr.*]). *al.* Ⓑ *temporis principum*: CIL II 3556(*a. 26 a. Chr.*) T. Statilio Tauro ... -o *Ilicitanorum.* X 8035(*a. 12 a. Chr.*) *Augusto filiisque* -is *Alerinorum.* II 1529(*ante a. 14*) Ti. Claudio Neroni -o *Vliensium.* 609(*a. 23–33*) Druso Caesari ... Augusti pronepoti -o *Metellinensium.* III 4013(*saec. I ex.*) L. Funisulano ... -o *Andauntoniae* d(ecreto) d(ecurionum). IX 338 1, 1 *et* 1, 33(*a. 223; in tabula decurionum Canusii*). VI 1751(*a. 378*) Veneti adque Histri peculiares eius -o praestantissimo *Petronio Probo.* *al.*

Ⓘ *collegiis, sodaliciis sim.* (*cf. Kornemann, RE IV 424, 22sqq.; Liebenam, Zur Geschichte ... d. röm. Vereinswesens 212sqq; Waltzing, Études hist. sur les corporations I 425sqq. IV 373sqq. 580; ibid. II 184, 5. IV 386sq. de eis, qui simul -i civitatis sim. sunt; v. etiam supra l. 33*): Ⓐ *in titulis* (*pauca selecta, plura v. Waltzing locis cit.*): CIL III 455(*a. 31 a. Chr.*) cives Romani, qui Mytileneis negotiantur, M. Titio ... -o honoris causa. XIV 246(*a. 140*) ordo corporator(um), qui pecuniam ad ampliand(um) templum contuler(unt): -i (*sc. quorum nomina primum locum tabulae obtinent; sim. in albo collegii*: XIV 247. 248. 250[*a. 152*]. 251[*a. 192*]. *al.*). XII 4393(*a. 149, in antica*) fabri subaedia⟨ni⟩ Narbonenses -o ob merita eius. V 7907(*a. 181*) optimo -o tabernari Salinien*se*(s). *et saepe.* *accedit gen.* (*sc. collegii sim.; specimina selecta*): CIL I² 2519 -us sunhodi (*sc. societatis cantorum Graecorum*). XIV 4144(*a. 147*) -o et defensori v corporum lenuncular*ior*(um) Ostiens(ium) (4142[*a. 173*] -o c. curatorum navium marinar(um). 2[*a. 197*] c. m(ensorum) adiutor(um). VI 1872[*a. 206*] c. piscatorum et urinator(um). 1117[*a. 287*] c. corariorum. *et saepe*). III 753(*a. 161/8*) -o Aug(ustalium) col(oniae) Vlp(iae) Oesc(ensium) (XI 4580 -o A. itemque

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fabrum. *cf.* IX 4067 -o ordinis Augustalium Martinor(um)). DECRET. fabr. Reg. (CIL XI 970)11 Tutilium Iulianum ... oportere collegi nostri -um cooptari (*al.; v. vol. III 1595, 65sqq.*). *al.* Ⓑ *in constitutionibus imperatorum*: COD. Theod. 14, 3, 2 -os pistoribus constitutos ad altera ... officia prohibeo devocari. 14, 3, 7 post quinquenni tempus emensum unus prior e -is pistorum otio ... donetur (14, 3, 12). 14, 4, 9 ad excludendas -orum caudicariorum fraudes et Portuensium furta mensorum unus e -is totius consensu corporis eligatur, qui ... custodiam ... suscipiat. *ibid.* decernimus, ne in singulos tres primos -os corporum singulorum ... *praefectus annonae* ius habeat corporalis iniuriae (*cf.* 14, 23 tit. de -is horreorum Portuensium [14, 23, 1]). NOVELL. Valent. 36, 1 -is corporis suariorum (*de iisdem*: 36, 3).

Ⓒ *quibuslibet partibus populi* (*hic illic fortasse minus stricte dicitur; accedit gen. passim*): CIC. Phil. 6, 12 quinque et triginta tribus -um adoptarunt *L. Antonium* (*earundem ibid. et* 7, 16). 6, 13 *statua* ⟨ab⟩ equitibus Romanis ..., qui .. adscribunt '-o'; quem umquam iste ordo -um adoptavit? (*cf.* 7, 16 -us centuriarum equitum Romanorum. CIL XIII 1954 -o eq(uitum) R(omanorum)). 6, 15 *in statua*: L. Antonio a Iano me[n]dio -o ([*sc. ab argentariis ad Ianum medium sedentibus*]. 7, 16 -us Iani medii). 7, 16 -us eorum, qui tribuni militares fuerunt. INSCR. suppl. Ital. n. s. 2 p. 45 n. 8(*a. 36/27 a. Chr.*) M. Mindio ... praefecto classis, quei meilitant Caesari nauarchi et trierarchi, -o. CIL X 6565(*a. 364/375*) curiae (4725 dignus c. et populi -us. *cf.* INSCR. Dessau 3371 curia Aug. -o). *al.*

b *apud alias gentes:* *α varias*: CAES. Gall. 7, 40, 7 Litaviccus cum suis clientibus, quibus more Gallorum nefas est etiam in extrema fortuna deserere -os. VAL. MAX. 2, 6, 6 illud institutum Athenarum ..., quod convictus a -o libertus ingratus iure libertatis exuitur. SIDON. epist. 1, 2, 9 (*in palatio Theodorici*) *tractus petitorum* per aulicos deinceps pro -orum varietate dispergitur. *β apud Visigothos de domino buccellariorum, saionum*: LEX Visig. Eur. 310 si in -i sui m⟨anserit⟩ obsequio *buccellarius. ibid.* si vero alium sibi patr⟨onum ele⟩gerit. *al.* 311 illa *arma saionum* ... in -i potes⟨tate co⟩nsistant.

2 *in causis dicendis* (*fere de eo, qui pro aliis causam agit in iudicio, foro Romanorum; transfertur ad Graecos e. g. l. 48 p. 786, 32. 52. 56. cf.* GLOSS. II 277, 37 *δικολόγος*: causidicus, -us, advocatus. *de ratione q. e. inter* '-us', 'orator', 'advocatus' *fusius disseruit Neuhauser, Patronus und Orator, 1958, 166sqq.; dicitur de defensore, raro de accusatore, e.* g. CIC. Quinct. 2 SEN. contr. 2, 6, 10, *saepius in* APVL. apol., *e. g.* 1, 5. 3, 6; *accedit gen. eius, qui vel quod defenditur,* consularium *p. 786, 53*, adversarii *sim. p. 786, 59*, criminum *p. 786, 23*): **a** *exempla notionem illustrantia*: *α vocibus ad iudicium pertinentibus*: Ⓘ *affinibus* (*disting.* orator, advocatus, procurator, cognitor Ps. ASCON. div. in Caec. p. 190, 5, *v. vol. III 1488, 31sqq.*): advocatus (*tempore rei publicae distingui, tempore imperii promiscue adhiberi videtur, cf. Kaser, Röm. Zivilprozeßrecht 161; v. etiam vol. I 891, 57sqq.*): PLAVT. Vid. 60 si quem vis invenire tibi -um, quaerita (*cf. 57* seu quem norim qui a. adsit. 62 *cur* -um quaeram?). CIC. Verr. I 41 sibi, -is, a., praetori, iudicibus (*item asseritur per asyndeton*: LIV. 40, 15, 11 [*loq. Demetrius*] sine a., sine -is ipse pro me dicere cogor. SALV. eccl. 3, 63 a. requirit, -os adhibet *reus*). II 2, 74 *cum* reus ... sine -o atque a. fuisset (*cf.* VAL. MAX. 7, 8, 7 a. et -is [TAC. dial. 1, 1 diserti causidici et a. et -i et quidvis potius quam oratores vocantur. *al.*]). Cluent. 110 quis eum *Quinctium* umquam non modo in -i, sed in laudatoris aut a. loco viderat? (*sim. distinguitur*: SEN. contr. 9, 4, 22 scio Mentonem usum non -o patre, sed a. QVINT. inst. 12, 8, 5. *cf. l. 42; in lusu verborum*: HIER. epist. 40, 2, 2 rideo advocatum, qui -o egeat). SEN. apocol. 14, 2 incipit -us velle respondere *ante Aeacum* (*antea*: a.). dial. 4, 7, 3 (*antea*: a.). QVINT. inst. 12, 8, 9 non ut cum -o, sed ut cum iudice loquuntur *litigatores* (*postea de eodem*: a.). decl. 250, 1 -um ... dabimus ([331, 1]. *Winterbottom ad l. confert 260, 2* dandum esse a. [*313, 1*]). *al.* orator (*cf. l. 42 p. 786, 14; fere promiscue adhibetur; distinguit* TAC. *supra l. 50; per prosopopoeiam v. p. 789, 41*): CIC. S. Rosc. 34 qui locus *huius defensionis* ingenium -i requirit aut o. eloquentiam ... desiderat? Verr. II 2, 191 illi *o. veteres* non ingenio solum his -is, sed fortuna etiam praestiterunt. Cluent. 139 omnes ... illae *orationes* causarum ac temporum sunt, non hominum ipsorum aut -orum; nam si causae ipsae pro se loqui possent, nemo adhiberet oratorem. Rab. perd. 9 quae *crimina* -i diligentiam desiderant (*postea*: o.). de orat. 1, 167 non defuit illis -is ... eloquentia ..., sed iuris civilis scientia (*antea de iisdem: non* oratoris nomine ... dignos). Brut. 229 *Hortensium* in -orum numero annos quattuor et quadraginta fuisse; hoc de o. *eqs.* SEN. epist. 97, 11 non gaudet o., si -i culpa reus cecidit. QVINT. inst. 5, 13, 51 dilata *argumenta* ... fidem perdunt, quia -us et aliis crediderit opus fuisse; fiduciam igitur o. prae se ferat. 10, 1, 122 consummati iam -i veteribus aemulantur (*antea*: o.). *al.* SVET. Iul. 55, 1 principibus -is adnumeratus est; certe Cicero ... oratores enumerans, negat se videre cui debeat Caesar cedere. *al.* defensor (*cf. p. 787, 33; exempla non ad iudicium pertinentia v. e. g. p. 787, 31. 788, 14. 25. 31. 39*): CIC. Verr. I 40 *ut* alterum *quaestum* -is et d. traderet, tertium ... annum totum iudicibus reservaret (TRYPH. dig. 34, 9, 22 [*v. l. 20*]. SCHOL. Cic. Bob. p. 79, 12). II 2, 149 constitui a tuis -is ... causam tuam ([*postea*: istis tuis d.]. *sim. syn.* Mur. 4. 10. COD. Theod. 2, 10, 5 [*infra l. 8*]). *al.* causidicus (*cf.* APVL. apol. 48, 8 -os litigatorum causidicos nominari): MART. 1, 97, 2 loqueris ..., et te -um c. que putas. TAC. dial. 1, 1 (*v. p. 785, 50*). COD. Theod. 2, 10, 5 quisquis vult esse c., ipsam solam sumat in causas agendo personam, nec idem in eodem negotio defensor sit et quaesitor, quoniam aliquem inter arbitros et -os oportet esse delectum.

Ⓘ *oppositis*: accusator (*cf. p. 785, 37; accedit* quasi TRYPH.): CIC. S. Rosc. 89 ego forsitan propter multitudinem -orum in grege adnumerer, te pugna Cannensis (*i. proscriptiones Sullanae*) a. sat bonum fecit. Flacc. 22 illa laus oratoris, quae vel in a. antea vel in -o spectari solebat. Cael. 53 *possum* alia et ceterorum -orum et mea consuetudine ab a. perquirere. Att. 4, 16, 5 *C. Catonem* absolutum iri, neque -is suis tam libentibus quam a. SEN. contr. 2, 1, 35. VAL. MAX. 5, 3, 3 non a., sed -um ... inimici violentiae ... obiecit. QVINT. inst. 5, 7, 27 in causa, sicut accusatori praecepimus, -us ... eo perducit homines, ut *eqs.* 5, 13, 3 a. dat testem, -us ex re ipsa refellit. *al.* TRYPH. dig. 34, 9, 22 ille *pupillus* est a., is *tutor* defensor et quasi -us (*sc. in actione inofficiosi testamenti*). *al.* testis: CIC. Verr. II 1, 3 certet ... testium constantia cum illius -orum minis atque potentia. Sull. 13 *videmus* eorum criminum nos -os adhiberi, quorum t. esse possemus. QVINT. inst. 4, 2, 109 neque ... narrandum est tamquam t., sed tamquam -o. 5, 7, 31 multa contra -os ... t. saepe respondent. 6, 4, 21 hic -orum inter se certamen, illic pugna inter t. et -um. 9, 2, 98 non -orum hoc esse (*sc. iurare*), sed testium. *al.* SCHOL. Cic. Bob. p. 77, 17 cum -us sit, velit t. videri. p. 78, 13 non -i magis quam t. oratio est. *al.* reus: CIC. Verr. II 2, 74 *p. 785, 49.* fin. 4, 22 -us ... pro r. dicens (TIRO Gell. 6, 3, 13). Att. 1, 16, 5 fractus r. et una -i omnes conciderunt. MANIL. 3, 112 fundentem verba -um pendentemque r. lingua. SEN. contr. 3 praef. 8 Platonis oratio (*sc. apologia*) ... nec -o nec r. digna est. 7, 2, 7. SEN. clem. 1, 15, 2 in qua civitate numquam deest -us peioribus, nemo dubitaret, quin r. merito damnatus esset. dial. 3, 18, 2 saepe *ira* infesta -o reum damnat. *al.* TAC. ann. 3, 11, 2 reo L. Arruntium, P. Vinicium ... -os petenti. VLP. dig. 48, 5, 28(27), 7 quaestioni interesse iubentur r. reave et -i eorum *eqs.* AVSON. 362, 40 p. 89 P. esto -us et defende reos. *al.* iudex: CIC. off. 2, 51 iudicis est semper in causis verum sequi, -i non numquam veri simile ... defendere. MART. 2, 13, 1 et i. petit et petit -us *debitoris.* QVINT. inst. 4, 1, 9 i. religiosus libentissime -um audit, quem iustitiae suae minime timet. 4, 2, 58. 4, 5, 10. 12, 8, 9 *v. p. 785, 57. al.* CYPR. ad Donat. 10 p. 11, 25 quis ... subveniat? -us? sed praevaricatur et decipit. iudex? sed sententiam vendit. *al.*

β varia ratione (*exempla selecta*): LEX repetund. (CIL I² 583)9 sei eis volet sibei -os in eam rem darei (11 *bis.* 12 [*suppl.*]. CIC. de orat. 2, 280. *al.*). CIC. Quinct. 2 ut ego ... cum -o disertissimo *Hortensio* comparer. 34 priore -o causam defendente (Cluent. 109. *al.*). 72 tu aliquem -um invenies ..., pro me pugnabit L. Philippus *eqs.* S. Rosc. 5 ego huic causae -us exstiti. Cluent. 51 illi causae -um defuisse. 57 ut quaeque causa difficillima est, ita deterrimus obscurissimusque -us adhibetur (Sull. 13 *v. supra l. 23.* de orat. 2, 313. 3, 49. *al.*). Rab. perd. 6 -i mihi partis reliquisti. Vatin. 5 quam causam ad -os tuos ... adferes? Tusc. 1, 71 Socrates nec -um quaesivit ad iudicium capitis nec *eqs.* Q. CIC. pet. 2 qui dignus habetur -us consularium. CATVLL. 49, 7 optimus omnium -us *Cicero.* Ov. ars 1, 88 *in foro saepe* capitur consultus Amori ..., desunt sua verba diserto, ... qui modo -us, nunc cupit esse cliens. VAL. MAX. 7, 3 ext. 5 Demosthenes ei -us affulsit; qui, ut in advocationem venit, *eqs.* PHAEDR. 3, 10, 37 stant -i fortiter causam tuentes innocentis feminae. QVINT. inst. 4, 1, 11 partis adversae -us ([*ibid.* adversarii -um]. 5, 7, 11 diversae p.). decl. 333 them. -um optare liceat (*al.; v. vol. IX 2, 826, 16*). TAC. dial. 34, 4 omnes eiusdem aetatis -os in plurimis causis et iudiciis cognoscebant *iuvenes.* 37, 1 *ut* loco ... -orum numerarentur. SVET. Nero 7, 2 celeberrimis -is ... postulationes certatim ingerentibus. FRONTO p. 182, 2 v. d. H. (*in epistula F. de causa quadam tamquam defensor agit*) utetur me apud te vel -o vel precatore (*postea*: causidicatio). *al.* *in ultimo q. d. iudicio*: AVG. serm. 9, 2 l. 32 nec falsos testes adduces ... nec -um fraudulentis circumventionibus et linguosis artibus adhibebis.

b *determinationes notabiliores: adi.*: CIC. Brut. 145 consularibus. SALL. (?) in Tull. 5 mercennarius -us (Ps. CIC. in Sall. 10). PANEG. 9, 2, 2 *secta* forensium -orum. *gen.* (*sc. rei qua explicatur munus -i; cf. supra l. 23 et quae sub B1b allata sunt; gen. personae v. p. 785, 39*): CIC. de orat. 2, 280 -um causae (*al.; v. vol. III 699, 43sqq., ubi addas e. g.* APVL. apol. 65, 8 [*de Platone, cuius verba ad se defendendum attulit*]. AMM. 29, 2, 8 forensium c. -um. COD. Iust. 2, 7, 5 [*a. 426*] -i causarum illustris urbicariae praefecturae. *aliter p. 788, 27*). Tusc. 3, 48 aerarii (COD. Iust. 2, 7, 27 [*a. 524*] -is ae. ..., dum of-

[*Baer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ficium exhibent causis fiscalibus [*antea*: fisci]). MOD. dig. 4, 6, 33pr. fisci (*al.; v. vol. VI 1, 826, 79sqq., ubi addas* COD. Iust. 12, 19, 12, 1 apud ... f. -um urbicariae magnificae praefecturae. GLOSS. II 472, 11 *φισκοσυνήγορος*: f. advocatus, f. -us. *cf.* COD. Theod. 10, 15, 3 fiscalium commodorum). COD. Theod. 11, 31, 9 negotii. 12, 1, 46 forensium quaestionum. COD. Iust. 2, 7, 26, 2 (*a. 524*) post nomen impetratum -i litium.

B *laxius de quolibet tutore, defensore sim.* (*sublucet saepius imago causidici vel etiam manumissoris*): **1** *de hominibus*: **a** *-is hominum*: *α vario usu* (*saepius dicitur honoris, blandiloquii causa; cf. formam 'alqm.* -um vocare' *sim., e. g. l. 16. 20. 41. 44; in allocutione e. g. l. 18. 26. 28; iuxtaponitur* pater *saepius, e. g. l. 18. 32. 43* [pater *plus valet l. 19*], parens *l. 26, cf. l. 42; accedit gen.* TER. Phorm. 307 CIC. Phil. 6, 12 CYPR. epist. 73, 21 AVELL. p. 20, 17): Ⓘ *in sermone comoediae de eo, quem quis ob auxilium sim. appellatione -i ornat* (*dubitanter addimus* FACVND. *l. 27.*): PLAVT. Asin. 652 servos tuos nos esse non negamus, sed tibi si viginti minae argenti proferentur, quo nos vocabis nomine? :: libertos. :: non -os? :: id potius (*sim. de servis*: 689. Capt. 444 tu mihi nunc erus es, tu -us, tu pater. Cas. 739 mi pater, mi -e. Rud. 1266 mi liberte, mi -e potius, immo mi pater. 1280). 757 alienum hominem intro mittat neminem *meretrix*, quod illa aut amicum aut -um nominet (*item de amatoribus, lenonibus sim.*: Mil. 878 [*si recte coni. Leo e* 915 mi -e]. Most. 167 Philolachi, meo ocello, meo -o [*sed* 244 *idem Philolaches vice versa de meretrice*: quae pro me causam diceret, -um liberavi]. Persa 842 sum tibi -us plane, qui huic *lenoni* pro te argentum dedi. 849. TER. Phorm. 307 istum -um mulieris). Curc. 524 (*trapezita ad parasitum*:) salutem multam dicito -o (*sim. de eo, qui parasitum pascit*: QVEROL. p. 4, 3 R. p. 62, 2 o parens ac -e. CLAVD. DON. Aen. 6, 805 p. 610, 25. FACVND. defens. 12, 5, 1 [*si recte huc trahimus*]). Most. 746 (*servus ad vicinum more blandiloquo*) -e, salve. :: nil moror mi istius modi clientes. Poen. 1244 pro hoc ... -us sim necesse est (*nisi potius ad A 2*). Rud. 705 (*loq. servus*) senex, -us mihique et vobis *puellis naufragis.* TER. Eun. 770 huic (*sc. ebrio Chremeti*) ipsist opus -o, quem defensorem paro. Ad. 456 te solum habemus, tu es -us, tu pater, ille tibi moriens nos commendavit senex (*cf.* DON. *ad l.* '-us' aut temporale nomen est defensoris aut certe appellatio, per quam ostenditur, quod illi ... obsequium debeatur). Ⓘⓘ *usu communi* (*exempla selecta*): CIC. Phil. 6, 12 (*per ironiam*) populi Romani igitur est -us L. Antonius *eqs.* de orat. 3, 129 ille Leontinus Gorgias, quo -o, ut Plato voluit, philosopho succubuit orator. LIV. 2, 31, 9 ut ... similes *Valerii* Romana plebis -os habeat (*cf.* 6, 18, 14 -um ... plebis, quod mihi cura mea et fides nomen induit [IVST. 16, 4, 10 ex defensore senatoriae causae ... -us p. evasit]). 3, 29, 3 *ut exercitus dictatorem* -um salutaverit (22, 29, 10 [*Minucius ad milites*] ubi ego eum *Fabium* parentem appellavero ..., vos ... *milites eius* -os salutabitis [*inde* VAL. MAX. 5, 2, 4]. *cf.* LIV. 22, 30, 3 consalutasset). 22, 34, 6 ut pater -usque appellaretur (IVST. 14, 2, 8 *Argyraspidas* nunc conmilitones suos, nunc -os appellans *Eumenes*, periculorum ... socios. VIR. ill. 24, 4. AMM. 18, 8, 5 -um a. et dominum). PORPH. Hor. carm. 1, 36, 8 ('rege pueritiae') *Pomponium* a pueritia Lamia -o usum. CYPR. epist. 73, 21 haereticorum -i et advocati (AVELL. p. 20, 17). LAMPR. Alex. 28, 4 praesentibus -is (*antea*: reges amicos. *de iisdem* 28, 5). HEGES. 3, 17, 1 p. 217, 1 qui vitam protexerit, -us est (*sc. noster*), qui mortem appetere temtaverit, insidiator est. AVG. in epist. Ioh. 10, 4 -um tibi vis facere aut amicum potentem. serm. 42, 3 l. 69 quid tibi facit vicinus malus, -us malus, potens malus. CONC.^{S} II 3, 2 p. 30, 21 iusti -i humano generi praesunt (*gr. II 1, 2 p. 17, 15 προστάται*). VRAN. epist. 9 p. 863^{C} ereptum sibi (*Christianis, Iudaeis, paganis*) -um, defensorem, tutorem *Paulinum.* ENNOD. opusc. 6, 26 vers. 6 p. 410, 17 divitibus commendans dicta -is. ACT. Petr. 8 p. 55, 4 Marcellum omnes pauperi -um vocabant. *al.* *vergit in notionem praeceptoris*: AVR. Fronto p. 34, 14 v. d. H. de -o meo, M. Porcio (*postea*: uni M. Porcio me dedicavi).

β pro mero titulo honoris, in epistularum sim. initiis (*in contextu l. 64. 67. 73sq. 788, 2*); -i *appellantur*: Ⓘ *viri dignitate praestantes*: AMM. 28, 6, 26 domino -o Romano Meterius (*sc. comiti Africae*). AVELL. p. 74, 21 domino semper illustri et cuncta magnifico meritoque sublimi ac praecelso -o Constantio Symmachus (*sc. comiti et magistro militiae; item de eodem*: p. 78, 15; *per vocativum in contextu*: p. 75, 2. 79, 1). Ⓘⓘ *episcopi* (*cf. Engelbrecht, Patristische Analekten, 1892, 55sq. 67. 69. 82*): PROSP. epist. 1 tit. domino beatissimo papae ... praestantissimo -o Augustino Prosper ([*de eodem dicitur per vocativum*: 1, 9]. PAVL. Faust. Rei. epist. 1, 4 p. 181, 9 tit. domino patri pariter et -o Fausto p. Paulinus. RVRIC. epist. 2, 8 tit. -o et p. [2, 16 tit.]. SEDAT. ad Ruric. epist. 3, 5 p. 447, 15 p. et meo speciali apud dominum -o Ruricio Sedatus. *al.*). RVRIC. epist. 1, 1 tit. domino suo peculiari ... -o Fausto episcopo Ruricius ([*item de eodem*: 1, 2 tit.]. 1, 8 p. 360, 21 -o Sidonio e. VICTORIN. ad Ruric. epist. 3, 2 tit. -o Ruricio e. [*de eodem*: p. 444, 24 *per vocativum.* TAVRENT. ad Ruric. epist. 3, 3 tit. *al.*). 1, 14 p. 367, 15 honorem -is, fratribus affectum, gratiam populis. 2, 18 vers. 1 p. 403, 26 sancto Ruricius cliens -o Sedato ... grates concinit. GREG. M. epist. 5, 42 p. 336, 8 in qua re ego de dulcissimo atque suavissimo ... -o domno meo Anastasio dubius non sum.

b *-is rerum* (*cf. etiam sub A 2 b; iuxta pos.* defensor *passim, e. g. l. 14. 25. 31. 39. 40; cautius inducitur particulis* paene CIC. Mil. 16, quasi SCHOL. Cic. Clun. p. 270, 29): *α corporearum* (*iocose*): PLAVT. Pseud. 606 (*ad Harpacem ostium pulsantem*) compendium ego te facere pultandi volo; nam ego precator et -us foribus processi foras. Truc. 822 (*ad Diniarchum parietem corpore suo tegentem*) video ... te, ..., qui es -us parieti.

β incorporearum; res intellegitur: Ⓘ *per gen.* (*gen. gerund. l. 20. 24*): Ⓐ *variarum rerum*: CIC. leg. agr. 3, 3 eam legem non a vestrorum commodorum -o, sed a Valgi genero esse conscriptam. 3, 4 oti et concordiae. Mil. 39 propugnator senatus, defensor vestrae voluntatis, -us publici consensus, restitutor salutis meae. Phil. 10, 16 Caesaris actorum. 13, 26 (*per ironiam*) fidei -us, fraudator creditorum. or. frg. A IX 6 fortunarum tuarum. A XIV 21 libidinis suae. Lael. 25 -us iustitiae (LACT. inst. 5, 14, 5). VARRO ling. 9, 22 huiusce pravitatis (*i. anomaliae*). VAL. MAX. 6, 9 ext. 2 salutis suae (*sc. Europae*). SEN. dial. 2, 15, 4 inertiae vestrae. SVET. Claud. 6, 1 equester ordo bis -um eum perferendae pro se legationis elegit. DECL. in Catil. 101 sceleris. APVL. apol. 27, 1 Democritum et Epicurum ceterosque rerum naturae -os. PANEG. 2, 31, 1 libertatis. LACT. opif. 20, 6 veritatis. MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 28 (*cum despectu*) tu, -e dogmatis (*cf.* HIL. syn. 2 -os huius haereseos ingerendae). SCHOL. Cic. Clun. p. 270, 29 defensor et quasi procurator et -us eius ... sententiae (AVG. c. acad. 1, 2, 6). HEGES. 5, 22, 1 p. 347, 12 receptionis suae (*sc. quo auctore in urbem receptus est*). HIER. epist. 49, 20, 1 -um causae meae (*i. doctrinae sim.*). ORIG. in I reg. 18 -i litterae Iudaei. CIL VI 1751 (*a. 378*) humanitatis auctori, moderationis -o. *al.* Ⓑ *institutionum sim.*: CIC. dom. 40 (*ad Clodium*) auspiciorum -us ... exstitisti. Sest. 99 harum rerum (*sc. religionum, auspiciorum eqs.*) tot atque tantarum esse defensorem et -um. Balb. 25 -e foederum ac foederatorum. Mil. 16 senatus propugnator atque ... paene -us (VAL. MAX. 6, 9, 13 SVET. Tib. 3, 2). VELL. 2, 120, 1 perpetuus -us Romani imperii *Tiberius* adsuetam sibi causam suscipit (*gen.* 'imperii' *ad* 'causam' *trahit Woodman, 1977, ad l.*). CONC.^{S} II 3, 2 p. 40, 5 *Theodorum* fortem legum -um (*gr. II 1, 2 p. 24, 15 προστάτης*).

Ⓘⓘ *contextu vario*: CIC. fin. 3, 1 si ipsa pro se loquatur *voluptas* nec tam pertinaces habeat -os *Epicureos* (AVG. civ. 19, 1 p. 348, 6 D. *turpitudo habet* philosophos -os et defensores suos. serm. 20, 2 l. 58 peccatum tuum iudicem te habeat, non -um. *cf.* in psalm. 50, 13 l. 9 adhibes te defensorem peccati tui ...; non innocentem -um adhibuisti). 5, 21 duae *sententiae* sine -o, quattuor defensae *a philosophis.* AVSON. 470, 40 p. 2 P. -um nostris te, *lector*, paro carminibus. ENNOD. epist. 5, 11, 1 p. 134, 21 vos -os meruit causa communis (*sc. eruditio iuvenum*).

c *usu peculiari* (*fere apud Christianos, apud Iudaeos p. 789, 5*): *α de eis, qui apud deum intercedunt* (*cf. p. 787, 70; addit* tamquam AVG.): Ⓘ *de sanctis, martyribus* (*iuxtaponuntur l. 50sq. 58, cf. l. 62. 70; accedit gen.* mundi PRVD. perist. 1, 12): AMBR. epist. 77, 11 Z. -os *Gervasium et Protasium* habebamus et nesciebamus, *quorum ossa in basilica reperta sunt.* in Luc. 10, 12 illi *reges* fiunt supplices, hi *martyres* -i (PRVD. perist. 2, 579 per -os martyras potest medellam consequi [*item per appos.*: CE 698, 4 *a. 515*]. *cf.* INSCR. christ. urb. Rom. 4106 m. sanctis Proto pariterque Hiacyntho Simmachus ... beneratus ... -os). PRVD. perist. 1, 12 *Emeterium et Chelidonium* -os esse mundi, quos precantes ambiant. 6, 145 exultare tribus libet -is (*sc. Fructuoso, Augurio, Eulogio*), quorum praesidio fovemur. 10, 835 cum beatus regna Christi intraveris, memento matris, iam -e ex filio. 13, 106 pia dona dat -us *Cyprianus.* PAVL. NOL. carm. 18, 269 immemorem ... mei accusabo -um *Felicem.* AVG. cur. mort. 4, 6 eisdem sanctis illos tamquam -is ... commendent. SVLP. SEV. epist. 2, 8 praemisi quidem -um, sed solacium vitae praesentis amisi (*de Martino ut*: SIDON. epist. 4, 18, 5 vers. 11 valido tribuente -o. PAVL. PETRIC. Mart. 4, 494 clari ... -i [5, 400. *al.*]. 4, 616 sancti ... -i [5, 500. *al.*]. 4, 659 tanti ... -i [5, 1. *al.*]. 6, 292. *al.*). SEV. MINOR. l. 81 V. -i Stephani patrocinium deprecabantur. HIL. AREL. vita Honorat. 39 l. 4 amice dei, ..., tu nobis -us, orationum nostrarum interpres. LEO M. serm. 82, 7 l. 178 nos specialium -orum (*sc. Petri et Pauli*) orationibus adiuvandos (Ps. EVSEB. GALLIC. hom. 55, 1 G. honor s. -orum [*sc. Ephypodii et Alexandri indigenarum martyrum*]. *cf.* PAVL. PETRIC. Mart. 6, 145 praesenti sociatus ... -o [*sc. -o speciali urbis Arelatis*]). SACR. Leon. 148 sub -is talibus (*i. e. sanctis ut* 322. 769). 772 fidelis ille -us *Laurentius.* 1166 celebrantes sanctorum natalicia -orum (SIDON. epist. 7, 17, 2 vers. 1. *cf. supra l. 58. 62*). *al.* Ⓘⓘ *de aliis* (*accedit gen.* veniae *l. 73*, muneris *l. 75*): PASS. Macc. 4, 13 Hebraeos, ad quorum depopulationem venerat *Apollonius*, -os veniae et intercessores ... postulat delictorum (*cf. gr. 4, 11 περὶ αὐτοῦ προσευξάμενοι*). SACR. Leon. 1004 eorum *episcoporum* intercessione ..., quos nobis huius muneris et doctores con-

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

stitues et -os. FVLG. RVSP. serm. 1, 7 F. habeat iste, *qui dedit eleemosynam,* apud deum -os pauperes.

β de sponsore quodam eius, qui ritu religionis initiatur: apud Christianos: CIL VI 26660 Sozomeneti alumnae audienti (*sc. catechumenae*) -us fidelis. *? apud Iudaeos*: CIL VI 39085[a] Felicitas proselita ...; -us venemerenti (*dubitanter sic explicat Schürer, Gesch. d. Jüd. Volkes III, 1909, 185*).

d *singulariter de eo, qui animal nutrire solebat*: SVLP. SEV. dial. 1, 14, 2 cum familiarem -um abesse sentiret *lupa eremitae cenanti adstare solita.*

2 *de deis* (*daemonibus* AVG. civ.; *accedit* quasi ACT. Achat.): **a** *paganorum* (*cf. p. 790, 56sq.*): PLAVT. Rud. 906 (*loq. piscator*) Neptuno has ago gratias meo -o, qui salsis locis incolit pisculentis, cum me ex suis locis pulchre ornatum expedivit. CIL III 1948 Iovi op⟨t⟩imo maximo celesti -o. *de daemonibus Platonicorum*: AVG. civ. 8, 18 p. 348, 9 D. ut videlicet homo castus .?. eos *daemones* -os adhibeat, per quos illum dii exaudiant (*cf. tit.* daemonibus uti ... advocatis). **b** *de deo Christianorum et de Christo*: PACIAN. (?) sim. carn. p. 126, 16 si *Adam* mortuus non fuisset, nec dominus veniendi causam habuisset in carnem, quoniam nec -o indigebat integritas nec medico aeternitas nec redemptore libertas (*vix ad 1b*). AMBR. Iac. 1, 3, 12 ita libertatem accepisti, ut meminisse manumissoris tui debeas, ut -o tuo noveris legitimum obsequium deferendum ...; quid te beatius, qui sub domino regnas et sub -o militas? AVG. serm. 104, 2 ipsum dominum in hac causa -um habemus *eqs.* 130, 5 magnum -um invenimus (*al. ibid., ubi Christus cum -o clientium comparatur*). ACT. Achat. 5, 3 *deus nos* amavit ut pater et aeternae morti, quasi bonus -us, eripuit.

3 *de animalibus* (*sc. in fabulis*): ROMVL. fab. 28, 2 rec. gall. (*sim.* rec. W) *milvum* sibi fecerunt *columbae* defensorem et -um, quia putaverunt se sub eo esse tutas ([*cf. Phaedr. 1, 31, 8* regem]. 63 pr. rec. gall. d. et -um non expedit relinquere [rec. vet.: -um et advocatum]). 63, 12 rec. gall. *lupi* oves laniare coeperunt, nullo tutore adiutorium praestante, nullo -o (*sc. cane*) defendente (*sim.* rec. vet.; *mutila est* rec. W). 80, 7 rec. gall. qui se tam flebili -o coniungit (*agit de ansere auxilium ciconiae petente*).

II *per prosopopoeiam transfertur ad res, quae munere defendendi sim. funguntur* (*accedit gen. gerund.* HIL.): HIL. coll. antiar. p. 98, 20 fidem, spem, caritatem, capessendae aeternitatis traduces et -os. CLAVD. MAM. anim. 2, 1 p. 100, 12 distantias ... sortiri -os (*antea*: omnia dinoscuntur melius contrariorum comparatione). CASSIOD. in psalm. 142, 12 l. 257 *psalmi* oratores sanctissimi, caelestes -i, qui ... salutis iter aperiunt.

Baer.

f. **patrōna,** -ae (*sed* patronus *iocose de femina p. 787, 22sq.*). *scribitur cum apice* patrónae CIL V 5923, 5 VI 12129, 3 X 2453, 5. *al.* *abbreviatur*: patr CIL VI 12389, 3 VIII 23832, 6 IX 5368,8, patro IX 4894, 3. *de formis: gen. sing.* -aes suaes CIL VI 12898, 8, -es meaes VI 21520, 10; *dat.* -a VI 6960, 5; *nom. plur.* -as CE 1599, 2; *dat.* -abus INSCR. Année Épigr. 1974 n. 251, 4 (*Puteolis*). *de mensura: corripitur* -tro- CE 1203, 9 (*v. adn.*), *fort. et* 1126, 1. GLOSS. πατρώνισσα: -a. GLOSS.[L] I Ansil. PA 846 patronissa: -a graece. *legitur singulis vel paucis locis apud* PLAVT., TER., CIC., CATVLL., FEST., MART., TAC., PLIN. epist. *recentioresque; frequentius et in titulis inde a saec. I a. Chr. et apud scriptores iuris.* [*dub. restit.* ALC. AVIT. epist. *v. p. 774, 14.*]

i. quae quibusdam sibi mandatis praesidio est, tutelam praestat sim.: **I** *usu sollemni*: **A** *strictius de ea, quae aliquem in fidem clientelamque accipit, defendit*: **1** *de -a libertorum* (*hic illic fortasse uxor manumissoris significatur, e. g. infra l. 69; sed certe distinguitur p. 790, 24*): **a** *apud quoslibet scriptores*: PLAVT. Faen. frg. 1, 2 dixisse dicitur libertus suae -ae. CIC. Scaur. 10 *neque* erat rectum -ae *vim adferre.* 11 *libertus* -am suffocabat. MART. 12, 49, 6 *te* nulli non tua praeferat -a. TAC. ann. 14, 9, 2 caritate in -am *mortuam libertus se interfecit.* PLIN. epist. 10, 5, 2 *manumissus* -am habuit Thermuthin. *ibid. ius Quiritium libertis* petente -a peto. EPIST. pontif. 110 Cypr. epist. 50 Nicostratum ... -ae suae ... fraudes et rapinas fecisse. AVR. VICT. Caes. 4, 10 ubi *liberti Messalinae* pares -ae facti sunt (*sc. potestate sim.*).

b *in titulis, fere sepulcralibus* (*v. etiam p. 790, 20*): CIL I[2] 1214, 16 (= CE 55, 14; *saec. I a. Chr.*) studium -ae, cura, amor, *eqs.* (*ornatur laude puella*). 1332, 4 -ae pro meriteis. 2273, 3 haec qualis fuerit contra patronum -am parentem coniugem, monumentum indicat. CE 964, 1 mihi fuit ... -a magnifici coniunx Caesaris illa dei, qua bene tutus eram. CIL VI 12037, 4 (*aet. Vesp.*) optumae (II 4405, 4 [*saec. II*] honestissimae et o. de se meritae [*nisi* o. *adv.*]. 3231, 5. 3715, 3. *al.*). INSCR. Ital. X 1, 237, 2 (*saec. I*) Caesenniae Primae -ae. CIL II 4346, 4 (*saec. II*) -e merentissime (XII 418, 4. *cf.* INSCR. Année Épigr. 1981 n. 618, 4 [*saec. III*] bene merenti [CIL VI 12055, 8. 13838, 4. *et saepe*]). 4389, 6 (*saec. II*) Manlia Severa -a. VI 32418, 10 (*a. 247*) dignissimae et praestantissimae (V 4850, 3 VI 3918, 9. *al.*). 1516, 8 (*saec. III ex.*) dulcissime et amantissimae (3918, 2. 21657, 4 coniugi et -ae d. *al.*). 2143 b, 5 (*a. 301*) -ae erga se praestantissimae (13375, 3 IX 1578, 5. *v. et supra l. 1*). 1714, 12 (*a. 379*) perpetuae. II 376, 6 grata -a p(osuit). III 2216, 5 mat(er) et -a filio infelicissimo posuit. 2404, 1 -ae et matri pientissimae benemerenti (2404, 5 liberta et alumna matri et -ae p. VI 10645, 5. 15518, 4. *al.; cf.* 20894, 6 piissimae. VIII 8993, 13). VI 1448, 3 innocentissimae et benignissimae. 11120, 4 amabilis. 12129, 3 -ae uxorique. 12389, 3 parenti et -ae. 12954, 6 indulgentissimae (INSCR. Gall. Narb. Espér. 548, 6). *et saepe.*

c *apud iuris scriptores*: **α** *iuxta ponitur* patronus: LEX Iul. Pap. (dig. 38, 1, 37 pr.) patrono -ae liberisve eorum, de quibus iuraverit vel promiserit obligatusve erit, dare facere praestare debeto (*item per asyndeton*: EDICT. praet. dig. 2, 4, 4, 1 parentem, patronum -am, liberos parentes patroni -ae in ius ... ne quis vocet. 2, 8, 2, 2. 3, 1, 1, 11. GAIVS inst. 4, 183 parentes patroni -aeve. VLP. dig. 37, 14, 1. *al.*). S. C. Ostor. (dig. 38, 4, 1 pr.) solus ei patronus solave -a esset (PAPIN. dig. 26, 5, 14 libertus non aliis patroni -aeve liberis tutor esse cogitur quam *eqs. al.; v. etiam supra*). LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (CIL XIV 2112) 1, 33 neque patrono neque -ae ... ex hoc collegio ulla petitio esto. POMPON. dig. 48, 2, 1 *nisi* parentium liberorumque et patroni et -ae et eorum filii filiae nepotis neptis mortem exequatur (VLP. dig. 38, 2, 17 patronus et -a bonorum possessionem accipere possunt. *ibid.* si patrono et -ae proximi sunt aliqui. 38, 5, 3, 4. *al.*). COD. Iust. 5, 4, 3 (*a. 196*) libertum, qui -am seu patroni filiam vel coniugem ... uxorem ducere ausus est *eqs.* (5, 62, 5 [*aet. Alexandri Severi*] *bis.* 2, 2, 2 [*a. 239*]). *sim. al.* **β** *exempla cetera* (*selecta*): GAIVS dig. 37, 14, 22 etiamsi in potestate sit parentis filius -ae. inst. 1, 195 in -ae tutela esse non potest *libertina.* 3, 49 -ae olim ... hoc solum ius habebant in bonis libertorum, quod *eqs.* 3, 50 lex Papia duobus liberis honoratae ingenuae -ae ... eadem fere iura dedit *ac patrono* ([*bis*]. 3, 51. 3, 52). SCAEV. dig. 31, 88, 12 *quam hereditatem* ex testamento -ae ... habebat (COD. Iust. 5, 28, 1 *a. 207*). PAPIN. dig. 37, 15, 11 arte sua contra -ae voluntatem utitur *liberta.* TRYPH. dig. 48, 5, 43 adulterium commisit ... in -am suam. VLP. dig. 23, 2, 13 -a tam ignobilis ..., ut ei honestae sint ... liberti sui nuptiae. 50, 16, 52 'patroni' appellatione et -a continetur. PAVL. sent. 2, 19, 9 libertum, qui ad nuptias -ae ... adfectaverit, ... coerceri placuit (*sim.* INTERPR.). COD. Iust. 6, 3, 6 (*a. 222*) *liberti defunctorum* operas ... *non* debent ... maritis -arum. NOVELL. Anth. 1, 2 cum servis et libertis dominas et -as ineundi matrimonia facultatem habere prohibemus. *et saepe.*

2 *de -a collegi, civitatis sim.* (*et de uxore patroni, v. Waltzing, Études hist. sur les corporations I 430. IV 373*): CIL VIII 5328, 6 (*aet. Carac.*) -ae municipii. DECRET. fabr. Volsin. (CIL XI 2702) 12 (*a. 224*) -am collegi nostri cooptemus (IX 5368, 8 -ae c. fabr(um) et cent(onariorum)). 20 dignissimam -am cooptemus. DECRET. decur. Peltuin. (CIL IX 3429) 10 praefecturae nostrae. CIL IX 4894, 3 (*a. 243*) pudicissime femine patro(ne) ... tricliniares decreverunt. DECRET. fabr. Pisaur. (CIL XI 6335) 10 coniugem *patroni* ... -am nobis cooptari (18. DECRET. centon. Sentin. [CIL XI 5749] 12). DECRET. centon. Sentin. (CIL XI 5749) 17 Martine -e ... beneficia. CIL V 4432, 5 cultores collegi Larum -ae bene merenti. VI 10346, 1 -a decurionu(m). VIII 14470, 10 -ae universus ordo (INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 414, 3 -ae perpetuae ... u. o. *coloniae*). 23832, 6 civi et patr(onae) ... civitas Avioccal(a). IX 3182, 3 sevir(um) August(alium) -ae (3183, 4 civitatis et s. A.). *al.*

B *laxius de qualibet protectrice*: **1** *de deabus*: PLAVT. Rud. 259 (*loq. sacerdos Veneris*) qui sunt, qui a -a preces mea expetessunt? 262 bonam ... deam atque haud gravatam -am exsequontur benignamque. CATVLL. 1, 9 *libellus,* o -a virgo (*sc. Musa*), plus uno maneat perenne saeclo. DRAC. Romul. 10, 399 tenebrarum splendens -a *Luna* mearum. **2** *de mulieribus variis*: TER. Eun. 887 (*loq. Chaerea*) te mihi -am capio, Thais, te obsecro *eqs.* HIER. epist. 22, 16, 3 clerici ipsi, quos et magisterio esse oportuerat et timori, osculantur capita -arum (*sc. viduarum divitum*; matr- *var. l.*) et extenta manu ... pretium accipiunt. SIDON. epist. 4, 8, 5 vers. 4 munus parvum, magna -a, cape (*de regina ut*: GREG. TVR. Franc. 5, 48 p. 258, 3. 7, 20 p. 339, 16). ALC. AVIT. carm. 6, 648 te meruit primam cognatio tota -am (*ad sororem, quae se virginitati dedicavit*).

II *transfertur ad res quasi -ae vice fungentes* (*in appos. e. g. l. 75. p. 791, 11*): PLAVT. Asin. 292 quin ego ... iubeo tacere *linguam* ...? :: edepol hominem infelicem, qui -am comprimat; nam si quid sceleste fecit, lingua pro illo perierat (*v. Bertini, 1968, ad l.*). CIC. div. in Caec. 65 cum lex ipsa de pecuniis repetundis sociorum ... -a sit. de orat. 2, 199 provocationem *ad populum,* -am illam civitatis ac vindicem libertatis. MART. 7, 72, 14 ut vocem mihi commodes -am et ... clames: 'non scripsit meus ista *carmina maligna* Martialis' (PETR. CHRYS. serm. 17, 3 diabolus -ā v. hominis ... inclamat). TERT. pudic. 10 p. 240, 14 scriptura Pastoris *Her-*

[Gatti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mae ... adultera et ... -a sociorum. CHALC. comm. 54 rationabilis mundi anima ... dissolubilium rerum auxiliatrix et -a. 297 patibilis animae partis ... auctrix est et -a *silva* (*i.* ὕλη). HIL. in Matth. 4, 19 caritas ... errorum nostrorum ambitiosa ad deum -a est (CAES. AREL. serm. 29, 3 qui caritatem vult habere in futuro saeculo, faciat illam sibi -am in hoc mundo). AVG. c. acad. 2, 13, 29 tenebrae ..., quae -ae Academicorum solent esse. conf. 5, 8, 14 multa iniuriosa faciunt ... punienda legibus, nisi consuetudo -a sit. c. mend. 19, 38 quomodo mendacium -am sibi adhibet veritatem? serm. 104, 1, 2 non ... timemus in hac re, ne offendamus eius (*sc. domini*) iustitiam, cum -am teneamus eius sententiam (*antea*: dominum in hac causa patronum). PS. AVG. serm. ed. Mai 1, 1 *in paradiso* alumnis flatibus -a temperies amicas auras impraegnat. MART. CAP. 1, 23 Mantices -am *Philologiam.* PETR. CHRYS. serm. 8, 5 dicturus causam in iudicio dei, -am tibi misericordiam ... assume ([*postea*: de patrocinio misericordiae]. 41, 3 m., nostrarum -a causarum. 42, 1. 42, 6 nihil nos nocebit in terra, si nobis in caelo m. sit -a. CASSIOD. in psalm. 129, 4. *al.*). CASSIOD. in psalm. 50, 19 (20) regio illa (*sc. Sion*) omnium -a terrarum.

inde adi. **patrōnus,** -a, -um (*ad formationem et notionem cf.* dominus, -a, -um *pro gen.* domini, *e. g. Stat. Theb. 5, 578* dominis ... aris. *silv. 4, 2, 6* domina ... mensa. *Prud. cath. 6, 72* dominae ... aulae). *i. q. ad patronum pertinens*: SALV. eccl. 3, 31 tantum eis *libertis* ... gratia -ae liberalitatis impertit *eqs.* (*vix coll. p. 790, 67 pro appos. intellegendum, ut sit 'protectricis liberalitatis'*).

deriv.: patrocinium, patrōnalis, patronatus, patronicius.

compos.: compatronus.

cf. Onom.

patrōnymicus *v.* patronomicus. **patropassiānus** *v.* patripassianus.

patros: vitruncus, id est maritus matris GLOSS. V 129, 58 (*sim. definitur* GLOSS.^{L} I Ansil. PA 848 vitricus; Graecum *eqs.*). *fort. a gr.* πατρώς. *Gatti.*

ᵡpatruēlis, -e. *a* patruus (*item* PRISC. gramm. II 131, 13 GRAMM. suppl. 67, 26). *scribitur* -uhe- VVLG. exod. 6, 20 lev. 25, 49 *in var. l.*; -uil- NOT. Tir.; *litteris graecis l. 54. 61.* NOT. Tir. 33, 33. *abl. sing.* -e *testatur* CHAR. gramm. p. 178, 20 B. (*e Romano*) *allato* NEP. frg. 43 Marsh.; *ceterum* -e *traditur* LIV. 29, 30, 10 (-i *var. l.*). SERV. auct. Aen. 6, 14 SVLP. SEV. chron. 2, 9, 6; -i LIV. 35, 10, 8 IVST. 7, 6, 10 SVLP. SEV. chron. 2, 12, 5. *legitur inde a* NAEV., PLAVTO, AFRAN., CIC., NEP., OV. [*loco dubio*: COD. Theod. 9, 7, 2 *copia accusandi de adulterio est* -i consobrino et consanguineo maxime fratri (patri vel *V*, -i *restit. edd. e codd. Breviarii et* INTERPR.; patri fratri nec non patruo et avunculo *Cod. Iust. 9, 9, 29 pr.*).]

1 *de animantibus*: **a** *usu originario de filiis filiabusve a patruo, patris fratre ortis* (*fere distinguitur* consobrinus, *licet haec vox nonnumquam usu laxiore etiam -es comprehendat [v. vol. IV 473, 73 sqq.] nec non* amitinus *e. g.* GAIVS dig. 38, 10, 1, 6 PAVL. sent. 4, 11, 4 NON. p. 557, 9. *opp.* germanus CIC. fin. 5, 1 LIV. 35, 10, 8 VELL. 2, 8, 2 SIDON. epist. 4, 1, 1. *accedit abl. l. 53; eodem sensu legitur* filius patrui *e. g.* GAIVS inst. 1, 156 VLP. dig. 38, 16, 2, 5 VVLG. num. 36, 11 iud. 10, 1. *al.*): **α** frater -is (*rarius ordine inverso*: LIV. 28, 21, 6 VELL. 1, 1, 2. 2, 8, 2. *al.*): NAEV. com. 66 f. patr(uel)i meo. *et saepe; exempla et explicationes v. vol. VI 1, 1254, 82 sqq. (ubi intercedunt quaedam adiectivo carentia); addas e. g.* CIC. fin. 5, 1 Lucius ... Cicero, f. noster cognatione -is, amore germanus. SCAEV. dig. 29, 5, 26. *al.* **β** soror -is (GLOSS. iurispr. ἄδετ Σ 27 s. -es [*scrib. σοπόπες πατρουέλες*]: *ἐξαδελφὰς ἐκ πατέρων. contaminata videtur* GLOSS. II 226, 43 s. -es: *ἀνεψιοὶ ἄρρενες ἐκ δύο ἀδελφῶν ἀρρένων*): GAIVS dig. 38, 10, 1, 6 quarto gradu sunt ... fratres -es s. -es (*sim.* PAVL. sent. 4, 11, 4. *al.*). 38, 10, 1, 7. 38, 10, 3 pr. PAVL. dig. 38, 10, 10, 15. PROB. Verg. georg. 1, 60 Deucaliona ... habuisse in matrimonio s. -em Pyrrham. CIL VI 8409 Staphylo ... Munatia uxor eadem s. -is fecit. **γ** *solum ponitur, sc. masc. vel fem. pro subst.* (GLOSS. iurispr. ἄδετ Π 50 *πατρουέλες· ἐκ πατέρων δύο ἀδελφῶν προελθόντες παῖδες.* GLOSS. *ἀνεψιός. ἐξάδελφος.* qui ex patruo tuo progeneratur. filius patrui vel filia. -es: filii fratrum. de duobus fratribus nati): *sing.*: AFRAN. com. 243 propter -em tuam constituit (*item fem.*: PERS. 6, 54 -is nulla. VVLG. exod. 6, 20 -em suam. CIL VI 29711. *al.*). OV. met. 13, 157 nec minus est isto *Aiace* Teucer -is Achilli. LIV. 4, 44, 6 Sempronium, -em Atratini. SVET. Dom. 15, 1. MARCIAN. dig. 48, 9, 1 *v. supra p. 445, 59.* AMM. 21, 13, 11. HIER. in Ier. 32, 6 quod in Cantico saepe cantatur a sponsa 'fratruelis meus', id est *ὁ ἀδελφιδός μου*, in Hebraico 'dodi' dicitur; ergo non 'fratruelis', sed 'patradelfus', id est '-is', dicendus est (*cf. bδ et* HIER. in Is. 5, 1 l. 13 dilectus ..., quem Aquila *πατράδελφον* [petradilfon *cod. B*] interpretatus est, patruum vel -em). CIL VIII 272. *al. plur.*: OV. ars 1, 73 parare necem miseris -bus ausae Belides (*sim. de filiis Aegypti*: met. 4, 462 Ib. 355). SVET. Dom. 10, 4 Flavium Sabinum, alterum e -bus *Domitiani.* VLP. reg. 11, 4 (*inter agnatos*). SIDON. epist. 4, 1, 1.

b *usu deflexo transfertur ad:* *? **α** consobrinum: usus vix agnoscendus, quoniam* CIC. Cael. 60 fratri suo -i *adiectivum tamquam glossema delendum et* CIL VI 1540 *ἀπὸ κοινοῦ, sc. cum respectu patrui et amitae positum videtur.* *? **β** ipsum patruum*: IVST. 7, 6, 10 conciliante nuptias *Olympiadis* fratre -i ... Arryba (*qui fuit eius patruus; sed vide ne scriptor re potius quam verbo erraverit, cf. similem errorem Oros. hist. 3, 12, 8* Olympiadem Arubae ... sororem). **γ** *sororem ex eodem patre genitam*: ITALA lev. 18, 11 (Lugd.) confusione⟨m⟩ filiae uxoris patris tui non denudabis, -i(s) soror tua est (*gr.* ὁμοπατρία, *Wirc.* ex uno enim patre, *Aug. quaest. hept. 3, 59* ex eodem patre, *Vulg.* soror *tantum*). **δ** *quendam, qui eiusdem gentis est* (*in interpret. allegorica*): VVLG. Is. 5, 1 cantabo dilecto meo canticum -is mei (-i meo *var. l.*, fratrueli *unus e codd.; hebr. bis* dôd, *quae vox et 'dilectum' et 'patruum' significat; LXX* ἠγαπημένῳ ... ἀγαπητοῦ, *Aquila* προσφιλεῖ ... πατραδέλφου. *explicat* HIER. *ad loc.* l. 21 deo patri canticum Christi, qui est -is meus, hoc est: ex eadem mecum gente generatus. *huc fort. spectat* GLOSS.^{L} Corp. P 104 -is: geaduling [*anglosax.*]).

2 *de rebus*: **a** *usu sollemni i. q. ad patruum pertinens*: OV. epist. 14, 61 *filii Aegypti* meruere necem -ia (*i. Danai*) regna petendo, quae tamen externis danda forent generis. met. 1, 352 (*Deucalion Promethei filius ad Pyrrham Epimethei filiam*) o soror ..., quam commune mihi genus et -is origo. PRVD. psych. praef. 18 Loth ... pollens honore -is (*i. Abrahae*) gloriae. SIDON. epist. 4, 1, 1 soror, *sc. -is*, mihi quae uxor tibi; hinc inter nos ... necessitudo et ea quidem -is, non germana fraternitas (*postea*: saepe caritas in -bus maior). **b** *usu peculiari i. q. ad fratrem -em pertinens* (*brachylogia quadam, cf.* patruus *IIB*): OV. met. 13, 41 (*Aiax de armis Achilli*) donis -bus (*cf. 13, 31* frater erat, fraterna peto).

compos.: compatruelis.

patruitus *v.* patritus *et Onom.*

ᵡpatruus, -ī *m. et inde* **patruus,** -a, -um. *a* pater (*item* PRISC. gramm. II 136, 6). *scribitur*: -uus, -uum ORAT. imp. Claud. (CIL XIII 1668) 2, 2. *al. in titulis et ubique in cod. A* PLAVTI, *A* TER. (-um *pro* -uum *in var. l.* SEN. Thy. 329 SVET. Cal. 15, 2. Nero 6, 2. *al.*); *dat.* patro INSCR. Ber. Röm. Germ. Komm. 17, 1927, 15 n. 46, -uvo *fort.* CIL VIII 11154; *litteris graecis l. 45.* NOT. Tir. 33, 32. *abl. sing.* -u *fort.* CIL VIII 25280. *de superl.* -issimus *v. IIA. syllaba* patr- *fere brevis est, producitur* VERG.(?) catal. 13, 39 STAT. Theb. 4, 429. *legitur inde a* PLAVTO, TER., POMPON., CIC. [*confunditur in codd. cum* pater CIC. Phil. 2, 99 SVET. Nero 6, 2 *al.* (*v. etiam l. 31; restit.* PLAVT. Poen. 120). *vix recte trad.* HESYCH. in lev. 25, 54 p. 1138^{A} a maiore usque ad -um (*sec.* Ion. 3, 5, *ubi*: ad minorem). *e coni. pro* patronus CIC. Brut. 129 (*v. Stroux, Philologus 94, 1941, 342*).]

I *subst.*: **A** *notione sollemni i. q. frater patris*: **1** *usu vario*: **a** *definitiones sim.*: PAVL. dig. 38, 10, 10, 14 -us, is autem est patris frater *eqs.* (*item* AVG. quaest. hept. 7, 47. INST. Iust. 3, 6, 3, *addens*: qui graece *πάτρως* vocatur. ISID. orig. 9, 6, 16, *addens*: quasi pater alius. GLOSS. *al.*). GLOSS. iurispr. *ἄδετ Π 52 πατρούους· ὁ πρὸς πατρὸς θεῖος ἤγουν ἑλληνιστὶ πατρῷος.* GLOSS. *θεῖος πρὸς πατρός. θεῖος. πατρὸς ἀδελφός. πατράδελφος. πατρῳός. πάτρως.* **b** *afferuntur exempla varia selecta*: PLAVT. Cist. 514 Saturnus eius *Iovis* -us. :: ecastor pater (*item* 516). POMPON. Atell. tit. (*affert* Non. p. 474, 27 Pomponius -o. *cf. p. 794, 16*). CIC. Verr. II 1, 137 venit M. Iunius, -us pueri (*item ponitur post nomen*: de orat. 2, 2. *al.* CAES. Gall. 7, 4, 2 NEP. Ages. 1, 4 VELL. 2, 3, 1. 2, 69, 5. *et saepe; ante nomen*: LIV. 3, 35, 9 deiectis ... duobus Quinctiis ... et -o suo C. Claudio. 28, 32, 6. *al.* ORAT. imp. Claud. [CIL XIII 1668] 2, 2 TAC. ann. 11, 17, 1. *al.*). Phil. 3, 18 *Q. Ciceronem Q. f.* de patris et -i parricidio cogitasse (*cf.* MARCIAN. dig. 48, 9, 1 [*supra p. 445, 60*] *nec non* IVV. 1, 158 dedit ... tribus -is aconita. 6, 567 sororem efferat et -os). Att. 5, 19, 3 qui cum sororis tuae fili -o certarit (*i. mecum; sim.* 6, 8, 3). SEN. contr. 1, 1 them. *a patre abdicatus* adoptatus a -o est (*cf.* 1, 1, 4 uterque -us est, *sc. alter natura, alter adoptione.* PLIN. epist. 8, 18, 4 emiserat pater, adoptaverat -us. *al., v. etiam p. 794, 13*). PERS. 2, 10 sub lingua murmurat: 'o si ebulliat -us!' SVET. Cal. 23, 3 Claudium -um non nisi in ludibrium reservavit. CIL VIII 18907 -o optimo. INSCR. Afr. Gsell I 2340 -o et Saturninae fil(iae) eius piis. *al.* **c** *de certis quibusdam deis vel hominibus, qui saepius -i nominantur (hic illic sublucet color sub 2a illustratus): Pluto* (*cf.* MART. CAP. *sub IIB*): VERG. Aen. 6, 402 licet -i servet Proserpina limen (*item Proserpinae*: OV. met. 5, 379 fast. 4, 445. LACT. inst. 1, 21, 24 ad incestum -i matrimonium rapta Proserpina. CLAVD. rapt. Pros. 1, 266). SEN. Herc. f. 761 (*Herculis ut*: Herc. O. 328). Phaedr. 1152 (*Athenae ut*: CLAVD. rapt. Pros. 2, 207). STAT. Theb. 1, 295 *Mercurii.* 3, 302 *Martis.* 4, 429 (*Dianae ut*: CLAVD. rapt. Pros. 2, 207). *Amulius* (*cf. etiam* FLOR. *sub B1b*): OV. am. 3, 6, 49 *Ilia* gemens -ique nefas delictaque Martis. fast. 2, 384. 3, 35. 4, 55 ense cadit -i Lausus (patrio, patruo *var. ll., v. ad IIB*). PS. AVR. VICT. orig. 19, 5 A. -um ... compressisse *Rheam.* *Neptunus*: OV. met. 4, 532 Venus ... sic -o blandita suo est (*eiusdem*: CLAVD. carm. min. 30, 124). 12, 597 (*Apollinis ut*: ARNOB. nat. 4, 25 p. 231, 8 M. AVG. civ. 3, 2 p. 99, 3 D.). VAL. FL. 1, 216 (*ad*

[Hickson]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Athenam) -i nunc flecte minas. *Scipio Calvus, sc. -us Africani, qui fere cum illius patre laudatur*: Liv. 26, 18, 11 sepulcra patris -ique. 26, 41, 8 cui pater et -us intra triginta dierum spatium ... interfecti sunt. *et saepe.* Vell. 2, 3, 1. 2, 90, 2 Val. Max. 9, 11 ext. 1 Sil. 7, 487. 13, 651 patris unanimique simul -i. *al.* *Tiberius*: Edict. imp. Claud. de Anaun. (CIL V 5050) 8 -i mei (*sc. Claudii ut ibid.* 12. *al.*). Tac. ann. 1, 33, 1 occultis in se *Germanicum* -i aviaeque odiis (2, 5, 2 aversa -i voluntas. 2, 43, 5 alienatio -i. 3, 3, 3. *al.* Svet. Cal. 1).

2 *specialia quaedam*: **a** *-us exemplum est senis nimium severi* (*v. quae ad 1c monuimus; locos fusius tractat Bettini, Antropologia e cultura romana, 1986, 27sqq.*): Cic. Cael. 25 *Herennius* fuit in hac causa pertristis quidam -us, censor, magister; obiurgavit M. Caelium sicut neminem umquam parens (*cf.* Catvll. 74, 1 Gellius audierat -um obiurgare solere *eqs.* Apvl. flor. 16, 9 *apud Philemonem est* -us obiurgator). Hor. sat. 2, 2, 97 (*damna vitae luxuriosae enumerantur*) adde iratum -um. 2, 3, 88 sive ego prave seu recte hoc volui, ne sis -us mihi (*cf. Pers. 3, 96* ne sis mihi tutor). Manil. 5, 454 tutorisve supercilium -ive rigorem. Pers. 1, 11 cum sapimus -os (Schol.: -i severi sunt circa fratrum filios). Svet. Claud. 9, 1 fremente Gaio -um potissimum ad se missum quasi ad puerum regendum. Porph. Hor. carm. 3, 12, 3 *v. sub IIB.* Avg. serm. 302, 21, 19 adolescentem domaret severitas patris, severitas -i, severitas magistri.

b *respicitur concubitus incestus*: *α matrimonium inter -um et filiam fratris, quod Romanis incestum fuit ante aetatem Claudii* (*v.* Tac. *infra; aliter apud Graecos, v. e. g. p. 792, 65*): Catvll. 111, 4 cuivis quamvis potius succumbere par est quam matrem fratres *patrueles* ⟨te parere⟩ ex -o. Ivv. 2, 33 *de Domitiano, -o Iuliae.* Tac. ann. 12, 3, 1 *Agrippina* pellicit -um *Claudium* (*in eadem re*: 12, 5, 1 nullo exemplo deductae in domum -i fratris filiae; quin et incestum. 12, 7, 2 quo *decreto* iustae inter -os fratrumque filias nuptiae ... statuerentur. 14, 2, 2 -i nuptiis [Avr. Vict. Caes. 5, 11]). Firm. math. 3, 6, 30 coibit aut cum ... -orum filiis aut cum ... -is (4, 6, 4). 6, 29, 23 Cod. Theod. 3, 12, 1. *β quilibet pertinens aliquo modo ad -um*: Catvll. 74, 3 -i perdepsuit ipsam uxorem (*de sim. adulterio*: 78, 6 qui -us -i monstret adulterium. 88, 3 -um qui non sinit esse maritum. Firm. math. 4, 6, 3 Vvlg. lev. 20, 20). Vvlg. lev. 18, 14 turpitudinem -i tui non revelabis (*Itala Lugd.* fratris patris. *cf. explicationes* Avg. loc. hept. 3, 44 quaest. hept. 3, 60). Conc. Epaon. a. 517 p. 26, 10 si quis relictae avunculi misceatur aut -i (*sim. de incestis coniunctionibus*: Conc. Arvern. a. 535 [Corp. Christ. 148 A] l. 59. *al.*).

c *respicitur tutela* (*cf. supra l. 16*): Cic. Verr. II 1, 139 M. Iunius tutor et -us. Gaivs inst. 1, 156 (*enumeratur inter agnatos, qui ex lege XII tab. tutores legitimi sunt*). Scaev. dig. 26, 7, 47, 6 -us tutor. 27, 1, 37 pr. habenti -um legitimum tutorem. Papin. dig. 26, 7, 39, 8 -us testamento fratris filio tutor datus *eqs.* Cod. Iust. 5, 34, 9 (*a. 294*) tutore legitimo -o constituto nec ullo excusato privilegio. Theod. 3, 17, 2 in feminis tutelam legitimam consanguineus -us non recuset. *al.*

d *respicitur ius hereditarium*: Tac. Germ. 20, 3 si liberi non sunt, proximus gradus in possessione fratres, -i, avunculi (*item agitur de gradu*: Gaivs dig. 38, 10, 1, 5 tertio gradu *sunt* ... ex transverso ... -us, amita *eqs. al.*). Fronto p. 11, 16 v. d. H. *v. sub 3bβ.* Gaivs inst. 2, 119 *inter eos, ad quos* ab intestato iure legitimo pertineat hereditas. 3, 10 *inter adgnatos, ad quos hereditas pertineat,* si nullus sit suorum heredum. Apvl. apol. 98, 2 suam spem bonus -us temperat in isto ..., qui sciat intestati pueri legitimum magis quam iustum heredem futurum. Cod. Theod. 5, 1, 1 *placet* -o eiusque filio ... deferri tertiam portionem. Vvlg. num. 27, 11 sin autem nec -os habuerit, dabitur hereditas his *eqs.* (*Itala Lugd.* frater patris). *al.*

3 *iuncturae et iuxta posita*: **a** *indicatur, cuius quis -us sit: per pron. poss. aut gen. subst. vel pron. passim; formae pleniores: forma* ille illi -us (est): Ov. epist. 8, 119 per patris ossa tui, -i mihi, *iuro.* Tac. hist. 2, 48, 2 -um sibi Othonem fuisse. Pavl. dig. 38, 10, 10, 14 Cod. Iust. 6, 58, 14, 6. *v. etiam p. 794, 15.* *forma* ille illius -us est: Liv. 3, 40, 1 qui -us Appii decemviri erat. Tac. ann. 3, 31, 4 Sullae (*nisi est dat.*). Lampr. Alex. 49, 5.

b *iuxta ponuntur alii cognati*: *α in iuncturis bimembribus*: pater: Ter. Phorm. 199 huius patrem vidisse me et -um tuum (Cic. Phil. 3, 18 Liv. 26, 41, 8. 28, 28, 13. *al.*). 607 -um video cum p. astantem. Cic. har. resp. 26 p. tuus, ... -us. Att. 10, 4, 6 nec -o nec p. Ov. epist. 14, 111 p. -usque (Liv. 26, 18, 11. 26, 41, 4. 21. 24. *al.* Sil. 7, 487. 13, 651. 15, 42 Tac. ann. 2, 14, 4. *al.*). Sen. contr. 1, 1, 4 uterque -us est, uterque p. est. Sen. Thy. 310. 329 si -um vocant, p. est. Tro. 239. Sil. 16, 87 hinc p., hinc -us. *al.* avunculus (*cf. p. 794, 6; opp. e. g.* Cod. Iust. 5, 30, 1 [*a. 290*]. 6, 20, 19, 2): Orat. imp. Claud. (CIL XIII 1668) 2, 2 Aug⟨ustus av⟩onc⟨ulus m⟩eus et -us Ti. Caesar (Cypr. epist. 39, 3). Cod. Iust. 2, 4, 25 (*a. 294*) cum -o sive a. Theod. 3, 12, 1 ut -us aut a. Vvlg. lev. 20, 20 -i vel a. *al.* *β in serie plurium membrorum* (*selecta*): Cic. Cael. 33 non patrem tuum videras, non -um, non avum, non proavum, non ⟨abavum, non⟩ atavum audieras consules fuisse? Planc. 29 *vivere* cum parente ..., cum -o cum adfinibus, cum propinquis. Hor. sat. 1, 6, 131 si quaestor avus pater atque meus -usque fuisset. Sen. benef. 5, 18, 1 si et patri beneficium datur, numquid et fratri? numquid et -o? numquid et avo? *eqs.* Fronto p. 11, 16 v. d. H. *ne testamentum aperiatur, postulabunt* filia ... nepos abnepos frater consobrinus -us avonculus amita matertera (Gaivs dig. 38, 10, 1, 5 Pavl. dig. 38, 10, 10, 8. 14. *al.*). Capitol. Aur. 1, 3 pater ... avus ... -us ... amita ... mater *eqs.* Cod. Theod. 3, 12, 3 de latere frater soror -us amita. *al.*

B *transfertur ad alios cognatos* (*generatim de -o eiusque ascendentibus* Isid. orig. 9, 6, 24 de -is [*de eis quae sequuntur v. Bush, Trans. Am. Phil. Assoc. 103, 1972, 39sqq.*]): **1** *usu neglegentiore*: **a** *de fratre patrueli patris* (*vix huc pertinet* Tac. ann. 4, 8, 4 *cum Drusus adoptionis iure liberorum Germanici -us dici possit*): Plavt. Poen. *passim* (*cognatio explicatur v. 59sqq.*), *e. g.* 115 pater harunc idem huic -us adulescentulo est. 1076 mi -e, salve. *addas fort. titulum fabulae, cf.* 54 latine Plautus '-us Pultiphagonides' (*sc. pro gr. Καρχηδόνιος, si recte explicat Copley, Am. Journ. Phil. 91, 1970, 77sq.; aliter Maurach, 1988, ad l. p. 32*). Ivst. 18, 1, 2 ne ... inferior -o suo Alexandro *Epiri rege* videretur *Pyrrhus.* **b** *de -o magno* (*cf. 2a*): Flor. epit. 1, 1, 5 *Romulus* -um ab arce deturbat, avum reponit.

2 *usu technico accedunt epitheta*: **a** -us magnus *de fratre avi* (Gloss. frater avi. *cf. 1b*): Gaivs dig. 38, 10, 1, 6 quarto gradu sunt ... -us m., amita magna. Pavl. dig. 38, 10, 10, 15 -us m. est frater avi; ... quattuor personas hoc nomen amplectitur, ut sit avi paterni vel materni frater *eqs. ibid.* fratris ... mei nepos neptisque me -um m. appellant. Cod. Iust. 6, 16, 1 (*a. 223*). Spart. Hadr. 2, 4 a -o m. Aelio Hadriano ... praedictum *est imperium.* Sept. Sev. 1, 2. *et saepius* **b** -us maior *de fratre proavi*: Pavl. Fest. p. 136 m. -us avi et aviae -us. Tac. ann. 12, 22, 2 m. ei *Lolliae* -um Cottam esse. Scaev. dig. 32, 38, 4 habuit -um m. Iulium Agrippam. Pavl. dig. 38, 10, 10, 16. *al.* **c** -us maximus *de fratre abavi*: Pavl. dig. 38, 10, 10, 17 -us m.: is est abavi frater, atavi et ataviae filius, patris vel matris -us maior (*postea syn.* abpatruus). *al.*

II *adi.*: **A** *superl. per blanditias de ipso -o*: Plavt. Poen. 1196 -e mi -issime (*antea* 1192 -e. 1195 o -e, o -e mi. *de cognatione v. sub IB1*). **B** *posit. de rebus, i. q. pertinens ad -um, fratrem patris* (*exstat in codd. aliquot* Ov. met. 11, 328. 12, 597 fast. 4, 55 [Ov. *uti videtur potius adi. q. e.* patruelis, *v. ibi sub 2*] *nec non* Sen. Thy. 61 [*v. Tarrant, 1985, ad l.*]. *e coni.* Sen. Med. 457 [*v. Zwierlein, Würzb. Jahrb. 3, 1977, 160sq.*]. *de* CIL IV 5384 -a *parum constat*): Hor. carm. 3, 12, 3 *puellarum* miserarum est ... exanimari metuentes -ae verbera linguae (patriae *falsa var. l.*; Porph.: pro 'severae' positum; videntur enim -i adulescentibus corripiendis austeriores esse quam patres *eqs.*). Mart. Cap. 1, 92 *Mercurius* sic -is, *sc. Neptuni Plutonisque*, servit honoribus, ut *eqs.*

deriv.: patruelis.

compos.: ab-, propatruus. *cf. Onom.* Hickson.

pattia CIL VIII 16396, 10 (*v. adnot.*). *obscurum; estne conferendum cum* patium *?*

pattioca *v.* batioca.

***patulus,** -a, -um. *a* patere (*item* Prisc. gramm. II 138, 7). Not. Tir. 63, 19 patolom (*antea*: patet). *compar. et superl. non leguntur, sed cf.* magis -us Varro rust. 2, 9, 10 Physiogn. 118 (*dubites de* Tac. ann. 15, 40, 1), maxime -us Qvint. inst. 9, 4, 33, bene -us Anon. med. ed. Piechotta 183 *et sim. al.* *de notione*: Serv. ecl. 1, 1 (*sim.* Aen. 6, 725) -um dicimus quod patet naturaliter, ut nares, arbor; patens vero est quod et aperitur et clauditur, ut ostium, oculi (*inde* Isid. diff. 1, 434 [*paulo aliter* diff. app. 77]. Gloss.; *cf. p. 795, 6*). Gloss. *ἀνεῳγώς. ἠνεῳγμένος. ἡπλωμένος.* -a: aperta, expansa. ampla aut diffusa. -um: patens. *ἐκπέταλον, συνεστός* (*vix recte trad.*; *διεστός Scaliger*), *διακεχηνός. sim. al.* *legitur saepe in versibus inde a* Plavto, Lvcr., Varrone At., Verg. (*frequentatur ab* Ov. [*13ies*], Sil. [*28ies*], Avien. [*18ies*]), *aliquanto rarius in prosa oratione inde a* Varrone, Cic., Fest., Sen. *phil.*, Colvm. [*sard. mer.* pádulu. *cf. M.-L. 6302. Battisti-Alessio IV 2801. Wagner II 204. St.*] [*confunditur in codd. c.* validus Aetna 160, vetulus Ivv. 16, 39; *falsa var. l. pro* pandis Verg. georg. 2, 194 *v. p. 203, 47, pro* platano Calp. ecl. 4, 2; *vix recte restituitur e. g.* Val. Fl. 1, 399 (*v. Hudson-Williams, Mnemosyne 39, 1986, 134sqq.*), Avien. Arat. 1260 (*v. Soubiran, 1981, ad l.*).]

i. q. patens, sc. de eis, quae sive extenta sive aperta sunt (*qui colores saepe vix dinosci possunt; potius status apertus respicitur nimirum, ubicumque de ostiis, faucibus sim. agitur, quod infra distinximus; proleptice p. 795, 25. 796, 33; accedit dat. p. 795, 40. 796, 9, abl. p. 795, 4. 7. 796, 40, praepos.* ad *p. 795, 17. 43. 796, 23,* in *c. acc. p. 795, 44. 72. 796, 48,* per *p. 796, 11*): **I** *pertinet ad partes animantium*: **A** *de ipsis animalibus parte quadam -a insignibus*: Plavt. Truc. 277 *ut me* amplexari mavelim -am bovem (*locis naturalibus hiantibus*; -um *P contextu corr. et* Paul. Fest. p. 221; *dubium utrum lateat t. t. rei rusticae in obscenum versus, an*

[Bruun]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ex solo Plauto pendeant loci hi: FEST. p. 229 -i boves, quorum cornua in diversum super modum patent [*sim.* PAVL. FEST. p. 221, *ubi* PLAVT. *affertur.* SERV. auct. georg. 3, 55, *ubi distinguuntur* camuri boves. GLOSS. V 555, 29. *cf. etiam l. 16*]). CIC. nat. deor. 2, 123 pina ... duabus grandibus -a conchis (*cf.* CIC. *sub B1a; de similibus animalibus*: HOR. sat. 2, 4, 34 pectinibus -is [PORPH. natura -is ut Vergilius *l. 66.* SCHOL. repandulis]). GELL. 7, 6, 12 quae *aves* ingentibus alis -ae atque porrectae praevolarent (*comparatur gr.* ταννπτέρυξ).

B *de partibus corporis* (*in imagine de sensu l. 44, de affectu l. 48*): **1** *proprie*: **a** *de variis partibus*: CIC. fin. 3, 63 quae *bestia* in concha -ā pina dicitur (*cf.* CIC. *sub A*). CIRIS 497 -ae frontis species. MANIL. 2, 253 Cancer -am distentus in alvum. GERM. 187 -is manibus stat *Cepheus* ([*gr. 183* χεῖρας τανύοντι, *Avien. Arat. 444* manus ... tendit. *cf. l. 18*]. SIDON. epist. 1, 2, 3). SEN. nat. 6, 24, 2 in visceribus et -o interioris partis recessu (*antea*: in laxiori corporis parte). COLVM. 7, 3, 3 intorta potius quam subrecta et -a cornua *arietis* (*cf. etiam p. 796, 41*). MELA 3, 56 *genti cuidam sunt* magnae aures et ad ambiendum corpus omne -ae. MART. 13, 5, 1 -o lucet ficedula lumbo. AVIEN. Arat. 1166 ulnas mersatur -as *Cepheus* (*var. l.* -us). *al.* **b** *de foraminibus et meatibus corporis*: LVCR. 5, 1076 fremitum -is sub (ubi *Lachmann*) naribus edit *equus* (VARRO AT. carm. frg. 22, 6 n. aerium -is decerpsit odorem *bos* [*inde Servio teste* VERG. georg. 1, 376 -is captavit n. auras *bucula*]. OV. met. 3, 686 GRATT. 270. *et saepius*). VARRO rust. 2, 9, 10 *ossa cum cibo cani data faciunt eius* os magis -um, ... quod vehementius diducuntur malae (*al. v. vol. IX 2, 1077, 37. 1088, 41 sq.*). OV. met. 6, 378 ipsa ... dilatant -os convicia rictus *ranarum* (CLAVD. 21, 262 serpentum. *al.*). 11, 60 *Phoebus* -os ... indurat hiatus *serpentis* (SEN. Thy. 157 *Tantali.* SIL. 2, 119 *Harpe* -o excipiens ... h. *sagittam.* 3, 34 *leonis. al.*). PHAEDR. app. 23, 2 devorare -a cum vellet gula *lacertam serpens.* SIL. 2, 685 -o ... gutture *leonis.* 6, 275 -is ... faucibus *vulneris* (*al., sc. de ipsa gula sim., v. vol. VI 1, 399, 46*). 14, 550 *Poenorum* vulneribus -is intrat mare (Ps. HIER. epist. 5, 3 p. 64^{D} PRVD. c. Symm. 2, 1112). MART. 9, 31, 7 -o ... rostro alitis. SER. SAMM. 965 *remedia* pandere ... poterunt ulcus -oque mederi (*vix neutr. pro subst.*). PHYSIOGN. 30 si *oculi* ... -i fuerint, impudentiae ... esse designant ([*opp.* si plerumque palpebras iungunt; *cf. Adamant. 1, 10 p. 317, 3* ἀναπεπταμένοι]. 106. 107 [*si recte suppletur*]. *aliter l. 58*). *al.*

2 *in imagine et translate significatur*: **a** *animus aliquid benigne recipiens, obsequens sim.*: HOR. epist. 1, 18, 70 *non* retinent -ae commissa fideliter aures *percontatoris* ([PORPH. paratae ad audiendum]. 2, 2, 105 obturem -as ... legentibus *versificatoribus* a. AMM. 15, 3, 5 -is imperatoris a. infundebat *criminationes. al. apud eundem.* Ps. PROSP. carm. de prov. 591 CASSIOD. in psalm. 26 concl.). HIL. in psalm. 118 vau 9 p. 415, 23 ('dilatasti cor meum') ad deum -o esse ... corde. p. 416, 15 quam -us nostrae humilitatis in desideria divina fit sensus (*antea*: dilatantur angustiae *mentis*). AVIEN. ora 18 *scio te* esse -i pectoris, sensu capacem (*17* hiantibus ... faucibus). orb. terr. 261 lector, ... -o bibe carmina rictu. CLAVD. 22, 112 *Avaritia* -is rimatur faucibus aurum. PRIMAS. in apoc. 5, 8 l. 592 pia confessio, ubi non duplici quicquam corde clauditur, sed affectu -o reseratur. **b** *os maledicens*: CONC.^{S} I 5 p. 160, 26 qui -um semper et petulans os habent in Christum (*gr. I 1, 6 p. 137, 25* ἀπύλωτον).

C *transfertur ad actiones, qualitates sim.*: **1** *oris aperti*: APVL. met. 5, 23, 3 -is ac petulantibus saviis ... ingestis. CYPR. GALL. iud. 493 *cibum immundum* -o decerpere morsu (*nisi* morsu *metonymice dictum, ut spectet ad B; item* PAVL. PETRIC. Mart. 4, 548). **2** *aculei cavi*: TERT. scorp. 1 p. 144, 12 *scorpii* spiculum et fistula est -a tenuitate. **3** *stomachi avidi*: MACR. Sat. 7, 5, 29 ventrem ... -a exspectatione rapientem *cibos gratos.* **4** *oculi nimis aperti, stolidi sim.*: PHYSIOGN. 93 aciem oculorum non penetrabilem nec efficacem sed -am (*cf. Adamant. 2, 47 p. 412, 8* ἀχανές).

II *pertinet ad alias res*: **A** *arbores, herbas earumque partes* (*respiciuntur imprimis rami late diffusi; de caulibus non clausis l. 74, de rimis hiantibus* GELL.): CIC. de orat. 1, 28 ad opacandum hunc locum -is est diffusa ramis *platanus* (VARRO rust. 3, 12, 3 CVLEX 146 OV. met. 7, 622 HIER. vita Pauli 5). VARRO rust. 2, 2, 11 sub umbriferas rupes et arbores -as (OV. met. 1, 106 STAT. silv. 3, 1, 70). VERG. ecl. 1, 1 (*inde* georg. 4, 566 SIDON. carm. 4, 1) Tityre, tu -ae recubans sub tegmine fagi ([*cf.* SERV. *p. 794, 54.* SCHOL. Bern. latae, excelsae vel ... ramis diffusae. *al.*]. SEN. Herc. O. 653. AMBR. hex. 3, 13, 54 -ae f., ... procerae abietes). VERG. (?) catal. 9, 17 -ae sub tegmine quercus. NVX 20 (*loq. arbores*) coepimus in -as luxuriare comas (VITAE patr. Iurens. 7 M. [*sec.* HIER. *l. 64*]). PERS. 3, 6 -a pecus omne sub ulmo est. CALP. ecl. 5, 2 torrentem -a vitabant ilice solem (*inde* NEMES. ecl. 3, 2). PLIN. nat. 14, 12 *arboris cuiusdam* tabulata in orbem -a replent *vites.* 15, 122 Tarentinam *myrtum* folio minuto, nostratem -o. 19, 140 Cumanum *genus brassicae* sessile folio, capite -um (*cf.* ANTH. 646, 9 caulibus ... -is). SIL. 5, 487 *quercus* diffusas -o laxabat stipite frondes. GELL. 15, 16, 2 *quercum* -is ... rimis (ramis *trad.*) hiantem. *de statu ramis -is effecto*: PLIN. nat. 17, 5 lotoe -a ramorum opacitate lascivae.

B *loca, regiones, aequora sim.*: **1** *quaelibet* (*respiciuntur maxime quae late extenta vel plana, expedita sunt; cavum aedium tecto carens l. 6, Alpes parum defensae l. 24*): LVCR. 6, 108 -i ... aequora mundi. VARRO ling. 5, 161 cavum aedium dictum qui locus tectus intra parietes relinquebatur -us (*item in aedibus*: APVL. met. 4, 17, 2 domus tuae -um ac perflabilem l. *ceterum*: TAC. ann. 15, 40, 1 grassatus ignis -is magis urbis l. VITAE patr. Iurens. 6 M. repperit ... inter saxosa convallia culturae -um l., qui ... in planitiem aliquantulum relaxatur). CVLEX 16 -ā praepandit cornua fronte *rupes.* 47 -os velabant gramina colles (STAT. Theb. 7, 444 c. per excelsum -o). PROP. 3, 16, 4 *Tibure, ubi Anio* cadit in -os ... lacus (OV. met. 2, 379). MANIL. 1, 204 nec -as distenta *tellus* plagas, sed condita in orbem. 4, 612 Peloponnesi -as ... oras (AMM. 22, 16, 9 pandas o. et -as *Aegypti*). 4, 648 *fluctus* -is ... funditur arvis (LVCAN. 4, 743 SIL. 4, 545. 8, 459 -o ... iacens sine moenibus arvo Fulginia). MELA 3, 77 *Euphrates* late diffusus in stagna ... et sine alveo -us. CALP. ecl. 7, 6 *Nero spectacula* -ā ... edit harena (*aliter*: AVIEN. ora 688 -as ... harenas quinque sulcat ostiis *Rhodanus*). 7, 30 -um concedit vallis in orbem (AVIEN. Arat. 1042 signiferi). SIL. 6, 143 stagnante vado -os involvere campos (*al. v. vol. III 218, 49 sq.*). 7, 376 in -os ... emicat agros *Poenus* (8, 189 [*loc. fort. spurio*]. 15, 556 NEMES. auc. 1, 11 AVIEN. orb. terr. 587. *al.*). 11, 487 -o ... ex aequore ([*maris ut* ALC. AVIT. carm. 1, 283]. 13, 157 *campi*). 14, 367 -os ad proelia fluctus. 15, 662 praecludite ... nimium -as Poenis grassantibus Alpes. *al.* *de natura loci -i*: AMM. 23, 6, 65 dispar est tractuum diversorum ingenium: hic -um, alibi molli devexitate subductum. **2** *fauces, cavernas, vias* (*sive apertas, sive amplas, latas*): AETNA 160 ora ... -a ... vastosque recessus *Aetnae* ([*cod. G*, valida ... validosque *cett.*]. AVIEN. orb. terr. 243 ore sinūs -o ... aequora prorumpunt). OV. met. 3, 162 *fontis* -os ... hiatus (ENNOD. epist. 1, 6, 4 p. 14, 11 -os cohaerentium h. montium). 7, 245 -as perfundit *victimae* sanguine fossas *Medea* (STAT. Theb. 10, 521). SIL. 5, 618 umbras ... Stygias ... vorago faucibus ostendit -is. 17, 423 *miles* aperit -as prostrato corpore ... vias *in acie.* SOL. 38, 7 specus ... -us hiatu amplissimo ([*Mela 1, 72* patens]. VERS. metr. Diom. gramm. I 512, 28. 30). SYMM. epist. 7, 15 planus ac -us accessus est. *al.*

C *quaslibet*: **1** *corporeas* (*in imag. l. 51. 65. 71*): **a** *de variis, quae extenta, lata sunt*: VERG. Aen. 7, 115 -is ... quadris *libi* (*cf.* IVV. 16, 39 cum -o [vetulo *var. l.*] ... libo). OV. met. 8, 30 -os sinuaverat arcus *Minos.* PLIN. nat. 12, 10 laxe ... ramorum trabibus scamna -a *in arbore convivantibus.* AMM. 22, 8, 37 *Scythici arcus* pandis et -is cornibus. 24, 6, 7 *scuta* -a sunt et incurva. SEDVL. carm. pasch. 5, 182 in -i suspensus *Christus* culmine ligni ([*op. pasch. 5, 15* alto patibuli ... in ligno]. *item de cruce*: INSCR. christ. urb. Rom. 4134 vers. 2 [*saec. VI in. ?*]). **b** *de navibus, vehiculis, aedificiis* (*sc. amplis, latis sim., sed apertis* MAR. VICTOR): VERG. georg. 3, 362 puppibus illa *unda* prius -is nunc *propter gelu* hospita plaustris (-is ... plaustris *iungit* SCHOL. Bern., *sed cf. l. 48*). PLIN. nat. 36, 68 naves ... in latitudinem -as. SIL. 3, 473 -is non puppibus aequus *fluvius* (AVIAN. fab. 19, 7. *cf.* VERG. *supra*). 14, 277 -os urbs inclita muros milite ... impleverat. STAT. silv. 4, 6, 2 -is ... Saeptis *Iuliis.* HIL. in psalm. 118 vau 9 p. 416, 8 -um ... domicilium ... deo opus est (*antea*: angusta ... corda. *item in imag.*: CASSIOD. in psalm. 118, 45 [*antea*: mens coangusta]). MAR. VICTOR aleth. 2, 498 -a ... missus ab arca *corvus* (*cf. Vulg. gen. 8, 6* aperiens Noe fenestram arcae). **c** *de vasis, receptaculis nec non de ostiis, foraminibus* (*sive latis, ut certe l. 64. 72, sive apertis, ut certe l. 71. 73* [*de vase perforato* RVFIN.]; *hunc usum vocis respiciunt veriloquia* VARRO ling. 5, 120 *et* ISID. orig. 20, 8, 2, *v. p. 656, 33*): CIRIS 369 nutrix -a componens sulphura testa. OV. met. 8, 675 in -is ... canistris. 14, 752 -is ... tectum sublime fenestris (CYPR. GALL. gen. 828 VEN. FORT. carm. 10, 6, 89). LVCAN. 9, 502 *miles aquam* -um galeae confudit in orbem (CLAVD. carm. min. 45, 2 conchae *i. vasis aquarii*). PLIN. nat. 14, 134 ventriosa ac -a *dolia* minus utilia. SIL. 5, 48 ore levem -o texens *piscator* ... nassam (VAL. CEM. hom. 19, 4 [*vasis ut* GREG. TVR. glor. conf. 83 p. 802, 3]). IVV. 3, 277 -as defundere pelves *e fenestris.* 13, 74 quam *summam* -ae vix ceperat angulus arcae. APVL. met. 8, 28, 5 stipes aereas ... sinu recepere -o (SYMM. epist. 2, 79, 2 -o amicitiae s. CYPR. GALL. exod. 487 [*ad exod. 14, 22*] accepit *unda Hebraeos* ... s. -o). SCHOL. Verg. Veron. ecl. 7, 33 'sinum' ... vas -um (VEG. mil. 4, 11 per alveos aliaque -a v. ORIBAS. syn. 6, 25, 7 Aa p. 18, 5 H. [*gr. non resp.*]. *cf.* ANON. med. ed. Piechotta 183 vasculo ... bene -o). RVFIN. hist. 11, 26 hydriae ... crebris et minutis ... foraminibus -ae. ALC. AVIT. hom. 25 p. 146, 2 *caeli* fores ... iustis -as, inpiis inaccessas. CASSIOD. in psalm. 150, 3 tubulus a -o circulo incohans et desinens in angusto foramine. VITAE patr. Iurens. 65 M. a parte -a *arboris cavatae.* *al.*

2 *incorporeas* (*cf. imagines sub 1 nec non IC*): **a** *quae omnibus patent, tritae, viles sunt*: HOR. ars 132 si *scribens* non circa vilem -um-

[Bruun]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

que moraberis orbem (*v. vol. IX 2, 911, 62sqq.*). **b** *quae late patent, extenduntur*: VAL. FL. 6, 132 *populus quidam in bello* doctus... -o vaga vincula gyro spargere et extremas laqueis adducere turmas. DIOM. gramm. I 299, 12 *lectio* in tribus divisionibus quamvis -a sit, tamen in singulis suam continet brevitatem (*antea*: prolixitatis). **c** *quae in aperto fiunt*: GREG. TVR. Franc. 5, 14 p. 211, 10 ut quid ... circa basilicam occulimur? ... exerceamur venationem spectaculisque -is iocundemur.

neutr. patulum, -ī *pro subst. i. q. apertum* (*vix addas p. 795, 33*): PS. QVINT. decl. 13, 12 cum se ruptis iam tunicis in -um capita *florum florescentium* fuderunt (PAVL. NOL. carm. 19, 425 haec licet in -o sibi prompta videret *fur auferenda*). SYMM. rel. 26, 5 (*antea*: hiulcam compagem lapidum) ut ... -a quaeque faeni ... manipulis clauderentur (*syn.* hiantia).

adv. **patulē.** *i. q. aperte* (*cf. locut. praepos. l. 9sq.; medii aevi est adv.* patulo Ps. DAMAS. epigr. 71, 12): GLOSS. II 226, 50 *ἀνεῳγότως*: -e. 424, 27 *προφανῶς*: -e.

cf. Onom. *Bruun.*

paturum *v. p. 647, 48.*

1. patus, (-ī *?*) *m.* *originis et notionis incertae*: QVEROL. p. 17, 18 R. si dives fueris, -us appellaberis; sic nostra loquitur Graecia (*v. Emrich, 1965, ad l. et Küppers, Philologus 123, 1979, 317sqq.*).

2. patus *v.* 1. patos.

pāva, -ae *f. v. sub* pavo (pavus). *W.*

paucī *v.* paucus.

pauciē(n)s *adv.* *a* paucus (*cf.* totiens *sim.*). *de scriptura* -es *vel* -ens *v. infra.* [*olim edebatur pro* raro BOETH. elench. soph. Arist. lat. 179 a 35 (= 2, 4 p. 1032^{D} Migne), *sc. e rec. Guillelmi saec. XIII.*]

i. q. raro (*cf.* PAVL. FEST. p. 220 -ens dicebant pro raro [*affert* TITIN. com. 40]. NON. p. 157, 14 -ens pro raro dici veterum auctoritas docet [*var. l.* -es; *affert* TITIN. com. 40. 41 COEL.; *inde* GLOSS. V 645, 76]): TITIN. com. 40 tuam ... uxorem ⌊-es video⌋ (*sic codd. Non.*; -ens videbo *codd. Paul. Fest.*). 41 in urbem -es venire soles (*textum sic trad. alii aliter transposuerunt*). COEL. hist. 43 consulto non -es arcessitum (-ens *var. l.*).

paucietās *v.* paucitas.

paucillum: paulum GLOSS.^{L} I Ansil. PA 870. *a* paucus *demin., ut vid., nisi pro* pauxillum *ponitur.*

pauciloquium, -ī *n.* *a* paucus *et* loqui. *i.q. paucitas sermonis*: PLAVT. Merc. 34 hoc (*sc.* multiloquium *amatoris*) -um rursum idcirco praedico, quia nullus ... amator adeost ... facundus *eqs.* (*v. etiam sub* parumloquium).

[pauciloquus *adi.*: -i *vix recte rest. Havet, Arch. Lat. Lex. 2, 1885, 134sq.* PLAVT. Merc. 31, *v. supra p. 545, 54.*]

? **paucīsco,** -ere. *a* paucus (*si recte trad.*). GLOSS. V 545, 14 (*spectare videtur ad Verg. Aen. 3, 411*) rariscent: -ent (*Landgraf, Arch. Lat. Lex. 9, 1896, 421, sim. rest.* 609, 13 patricent. 631, 3 patriscent; *sed Löfstedt, ibid. 14, 1906, 133, ubique probabilius* patescent *coni.*).

paucissimē *v. sub* paucus.

***paucitās,** -ātis *f.* *a* paucus. *scribitur* pac- *cod. D* (*saec. VIII*) OROS. hist. 5, 14, 1; -ciet- *in var. l.* LIV. 22, 24, 9 REGVLA mag. 11, 26; -cid- *cod. Harl.* (*saec. VIII*) GLOSS. II 381, 50. NOT. Tir. 3, 98. GLOSS. II 381, 50 *ὀλιγανδρία*: -s. *legitur inde a* CIC. *in sermone pedestri, sc. non nisi sing.* [*sard.* pakitate. *cf. Wagner II 202. St.*] [*loco corrupto*: VELL. 2, 127, 2 neque in parva (parvo *var. l.*) -s ministeria defecit (*sic trad.*; ministerii *coni. Kreyssig, alii alia; locum secl. Voss*).]

i. q. status eorum, qui pauci (quae pauca) sunt, ὀλιγότης (*hic illic usu plus minusve metonymico significantur ipsi pauci vel ipsa pauca, e. g. infra p. 798, 38. 49. 65. 72*): **I** *usu originario significatur status non multorum*: **A** *usu fere technico respiciuntur genera, sc. in arte logica et inde in rhetorica* (*cf. Martin, Antike Rhetorik, 1974, 94; addas locos a* CIC. inv. *derivatos, sc.* FORTVN. rhet. 2, 21 IVL. VICT. rhet. 14 p. 419, 31 sqq.): CIC. inv. 1, 32 quae partitio rerum distributam continet expositionem, haec habere debet: brevitatem, absolutionem, -em; ... -s in partitione servatur, si genera ipsa rerum ponuntur *eqs.* (*cf. ad l.* MAR. VICTORIN. rhet. 1, 22 p. 211, 21 si studere volumus -i, etiam genera pauca ... conlocare debemus). *ibid.* ut ... -s generum in partitione servari possit (BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 4 p. 143, 17 ut infinitas rerum diversitates ... -e g. comprehenderet *Aristoteles.* p. 143, 19). 1, 33 illud quoque pertinet ad -em, ne aut plura, quam satis est, demonstraturos nos dicamus ... aut *eqs.* de orat. 1, 189 genera ... ad certum numerum -emque revocanda *sunt.* 2, 145 genera ... esse definita non solum numero, sed etiam -e. MART. CAP. 4, 352 cum per differentias ad -em genera redigimus *in divisione dialectica.*

B *usu communi; qui pauci (quae pauca) sint*: **1** *indicatur genetivo* (*aliter, sc. gen. poss. et part., p. 798, 61. 65. 72*): **a** *plur.*: CIC. Verr. II 3, 80 cum Philinus ... de calamitate aratorum et de fuga et de reliquorum -e ... diceret. *ibid.* de -e aratorum. de orat. 1, 8 quanta oratorum sit et semper fuerit -s. 1, 19 quae causa sit eloquentium -is. MARCELL. Cic. fam. 4, 11, 1 in summa -e amicorum, propinquorum ac necessariorum. CAES. Gall. 3, 9, 4 navigationem impeditam propter ... -em ... portuum. LIV. 23, 22, 2 solitudinem curiae -emque convenientium. 23, 22, 4 non ⟨patrum⟩ solum inopiam sed -em etiam civium. COLVM. 9, 11, 3 potest ... -s apium emendari. TAC. hist. 1, 27, 2 -e salutantium trepidum *Othonem.* GELL. 20, 1, 31 -s assium (*antea*: aere isto pauco). APVL. apol. 17, 6 imperatores ... -e servorum gloriatos. 17, 11 multitudinem comitum philosophi quam -em reprehendere maluisset *adversarius.* ITALA psalm. 101, 24 (Sangerm. *al.* = PSALT. Rom., *sim.* VVLG.) -em dierum meorum enuncia mihi ([*gr. ὀλιγότητα, Veron. al.* exiguitatem]. VVLG. Iob 10, 20 numquid non -s d. m. finietur brevi?). AVG. trin. 15, 6, 9 redigimus ... illa duodecim in istam -em trium. Ps. AVG. serm. 55, 5 orandi compendio et ... -e verborum. COD. Theod. 12, 1, 32 curias hominum -e languescere.

al. *-s militum, defensorum sim.* (*cf. b et l. 32sqq. 36. 64 p. 799, 11*): CIC. fam. 3, 6, 5 in tanta militum -e (15, 1, 6. CAES. Gall. 4, 30, 1 cum ... -em m. ex castrorum exiguitate cognoscerent. *al.* LIV. 10, 26, 8. *al.; cf.* AMM. *sub b*). CAES. Gall. 3, 24, 2 propter ... -em ... nostrorum se tuto dimicaturos existimabant (BELL. Alex. 74, 3. TAC. Agr. 37, 1 *Britanni* -em nostrorum spernebant). 5, 45, 1 res ad -em defensorum pervenerat. *al.* HIRT. Gall. 8, 8, 1 contempta suorum -e ([*var. l.* sua]. BELL. Afr. 11, 4. 14, 1 LIV. 9, 35, 2. 28, 3, 8 nimia -e s. CVRT. 3, 13, 1. *al.*). 8, 39, 2 quorum *oppidanorum* ... -em contemnebat *Caesar* (*cf.* LIV. 6, 3, 3 -s oppidanorum). BELL. Hisp. 14, 2 nostrorum equitum. LIV. 5, 38, 3 Brennus ... in -e hostium artem maxime timens (6, 22, 9. *al.* CVRT. 5, 13, 22 [*opp.* multitudinem suam]. *al.; cf.* CVRT. *sub b*). 34, 40, 6 contempta -e eorum, qui in arce erant. 41, 2, 10 proelium atrocius quam pro -e resistentium fuit. *al.* **b** *sing. collect.*: CVRT. 4, 14, 8 contempserat ... -em hostis. AMM. 29, 5, 39 militis -e diffisus.

2 *indicatur adiectivo vel pron. poss.* (*aliter l. 75; cf. et l. 18. 21*): CIC. Rab. perd. 18 vocem indicem stultitiae vestrae, testem -is (vestrae *om.* Quint. inst. 11, 3, 169 *et* Iul. Ruf. rhet. 33 p. 46, 23, *ut locum ad 4 transferas*). LIV. 40, 31, 9 quos cum et -s sua et multitudo hostium ... terruisset (IVST. 20, 3, 4. AVG. in psalm. 54, 26 propter timiditatem -is suae). 44, 38, 6 ex hac nostra -e quarta pars militum ... relicta erat (CVRT. 9, 2, 24). COLVM. 9, 13, 11 reliqua -s favis complendis non sufficit (*sc. reliquarum apium*). FRONTIN. strat. 2, 12, 3 ne ... contemptu praesentis -is hostes castra eius oppugnarent (*i. -is praesentium militum*). AMM. 26, 6, 18 *in curia* nullo clarissimorum, sed ignobili -e inventā (*i. paucis ignobilibus*; ignobilium *Heraeus, edd. rec.*). VEG. mil. 1, 1 -s Romana (*opp.* Gallorum multitudinem). AVG. serm. 56, 12, 16 christianam.

3 *indicatur praepositione* in *cum abl.*: HIL. in Matth. 22, 7 (*ad Matth. 22, 14*) non est ... -s in invitatis, sed raritas in electis.

4 *intellegitur e contextu* (*generaliter* BOETH.; *v. etiam ad* CIC. *sub 2; exempla selecta post* PLIN. epist.): CIC. fam. 2, 11, 2 mira -s est *pantherarum.* BELL. Afr. 18, 4 equites iumenta ex nausea recenti, siti, languore, -e, vulneribus defatigata ad insequendum hostem ... tardiora *habebant* (-e *del. Wölfflin-Miodoński*). LIV. 1, 49, 6 *Tarquinius* statuit nullos in patres legere, quo contemptior -e ipsa ordo *senatorius* esset. SEN. contr. 7 praef. 1 *rhetor quidam* alius erat, cum turbae se committebat, alius, cum -e contentus erat. SEN. nat. 5, 2 in foro ..., quamdiu -s est, sine tumultu ambulatur. epist. 10, 1 fuge multitudinem, fuge -em, fuge etiam unum. COLVM. 9, 8, 2 aestimare vel multitudinem vel -em, *sc. apium.* QVINT. inst. 5, 7, 23 -em ... incessere, *sc. testium.* TAC. Germ. 40, 1 Langobardos -s nobilitat. PLIN. epist. 6, 13, 5 septem *senatores* ... in priore sententia perseverarunt; erant in hac -e non nulli, quorum *eqs.* HIL. in Matth. 15, 7 hic indefinitus, sub -is tamen significatione, numerus est (*cf. 15, 6* paucos pisces; *respicitur Matth. 15, 34. nisi ad IIB, sc. de parvitate ipsius numeri*). VVLG. lev. 26, 22 bestias agri, quae consumant ... pecora vestra et ad -em cuncta redigant ([*explicat* HESYCH. p. 1149^{C} *ad l.*: tam multitudine quam dignitate]. AVG. civ. 12, 10 p. 526, 25D. ut redigantur homines ad exiguam -em. *al.*). PELAG. in Rom. 9, 27 -em eorum crediturum esse demonstrans (*i. paucos ex eis*). SVLP. SEV. chron. 2, 11, 6 *Iudaei* ad hanc usque -em devenerant. BOETH. mus. 1, 3 p. 190, 28 omnis ... -s ad pluralitatem ita sese habet, ut numerus ad numerum comparatus. *al.* *spectat ad milites, defensores sim.*: PLANC. Cic. fam. 10, 15, 2 ex -e eius, *sc. Lepidi,* ... decem *equites* ... ad me transierunt. CAES. Gall. 3, 2, 3 legionem ... propter -em despiciebant (*cf.* 6, 39, 4 despecta -e. *sim. spernitur -s hostium e. g.*: HIRT. Gall. 8, 12, 3 cum ... hostium equites animadvertissent ac ... -em contempsissent [LIV. 22, 24, 7. *al.*]. LIV. 23, 16, 14 -em ... spernentibus Poenis. 37, 20, 8 eludentes -em. IVST. 2, 11, 2 contemptu -is). 3, 4, 4 quarum rerum a nostris propter -em fieri nihil poterat. BELL. Afr. 13, 2. 15, 2 equitatus ... Labieni suorum multitudine confisus Caesaris -em circuire conatur. SALL. Catil. 53, 4 uti ... multitudinem -s superaret (*cf. 53, 3* parva manu ... magnis legionibus). NEP. Dat. 7, 3 locum delegit talem, ut ... non multum obesse multitudo hostium suae -i posset (*pron. refl. ad ducem refertur ut*

[Gatti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ivst. 11, 9, 2. *cf.* Planc. *supra*). Pel. 2, 3 qua -e percussa est Lacedaemoniorum potentia (*antea*: duodecim adulescentuli). Liv. 2, 50, 10 vincebat ... auxilio loci -s. 2, 64, 6 -s damno sentiendo propior erat. *et saepius.* Cvrt. 3, 3, 28 Dareus, tantae multitudinis rex ... redactus est ad -em, quam in hoste contempserat (Frontin. strat. 1, 8, 11). 4, 14, 17 semper gravior in -e iactura est. *al.*

II *usu deflexo, significatur status non magnorum, ut vergat in notionem q. e. parvitas, exiguitas* (*sc. mero respectu quantitatis [cf. p. 804, 45] nisi l. 18 potius de humilitate sim. intellegas* [*cf. p. 798, 59* dignitate]. *accedit fere gen.*): **A** *-s attribuitur coetibus animantium*: Bell. Afr. 25, 1 cognitis Caesaris difficultatibus copiarumque -e (26, 5. *in re militari item*: 31, 8 haec propter exercitus sui praesentis -em et tirocinium praeparaverat. Amm. 16, 4, 2 cum erumpere ... conatus -e praesentis manus impediretur. Oros. hist. 6, 8, 3 -em vix mediae legionis despectui habentes [*pendet a p. 798, 66*]). Colvm. 9, 14, 13 in ... alvis, quae -e plebis infrequentes sunt, *sc. apium* (Vvlg. prov. 14, 28 in multitudine populi ... in -e p.). Apvl. apol. 17, 6 qui famulitii -em obprobraris. Hier. in Abd. 2–4 l. 192 licet tibi, o haeretice, magnus esse videaris, et contemnas ecclesiae -em, tamen parvus in gentibus es, et contemptibilis ([*seq. l. 196* ecclesiae simplicitatem parvipendens]. epist. 53, 8, 5 e. -s et haereticorum contra ecclesiam bella).

B *-s attribuitur rebus, sc.*: **1** *variis*: Cic. orat. 216 *spondeus in clausula* ⌞-em ... pedum⌟ gravitate sua ... compensat (⌞⌟ *i. brevitatem suam; alii parvum numerum pedum commatis intellegentes ad IB1a referunt*). Avg. serm. 25, 4 gemit -s frumentorum (*si cum Lambot* -s iustorum *restituas, ad IB1a pertineat*). Soran. p. 14, 9 ita ut *mulier* neque abundantia cibi plenum habeat corpus neque -e inane (Anthim. praef. p. 3, 11L. ciborum). Anthim. praef. p. 3, 12L. (*antea*: de potu) -s ipsa videtur ipsis *gentibus* sanitatem praestare. Novell. Iust. 28, 7 *moderator Helenoponti* sciens ... -em ... expensae (*gr. τὸ συνεσταλμένον*). Greg. M. in Ezech. 1, 3, 6 ex -e olei (*antea*: ex parvo quod habebat olei). **2** *scriptis, sc. ut significetur brevitas* (*cf. p. 798, 14*): Sidon. epist. (carm. 22)6 quod *carmen prolixius* epigrammatis excesserit -em (parcitatem *malit Mohr*). Primas. in apoc. prol. l. 46 quod satius me fatear de -e notandum (*antea*: de huius operis ... prolixitate ..., de exiguitate).

appendix: **1** *fere opponuntur* (*exempla notabiliora*): Caes. Gall. 3, 24, 2 multitudinem (Bell. Afr. 11, 4. 15, 2 Alex. 74, 3 Sall. Catil. 53, 4. *et saepius. sim. opp.* multus: Liv. 23, 18, 6. 26, 17, 8. Avg. trin. 15, 5, 7 haec plurima. *al.*; multiplicatio: Hier. epist. 69, 1, 4). Bell. Afr. 14, 1 magnam vim hostium (*sim. opp.* magnus *cum subst.*: Liv. 36, 23, 5 copia. Cvrt. 3, 13, 1 maiorem manum. 4, 14, 8 agmine. Frontin. strat. 2, 4, 8 exercitus). Sen. contr. 7 praef. 1 turbae (*sing. ut* Sen. nat. 5, 2 Avg. vera relig. 14, 27. *al.*). Soran. p. 14, 9 abundantia. Sidon. epist. 7, 2, 8 numerositate (Verec. in cant. 4, 13 l. 16D.). Boeth. mus. 1, 3 p. 190, 28 pluralitatem. **2** *accedunt voces similis notionis* (*exempla notabiliora*): Liv. 23, 22, 4 *senatorum* inopiam. 23, 27, 6 rari (Cvrt. 4, 14, 14 ordines raros. Frontin. strat. 3, 17, 1 raros ... defensores. *cf.* Hil. in Matth. 22, 7 raritas). Oros. hist. 4, 1, 13 pauci. 5, 14, 1 parvo exercitu. Salv. gub. 7, 33 exiguitatem (Primas. in apoc. prol. l. 46). **3** *augetur adiectivis attrib.*: Cic. fam. 2, 11, 2 mira -s. 3, 6, 5 in tanta ... -e (Liv. 22, 24, 9. 23, 18, 6 Avg. civ. 15, 20 p. 100, 8D. *al.*). Marcell. Cic. fam. 4, 11, 1 in summa -e. Liv. 28, 3, 8 nimia -e. Avg. civ. 12, 10 p. 526, 25D. ad exiguam -em (13, 16 p. 576, 21). Ivlian. in Os. 4, 7 ad extremam ... -em.

? **paucito,** -āre. *dub. an recte* Gloss.^{L} I Ansil. vo 167 (= Gloss. I p. 92; *inter verba voces animalium describentia*) palumbes -are (*sic codd. Paris. 11530 [v. Goetz ad l.] et Monac. 14429, quem inspexi; fort. pro* raucitare, *cf. Verg. ecl. 1, 57*).

⁂**pauculus,** -a, -um. *a* paucus *deminutive, cf.* Prisc. gramm. II 113, 12. *scribitur* palc- *in additamento cod. GL.* Prisc. *ibid., v. etiam infra p. 800, 46. de notione*: Gloss. -us: paucissimus. -os: paucissimos, ⌞paucius⌟ (paululos *var. l.*). *legitur inde a* Plavto, Catone, Ter., Afran. [*vix recte rest. Spengel pro* pauci Plavt. Pseud. 443, *Rose pro* poculis Vitr. 4, 1, 9; *olim legebatur pro* parum Marcell. med. 33, 29.]

2 *respicitur afflictio corporis, sc. rigor, praeclusio* (*cf. p. 820, 11*): **a** *-et corpus hominis animo relicti*: OV. met. 9, 582 palles audita, Bybli, repulsa et -et obsessum glaciali frigore corpus. **b** *-ent plantae, quae fruges sucumve non proferunt*: FEST. p. 250 ⌞-eri⌟ frumenta dicebant antiqui, quae de vagina non bene exibant (⌞ ⌟ *depon.?* -iri *dubitanter coni. Ernout-Meillet⁴, 490*; pavera *perperam Scaliger grana paviendo exprimenda intellegens; v. Müller ad l. p. 252*). TAC. hist. 5, 6, 1 ut quisque ramus *balsami* intumuit, si vim ferri adhibeas, -ent venae; fragmine lapidis ... aperiuntur (*cf. Plin. nat. 12, 115* ferro laedi vitalia odit).

B *accedunt structurae notabiliores indicantes*: **1** *rem personamve, pro qua quis afflictus, sollicitus sit* (*vix addas p. 807, 47sq.*): TER. Phorm. 187 cum mihi -o, tum Antipho me excruciat animi, ... ei nunc timeo (*item cum dat.*: TAC. hist. 2, 63, 2 Sabinus ... in alieno discrimine sibi -ens. AVR. VICT. Caes. 37, 7 divitiis. *v. etiam p. 809, 53. 810, 20*). VVLG. I reg. 4, 13 Heli sedebat ... contra viam aspectans, erat enim cor eius -ens pro arca domini. Ezech. 24, 21 super quo *sanctuario.*

2 *rem personamve, quae pavorem moveat*: **a** *varia, quae terrent*: *α abl. causae* (*abl. absol. l. 68*): OV. epist. 14, 17 cor -et admonitu temeratae sanguine noctis. met. 2, 31 novitate -entem *in regia Solis* ... iuvenem (*Phaethonta*). 2, 398 amentes et ... t e r r o r e -entes (trem- *var. l.*) ... equos (*nisi ad 3a trahas; sim. dubites*: 13, 230 socios t. -entes. LVCAN. 3, 300 VVLG. prov. 3, 25. *cf.* OV. *sub b*). hal. 11 *piscis* adsumpta ... dolo tandem -et esca (escan *fere trad.; corr. alii aliter*). LIV. 21, 28, 3 *Gallos* iam satis -entes adverso tumultu terribilior a tergo adortus clamor. SEN. clem. 2, 6, 4 misericordia vitium est animorum nimis miseria -entium. LVCAN. 4, 523 *cum* flexo ... Vrsae temone -rent *milites pugnaturi* (*item cum abl. absol.*: VAL. FL. 5, 338 intenta ... nece. SIL. 5, 435. *al.*). VAL. FL. 1, 756 subitis. *al.* *β praepos.*: ad (*cf. p. 809, 24*): LIV. 5, 42, 4 *Romani*, quocumque clamor ... avertisset, -entes ad o m n i a animos ... flectebant ([*si recte sic iunximus*]. 34, 38, 4 ad o. simul. SEN. epist. 59, 8 *stultitia* ad o. -et). 25, 38, 17 inter torpidos somno -entesque ad necopinatum tumultum ... caedes edatur. 29, 23, 1 ad singulos nuntios. SEN. dial. 11, 13, 4 ad omnem navium conspectum. epist. 90, 43 ad omnem ... sonum. VAL. FL. 3, 264 -et

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ad crines et tristia Pentheos ora Thyias *resipiscens. al. variae*: VET. LAT. deut. 1,29 (Aug. quaest. hept. 5,1) ne -atis neque timeatis ab eis *hostibus* ([*gr. μὴ πτήξητε, cod. 100* ne paveritis ... quemquam ex illis, *Vulg.* nolite metuere]. 31,6 [cod. 104, *sim.* VVLG.] a facie eorum [*gr. μὴ πτοηθῆς, cod. 100* expavescere]. Is. 37,6 [Lucif. Athan. 1,40] a sermonibus istis [*gr. μὴ φοβηθῆς, Vulg.* ne timeas]. VVLG. Is. 31, 4. *cf. l. 27*). iud. 4, 15 (cod. 100) -ere fecit dominus Sisarram et ... omnem castram in ore gladii ante Barac ([*Aug. loc. hept. 7, 17* pavefecit, *var. l.* -ere f., *gr. ἐξέστησε, Vulg.* perterruit]. CAES. AREL. serm. 283, 3 p. 905, 8 *fratres* a. eum *Ioseph* ... -bant). HIL. in psalm. 64, 10 p. 242, 3 ipse, in quo gentes -bant, adversantium potestatum sonus trepidat (CLAVD. DON. Aen. 5, 575 p. 489, 5 -bant in conspectu publico. VVLG. Ier. 49, 37 -ere faciam Aelam coram inimicis suis et in conspectu quaerentium animam eorum. *cf. l. 7. 32*). SVLP. SEV. chron. 1, 12, 8 *Ioseph* fratres ... pro conscientia -entes benigne habuit. GREG. M. in I reg. 5,13 -ere sub eorum *sanctorum* indignatione vehementer.

b *deum eiusque vŏcem sim. et res praesentiam divinam testantes* (*ad affectum reverentis, venerantis referri possunt maxime* VVLG. lev., Mal.): Ov. fast. 4,271 (*267 sq.* tremuit ... tellus et sic est ... locuta *Magna Mater*) *Attalus rex* soni terrore -ens (*item c. abl.*: VAL. MAX. 1,8,2 p. 45,16 *anguis Aesculapii* -entibus ... inusitato spectaculo nautis ... conscendit *navem.* VAL. FL. 1,309 ille ... -ens, laeto quamquam omine divum, prosiluit stratis. CARM. de resurr. 151 *domino adveniente* astra mirata -ent ⌞subito⌟ virtutis ab alto [⌞ ⌟ *si recte neutr. pro subst. intelleximus*]. *cf. etiam p. 808, 30 sq.*). HIER. epist. 14, 11, 1 tunc ad vocem tubae -bit terra cum populis, tu, *iuste*, gaudebis (VVLG. lev. 26, 2 custodite sabbata mea et -ete ad [*om. pars codd.*] sanctuarium meum. Os. 3, 5 ad dominum et ad bonum eius. *al.*). psalt. sec. Hebr. 95, 9 adorate dominum ..., -at a facie eius omnis terra ([*Vulg. al.* commoveatur]. VVLG. Is. 19, 17 a f. consilii domini. Mal. 2, 5 timuit me et a f. nominis mei -bat [*Vet. Lat. Aug. civ. 18, 35 p. 308, 30* revereretur]. AVG. in psalm. 37,15 l. 15 *de Adam. ceterum accedit* ab: VVLG. Is. 30,31 a voce ... domini -bit Assur virga percussus). VVLG. Ier. 33, 9 *gentes* -bunt et turbabuntur in universis bonis et in omni pace quam ego faciam ei *Iudae.*

3 *ipsum affectum* (*per abl.; hucine p. 808, 62 sq.? ceterum cf. p. 810, 8*): **a** *formidinem*: Ov. met. 9, 249 ne pectora vano fida metu -ant (fast. 2, 822 caeco. 3, 362 *v. sub b.* SIL. 3, 187 ingenti ... m. divum praecepta -enti effluxere viro [*nisi ad A*]). HOMER. 715 *Dolon* timore -ens 'vitam concedite' dixit (PASS. Perp. 18, 1 *v. sub b*). HIER. in Is. 7, 19, 16 -bit eo pavore, qui ducit ad vitam (*affert prov. 9, 10* timor domini).
b *quemlibet*: Ov. fast. 3, 362 sollicitae mentes speque metuque -ent. LIV. 7, 34, 8 admiratione. TAC. ann. 1, 25, 2 diversis animorum motibus -bant terrebantque. PASS. Perp. 18, 1 *martyres* hilares, ... si forte gaudio -entes, non timore (*cf. gr. πτοούμενοι εἰ τύχοι χαρᾷ μᾶλλον ἢ φόβῳ*).

II *transitive* (*subiunximus obi. int. p. 810, 8, enunt. potius causale p. 810, 62, cf. etiam p. 810, 70*): **A** *pavori sunt quaecumque ab arbitrio -entis aliena sunt, indicata per*: **1** *obi. acc.* (*suppl. ex enunt. relat. p. 810, 6*): **a** *quaelibet infesta, periculosa nec non inopinata, mira sim.* (*non distinximus timorem rei alicuius, sc. ne futura sit, a terrore rei supervenientis, cf. e. g. de hoc l. 61 sq. 72, de illo l. 60. 67*): *α usu communi; pro obi. sunt*: Ⓘ *res*: PLAVT. Cist. 535 et illud -o et hoc formido, ita tota sum misera in metu. Men. 609 sq. quid -es? :: nil equidem -o (ASTER. ad Renat. l. 254 n. ex terrore *ferarum. cf.* VVLG. deut. 1, 21 noli metuere nec quicquam -as. SIDON. carm. 15, 172 aspicias illam *Hypermestram* sibi parva -entem et pro dimisso tantum pallere marito). CIC. Tusc. 2, 23 (vers.) horrisono freto noctem -entes *nautae.* SALL. Catil. 31, 3 omnia (*si sic iungendum; cf.* cuncta: VAL. FL. 8, 449 [*nisi interpol.*]. STAT. silv. 3, 2, 83 Ach. 1, 563. CLAVD. rapt. Pros. 3, 141 c. -et speratque nihil. *cf. p. 810, 30*). hist. frg. 3, 96 C, 16 ⟨insidia⟩s (*si recte suppletur, cf.* AMM. 18, 8, 2 nocturnas ... i.). HOR. carm. 4, 14, 49 non -entis funera Galliae ... tellus (PORPH. mortem non timebant). PROP. 4, 5, 38 *puellae fallacis* artes (LVCAN. 6, 486 *magarum*). GERM. 132 graviora (AVSON. 325, 89 p. 113). SEN. Phaedr. 495 omnes ... strepitus (CLAVD. 5, 398 *fera in amphitheatro. cf.* LVCAN. 8, 5 fragorem ... nemorum. STAT. Ach. 1, 461 *ferae* ignem sonitumque -ent *venatorum*). Phoen. 321 Thebae -entes arma fraterna (*sc. ne concurrant; aliter*: STAT. Theb. 4, 137 *equus* a. -ens *effugit*). Thy. 17 (*verba Tantali*) quod *genus poenae* ... Acheron -at, ad cuius metum nos quoque tremamus. dial. 7, 15, 3 vita anxia, ... trepida, casum -ens (TAC. hist. 1, 29, 2 CORIPP. Ioh. 3, 263). LVCAN. 4, 474 *cohortem* attonitam venturaque fata -entem (SER. med. 59). 5, 651 litora ... saxosa. 7, 40 tela ... victoris iniqui (7, 678. AVSON. 163, 13 p. 32 fortunae t. *al.*). PLIN. nat. 2, 54 hominum mente ... in *solis lunaeque* defectibus scelera aut mortem aliquam siderum -ente (CONC.^{S} I 5 p. 151, 6 *servi forma in Christo* -bat m. [*p. 263, 2* timuit, *gr. I 1, 6 p. 122, 21 δειλιώσης*]. *al.*). 17, 149 *castanea* tralata ... -et ... novitatem biennio fere, postea prosilit. *al.* Ⓘⓘ *animantes hostiles*: HOR. epod. 12, 25 *me* fugis, ut -et acris agna lupos capreaeque leones (*huc spectat explicatio gr. inepta* GLOSS. -et: pavescit, *πτοεῖ* [*v. Gloss. I p. 26 sq.*]. *item -ent animalia*: PLIN. nat. 8, 27 Indicum *elephantum* Africi -ent nec contueri audent. 9, 152 *canicula marina* -et ... hominem aeque ac terret. 9, 185 STAT. Theb. 2, 329 silv. 1, 1, 53). carm. 4, 5, 25 quis Parthum -at ... incolumi Caesare? LIV. 23, 5, 8 hostem (FVLG. myth. 1 praef. p. 6, 3). GERM. 645 Scorpios Oriona fugat, -et ille sequentem. SEN. Herc. f. 435 domare *feras monstraque*, quae cuncti -ent. LVCAN. 5, 257 dum quisque -et, quibus ipse timori est. VAL. FL. 1, 26. *al.*

β peculiaria quaedam: Ⓘ *pro obi. est ipse affectus* (*sc. obi. int.; cf. IB 3*): SEN. Oed. 700 qui -et vanos metus, veros meretur. VVLG. Is. 8, 12 timorem eius *populi* ne timeatis neque -atis (*si ἀπὸ κοινοῦ positum*). PAVLA Hier. epist. 46, 1, 2 (*in imag.*) *nos quasi gallinas* pateris ... accipitris -ere formidinem. DRAC. laud. dei 3, 556 natura parens *deo* famulata tremescit ... et gestit servile -ens (*Stat. silv. 3, 1, 40* famulare timens *confert Vollmer in indice*; servire *coni. Arevalo*). Ⓘⓘ *pro obi. sunt quae iam facta, instituta, cognita sunt* (*sc. timetur ne nova mala inde oriantur; cf. passim sub 2*): VAL. FL. 8, 1 *Medeam* trepidam ... et iam sua facta -entem. TAC. hist. 1, 50, 1 trepidam urbem ac simul atrocitatem recentis sceleris, simul veteres Othonis mores -entem novus ... nuntius exterruit. HIL. AREL. vita Honorat. 10 l. 17 -bant ... gloriam suam. Ⓘⓘⓘ *gerund.* -endus: PLIN. nat. 8, 85 nec pedibus tantum -endas *esse* serpentes. SIL. 7, 681 subitus cum mole -enda terrificis ... prorumpit Tunger in armis (*item fere pro adi., i. q. metuendus, terribilis*: Ps. AVG. serm. 188, 2 vires -endae caedentium *martyrem.* PETR. CHRYS. serm. 66, 1 divitis et Lazari ... stupendas vices, -endas successiones. IORD. Get. 127 erat eis *Hunnis* species -enda nigridinis. GREG. M. dial. 3, 36, 3 in tam -endam mortem. *al.; cf. etiam l. 46*). LEO M. serm. 82, 4 nec aestimabas -endos quos susceperas diligendos. *al.* Ⓘⓥ *in lusu cum notione venerandi* (*de qua cf. b*): AVSON. 152, 21 p. 7 *precantis* cogitatio numinis praesentiam sentit -ens; -etne quicquam spes, fides? SACR. Leon. 880 ut te, *deus,* ... non timentes cuncta -amus, et rursus nulla ... formidemus, si ... te ... revereamur.

b *deus, res divinae, portenta* (*color venerandi praevalere videtur imprimis apud* IVV., PRVD., ENNOD.): LIV. 7, 17, 4 (*3 hostium* sacerdotes ... militem Romanum insueta turbaverunt specie *pompae*) tribuni puerorum ritu vana miracula -entes inridebant (IVVENC. 2, 69 m. tanta -entes diffugiunt ... subulci [*Marc. 5, 13 sq.*]. *cf.* ENNOD. carm. 1, 9, 89 aliud ... mirabile ..., quod quisque ...-et, quod suspicit orbis). SEN. Tro. 609 mortis auspicium. LVCAN. 5, 146 *sacerdos* -ens adyti penetrale (*128* limine terrifico metuens consistere). VAL. FL. 1, 26 divum ... minas. 4, 416 *Iuppiter* intonat ... atque ipsa imperium Iuno -et. IVV. 15, 3 quis nescit ... qualia demens Aegyptos portenta colat? crocodilon adorat pars haec, illa -et ... ibin. VET. LAT. or. Man. 4 (Verec. in cant. 7, 5, *item fere* VVLG.) terribili ... nomini tuo, quod omnes -ent et trement a vultu virtutis tuae (*gr. ὃν* [*ὃ var. l.*] *πάντα φρίττει, sed* quod *pro coniunctione accepisse videtur Verec.*). VVLG. Dan. 6, 26 ut in ... regno meo tremescant et -ant deum Danihelis. PRVD. perist. 10, 304 quibus *paganis fatuis* omne sanctum est, quod -endum rancidae ... cantilenae suaserint. SIDON. epist. 7, 1, 3 -enda mansuetudo cervorum (*inter* prodigiorum terriculamenta. *cf.* DRAC. laud. dei 1, 47 -et ... puerpera natum *portentosum*). DRAC. laud. dei 2, 214 te fulmen adorat, te tonitrus ... tremunt, ... te glacies nimbique -ent (*item -ent res*: CORIPP. Ioh. 1, 289 te venti nubesque -ent. Iust. 2, 33 quem cuncta -ent). *al.*

c *homines praepositi, potestate, auctoritate praediti* (*color reverendi praevalere videtur apud* STAT., DRAC.; *cf. p. 808, 40*): STAT. Ach. 2, 9 *Achillen* insignem ... armis ... prospectant cuncti iuvenemque ducemque nil ausi meminisse *habitus prioris* -ent. MART. 11, 39, 6 te, *paedagogum meum*, noster vilicus horret, te dispensator, te domus ipsa -et. SALV. gub. 4, 15 *servi* -ent ... actores, -ent silentiarios, -ent procuratores. DRAC. Romul. 8, 209 (*verba Apollinis*) *cum Admeto pastor serviebam,* Alcestam ... -ens deus ubera pressi *pecorum.* GREG. M. moral. 7, 32 hominem contra veritatem -et, *qui eam defendere non audet* (*antea*: indignationem potestatis humanae pertimescit).

2 *struct. verbales* (*cum pron. praepar.* TER., TAC.): PLAVT. Curc. 225 -es, parasitus quia non rediit Caria (Ps. CYPR. adv. Iud. 6, 3 nec qui homicidium fecerat -at, quia fecerat). Mil. 904 ne quid peccetis -o (Persa 626 ne peccaret. TER. Andr. 349 *v. infra.* Ov. met. 5, 356 LVCAN. 5, 368. QVINT. decl. 340, 7 ecquid -es, ne scelus feceris? AVR. Fronto p. 50, 22. *al.*). TER. Andr. 349 *Pamphile*, id -es, ne ducas tu illam; tu autem, *Charine*, ut ducas (*Don. ad l.* pro 'ne non' 'ut' posuit). VAL. FL. 3, 584 -et ... silva, -ent montes ..., quid struat Alcides. TAC. hist. 2, 29, 2 torpere cuncti *milites* ... attoniti et id ipsum, quod nemo regeret, -entes (ann. 4, 70, 2 id ipsum -entes, quod timuissent. TERT. virg. vel. 3, 6 quod detegantur). Ps. PACIAN. sim. carn. p. 136, 1 mori ... -et (*item c. inf.*: LEO M. serm. 42, 2 l. 74 laborare. DRAC. laud. dei 2, 359 *terra non* -et invadi ... ab undis. Romul. 10, 595. *aliter sub B 1*). AVIAN. fab. 29, 8 *Satyrus* miratur ... vimque homini tantam ... esse -et (*cf. p. 812, 39*).

B *pavori sunt, quae pertinent ad arbitrium -entis, sc. quae quis fa-*

[Zoppi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cere horret, vitat: **1** *inf.* (*ἀπὸ κοινοῦ positus* SEN. *al.; aliter p. 810, 71*): OV. met. 1, 386 *Pyrrha* parere recusat ... -etque laedere ... maternas ... umbras. SEN. Oed. 1008 dubitat afflictum alloqui, cupit -etque. LVCAN. 3, 349 nec -et hic populus pro libertate subire *labores.* 6, 722 (*721* timentem). PLIN. nat. 10, 125 *in situlam* descendere -entem *corvum.* VAL. FL. 4, 47 *halcyon* tumentibus undis certa sequi ... audetque -etque. SIL. 6, 568 quod rogitant, audire -ent. 7, 729 *e tenebris venientes* convivent solemque -ent agnoscere visu. STAT. Theb. 6, 394 pugnant exire -entque *aurigae* (*cf. p. 840, 42*). TAC. Germ. 7, 2. APVL. met. 3, 15, 3 -o ... et formido ... operta detegere. PS. MAR. VICTORIN. ad Iust. 6. HIER. hom. Orig. in Luc. 10 p. 61, 7 cur -as dicere, quod *eqs*? (*gr. ὀκνεῖς*). *al.* **2** *obi. acc.* (*pauca minus dubia; cf. e. g. p. 810, 37*): LVCAN. 3, 424 -et ipse sacerdos accessus dominumque timet deprendere luci. STAT. silv. 1, 2, 33 *sponse, in ipsis nuptiis* attonitus ... adhuc optas permissaque ... vota -es.

part. praes. pavēns, -entis *pro adi. vel subst. v. p. 807, 50* (*compar. et superl. desunt, sed cf.* LIV. 21, 28, 3 satis -es. 34, 37, 8 adeo -es. TAC. ann. 4, 69, 3 magis anxia et -s).

gerund. pavendus, -a, -um *pro adi. v. p. 810, 19.*

deriv.: pavesco, pavibundus, pavidus, pavito, pavor; *cf. Onom.* (Paventia, Paventina).

compos.: ex-, praepaveo; omnipavus; pavefacio.

[2. pāveo, *verbum retrograde a perf.* pavi *formatum et significans i. q. pasco tuendum non est* DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 8, 4 p. 356^{C} *herbarum natura* congruum praebens his qui ex ea ⌊paventur⌋ augmentum (⌊ ⌋ *Migne sec. ed. princ.,* praebentur *trad., nimirum errore scribae iterantis vocem paulo ante exhibitam; sec. gr. τροφομένων exspectes* pascuntur *sim.*).**]**

[pavera, *subst. n. plur. vix agnoscendum v. p. 808, 48.***]**

***pavēsco,** pāvī, -ere. *a* pavere. *scribitur* -isc- *saepius in codd., e. g.* IVVENC. 2, 488 *in cod. C saec. VIII.* IORD. Get. 129 *in codd. saec. VIII/IX.* NOT. Tir. 43, 19 -it. *formas perfecti huc afferre maluimus, quamquam etiam ad verbum q. e.* pavere *referri possunt (quo sine dubio relegandae erant p. 806, 63. 807, 45): l. 52. 65. p. 812, 17. 18. 20. 39. 71; cf. l. 36 sq.* GLOSS. -o: *πτοοῦμαι. θαμβοῦμαι. ἐξίσταμαι ὅτε ἀπορῶ τί πρᾶξαι. legitur in oratione prosa inde a* SALL. (*semel ut* SEN. nat., COLVM., QVINT. inst.), TAC. (*octies*), GELL. (*bis*), *in poesi apud* SIL., STAT. *paucosque recentiores.* [pavit PETRON. 139, 2 vers. 6 *ad vocem q. e.* pascere *traximus Dousam secuti (in ed. Burmanni vol. II 51), v. p. 593, 61.*]

I *intransitive vel absolute i. q. stupore, metu sim. affligi vel afflictum esse* (*non distinximus usum incohativum a durativo neque separavimus affectus varios, sc. timendi, cf. e. g. l. 44. 47. 49, vel mirandi, e. g. l. 62. 64*): **A** *indicatur certis structuris, qua re*: **1** *per abl.* (*cf.* ARVS. gramm. 463 -o illa re [*affert* SALL.]; *non separavimus abl. absol.*; metu *sim. l. 47 sq. 49*): SALL. Iug. 72, 2 (*de Iugurtha seditionem metuente*) civis hostisque iuxta metuere, circumspectare omnia et omni strepitu -ere. TAC. Agr. 15, 4 neve proelii unius ... eventu -rent. GELL. 12, 5, 11 cur tonitru vehementius facto sensim -at *sapiens* (19, 1, 21 rebus *talibus* ... obortis -ere s. et quasi albescere [*inde* AVG. civ. 9, 4 p. 373, 8 ut paulisper ... -at metu]). PS. HIL. hymn. 1, 16 *lucis* amota gratia nostra -unt corpora. SIDON. carm. 2, 10 subita nec luce -as. GREG. M. epist. 7, 26 l. 32 adversitatis timore. moral. 12, 47 suspicionibus. **2** *per praepos.*: SEN. nat. 2, 59, 11 -is ad caeli fragorem (COLVM. 6, 2, 6 ne ad eiusmodi tactum ... -ant *boves.* CONC.^{S} I 5 p. 160, 6 -vit ad mortem [*gr. I 1, 6 p. 137, 2 τὸ δεδιὸς τὸν θάνατον, alia vers. I 5 p. 275, 28* timuit mortem]). VET. LAT. Phil. 1, 28 (Ambrosiast.) non -entes in quoquam ab adversariis ([*gr. πτυρόμενοι, Vulg.* terreamini, *Ambrosiast. in explic.* paventes, *cf.* CASSIOD. compl. in Phil. 1, 22 adversariorum insidias non -ant]. *sed per praepos. indicatur res vitanda*: GREG. M. moral. 24, 42 a culpa -ere ac resilire). I Petr. 4, 12 (Cassiod. compl. *ad l.*) nolite -ere in fervore *temptationis* (*gr. ξενίζεσθε, Vulg.* peregrinari, *aliae vers.* expavescere, *Cypr. Fort. 9* mirari). ENNOD. epist. 1, 18, 5 p. 30, 13 de primordiis *studiorum* non -as.

B *non indicatur, qua re*: QVINT. inst. 11, 3, 103 *gestu quodam utimur* admirantes et interim subita indignatione velut -entes et deprecantes (*vix ad A1*). TAC. ann. 6, 21, 2 *astrologus praescius periculorum* haerere primo, dein -ere et ... magis ac magis trepidus admirationis et metus *eqs.* VET. LAT. Luc. 24, 37 (cod. 5) *Iesu subito apparente discipuli* -verunt et timore tacti putabant fantasma (*gr. πτοηθέντες ... καὶ ἔμφοβοι, Vulg.* conturbati ... et conterriti). COLLECT. Arian. serm. 4, 2 ut ille *diabolus* ... videns signum *dei* ... semper timeat et -at. AVG. pecc. mer. 2, 29, 48 *ratio saepe* -endo vel tali aliquo animi motu ... comprimitur. in psalm. 96, 10 l. 25 intonat ... deus iudicii sui terrorem; et tremit, qui infidelis erat, et -it. PS. AVG. serm. 48, 1 quibus *armis piis* ... -entes viros femina (*i. Iudith*) vindicaret. PETR. CHRYS. serm. 86, 6 (*ad Luc. 1, 12* pavor cecidit super eum (*Zachariam*) si turbatur sacerdos, si stupet doctor, si -it antistes. *ibid.* (*ad Hab. 3, 2* expavi) qui cum deo loquitur, non -it? MARCELL. chron. II p. 92, 481, 1 -entis equi ... impulsione. *al.*

II *transitive i.q. timere incipere vel timere sim.* *non distinximus incohativa et durativa neque obi. indicantia res, quibus quis subito vel inopinato obvenientibus terretur (e. g. l. 22. 24), separavimus ab eis, quae futura quaedam minantia indicant (e. g. l. 10 sq. 26); notionem mirandi intellegere possis l. 20 (cf. l. 57), colendi maxime sub A2; subi. sunt res e. g. l. 16. 22. 36. 63 sq., animalia l. 24. 25. 33; additur dat. eius, cui quis timet, l. 26; part. praes. pro subst. l. 60.*

A *pro obi. sunt variae res vel personae*: **1** *periculosae, hostiles, difficiles sim.* (*vel quae tales aestimantur*): **a** *obi. acc.* (*rerum vel animantium; struct. pass. non nisi l. 33. 34*): SIL. 13, 634 ne bella -as (15, 6. TAC. ann. 1, 4, 2 plures b. -ere, alii cupere. *cf.* ALC. AVIT. c. Ar. 1 p. 1, 12 seditionem). STAT. Theb. 12, 222 nil corde nec aure -ens (ore *Lachmann frustra, cf. p. 811, 44*). TAC. hist. 4, 7, 1 quid ita Marcellus iudicium magistratuum -ret (*sc. in electione legati*). 4, 14, 4 inania legionum nomina ne -rent *Germani.* ann. 1, 59, 5 ne seditiosum exercitum -rent *Germani.* 14, 30, 2 ne muliebre ... agmen -rent *Romani.* TERT. pall. 2, 4 utinam ... Africa semel *tantum* voraginem -verit (*sc. illam, quae exercitum Cambysis harenis obruit*). VET. LAT. deut. 1, 29 (cod. 100) ne -veritis neque timueritis quemquam ex illis *Amoraeis* (*gr. πτήξητε, v. p. 809, 2*). Marc. 9, 15 (cod. 3) *statim ut viderunt Iesum,* pa⟨verunt⟩ eum (*sc. stupefacti, quod aut inopinatus aut opportunus venit; gr. ἐξεθαμβήθησαν, Vulg.* stupefactus, *aliae vers.* expaverunt; *vix ad 2*). CARM. laud. dom. 102 iubes (*deus*) directa (*i. campos? an excelsa?*) -ere poenam (*i. fulmina*). SCHOL. Hor. carm. 2, 1, 19 ('fugaces') aut veloces aut splendorem -entes armorum *equos* (*cf.* SEDAT. ad Ruric. epist. 8 p. 450, 4 equum ... solida corpora -entem, umbras ... non timentem). PAVL. PETRIC. Mart. 5, 714 miseris ... -it interitum (*i. miserorum i.; sed suum ipsius i.*: CASSIOD. in psalm. 118, 161 l. 2997 aeternum -bat i.). ENNOD. epist. 1, 18, 1 p. 29, 14 nolo colendum ... patrem ... -as (*sc. exemplo suo graviorem*). CASSIOD. var. 7, 1, 3 signa tua (*sc. comitis provinciae*) abactores timeant, fures -ant, latrones perhorreant. 12, 24, 2 carinae vestrae flatus asperos non -unt (*simili imagine*: in psalm. 23, 2 l. 43 ut ancora fidei ... procellas ... periculi non -at). in psalm. 48, 17 l. 279 ('ne timueris *eqs.*') generaliter pecuniosus -itur. CORIPP. Ioh. 4, 386 (*per ironiam*) canis leporem ... -at. GREG. M. moral. 20, 1 nec sic clausa est *sacra scriptura,* ut -i debeat, nec sic patet, ut vilescat. *al.* *? accedit obi. int.* (*quasi pro adv.*): DRAC. Romul. 6, 94 (*epithalamium*) anxia sola ... Virginitas ... fugit gratumque -ens fletibus ora rigat (gratum *sic explicatur vol. VI 2, 2264, 84 sq., sed intellegi potest 'rem omnibus gratam'*). **b** *obi. est acc. c. inf.* (*ubique suppl. inf. 'esse'*): PELAG. in Phil. 2, 26 quod vos ... contristatos -verit (paveret *var. l., cf.* timeret *Ps. Primas. ad l.*). SIDON. epist. 7, 6, 6 regem Gothorum ... legibus christianis insidiaturum -o. CASSIOD. in psalm. 101, 4 l. 174 qui se -it arsurum *in gehenna.* **c** *obi. est enunt. secund. (bis cum pron. praepar.): per* ne: RVFIN. hist. 8, 9, 5 hoc ... -bant, ne ... remaneret. AVG. civ. 9, 4 p. 374, 10 dum ..., ne his *bonis* privetur, ... -at et palleat *philosophus.* *per* quod: PETR. CHRYS. serm. 79, 2 nec illud -unt *mulieres sepulcrum Christi adeuntes,* quod monumento nox ... addit timorem.

2 *numinosae, divinae sim.* (*hic illic cum notione verendi, colendi e. g. l. 55, 57; cf. p. 811, 65. 67. 70. 73. 74; vix etiam supra l. 20*): SIL. 2, 335 nec procul est, quin iam manes umbrasque -at Dardanias *Hannon Poenīs pacem suadens.* 16, 127 ne vero ... deum tam laeta -e prodigia (*cf.* MACR. Sat. 1, 6, 23 ut non parvae rei prodigium illam ... insaniam -bant). TAC. hist. 4, 84, 1 modo numen (*sc. iubens imaginem suam auferri*) -ere, modo minis ... populi terreri. IVVENC. 2, 488 illum *deum* ... cordis secreta -ant (*cf. Matth. 10, 28* timete). HYMN. Ambros. II 61, 18 quem editum ex virgine -it omnis anima. PETR. CHRYS. serm. 103, 1 hoc mirentur gentes, Iudaei stupeant, mundus -at (*sc. filium viduae resuscitatum esse*). FVLG. RVSP. ad Tras. 2, 1, 2 -ens admiransque supernae infinitatis magnitudinem. *al.*

B *pro obi. sunt ea, quae quis vitat*: **1** *non tangendo, non adeundo sim.*: PLIN. med. 3, 10, 9 -entibus aquam ... faciem perungunt adipe. FVLG. Virg. cont. p. 101, 15 vir ... pius (*sc. Aeneas in Orco*) superbiae voces et malorum poenas (*quas videt*) effugit ac -it. PAVL. PETRIC. Mart. 6, 497 ignis praetrepidans refugit sua pabula ceras altoresque favos concors natura -it (*sim.* VEN. FORT. Mart. 1, 295). CASSIOD. var. 9, 40, 6 secreta -ite, ad forum sine trepidatione venite. **2** *non faciendo: accedit obi. acc.*: EPIST. pontif. 1055 Conc.^{S} IV 2 p. 112, 9 huc ad nos personas ... destinate; vel, si hoc ... -itis, illic ... fiat congregatio. *accedit inf.*: AVELL. 100, 3 publice ... praedicare non horreat, non refugiat, non -at. PROSP. epigr. 52, 3 ferre -ens indocti iniustum iudicium populi. PAVL. PETRIC. Mart. 5, 63 qui se conferre -it. GREG. M. in I reg. 1, 14 quem occidere non -vissent. 2, 146 *ut* minari ... non -ant *minores praelatis.* 4, 154 se ... subicere non -unt. ISID. sent. 3, 45, 2 veritatem loqui -it.

compos.: compavesco, expavesco.

pavibundus, -a, -um. *a* pavere; *cf.* tremibundus. *i. q. pavidus*: ARNOB. nat. 7, 13 p. 358, 1 *virum potentissimum* salutet adclinis, ancil-

[Zoppi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

latum servuli -is trepidationibus imitatus. AVG. serm. 22, 1 cum scriptura dicit: '... pereant peccatores ...' (*prov. 20, 9*), quis non contremiscat, quis non -us exiliat?

pavicula, -ae *f.* *a* pavire; *genus fem. explicat Serbat, Dérivés nominaux, 1975, 182. 352.* *scribitur* pabi- GLOSS. [*vix huc pertinet* EDICT. imp. Diocl. 15, 43 L. (*inter carros*) *παῦγλα* (*v. Journ. Rom. Stud. 63, 1973, 106*). *quidam perperam afferunt* HIER. reg. Pachom. 82 p. 37, 13, *v. vol. VIII 1484, 59.*]

i. q. instrumentum aptum ad solum paviendum et coaequandum (GLOSS.^{L} II Philox. PA 6 -ae: *ὁμαλιστῆρες. ad rem cf. White, Farm Equipment, 1975, 7 sq.*): CATO agr. 91 aream sic facito: ... comminuito glebas bene, deinde coaequato et -is verberato (*sim.* 129 comminuito terram et cylindro aut -a coaequato. *item pavitur area*: COLVM. 2, 19, 1 aequata *area* -is vel molari lapide condensetur. *ad rem cf. p. 819, 21 et Verg. georg. 1, 178 Pallad. 7, 1*). COLVM. 1, 6, 13 *horrei solo terreno* pavimenta testacea ... supersternuntur et magna vi -is inculcantur atque expoliuntur. 11, 3, 34 cum *ocimi* semen obrutum est, diligenter inculcatur -a vel cylindro.

deriv.: pavic(u)lo.

pavic(u)lo, -āre. *a* pavicula. GLOSS.^{L} II Philox. PA 184 paviclat: *ποδίζει, ἐδαφίζει.* GLOSS. II 410, 50 *ποδίζω*: ⌞pavicio⌟, paviclo (⌞ ⌟ *aut ex* pavio *aut ex* paviclo *ortum*).

pavidē *v.* pavidus.

paviditās, -ātis *f.* *a* pavidus; *cf.* timiditas. *i. q. qualitas eius, qui est pavidus*: EVSEB. EMES. serm. 20, 19 p. 91, 28 ne lateat te illius *diaboli* -s.

?**pavido,** -āre. *a* pavidus. *i. q. pavidum facere, terrere*: COMM. apol. 1002 (*sec. apoc. 8, 10*) canit ... *tuba* rauca ..., quae -a⟨t⟩ (*suppl. Ott,* pavitat *alii*) totum orbem in ruinam cadentem.

⁂**pavidus,** -a, -um. *a* pavere. NOT. Tir. 43, 18. *compar.* -ior PLIN. nat. 8, 27. 8, 46. 11, 114. 28, 113, *cf.* magis -us CVRT. 8, 14, 30. TAC. ann. 15, 58, 1 (magis magisque); *superl.* -issimus SEN. dial. 3, 20, 5 SIL. 10, 65. *de notione v. p. 807, 51. 816, 17sqq. 839, 7, ceterum*: ISID. orig. 10, 230 -us est quem vexat trepidatio mentis; habet cordis pulsationem, cordis motum; nam ⌞pavere⌟ ferire est, unde et pavimentum (pavire *var. l.*). SYNON. Cic. p. 445, 25 supplex. summissus. humilis. abiectus. deiectus. -us. tremulus. informis. p. 446, 14 timidus. stupidus. trepidus. -us. metu territus. formidulosus. GLOSS. *περίφοβος. εὐλαβὴς ὁ δειλός. ἐπτοημένος.* tremens. GLOSS.^{L} I Ansil. PA 890 -i: timentes. 892 -us: timidus. *legitur inde a* PLAVTO, CAECIL., ACC., LVCR., BELL. Afr., SALL.; *de ratione inter* -us *et* timidus *intercedente haec notamus: apud scaenicos veteres utrumque adi. fere affectionem eventu quodam motam significat* (*iunguntur* PLAVT. Curc. 649), *sed postea* t. *saepe qualitatem alicui inhaerentem, statum animi perpetuum indicat* (*passim iam apud* CIC.), *quod admodum raro fit in nostra voce, v. infra sub IA1b et B2 et nota distinctionem p. 815, 10 factam. quamvis ergo non prorsus synonyma sint, tabula adiecta, quotiens apud auctores potiores occurrant, demonstretur*:

	pavidus	timidus		pavidus	timidus
PLAVT.	1	18	LIV. 1–10	22	–
TER.	–	6	21–45	24	10
CIC.	–	66	SEN. *trag.*	26	14
LVCR.	5	–	*phil.*	6	28
CAES.	–	2	CVRT.	7	5
SALL.	3	8	LVCAN.	21	2
VERG. ecl.,			VAL. FL.	18	1
georg.	1	6			
Aen.	10	1	SIL.	10	1
HOR.	7	10	STAT.	3	26
PROP.	–	6	QVINT. inst.	–	10
OV.	34	57	TAC.	25	1

[*confunditur in codd. cum* avidus OV. fast. 1, 400 PHYSIOGN. 91 AVIAN. fab. 17, 2 (*restit.* HOR. ars 172 TAC. hist. 3, 41, 2), trepidus SEN. Herc. O. 985 PETRON. 123 vers. 226; *dub. vel falso trad.* SEN. dial. 6, 18, 5. SER. med. 77 (scabidum *Turnebus*). LEX Sal. Merov. 115.]

I *notione originaria fere i. q. pavore affectus, timidus* (*de differentia v. supra; usu deflexo de loco pavoris pleno p. 816, 16. ponitur saepe praedicative, ceterum nonnumquam per prolepsin statum verbo sententiae effectum indicare videtur, e. g. p. 814, 2. 6. 45. 46. 816, 10. 11*): **A** *de hominibus vel deis eorumve coetibus*: **1** *sine structuris*: **a** *spectat potius ad affectionem eventu, causa quadam motam vel ad statum animi inde ortum (cum respectu eventus futuri e. g. p. 814, 8sq. 10. 18. 21. 30); pavor efficitur*: *α qualibet causa* (*exempla selecta inde ab* OV.): PLAVT. Curc. 649 spectacla

... ruunt, ego pertimesco: ibi me nescioquis arripit timidam atque -am. CAECIL. com. 204 per servolum percutias -um *patrem* (*nisi ad b*). ACC. trag. 184 aspicio ex nemore -um et properantem egredi. LVCR. 5, 973 *tenebris obortis* solem ... quaerebant -i. 5, 1230 *in tempestate* prece quaesit ventorum -us paces. VERG. Aen. 12, 717 *tauris luctantibus* -i cessere magistri (VAL. FL. 6, 536 -os te ... rere m. *petere*? [*i. pastores ornatu Panis expavescentes*]. MART. epigr. 22, 1 sollicitant -i dum rhinocerota m.). AETNA 464 tum -um fugere ... par erit (*nisi ad p. 816, 29*). CIRIS 351 *Luciferum* -ae alternis fugitant optantque puellae. HOR. carm. 1, 1, 14 *ut agricola* -us nauta secet mare. 3, 16, 6 Acrisium ... custodem -um *Danaes*. OV. met. 5, 438 -ae ... matri ... est ... quaesita *Proserpina* (Hos. GETA Med. 344 [*sec. Verg. Aen. 7, 518, ubi* trepidae]). 9, 112 *Hercules Deianiram* pallentem ... fluviumque ipsumque timentem tradidit ... -am ... Nesso. EPICED. Drusi 184 hic illic -i clamque palamque dolent. LIV. 1, 48, 6 restitit -us *famulus cadaver regis conspiciens*. 33, 28, 14 perlectis ... litteris -us Thebas refugit. GERM. 302 exanimat -os instantis aquae mons (*sim. fere pro subst.*: LVCAN. 9, 583 -o fortique cadendum est. VAL. FL. 2, 161 curis -am ... relinquit. 2, 257. *al.*). SEN. Ag. 31 non -us hausi dicta. Thy. 570 -us ... vigil incubabat. epist. 8, 3 ad omne fortuitum bonum suspiciosi -ique subsistite. MART. 4, 5, 4 -os ... reos *citat praeco* (*cf.* IVV. 10, 87 -um in ius *trahere* ... dominum). TAC. ann. 16, 15, 1 *Neronem* -um semper et ... *tunc* magis exterritum (*sc. coniurationis metu ut* SVET. Dom. 14, 2 -us semper atque anxius).

et saepius. *de eis, qui certamen ineunt* (*cf. etiam* pavor *p. 840, 42*): VERG. Aen. 5, 575 excipiunt plausu -os *iuvenes* (SERV.: gloriae cupiditate sollicitos). *β bello, pugna, armis illatis sim.* (*exempla selecta post* LIV.): BELL. Afr. 82, 1 hostes ... -os concursare. SALL. Iug. 12, 5. 60, 4 *oppidanos pugnam spectantes* laetos modo, modo -os animadverteres. 103, 4 *legati* -i ... ad Sullam profugiunt. VERG. Aen. 2, 489 tum -ae tectis matres ... errant (2, 766. 8, 592 stant -ae in muris m. LIV. 4, 40, 3 m. ac coniuges. SEN. Herc. f. 1284. *cf.* LIV. 28, 42, 11 euntes in proelium -a prosequetur coniunx [30, 33, 11]). *al.* OV. met. 14, 296 *Vlixes* stricto -am *Circen* deterruit ense. LIV. 2, 25, 4 usque ad castra -os egit (*sim. fere pro subst. e. g.* 4, 33, 11. 6, 25, 10 LVCAN. 4, 165. *al.*). 3, 15, 7 -a et consternata multitudo (26, 10, 7. *cf.* 3, 22, 7 -am turbam). 3, 63, 2 in hostes iam -os ... impetum facit. 24, 16, 2 ruunt ... fugientes in castra adeo -i trepidique *eqs. et saepe.* VAL. MAX. 1, 6, 2 -i adhuc milites (TAC. ann. 15, 15, 2). FRONTIN. strat. 2, 4, 9 TAC. hist. 2, 41, 3 IVST. 5, 7, 4. *al.* *γ praesentia numinis, ominibus, portentis sim.* (*cf. p. 815, 65. 68. 72*): VERG. Aen. 2, 685 *flamma in capite Iuli apparente* nos -i trepidare metu (*nisi ad 2b*). 8, 349 iam tum religio -os terrebat agrestes dira loci. OV. met. 3, 99 *voce audita Cadmus* diu -us cum mente colorem perdiderat. 3, 688 *nautam* -um gelidumque (*sc. Tyrrhenis in delphinos mutatis; cf.* SEN. Oed. 459). LIV. 21, 22, 7 (*de eo, qui somnio terretur ut*: SEN. Tro. 458 IVV. 13, 222). SEN. Oed. 717 *Cadmus* sub nostra -us constitit arbore (*sc. in nemore Castalio*). LVCAN. 1, 592. 1, 673 terruerant satis haec -am praesagia plebem. 5, 124. 6, 657 -os iuvenis comites ipsumque trementem conspicit *Erictho*. 6, 661. SIL. 8, 631 *omina* terruerunt -os ... nautas. STAT. Theb. 3, 457 (*exta inspiciuntur*) iam tunc -is maculosa ... corda negant. IVVENC. 2, 74. 3, 107 -is Christus *super mare ambulans* loquitur *eqs.* 4, 770 *mulieres* -ae venerantur Iesum, *qui resurrexit.* IVST. 24, 8, 3. *al.*

b *spectat potius ad qualitatem alicui inhaerentem, statum animi perpetuum* (*certiora; ambigua sub a inseruimus [e. g. l. 21] nonnulla per prolepsin intellegentes, v. p. 813, 70*): LVCAN. 3, 96 (*Caesar de Pompeio*) tam -um ... ducem (*cf.* 7, 52 segnis -usque vocatur ... Pompeius). 4, 580 mors, utinam -os vitae subducere nolles! (*item pro subst.*: PLIN. nat. 2, 146 -i altiores specus tutissimos *a fulmine* putant. SIL. 10, 597 dura inter -os alitur fortuna. TAC. ann. 16, 25, 2 segnes et -os. *addas l. 59*). PLIN. nat. 11, 144 *homines nictari non cessantes,* quos -iores accepimus. 29, 67 *remedio quodam* inunctos non expavescere ... etiam -os. SIL. 10, 47 -i ... Metelli (*sc. Romam post Cannas deserturi; de eodem* 10, 65 -issime). STAT. Theb. 10, 905 an -as tonitru turbare puellas fortior *es*? IVV. 16, 3 me -um excipiat tironem porta (SCHOL.: quamvis timidus sum). TAC. hist. 1, 56, 1 spectator flagitii ... legatus aderat ... segnis, -us. 4, 37, 1 ut est vulgus sine rectore praeceps, -um, socors. ann. 3, 9, 2 -is consilia in incerto sunt. AVR. VICT. Caes. 40, 20 *Maxentius fuit* -us et imbellis. Ps. AVR. VICT. epit. 4, 3 Claudius ..., ignavus ac -us *eqs.* HEGES. 3, 17, 1 p. 216, 6 -ae mulieres. *laudatur status -i*: VVLG. prov. 28, 14 beatus homo, qui semper est -us; qui vero mentis est durae *eqs.*

2 *accedunt structurae*: **a** *indicantes id, quod pavorem movet* (*quod aliquis vitat, fugit l. 75. p. 815, 15*): *α gen.*: HOR. ars 172 *senex* dilator ... iners ⟨p⟩avidusque futuri (avidus *tuentur Hey, supra vol. II 1426, 62, et edd. nonnulli, sed cf. Brink ad l.*). SEN. Herc. f. 293 oblitos sui lucisque -os ... populos. 1075 -um leti genus humanum. LVCAN. 8, 811 -os Cilicas maris (*sc. piratas a Pompeio superatos; perperam* COMMENT.: eo quod timori essent navigantibus). TAC. hist. 3, 41, 2 apud ⟨p⟩avidos periculorum ac dedecoris securos. 5, 14, 2 miles Romanus ... nandi -us. ann. 4, 38, 1 offensionum pro utilitate publica non -um *Tiberium*. 15, 46, 1 *populus* est no-

[Zoppi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

varum rerum cupiens -usque. HEGES. 1, 33 p. 64, 27 proelii -us. *β abl. (iunctura laxiore l. 3sq. 4. 7, potius vi modali l. 17sq.; ceterum cf. l. 29. p. 816, 8sq.)*: LIV. 30, 34, 8 -o fuga et vulneribus milite. 44, 6, 1 quo nuntio cum -us exsiluisset. SEN. Herc. f. 61 viso ... Cerbero vidi ... -um ... Solem. Med. 256 generum ... gravi terrore -um (*nisi ad b*). LVCAN. 5, 408 -as hiberno sidere classes. TAC. hist. 2, 44, 3 *Othoniani* his cogitationibus truces aut -i. ann. 2, 14, 3 *Germanos* -os adversis. 15, 73, 3 fratris morte. AVG. civ. 6, 9 p. 264, 21 novitate -ae *sponsae*. *γ praepos.*: VERG. Aen. 11, 406 se -um contra mea *Turni* iurgia fingit *Drances*. LIV. 8, 16, 6 hostes ab superioris ... certaminis memoria -os. SEN. benef. 4, 27, 1 dicimus timidos proprie natura etiam ad inanes sonos -os (TAC. hist. 2, 68, 4 Vitellius ... ad omnes suspiciones -us. HEGES. 1, 40, 8 p. 88, 9 ad omnia. *cf. l. 44. 58, vix etiam p. 814, 19*). *δ struct. verbales*: LIV. 38, 7, 7 *oppidani* -i ..., ne ... facta in urbem via esset, fossam ... ducere instituunt (*vix addas* SVET. Nero 24, 1 IVVENC. 2, 238). SIL. 1, 406 Karthalo, non -us fetas mulcere leaenas.

b *variae*: OV. met. 6, 706 *Boreas* -am ... metu ... Orithyiam amplectitur (fast. 2, 103 SEN. Tro. 315. 1130 PETRON. 108, 1. *addas fort. p. 814, 39; cf.* formidine *l. 26. 28. 40*). LIV. 1, 58, 3 (*de Lucretia a Tarquinio oppressa*) -a ex somno mulier. 7, 15, 2 in castris feroces, in acie -i (TAC. hist. 1, 68, 1 in periculo). SEN. Herc. O. 1955 *Hercule adveniente Pluto* -us regni metuit sibi (*cf. e. g. vol. II 202, 70. 73; gen. obi. v. p. 814, 68; gen. respectus*: AVR. VICT. Caes. 4, 1 -us ... animi *fuit Claudius*).

B *de animalibus (cf. l. 52sq. 58. 61. 62. 73. p. 816, 7)*: **1** *spectat potius ad affectionem eventu motam*: VERG. georg. 3, 372 *Scythae cervos* non cassibus ... agitant *nec* -os formidine pinnae (*cf. locos ad 2 vergentes*: HOR. carm. 1, 2, 11 superiecto -ae natarunt aequore dammae. 1, 23, 2 -am ... matrem, *sc. inuleo amisso*. LVCAN. 4, 437 -os formidine cervos). Aen. 7, 780 *Hippolytum* monstris -i effudere equi (OV. ars 1, 338 Hippolytum -i [rabidi *var. l.*] diripuistis e. rem. 744 SEN. Phaedr. 1056 CVRT. 4, 13, 33. *cf.* PETRON. 123 vers. 188 -us quadrupes). HOR. sat. 2, 6, 113 *mures* currere per totum -i conclave. SEN. Ag. 685 alcyones ... fetus ... nido -ae titubante fovent. CVRT. 8, 14, 30 *elephanti* magis -i quam infesti ultra aciem exigebantur. COLVM. 6, 2, 2 iuvenci liberum habeant excursum, ne -i ... arboribus ... se implicent. 9, 12, 2 *de apibus* (*antea*: terreatur). PLIN. nat. 9, 108 si ... tonuerit, -as ac repente compressas *conchas* ... physemata efficere. *al.* **2** *spectat potius ad qualitatem animali inhaerentem*: HOR. epod. 2, 35 -um ... leporem ... captat *venator* (OV. hal. 64 SER. med. 576. *al.*). OV. ars 2, 148 -um solitos in pecus ire lupos. rem. 203 -os terre varia formidine cervos (fast. 5, 173 trist. 5, 9, 27. *cf. l. 26sqq.*). fast. 1, 400 *Priapus* -as inguine terret aves. trist. 5, 10, 26 -ae bella verentur oves. hal. 98 -i ... thynni. GRATT. 200 -os ... compellere dorcas. PHAEDR. 1, 2, 15 -um genus *ranarum*. CVRT. 8, 14, 23 equos ..., tam -um ad omnia animal (PLIN. nat. 11, 183 [*opp.* audacia]. 28, 113 TAC. Agr. 34, 2). COLVM. 6, 2, 14 *boves* nec auditu nec visu -i. PLIN. nat. 8, 27 elephantorum generis feminae multo -iores. 8, 46 *breves leones* -iores esse quam longos (VAL. Fl. 3, 706 [*per oxymoron*]). 11, 137 *aures sunt* micantes -is *iumentis* (VLP. dig. 21, 1, 4, 3 -a et calcitrosa). *al.*

C *de rebus* (urbs, multitudo *sim. v. sub A*): **1** *de animo, affectione sim.*: LVCR. 2, 45 (*per ironiam*) *copiis sim.* timefactae religiones effugiunt animo -ae (-e *var. l.*). 6, 51 -is cum pendent *homines* mentibus saepe (LYGD. 4, 8 -as m. falsa *somnia* timere iubent. SEN. Phaedr. 1082 -a sonipedes mente exciti. dial. 3, 20, 5 *irascentium* m. -issima. PETRON. 89 vers. 17 AMM. 20, 3, 1. 20, 11, 25. *al.*). 6, 645 -ā complebant pectora curā. OV. am. 1, 7, 20 -o est lingua retenta metu (ars 2, 88 fast. 1, 16. *cf.* met. 2, 66 -a trepidat formidine pectus. 7, 630 -o mihi membra timore horruerant [QVODV. grat. 2, 7, 14]). epist. 19, 192 -um ... pectus (SEN. dial. 4, 11, 4 leonum quam -a sunt ad levissimos sonos pectora. IVV. 6, 95 timent -oque gelantur pectore. *cf.* VVLG. deut. 20, 8 corde -o [28, 65 II par. 13, 7. GLOSS. -a corda: trementes animos. *v. etiam l. 71*]). SEN. Phaedr. 1070 *equos* rabidos -us evexit furor. epist. 104, 23 *natura* quibusdam animalibus ferum dedit ..., quibusdam -um ... spiritum. TAC. ann. 14, 49, 1 ut -a ingenia solent. *al.* **2** *de corpore eiusque partibus* (pectus *sim. v. sub 1*): OV. epist. 3, 59 scelus ... -as miserae mihi contigit aures (CVRT. 9, 8, 6). met. 1, 386 *dea* det ... sibi veniam, -o rogat ore (IVVENC. 1, 64). trist. 3, 3, 48 feries -ā pectora ... manu (SEN. Herc. O. 985 -a quid tremuit m.? [trepida *E*]. 1719 PETRON. 123 vers. 226). Pont. 2, 8, 39 -o ... vultu *captivae* (SEN. Herc. O. 700 -o territa v. LVCAN. 5, 213 nunc v. -o, nunc torva minaci *est Pythia*). SEN. Herc. O. 709 -um ... trepidis palpitat venis iecur. Phoen. 474 acie ... -a fratris observas manum (*cf.* SER. med. 192 *oculi*). Thy. 756 cor ... adhuc -um salit (*cf. l. 59*). VERS. metr. Mar. Victorin. gramm. VI 86, 5 cor quatit artus -os. IVVENC. 3, 335 -o presserunt corpore terram (*sec. Matth. 17, 6* timuerunt valde). AVIAN. fab. 7, 5 *canis* -ae summittens verbera caudae. *al.* **3** *de actionibus animantium* (*affectiones v. sub 1*): OV. met. 6, 327 -o (paulo *var. l.*) ... murmure dixit *eqs.*

(LVCAN. 5, 255 CLAVD. 8, 447). Pont. 2, 3, 88 inter confessum ... *et* negantem haerebam, -as dante timore notas. LIV. 30, 29, 1 Hannibal ... excitus -is nuntiis. 38, 25, 14 procul clamore -o suorum audito (41, 11, 6 fugientium). 44, 6, 2 -a consilia et imperia. VAL. MAX. 1, 6 ext. 1 -o regressu *Xerxis*. LVCAN. 2, 168 furto. 2, 235 in tanta -i formidine motus (*sc. Romanorum tumultus plenos pavoris futuros timentium*). VAL. FL. 1, 492 *venator catulos* astu rapuit -o. SIL. 11, 331 pedibus crebro -a oscula figens. 13, 133 -a ... fuga *cervae*. TAC. hist. 3, 59, 1 tam -us Vitellii discessus. SVET. Cal. 50, 3 quiete ... -a miris rerum imaginibus. *al.* **4** *de rebus variis* (*sive per prosopopoeiam sive per enallagen quandam*): LVCAN. 8, 473 speculator ... hospitis adventu -am compleverat aulam. VAL. FL. 1, 591 intonuit ... -is ... ventis omnipotens regemque dedit (*cf.* 2, 200 -as ... per auras *tonitru percussas*). 1, 622 -am ... ante ratem cecidere faces. 4, 534 *Harpyis abactis Phineus* non -ae miratur gaudia mensae. 4, 571 pater ipse maris -as detorquet habenas *a Symplegadibus*. 5, 425 *nympha fugiens* -as iacit ... pharetras. SIL. 1, 472 *ventus* curvatis -as tramittit Cycladas undis. *de loco pavoris pleno*: STAT. Theb. 5, 567 -i ferus incola luci (*ad II trahit* SCHOL. -us est qui pavorem incutit, pavens qui timet; ergo '-i luci': summitate arborum sive religionis metu incutientis pavorem [*cf. falsam explicationem p. 814, 72*]).

II *notione secundaria i. q. pavorem incutiens, efficiens* (*cf.* horridus *vol. VI 3, 2994, 5 sq.; vix huc iam l. 2. 5. 17; sunt qui huc trahant affectus sub IC1 allatos*): FVLG. aet. mund. p. 148, 6 Sinai montis ... aestuans vapor et rugientia ... montis arcana -os divinitatis testabantur adventus. PETR. CHRYS. serm. 79, 2 *mulieres* intrepidae -um redeunt ad funus (*sc. ad Christum sepultum*) ... nec illud pavescunt, quod ... nox ... addit timorem. *neutr. pro subst.*: LEX Visig. 8, 4, 15 tit. si animali quodcumque -um inligetur (*postea*: aliquid, unde animal terreatur).

m. vel. f. pro subst. v. p. 814, 16sqq. 32sqq. 54sqq. al., n. sg. l. 26, acc. pavidum *pro adv.* OV. met. 9, 569 *Byblis* de ... suis unum famulis pudibunda vocavit et -um blandita ... dixit *eqs.* (*Bömer ad l. cft. p. 814, 8*).

adv. **pavidē.** GLOSS.^{L} I Ansil.PA 888 timenter. 889 timide. [*confunditur in codd. cum adi.* LVCR. 2, 45 LIV. 5, 43, 8 LVCAN. 7, 643. *falso trad. per haplographiam* CAEL. AVR. acut. 2, 21, 126 unctionibus utendum -e (impavide *P. Schmid coll. acut. 1, 11, 97 chron. 4, 3, 30*).]

i. q. modo pavido, cum pavore: LIV. 5, 39, 8 quae *civitas* ad Alliam tam -e fugerat (45, 2, 5 [*si recte em. Madvig*, pauci *cod., alii alia*]). SEN. Oed. 608 -e latebras nemoris umbrosi petunt animae trementes *ab inferis excitae* (*cf. Zwierlein, 1986, ad l.*). LVCAN. 7, 643 -e num gessimus arma? (-i *var. l.*). QVINT. inst. 11, 3, 49 minus -e dicimus quae sequuntur.

deriv.: paviditas, *?* pavido. *compos.*: impavidus.

cf. Onom. *Zoppi.*

pavimentārius, -ī *m.* *a* pavimentum. *i. q. faber pavimentorum* (*cf.* marmorarius, musivarius, tessellarius): INSCR. Année Épigr. 1979 n. 129 (*Bovillae, saec. I a. Chr.; antecedunt nomina libertorum*) structor(es) paeimentari (*ita scribit lapis pro* -ai- [*cf. l. 73*]; *de* -aei- *v. Sommer-Pfister, Laut- und Formenlehre I 64 Anm. 1*). CIL VI 243, 2 (*a. 19*) genio collegi -orum. FAST. min. dom. Aug. Antiat. a. 49 (Inscr. Ital. XIII 1 p. 327) Phil⟨ippus⟩ pavimen(tarius). CIL XI 6730, 3 (*in opere musivo obsceni aspectus repertum dicitur*) Aurelius -us bene futuentibus vitam.

pavimento, -āvī, -ātum, -āre. *a* pavimentum. *scribitur* paim- *in inscr.*; -aut *pro* -avit *l. 58. inter verba act. primae coniug.* CHAR. gramm. p. 473, 33. GLOSS. -o: *ψηφολογῶ*.

1 *i. q. pavimento ornare, afficere* (*obi. e situ tituli intellegendo l. 58*): **a** *proprie*: *α -antur aedificia sim.* (*p. p. p. praeter inscr.*): CIC. dom. 116 porticum ... -tam (ad Q. fr. 3, 1, 1 VITR. 6, 5, 3). COLVM. 1, 6, 21 *stercilinum* exstructum ⌞-tum⌟que solo (*ita Lundström*, pavimentum *fere trad.*, pavitum *duo recc.*). INSCR. Année Épigr. 1961 n. 202 (*Afr.*) pingit et paimentaut (*pro* -avit). *addas fort.* CIL VI 4419 (= INSCR. Dessau 7881. *saec. I; in columbario*) *Alexander et Eros* curatoris (*i.* -es) iter(um) paiment(averunt) (*ita solvit Solin in litteris*; pavimentum *intellegit Dessau in indice p. 893 b*). *β -atur ipsa humus, sc. tundendo dura reddita*: PLIN. nat. 27, 15 -andum ubi *aloe* sata sit censent. HEGES. 4, 23, 2 *ab exercitu* -ta humus fructus negabat. **b** *translate spectat ad ea, quae quasi pavimento obducta obdurantur vel teguntur* (*cf.* pavimentum *p. 818, 54*): AVG. serm. 82, 14 malam conscientiam pugnis -are (*sc. pectore tundendo*), solidiorem reddere. 332, 4 pectora tundere, et haec eadem facere (*i. porro peccare*), nihil est aliud quam peccata -are.

2 *per graecismum i. q. in pavimento prosternere*: VET. LAT. Luc. 19, 44 (cod. 3) *inimici* -bunt te et natos tuos (*gr. ἐδαφιοῦσιν, cod. 10 al. et Vulg.* ad terram prosternent).

⁂pavimentum, -ī *n.* *a* pavire (*ita* FEST. p. 363 [*v. p. 819, 44 et cf.* PAVL. FEST. p. 191]. PLIN. nat. 36, 185. *al.*). GELL. 7, 12, 3 *vocem compositam esse negat.* *scribitur* paiment- CIL VI 122, 5. 219, 3 (*a. 130*). 17524, 6. 34884, 7. *al.*, pementu CIL VI 17987, 2 (pemntu *ibid.* l. 5), pabimentu CIL VIII 945, 1; *v. et p. 819, 30.* paum- *est exemplum barbarismi per*

[Sinclair]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

detractionem syllabae apud EXPLAN. in Don. 1. 29. *notatur* pavim INSCR. Gall. Narb. Espér. 561, 3. NOT. Tir. 51, 39. *genus neutrum testatur* DVB. NOM. gramm. V 586, 11. *de notione*: GLOSS. *ἔδαφος. πάτος. al. v. infra. mire* GLOSS. II 414, 57 *πούλπιτον*: pulpitum, -um. *legitur in prosa oratione inde a* CATONE, VARRONE, CIC., CAES., VITR. *et in inscr. inde a saec. II a. Chr., in poesi singulis locis apud* LVCIL., HOR., IVV. *al.* [*val.* pământ *'terra, solum'; it.* palmento; *sard. centr.* pamentu, *mer.* pomentu. *cf. M.-L. 6312. Battisti-Alessio IV 2734 sq. Wagner II 209. Wartburg VIII 80 sq. St.*] [*vix recte trad.* VITR. 7, 1, 3 insuper ex testa nucleus inducatur ... ne minore crassitudine [-um] digitorum senum (*tamquam titulum secl. Krohn*). CIL VI 4419 *v. sub* pavimento.]

I *notione originaria fere i. q. strues solidata, densata sive paviendo (v. p. 818, 1 sqq. 819, 1. 21. 23) sive alio modo* (*cf.* CASSIOD. in psalm. 118, 25 -um est soli alicuius in lenitatem maximam constructa soliditas): **A** *usu sollemni de strue quadam, quae collocatur in solo, in ima parte aedificiorum vel singulorum conclavium sim. quae strues primitus paviendo efficiebatur, sed iam inde a* CATONE -um *varia genera variis modis confecta significat. plerumque de strue tota vel de eius superficie dicitur, sed hic illic respicitur pars inferior quaedam, e. g. l. 38. 46 sq. p. 818, 6. 28. collocatur sub divo e. g. l. 36. p. 818, 17* (*cf.* VITR. 7, 1, 5. PLIN. nat. 1, 36, 62 de subdialibus -is), *supra contignationes vel substructiones e. g. p. 818, 22 sqq. 49* (*cf.* GLOSS. *διώροφον οἴκημα*: duorum -orum domus). *rem fusius tractant apud veteres* VITR. 7, 1 PLIN. nat. 36, 184 sqq., *ceterum v. e. g. Van Buren, RE XVIII 4, 2309 sqq.; Donderer, Jahrb. Deutsch. Arch. Inst. 102, 1987, 365 sqq.*

1 *compositio vel genus -i indicatur vel e contextu apparet; conficitur*: **a** *e testis, testaceis* (*cf. p. 818, 28*): *α exempla varia*: CATO agr. 18, 2 (*in torcularium; describitur confectio* 18, 7 de testa arida -um struito *eqs.* [*v. sub* pavio]). VITR. 7, 1, 7 (*v. sub c*) ex spica testacea (*cf. 7, 1, 4* testacea spicata *et* CIL VI 25527, 4 [*a. 94*] -um spicam straver(unt)). PLIN. nat. 35, 165 quo genere, *sc. Signino*, etiam -a excogitavit. PALLAD. 6, 11, 1 -a in solariis fiunt (*cf. 6, 11, 3* testacium *nec non* 7, 8. 10, 15 tit.). *β* -um testaceum: VITR. 7, 4, 5 solo festucato inducitur aut rudus aut t. -um (*inde* PLIN. nat. 36, 188 CET. FAV. 26 p. 306, 1 PALLAD. 1, 9, 4). COLVM. 1, 6, 13 *horrei solo* -a testacia ... supersternuntur. PALLAD. 1, 9, 5 *aestivae mansiones* t., ..., accipiant -um *eqs.* 1, 17, 1 *cisternae* solum ... t. -i superfusione levigetur *eqs.* 1, 18, 2 *cella vinaria* t. -o solidetur. 1, 19, 1 *laterculos* suffuso t. -o debemus imprimere. 1, 39, 2 *in caldario tegulis* superfundantur t. -a, et tunc, si copia est, marmora conlocentur (*cf. p. 818, 20*). ISID. orig. 15, 8, 11 ostracus est -um t., eo quod fractis testis calce admixto feriatur.

b *e marmore* (*cf. infra l. 72*): CATO orat. 139 villae atque aedes ... expolitae ... -is Poenicis (*explicat* FEST. p. 242 marmore Numidico constrata). CIC. leg. 2, 2 magnificas ... villas et -a marmorea ... contemno (CIL X 531, 7. INSCR. Gall. Narb. Espér. 561, 3. GLOSS. II 583, 33 incrustatio: -um m.). APVL. flor. 18, 3 -i marmoratio. SCHOL. Iuv. 11, 175 quo *marmore* stratum est -um (VVLG. II par. 3, 6 -um templi. GREG. TVR. Franc. 1, 32. *cf.* constratum FEST. *supra.* SVLP. SEV. dial. 3, 3, 5). HEGES. 5, 53, 1 p. 413, 19 de marmore. ISID. orig. 6, 11, 2 (= SVET. frg. p. 133, 1) -a ... e Carysteo marmore. CIL VI 122, 5 cum -o marmorato. INSCR. Année Épigr. 1956 n. 136 (*Puteolis*) -um ... marmorabit.

c *e tesseris vel lapidibus* (*cf.* GLOSS. *χονδροβολίας ἔδαφος. ψηφολογητὸν ἔδαφος. ψηφολόγημα. ψήφωσις*): LVCIL. 85 lepide lexis compostae ut tesserulae omnes arte -o atque emblemate vermiculato (SCHOL. Hor. sat. 2, 4, 83 -um v., sebatum. AVG. ord. 1, 1, 2). VARRO Men. 533 *λιθόστρωτα* -a (rust. 3, 1, 10 -is nobilibus lithostrotis. QVODV. prom. 3, 38, 44. *cf. l. 64*). CAES. civ. 3, 105, 6 palma ... inter coagmenta lapidum ex -o exstitisse ostendebatur. VITR. 7, 1, 3 supra nucleum ... -a struantur sive sectilia sive tesseris (7, 1, 6 e t. grandi. 7, 1, 7 sive ex t. grandi sive ex spica testacea ⟨-a⟩ struantur [*si recte suppl. Krohn*]. *cf. p. 818, 28*). SEN. contr. 2, 1, 12 -um tessellatum (SVET. Iul. 46 t. et sectilia. GLOSS. II 480, 44 *ψηφολογία*: t. -um). SEN. nat. 6, 31, 3 *vidit* aquam ... recipi in commissuras *tessellarum* -o recedente. PLIN. nat. 36, 184 -a originem apud Graecos habent elaborata arte (ante *Detlefsen*) picturae ratione, donec lithostrota expulere eam (*sim.* ISID. orig. 15, 8, 10). *ibid.* purgamenta cenae in -is ... velut relicta fecerat *artifex quidam* parvis e tessellis. APVL. met. 5, 1, 5 -a ipsa lapide pretioso caesim deminuto in varia picturae genera discriminantur. HIER. in Ioel 2, 1 l. 99 tesserularum quae in -is figuntur manu *artificis.* VVLG. IV reg. 16, 17 -um stratum lapide (*item* II par. 7, 3 Esth. 1, 6 Ezech. 40, 17. 42, 3). MIRAC. Steph. 1, 11 *dum paralyticus* super -um tessellae iaceret. INSCR. Ital. X 2, 57 p⟨avimentum⟩ basi⟨licae⟩ tes⟨sellaverunt⟩.

d *vario modo*: VARRO rust. 1, 59, 2 in iis *oporothecis* camaras marmorato et parietes -aque faciunt. VITR. 7, 4, 5 redditur species nigri -i *modo antea descripto* (*ibid. iterum* [*inde* CET. FAV. 26 p. 306, 5. 7. PALLAD. 1, 9, 4 *nec non* PLIN. nat. 1, 36, 63 *et* 36, 188, *ubi vocatur* genus graecanicum]. *cf.* CIL VI 656, 7 -um Graecense). PLIN. nat. 36, 185 -a credo primum facta quae nunc vocamus barbarica atque subtegulanea, in Italia festucis pavita; hoc certe ex nomine ipso intellegi potest; Romae scutulatum in Iovis ... aede primum factum est post tertium bellum Punicum initum, frequentata vero -a ante Cimbricum ... indicio est *eqs.* VVLG. III reg. 6, 15 texit -um domus tabulis abiegnis (6, 30 auro intrinsecus et extrinsecus). MART. CAP. 6, 588 caelicolarum auratam curiam et interstinctum cylindris gemmantibus -um.

2 *compositio non indicatur*: **a** *in titulis* (*qui saepius in ipsis -is inveniuntur*): CIL I² 681, 7 (*a. 98 a. Chr.*) -um faciendum *curaverunt* (694, 1 [*a. 108 a. Chr.*]. 1527, 3. 2224, 2. 3368. INSCR. Année Épigr. 1984 n. 388 [*saec. II/I a. Chr.*]. CIL II 5931, 4 [*aet. Aug.*]. *et saepius*). VI 5531 (*a. 1*) -um in ossuario (*item* 8738, 10 [*a. 1 a. Chr.*]). XIV 4791, 9 (*aet. Hadr.*) sarcofagu unum in -o (*sim.* 4827, 7 INSCR. Ost. Thylander A 280). *al.*

b *in libris*: *α in praeceptis sim., quae spectant ad -a vel aedificia construenda*: VARRO rust. 1, 13, 6 cellam vinariam et oleariam ... -o proclivi in lacum. 1, 51, 2 quidam aream ut habeant soldam, muniunt lapide aut etiam faciunt -um. VITR. 2, 8, 20 ut sit intactum ab rudere et -o *opus craticium.* 4, 6, 1 altitudo aedis a -o ad lacunaria (*sim.* VVLG. III reg. 6, 15. 16. 7, 7). 5, 10, 2 *in caldariis super pilas* conlocentur tegulae bipedales, quae sustineant -um (*inde* CET. FAV. 16 p. 300, 9 *nec non p. 817, 39*). 6, 3, 9 in aegyptiis *oecis* ... supra coaxationem -um *imponendum est.* 7, 1, 1 in contignationibus ... est animadvertendum, ne qui paries ... sit exstructus sub -um (*explicat postea*: cum enim solidus *paries* exit, ... facit in -is ... rimas. *similia praecepta*: 7, 1, 2. 7, 1, 5 [*inde* CET. FAV. 19 p. 302, 15]. PALLAD. 1, 9, 2). *al.* COLVM. 12, 52, 5 *in tabulato olivarum* in modum fossularum concavum -um. PLIN. nat. 1, 36, 60 sqq. 15, 33 -a horreorum ... amurca aspergi *iubet Cato.* CET. FAV. 19 p. 302, 7 exacto -o ... supra inpensa testacea mollior inducatur (*ad rem v. Plommer, Vitr. and Later Rom. Building Manuals, 1973, 101*). PALLAD. 1, 20 *in olei factorio* subiectis ... cuniculis -a suspendat. *al.* *β cetera exempla* (*selecta inde a* SEN.): VARRO Men. 531 in -o non audes facere lacunam (*opp.* in humu). CIC. Phil. 2, 105 natabant -a vino (*sim.* SALV. eccl. 4, 33. *cf.* HOR. carm. 2, 14, 27 heres ... mero tinguet -um). fam. 9, 22, 3. ad Q. fr. 3, 1, 1 -a recte fieri videbantur. SEN. nat. 1 praef. 7 iuvat *animum* ... divitum -a ridere. epist. 86, 5 -um tam vile. 114, 9 ut lacunaribus -orum respondeat nitor. PETRON. 51, 2 *phialam vitream* in -um proiecit. 136, 7 per totum effusam -um ... fabam. PLIN. nat. 36, 85 *labyrinthos quosdam* in -is ... videmus. IVV. 14, 60 (*ad servum*) verre -um (HIER. virg. Mar. 20 p. 204[B]. *cf.* VLP. dig. 33, 7, 12, 22 *spongiis* extergantur. HIER. epist. 60, 12, 2 tersa. *sim. al.*). PLIN. epist. 2, 1, 5 per leve et lubricum -um ... cecidit. 3, 14, 2 fervens -um *caldarii.* SVET. Aug. 72, 1 *in aedibus Augusti erant* sine ... insigni -o conclavia. FRONTO p. 58, 7 -um ... in balneis pelluere (*cf.* PAVL. dig. 8, 2, 28 proluendi -i causa. GREG. TVR. Franc. 9, 6 p. 419, 21 abluto -o). APVL. apol. 52, 3 *puer caducus* -is illiditur. PASS. Theclae A 42 p. 120, 1 procidens in -um (*B* humi se prostravit. *item venerandi vel orandi causa*: GREG. TVR. Franc. 7, 1 p. 325, 20 prostratus super -um. REGVLA mag. 93, 32 prosternens se ... -o. *sim. al.*). PASS. Theclae epit. IV 2 p. 151, 13 qui prope -um *theatri* sedebant. RVFIN. hist. 11, 23 p. 1027, 1 quoad summum -orum evadatur, *cuncta* opere forniceo constructa. *al.*

B *transfertur ad alia* (*in compar.* AMBR. *sub 2b*): **1** *quae pro tegimento sunt*: **a** *aedificiorum*: BELL. Alex. 1, 3 aedificia *Alexandriae* ... tecta ... sunt rudere aut -is. PLIN. nat. 36, 189 pulsa ... ex humo -a in camaras transiere. **b** *rerum incorp.* (*cf. p. 816, 63 sqq.*): AVG. discipl. 10, 11 pectora tundamus, non ut super peccata nostra -um solidemus; nam qui tundit pectus et non corrigitur, solidat peccata, non tollit.

2 *quae in ima parte posita sunt*: **a** *de solo, terra et inde de rebus terrenis, statu humili* (*maxime in explicatione allegorica adhibetur*): VET. LAT. psalm. 118, 25 (cod. 300 *al.* = VVLG.) adhaesit -o anima mea (*gr. τῷ ἐδάφει. terram vel corpus terra factum vel cupiditates terrenas sim. intellegunt e. g.* HIL., AMBR., AVG., PROSP. *ad l.; ceterum cf.* EVCHER. form. 9 p. 56, 16 -um humiliatio vel adflictio animae sive in terrena declinatio). Is. 26, 5 (Hier. *ad l.*) deus, ... civitates robustas destrues, et deduces usque ad -um (*gr. ἕως ἐδάφους, Vulg.* ad pulverem). Ier. 31, 37 (Hier. *ad l.*) si humiliatum *fuerit* -um terrae (*opp.* caelum; *gr. 38, 35 τὸ ἔδαφος, Vulg.* fundamenta). AMBR. hex. 3, 2, 9 p. 65, 1 de -o aquam surgere *videmus.* Ps. AVG. quaest. test. I 106, 3 terra ... -um est *mundi* (*opp.* cameram mundi). MAX. TAVR. 51, 1 l. 29 (*ad Matth. 4, 3* dic ut lapides isti panes fiant) ad -a se confert diabolus. NOVELL. Iust. 7, 3, 2 quae omnino destructa sunt et in -o iacent (*gr. εἰς ἔδαφος κειμένων*). **b** *de fundamentis quibuslibet*: AMBR. hex. 5, 17, 56 *hirundo nidum* instruit, ut quasi -i solo pulli eius intra aedes suas sine offensione versentur. Iob 1, 5, 15 *Christus* ambulavit tamquam in -o super mare. SIDON. carm. 7, 38 aulam caeli, rutilantia cuius ipsa -um sunt sidera (*cf. l. 8*).

? **II** *notione sec.* pavere *novata fere i. q. pavor, trepidatio* (*si recte trad.;*

[Sinclair]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cf. Isid. orig. 19, 10, 25 vocata ... -a eo quod paviantur, id est caedantur; unde et pavor, quia caedit cor. *v. etiam infra l. 49sqq.*): Carm. adv. Marc. 4,212 *deus* ante tribunale ante -umque paravit, ut fora iudiciumque sibi anticipare volentes effugerent (*sc. baptismate, paenitentia; cf. Müller, 1936, ad l.*).

deriv.: pavimentarius, pavimento.

pavio, -ītum, -īre (*de perf. act. v. infra*). [*verbum actionem describens, ut apponi possit* pavēre *statum eius qui quasi pavitus est indicans (v. p. 807, 9). sunt qui conferant verba lituan. et germ. notionem secandi praebentia, sed propter sensum gr. παίω potius arridet, etsi F illic omnino desideratur. Sch.*] *forma* puv- *l. 46 e compos.* depuvio, oppuviat *restituta esse videtur. perf. act.* pavi *non modo a* pasco *et* paveo, *sed etiam a* -o *derivat interpolator quidam apud* Diom. gramm. I 372, 1. *de notione: v. l. 43sqq. et* Isid. orig. 15, 8, 10 quod -antur *pavimenta,* id est caedantur. Gloss. tundo. -it: tundit. -atur: tundatur, a pavimento. [*francoprov.* pavi; *a forma heteroclitica* *pavare: *francog.* paver; *prov. vet.* pavar *et var. prov., vasc. cf. Wartburg VIII 81 sq. St.*] [*de* Colvm. 1, 6, 21 *v. sub* pavimento.]

1 *strictius i. q. pulsare, ferire aliquid ita, ut durum vel densum fiat*: **a** *pulsatur solum, terra* (*semen terra operiendum l. 35*): **α** *ad pavimentum faciendum* (*cf.* Gloss. ἐδαφίζω. *vergit in notionem pavimentandi l. 24*): Cato agr. 18, 7 ubi *pavimentum* structum erit, -ito fricatoque, uti pavimentum bonum siet. Varro rust. 1, 51, 1 solida terra -ta *sit area.* Plin. nat. 36, 185 *pavimenta* festucis -ta (*plura v. supra p. 818, 2*). Pavl. Nol. epist. 31, 4 ut numquam tegi marmore aut -iri (paveri, pavimentari *var. ll.*) receperit *locus, unde Christus in caelum ascendit. p.p.p. neutr. pro subst. i. q. pavimentum*: Pavl. Nol. carm. 28, 40 *area tribus basilicis circumdata* medio spatiosa -to (pavimento, pavimenti *var. ll.*; medium *pro subst. accipit Goldschmidt, Paulinus' Churches at Nola, 1940, ad l.*). *addas fort.* Gloss. -tum: ἠδαφισμένον *nec non coni.* Clavd. carm. min. app. 5, 56 caeso ... -to cum pede vox resonet (*ita L. Müller,* pavinto *trad., quod pro* pavimento *accipit Birt*). **β** *qualibet ratione*: Lvcr. 2, 376 mollibus undis litoris ... ˹-it˺ aequor harenam (˹ ˺ *codd.*, lavit *Non. p. 503, 46*). Plin. nat. 9, 37 *testudines* pariunt ova ... eaque defossa extra aquas et cooperta terra [ac] -ta pectore et complanata incubant noctibus. 17, 74 *semen cypressi satum* -itur vestigiis (patitur *var. l.; cf. Cato agr. 151, 3* pedibus complanato). 19, 120 *ocimo* sato -itur terra (*cf. Colum. 11, 3, 34* inculcatur pavicula).

b *densatur textum*: Ov. met. 6, 58 *subtemen* percusso ˹-unt˺ insecti pectine dentes (feriunt *codd., corr. e* Sen. epist. 90, 20, *ubi* pariunt *trad.*).

2 *laxius, sc. in veriloquiis, i. q. ferire quolibet modo*: Cic. div. 2, 72 cum *pulli augurales* pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere et terram -ire; terripavium primo, post terripudium dictum est; hoc quidem iam tripudium dicitur (*cf.* Pavl. Fest. p. 244 tripudium ..., id est terripuvium; -ire enim ferire est [*sim.* Fest. p. 363, *ubi sequitur*: a quo et pavimenta; id ex graeco, quod illi παίειν, quod nos ferire]). Pavl. Fest. p. 191 oppuviat: verberat, a puviendo, id est feriendo; unde pueri, quod puviendo coercentur, id est plagis, unde et pavimenta. Serv. georg. 2, 86 *pausia* a -endo dicta, id est tundendo (*inde alii, v. p. 858, 58*). Isid. orig. 10, 201 patiens dictus a ˹pavendo; pavere˺ enim ferire est; percutitur enim et tolerat (paviendo; pavire *sec. l. 43sq. legendum videtur, nisi suspiceris apud* Isid. *verbum rarum in tertiam coniug., sc.* pavio, pavĕre *transisse, cf. enim* 10, 230 *p. 813, 33 et* Gloss. pavere: ferire. *v. etiam* pavimentum *sub II*).

deriv.: pavicula, pavimentum, pavitensis.

compos.: circumpavio, depuvio, oppuviat; *cf.* terripavium.

cf. Onom. (Pavitus). *Sinclair.*

pavitātio, -ōnis *f.* *a* pavitare. *i. q. motus trepidus, tremor*: Apvl. mund. 18 p. 331, *v. supra p. 150, 3 sqq.*

pavitēnsis, -e. *a* pavire (pavitum). Isid. orig. 19, 22, 19 (*inde* Gloss.^{L} I Ansil.^{pa} 913) levidensis *vestis,* quod raro filo sit leviterque densata; -is contraria levidensi dicta, quod graviter pressa atque calcata sit (*spectat fortasse ad ea, quae fullones vel coactores lanarii calcant, v. Gähwiler, Das lat. Suffix -ensis, Diss. 1962, 54; sed cf. etiam l. 38*). *Fl.*

pavito, -āvī, -āre. *a* pavere. *scribitur* papi- Gloss. IV 136, 26. *inter verba act. primae coniug.* Char. gramm. p. 474, 6; *inter formas longe praevalet part. praes. de notione*: Gloss. -ans: timens. -antem: timentem, formidantem (*sim.* Gloss.^{L} I Ansil.^{pa} 908. 910 sq.). *legitur in versibus apud* Ter., Lvcr., Verg., Petron., Val. Fl., Sil., Ter. Mavr. *al., in oratione prosa non ante saec. IV.* [*confunditur cum* palpitare *p. 820, 32.* Greg. M. dial. 3, 7, 6 magnae formidinis anxietate palpitaret (*var. l.* pavitaret), *qua voce* Don. *in* Ter. Hec. 321 *explicando utitur, v. p. 820, 12. e coni. dubia*: Cael. Avr. diaet. pass. 31 *oculi* digitorum ˹obtractationem -antes˺ (*ita Rose,* obumbrationem exparvitate his *cod.*, expavitantes *suspicatur Wieland*).]

i. q. (*vehementer, frequenter*) *pavere. respicitur tremor corporis certe p. 820, 10. 38* (*cf.* pavitatio), *sed origine vocis* (*v. l. 7sqq. supra*) *considerata suspicari licet etiam affectionem animi hic illic motu quodam corporis indicari, e. g. l. 23. 25. 38. pavor efficitur morbo l. 10, ceterum fere metu, timore sim., apud scriptores posteriores religione l. 31. 43. 54. cum vis intensiva tum vis frequentativa saepe parum manifesta est* (*v. etiam* Gloss. *supra et Hofmann-Szantyr 297. 720*).

1 *intransitive* (*accedit acc. adverbialis l. 10. 26; indicatur id quod pavorem movet per ablativum l. 25. 29, praepos.* ad *l. 45*): **a** *pro subi. sunt animantia*: **α** *pertinet ad corpus, quod frigore, horrore concutitur*: Ter. Hec. 321 (*servus ad dominum*) uxorem Philumenam -are nescio quid dixerunt ...:: quid morbi est? (Don. *ad l.* pavere et timere et ad corporis et ad animi perturbationem veteres referebant ...; [2] ergo -are aegrotare, quasi horruisse et palpitare venis. Serv. Aen. 1, 92 in Terentio uxorem tuam -are aiunt non timere, sed laborare frigoribus). **β** *pertinet praecipue ad animi affectionem: quemlibet metum, timorem sim.*: Verg. Aen. 2, 107 *Sinon* prosequitur -ans et ficto pectore fatur (Clavd. Don. *ad l.* p. 161, 25 -antem debemus accipere aut simulato pavore loquentem aut vere -antem, ne ... insidiarum deceptio [*an* detectio?] nasceretur *eqs.* Serv. auct.: hoc est simulans se pavere [*sim.* Gloss.]. Gloss.^{L} I Ansil.^{pa} 907 velut pavens). 6, 498 vix adeo agnovit *Aeneas* -antem *Deiphobum* ac dira tegentem supplicia (Serv. ne agnosceretur, timentem). Petron. 122 vers. 125 *Dis* -ans fraternos palluit ictus (*nisi ad 2, sc. obi. ἀπὸ κοινοῦ posito*). Val. Fl. 7, 410 *Medeam* effusis -antem fletibus *Iason* ... vidit. Sil. 2, 234 -ant trepidi rerum (*sc. oppugnati ut* 13, 142. *cf.* 10, 580 solam -antibus arcem speravisse sat est [*part. praes. pro subst. ut* 10, 614]). 5, 279. Ter. Mavr. 1930 attoniti Troes viso serpente -ant (*sec. Hom. M 208 ἐρρίγησαν*). Amm. 29, 2, 4 paria convivis Siculi Dionysii -antes, qui ... incumbentes gladios perhorrebant. Ambr. Tob. 4, 14 non sic trepidant ..., non sic deiecti ac suspensi -ant, de quorum captivitate expectatur sortis eventus. Pavl. Nol. carm. 20, 88 non tenebris -ante ... equo (Oros. hist. 4, 1, 9 *propter elephantos*). Cypr. Gall. Ios. 429 Coripp. Ioh. 1, 105. *religionem*: Avg. civ. 17, 6 p. 218, 17 quod *oleum unctionis* in eo *rege Saul* tantum veneratus est ipse David, ut percusso corde -verit (palpit- *codex unus in margine*). Cypr. Gall. iud. 513 *Manoah* ⟨sequi⟩tur -ans sanctumque invisere gaudens.

b *pro subi. sunt res* (*locus sim. fere pro incolis ponitur apud* Sil., *v. et* Anian. *sub 2*; *adhibetur ubique part. praes., ut nonnulla etiam per enallagen adiectivi possint explicari*): Verg. Aen. 11, 813 caudam ... remulcens subiecit -antem utero *lupus.* Sen. Oed. 1047 (*Oed. caecatus ad se ipsum*) -ante gressu sequere ... vias ([*1049* tremente dextera]. Phoc. carm. de Verg. 78 [*interpol. ?*]). Sil. 11, 24 ora *magnae Graeciae* ... iuravit -ans Tyrio sua proelia Marti. 12, 563 *Hannibale circumequitante* -antia ... perculsae moenia Romae. Opt. Porf. carm. 2, 10 vix mihi Calliope -anti (*potius abl. quam dat.*) conscia nutu adnuit. Ivvenc. 1, 95 (*sec. Luc. 1, 46*) *Maria* -antia dicta volutat: 'magnificas laudes *eqs.*' Chrysost. repar. laps. 5 l. 64 quis enim non stuperet ad corpora iuvenum *in fornace positorum* -asse flammas. Prvd. c. Symm. 1, 374 corda hominum -antia (Cypr. Gall. gen. 1135 *Ioseph fratribus somnium narrans* commovit trepido -antia c. tumultu).

2 *transitive*: **a** *cum obi. acc.* (*indicans sive futura sive praesentia; acc. adverbialem v. sub 1; huc fort.* Petron. *sub 1aβ*): Lvcr. 2, 58 (= 3, 90. 6, 38) quae pueri in tenebris -ant finguntque futura (*antea*: timemus; metuenda). Prosp. carm. de ingrat. 129 *ecclesia* degeneres -ans inimico ex semine foetus. Lvx. anth. 339, 7 catenas. Apon. 5, 30 diaboli impetus ... -antem *ecclesiam.* Ven. Fort. carm. app. 1, 110 quod nauta timet, non -asset amans. Coripp. Ioh. 5, 485 vulnera. *deum, res sacras sim.*: Anian. Chrysost. hom. 8, 5 *Aegyptum* adorantem irrationales animantes, porros etiam cepasque -antem (*Migne gr. 57, 88 δεδοικνῖαν καὶ τρέμουσαν*). Prvd. cath. 3, 121 conscia culpa deum -ans ... exigitur (*sc. Adam et Eva e paradiso*).

b *pro obi. substituuntur struct. verb.*: **α** *enunt. secund.*: Ivvenc. 4, 214 (*sec. Matth. 25, 9*) *virginum* sapiens -at chorus, omnibus aeque ne desint clarae nutrimina ... flammae. Clavd. Don. *v. l. 17.* **β** *inf.* (*indicans id quod quis facere vitat, dubitat*): Fvlg. aet. mund. p. 142, 8 *Abraham* meliora etiam repperit non -ans sua amittere (*antea*: festinavit *et* non sollicitus *c. inf.*). Possid. vita Aug. 6, 4 *Fortunatus* cum eo *Augustino* congredi -bat.

part. praes. pavitāns, -antis *ponitur pro subst. l. 24, pro adi. hic illic sub 1b.*

deriv.: pavitatio.

pavītum *v.* pavio. *Hillen.*

***paulātim** *adv.* *a* paulus, paulum (*cf.* Prisc. gramm. III 75, 8. 86, 25). *scripturae* paull- *testimonia antiquiora non invenimus; cf. sub* paulus. Not. Tir. 49, 68. *de notione et differentia*: Dosith. gramm. 43, 2 (*inter adv.* quae in ... tim terminantur) *ἐκ τοῦ πρὸς ὀλίγον* -m (*inde* Gloss. II 293, 20). Synon. Cic. p. 438, 1 gradatim. -m. minutatim. pedetemptim. per numeros. per partes. p. 441, 5 sensim. caute ... -m.

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

minutatim. particulatim *eqs.* DIFF. ed. Beck p. 74, 3 inter -m et paulisper: -m diu experti est, paulisper brevis temporis est. GLOSS. *κατ' ὀλίγον. πρὸς ὀλίγον. κατὰ βραχύ. κατὰ μικρόν.* per partes. sensim, minutatim, pedetemptim. particulatim. *dub.*: GLOSS.^{L} I Ansil.pa 917 -m: acute (*fortasse emendandum ex* 918 [cod. Paris.] -m: caute. *cf. p. 820, 75*). *legitur inde a* PLAVTO *per totam latinitatem; quae ratio inter adv.* -m, sensim (s.), gradatim (g.), pedetemptim (p.) *intercedat, ex tabula adiecta apparet* (*afferimus scriptores potiores omittentes praecipue eos, qui singula vel bina tantum exempla praebent*):

	-m	s.	g.	p.		-m	s.	g.	p.
PLAVT.	1	2	–	1	COLVM.	19	1	–	–
TER.	4	–	–	1	PLIN. nat.	37	12	1	–
CATO	6	–	–	1	VAL. FL.	5	–	–	–
CIC.	2	21	12	8	SIL.	11	18	–	–
VARRO	–	–	6	–	STAT.	9	–	–	–
LVCR.	22	–	–	2	QVINT.	13	5	1	1
CAES.	13	–	–	–	FRONTIN.	6	1	–	–
Corp. Caes.	10	–	–	–	IVV.	4	–	–	–
SALL.	14	–	–	–	TAC.	44	1	–	–
VERG.	11	–	–	–	PLIN. *min.*	5	5	3	–
OV.	22	4	–	–	SVET.	10	5	–	–
LIV.	18	21	–	1	FRONTO	6	–	–	2
MANIL.	4	–	–	–	APVL.	14	9	2	–
VITR.	–	–	9	–	TERT.	12	–	2	–
VAL. MAX.	7	–	–	–	AMM.	40	13	1	–
CELS.	50	–	–	–	VVLG.	15	–	–	–
SEN. *phil.*	43	3	–	2	PRVD.	2	8	2	–
CVRT.	19	8	–	–	AVG.	112	22	40	12

[*confunditur cum* paulum CAES. Gall. 4, 33, 2 civ. 3, 93, 4. *falso trad. pro* palmatim CHIRON 624 VEG. mulom. 2, 54, 5. *de falsa versione* CAEL. AVR. acut. 2, 116 *v. P. Schmid, Contributions, 1942, 57 adn. 52. loco corrupto*: LVCR. 1, 1093 AVR. Fronto p. 45, 13.]

i. q. parvis gressibus, κατὰ μικρόν, sc. indicat modum actionis vel mutationis, quae non tota simul, sed procedente tempore fit vel cognoscitur. cf. opp. semel, simul, subito *vel* totus, universus *sim. passim; recentiora v. sub III; de temporibus verborum cum* -m *iunctis notandum est omnia tempora occurrere, saepe praes., etiam part. praes.; in praeterito longe praevalet perf.* (*hic illic etiam plusquamperf.*), *sc. effectum quendam significans, cui rei parum convenit imperf., quod raro legitur, e. g.* CAES. Gall. 1, 39, 5 VERG. Aen. 6, 358 LIV. 25, 10, 6 TAC. hist. 2, 87, 2 VET. LAT. IV Esdr. 6, 29 VVLG. exod. 19, 19 I reg. 14, 19.

I *usu sollemni significat actionem pedetemptim, sensim, leniter sim. perfici* (*sc. sive partibus succedentibus sive continuo; hic illic iuxta ponuntur* particulatim [*p. 822, 5. 12*], minutatim [*p. 822, 14. 823, 12*], singillatim [*p. 822, 26*], pedetemptim [*p. 823, 57*] *nec non* sensim [*e. g. p. 823, 25*], *sive ut augeatur locutio sive ut suppleatur; afferuntur etiam ambigua fortasse ad II pertinentia* [*v. quae sub II praemonuimus*]): **A** *accedit ad verba* (*saepe incohativa; quasi abundanter iungitur verbum incipiendi, e. g. l. 64. 68. p. 822, 4* [*simul cum incohativo p. 823, 5*], *vel indicatio temporis longioris, e. g. p. 822, 10. 823, 2. 46; saepius in praeceptis sim. de actionibus caute gerendis* [*v. praecipue sub 2a*]): **1** *ad verba movendi, cedendi sim.* (*non distinximus usum verborum proprium et translatum; in descriptione terrae e. g. l. 64. p. 822, 2. 23; augentur verba per se motum lentum indicantia e. g. l. 67. p. 822, 21; quaedam spectant etiam ad 2b et 3, sc. notione vel crescendi vel deficiendi accedente; accedit ad subst. p. 824, 3; exempla inde a* LVCR. *selecta*): PLAVT. Merc. 403 (*pater filio persuadens secum loquitur*) labefacto -m. TER. Hec. 169 -m elapsust Bacchidi *amator.* Ad. 591 cyathos sorbilans -m hunc producam diem ([*nisi ad* sorbilans *trahas, ut ad II pertineat*]. COLVM. 6, 2, 8 -m longius ... producendi sunt *boves.* 6, 27, 12. TERT. anim. 37, 5 *vis animae* -m cum carne producitur). SISENNA hist. 34 *milites in pugna* -m recedunt (MELA 3, 14 ab eo flumine ... incipiunt orae -m recedere. IVV. 6, 19 ad superos Astraea. CLAVD. DON. Aen. 11, 825 p. 534, 23 -m recedente calore corporis. HIER. in Ezech. 11, 22–23 l. 1108 [*postea*: primum ... postea ... novissime]). CIC. div. in Caec. 68 si -m haec consuetudo serpere ac prodire coeperit (COLVM. 9, 13, 11 *vitia*). CAEL. Cic. fam. 8, 17, 1 cuius amicitia me -m in hanc perditam causam imposuit. LVCR. 3, 505 omnis -m redit in sensus *aegrotus* (*item post defectum sensuum*: CVRT. 3, 5, 9 redeunte animo. TAC. ann. 13, 16, 3 redituros -m visus sensusque. *aliter*: CAES. Gall. 2, 8, 3 *collis* ad planitiem. ALF. dig. 41, 1, 38 cum *flumen* -m retro, *sc. in alveum priorem*, redisset [*antea*: minutatim recessit]. TAC. ann. 1, 28, 6 amor obsequii. *al.*). 4, 429 *porticus* cum tota videtur, -m trahit angusti fastigia coni (ALF. AVIT. carm. frg. 2, 5 *proditor liberos Faliscorum* spatiando -m trahit *ad castra Romanorum* [*cf. Liv. 5, 27, 2* modo brevioribus, modo longioribus spatiis trahendo]. PRISC. periheg. 616 -m trahitur *Asia* ... orientis ad oras [*gr. Dionys. periheg. 622 κατὰ βαιόν, cf. Avien. orb. terr. 822* sensim]. *al.*). CAES. Gall. 4, 30, 3 ex castris discedere ... coeperunt (TAC. Agr. 21, 2 ad delenimenta vitiorum. AVG. civ. 19, 12 p. 376, 13 -m particulatimque. *al.*). civ. 1, 80, 1 lente atque -m proceditur (HIRT. Gall. 8, 19, 2 SALL. Iug. 50, 2. *et saepius; in imag. et transl.*: SEN. dial. 5, 1, 3 *ira* non -m procedit, sed dum incipit, tota est. nat. 1, 17, 10 in deterius. epist. 66, 25 fastidium tuum illo usque procedet, ut *eqs.* [*sim.* SVET. Tib. 58 FRONTO p. 110, 15]. TERT. anim. 38, 1 *naturalia animae* -m per aetatis spatia. *al.*). BELL. Alex. 3, 2 in consuetudinem ... venire (OV. met. 2, 827 letalis hiems -m in pectora. GAIVS inst. 4, 30 in odium. *al.; iuxta* particulatim: AVG. civ. 20, 5 p. 413, 32). Ps. SALL. rep. 2, 5, 5 dilapsus est (TAC. hist. 3, 58, 4. TERT. anim. 53, 2 -m ac minutatim. *al.*). VERG. Aen. 7, 529 -m sese tollit mare (*syn. apud* SERV.: sensim). 8, 326 deterior donec -m ac decolor aetas ... successit *saeculo aureo* ([*cf.* CLAVD. DON. p. 161, 14 bene ... addidit -m; ... non potuit semel abrumpi]. *al.*). LIV. 38, 14, 14 est perductus (SEN. contr. 1 praef. 16 *vocem* per gradus -m ab imo ad summum p. [*postea*: paribus intervallis descendere. *inde* FORTVN. rhet. 3, 16 extollamus. MART. CAP. 5, 542 erigant. *cf. Cic. de orat. 3, 227* gradatim]. *al.*). 39, 30, 2 eductae sunt (CELS. 7, 29, 5 leniter trahere ... et ... -m ... educere). SEN. nat. 2, 9, 1 lumen non -m prorepit, sed semel universis rebus infunditur. COLVM. 8, 15, 3 *ora lacus* non in gradus oportet erigi, sed -m clivo subsidere. PLIN. nat. 16, 92 *folia* decidunt sorbo universa, ceteris *arboribus* -m (VET. LAT. Sirach 19, 1 *superbus*). TAC. hist. 4, 27, 1 aggregantibus se auxiliis (*cf.* AVG. in psalm. 106, 3 non simul omnes, sed -m singillatimque ... congregamur). *et saepe. respiciuntur partes dictorum, quae singillatim, non summatim proferuntur*: FILASTR. praef. 1 numerum ... earum *haereseon diversarum* -m exponere. VICT. VIT. 1, 24 *omnia*, quae per illum *episcopum* dominus fecerit, -m excurrere. *inde fortasse explicandum*: Ps. CYPR. tract. 27 sex ... istos (*i. dies creationis ?*) -m ante in lege conscripsit (*si licet* -m ... conscripsit *ad descriptionem singulorum dierum referre*).

2 *ad verba addendi, praebendi, sumendi sim.* (*adiecimus verba crescendi, augendi sim., v. sub b*): **a** *in praeceptis artium* (*fere in re rustica vel in arte medica*): ***α*** *de modo, quo quaedam immisceantur cibis vel medicamentis praeparandis*: CATO agr. 74 farinam in mortarium indito, aquae -m addito ([*de genetivo vix pendente a* -m *v. Löfstedt, Syntactica I*^{2}, *143; aliter e. g. Hofmann-Szantyr 52*]. 76, 1 *farinam.* 86 lacte). CELS. 6, 6, 3 adiecta -m ... aqua (6, 6, 39^{C} oleum [MARCELL. med. 6, 30]. 6, 10, 2 *vinum* [6, 14, 1 MARCELL. med. 26, 34]). 6, 7, 1^{E} miscentur (SCRIB. LARG. 75 [*cf. postea*: sensim]. 81 -m galbanum miscetur ⌞per minutas partes⌟ [*om.* MARCELL. med. 15, 98]. *cf.* MARCELL. med. 6, 33 admiscebis). COLVM. 12, 20, 4 aromata contusa ... -m insparges (MARCELL. med. 7, 19 mittes, sed -m de manu inspergens, lithargyrum. *ibid.* herbas ... infundes, immo manu vel digitis moderantibus -m insperges. *cf.* SCRIB. LARG. 45 aspergere [*inde* MARCELL. med. 15, 95 spargere]. MARCELL. med. 36, 10 consperges). 12, 24, 3 infundere (*cf.* PLIN. nat. 12, 102 adfusa -m calida aqua [23, 164]). MARCELL. med. 35, 32 supermittetur (36, 50. *cf.* APIC. 6, 9, 13 mittis [ORIBAS. syn. 3, 14, 2 p. 853; *gr. κατὰ βραχύ*]). ORIBAS. syn. 5, 20 La p. 63 mel superstillatur -m (*nisi indicatur mera quantitas sec. gr. μέλιτος ἐπισταζομένου βραχέος, cf. Ab* sepiae cum melle trita modicum). ***β*** *de modo, quo cibi, potiones, medicamenta dentur, sumantur sim.* (*v. quae sub II praemonuimus*): CATO agr. 89 *gallinis farciendis* turundas ... in os indat, -m cottidie addat. CELS. 3, 22, 4 si cibi minus aliquis ... adsumpsit *aegrotus*, adicere, sed -m, ne, si corpus insuetum subita multitudine oneraverit *eqs.* (4, 18, 4 -m merum adiciendum, *sc. potioni.* 7, 30, 1^{B} cibis ... aliquid. CHIRON 269. *cf.* CHIRON 254 adiectionem cibariae -m facies). 3, 22, 7 *post abstinentiam* -m cibi dandi (4, 19, 2 ne quis aut cibus aut umor universus detur, sed -m; ergo per intervalla temporis sat est cyathos binos ternosve sumere *eqs.* PLIN. nat. 16, 25. 28, 232. CHIRON 137 non continuum, sed -m ordei ... dare [*ad gen. partit. pro obi. cf. l. 37*]. *al.*). COLVM. 2, 3, 2 *bubus* non multum nec universum cibum, sed partibus et -m praebere. PLIN. nat. 17, 263 adfundi *arboribus.* 20, 180 *origanum* sumptum -m (MARCELL. med. 30, 79 -m, quotiens visum fuerit). 27, 49 sorbetur (MARCELL. med. 14, 59. *cf.* MARCELL. med. 16, 96 absorbeatur). VEG. mulom. 1, 29, 6 *hordeum* -m offeratur et frequenter exiguum (ORIBAS. syn. 6, 25, 7 Aa [= Ab] p. 112 *aquam* non -m offerre ..., sed sub uno impetu ... detur [*gr. κατὰ μικρά*]). ORIBAS. eup. 1, 11, 4 p. 417 cibari ([*gr. κατ' ὀλίγα*]. *cf.* syn. 6, 27, 1 Aa [= Ab] p. 114 nutriendi sunt -m et frequenter [*gr. κατὰ βραχὺ συνεχῶς*]). *al.*

b *usu vario* (*quaedam, velut verba procedendi sim., invenies sub 1; exempla selecta*): LVCR. 1, 189 omnia ... -m crescunt ([*cf. 184* augendis rebus spatio ... usus, *opp.* subito, repente]. SALL. Catil. 10, 6 *ambitio.* 51, 30 licentia. SEN. benef. 7, 1, 2 opus. dial. 4, 19, 4 ira. *al.*). 1, 323 quaecumque dies naturaque rebus -m tribuit moderatim crescere cogens. CELS. 3, 11, 1

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ne statim vehementissimi calores incipiant, sed -m increscant (7, 6, 2 *tubercula* ista et ex parvulo incipiunt et diu -mque increscunt. HIER. epist. 22, 21, 3. *al.*). PROC. dig. 41, 1, 56 pr. aucta est -m et processit *insula* (QVINT. inst. 1, 4, 19 -m ... auctus est numerus *partium orationis.* AMM. 23, 6, 35). QVINT. inst. 1, 2, 1 -m accrescere puer ... incipiat. TAC. Germ. 2, 3 nomen ... evaluisse. SVET. Nero 27, 1 invalescentibus vitiis. GAIVS inst. 2, 70 quod ... -m flumen agro nostro adicit (*ibid. iterum.* ARNOB. nat. 2, 7 p. 73, 8 *cur* pili ... *non* omnes pariter, sed -m adiciendo canescant [*nisi ad* canescant, *ut trahas ad 4*]). APVL. met. 8, 8, 5 revalescente -m spiritu. flor. 18, 43 -m ... Severum adiungo (*sc. provehente cursu sermonis*). TERT. anim. 30, 2 humanum genus exuberasse. AMM. 20, 11, 19 succrescente -m ardore bellandi (AVG. c. mend. 18, 37 -m minutatimque succrescit hoc malum et brevibus accessibus ... sensim subintrando perducitur, ut *eqs.*). 31, 5, 7 populus ... -m augescens (*v. etiam l. 31*). *al.*

3 *ad verba deficiendi, minuendi, perdendi sim.* (*verba recedendi sim. v. sub 1; exempla selecta*): LVCR. 2, 828 evanescere -m stinguique colorem (5, 535 e. -m et decrescere pondus. OV. met. 14, 432). 2, 1029 minuant (BELL. Alex. 48, 3 -m ... et occulte ... disciplinam. SEN. nat. 6, 8, 2 Tigrin ... non universum averti, sed -m ... minui. *al.; cf.* PLIN. nat. 33, 47 imminuere [BASS. gramm. VI 260, 1]). VERG. georg. 3, 215 carpit ... vires *tauri* -m uritque videndo femina (OV. met. 3, 490 carpitur igni *Narcissus*). MORET. 101 *miscendo* -m singula *additamenta* vires deperdunt proprias (*cf.* FIRM. math. 1, 7, 20 perdidit [HIER. in Agg. 1, 9 l. 372]). OV. rem. 649 meliore fide -m exstinguitur ignis quam subito; lente desine ([*654* per ... gradus molles]. IVST. 2, 1, 15. *cf.* GELL. 12, 1, 22 vigor ... sensim atque -m restinguitur). met. 15, 236 (*tempus et vetustas accusantur*) -m lenta consumitis omnia morte (SEN. nat. 3, 26, 3 *flumina* quaedam consumuntur -m et intercidunt. VVLG. deut. 7, 22 -m atque per partes. *al.*). fast. 2, 410 fluvio deficiente (SEN. epist. 77, 9 *Marcellinus moriens* [*postea*: lenis dissolutio]. PLIN. nat. 10, 149 VAL. FL. 6, 635. *al.*). MELA 1, 95 -m decrescens *globus solis* (PLIN. nat. 36, 72 *ut umbra solis in horologio* -m ... descresceret ac rursus augesceret. COD. Iust. 7, 24, 1, 1 [= 11, 48, 24, 1] condicio. *v. etiam l. 14. 17*). *al.*

4 *ad quaelibet verba* (*verbo supplendo e. g. l. 57; exempla inde a* SALL. *selecta*): TER. Ad. 898 -m plebem ... facio meam ([SCHOL. Ter. p. 161, 16 pedetemptim, summatim]. LIV. 2, 5, 4 insulam inde -m ... factam. PHAEDR. app. 13, 23 *vidua* cottidiana capta consuetudine -m f. est ... admissior. SEN. dial. 1, 4, 12 pares [CVRT. 6, 6, 3]. *al.*). CATO agr. 25 lavito -m *vinaceos.* 76, 2 siccato ... bene -m *caseum.* LVCR. 5, 1453 experientia mentis -m docuit pedetemptim progredientes (*item ad artes -m excultas spectant*: VERG. georg. 1, 134 [*cf.* SERV.: -m epitheton artium est]. ARNOB. nat. 2, 18 CLAVD. rapt. Pros. 3, 31). CAES. Gall. 1, 39, 5 perturbabantur. 6, 24, 6 adsuefacti (*cf.* consuefacere: SALL. Iug. 80, 2. adsuescere: CELS. 1, 3, 2. SEN. epist. 94, 20 [*antea: non* protinus]. PLIN. nat. 17, 205 ut -m radicibus suis adsuescat *propago* [*fortasse ex* COLVM. 4, 15, 3 condiscat]. *al.*). BELL. Alex. 5, 1 *limo subsidente aqua* -m spatio temporis liquescit. SALL. Catil. 5, 9 *res publica* -m immutata. Iug. 46, 4 -m temptando ... persuadet. VERG. ecl. 4, 28 flavescet campus. HOR. epist. 2, 2, 164 -m mercaris agrum (*sc. per usum; cf. 159* mancipat usus). OV. met. 14, 757 occupat artus *Anaxaretes* ... saxum (VAL. MAX. 5, 9, 4 non -m, sed magno impetu). trist. 4, 6, 15 *tempus* -m mitigat iras (CVRT. 5, 6, 16). CELS. 4, 23, 2 -m ... firmari intestina *lienterici* debebunt aliquibus *cibis* cottidie adiectis (*opp.* simul). SEN. dial. 5, 18, 1 quasi totiens occideret, quotiens vulnerabat, -m et per singulos artus laceravit. epist. 15, 7 incitari (*opp. antea*: protinus, *postea*: statim). COLVM. 5, 5, 4 ne protinus totus scrobis terra compleatur, sed dimidia fere pars ... -m adaequatur. PLIN. nat. 33, 48 a nummo prima origo avaritiae ... nec -m. QVINT. inst. 5, 7, 20 *actor* -m et, ut dicitur, pedetemptim interrogando experietur animum eius *testis.* IVV. 1, 83 caluerunt ... mollia saxa (*spectat ad Ov. met. 1, 401 sq.* ponere duritiem coepere ... mollirique mora). TAC. hist. 4, 67, 2 resipiscere. Ps. GARG. MART. med. p. 212 coquis igni molli, id est -m (APIC. 5, 4, 6). HIST. AVG. Opil. 9, 4 innotuit. *et saepius.*

B *accedit ad nomina*: **1** *ad adiectiva* (*quibus fere indicatur status quodammodo mutatus, saepius per comparativum; non distinximus usum attrib. et praedic.; minus certe* LIV. *et* SIL., *ubi fortasse ad verbum; cf. e. g. supra l. 37*): CAES. Gall. 3, 19, 1 locus erat ... -m ab imo acclivis (TAC. ann. 1, 63, 4 silvae). 7, 73, 5 -m angustiore ad infimum fastigio. LIV. 3, 8, 1 -m ... corpora salubriora esse incipere. CVRT. 7, 5, 29 iam bilingues erant -m a domestico externo sermone degeneres. 8, 1, 30 maiore voce. MELA 1, 20 *Africa* -m adductior ubi finitur, ibi maxime angusta ([*antea*: fastigat ... se molliter]. *cf.* MART. CAP. 6, 633 *Hispania* -m diffusior adicit in latitudinis excrementum [*spectat ad* PLIN. nat. 3, 29 -m ... se pandens]). PLIN. nat. 9, 181 comitatior. 37, 70 *smaragdi quidam* senescunt, -m viriditate evanida. SIL. 11, 422 *Hannibal* patrias -m decolor artes exuit occulta mentem vitiante sagitta. STAT. Theb. 5, 327 -m invisa Polyxo (*sc. coepit esse*). silv. 3, 2, 79 fugit ... ratis ... -m minor. AMM. 30, 6, 3 lenitus et ad molliora propensior. **2** *ad substantivum* (*sc. nomen, cui vis movendi inhaeret; vix conferas l. 14*): HESYCH. in lev. 14, 4 p. 953[C] propter ... -m ad meliora profectum.

II *speciatim significat actionem per repetitionem perfici* (*ad vim distributivam, sc. originariam, v. Schaffner-Rimann, Die lat. Adv. auf -tim, 1958, 39 sq.; afferuntur exempla pauca certiora, quibus addas quaedam p. 822, 35 sqq. 51 sqq. allata, maxime quae ad medicamenta danda pertinent, et fortasse p. 821, 60. 822, 24*): TER. Haut. 870 cautim et -m dabis *pecuniam,* si sapies. CAES. Gall. 7, 71, 7 frumentum parce et -m metiri instituit. HOR. epist. 2, 1, 46 caudae ... pilos ut equinae -m vello et demo unum, demo etiam unum *annum* (*sc. a numero vetustati tribuendo* [*cf. Porph.*: id est singulos]. *sim.* VAL. MAX. 7, 3, 6 caudam ... -m carpi [*opp.* universam convelli; *cf. Plut. Sert. 16* κατὰ μίαν]). PROP. 3, 7, 41 -m socium iacturam flevit Vlixes (*quamquam iactura est, quae non semel fit,* -m *ad enunt., non ad subst. referimus putantes poetam affectum pro eventu posuisse*). CELS. 7, 29, 8 quidquid protractum *est,* -m abscidendum est. PELAG. in I Cor. 14, 27 *linguis loquentes* vicissim (*Vulg.* per partes) prophetantes dicant et unus -m interpretetur.

III *recentiora* (*sc. ex interpretatione vocis graecae parum intellectae praeter* VIRG.); *ponitur pro*: **A** *eo q. e. post paulum*: CASSIOD. Ios. antiq. 1, 258 *Isaac* consuluit deum responditque ei geminos parituram fore Rebeccam ...; peperit ergo ei -m ... geminos filios (*gr. μετ' ὀλίγον*).
B *eo q. e. paulo minus, paene*: CASSIOD. Ios. antiq. 3 ind. capp. 10 *multitudo turbata* impetum fecit, ut -m Moysen desereret *eqs.* (*gr. παρὰ μικρόν*). **C** *eo q. e. paulum* (*sc. indicat gradum quendam modicum; cf.* GLOSS. modice): ALEX. TRALL. 1, 112 ovi albumen ... -m tepefactum (*gr. II 77 ἠρέμα χλιαρόν*). ORIBAS. eup. 2, 1 S 24 Aa p. 508 sycnos ... -m calidus est (*gr. 2, 1 S 46 ἀτρέμα, La* modice). VIRG. gramm. epist. 7, 2, 1 ut haec luceant, quae -m obscura sunt (paululum *Mai*). *Reineke.*

paulia, -ae *f. orig. inc., nisi gr. φαυλία* (*Theophr., v. infra*). *de genere quodam olearum*: MACR. Sat. 3, 20, 6 (*enumerat genera*) Africana, albigerus, ... pausia, -a, radius *eqs.* (*André, Lex. des termes de botan. 226 trahit ad* phaulia, *quae vox subest apud Plin. nat. 16, 244* phaunos [*sec. Theophr. hist. plant. 2, 2, 12, cf. André ad Plin.*] *et olim legebatur Plin. nat. 15, 15 e coniectura Barbari* [*v. Jan ad* MACR. *loco cit.*]). *Wieland.*

***paulisper** *adv.* [*e* paulus *et particula* -per (*v. Leumann, Kl. Schr. 49*) *compositum videtur, sed formatio in* -is-, *quam praebent etiam* pauxillisper, tantisper *al., adhuc explicatione probabili caret; exspectaveris* *paulumper, *quoniam eodem modo ac* parumper *adhibetur. Sch.*] *de origine*: DON. Ter. Ad. 70, 2 tantisper quasi tantumper et -r quasi paulumper ut parumper dictum (*v. app. crit.*). *scribitur* -ll- INSCR. Année Épigr. 1964 n. 160 (*Pompeis*). *cum i longa* CIL VI 27788. NOT. Tir. 49, 65. *inter temporis adverbia infinita affert* CHAR. gramm. p. 243, 6. *de notione*: PAVL. FEST. p. 221 v. p. 545, 63 sq. DIFF. ed. Beck p. 74, 3 paulatim diu experti est, -r brevis temporis est. GLOSS. -r: *ἐπ' ὀλίγον. ἐπὶ βραχύ. πρὸς ὀλίγον. κατ' ὀλίγον. κατὰ μικρόν.* permodice. aliquantisper vel aliquantulum. cata modum. parumper. aliquando. *legitur inde a* PLAVTO, CAECIL., CATONE, TER., LVCIL., *ceterum v. p. 545, 70 sqq.* [*falsa var. l. pro* tantisper TER. Ad. 378.]

I *respicitur parvum spatium* (*quod hic illic etiam maius est, sed parvum aestimatione habetur aut per modestiam vel ironiam nominatur*):
A *mero respectu temporis i. q. brevi temporis spatio vel in breve temporis spatium* (*pertinet ad ipsam actionem vel ad statum qui ex illa evenit; notione deflexa fort. p. 826, 6*). *in sermone fabularum, in dialogis fictis epistulisque saepe iuxta imperativum vel coni. iussivum; temperatur adverbiis*: modo *p. 825, 29. 33, v. vol. VIII 1299, 32 sqq.,* saltem *p. 825, 28 (cf. p. 825, 70); opp.*: in perpetuum *p. 825, 45,* semper *p. 825, 47. 75 et* FRONTIN. strat. 4, 1, 1; *apponitur*: paulum *p. 825, 35,* punctum temporis *p. 825, 48,* aliquamdiu *p. 825, 63. respondent adv. sim. formata* quantisper *p. 825, 30. 33,* tantisper *p. 825, 74*).

1 *illustratur notio temporalis*: **a** *enunt. secund., quod incipit a*: **α** dum: PLAVT. Amph. 696 -r mane, d. edormiscat unum somnum. Mil. 196 Rud. 1036. CIC. Mil. 28 -r, d. se uxor ... comparat, commoratus est (BELL. Afr. 3, 1). LIV. 28, 31, 5 -r, d. quidnam ... statueretur scirent, suspensi quieverunt. 33, 2, 3. MART. 7, 29, 5 -r ... sepone libellos, carmina ... d. lego. TERT. scorp. 2 p. 147, 10 sustineant euangelia -r, d. *eqs.* SYMM. epist. 6, 21. AMM. 16, 2, 8 -r moratus, d. fatigato consulit militi. 17, 12, 12. *al.; cf.* CATO agr. 156, 2 -r demittito *manipulum* ad modum d. quinque numeres; eximito. *paulo aliter p. 826, 71. 73 sq.* **β** donec: LIV. 28, 26, 15 sedit tacitus -r, d. nuntiatum est *eqs.* CVRT. 5, 13, 12. LACT. epit. 67, 7 *iusti* sub terra -r latebunt, d. perditio gentium fiat, et exibunt post diem tertium *eqs.* HIER. hom. Orig. in Ezech. 9, 3 p. 411, 11 VVLG. num. 23, 3 CARM. de resurr. 370 CANON. Turner I p. 574.

b *adverbio temporali in enunt. sequenti obvio*: **α** postea:

[Hillen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PLAVT. Aul. 805 hic opperiar tamen -r; p. intro hunc subsequar. nunc interim *eqs.* CATO agr. 84 *savillum* sub testum subde -r, p. eximito. 156, 7 *bis.* CIC. Cluent. 110. 192 -r ... est commorata; p. *eqs.* COLVM. 12, 52, 10 *oportebit olivam* prelis ... subici, ut quantum possit -r exprimatur; postea ... emoli debebunt. VITAE patr. 5, 2, 4. **β** deinde: CIC. Att. 13, 52, 2 ego -r hic, d. in Tusculanum. SALL. Iug. 68, 1. LIV. 2, 53, 3 -r aversi turbatique sunt; deinde ... resistunt (10, 10, 6. *aliter p. 826, 30*). *al.* VAL. MAX. 9, 9, 2. CVRT. 7, 5, 7 haec *aqua* -r repressit sitim; d. *eqs.* COLVM. 12, 16, 1 PLIN. epist. 4, 17, 8. PELAGON. 111 haec omnia ... in olla ... sinito uti ferveat -r, ut se animet; d. eximito *eqs.* (*nisi ad IIB trahendum coll. Veg. mulom. 2, 133, 2* fervere facito paulatim. *ambiguus videtur etiam* CHIRON 911). **γ** dein: LIV. 26, 33, 4 -r dubitatum, an ...; d., cum ... viderent *eqs.* CVRT. 6, 1, 15 TAC. ann. 2, 71, 1 APVL. flor. 16, 16. **δ** mox: LIV. 39, 2, 4 montis ... altitudine -r se tutati, m. in deditionem concesserunt. FLOR. epit. 2, 2, 1 *populus Romanus* cum ad fretum usque venisset, ..., -r substitit; m. cum videfet *eqs.* GELL. 14, 5, 4. 19, 1, 17 (*inde* AVG. civ. 9, 4 p. 373, 8) sapientis ... animum *sono formidabili* -r moveri ... necessum est ...; mox tamen ... abicit *haec* (*seq. 20* breviter et strictim ... motus est). SYMM. epist. 4, 52, 1. **ε** *alia*: PLAVT. Bacch. 416 -r ... est libido homini suo animo obsequi; iam aderit tempus *eqs.* CAES. Gall. 3, 5, 3 -r intermitterent proelium ..., post ... e castris erumperent. LIV. 30, 30, 2 *Hannibal et Scipio* -r ... admiratione mutua prope attoniti conticuere; tum Hannibal prior *eqs.* 35, 1, 8 aequata -r pugna est ...; tandem gradum acrius intulere Romani *eqs.* SVLP. SEV. chron. 2, 15, 10 opperiendum *esse* -r ... respondens quinto demum die deditionis tempus constituit.

2 *cetera exempla*: **a** *ponitur iuxta verba* (*selecta inde a* LIV.): PLAVT. Asin. 880 -r mane; aucupemus ex insidiis (Merc. 915 TER. Ad. 253. APVL. apol. 72, 5 saltem -r manerem. QVEROL. p. 7, 21. 28, 1. 7. *cf. p. 824, 63*). Bacch. 486 si opperiri vellem -r modo *eqs.* (CAECIL. com. 51 velim -r te opperiri. :: quantisper? :: non plus triduum. *v. vol. IX 2, 747, 82 sqq.*). Pseud. 38 quasi solstitialis herba -r fui: repente exortus sum, repentino occidi. Rud. 590 CATO agr. 156, 2. LVCIL. 696 si -r captare ... haec volueris *eqs.* 862. POMPON. Atell. 43 possum exorare te ut recedas a me -r modo? :: quantisper sat habes? (*cf.* PANEG. 3, 16, 2 -r abscedas [*al.*]. *v. etiam p. 826, 23*). CIC. Q. Rosc. 28 quoniam ille hic constitit -r, mihi quoque necesse est paulum commorari (48 consistere et commorari. ARNOB. nat. 7, 44 p. 401, 2 [*item* l. 23] si -r constiterit ludius aut tibicen modice interquieverit. AMM. 20, 3, 2 CE 2024. *cf.* CIC. Pis. 13 -r stetimus [LIV. 34, 28, 6. 42, 64, 9 AMM. 20, 4, 22. *al.*]. CAES. Gall. 4, 14, 4 -r nostris restiterunt [CELS. 2, 17, 6]. APVL. met. 2, 20, 7 subsiste -r [VVLG. I reg. 9, 27. *al.; v. etiam supra l. 16*]. SIL. 13, 521 siste ... -r gressum). Verr. II 4, 53 lectica -r deposita (OV. fast. 3, 1 SCRIB. LARG. 213. *cf.* CALP. ecl. 4, 94 posito -r fulmine [APVL. apol. 100, 5]. AVG. conf. 9, 13, 35 sepositis -r bonis ... actibus [*v. etiam p. 824, 66*]). II 5, 86 qui visus multis diebus non esset, tum se ... in conspectum nautis -r dedit. Catil. 1, 30 rei publicae pestem -r reprimi, non in perpetuum comprimi posse. Pis. 99 nec minus laetabor, cum te semper sordidum (*sc. damnatum*), quam si -r sordidatum (*sc. reum*) viderem. Phil. 2, 31 attende ... -r cogitationemque sobrii hominis punctum temporis suscipe (HIER. epist. 21, 41, 1 AVG. serm. 49, 4, 4. *al.; cf.* LACT. inst. 6, 2, 4 si -r intenderis). Att. 11, 1, 2 commoratus essem -r (BELL. Afr. 18, 5. *al., v. etiam l. 3. 36. p. 824, 64 et cf.* CAES. Gall. 2, 7, 3 -r ... morati [5, 21, 5 civ. 1, 41, 2 LIV. 3, 46, 9 INSCR. Année Épigr. 1964 n. 160 (*Pompeis*). *al.*]. CE 1488, 3 illic, *sc. in aedibus,* -r remoramus, ad hic, *sc. in sepulcro,* habitamus). 14, 8, 2 videbare ... requiesse -r (*cf.* LIV. 38, 22, 4 respirare et conquiescere [CELS. 2, 12, 2[F] SVET. Aug. 78, 1]. CVRT. 9, 5, 30 adquiescere. AMM. 14, 2, 9 quievere [17, 13, 23 VVLG. Os. 8, 10. *v. etiam p. 824, 65*]. *cf.* 25, 2, 3 ad ... quietem -r protractus). *et saepius.* CAES. Gall. 6, 30, 3 -r equitum ... vim sustinuerunt (6, 38, 3 APVL. apol. 80, 4. *v. etiam p. 824, 67 et cf.* SALL. Iug. 56, 6 *milites* -r ab rege sustentati). *al.* SALL. Iug. 59, 2 -r territi perturbantur. *al.* VERG. Aen. 5, 846 -r ... tua munera inibo (SERV.: paulum. CLAVD. DON. p. 525, 17 modici temporis ei requiem suadebat [*postea*: brevi spatio; de brevitate temporis]). OV. trist. 2, 557 utinam revoces animum -r ab ira. LIV. 27, 42, 11 *Numidae* -r ... se ... ostentavere (*seq.* aliquamdiu). 42, 39, 4 -r internuntiando cunctatio fuit (*cf.* 42, 53, 7 oppida -r cunctata [SVLP. SEV. chron. 2, 13, 8]. *v. etiam* APVL. *sub b*). SEN. dial. 9, 17, 9 sobrietas removenda (APVL. apol. 43, 3 ZENO 1, 54, 1. QVEROL. p. 58, 10 [*syn.* paululum]. AVG. trin. 10, 11, 17. *cf.* AVG. serm. 21, 5 interim *fidem superiorem* si movero -r. BOETH. subst. bon. 86 amoveamus ... -r ex animo). PLIN. epist. 3, 1, 8 -r cibum differt *Spurinna* (paneg. 59, 2 inertiae renuntiare -r, delicias differre -r, et saltem ad brevissimum tempus ... excitari [*sunt qui aliter interpungant*]. GELL. 14, 2, 15 LACT. inst. 5, 4, 5. *al.*). 9, 13, 7 dico -r maximo adsensu; ubi coepi crimen attingere ..., undique mihi reclamari (*aliter sub IIA2*). FRONTO p. 194, 13 hoc quod vocas 'interim' quantisper sperabit? si tantisper dum vivet, -r sper⟨ab⟩it. APVL. apol. 15, 10 apud iudices ... -r disceptanti an apud omnis homines semper disserenti ...?

OROS. hist. 3, 15, 1 bella (*sc. eorum narrationem*) ... suspendo -r. BOETH. cons. 1, 5, 12 lenioribus *remediis* -r utemur (*sc. primum. sim.* 1, 6, 21). PS. VIGIL. THAPS. trin. 5, 21 oportuit nos -r ad stulta dicta stulte respondere (*aliter infra l. 52*). *al.* *notione deflexa fere i. q. brevi tempore peracto* (*cf.* GLOSS.[L] V Aa P 175 post modicum): TRACT. de indur. cord. Phar. 17 ut *Pharao* non dimittat -r *populum Israel* ... nisi multis ... prodigiis vexatus (*nisi cogites de notione sollemni laxius sententiae inserta; v. etiam infra l. 61 sqq.*). **b** *ponitur verbis subaudiendis (v. et p. 825, 5) vel iuxta adi. vel subst.* (*v. l. 13*): TER. Haut. 378 sine. :: non sinam inquam. :: quaeso, -r. :: veto (*ad structuram dialogi cf. p. 546, 33 sq.*). APVL. flor. 2, 10 *aquila* -r cunctabundo volatu paene eodem loco pendula. QVEROL. p. 28, 29 volo equidem, sed – :: -r, *sc. mane*! :: – non vacat (*sic distinguit Emrich, Philologus 105, 1961, 115*). SERM. Arian. frg. 20 separatio -r a corpore dealitatis (*i. separatio Christi a corpore inter mortem et resurrectionem eius facta*). PRVD. ham. 912 *Iohannes dormiens* -r carne sequestra liber ad intuitum. PS. AVG. serm. Wien. Stud. 50, 1932 p. 135, 18 'vinum', inquit *Maria*, 'non habent' (*Ioh. 2, 3*). -r, virgo, -r, praeparet Iudaeus lignum (*sc. crucem*) ... et tunc exire poterit vinum. PS. GREG. TVR. Thom. 31 (*respicitur Ioh. 20, 25*) *Thomas* ante -r incredulus.

B *accedente vel praevalente vi locali fere i. q. modico intervallo, per parvum spatium* (*sive proprie sive translate; notabiliora*): CIC. leg. 1, 39 *Epicurei* ab ... societate rei publicae ... -r facessant rogemus. SEN. epist. 67, 12 ab opinionibus vulgi secede -r (*cf.* BOETH. cons. 4, 7, 7 -r vulgi sermonibus accedamus, ne nimium velut ab humanitatis usu recessisse videamur). PLIN. epist. 8, 20, 9 ubi se *flumen* -r oculis dedit, ... mergitur alteque conditum meat. EVSTATH. Basil. hex. 6, 7, 7 cum -r de schemate stella diverterit ([*gr. Basil. hex. 6, 7 p. 133[A] μικρόν τι παρεκκλίνῃ. Ambr. hex. 4, 4, 17* sidus ... avertit se paululum]. *cf.* POMER. 3, 16, 2 *homine* -r a se, *sc. consuetudine vitiosa*, reverso, nec ad virtutem plene converso. BOETH. cons. 5, 1, 5 a propositi ... tramite -r aversa [*aliter p. 825, 6*]). CLAVD. MAM. anim. 1, 25 p. 87, 18 a sensibus quaeso corporis -r adtollere ac ... perspice *eqs.*

II *respicitur modus actionis*: **A** *vi restrictiva*: **1** *cum quolibet verbo i. q. modice, temperate, leviter*: **a** *exempla inter IA et IIA ambigua*: CVRT. 3, 6, 11 laxa -r animum (*cf.* COD. Iust. 10, 44, 2 [*impp. Diocl. et Maxim.*] *si quis* -r ius publicum relaxaverit). PETRON. 19, 3 Ascyltos quidem -r obstupuit, ego autem frigidior hieme ... factus nullum potui verbum emittere. 22, 6 pueri detersis -r oculis redierant (*cf.* BOETH. cons. 1, 2, 6 -r lumina ... tergamus). 30, 6 -r trepidavimus, ne ... limen *sinistro pede transiremus.* PLIN. nat. 34, 154 *squama ferri* genis prodest farinae modo adspersa -r. APVL. met. 3, 12, 1 -r hilaro vultu renidens (*cf. l. 46*). 7, 17, 5 levata -r pressura. **b** *exempla certiora*: AVSON. 431, 3 p. 385, 7 Achilles -r inflexus Patroclum mittit *eqs.* SYMM. epist. 1, 40 *fortuna* spes eius *amici* -r infregerat; quae in integrum saeculi beatitudo restituet *eqs.* AMM. 20, 4, 16 (*Iulianus ad milites*) cesset ira quaeso -r. 25, 3, 8 lenito -r dolore timere desiit. COD. Theod. 15, 1, 50 ut privata ... neglegeretur -r utilitas. BOETH. cons. 1, 1, 7 *Philosophia* commota -r. 4, 6, 2 *Philosophia* -r arridens (*ubi Klingner, De Boeth. cons. 1921, 82 confert Plat. Phaedo 62[a] ἡρέμα ἐπιγελάσας sim.*).

I *strictius, sc. -es sunt homines vel dei, qui defectu pecuniae, rei familiaris, possessionum sim. afficiuntur, vel qui modo hominum sic affectorum agunt*: **A** *generaliter* (*-es nominari, qui aliquid possideant nec omnino egeant, apparet e. g. l. 38. 41 sqq. p. 844, 35. 36; rarius adhibetur de egentibus, e. g. infra l. 73, cf.* COD. Iust. 1, 3, 48, 6 -bus, qui in civitate sunt vel penitus mendicantes vel alia sustentatione egentes): **1** *-es sunt singuli homines vel dei* (*etiam partes vel qualitates hominum, sc. in metonymiis vel prosopopoeiis*): **a** *adi.* (*exempla selecta inde a* LIV.): PLAVT. Aul. 88 -r sum, fateor, patior (*cf.* MART. 5, 13, 1 sum, fateor, semperque fui ... -r, sed non obscurus ... eques). 111 hominem -em (227 h. -um -rimum. Rud. 290. TER. Phorm. 363 homo ... -r, cui opera vita erat. *al.*). Poen. 515 quamquam nos *advocati* videmur tibi plebeii et -es (*cf.* CATO orat. 107 -em plebeium atque proletarium [*nisi ad b*]). *al.* CAECIL. com. 170 is ... infortunatus est homo, -r qui educit in egestatem liberos (*Men. frg. 335, 1 Koe. πένης*). TER. Eun. 486 apparet servum hunc esse domini -is miserique (PAPIN. dig. 48, 3, 2, 1. *cf. l. 41 infra*). *al.* LVCIL. 202 POMPON. Atell. 93. CIC. inv. 1, 88 si pecuniam non habetis, -es estis *eqs.* off. 2, 71 utrum bono viro -i an minus probato diviti filiam collocaret *Themistocles* ([*postea*: qui pecunia egeat]. *iuxta adi.* bonus *item* SEN. benef. 4, 10, 5 epist. 66, 21. 24 MART. 4, 5, 1, *ceterum* SEN. frg. 87. *al.*). *et saepius.* VARRO rust. 3, 16, 2 cum -r cum ... duabus sororibus essem relictus. NEP. Epam. 2, 1 Phoc. 1, 2. VERG. Aen. 2, 87 pater (HOR. sat. 1, 6, 71 pater ..., qui macro -r agello *eqs. al.*). 8, 360 tecta ... -is Euandri (CLAVD. DON. p. 166, 13 *ad l.*: non egestate oppressum, sed congruentem regi non habuisse substantiam). *al.* PRIAP. 85, 4 eri ... villulam ... -is. HOR. epist. 1, 12, 4 -r ... non est, cui rerum suppetit usus. 2, 2, 12 meo sum -r in aere (*i. nemini debeo, quamquam -r sum*). *al.* PROP. 4, 1, 21 Vesta ... -r gaudebat asellis (*aliter, sc. de foco, p. 846, 9*). 4, 2, 60 (*loq. Vertumnus*) *eram* ante Numam grata -r in urbe deus (LVCAN. 9, 519). *al.* OV. trist. 3, 10, 60 diripiuntur ... ruris opes parvae ..., et quas divitias incola -r habet. *al.* EPICED. Drusi 191. LIV. 9, 40, 6 ditem hostem quamvis -is victoris praemium esse. *al.* GRATT. 46. VAL. MAX. 4, 4, 2 eas *manus Menenii Agrippae* -es quidem sed sanctas animadverterat *civitas* (PS. CYPR. aleat. 6, 6 nequam m. *aleatoris ...,* quae ... modo inops et -a est [-r *var. l.*]). PHAEDR. 2, 1, 12 est aviditas dives et -r pudor (*i. pudentes. item -es sunt hominum qualitates*: MART. 10, 78, 4 *tecum in provinciam* ibit ... quae, cum comitem trahit pudorem, semper -ior redit potestas. ARNOB. nat. 2, 18 -rimae necessitatis inventa. PRVD. psych. 243 Iustitia ... semper egens et -r Honestas). STAT. silv. 3, 1, 3 *non* litora -r nuda tenes, *Hercules.* MART. 4, 40, 4 (*ad patronum*) -r eras et eques, sed mihi consul eras. IVV. 9, 147 quando ego -r ero? (SCHOL.: nam modo nec -r sum, *i. ne tantum quidem habeo, quantum -r*). SVET. gramm. 20, 1 *Clodius Licinus Hyginum* admodum -em decessisse tradit. GELL. 16, 10, 10 qui ... tenuissimi -rimique erant neque amplius quam mille quingentum aeris in censum deferebant, 'proletarii' appellati sunt. *et saepissime. apud Christianos de Christo* (*cf. p. 845, 56. 847, 38*): HIER. epist. 52, 10, 2 -r dominus (52, 11, 1). ASTER. ad Renat. l. 179 Christum -em -ior famulus prosequatur. PRVD. perist. 2, 298 addo gemmas nobiles, ne -em Christum putes (*in imagine; pro gemmis intellegendae sunt virgines anusque christianae*). *et saepe.*

b *pro subst.* (*exempla pauca selecta post* NEP.; *v. etiam* CATO *l. 8*): PLAVT. Men. 76 senex, -r, mendicus, rex *eqs.* (*inter personas comoediarum; sim. de personis, quas subeunt declamatores*: QVINT. inst. 10, 1, 71 patrum filiorum, ... divitum -um *eqs.*). *et saepius.* TER. Phorm. 277 *iudices* saepe ... adimunt diviti aut ... adddunt -i. *al.* LVCIL. 445 et non, -r uti, Samio ... cătino (*de textu v. edd. ad l.*). VARRO Men. 205 et rex et misellus ille -r amat. RHET. Her. 2, 20, 32 *bis.* CIC. Phil. 5, 22. *al.* CIL I^2 1212, 3 (= CE 74, 2) ossa hominis boni, misericordis, amantis -is (*sunt qui intellegant gen.* -is *tamquam quartum attributum; vix est gen. obi.* -is, *quem praebent iuncturae christ.*: PAVL. NOL. carm. 24, 486 amator -um [INSCR. christ. urb. Rom. 1420, 2. 4 a. -orum ... amatrix -orum. *al.*]. INSCR. christ. urb. Rom. 4815 amicus -um [17192, 3 -orum a.]. *cf. etiam* VVLG. Iob 29, 16 pater eram -um [INSCR. christ. Diehl 170, 12 pat(ris) pau(perum). 3553]. INSCR. christ. urb. Rom. 18156 ⟨pa⟩uperorum defenso⟨ri⟩). PVBLIL. sent. V 15 Ps. SALL. rep. 2, 7, 12 NEP. Cim. 4, 3 Chabr. 3, 3. CVLEX 58 si quis non -is usum ... fastidiat (MORET. 63 MART. 14, 126, 1). HOR. sat. 1, 1, 111 maiori -iorum turbae. carm. 1, 4, 13 -um tabernas regumque turris. 3, 29, 14 parvo sub lare -um. TIB. 1, 5, 61 -r erit praesto semper, te, *puella*, -r adibit primus *eqs.* (*etiam* 63. 65). OV. ars 2, 165 -bus vates ego sum, quia -r amavi. fast. 1, 218 dat census honores, census amicitias; -r ubique iacet. LIV. 2, 9, 6 tributo plebes liberata ...; -es satis stipendii pendere, si liberos educent. SEN. epist. 18, 7 -um cellas (100, 6. MART. 3, 48, 1 sq.). PLIN. nat. 16, 32 -bus Hispaniae. CIL IV 9932^a Modestum aed(ilem) ⟨unguen⟩tari et pauper⟨es⟩ facite. TAC. ann. 2, 38, 1 si quantum -um est ... petere pecunias coeperint. APVL. apol. 19, 6 *opulentiores* specie mediocritatis -um similes. VET. LAT. Luc. 16, 22 (cod. 3, *sim. al.*) factum est ..., ut moreretur -r, *sc. Lazarus,* et portaretur ... in sinu Abrahae (*cod. 4 al., Vulg.* mendicus, *cod. 2* inopem, *gr. τὸν πτωχόν. de eodem*: TERT. anim. 7, 2 IREN. 4, 2, 4. *al.*). VVLG. Ier. 39, 10 de plebe -um, qui nihil penitus habebant. PSALT. Rom. 101, 18 *deus* respexit in orationes -um (*gr. τῶν ταπεινῶν, Vulg.* humilium). *et saepissime.*

[Suter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *-es sunt coetus hominum, sc. populus, senatus sim., vel regio, civitas, saeculum (cf. p. 846, 1)*: VERG. Aen. 8, 105 -r ... senatus *Latinorum* (SERV.: '-r' ... aut ad numerum rettulit ... aut re vera -r [*explicatio prior ad IIB1c pertinet; cf. ad l.* CLAVD. DON. p. 129, 18 -em ... et numero et opibus *eqs.*]). OV. epist. 16, 187 o quotiens dices, *Helena,* 'quam -r Achaia nostra est'. fast. 1, 198 dum populus -r, dum nova Roma fuit (SIL. 6, 633. VET. LAT. exod. 22, 25 [cod. 103] p. -o [*gr. πενιχρῷ*, VVLG. p. meo -i]. *al.*). VELL. 2, 117, 2 *Quintilius Varus Syriam* -r divitem ingressus dives -em reliquit. VAL. MAX. 4, 4, 9 unusquisque ... -r ... in divite quam dives in -e imperio versari malebat. LVCAN. 3, 168 (*spoliato templo Saturni*) -ior ... fuit tunc primum Caesare Roma. 10, 151 duces priscos et nomina -is aevi (SIL. 7, 175. *cf.* SYMM. epist. 7, 69, 1 parsimonia ... -is saeculi). SIL. 8, 543 -r sulci cerealis Abella. STAT. Theb. 1, 151 de -e regno (SCHOL.: non ... idoneum). *al.*

B *peculiaria quaedam*: **1** *fere per paradoxon philosophorum -es esse dicuntur quantumlibet possidentes (sc. maxime ei, qui divitiis suis non contenti sunt, plura appetunt [sim. negantur contenti -es esse e. g. l. 24]; alia ratione e. g. l. 27. 28)*: CIC. parad. 52 improbi ... et avari, quoniam incertas ... possessiones habent et plus semper adpetunt, ... non modo non copiosi ac divites, sed etiam inopes ac -es existimandi sunt. *al.* HOR. sat. 2, 3, 142 -r Opimius argenti positi intus et auri (SCHOL.: animo, non fortuna [*ut ad IIB1b pertineat; cf. p. 847, 12*]. *sim.* SEN. Herc. f. 168 congesto -r in auro). MANIL. 4, 6 -ior ... bonis quisque est, qui⟨a⟩ plura requirit (*cf. Housman, ed. 1920, ad l.*). SEN. epist. 1, 5 non puto -em, cui quantulumcumque superest sat est. 2, 6 illa ... non est paupertas, si laeta est; non qui parum habet, sed qui plus cupit, -r est. 20, 10 multum est non corrumpi divitiarum contubernio; magnus ille, qui in divitiis -r est (*cf. p. 847, 73*). 87, 7 divitem illum putas, quia *multum possidet* ...; cum omnia dixeris, -r est ..., quia debet *omnia fortunae.* rem. fort. 10, 1 -r es, quia videris. *al.* APVL. apol. 20, 8 MIN. FEL. 36, 4 AMBR. epist. 2, 11 AVG. civ. 7, 12 p. 290, 3. *al.* **2** *-r est aliquis incommodo alicuius, sc. cui dare non vult (vergit in notionem q. e. parcus, tenax, non largus, cf. p. 847, 2. accedit dat. incommodi* [*pron. refl. l. 36*]): STAT. silv. 3, 1, 102 mihi -r et indigus uni Pollius? MART. 9, 2, 1 -r amicitiae (*i. amicis*) cum sis, Lupe, non es amicae. IVV. 5, 113 esto ... dives tibi, -r amicis (SCHOL.: id est avarus). INSCR. christ. Diehl 1778a, 6 (= CE 312) -bus locuples, sibi -r (christ. urb. Rom. 12601, 10 [*vers.*] -bus dives ..., s. -r. *al.; aliter, sc. ut ad A1a pertineat,* EVSEB. GALLIC. hom. 45, 8 *inops,* cum sibi -r sit, facere te divitem potest).

II *laxius (cum usu sub I illustrato arte cohaerent multa sub A1a et d et e. g. p. 846, 14. 15. 20. 34)*: **A** *-es sunt quaelibet res (partes corporis animantium p. 846, 39. 55; civitates sim. v. sub IA2)*: **1** *cum respectu qualitatis vel apparatus, ornatus sim., -a sunt fere vilia, humilia, parvi aestimanda, vel apparatu, ornatu carentia (aegrota p. 846, 40sq.; pauca parientia, dantia fort. sub c et e. g. p. 846, 14. 26, cf. p. 843, 66. exempla, ubi aliquid -r esse dicitur, quia certa re caret, sub 3 attulimus). -es vel -a sunt*: **a** *condiciones vitae, victus sim. (de domo sim. -e v. sub d)*: PLAVT. Rud. 282 (*loq. sacerdos Veneris; an potius ad b?*) haec -es res sunt inopesque ..., vix vitam colo (*fort. in contextu simili* Vid. frg. 3 -a haec res est). TIB. 1, 1, 37 adsitis, divi, neu vos e -e mensa dona ... spernite (PORPH. Hor. carm. 2, 16, 13 in tenui m., hoc est -e. STAT. eccl. ant. l. 10 vilem supellectilem et m. ac victum -em [-um *var. l.*]. *cf.* PAVL. NOL. epist. 15, 4 p. 113, 5 -em mensulam). LYGD. 3, 31 liceat mihi -e cultu ... coniuge posse frui (PAVL. NOL. carm. 21, 522. *cf. l. 65*). LVCAN. 5, 528 o vitae tuta facultas -is angustique lares (VET. LAT. Tob. 4, 23 [Ps. Aug. spec. 24, *sim.* VVLG.] -am v. gessimus [*gr. 4, 21 ἐπτωχεύσαμεν*]. *al.; cf. p. 846, 56*). *al.* *de vita Christi hominis facti (cf. p. 844, 40)*: EPIST. pontif. 670 Schwartz p. 101, 3 quando audieris de Christo aliquid humile et -r et mediocre et servile. CONC.^{S} I 2 p. 57, 30 (= I 3 vers. Tur. p. 73, 19) quid -ius in deo quam servi forma? quid humilius *eqs.* (*gr. I 1, 2 p. 44, 18 πτωχότερον*). I 3 vers. Tur. p. 157, 26 *Christus* ⟨per⟩ (*add.* Rustic.) pauperculam paritur virginem, omnia -a ...; (p. 157, 32) omnia -a et vilia elegit, omnia mediocria *eqs.* (*gr. I 1, 2 p. 85, 34 et 86, 6 πτωχά*).

b *templa vel sacra sim. deorum (Augusti apud* PROP.; *cf. l. 47)*: VARRO frg. Non. p. 547, 22 lepistae ... fanis -ioribus ... fictiles sunt (-bus *var. l.*). TIB. 1, 10, 19 cum -e cultu stabat in exigua ligneus aede deus. PROP. 2, 10, 24 (*in imagine*) inopes laudis conscendere culmen -bus sacris vilia tura damus, *sc. tibi, Auguste.* STAT. Theb. 5, 513 silvestribus aris -r honos *erat Iovi.* TERT. apol. 25, 13 frugi religio et -es ritus (*cf. p. 856, 33*).

c *agri, terra, horti sim., sc. qui pauca ferunt (sive quia infertiles sive quia parvi sunt)*: VERG. catal. 8, 1 -r agelle, verum illi domino tu quoque divitiae (Ps. QVINT. decl. 13, 2 a. sane angustus et -r. *cf.* TIB. 1, 1, 19 felicis quondam, nunc -is agri custodes, ... Lares [OV. fast. 5, 515]). ecl. 7, 34 Priape, ... custos es -is horti (Ps. QVINT. decl. 13, 13 intra angustias -is h. SEDVL. op. pasch. praef. [*in imagine de opere suo*] de -is h. seminibus holus vile decerpsimus. *aliter* LVCAN. *sub. 3*). Aen. 6, 811 Curibus parvis et -e terra missus in imperium magnum *Numa* ([*nisi ad IA2*]. PALLAD. 1, 19, 2 si terrae -es minora promittunt [*var. l.* pauperies]).

d *domus sim. (latibulum animalis* HOR. sat.): VERG. ecl. 1, 68 -is ... tuguri ... culmen ([PHILARG. rec. II: vile]. PRIAP. 86, 6 TERT. uxor. 2, 4 l. 9. ARNOB. nat. 2, 29 *homo* inops, -r lare et t. -is [-e lare *coni. Kettner*]). Aen. 12, 519 domus ([CLAVD. DON. p. 613, 13 *ad l.*: id est angustae substantiae]. HIER. epist. 52, 6, 3. ORIG. in Matth. 15, 22 p. 413, 29 [*gr. πενιχρᾶς*]). HOR. sat. 2, 6, 80 -e ... cavo *muris rustici.* epist. 1, 10, 32 sub -e tecto (STAT. Ach. 1, 125). SIL. 6, 76 renovata ⌞focis et -e Vesta⌟ lumina (⌞ ⌟ *fere hendiadyoin, v. Spaltenstein, comm. 1986, ad l.; cf.* Ps. QVINT. decl. 13, 4 -em focum [AVSON. 396, 39 p. 251]). Ps. QVINT. decl. 13, 2 -i casae. APVL. met. 5, 10, 9 lares -es nostros (*i. domos*). *al.*

e *varia*: *α incorporea*: Ⓘ *quaelibet*: OV. met. 8, 678 *non* iners -rque voluntas (*sc. Baucidis et Philemonis; vix ad B1b*). SIL. 7, 189 pampineo spumarunt pocula suco, -is hospitii pretium. VET. LAT. I Cor. 15, 10 (cod. 75 *al.*) *dei* gratia ... in me -a non fuit ([*codd. gr. πτωχή vel κενή, Vulg.* vacua]. PAVL. NOL. carm. 15, 105 PETIL. Aug. c. Petil. 2, 92, 202 p. 126, 5). PAVL. NOL. carm. 18, 50 non vilia *sunt* Christo -is obsequii libamina. VITAE patr. Iurens. 45 cum ... digressus Genuam *Romanus, quem solus comitabatur Palladius,* nulli omnino esset -r incessus ... publicatus *eqs.* (*i. humilis, nisi per hypallagen pro eo q. e. '-is incessus'. sed fort. potius ad B1c pertinet, sc. voce q. e.* incessus *pro 'comitatus' sim. posita*).
Ⓘⓘ *eloquentia, sermo sim. (cf. imagines l. 44sq. p. 845, 74 sq. nec non l. 48sq. 53sq. et B1bβ)*: QVINT. inst. 10, 5, 5 *non* adeo ieiunam ac -em natura eloquentiam fecit, ut una de re bene dici nisi semel non possit. SYMM. epist. 9, 45 *posthac abundantius scribe,* ⟨ne⟩ me quoque, cui stilus -r est, in artum revocet ... frugalitas tua. RVRIC. epist. 1, 11 p. 364, 23 -o sermone ... ruris vestri divitias ... describere. ALC. AVIT. carm. 5, 711 si quid triste fuit, dictum est quod -e versu (6, 144; *aliter l. 48).*

β corporea: Ⓘ *quaelibet*: STAT. silv. 5, 2, 18 -e clavo *ordinis equestris (fere per hypallagen pro '-is c.'; nisi significantur potius angustiae clavi, ut locus ad 2 pertineat)*. MART. 14, 103, 2 -iore mero (*opp.* Setinos ... trientes). IVV. 5, 165 Etruscum puero si contigit aurum vel nodus tantum et signum de -e loro (*i. pro bulla. cf. de habitu, vestimentis sim.*: COMM. apol. 21 -a veste. CONSVLT. Zacch. 3, 2 p. 99, 26 vestitus. SIDON. carm. 7, 457 *Getarum* peronem -r nodus suspendit. SEDVL. epist. 1 p. 10, 3 habitus). PANEG. 5, 8, 4 exornavimus vias ... -e ... supellectili. OPT. PORF. carm. 1, 8 *Thalia non iam auro sed* -e vix minio carmina dissocians. *al.* ⓘⓘ *usu peculiari -a sunt membra animalium, i. aegrota*: CHIRON 33 *ustio non* plus in -o loco verum altius ⟨urit⟩ duritias. 661 si -i pedes fuerint.

2 *mero respectu quantitatis, amplitudinis, sc. -a sunt (nimis) parva (exempla certiora; cetera sub 1 invenies)*: MORET. 16 frumenti -r acervus. OV. Pont. 2, 5, 21 ingenio ... meo, vena quod -e manat (*sim. in imagine* 4, 2, 20 carmen v. -iore fluit. *ceterum* CYPR. Demetr. 3 -es venae *metallorum* breviantur in dies singulos). SIL. 14, 229 -is alvei Hipparin *flumen.* AVSON. 185, 5 p. 46 *amita* mihi, quod potuit, quamvis de -e summa, ... attribuit. SIDON. epist. 4, 3, 8 intra spatii sui terminum verba ditia versus -r includit (*postea*: artati carminis brevitas).

3 *cum respectu possessionis -a sunt, quae certa re carent vel certae rei parum habent*: LVCAN. 9, 358 Hesperidum -r spoliatis frondibus hortus (ADNOT.: '-r', postquam arbori poma sublata sunt). APVL. Socr. prol. 5 p. 113 ut ... *quaestionis* ⟨p⟩ars ista posterior ... nec argumentis sit effetior ... nec exemplis -ior *eqs.* (*item cum abl. rei deficientis*: CAEL. AVR. chron. 1, 1, 33 sicut ... Themison ait, est natura caput carnibus -um. GREG. M. dial. 4, 16, 2 rebus -em vitam).

B *-es sunt animantes vel etiam ingenium, mens, spiritus sim. hominum*: **1** *usu communi*: **a** *cum respectu possessionis*: *α generaliter -es sunt, qui certarum rerum parum habent, certis rebus vel personis carent (fere in malam partem; in bonam partem l. 72sqq.)*: HOR. carm. 3, 30, 11 -r aquae Daunus (PORPH.: quia Apulia, *regnum Dauni,* siticulosa est). SEN. contr. 2, 1, 4 -es sumus, qui habemus, quod divites rogent? (*i. filium. sim. -r esse negatur, qui aliquem hominem habet*: QVINT. decl. 260, 30 si defecerint omnia, non tamen -em me putabo neque egentem, sed ... hos ostendam cives, *quos patrimonio meo alui.* IREN. 3, 13, 1 nec sic -r deus, ut unum solum haberet apostolum. *cf. p. 844, 43*). SEN. epist. 25, 4 panem et aquam natura desiderat; nemo ad haec -r est, intra quae quisquis desiderium suum clusit, *felicissimus est.* SIL. 3, 303 chalybis -r Baniurae ... iuventus. APVL. flor. 6, 1 frugum -es Ityraeos. IREN. 2, 33, 5 nec ... sic -r nec indigens deus, ut non unicuique corpori propriam donaret animam (*gr. πτωχός*). AMBR. in Luc. 5, 53 (*ad* Luc. 6, 20) beatus ... -r a crimine, -r a vitiis *eqs.* (*item de eis, qui vitiis sim. carent, accedente praepos.* ab: HIER. in eccles. 6, 7 l. 67 a malis operibus. AVG. in psalm. 51, 14 l. 57 a cupiditate. EPIPHAN. in euang. 18 p. 17, 16 sqq. [*ad* Matth. 5, 3] ille est verus -r, qui ab omni peccato -r est, -r a malitia *eqs.*

[Suter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[p. 17, 30. 18, 5. 53 p. 139, 2]). *al.* **β** *peculiariter de eo adhibetur, qui de suis pauca dat, fere i. q. tenax, non largus* (*cf. IB2*): PAVL. NOL. carm. 26, 281 nec tibi -ior Christus caelestia fundit munera quam patribus.

b *cum respectu qualitatis -es sunt vario modo infirmi* (*sc. maxime ingenio, animo, affectu sim.; -r est ipsum ingenium sim. hominum l. 21 sqq. 26. 33,* lingua *l. 36; ad copiam dicendi fortasse spectant nonnulla sub β, e. g. l. 35. 37*): **α** *de quibuslibet*: VAL. MAX. 8, 7 ext. 8 *Socrates* dum ad discendum semper se -em credit, ad docendum fecit locupletissimum. SEN. dial. 2, 3, 1 *vos Stoici* cum -em negastis esse sapientem, non negatis solere illi ... cibum deesse (*nisi ad IB1*). APVL. Socr. 22 p. 171 *homo, qui animum suum non colit,* in suis divitiis inops, egens, -r. CYPR. eleem. 13 quid ... patrimonii pondus exaggeras, ut, quo locupletior saeculo fueris, -ior deo fias? (*nisi ad p. 846, 59*). FIRM. math. 3, 2, 6 *Saturnus* ipsos ... animo -es reddit et habere se aliquid semper negantes (*nisi ad IB1*). AMBR. paenit. 2, 9, 81 non -r est, qui deo debet *affectum exigenti,* nisi qui se ipsum -em fecerit ...; (82) -r erat Ananias, cum ... pecuniam deferret ad apostolos *eqs.* (*respicitur act. 5, 2*). EPIST. Bachiar. 2 p. 296, 15 qui -es sensu nihil electum, quod deo ... immolaretur, habuissent *eqs.* (ORIG. in Matth. 17, 23 p. 646, 15 -es sensu ... et egenos sermone [*gr. πτωχοὶ καὶ ἄποροι τὸν νοῦν, quae interpres lat. ad alios transtulit*]. *cf.* PETR. CHRYS. serm. 22, 2 -r sensus, qui ... inhians temporalibus deserit sempiterna). CONC.^{S} I 2 p. 57, 31 in communionem -rimae nostrae naturae sponte venire *Christum* (*gr. I 1, 2 p. 44, 20 πτωχῆς, altera versio I 3 p. 73, 20* egentis). EVSEB. EMES. serm. 8, 3 cum ... quis ad deum fuerit -r, humilis, non est venia dignus, quia de altissimo humilia sentit (*cf.* 8, 15 nolite ... -es mentes habere). *al.* **β** *de scribentibus, loquentibus* (*cautius inducitur apud* QVINT.; *fort. huc spectat exemplum metricum* SERV. gramm. IV 458, 24 -r poeta nescit antra Musarum): QVINT. inst. 8 prooem. 28 miser ... et, ut sic dicam, -r orator est, qui nullum verbum aequo animo perdere potest. OPT. PORF. epist. ad Constant. 5 *Vergilius* in carmina exultat ...; quid ego faciam tenui -r ingenio ...? (*cf.* SYMM. epist. 8, 22, 1 *ego* tenuis ... facundiae et -r ingenii. 9, 88, 3 deposito ingenii -is metu). SYMM. epist. 1, 23, 4 cur ... sermonis -r obgannio? (*cf.* CASSIAN. inst. praef. 3 me ... elinguem et -em sermone atque scientia). 4, 27, 2 sum ... loquendi -r et tenax chartulae. PELAGON. praef. 1 -em linguam *meam* nullus aut modicus sermo protelat. AMBR. in Luc. 8, 13 apostolicus aliqui -r in verbo, locuples fide (*postea*: qui ... verborum infulas ... non requirat). **γ** *de Christo homine facto* (*cf. p. 844, 40*): VET. LAT. II Cor. 8, 9 (cod. 75, *sim. al.*) propter vos -r factus est, cum dives esset, ut illius inopia vos divites essetis (*gr. ἐπτώχευσεν, Vulg.* egenus f. est. *explicat* AMBROSIAST. *ad l.*: -em Christum dicit factum, quia deus nasci dignatus est homo *eqs.*). CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 158, 26 quis ... mea paupertate -r est factus? (*gr. I 1, 2 p. 86, 33 τὴν ἐμὴν πτωχείαν ἐπτώχευσεν*). p. 158, 31 -em existentem et natura et pecuniis (*gr. I 1, 2 p. 87, 3 πτωχόν*). *et saepe.*

c *cum respectu numeri -r est parvus coetus hominum* (*v. etiam p. 845, 3. 846, 22 et cf. A2*): Ps. QVINT. decl. 7, 3 *ego et filius domum revertentes,* quibus non servos praestabat fortuna custodes, tuebamur -em mutua pietate comitatum.

2 *usu Christianis proprio adhibetur de humilibus, superbia carentibus* (*cf.* EVCHER. form. 5 p. 33, 20 -r: humilis). *usum a l. 56 originem duxisse apparet; ibid. et saepe accedit abl.* spiritu. *de interpretatione locorum sanctae script. dubitari potest: cf. alias explicationes p. 846, 71 sq. 75. 856, 62.* RVFIN. Basil. reg. 125, 3 (*ad Matth. 19, 21 refert*) *et v. e. g. Theol. Wörterb. zum N. T. VI 398 sq. 903 sq.*: **a** *loci sanctae scripturae eorundemque explicationes, paraphrases*: VET. LAT. Matth. 5, 3 (cod. 3 *al.* = VVLG.) beati -es spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum (*gr. οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι. sim.* Luc. 6, 20 [cod. 3 *al.*; spiritu *om. sec. cod. gr. plerosque* cod. 4 *al.*, VVLG. *cod. plerique, ut fort. ad IA1b pertineat*; egeni *cod. 2*]). TERT. patient. 11, 6 nullus ... spiritu -r nisi humilis ([spiritus *var. l.*]. IVVENC. 1, 454 felices humiles, -r quos spiritus ambit. OP. imperf. in Matth. 9 p. 680 -r spiritu est h. corde id est -em spiritum habens, qui non magna sapit de se. *cf.* HIER. in Matth. 5, 3 adiunxit 'spiritu' ut humilitatem intellegeres, non penuriam). AMBR. in Luc. 5, 54 (*ad* Matth. 5, 3) -r ... spiritu non inflatur, non extollitur mente carnis suae. *al.* **b** *cetera exempla selecta*: HIL. in Matth. 5, 5 quia ... -es spiritu ... saeculi huius *non* possint apti esse iactantiae. AMBR. obit. Valent. 32 *populus* non ... inopia -r sed -r spiritu (*seq.* Matth. 5, 3). HIER. epist. 58, 2, 1 -em te et spiritu et opibus gloriaris. PAVL. NOL. carm. 24, 487 mente -r ⟨sed⟩ spei dives. epist. 29, 12 p. 259, 16 in istis ... divitibus ... -em spiritum stupebamus. AVG. in psalm. 71, 3 populum dei -em esse debere, id est non superbum, sed humilem. *ibid.* (*saepius*) -es dei (85, 3 l. 14 PROSP. sent. 251. *cf.* AVG. in psalm. 85, 3 l. 7 qui ... non superbe sapiunt, in deo -es sunt). 85, 3 l. 30 erat Abraham in divitiis -r, humilis *eqs.* (*vergit ad IB1, cf. p. 845, 27*). serm. 14, 2 lauda divitem humilem, lauda divitem -em. GREG. M. moral. 6, 39 (*ad* Iob 5, 15) -r quippe

est quisquis apud semet ipsum elatus non est (*seq.* Matth. 5, 3). *al.*

III *appendix grammatica et stilistica*: **A** *indicatur, quo respectu quis vel quid -r sit, sc. vel cuius rei (animantis) vel qua ex parte*: **1** *casibus solis*: **a** *gen.* (*gerund. l. 12. fere indicatur res deficiens, cf.* PRISC. gramm. III 218, 10 *genetivo adiunguntur* deesse aliquid significantia 'egenus ... -r'; *qua ex parte quis -r sit* SIL. 10, 94. VET. LAT., SYMM. *ter*): HOR. sat. 1, 1, 79 horum ... bonorum. 2, 3, 142 argenti ... et auri (*per paradoxon, v. sub IB1*). carm. 3, 30, 11 aquae. SIL. 3, 303 chalybis. 8, 543 sulci cerealis. 10, 94 penatum. APVL. flor. 6, 1 frugum. VET. LAT. Iac. 2, 5 (cod. 66) -es saeculi (*opp.* locupletes in fide; *gr. τοὺς πτωχοὺς τῷ κόσμῳ,* VVLG. -es in hoc mundo). SYMM. epist. 1, 23, 4 sermonis. 4, 27, 2 loquendi. 8, 22, 1 ingenii. PAVL. NOL. epist. 11, 12 iustitiae. AVG. epist. 145, 7 *dei* caritatis ... -es egentesque. *al.* **b** *abl., sc. indicatur vel quae res deficiat vel qua ex parte quis -r sit, quos sensus saepe vix distinguere possis* (-r paupertate, *ut sit quasi figura etymologica, p. 847, 43, item* MVTIAN. Chrysost. hom. 25 p. 393 [*gr. p. 175 πένης τὴν ὄντως πενίαν*], *cf.* AVG. *sub 2 et abl.* indigentia, inopia AMBR. obit. Valent. 31 sq.; *aliter, sc. sensu causali, e. g.* PLAVT. Rud. 1234 isto. Truc. 373 istoc. MANIL. 4, 6 bonis): HOR. sat. 1, 6, 71 macro -r agello. SEN. dial. 7, 18, 3 quibus (*neutr. plur.*). APVL. Socr. prol. 5 p. 113 exemplis. VET. LAT. Matth. 5, 3 (cod. 3 *al.* = VVLG.) spiritu (*v. supra ad IIB2*). CYPR. eleem. 13 locupletior saeculo ... -ior deo (Ps. PAVL. NOL. carm. 33, 10; *nisi est dat. iudicantis, ut* LACT. inst. 5, 14, 18. *sim. dubites de* AMBR. exhort. virg. 10, 64 -r saeculo ... locuples deo [*al.; ad opp. cf. l. 10. 31*]). ARNOB. nat. 2, 29 p. 100, 14 lare. OPT. PORF. epist. ad Constant. 5 tenui -r ingenio. FIRM. math. 3, 2, 6 animo. AMM. 24, 3, 5 familiari re (PAVL. NOL. epist. 39, 4 *v. infra sub c.* GREG. M. dial. 4, 16, 2 rebus. *al.*). CLAVD. DON. Aen. 8, 105 p. 129, 18 et numero et opibus (HIER. epist. 58, 2, 1 et spiritu et o.). ROMVL. fab. 20, 9 rec. W -r viribus (*cf. rec. vet.* sine v.). CASSIAN. inst. praef. 3 sermone atque scientia. CAEL. AVR. chron. 1, 1, 33 caput carnibus. *al.* **c** *acc.*: PAVL. NOL. epist. 39, 4 -es ... spiritalia potius quam terrena re sumus (spiritali *var. l., sed cf. quae congessit Philipp, Zum Sprachgebrauch des Paul. Nol. I, 1904, 63 sq.*).

2 *praepos.* (*sc. praepos.* ab *indicatur, cuius rei minimam quis partem habeat, ceteris fere qua ex parte quis -r sit*): VAL. MAX. 8, 7 ext. 8 ad discendum ([*opp.* ad docendum ... locupletissimum]. SEN. epist. 25, 4 ad haec). CLAVD. DON. Aen. 2, 90 p. 158, 25 (*verba* -r in arma VERG. Aen. 2, 87 *falso iungit*) in arma -r, hoc est imbellis aetatis (*cf.* in *cum abl.*: AMBR. in Luc. 8, 13 -r in saeculo, sed deo dives ..., -r in verbo, locuples fide. EVSEB. GALLIC. hom. 35, 12 in pecunia. ORIG. in Matth. 15, 17 p. 398, 6 in corporalibus [*gr. πένητες ... ἐν τοῖς σωματικοῖς*]. *al.*). AMBR. in Luc. 5, 53 -r a crimine *eqs.* (*v. etiam p. 846, 72 sqq.; item cum praepos.* ab: EPIPHAN. in euang. 44 p. 105, 23 a deo, a iustitia *eqs.* 56 p. 151, 12 a fide. ORIG. in Matth. 15, 18 p. 400, 16 ab omni bono [*gr. πτωχευούσαις παντὸς καλοῦ*]). AVG. serm. 36, 7 ex alia nescio qua paupertate -em. CASSIAN. inst. praef. 2 omni ... ex parte (EVSEB. GALLIC. hom. 39, 3 ex corde *eqs.*).

3 *adv.*: AVG. civ. 1, 10 p. 18, 2 *Paulo* foris -e, intus divite.

B *indicatur, erga quem, cuius incommodo quis -r sit: dat. v. supra sub IB2* (*an addas p. 847, 3?*). *praepos.* ad *v. p. 847, 25,* in *v. p. 846, 16.*

C *indicatur adverbio, quam -r quis sit* (*notabiliora tantum*): LIV. 9, 40, 6 quamvis. SEN. epist. 120, 19 parum. SVET. gramm. 20, 2 admodum. APVL. apol. 92, 6 oppido. AMM. 15, 12, 2 perquam. AVG. serm. 47, 30 penitus -r et egenus.

D *iuxta posita notionis similis vel oppositae*: **1** *fere synonyma* (*antiquiora et frequentiora tantum. in asyndeto, altera voce alteram fort. determinante*: Ps. QVINT. decl. 9, 23 egentem -em. TERT. adv. Marc. 4, 16 p. 472, 28 indigentes -es. FIRM. math. 4, 14, 3 mendicos -es): inops: PLAVT. Rud. 282 CIC. parad. 52 APVL. Socr. 22 p. 171. VET. LAT. psalm. 69, 6 (cod. 136) -r et i. (*gr. πτωχὸς καὶ πένης,* VVLG. egenus et -r). *al.* humilis: VAL. MAX. 7, 2 ext. 14 h. et -es. TERT. adv. Marc. 4, 14 p. 462, 3 -um et h. VET. LAT. psalm. 81, 3 (cod. 303 = VVLG.; *gr. ταπεινὸν καὶ πένητα*). *al.* indigus: STAT. silv. 3, 1, 102 (*cf.* indigens: IREN. 2, 33, 5 CYPR. epist. 5, 1. *al.*). egens: QVINT. decl. 260, 30 APVL. Socr. 22 p. 171 CYPR. eleem. 15. *al.* (*cf.* egenus: TERT. adv. Marc. 5, 3 p. 576, 10. VET. LAT. psalm. 40, 2 [cod. 304 = VVLG.] e. et -em [*gr. πτωχὸν καὶ πένητα. sim.* 69, 6]. *al.*; egestas: CAECIL. com. 170. *al.*). tenuis: Ps. QVINT. decl. 13, 1 PLIN. epist. 2, 20, 13 GELL. 16, 10, 10. *al.* exiguus: CIL VIII 23264 (*saec. I?*). mendicus: VET. LAT. I reg. 2, 8 (Tert. adv. Marc. 4, 14) -em ... m. (*gr. πένητα ... πτωχόν,* VVLG. egenum ... -em). TERT. adv. Marc. 4, 14 p. 461, 5 -es et m. HIST. AVG. Avid. 14, 8. *al.* **2** *distinguenda*: PLAVT. Men. 76 -r, mendicus. OV. rem. 748 alter (*i. Irus*) egens, altera (*i. Hecale*) -r erat. VET. LAT. Sirach 31, 4 laboravit -r in diminutione victus, et in fine inops fit (*gr. πτωχὸς ... ἐπιδεής*). AVG. civ. 4, 3 p. 149, 16 unum *hominem* -em vel potius mediocrem, alium praedivitem. **3** *opposita* (*antiquiora et frequentiora tantum*): dives: PLAVT. Aul. 184. 196. *al.* TER. Phorm. 277. *al.*

[Suter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Cic. Vatin. 29. *et saepissime* (*aliter p. 847, 75*). opulentus: Plavt. Aul. 247. *al.* Caecil. com. 170. *al.* rex: Varro Men. 205 Hor. carm. 1, 4, 13 epist. 1, 10, 32 Clavd. rapt. Pros. 2, 301. *al.* pecuniosus: Cic. inv. 2, 30 Verr. II 2, 35. locuples: Cic. Phil. 5, 22 Moret. 64 Hor. epist. 1, 1, 25. *al.* Val. Max. 4, 4, 5. *et saepe.*

masc. vel fem. pro subst. maxime sub IA1b, v. etiam e. g. p. 846, 75. 847, 56; neutr. pro subst. p. 845, 57. 61.

adv. compar. et superl. tantum **pauperius, pauperrimē.** *i. q. modo pauperiore, pauperrimo* (*cum respectu humilitatis vel exilitatis sim.*): Tert. cult. fem. 2, 11 l. 23 ex quo facta est Christiana, -ius incedit *mulier quaedam* (*postea*: pauperior videri). Vet. Lat. II Macc. 15, 38 (rec. P) si quidem bene et apte dictio ordinata est ...; si autem plane et -rime *eqs.* (*gr. εὐτελῶς καὶ μετρίως, ceterae recc.* modice ac leviter *vel* breviter et mediocriter *vel* minus digne. *sim. de modo narrandi*: Evseb. Emes. serm. 6, 32 haec a nobis -rime dicta sunt. Vita Melaniae [BHL 5885] prol. p. 3, 13 R. -ius enarravi [*aliter gr. p. 42, 3 sqq.*]).

deriv.: pauperasco, pauperculus, pauperesco, pauperies, paupero, paupertas, paupertinus; *cf.* pauperium.

compos.: com-, perpauper.

pauperāsco, -ere. *a* pauper; *cf.* pauperare *et* pauperescere. *i. q. pauperem fieri, pauperescere* (*v. etiam var. l. p. 850, 45 sq.*): Fvlg. Rvsp. serm. 5, 6 l. 130 F. sicut adipiscendo -it appetitor iniquitatis, ita reddendo ditescit redditor caritatis. *Suter.*

⁂pauperculus, -a, -um. *a* pauper *deminutive. scribitur* -col- *in var. lectione* Greg. Tvr. Franc. 2, 7 p. 49, 7 Not. Tir. 40, 29. *al.*, -cl- Comm. instr. 2, 36, 7 (*eandem formam ibid.* 1, 9, 4 *restituere voluit F. Hanssen, De arte metr. Comm., 1881, 44*). Not. Tir. 40, 29 -us. Gloss. -us: *πτωχότατος. legitur in versibus apud* Plavt. *et* Ter. (*maxime in fine versus, ut etiam* Svlp. Apoll. perioch. Ter. Ad. 8), *ceterum apud* Hor. epist. 1, 17, 46, Comm. instr. 1, 9, 4. 2, 36, 7 (*fort. etiam* Caecil., *v. l. 34*), *in prosa oratione singulis locis apud* Varronem, Qvint., Apvl., *postea saepius, sc. maxime apud Christianos.* [*variat in codd. cum* pauper Vvlg. Is. 66, 2 (*olim edebatur* -a *pro lect. trad.* paupera Vet. Lat. IV Esdr. 5, 51). *codice mutilo restituit Ribbeck* Caecil. com. 82 ⟨tuguriolo pau⟩perculo.]

i. q. pauper (*hic illic cum affectu quodam dici suspiceris, e. g. accedentibus aliis deminutivis l. 52 sq. et 75 sq.; v. J. S. Th. Hanssen, Lat. Diminutives, 1951, 7. 120. vim deminutivam agnoscere vid.* Don. *l. 54, auget particula* vel *p. 850, 14*). *desunt compar. et superl.* (*iuxta ponitur compar.* pauperior Conc.^{S} I 3 vers. Tur. p. 157, 34 [*gr. I 1, 2 p. 86, 7 sq. πτωχὴν ... πτωχοτέραν*]. Vitae patr. 5, 13, 13 [*gr. Nau 1909 p. 374 n. 286 πτωχὸν ... πλέον ἐπτώχευσεν*]). *fere pro syn. accedunt e. g.* pauper Arnob. nat. 7, 12 p. 356, 3. Cassiod. Ios. antiq. 7, 148 p. 194 [*gr. πένης bis*]. *al.*, humilis Hier. in Abd. 2 l. 176 Salv. gub. 7, 93. *al.*, egenus Marcell. med. praef. 4 Favst. Rei. epist. 9 p. 211, 17, miser Salv. gub. 5, 42; *opp. e. g.* dives Ps. Varro sent. 93 Hier. epist. 145, 5. *al.*, locuples Arnob. nat. 7, 12 p. 356, 3, idoneus Cassiod. Ios. antiq. 7, 148 p. 194 (*gr. πλούσιος ... πένητι*). *pro exemplo vocabuli* summissa atque contracta *voce pronuntiandi* Qvint. inst. 11, 3, 175; *in explicatione nominum hebr.* Hier. nom. hebr. p. 32, 6 (*inde* Isid. orig. 7, 6, 56) Dalila: -a vel situla. p. 54, 4 Dalaia: ... -us domini.

1 *-i sunt, qui pauca possident*: **a** *singuli homines*: *cf. a adi.*: Plavt. Aul. 171 hunc senem Euclionem ex proxumo -um. Epid. 540. 555 virgini. Poen. 536 quamquam sumus -i, est domi quod edimus ...; quidquid est pauxillulum illuc, nostrum id omne *est.* Ter. Haut. 96 anus. Ad. 647 quaedam mulieres -ae (Don. *ad l.* 5 nec 'pauperes' saltem). Hor. epist. 1, 17, 46 indotata mihi soror est, -a mater. Svlp. Apoll. perioch. Ter. Ad. 8 civem Atticam -am. Apvl. met. 9, 31, 3 -us quidam hortulanus. Vet. Lat. Marc. 12, 43 (Ambr. paenit. 2, 9, 82, *sim. al.*) haec vidua -a (*cod. 11 al. et Vulg.* pauper, *cod. 4 al.* egena, *gr. πτωχή. de eadem*: Luc. 21, 2 [cod. 3 *al.*, Vvlg.; *gr. πενιχράν, cod. 2* pauperem]. Collect. Arian. hom. 13, 1 sq. Hier. epist. 145, 5. *al.*). Pacian. paraen. 10, 2. Hier. quaest. hebr. in gen. p. 2, 4 nos, humiles atque -i, nec habemus divitias nec oblatas dignamur accipere. Conc.^{S} I 3 vers. Tur. p. 157, 26 per -am ... virginem *Mariam* (*gr. I 1, 2 p. 85, 33 πτωχῆς. cf. de eadem*: Fvlg. Rvsp. serm. 4, 4 F. -ae mulieris. Anian. Chrysost. hom. 6, 2 matrem -am [*gr. πτωχήν*]. *al.*). Salv. gub. 5, 28 -os homines tributa divitum premunt. *al.* **β** *masc. vel fem. pro subst.*: Varro rust. 1, 17, 2 cum ipsi *liberi agros* colunt, ut plerique -i cum sua progenie. Ps. Varro sent. 93 -um ex non ademptis divitem appellabis. Vet. Lat. Luc. 16, 20 (cod. 14) erat quidam -us nomine Eleazarus (*cod. 3 al.* pauper, *cod. 4 al. et Vulg.* mendicus, *gr. πτωχός*). Arnob. nat. 7, 12 p. 356, 3 ut *numina* ... avertant a -o lumina, quem restrictum ... familiaris rei necessitas fecit. Hier. vita Pauli 17 illi -o ..., vos auratos. Rvfin. Clement. 7, 17, 3 una quaedam -a, *sc. e mulieribus,* hic habitans extorsit mihi tugurio eius succedere (*cf.* Greg. Tvr. glor. mart. 60 p. 530, 4 tugurium cuiusdam -i). Comm. instr. 2, 36, 7 infimo -o. Salv. gub. 5, 42 plerique -orum atque miserorum, spoliati resculis suis et exterminati agellis suis *eqs. al. per prosopopoeian de ecclesia christiana*: Hier. epist. 69, 5, 3 ne ⌞virginali -ae⌟ societate contempta ditioris adulterae quaerat amplexus (*sc. episcopus de alia ad aliam ecclesiam transferri studens;* ⌞ ⌟ *edd.*, virginalis -ae, virginali -i *al. codd.*). Apon. 1, 5 ut dominus ancillam, ut rex -am ..., Christus ecclesiam, id est dei sermo sibi animam sub coniugis titulo copularet.

b *civitates vel populi vel genus humanum* (*saepe accedit notio humilitatis, cf. 2b*): Vvlg. Is. 10, 30 attende Laisa, -a Anathoth (*cf. ad l.* Hier. in Is. 4, 10, 28 l. 30 '-a' vel oboediens sive humilis A., tribus enim modis interpretari potest). 51, 21 audi hoc, -a, *sc. Hierusalem* (*cf. ad l.* Hier. in Is. 14, 51, 21 l. 20 -am et humiliatam. *item de Hierusalem*: 15, 54, 1 l. 63 desertam prius atque -am). 54, 11. Hier. in Ier. 4, 15, 5 nostra -a ... Bethleem, non habens aurum et gemmas. *al. apud eundem.* Ps. Pacian. sim. carn. p. 129, 19 nulla ... vel -ae humanitatis ... officia. Salv. gub. 4, 21 -arum ... depopulatio (-arum *civitatum intellegit Pauly e praecedentibus; var. l.* -orum *praefert Lagarrigue, ut ad aβ pertineat*). Alc. Avit. epist. 77 (*ad Sigismundum*) -i Viennenses vestri.

2 *cetera exempla*: **a** *-ae sunt res*: *a quaelibet, i. fere viles, non opulentae, parum bonae* (*respicitur condicio hominum pauperum maxime l. 22. 25, quibus fort. addas p. 849, 34; per enallagen quandam transfertur de hominibus ad actiones eorum apud* Salv.): Plavt. Persa 345 quamquam res nostrae sunt, pater, -ae, modice et modeste melius est vitam vivere. Ps. Varro sent. 61 libri non nisi scientiarum -a monumenta sunt (momenta *var. l.*). Non. p. 137, 26 mictyris: -a pulmentaria. Aster. ad Renat. l. 319 -ae domus angustiis (Avg. serm. 23, 7). Avg. serm. 119, 5 nemo -o animo sentiat et volvat ... mendicissimas cogitationes *eqs.* Arnob. Ivn. confl. 2, 9 p. 283^{B} omnis substantia ... aut magna est et parva non est ..., aut dives est et -a non est *eqs.* Salv. eccl. 3, 72 diviti largitati ... -ae officiositati (*i. fere hominum -orum*). **β** *sermo sim., i. fere exilis*: Vita Hil. Arel. 2 l. 3 *ego* Hilarii ... vitam sermone -o, sensu tenui cupiens demonstrare (Evseb. Gallic. hom. 51, 9. 68, 1 -i s. micas ... offerre). Evseb. Gallic. hom. 72, 1 praedicatione -a.

b *-i sunt homines, i. humiles* (*v. ad 1b*): Vvlg. Is. 66, 2 haec dicit dominus: ... ad quem ... respiciam, nisi ad -um et contritum spiritu et trementem sermones meos? (*cf.* Hier. *ad loc.* l. 32 humilis atque -us *eqs.*). Patric. conf. 35 me -um pupillum (*v. ad loc. Bieler, ed. 1950, 165 sq.*).

masc. vel fem. pro subst. v. sub 1aβ et l. 10. 34. *Bl.*

pauperēsco, -ere. *a* pauper; *cf.* pauperascere. **1** *i. q. pauperem vel pauperiorem fieri*: Vet. Lat. IV Esdr. 15, 51 (cod. M Vulg.) infirmeris, *Asia*, et -as a flagellis et plaga (cod. 150 *al.* paupera a plaga). Arnob. Ivn. ad Greg. 21 p. 431, 10 (*loq. Christus*) in quibus *servorum meorum necessitatibus* me et -ere et ditari ... testatus sum (*sec. Matth. 25, 35 sqq.*). in psalm. 30 p. 364^{B} quantumvis *homo* virium habeat, -unt vires eius (*i. minuuntur; ad psalm. 30, 11* infirmata est in paupertate virtus mea). Op. imperf. in Matth. 43 p. 876 *in saecularibus* alter -it, alter ditatur (*var. l.* pauperascit *fort. apud Osbernum, v. Mai, Class. auct. VIII, 1836, 457*). *?* **2** *i. q. pauperem vel pauperiorem reddere, pauperare*: Gloss. IV 453, 40 multat: -it (*cf. Loewe, Prodromus, 1876, 362*; multat⟨ur⟩ *susp. Sittl, Arch. Lat. Lex. 1, 1884, 525*).

⁂pauperiēs, -ēī *f.* (pauperia *f. v. l. 63 sq.*). *a* pauper (*v. etiam infra ad II*). *scribitur* pap- Ambr. in Luc. 7, 55 (*cod. A manu prima*), *litteris graecis p. 852, 3.* Not. Tir. 40, 27. *de formis*: -ies, -iem, -ie (*abl. sing.*) *frequentantur; gen. sing.* -iei *testatur* Char. gramm. p. 45, 28 -s, *πενία,* -iei; *gen. vel dat. sing.* -iei *praebent* Apvl. met. 11, 28, 4 Anian. Chrysost. hom. 4, 11, -ii *probabiliter restituitur* Caecil. com. 184 (*v. p. 851, 34 sqq. et cf. Neue-Wagener I 571*), -ie *in coni. dub.* Plavt. Truc. 573 (*Rau, Rhein. Mus. 128, 1985, 301;* -iem *trad.*); *plur. omnino deest. e prima decl. non nisi nom. sing.* -a *exstat, v.* Gloss. *infra.* *de notione et differentia*: Caper gramm. VII 99, 13 -s damnum est, paupertas condicio ipsa (*sim.* Isid. diff. 1, 446. Diff. ed. Uhlfelder 93 -s d. e., p. quae nihil habet. *v. etiam sub IIA*). Porph. Hor. epist. 2, 2, 199 -s: egestas (*distinguitur* paupertas, *v. p. 852, 58*). Schol. Ter. Bemb. Haut. 111 paupertas est mediocrium, -s mendicorum. Gloss. II 401, 8 *πενία*: -a, -s (III 459, 40 -a: *π. cf.* Char. *supra*). 425, 60 *πτωχεία*: inopia, -a *eqs.* *legitur usu communi (sc. singulis locis nisi alia adnotavimus) apud* Plavt. (*quater*), Enn., Caecil. (*v. supra*), Ter., Verg., Hor. (*15^{ies}*), Tac., Svet., Apvl. (*11^{ies}*), *al.; plura v. sub* paupertas; *usu iudiciario in* Edict. praet., *apud* Pavl. Fest. *et iurisconsultos inde ab* Alf., Iavol. (*de* Lege XII tab. *v. p. 851, 71*). [*prov. vet.* pauprier, paupeira *et var. prov., vasc.; suffixo mutato raet. occ.* pupire. *cf. M.-L. 6306. Wartburg VIII 59. St.*] [*variat in codd. maxime cum* paupertas *e. g.* Svet. gramm. 11, 4. Pavl. Nol. carm. 18, 259 (paupertas *praefert Hartel*). Leo M. serm. 10, 1; *restituitur p. 851, 33. 43, ceterum* Sen. contr. 2, 1, 5 *et* 13 (*Kiessling*; paupertas, pauper *sim. trad.*).]

I *i. q. paupertas* (*metonymice sub A2 et p. 851, 58*). *fere pro syn. accedunt e. g.* paupertas Plavt. Stich. 176 Apvl. Plat. 2, 12 p. 237. *al.*, inopia

[Suter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PANEG. 5,14,3, egestas DON. Ter. Eun. 491,3. *al.* (*cf.* LEO M. serm. 10,1 egentium ... -em); *distinguuntur* inopia *l. 25*, mendicitas ARNOB. nat. 2,45 -s alias *animas*, alias ut m. premeret; *opp. maxime* divitiae, *e. g.* APVL. Plat. 2, 11 p. 236 *bis.* COMM. instr. 2, 31, 1. MVTIAN. Chrysost. hom. 2, 4 p. 249 (*gr. πενίᾳ ... πλούτῳ*).

A *spectat ad defectum possessionum, pecuniae sim.*: **1** *proprie, sc. significatur condicio pauperis* (*hominis vel civitatis*): PLAVT. Aul. 190 meam -em conqueror. 722 famem et -em. Stich. 176 (*loq. parasitus; de ordine versuum v. edd. ad l.*) propter -em hoc ... nomen repperi, eo quia paupertas fecit ridiculus forem. Truc. 573. ENN. scaen. 204 quod in -e mea senex graviter gemam (*affertur sub titulo* -s pro paupertate NON. p. 494, 3). TER. Haut. 111 in Asiam hinc abii propter -em. VERG. Aen. 6,437 et -em et duros perferre labores. HOR. sat. 1,1,93 -em metuas minus. 2,2,45 necdum omnis abacta -s epulis regum; nam vilibus ovis ... est ... hodie locus (SCHOL. nondum ... pauperum epulas excluserunt mensis. *cf. de paupere cultu mensae* AVSON. 8,4 p. 311 fercula gemmatis cum poneret horrida vasis et misceret opes -emque simul *Agathocles rex* [*nisi et hic et l. 14 metonymice intellegendum, ut loci cum 2b conferendi sint*]). 2,7,84 quem neque -s neque mors neque vincula terrent. carm. 3,2,1 angustam ... -em pati ([*de textu v. p. 735, 57*]. PAVL. NOL. carm. 18,221). 3,29,56 probam ... -em sine dote quaero (*quasi uxorem*). 4, 9, 49 *qui* duram ... callet -em pati (HIER. epist. 39, 2, 6). epist. 1, 1, 46 per mare -em fugiens. *et saepius.* TAC. hist. 4,47 verane -e *rei publicae* an uti videretur, actum in senatu, ut sescenties sestertium ... mutuum acciperetur. SVET. gramm. 11, 4 in summa -e et paene inopia (CE 372). APVL. met. 9,5,1 gracili -e laborans. Plat. 2, 12 p. 237 si ... nec habere -em neque eam ratione regere contrarium est, paupertas ... malum non est. *al.* AMBR. in Luc. 7,55 -s gloriosa (*postea*: beata paupertas). VVLG. prov. 6,11 veniet tibi quasi viator egestas et -s quasi vir armatus. CLAVD. 26, 633 domat aspera victos -s. PAVL. NOL. carm. 21,507 o veneranda mihi ... -s Christi. CIL VI 9980,5 (*tit. sepulcr.*) Acastus conservos pro -e fecit sua. *al.*

2 *metonymice* (*cf. etiam l. 58 infra*): **a** *de ipsis hominibus pauperibus*: CAECIL. com. 184 ibo ad forum et pauperii tutelam geram (pauperi *codd., metro invito*; -ii [= -iei] *Ribbeck, coll. Gell. 9, 14*; -ie *Bothe. sed locum ut exemplum neutri generis praebentem affert* Non. p. 220, 6, *sc. subst.* pauperium, *ut vid., intellegens; quem secuti sunt Guyet et Spengel* pauperio *restituentes et alii nostrae aetatis*). OPTAT. serm. 8 quid ... factura es, praeelecta -s? PAVL. NOL. epist. 29, 12 p. 259, 11 illos *divites* nostra -s ridebat. SIDON. carm. 7, 459 in consilium ... venit honora -s. DRAC. laud. dei 2, 777 spoliamus avari -em, si forte ferat quodcumque decorum (pauper item *codd. plerique; antea*: calcamus egenos). **b** *de possessionibus hominum pauperum* (*cf. supra l. 17*): CE 1086, 10 (= CIL VI 19175, 9; *saec. I*) de mea -e feci, *sc. monumentum,* ut⟨i potui⟩ (pauperte *lapis,* -e *Bücheler pentam. eleg. agnoscens,* paupertate *Henzen*). APVL. met. 1,15,3 quid viatori de summa -e latrones auferre possunt? 9,35,4 *dives* vicini tenuis incursabat -em (*i. fere fundum eius*).

B *spectat ad varios defectus, infirmitates sim., quibus afficiuntur*: **1** *res variae*: PALLAD. 12, 9 vites, quae ... -em fetuum (fetu *var. l.*) compensant ubertate foliorum. HIER. epist. 11, 1 ingenio est victa -s; minutae quidem litterae, sed confabulatio longa est (*significatur quam antea nominavit* chartae exiguitas ... angustia scedulae). in Is. 11, 40, 12 l. 86 *multa nomina Hebraica non vertuntur* propter ... ad comparationem linguae Hebraeae ... Latini sermonis -em (*i. minorem copiam verborum, cf. p. 855, 1 sqq.*). **2** *homines vel anima, ingenium, natura sim. eorum* (*regio fere pro habitantibus* ALC. AVIT.): AVG. ord. 1,2,3 illam *pulchritudinem universitatis* videre non licet animae, quae in multa procedit sectaturque aviditate -em (*postea*: egestatem patitur ... mendicitate conteritur). SIDON. carm. 14, 25 nec ... nostram -em silere cogas, *Calliope* (*metonymice de scriptore parvi ingenii vel de eius facultate; cf. locum sequentem*). EVSEB. GALLIC. hom. 67, 2 oris nostri sensusque -em (*spectat ad ingenium loquentis parum validum*). ALC. AVIT. epist. 25 (*ad papam Hierosolymitanum, qui reliquias crucis Christi in Galliam misisse videtur*) ditastis ... sanctificationis opibus -em orbis extremi. ENNOD. opusc. 3, 156 p. 371, 23 quantam -em, si suscipiatur, adportat *aurum* (*agitur fere de amissione bonorum in caelo promissorum*). *spectat ad condicionem humanam divina inferiorem, quam assumpsit Christus* (*respicitur II Cor. 8, 9, respondet gr. πτωχεία*): CONC.^{S} I 5 p. 161, 15 *Christum* ad nostram -em devenisse (*altera versio p. 277, 24* paupertate). p. 204, 26 -em, quae humanae mensurae convenit.

II *i. q. noxa, damnum, sc. non nisi in sermone iuris de eo damno, quod facit animal* (*nisi latius intellegendi sunt loci huc pertinentes p. 850, 59 sqq.; incertum est, exstiteritne* -s *iam in lege XII tab., v. p. 852, 8; ad rem v. Müller, RE Suppl. X 521 sqq.; sunt, qui hoc usu notionem radicis* *par- *conservatam esse putent, ut* -s *sit i. q. actio minuendi; sed in iunctura* -em facere *notio damni e notione paupertatis oriri potuit*): **A** *definitur*: PAVL. FEST. p. 220 -s damnum dicitur, quod quadrupes facit. VLP. dig. 9, 1, 1, 3 ait praetor '-em fecisse'; ‚-s est damnum sine iniuria facientis datum; nec enim potest animal iniuria fecisse, quod sensu caret' (‚ ' *sim.* INST. Iust. 4, 9 pr.). GLOSS. iurispr. *ἄδετ Π 78 π[ϱ]αουπερίες· ἡ δίχα κακουργίας ζημία ἐπὶ τῶν ἀλόγων, οἷον ἵππου καὶ τῶν ὁμοίων.*

B *varia:* *animal dicitur* -em facere: EDICT. praet. dig. 9, 1, 1, 3 *v. l. 1.* ALF. dig. 9,1,5 mula ... crus agasoni fregit; consulebatur, possetne cum domino mulae agi, quod ea -em fecisset. IAVOL. dig. 9,2,37,1. VLP. dig. 9,1,1 pr. ‚si quadrupes -em fecisse dicetur' actio ex lege duodecim tabularum descendit (‚ ' *sim.* PAVL. sent. 1,15,1 si q. -em fecerit damnumve[l] dederit. *al.*). PAVL. dig. 9,1,4. *al.* *cetera exempla*: IAVOL. dig. 9,2,37,1 ad causam eius, in quo de -e actio est. VLP. dig. 9,1,1,7 quotiens contra naturam fera mota -em dedit (9,1,1,9. COLL. Mos. 7,3 tit. Vlpianus ... ad edictum sub titulo 'si quadrupes -em dederit'). 19,5,14,3 de -e ... *non* agi posse. *al.*

[pauperium, -ī *n.* *vocem vix recte intellexerunt* NON. *et non nulli nostrae aetatis apud* CAECIL. com. 184, *v. p. 851, 33 sqq. et Blundell, Mus. Helv. 47, 1990, 227 sq.*]

pauperius *v. p. 849, 8.*

paupero, -āvī, -ātum, -āre. *a* pauper. *de notione*: NON. p. 157,3 -a[vi]t: id est pauperem facit (*inde* GLOSS. V 645,72). GLOSS.^{L} I Ansil. PA 954 -antur: pauperes efficiuntur. II Abav. EX 137 exsumptuavit: -vit (*sim. al.*). [*in dub. var. l. pro* paupertare *p. 856, 61. 65.*]

i. q. pauperem vel pauperiorem facere (*sc. aliquem vel aliquid; res quae aufertur ablativo indicatur e. g. l. 28. 30. 46*): **1** *pro obi. sunt vel intelleguntur homines (Christus l. 42), qui privantur*: **a** *pecunia, possessionibus sim.*: PLAVT. Mil. 729 *agoranomus,* quae improba est *merx,* pro mercis vitio dominum pretio -at (*i. pretio minore statuendo*; -et *var. l.*). Pseud. 1128 boni me viri -ant, improbi augent. Achar. frg. 1 quam ego tanta -vi per dolum pecunia. TITIN. com. 66 quid ego feci ..., quem -etis ambo vestris sumptibus? (134 s. meo). HOR. sat. 2, 5, 36 eripiet quivis oculos citius mihi quam te ... cassa nuce -et. VET. LAT. I reg. 2,7 (cod. 7 *al.*) dominus -at et locupletat (*gr. πτωχίζει, Vulg.* pauperem facit). AVSON. 415, 34 p. 274 *vilicus* lucra damnis, damna mutans fraudibus se ditat et me -at. HIST. AVG. Alex. 22,6 fures a re publica pellendos ac -andos ... esse (*opp.* ditandos). PAVL. NOL. carm. 21,208 caelo destinatos incolas, quos Christus ipse, qui crearat divites, hoc -vit saeculo. epist. 29,7 p. 253,26 *mulier* -ta dives et nobilis humiliata. 32,20 p. 295,13. SIDON. epist. 4,11,4 merita sua, quibus divitem conscientiam censu -tus locupletavit. 6,12,3.

b *variis*: PAVL. NOL. epist. 40, 7 p. 347, 12 pauperem maestum, hoc est paenitentem, opibus gratiae -tum (*respicitur psalm. 101, 1; cf. epist. 40, 6 p. 346, 13* ad inopiam spei ... redacti). AVG. in psalm. 39, 28 l. 10 *Christus* veros pauperes ditat, falsos divites -at (*antea affertur II Cor. 8, 9, qui versus respicitur etiam*: 101, serm. 1, 1 l. 42 *Christus homo factus* ibi se -vit, ibi nos ditavit).

2 *pro obi. sunt res*: FIRM. math. 1,4,9 *praedicimus,* quando *luna* -ta luminibus iacturam propriae maiestatis agnoscat. SIDON. epist. 2,2,17 non ut fluctibus, sed ut piscibus pauper[ar]etur *fluvius.*

deriv.: pauperto.

compos.: impauperavimus (*i. pauperes facti sumus*).

paupertacula *v.* paupertatula.

ˣpaupertās, -ātis *f.* *a* pauper. *de origine*: NON. p. 43, 29 -s dicta est a pecunia parva. Varro ...: 'pecuniaque erat parva; ab eo -s dicta'. PRISC. gramm. II 128, 14 (*inter denominativa* -tas *syllaba terminata*) pauper, -s. DIFF. ed. Beck p. 54,2 -s in his existimatur, qui ... paucis rebus suis contenti sunt. *scribitur* pap- CIL VI 25741. *fort. abbreviatur* CIL IX 4071,8 *monumentum* fecit sibi et ... coiugi suae ex commune pau (communi -e *intellegit Mommsen*). NOT. Tir. 40, 26. *genus fem. testatur* NON. p. 220,4. *de notione et differentia* (*addas p. 850, 59 sq. 62*): PORPH. Hor. epist. 2, 2, 199 pauperies: egestas. nam -s etiam honestae parsimoniae nomen est et usurpatur i⟨n⟩ fortuna[e] mediocri. SERV. auct. georg. 1, 146 peior est egestas quam -s; -s enim honesta esse potest *eqs.* (*v. vol. V 2, 245, 2 sqq.*). SYNON. Cic. p. 429, 5 inopia. fames. egestas. inedia. penuria. -s. DIFF. ed. Beck p. 54,2 *v. vol. VII 1, 1742, 78 sqq.* GLOSS. -s: *πενία.* de -e: *περὶ πτωχίας.* *legitur inde a* PLAVTO, ENN., TER., VARRONE, RHET. Her. *per totam latinitatem* (*sc. fere sing.; plur.* VARRO frg. Non. p. 162, 18 SEN. epist. 87, 38 *et dubie vel falso in var. ll., e. g.* EVSEB. GALLIC. hom. 37, 2; *cf.* NON. p. 162, 14 -es nove positum numero plurali: Varro *eqs.* [*inde* GLOSS. V 646, 32]); *frequentant* CIC. *in phil. (alibi perraro) magisque* SEN. *phil.; si voces q. s.* pauperies *et* -s *conferas, apparebit illam multo rarius adhiberi multisque auctoribus omnino deesse, v. p. 850, 64 sqq.; utraque utuntur* PLAVT. (-s *10* / pauperies *4*), TER. (*3/1*), HOR. (carm. *1/7,* sat. *et* epist. *4/8*), TAC. (*15/1*), SVET. (*1/1*), APVL. (*18, maxime in* apol. / *11, in* apol. *non nisi* 21,1, *ubi fort. glossa est*); *utraque deest e. g.* CATVLLO, CAES. *et corp. Caes.,* PROP., -s *deest etiam* VERG. (pauperies *semel*). [*it.* povertà; *francog.* pauvreté; *prov. vet.* paubretat *et var. francoprov., prov.; hisp. vet.* pobredad. *cf. M.-L. 6307. Battisti-Alessio IV 3045. Wartburg VIII 59 sq. Coro-*

[Suter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

minas[2] *IV 584. St.*] [*confunditur in codd. cum* pauperies, *v. p. 850, 70. falso tradi vid.* FEST. p. 242 *s. v.* pronubae (perpetuitatem *Anton. Augustinus*).]

i. q. status pauperis (metonymice sub IB et p. 854, 42; in titulo mimi NON. p. 53, 20 *al.* Laberius in -e. *qui gradus inopiae significetur, apparet e. g. l. 43. 47. p. 852, 58. 855, 29sqq.). in gr. respondent maxime πτωχεία, e. g.* VET. LAT. psalm. 106, 10 (cod. 136). Sirach 22, 28 RVFIN. hist. 3, 27, 6. *al., et πενία, e. g.* VET. LAT. prov. 28, 19 (Cassian. inst. 10, 21, 1). CASSIOD. Ios. antiq. 4, 46. *al., ceterum ταπείνωσις* VET. LAT. psalm. 30, 8 (cod. 136), *ἀπορία* NOVELL. Iust. 38 praef. 1.

I *spectat ad defectum pecuniae, rei familiaris sim., sc. quo afficiuntur homines vel civitates*: **A** *proprie*: **1** *vario usu* (*in prosopopoeia e. g. l. 39sq. et 42, v. etiam ad B1; post* LIV. *paucissima attulimus*): PLAVT. Aul. 206 *Euclione nemo* est alter hodie ex -e parcior. Persa 347 sq. ad -em si admigrant infamiae, gravior -s fit. Vid. frg. 2 inopiam, luctum, maerorem, -em *eqs. al.* ENN. scaen. 49 multi alii adventant, -s quorum obscurat nomina. TER. Phorm. 94 -s mihi onus visum est et miserum et grave. 903. Ad. 496 -em una pertulimus gravem. RHET. Her. 2, 20, 32 omnes, qui in -e sunt, malunt maleficio parare divitias quam officio -em tueri. 3, 7, 14 *bis.* VARRO frg. Non. p. 162, 18 horum temporum divitias et illorum -es. frg. Prisc. gramm. II 384, 1 -s ... haec tum non ita nutricata, ut nunc conspicatur (*nisi ad B1*). rust. 3, 1, 7. CIC. leg. agr. 2, 64 homines ... patientia -is ornatos. parad. 45 (*ironice*) istam -em vel potius egestatem ac mendicitatem tuam numquam obscure tulisti. fin. 5, 84 -s si malum est, mendicus beatus esse nemo potest. Tusc. 3, 82 si -s momordit, si ignominia pupugit *eqs.* 5, 89 quis non -em extimescit? *idem saepius in philosophicis.* BRVT. Cic. ad Brut. 25, 4. 25, 5. PVBLIL. sent. H 8 hominem experiri multa -s iubet. S 14. LVCR. 1, 455 -s divitiaeque, libertas ...; haec soliti sumus, ut par est, eventa vocare. *al.* SALL. Catil. 12, 1 -s probro haberi ... coepit. NEP. Epam. 3, 4. *al.* HOR. carm. 1, 12, 43 tulit ... Camillum saeva -s et avitus ... fundus. epist. 1, 5, 20 contracta ... in -e. *al.* TIB. 1, 1, 5 LYGD. 3, 23. OV. met. 8, 633 *Philemon et Baucis* -em ... fatendo effecere levem. trist. 2, 113. LIV. 1 praef. 11 *nusquam* tantus ac tam diu -i ac parsimoniae honos *fuit quam Romae. al.* VAL. MAX. 4, 3, 8 veterem atque hereditariam urbis nostrae -em. SEN. Phaedr. 987 castos sequitur mala -s. epist. 17, 5 frugalitas ... -s voluntaria est. 87, 38 ex multis -bus divitiae fiunt. 87, 39 (*verba Antipatri Stoici*) -s ... per detractionem *dicitur*; ... -s enim est non quae pauca possidet, sed quae multa non possidet. 87, 40 ego non video, quid aliud sit -s quam parvi possessio. CVRT. 3, 2, 15 adhuc illa disciplina *militum* -e magistra stetit. COLVM. 12, 2, 3 vetus est proverbium, -em certissimam esse, cum alicuius indigeas, uti eo non posse *eqs.* (*v. Otto, Sprichw. n. 1360*). CALP. ecl. 4, 156 vellit ... saepius aurem invida -s. MART. 11, 32, 8 (*ad nihil possidentem*) adfectas ... videri pauper ...; non est -s, Nestor, habere nihil. IVV. 6, 295 nullum crimen abest ..., ex quo -s Romana perit. APVL. apol. 18, 6 -s ... omnium civitatium conditrix *eqs.* TERT. castit. 12 l. 14 *uxorem* -e dotatam. VLP. dig. 27, 1, 7 -s ... dat excusationem *tutelae.* HERMOG. dig. 48, 2, 10 *prohibentur accusare* nonnulli propter -em, ut sunt qui minus quam quinquaginta aureos habent. CIL VIII 24056, 5 *quidam* ad ornandam patriam, modum -is suae egressi, ... pecunia sua fecerunt *eqs.* INSCR. Année Épigr. 1966 n. 539 (*Numid., saec. III*) Iunia ... coluit maritum, toleravit -em *eqs. et saepissime. apud Christianos de -e voluntaria*: AVG. civ. 1, 10 p. 20, 16 qui ... -em sanctam confitebatur, Christum confitebatur (p. 20, 18 VINCENT. LER. comm. 17, 4). 5, 18 p. 226, 31 de voluntaria -e (18, 54 p. 343, 24 venditis suis rebus, ut egenis distribuerentur, ... ad -em v. *multi pervenerunt.* CHROMAT. beat. 2 GREG. M. in I reg. 5, 103. *cf.* VITA Hil. Arel. 21 l. 22 ad tantam voluntarius venerat -em, ut *eqs. v. iam supra l. 36*). CHROMAT. beat. 2 beata ... -s est spiritalis, eorum scilicet hominum, qui spiritu et voluntate pauperes se faciunt propter deum renuntiando saeculi bonis *eqs.* (*respicitur Matth. 5, 3* [*cf. IIA2 infra*] *ut: ibid.* 10 spiritus -em). *al.*

2 *fere per paradoxon philosophorum adhibetur de statu eorum, qui quantumlibet possidentes plura appetunt*: SEN. epist. 2, 6 *v. p. 845, 25.* 119, 12 falso divitiarum nomen invasit occupata -s. *al.* APVL. apol. 20, 4 *animus avarus* semper aliquid, ante parta ut augeat, mendicabit; quae quidem vera confessio est -is. GREG. M. in Ezech. 2, 6, 16 l. 424 -s ... in inopia mentis est, *sc. plura appetentis,* non in quantitate possessionis.

B *metonymice adhibetur*: **1** *de ipsis hominibus pauperibus* (*exempla pauca selecta post* PETRON.; *apud* CYPR. *accedit gen. et ipse pauperes designans. nonnulla a prosopopoeiis vix distingui possunt. an huc etiam l. 21?*): SALL. Catil. 53, 4 divitias -s, multitudinem paucitas *superavit* (*i. Romani gentes exteras vicerunt*). OV. rem. 749 non habet, unde suum -s pascat amorem. SEN. contr. 10, 1, 7 venit iste *dives* cum turba clientium ... et adversus -em totam regiam suam effundit. SEN. epist. 17, 4 -s contenta est desideriis instantibus satisfacere. OCTAVIA 896. CVRT. 7, 8, 22 (*Scytha ad Alexandrum*) -s nostra velocior erit quam exercitus tuus. COLVM. 10 praef. 2 plebeia -s. PETRON. 14, 2 vers. 1 quid faciunt leges, ubi ... -s vincere nulla potest? QVINT. decl. 301, 8. IVV. 7, 61 maesta -s atque aeris inops (*i. pauper poeta*). CYPR. eleem. 17 *qui suum* patrimonium ... cum indigentium -e *non* communicat. CE 203 (*saec. III*) qualem -s potuit memoriam dedi, *sc. maritus uxori.* OPTAT. 3, 3 p. 73, 17 quibus *elemosinis* sublevata ... posset respirare, vestiri ... -s. *al.* **2** *de apparatu, possessionibus sim. hominum pauperum*: CALP. ecl. 7, 81 mihi sordes pullaque -s ... obfuerunt, *quo minus ad imperatorem accederem* (*antea*: rustica vestis). FLOR. epit. 1, 13, 18 pastorum casas ignis ille et flamma -em Romuli abscondit. SCAEV. dig. 36, 1, 80, 12 ex refectu -is ... alatis *alumnum meum.* SYMM. rel. 41, 4 extremae -is successio. AVG. catech. rud. 16, 8 *quidam* consumunt per luxuriam -em suam. *al. fort. huc pertinet titulus non integer* CIL VI 25741 ex sua papertat (*sic; num post* sua *aliquid exciderit, non apparet. intellegas fere 'monumentum fecit', cf. p. 851, 43. 852, 55*).

II *spectat ad quemlibet defectum*: **A** *-e afficiuntur homines* (*Christus l. 50sqq.*) *vel partes, facultates eorum* (*accedit gen. subiectivus, vel pron. possess. eodem sensu, l. 27. 28sq. 53. 67 et saepius, gen. rerum deficientium l. 22. 24. 32. 61. 62. al.* [*gen. gerund. l. 47*]): **1** *in malam partem, sc. significatur quaedam infirmitas, vel defectus variorum bonorum*: **a** *respicitur infirmitas ipsius hominis vel ingenii, animi sim. eius*: **α** *pertinet ad eloquentiam, copiam verborum sim. deficientem* (*cf. B1*): CIC. fam. 4, 4, 1 (*ad Sulpicium Rufum*) te scribis 'orationis -e', sic enim appellas, isdem verbis epistulas saepius mittere (*postea: me* divitias orationis habere dicis). SEN. epist. 58, 1 quanta verborum nobis -s, immo egestas sit, ... *hodie* intellexi; mille res inciderunt, cum forte de Platone loqueremur, quae *nomina Latina non habent.* APVL. met. 11, 3, 3 si ... mihi disserendi tribuerit facultatem -s oris humani. HIER. praef. Vulg. pent. p. 64, 5 (= adv. Rufin. 2, 25 l. 14) opes *scriptorum* ‚aliorum alterius„ *sc. interpretis,* -e *non* foedari (‚ „ alt. aliorum *var. l.*). *al.* **β** *pertinet ad defectum bonorum spiritalium sim.*: Ps. CYPR. ad Novat. 2, 3 (*spectat ad apoc. 3, 17*) has opes, has divitias -is pro certo possidere se credat *schismaticus.* AVG. in psalm. 11, 6 inopia et -e bonorum spiritalium egentes. VITA Hil. Arel. 30 l. 38 ⟨in⟩ imminutionis -em descendens augmentum quoddam de detrimento ... dispensator *munerum caelestium obtinet* (*cf. p. 855, 11*). CASSIOD. in psalm. 78, 8 l. 186 -s est ... in nobis exiguitas bonorum operum. MVTIAN. Chrysost. hom. 25 p. 393 *dives,* quanto ditior fit, tanto pauperior exsistit -e, quae revera -s est (*gr. p. 175 πένης γίνεται τὴν ὄντως πενίαν*). *al.* **γ** *pertinet ad eruditionem, intellegentiam sim. deficientem*: OPTAT. 2, 21 p. 58, 15 -e sensus sui circumventi sunt, quos *vos haeretici* decipere potuistis (RVFIN. Orig. in gen. 3, 5 p. 44, 21 si qui his *Ebionitis* simili -e s. oberrant [*cf. l. 46*]). HIER. in Dan. prol. l. 80 cur Latina -s despiciat Christianum, *sc. me libri Danielis interpretem*? (*metonymice pro hominibus; opp.* tantis divitiis doctrinarum *Graecarum*). hom. Orig. in Ezech. 4, 1 p. 360, 18 -em memoriae, ingenii tarditatem. adv. Rufin. 3, 29 Romanae urbis ... -em, *i. fere ignorantiam.* RVFIN. hist. 3, 27, 6 *sec. vocem hebr. 'pauper' significantem* Ebionaei pro -e intellegentiae compellati sunt (*gr. τὴν τῆς διανοίας πτωχείαν*). AVG. in euang. Ioh. 19, 1 intellegendi -em *nostram. al.* **δ** *cetera exempla* (*saepe respicitur condicio Christi hominis facti, ita ut -s vel ipsi Christo ascribatur vel generi humano*): VET. LAT. II Cor. 8, 9 (Aug. op. monach. 16, 17 *al.*) *Christus* propter vos pauper factus est, cum dives esset, ut illius -e vos ditaremini (*Vulg.* inopia, *gr. πτωχείᾳ. inde pendent*: AVG. in psalm. 68, serm. 1, 4 *saepius.* CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 158, 25 mea -e pauper est factus [*gr. I 1, 2 p. 86, 33 τὴν ἐμὴν πτωχείαν ἐπτώχευσεν*]. *al.*). AVG. in psalm. 78, 11 nostra -s, id est infirmitas (*sim. explicatur* -s: 108, 24. 33. *al.*). CONC.[S] I 2 p. 57, 36 *Christus* humanae naturae sustinet sordes, et per omnem -em nostram transiens *eqs.* (*gr. I 1, 2 p. 44, 25 πτωχείας*). *al.*

b *respicitur defectus alicuius rei externae*: SEN. epist. 1, 4 non possum dicere nihil *temporis me* perdere, sed, quid perdam ..., dicam; causas -is meae reddam. TERT. patient. 13, 6 si et carcer praeveniat, caro in vinculis ... et in illa -e lucis (illa et in *Kroymann*). GREG. TVR. Franc. 5, 5 p. 200, 13 -s cartae finem imponit verbositati *tuae.*

2 *in bonam partem, sc. significatur humilitas, defectus superbiae* (*usu Christianis proprio, qui fere e Matth. 5, 3 pendet; cf. p. 847, 50sqq. et* GREG. M. moral. 16, 59 -is ... nomine saepe humilitas designari solet): OPTAT. 7, 5 p. 177, 18 *schismatici quidam futuri,* antequam inflati essent, beati erant de -e spiritus (*cf. p. 853, 58, ubi Matth. 5, 3 aliter intellegitur*). AVG. in psalm. 71, 3 l. 16 qua -e *spiritus* ... Iob pauper fuit, et antequam ... terrenas divitias amisisset. *incertum est, an huc pertineat etiam* HIER. psalt. sec. Hebr. 140, 3 pone, domine, custodem ori meo, serva -em labiorum meorum (*Vulg.* pone ... ostium circumstantiae labiis meis, *cf. fort. versio Symmachi e Syro restituta ταπεινώσεως*).

B *-e afficiuntur res variae, sc. aliquo modo deficientes, infirmae, parvi aestimandae sim.* (*respicitur quantitas vel magnitudo parva e. g. p. 855, 6; accedit gen. subi. saepius, gen. rei deficientis fort. p. 855, 12*): **1** *sermo, lin-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gua (*sc. Latina, quae cum lingua Graecorum uberiore comparatur; cf. etiam p. 854, 24sqq.*): QVINT. inst. 8, 3, 33 -e sermonis laboramus (RVFIN. Greg. Naz. orat. praef. 7 nostri s. -s). 12, 10, 34 etiam in iis, quae denominata sunt, summa -s in eadem nos frequentissime revolvit. HIER. in Eph. 1, 4 p. 446[B] -em linguae. **2** *quaelibet*: QVINT. inst. 2, 1, 4 grammatice ... fines suos norit, praesertim tantum ab hac appellationis suae -e ... provecta. HIER. epist. 43, 3, 3 cum -em istam *huius mundi* caelorum regna mutaverint (*postea*: parva et caduca quaesisse nos ... in terra). AVG. in psalm. 101, serm. 1, 2 l. 2 in *Christi* ... comparatione divitiarum agnosco -em (*cf. de divitiis spiritalibus*: Ps. MAX. TAVR. serm. 76 p. 685[D] *Cyprianus inter docendum* nullam ... d. suarum sentiens -em). CAEL. AVR. acut. 1, 9, 59 parvus ... si fuerit *locus* atque humili tecto, suffocabilis erit aeris -e (a. *gen. vel subi. vel rei deficientis ut pauper sit vel aer, i. exiguus, vel locus, i. aere carens*). BOETH. arithm. 1, 19 p. 39, 25 *numeros deminutos* (*i. ἐλλιπεῖς*) velut -e inopes oppressosque quadam naturae suae inopia. *al.*

appendix vocum notionis similis vel oppositae, iuncturarum, structurarum (*afferimus notabiliora selecta*): **1** *subst.*: **a** *fere synonyma*: pauperies *v. p. 850, 75.* parsimonia *v. p. 489, 26.* inopia: PLAVT. Vid. frg. 2 VAL. MAX. 4, 8 ext. 2. SEN. dial. 9, 8, 4 tu istud -em, i., egestatem voca. *al., cf. l. 28. 33.* egestas: SEN. *supra.* COD. Iust. 4, 43, 2 (*a. 329*). *al., cf. l. 30.* angustia(e): TAC. dial. 8, 3 angustiae rerum. ann. 12, 52, 3 ob a. familiares. HIER. Orsies. doctr. 23. *al., cf. l. 27.* penuria: APVL. apol. 18, 9 (*cf. 11*). TERT. patient. 13, 6, *cf. l. 27. 28.* mendicitas: FIRM. math. 6, 31, 2. VAL. CEM. hom. 19, 4 p. 751[A] (*item* nuditas). necessitas: AVG. serm. 37, 25, *cf. l. 26.* *pendet gen.* -is, *sc. fere inhaerentiae, e subst. notionis similis*: necessitas: APVL. met. 4, 23, 4. VET. LAT. Sirach 18, 25 (*gr. πτωχείαν καὶ ἔνδειαν*). CYPR. epist. 2, 2 penuriam ... et n. -is. angustia(e): ARNOB. nat. 2, 41 FIRM. math. 4, 8, 1. *al.* penuria: QVODV. prom. 2, 39, 89. inopia: GREG. M. epist. 9, 110 l. 5. **b** *distinguenda* (*cf. p. 852, 57sqq.*): CIC. parad. 45 istam -em vel potius egestatem ac mendicitatem tuam (SEN. epist. 17, 6. 58, 1. CLAVD. DON. Aen. 8, 365 p. 167, 22 non ... Euander de e., sed de -e fatebatur [*seq. p. 843, 37*]). VAL. MAX. 4, 8, 2 Fabius ... -em inopia mutavit (SEN. epist. 18, 6). **c** *fere opposita*: divitiae: PLAVT. Stich. 134 RHET. Her. 2, 20, 32. *al.* VARRO frg. Non. p. 162, 18 CIC. leg. 2, 25. *al.* LVCR. 1, 455. *et saepe* (*apud* SEN. *philos. plus vicies; cf. l. 39sq. 55*). opes: LYGD. 3, 23 MANIL. 4, 18. 4, 89 VAL. MAX. 4, 3, 8 SEN. dial. 12, 11, 4. *al.* luxuria: VELL. 2, 129, 3. substantia: VET. LAT. Sirach 10, 34 *bis et* 13, 30 (*gr. ubique πτωχεία, πλοῦτος*). *per oxymoron* (*structuris variis; cf. 2b infra*): Ps. CYPR. ad Novat. 2, 3 divitias -is. AVG. in psalm. 101, serm. 1, 2 l. 2 divitiarum ... -em. **d** *quaelibet, sc. e quibus pendet varia ratione gen.* -is: onus: CIC. Tusc. 3, 56 Ps. CATO dist. 1, 21, 2 FIRM. math. 3, 2, 22. *saepius apud eundem.* pudor: HOR. epist. 1, 18, 24 -is p. et fuga. LIV. 34, 4, 13 IVV. 6, 358. incommoda: SEN. contr. exc. 2, 1 SEN. dial. 12, 12, 1 FIRM. math. 5, 3, 52. *al. apud eundem.* miseriae: ARNOB. nat. 1, 3 p. 6, 8 HIST. AVG. Aurelian. 45, 3.

2 *adi.*: **a** *notionis similis: quae pro subst. posita e voce q. e.* -s *pendent*: CYPR. eleem. 17 indigentium -e. *e quibus pendet abl. resp.* -e: pauper *v. p. 848, 15* (*cf.* ex -e ... pauperem *p. 848, 45*). mediocris: COD. Theod. 13, 11, 15. inops: BOETH. arithm. 1, 19 p. 39, 25. *quibus determinatur* -s: HOR. epist. 1, 5, 20 contracta. IVV. 7, 61 maesta -s atque aeris inops (VEREC. in cant. 9, 18 l. 21). VAL. CEM. hom. 19, 4 p. 751[A] egestuosa. **b** *notionis oppositae, sc. per oxymoron* (*structuris variis; cf. p. 853, 46*): VET. LAT. Sirach 11, 12 *homo* abundans -e (*gr. πτωχείᾳ περισσεύων*). CLAVD. 3, 204 haec mihi -s opulentior *est.* PETR. CHRYS. serm. 1, 4 blanda ultio, -s dives. **c** *quaelibet, quibus determinatur* -s: gravis *v. vol. VI 2, 2288, 44sq.* summa: CIC. Tusc. 5, 113 NEP. Phoc. 1, 3 SEN. epist. 120, 6. *al.* saeva: HOR. carm. 1, 12, 43. CLAVD. carm. min. 15, 1 (*etiam in var. l. pro* maesta IVV. 7, 61). honesta: VELL. 2, 129, 3 TAC. ann. 2, 48, 3 AMM. 24, 3, 5. voluntaria: SEN. epist. 17, 5 *et p. 853, 53sqq.* maxima: FRONTIN. strat. 4, 3, 5 (*cf.* magna: GAIVS inst. 3, 223). nimia: APVL. met. 9, 32, 3. COD. Iust. 4, 43, 2 (*a. 329*). misera: FIRM. math. 6, 31, 13 (*cf.* miseranda: ZENO 1, 14, 2). extrema: FIRM. math. 6, 36, 4 SYMM. rel. 41, 4.

3 *verba, sc. quibus accedit* -s *pro obi.*: levare: PLAVT. Epid. 556. IVV. 14, 236 (*item* attollere). TAC. ann. 2, 48, 3. *al.* tolerare: PLAVT. Rud. 918 CIC. Tusc. 5, 107 TAC. ann. 4, 44, 1 INSCR. Année Épigr. 1966 n. 539 (*saec. III*). *al.* perferre: TER. Ad. 496 (*cf.* ferre: CIC. parad. 45 OV. met. 8, 633 SEN. contr. 2, 1, 18 SEN. epist. 17, 7. *al.*). fugere: CIC. de orat. 3, 116. *al.* LVCAN. 1, 166. timere: CIC. Tusc. 4, 46. 5, 15 BRVT. Cic. ad Brut. 25, 4 SEN. epist. 17, 3. *al.* fateri: OV. met. 8, 633 HIER. adv. Rufin. 3, 29 (*cf.* confiteri: SEN. epist. 122, 10 AVG. civ. 1, 10 p. 20, 16; profiteri: AMM. 24, 3, 5). exprobrare: VAL. MAX. 7, 5, 2 APVL. apol. 18, 12 (*cf.* opprobrare: APVL. apol. 18, 1). sustinere: PHAEDR. 4, 23, 3 (*cf.* sustentare: PLIN. nat. 35, 125 TAC. ann. 13, 34, 1). contemnere: SEN. benef. 1, 9, 5. *al.* AVG. in psalm. 149, 12 l. 41. dissimulare: SEN. benef. 2, 10, 1 PANEG. 5, 8, 5.

deriv.: paupertatula. *Suter.*

paupertāticula *v. l. 4.*

paupertātula, -ae *f.* *a* paupertas *deminutive.* *scribitur* -cula *in var. l.* VVLG. I par. 22, 14 CAES. AREL. serm. 158, 4. 171, 3 (-tatula *restituit Morin*). [*var. ll. notabiliores*: paupertaticula VVLG., VITA Melaniae (*cf.* facultaticula); pauperticula (-tit-) CAES. AREL. (*utroque loco; ceterum et haec vox et* paupertaticula *exstant apud auctores medii aevi*); paupertas *et* paupertateticula VVLG.]

i. q. paupertas: **1** *cum respectu possessionum deficientium* (*nisi aliter l. 17*): **a** *proprie*: VVLG. I par. 22, 14 in -a mea praeparavi inpensas domus domini. **b** *metonymice: de possessionibus pauperis* (*sc. in contextu, ubi agitur de elemosinis faciendis sim.*): HIER. epist. 127, 14 te -ae suae, immo per te pauperes reliquit heredes. AVG. serm. 355, 2 tenuem -am meam vendidi et pauperibus erogavi. VITA Melaniae (BHL 5885) 12 p. 10, 20 R. quia *dominus* -am nostram ... faciat bene expendi (*gr. τὰ μέτρια ἡμῶν ὑπάρχοντα*). CAES. AREL. serm. 158, 4. 171, 3. *de ipso homine paupere* (*sc. fort. misero, miserando sim.*): TRACT. Pelag. 1, 6 p. 13 illud ... *te* precor, ut erga -am nostram ... tam solertem exhibeas curam, ut nostram minime possit sentire absentiam.

2 *cum respectu ingenii deficientis*: HIER. in Eph. 5, 14 p. 525[B] secundum -am meam omnes editiones veterum scripturarum ... eventilans, numquam hoc scriptum repperi.

pauperticula (-tit-) *v. l. 5* *Bl.*

paupertinus, -a, -um. *a* pauper (*formatur sec.* libertinus). GLOSS. V 646, 33 -a: paupera (*ad* NON. p. 162, 18). *legitur apud* VARRONEM *et inde a* GELL., APVL.

i. q. pauper, paupertate affectus: **1** *-ae sunt res, sc. fere viles, minoris pretii, infirmae, vel ornatu, apparatu sim. carentes* (*ad victum sim. hominum pauca possidentium spectant nonnulla sub a, e. g. l. 32. 38. 40*): **a** *varia*: VARRO frg. Non. p. 55, 22 locupletiorum domus quam fuerint angustiis -is coactae. p. 162, 20 ut in cetero cultu quae sunt, consentanea, quod sunt -a, sine elegantia ac cum castimonia. APVL. met. 3, 13, 1 cenula. 4, 12, 4 -as pannosasque resculas miserrimae anus. TERT. nat. 2, 17, 13 frugi religio et -a supersti⟨tio⟩ (*cf. locum sim. apol. 25, 13* pauperes ritus). adv. Marc. 1, 14 p. 308, 17 *deus Marcionis descendit* in haec -a elementa de tertio caelo (HIER. in Gal. 4, 8 sq. p. 375[B] quomodo *Galatae* ... ad infirma et -a revertantur e. [*var. l.* egena *sec. Gal. 4, 9*]). AMM. 14, 6, 25 ex turba ... imae sortis et -ae. 23, 6, 61 *Scythae* assueti victu vili et -o (pauperrimo *ed. princ.*). 26, 6, 9 -as et nobiles domus. 26, 8, 2 est ... sabaia ... -us in Illyrico potus. PRVD. psych. 198 cuneum, quem milite raro et -is ad bella coegerat armis Mens Humilis. SIDON. epist. 7, 17, 2 vers. 21 angulus iste placet -usque recessus et casa *eqs.* ALC. AVIT. epist. 6 p. 33, 20 -a nummi duplicis ... oblatio (*respicitur Luc. 21, 2*). *in imaginibus, sc. quibus describuntur scripta*: SIDON. epist. 2, 10, 4 -us ... cantilenae culmus (*antea*: nostra ... stipula vilescit). VITAE patr. Iurens. 62 restat ..., ut ... praefationis nostrae syngrapham saltim -i marsupii satisfactione solvamus. **b** *scripta, sermo* (*cf. imagines supra*): GELL. 14, 6, 5 librum ... opulentissimum ... nil prosus ad nostras -as litteras congruentem. SIDON. epist. 3, 7, 1 a me officium -i sermonis exspectas. **c** *ingenium, cogitationes hominum*: ARNOB. nat. 6, 3 p. 310, 9 *templa sunt*, si deorum potentiam metiaris, ... genus angustissimum cavernarum -i cordis excogitatione suspensum. SYMM. epist. 1, 14, 1 ego qui sim -i ingenii mei conscius, Laconicae malo studere brevitati quam *eqs.*

2 *-i sunt homines coetusve eorum, sc. possessionum vel pecuniae parum habentes*: GELL. 20, 1, 30 in ius vocato -o homini vel inopi ... plaustrum esse dandum. AMM. 25, 2, 2 *imperator cibum* per contubernia -a ... egessit.

pauperto, -āvī, -āre. *verbum intensivum a* pauperare, *sc. pro* *pauperito (*v. Mignot, Verbes dénom., 1969, 329*).

i. q. pauperare: sec. II Cor. 8, 9, ubi gr. ἐπτώχευσεν, -at se Christus homo factus: HIL. in psalm. 68, 25 pauper est, qui ... se ipsum, ut nos ditesceremus, -vit (68, 27 [*var. l.* pauperavit]. 139, 16). *in explicatione Matth. 5, 3 (v. p. 847, 56) -ant se homines, qui possessiones sim. reiciunt*: CHROMAT. in Matth. 17, 2, 6 talium ... pauperum dominus docet esse regnum caelorum, qui se ... saeculo -verunt, ut locupletem sanctum spiritum possiderent (*var. l.* pauperaverunt). *Suter.*

paupilius *v. p. 259, 19.*

paupulo, -āre. *vox onomatopoetica* (*ad* pau- *cf.* pavo). SVET. frg. p. 251, 4 (*inter verba voces animalium describentia*) pavonum *est* -are (*alii fontes fere recentiores in adnot. descripti exhibent* paupol-, pupul-, paulul-. *cf.* GLOSS. I p. 92 pavones -a⟨re⟩). *Wieland.*

pausa, -ae *f.* (*n.* -um *v. p. 857, 2*). [*cum forma a gr. παῦσις discrepet, subst. lat. potius e verbo* pausare *retrograde formatum crediderim, quamvis exempla certa huius verbi non ante saec. IV legantur (v. p. 859, 41). Sch.*] *de orig.*: MACR. Sat. 6, 4, 22 *veteres* dixerunt et -am et machaeram *eqs.* (*agit de vocibus graecis; cf. formam graecam p. 857, 3*). *scribitur* paussa *[Bruun]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CE 436, 1 (*saec. II²*). PLAVT. Poen. 459 *cod. A.* *de genere et formis: nom. sing.* -um CE 225, 2 *et in var. l.* Ps. SEN. epist. Paul. 11 PASS. Theclae Ba 6 p. 16, 12; *acc. sing.* -an AVR. Fronto p. 30, 11 (*v. infra l. 34*), *de qua forma dubites, utrum Aur. per iocum flexione graeca usus sit an vocem quandam graecam, fortasse vulgarem, noverit; plur. non legitur nisi* HIST. AVG. Pesc. 6, 9. Carac. 9, 11 (*v. sub IB*). VITA Caes. Arel. 2, 5 (*sub IIA*). *legitur in poesi apud* PLAVT., ENN., LVCIL., ACC., LVCR., AVSON., SVLPICIAM sat., *in* CE (*fort.* MANIL. *l. 12*), *in prosa oratione apud* CORNELIAM, QVADRIG. *et inde a* FRONTONE (*et* AVR.), GELL., APVL. [*vocabula quaedam romanica respondentia nova formatione potius orta videntur. cf. M.-L. 6308. Battisti-Alessio IV 3033. Wagner II 227. Corominas² IV 617. St.*] [*confunditur cum* causa *e. g.* ENN. ann. 344 (*e coni. dub.* MANIL. 4, 76 *Garrod, probante Goold*), *cum* pausatio HIER. epist. 28, 2, 1 PASS. Theclae Ba 6 p. 16, 12, *cum* pausia COLVM. 12, 49, 2. 12, 50, 1. *e coni. parum probab.* ENN. ann. 345 CE 1095, 2.]

i. q. *cessatio, finis, requies sim.* (*quae res finiatur vel interrumpatur, indicatur per gen. passim, e. g. l. 24. 31. 32, per praepos.* ab *l. 36sq. 45. 71, in locutionibus dandi, faciendi sim. per dat. e. g. l. 23. 30 [bis]; gen. inhaerentiae v. infra l. 73*): **I** *praevalente notione cessationis* (*sive de fine, termino sive de intercapedine, quae distinguere difficile est; de intercapedine potius sub B, ceterum l. 33. 37. 49. 51. 52sq.*): **A** *vario usu*: **1** -am dare: *i. finem facere*: PLAVT. Persa 818 iam, iam, Paegnium, da -am. ENN. frg. var. 10 undis asperis -am dedit *Neptunus.* LVCIL. 18 haec ubi dicta dedit, -am ⟨dedit⟩ ore loquendi (*suppl. Lindsay, v. Krenkel ad l.; cf. l. 27*). LVCR. 2, 119 nec dare -am *primordia* (*sc. motionis*). APVL. met. 8, 28, 5 -am carnificinae dedere *se flagellantes.* *i. finem praestare*: ACC. trag. 290 nobis datur bona -a loquendi. CE 436, 1 (*saec. II²*) iam datus est finis vitae, iam -ssa malorum. Ps. SEN. epist. Paul. 11 septimus *dies* -am (-um *var. l.*) dedit *incendii.* **2** -am facere: PLAVT. Poen. 459 -am feci. Rud. 1205 osculando ... -am fieri. Truc. 731 lamentando -am (lausum *trad.*) fecit filio *Thetis.* ENN. ann. 344 *quae* -a (causam *trad.*) pugnandi fieret aut duri ⟨finis⟩ (⟨-a⟩ *Dousa*) laboris (*cf.* QVADRIG. hist. 10ᵇ pugnae). 586 fremendi. LVCR. 4, 1116 parva fit ardoris violenti -a parumper; inde redit rabies *eqs.* AVR. Fronto p. 30, 11 priusquam poetare incipio, -an tecum facio (-am *man. sec., 'παῦσαν?' in marg. exemplaris sui adnotat Heraeus*). GELL. 19, 5, 4 bibendae nivis. APVL. met. 9, 31, 2 luctui. ARNOB. nat. 5, 9 p. 260, 3 ab Iovis maledictis nullam -am facere vel exigui temporis intercapedine. SVLPICIA sat. 58 hoc fabella modo -am facit. **3** *alia exempla*: CORNELIA epist. frg. 2 quae -a erit? ecquando desinet familia nostra insanire? LVCR. 1, 747 finem non esse secandis corporibus ... neque -am stare fragori. 3, 859 vitai (3, 930. *cf.* CHALC. comm. 57 -am [causam *var. l.*] movendi patiens -am quoque vivendi patiatur necesse est [*Plat. Phaedr. 245ᶜ παῦλαν bis*]). FRONTO p. 236, 16 *mors* -am laborum adfert et sollicitudinum et calamitatum (CE 225, 2 aeterna domus hec est, -sum laboris hic est. *cf.* IVL. VAL. 2, 1 quod ista vestis ab opere laboris -am haberet [*p. 63, 26 τετελεσμένου τοῦ χιτῶνος*]). APVL. met. 11, 2, 4 tu, *dea*, saevis exanclatis casibus -am pacemque tribue (*vergit etiam ad II*). CE 220, 4 (*saec. III*) *effigiem filiae* levamen ... doloribus lacrimisque -am credidit *pater.* 1238, 6 (*saec. III*) nec ruri -a nec mihi *rus colenti* semper erat. AVSON. 304, 15 p. 177 quidquid est ..., requirit optimae -ae modum (*explicat illud ἄριστον μέτρον*). HIER. epist. 28, 2, 1 diapsalma ... -am spiritus (pausatio *var. l., cf. p. 858, 53*). AVG. in psalm. 105, 2 poenam ... quibusdam intervallis habere aliquam -am. VITA Hil. Arel. 14 l. 20 dicendi. CASSIOD. hist. 9, 30, 6 furoris (causam *trad., corr. Hanslik sec. Theodoret. 5, 18, 2 παῦλαν*). *in iunctura* sine -a: LVCR. 6, 16 vitam vexare ⌞s. ulla⌟ -a (⌞ ⌟ querellis *codd. ex versu sequenti, corr. Munro*). ZENO 1, 5, 4 omnia undique s. -a ... mala nascuntur. 1, 58 s. -a crescit *dies paschae.*

B *in cultu Isidis* (*referri solet ad intervalla sive stationes pompae, in quibus sollemnia quaedam Isidis celebrabantur; cf. etiam* pausarius): HIST. AVG. Pesc. 6, 9 *ut Commodus* et Anubin portaret et omnis -as (pauc- *trad., corr. Gruter*) expleret (*sim. de eodem*: Carac. 9, 11 -as ederet).

II *praevalente notione quietis* (*cf.* NON. p. 158, 6 -a est quies alicuius rei [*hinc fortasse corrigendum* GLOSS. V 646, 3 -a: quiesce]. GLOSS.ᴸ III Abstr. PA 84 -a: requies [*inde* I Ansil. PA 957]): **A** *vario usu* (*huc spectat fortasse etiam l. 47 supra*): AMBROSIAST. in Gal. 6, 17, 1 (nemo mihi molestus sit) *ut* post tanta taedia -am haberet *Paulus.* Ps. AVG. quaest. test. app. nov. 6 numquam tamen -am vel requiem habuerunt *Iudaei.* AVG. c. Adim. 2 p. 117, 13 quasi post laborem deum -am quaesisse (*ad gen. 2, 2* requievit). CLAVD. MAM. anim. 2, 12 p. 144, 3 redactis paululum respiraculo -ae viribus. ANON. in Matth. 12 p. 36, 18 creaturam ab officio et ministerio ... -am accepturam (*antea*: requiem dabit omni creaturae). *de ipso tempore quietis* (*accedit gen. inhaerentiae*): VITA Caes. Arel. 2, 5 inter -as somni ... spiritu ... vigilante dicere *eqs.* (*antea*: etiam in somno semper secum habuit *deum; vix de intervallo insomni*).

B *de quiete mortuorum* (*cf. etiam l. 43sq.*): **1** *ipsa*: PASS. Theclae Ba 6 p. 16, 12 -am habebunt in saecula saeculorum (pausum, pausationem *var. ll.; aliae vers.* requiem, *gr. ἀνάπαυσιν*). **2** *metonymice potius de loco quietis*: INSCR. christ. Diehl 3715, 4 (*a. 324*) hec est pau⟨s⟩a, he(c) est d(o)m(u)s eterna. 3680, 6 hoc erit ae⟨ternae mem⟩oriae -a.

deriv.: pausarius, pauso.

pausābilis, -e. *a* pausare (*nisi retrograde ab* impausabilis, *quod sec.* incessabilis *ab* in *et* pausare *formari potuit*). [*legebatur olim* CAEL. AVR. chron. 2, 13, 150 in -iore *pro* impaus-, *corr. Bendz, Caeliana, 1943, 27sq.*] *i. qui pausare vel pausari potest*: NOT. Tir. 120, 76 -is.

? compos.: impausabilis (*sed v. l. 7sq.*).

pausārius, -ī *m.* *a* pausa. *i. cuius munus ad pausas pertinet*: **1** *in re nautica de eo, qui intervalla remigandi indicit* (*v. Miltner, RE XVIII 4, 2417*): SEN. epist. 56, 5 me sic ad omnia ista (*i. strepitum*) duravi, ut audire vel -um possim voce acerbissima remigibus modos dantem. INSCR. Dessau 2867 M. Antoni Isidori -ri (*nisi ad 2; cf. Konstanciak in Festschr. Paul Klopsch, 1988, 290*). **2** *in cultu Isidis de ministro quodam* (*fortasse qui stationibus pompae quodam modo consulebat; cf. p. 857, 58sqq. et Lafaye apud Daremberg-Saglio IV 1, 359*): CIL VI 348 ex corpore -orum et argentariorum Isidi et Osiri mansionem aedificavimus. XII 734 Maximini Festi pausar(i) Isidis.

pausātio, -ōnis *f.* *a* pausare. *plur.* CONC. Narb. (*cf. l. 26*). GLOSS. lēxis (*i. λῆξις*). [*var. l. pro* pausa *v. p. 857, 13.*]

i. q. *actio pausandi vel status pausantis*: **1** *spectat potius ad requiem*: **a** *quamlibet*: Ps. PHILO antiq. 49, 6 ubi est locus ⌞-is et⌟ (*om. pars codd.*, -um et *var. l.*) requietionis nostrae? AVG. catech. rud. 17, 8 *deus* -em non quaerit, quia laborem non sentit (*cf. p. 857, 68*). in psalm. 40, 5 l. 25 *omnis anima* aliquid sibi ... conquirit, ubi requiescat et quodammodo -e quadam recumbat. **b** *mortis: ad sepulturam vel sepulcrum*: INSCR. christ. Diehl 1223a, 5 (*a. 358*) siquis post nostram -em (*i. postquam hic requiescere coepimus*) hoc sarcofagum aperire voluerit (*sim.* INSCR. Iugosl. Šašel 2366). VITA Mauril. (BHL 5730) 30 eo sepulto venerabilem ... -is illius tumulum virtus divina ... clarificat *miraculis.* *ad statum mortuorum* (*vel beatorum*): CASSIOD. compl. in Hebr. 3, 1 ('vocationis caelestis participes') oboedientibus pax data est et tranquilla -o (*antea*: non intraverunt in eius requiem *inoboedientes*). in psalm. 3, 6 l. 111 'soporatus sum' securam significat -em (*cf. l. 113* sacri corporis ... dormitio. *item de Christi inter mortem et resurrectionem statu*: 131, 4 l. 123 triduana. 138 l. 23 de -e et resurrectione). 4, 9/10 l. 243 'requiescam' futuram beatitudinem indicare monstratur, quando iam requies dabitur sanctis et gloriosa -o. 126, 2 l. 101 cum fideles suscipiuntur in requiem, quibus mors somnus est et secura -o.

2 *spectat potius ad cessationem* (*i. sive finem sive intercapedinem*): AVG. conf. 9, 4, 7 in litteris iam quidem servientibus tibi *deo*, sed adhuc superbiae scholam tamquam in -e anhelantibus (*spectat comparatio fortasse ad athletam, qui agone finito vehementius spirat*). in psalm. 51, 8 l. 3 toto tempore, sine lassitudine, sine intervallo, sine -e. Ps. SORAN. quaest. med. 125 est periodica febris faciens circuitus cum extensione et -e *eqs.* (*cf. Galen. XIX 401 n. 199 ἀνέσεως*). CASSIOD. gramm. VII 146, 19 periodus est ... per longum plenae sententiae ducta -o (*cf. de periodo: Aquila rhet. 18 p. 27, 26* quae sententiam certa quadam circumscriptione definit atque determinat. *Isid. orig. 2, 18, 2* extrema sententiae clausula). in psalm. 61, 6 l. 126 post diapsalmatis -em (*eodem spectant*: 139, 6 l. 88 CONC. Narbon. a. 589 l. 26 sq.; *cf. p. 857, 51*). GREG. M. moral. 23, 1 quotiens hoc *opus* in distinctione voluminum locutionis meae -e succido.

pausia (pōs-, -ea), -ae *f.* (*utrum adi. sit an subst., non liquet; cf. l. 65sqq.*). [*vox peregrina videtur. Sch.*] *de derivatione*: SERV. georg. 2, 86 a paviendo dicta, id est tundendo (*inde* SCHOL. Verg. Bern. *et* BREV. EXPOS.; *item* ISID. orig. 17, 7, 66). *de scriptura v. sub 1.* *legitur apud* CATONEM, VARRONEM, VERG., COLVM., PLIN. nat. *al.* [*confunditur e. g. cum* posita COLVM. 5, 8, 3. 4. 6 arb. 17, 3, *cum* pausa COLVM. 12, 49, 2. 12, 50, 1. *falso huc refert* possas (*i.* possis) CIL VIII 24670 *Gundermann, Rhein. Mus. 62, 1907, 157sqq.*]

i. q. *genus olivae* (*viride vel acerbum, v. p. 859, 19. 24; cf.* BREV. EXPOS. Verg. georg. 2, 86 genus olivarum viride; *iungitur cum* olea, oliva *inde a* CATONE *p. 859, 16. 19, cum* baca COLVM. 12, 50, 1 [*nisi* -ae *gen.*]; *ponitur per se inde a* COLVM. 5, 8, 4. 6; *ambigue* VERG. georg. 2, 86): **1** *exempla omnia sec. formas vocis et rationem scribendi digesta* (*formam originalem* pos- *esse autumat Brüch, Glotta 26, 1938, 166 [cautius iudicat Sofer, Glotta 17, 1929, 4 sq.]; nos in forma lemmatis testem antiquissimum, cod. M Vergilii saec. V, qui solus inter codd. suae aetatis* georg. 2, 86 *servat, secuti sumus; scripturam* poss- *infra suis locis notavimus*): **a** pōsea: CATO agr. 6, 1 (*inde* VARRO rust. 1, 24, 1, *ubi* posseam *var. l. et* puseam *Non. p. 94, 11*). COLVM. 12, 49, 8. *ibid. iterum* (*ubi* posseae *SA*). **b** pōsia: CATO agr. 7, 4 (*at v.* VARRONEM *p. 859, 7*). COLVM. 5, 8, 3 (posita *trad.*). 5, 8, 4 (positae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

AR). *ibid. iterum* (posita *trad.*). 5, 8, 6 (postea *SA*, *alii* posita *vel* possita). 12, 49, 4. 12, 51, 3 (postea *S*, possia A^1). arb. 17, 3 (posita *trad.*). PLIN. nat. 15, 4 (pausias *var. l. sec.* VERG.). 15, 13 (possia, posse ac, pausia *var. ll.*). 15, 17 (possis *vel* pausiis *var. ll.*). 15, 20 (*ex Catone p. 858, 74sq.*; pusiam *var. l.*). 15, 21. PROB. Verg. georg. 2, 86 quam possiam vocant. SCHOL. Verg. Bern. georg. 2, 86 possia (rossia *trad.*) vulgo dicitur. **c** pūsea, pūsia (*cf. l. 4. p. 858, 73*): VARRO rust. 1, 60 puseas (*ex Catone p. 858, 74sq.*; pauseas *corr. Politianus in ed. princ.*). ISID. orig. 17, 7, 66 (*inde* GLOSS.^{L} I Ansil. PA 959) quam corrupte rustici pusiam vocant (pysiam, pausiam *var. ll.*). **d** pausia (*cf. l. 3. 4. 9*): VERG. georg. 2, 86 (*inde* SERV.; BREV. EXPOS. *bis, ubi semel* passia *var. l.*; PROB. Verg.; SCHOL. Verg. Bern.). PALLAD. 3, 18, 4 *bis*. MACR. Sat. 3, 20, 6. ISID. orig. 17, 7, 66 (*inde* GLOSS.^{L} I Ansil. PA 959). **e** pausea (*cf. l. 8*): COLVM. 12, 49, 1. 2 (pausam *var. l.*). 7. 9. 12, 50, 1 (pausae *trad.*).

2 *exempla notabiliora rem illustrantia*: CATO agr. 6, 1 *serito* in agro crasso et caldo oleam conditivam ..., orcitem, -am *eqs.* (*inde* VARRO rust. 1, 24, 1 PLIN. nat. 15, 20. *similiter enumerantur varia genera*: COLVM. 5, 8, 3 [*unde* PALLAD. 3, 18, 4]. MACR. Sat. 3, 20, 6. *cf.* VERG. *infra l. 24 et* ISID. orig. 17, 7, 66). 7, 4 oleas orchites, -as: eae optime conduntur vel virides in muria vel in lentisco contusae (*inde* VARRO rust. 1, 60 PLIN. nat. 15, 21. *cf.* COLVM. 12, 49, 2 albam -am ... dum contundes ..., in frigidam muriam demerge. 12, 49, 7 cum in muria dura -a alba ... conmaturuerit. 12, 49, 8 *muriam et acetum* miscent eoque iure olivas -as colymbadas faciunt). VERG. georg. 2, 86 olivae, orchades et radii et amarā -a bacā (PROB. Verg. *ad l.* -a oleae genus est acerbae. *cf.* COLVM. 12, 49, 1 acerbam -am. *ad eadem genera spectat* PLIN. nat. 15, 4). COLVM. 5, 8, 4 ex quibus *generibus* baca iucundissima est -ae, ... potius escae quam oleo est idonea (*cf.* 12, 50, 1 -ae bacae ... conviviorum epulis praeparantur). *ibid.* -ae ... oleum, saporis egregii, dum viride est, festinanter corrumpitur (*inde* PALLAD. 3, 18, 4. *cf.* COLVM. 12, 51, 3 *sampsa est* optimi saporis ..., quae ex oliva -a facta est; ceterum supra duos menses sapor eius non permanet integer). 12, 49, 4 -as olivas ... quam candidissimas manu stringito et eligito *eqs.* PLIN. nat. 15, 13 -a, cui plurimum carnis. SERV. georg. 2, 86 de -a viride oleum fit (*cf. l. 28sq. et* ISID. orig. 17, 7, 66 -a ... viridi oleo et suavi apta). *al.*

pausill- *v.* pauxill-.

[x]pauso, -āvī, -ātum, -āre. [*ab aoristo gr. παῦσαι tractum, cf.* malaxare *al. Sch.*] *scribitur* -ss- INSCR. Année Épigr. 1968 n. 192, 7 (*Aquileiae*) pauss(avisse). NOT. Tir. 120, 74 -at. 120, 75 -tum. 120, 76[a] -antium. *de notione* (*v. etiam p. 625, 50. 857, 63*): GLOSS. -o: *ἀναπαύω.* -at: *ἀναπαύεται καὶ ἀναπαύει.* GLOSS.^{L} I Ansil. PA 958 -are: requiescere. *legitur inde a saec. quarto (de* PLAVTO *v. l. 46), maxime in serm. christ. et medicorum.* [*val. vet.* pasare *'habitare'; it.* posare; *sard.* pasare; *raet. or.* polsa, *occ.* puser; *francog.* poser; *prov. vet.* pausar *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* posar; *hisp.* posar; *port.* pousar. *cf. M.-L. 6308. Battisti-Alessio IV 3033. Wagner II 227. Wartburg VIII 60 sqq. Corominas*[2] *IV 617. Machado*[3] *IV 411. St.*] [*olim legebatur* PLAVT. Trin. 187 -a (*imper.*) *ex codd. Palatinis, παῦσαι cod. A, quod edd. rec. praeferunt, sed verba graeca maxime a servis adhiberi monet Jocelyn in plagulis. e coni. non prob.*: VEG. mulom. 1, 38, 8 requietum ⌞-tumque⌟ (*add. ed. princ.*).]

I *cum respectu potius quiescendi sim.*: **A** *intransitive i. q. quiescere sim.* (*saepius cum notione dormiendi, e. g. l. 54. 60. 68; commorandi l. 69; vi ingressiva ponitur sub 2b, ceterum fortasse etiam l. 54*): **1** *in universum*: **a** *-ant animantes* (*spiritus dei l. 64. 70, anima l. 67*): VET. LAT. Matth. 25, 5 (cod. 27) *virgines sponsum exspectantes* -verunt ... et dormitaverunt (*gr. ἐνύσταξαν ... καὶ ἐκάθευδον, Vulg.* dormitaverunt ... et dormierunt). IV Esdr. 2, 24 -a et quiesce, populus meus, quia veniet requies tua. HERM. Pal. sim. 9, 4, 4 -verunt ... modicum aedificantes turrem (*gr. ἐπαύσαντο ... οἱ οἰκοδομοῦντες, vulg.* quieverunt. *vix ad II, quamquam antecedit p. 860, 44*). CHIRON 221 *iumentum* iacens quasi videtur -are pusillum (*Veg. mulom. 1, 43, 2* requiescere). COMM. instr. 2, 1, 27 -antes in lecto suo (BENED. reg. 48, 5). VITAE patr. 5, 10, 97 p. 930[D] ut modice -etis (*gr. Nau 1909 p. 361 n. 229 ἀναπαύσησθε, Common. patr. 1, 11* repausate). Ps. FVLG. RVSP. pro fid. 9 l. 390 (*ad gen. 1, 2* spiritus dei ferebatur super aquas) qui ... aquas sanctificaret, non qui lassando -ret (pens- *var. l.*). ORIBAS. syn. 3, 28, 11 p. 858 ut -it (*i.* -et) aegrotans ..., non lavet (*gr. ἡσυχαζέτω*). 9, 24, 11 La p. 325 (*gr. ἡσυχάζειν, Aa* requiescere). *saepius apud eundem.* GREG. M. moral. 26, 79 l. 28 *anima* quaerit, quo -et (*cf. l. 6* ut quiescat). BENED. reg. 22, 3 deni ... cum senioribus ... -ent (*antea*: dormiant). *al.* *cum notione commorandi, habitandi*: Ps. ORIG. tract. 20, 11 *assuefactus spiritus sanctus* in carne filii dei -are (-ret *trad.; antea*: in humano corpore ... habitare). **b** *-ant res*: Ps. MAR. VICTORIN. verb. script. 5 *sol et luna* non ... -verunt, cum totum cyclum cucurrerunt (*antea*: requiescendi, *sed etiam* incessabiliter currunt, *ut ad notionem cessandi trahi possit*). AMBROSIAST. in Rom. 8, 19 rec. *γ* ut ... creatura possit discingi ab officio servitutis et -are in otio ([*rec. α* ut ... cessaret]. Ps. AVG. quaest. test. 127, 4 *mundus* aut totus ... operatur aut totus -at in o. [*antea*: ex parte cessare]).

2 *usu specialiter christiano (et iudaico, v. l. 9) spectat ad requiem mortuorum*: **a** *vi durativa de mortuis, sc. quiescentibus* (*formae praes. et fut.; vix addas* -bit *l. 19*): *α exempla inscriptionum* (*praecipue Gallicarum, cf. Krämer, Die frühchristl. Grabinschr. Triers, 1974, 33 sqq.; v. etiam Diehl, Inscr. christ. ind. VII*): CE 1968, 8 (*Aquileiae, a. 336*) si scire vis ..., qui -at *eqs.* 1992, 1 (*in Norico, saec. IV*) hic -at Vrsa (CIL XII 2111, 1 in pace [XIII 3690, 1. 3704, 2. 3906, 5. *al.*]. XIII 3859, 1 hic -at Marinus. *al.; in inscr. iudaicis Venusinis*: CIL IX 6221, 1. 6223, 1. 6227, 1). CIL XII 483, 1 -at in pace (*item*: INSCR. christ. urb. Rom. 19095, 4. *al.; cf. l. 8*). INSCR. christ. Diehl 1544, 3 *Agroeciae* in signo *Christi* ... -anti (*item part. praes.*: INSCR. christ. Gall. I 173, 1. *al.; addas fortasse*: CIL V 6192, 8 [*v.* INSCR. christ. Diehl 1367 *adnot.*]). *al.* *β alia exempla*: Ps. HIER. indic. de haer. 20 *spiritales homines* in consummatione saeculorum -bunt (*sec. doctr. Valent.*) *part. praes. pro subst.* (*addas fort.* NOT. Tir. *p. 859, 38*): CASSIAN. conl. 2, 5, 5 memoria et oblatione -antium ... indignus (*spectat ad preces pro defunctis habitas, ubi nomina -antium recitabantur*).

b *vi ingressiva de morientibus, sc. quiescere incipientibus* (*formae perf.; saepius* -bit *pro* -vit; *addidimus formas praes., quibus dies mortis adiungitur*): *α exempla inscriptionum*: INSCR. christ. urb. Rom. 13299, 4 (*a. 353*) vixit an(nos) III ..., -bit pridie idus *eqs.* 11133, 1 (*a. 401*) pridie id. Iun. -bit. CIL XIII 2357, 5 (*a. 449*) -at die Mercuri. III 10244, 2 -vit ann. XVI (*cf.* INSCR. suppl. Ital. 354 -bit in pacae annoro IIII). V 1681, 6 -vit kal. Septim. 1722, 2 -at in pace fidelis x kal. Sept. 8597, 3 (*non addito die*). XII 965, 6 -anti in pace die IIII non. Sep. *al.* *β alia exempla*: PASCHAS. verba patr. 51, 3 postquam haec dixit, -vit (in pace *add. cod. P*, statim obiit *cod. S; gr. Nau 1908 p. 282 n. 212 ἐκοιμήθη*). 57, 4 quindecim dies supervixit ... et -vit in pace *Thais.*

B *transitive i. q. quiescentem reddere* (*notionem ponendi intellegit Adams, Class. Quart. 24, 1974, 157 sq.*): **1** *sepeliendo* (*cf. etiam p. 858, 29*): ARNOB. nat. 5, 7 p. 257, 14 *mater deum* tundit ... pectus -tae circum arboris robur (-ta *Salmasius, alii alia coniecerunt; 'sepulturae datae' explicat Reifferscheid, ed. 1875, in indice*; -tae *Attidis intellegit Heine in plagulis, ad genus fem. Catull. 63, 8 Apul. met. 8, 25, 4 conferens*). PASS. Domnin. (BHL 2264) 4 extr. *Domninus decollatus* transivit fluvium ... *et* transtulit caput suum ibique ⌞eum⌟ (*om. cod. Trev.*) -vit. **2** *ad dormiendum* (*reflexive*): VITA Caes. Arel. 2, 33 a cubiculariis suggerebatur propter lassitudinem suam ..., ut se -ret.

II *cum respectu cessandi* (*spectat fere ad finem; ad intercapedinem potius e. g. p. 861, 5. 7. 9*): **A** *intransitive i. q. desinere sim.*: **1** *accedunt additamenta, quae indicant*: **a** *quid finiatur*: *α per formas verbales vel per enuntiata: part. praes.* (*vix addas l. 68*): HERM. Pal. vis. 3, 8, 1 cum -assem interrogans (*gr. ἐπανσάμην ἐρωτῶν, vulg.* desini interrogando). sim. 9, 4, 4 -verunt ... ascendentes lapides (*gr. ἐπαύσαντο ... ἀναβαίνοντες, vulg.* desierunt escendere). *gerundium*: ALEX. TRALL. 2, 50 non -ant ... proiciendo (proicere *cod. Oxon., gr. II 311 οὐ παύονται ... ἀποπτύοντες*). *enunt. cum* ut non (*cf.* non cesso, quin *vol. III 962, 52*): RVF. podagr. 28 tit. non oportet de subito -are, ut non bibant potiones. *β per praepos.* de: Ps. PHILO antiq. 32, 18 -vit ... de verbis suis. *γ per abl.*: CHIRON 449 porrectus -at volutatione. COMM. instr. 2, 29, 4 ut -ent praecordia tanto tumore (*sic emendat Dombart textum corruptum, alii aliter*). PLIN. phys. Bamb. 9, 3 dolore -at *auris* (*nisi intellegas* dolore⟨m⟩, *sc. acc. positum aut pro obi. similiter ac p. 861, 15 aut vice subiecti, cf. Önnerfors ad l. et Plin. phys. Flor.-Prag. 1, 102* dolor cessat).

b *a quo quid -ando avertatur*: Ps. PHILO antiq. 26, 1 ut -et ira mea ab eis (*cf.* 39, 8 -bit iracundia mea a te).

2 *sine additamentis* (*sed indicatur tempus intercapedinis p. 861, 7. 9*): **a** *pro subi. sunt passiones, morbi, signa morbi sim.* (*affectus* Ps. PHILO): Ps. PHILO antiq. 6, 9 donec -et animositas populi. CHIRON 419 donec dolor ille -et et sanum fiet ([*Veg. mulom. 2, 123, 2* desinat]. Ps. THEOD. PRISC. add. p. 321, 17. *al.; cf. l. 52 et p. 861, 14sq.*). 677 si -verit *humor.* HIPPOCR. mul. 1 l. 274 post (*i. postquam*) hoc *malum* -verit (*sed gr. VIII 52 ἢν δὲ μὴ ῥηΐζῃ, ut exspectes* ⟨non⟩ -verit). progn. 24 febres (PHILVM. med. 1 p. 114, 4 ORIBAS. syn. 6, 16, 1 Aa p. 107). ANTIDOT. Brux. app. 213 hemicranius. CAEL. AVR. acut. 3, 21, 212 -ante vomitu. chron. 5, 10, 116 -ante ... tumore. ORIBAS. syn. 3, 187 La p. 886 mitigata accidentia -verunt (*sed gr. ἐπαύσαντο τοῦ συμπτώματος, sc. οἱ νοσοῦντες, Aa* liberantur *tantummodo*). 7, 24, 1 Aa p. 162 quando supercurrens non -verit sanguis (*gr. τὸ ... ἐπιῤῥέον παύσηται*, La quando, quod supercurrit, -verit). 7, 31, 3 Aa p. 173 inflammatio (*La aliter*). RVF. podagr. 2 passio. *al.*

b *subi. varia*: *α de eis, quae quolibet modo esse desinunt*: Ps. PHILO antiq. 28, 9 extinguetur scintilla et -bit vena *aquae* (*nisi ad I coll. 28, 7* venas expergefactas de somno). 45, 5 si facta est talis iniquitas in Israel, -bit Israel. *β de eis, qui aliquid agere desinunt*: VITAE patr. 5, 4, 64 cum manducassent singulos paximates, -verunt (*gr. Nau 1908*

[Bruun]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 52 n. 155 ὡς ἔφαγεν ..., ἐπαύσατο). non -ando *quasi adverbialiter i. q. incessabiliter*: FVLG. myth. 1,7 *furiarum prima* Allecto ... impausabilis dicitur ...; primum est ... non -ando furiam concipere *eqs.*

c *subi. supplendo* (*sc. ambiguo*): CHIRON 449 volutabit se *iumentum*, sed ut non possit, et cum mictu et intervallo, quasi -et in ventre (*contextum valde corruptum corr. Bücheler, incertum an recte; pro subi. aut 'iumentum' aut 'mictus'*). SORAN. app. 56 ut inter embases et aliam curam -et dies *quinque* (*subi. 'mulier' aut 'usus pessarii'*). ORIBAS. syn. 8, 14, 4 Aa p. 223 das dragmas ... per dies tres et -it (*i.* -et) dies quatuor (*gr. διαστήσας ἡμέρας τέσσαρας, La* transactos d. q.).

B *transitive i. q. finire sim.*: PHILVM. med. 2 p. 133, 10 *trochisci* stomachi dolores mitigant et ... ructus -ant et indigestionem solvunt. ANON. med. ed. Piechotta 200 de licio in capite ligabis; emigrani dolorem -at (*pro subi. intellegas 'ea res' sim.; item*: ORIBAS. syn. 9, 28, 4 La p. 332 dolores mitigatos -vit [*gr. ὀδύνη ἐπαύσατο, Aa* d. mitigati sunt]. *cf. p. 860, 52*).

deriv.: pausabilis (*sed v. p. 858, 7*), pausatio; *cf.* pausa.

compos.: repauso.

? **pausticon** *v. sub* potiston *vol. X 2, 357, 53.*

pausum, -ī *n. v.* pausa. *Bruun.*

pavus *v.* pavo.

pauxillātim *adv.* *a* pauxillus, *cf.* paulatim. *inter adverbia in* -im *affert* DIOM. gramm. I 407, 7. *i. q.* (*admodum*) *paulatim*: PLAVT. Epid. 248 coepi rursum vorsum ad illas -m accedere (paus- *cod. A Plauti*, pauss- *et* puss- *var. ll. Gramm. III 58, 6*). Rud. 929 ad erum veniam docte ..., -m pollicitabor pro capite argentum, ut sim liber. DON. Ter. Phorm. 43, 5 ('unciatim vix') potuit et 'unciatim' et cito conflari peculium, ut multa -m sed cito fiunt maxima (*var. ll.* paulatim, pauxillulatim).

pauxillīsper *adv.* *a* pauxillus (*ut iam* NON. p. 155, 33 sqq., *locum Plauti infra l. 34 citatum afferens; inde* GLOSS.; *ad formationem cf.* paulisper). *incertum, utrum significetur intra tempus pauxillum, brevissimum an pauxillatim, minutatim* (*cf.* NON. *ibid.* id est, per particulas; *sed apud vocem q. e.* paulisper *hunc sensum non ante* AMBR., *illum omnino non invenimus*): PLAVT. Truc. 913 plus decem pondo †moris -r perdidi (moris pausilli per *codd. Plauti*; amoris pauxillisper [*vel* paus-] *codd. Noni, quod def. Enk, 1953, ad l.*).

pauxillitās, -ātis *f.* *a* pauxillus. *i. q. status pauxilli cuiusdam, exiguitas: corporis*: AMBR. hex. 6, 9, 54 *est humani corporis* status ... celsus, ut neque enormis proceritas sit neque vilis et abiecta -s. HEGES. 5, 37, 2 -em hominis (pusillitatem, paxillitamen *var. ll.; antea: homo* exiguus corpore). *rerum incorp.*: AMBR. paenit. 1, 8, 34 (*respicitur Matth. 14, 31*) doni gratiam fidei -e *minuit Petrus* (pusillitate, pusillanimitate *var. ll.*). spir. 1, 16, 156 ne quis forte tamquam -em spiritus redarguat (pausill-, pusill- *var. ll.*).

3 *rerum inter se* (*imagine -is hominum saepius perlucente, e. g.* Ov. met. 1, 25 Aetna 281; *quaedam ad II trahere possis, nisi partes rei videas inter se -em habentes, e. g. aquas in flumine, mari sub a*): **a** *exempla varia* (*cf. rerum incorp. p. 865, 49. 53*): Hor. carm. 3, 29, 35 fluminis ... medio alveo cum -e delabentis (*item fluminum*: Ov. met. 9, 94 dum flumina -em et placidos habeant lapsus. Flor. epit. 4, 2, 28 ubi -x fluminis rediit [*opp.* abundatio]). Ov. epist. 18, 205 (*Leander Heroni*) -e brevi nobis opus est ...; *postea* perstet hiems (*item de tranquillitate maris*: 19, 207. Germ. 404 pelagi. Lvcan. 4, 437 Sil. 7, 258. *al.*). Aetna 68 *post gigantomachiam* -x est reddita mundo, tunc imber cessat *eqs.* (*cf.* Germ. frg. 4, 89 -em mundus habet [*postea*: pacato ... sidere]. Avien. Arat. 1730 *tempestate serena* caelo et Thetidi terrisque supinis -x aderit). 281 nosse, ... unde repente quies et ... -x sit *in ima terra.* 357 tanta quies illi *Aetnae externa corpora non attrahenti* est et -x innoxia rapti. Sen. Herc. f. 375 -x ante fida nivibus et flammis erit. Lvcan. 3, 523 -em ... tenentibus Austris (*item de -e ventorum*: Pavl. Nol. carm. 24, 355. *cf.* Stat. *et, aliter,* Lvcr. *p. 865, 20 sq.*). *al.* **b** *respicitur ea -x, qua universa continentur* (*cf.* Plin. nat. 20, 1 -x secum ... aut bellum naturae ..., odia amicitiaeque rerum surdarum ...; quod Graeci sympathiam ... appellavere [*sed 37, 59* discordia rerum concordiaque]; *v. quae adnotavimus ad usum christianum p. 873, 12*): Ov. met. 1, 25 quae *i. caelum terras mare aerem* ... dissociata locis concordi -e ligavit *deus* (*opp. 9* discordia semina, *21* litem. *simili ratione: Cic. Tim. 15* concordi quadam amicitia et caritate [*gr. 32ᶜ φιλίαν*]. *Claud. 22, 9* Clementia). Manil. 3, 309 perpetua iunguntur -e diebus obscurae noctes, aequo stat foedere tempus (*cf. 3, 54 sq.* concordia ... foedere).

C *notione paulum deflexa respicitur potius*: **1** *status mentis erga alios pacificae* (*opp.* ira, odium, feritas; *exempla potiora, cf. iam* Cic. inv. 1, 21 *sub A1*, Tusc. 5, 83 *sub B2a*): Ov. ars 3, 502 pertinet ad faciem rabidos compescere mores; candida -x homines, trux decet ira feras (*item in vultu*: met. 2, 858 nullae in fronte *tauri* minae ..., -em vultus habet). Manil. 2, 641 erit ex signis odium tibi -xque notanda (*antea*: concordant *et* foedera rumpunt). Sil. 7, 461 bellica virgo (*i. Minerva*) aegide deposita ... -em ... serenis condiscens oculis. 17, 615 nec -em pectore norint *Dardaniae matres.* Mart. 2, 75, 3 *leo* dedidicit -em ... feritate reversa (*antea*: blandus). Tert. spect. 15 p. 16, 23 deus praecepit spiritum sanctum, ... tenerum et delicatum, tranquillitate et lenitate et quiete et -e tractare, non furore, non bile, non ira, non dolore inquietare. **2** *status eius qui est liber a laboribus, periculis, aerumnis sim.* (*opp.* dolor, timor, labor, pericula [*cf.* Lvcr. 1, 45 = 2, 647 *infra sub IIA*]; *in morte* CE 1274 *sub IIB2*): Ov. epist. 9, 15 se tibi *Herculi* -x terrae, tibi se tuta aequora debent (Sen. Med. 637 t. pelagique). Pont. 3, 1, 136 cum domus Augusti ... laeta ... plenaque -is erit (*antea*: nullus ... dolor). Apvl. met. 11, 2, 4 regina caeli ..., tu saevis exanclatis casibus pausam -emque tribue; sit satis laborum, sit satis periculorum. Avg. vera relig. 26, 48 post labores ... iuventutis seniori -x nonnulla conceditur. *indicatur a qua re* (*addas fortasse locum lacunosum* Tert. nat. 2, 13, 14): Sen. dial. 6, 16, 5 a quibus *casibus* nulli longa -x, vix indutiae sunt (*item per praepos.* a: Avg. divers. quaest. 27 l. 10 -x et quies a molestiis corporalibus). Tert. test. anim. 4 p. 139, 19 nec iam timenda est amissio bonorum, quae altero bono, id est incommodorum -e, pensatur (*item per gen.*: Hier. in Ezech. 43, 23 l. 1093 quae pro -e peccatorum nostrorum et salute sunt nostra. *cf. p. 872, 60*).

II *singulorum in se vel circum se* (*fortasse huc trahas quaedam allata*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sub IB3 et IC2; exempla inde a SEN. *selecta*): **A** *vario usu*: LVCR. 1,45 (= 2,647) divum natura necessest immortali aevo summa cum -e fruatur (*postea*: privata dolore omni, privata periclis. *item deorum*: 2,1093 sancta deum tranquilla pectora -e, quae placidum degunt aevum vitamque serenam. 3,24 *infra.* 6,73 placida cum -e quietos). 3,24 animi -em *deorum* (6,78 suscipere haec *simulacra* a. tranquilla -e. OV. met. 11,624 *infra sub B2.* SEN. dial. 5, 41, 2 [*opp.* segnitiem]. epist. 66, 46 *infra. al.; cf.* OV. trist. 5,12,4 mentis). CIC. fin. 1,47 quia *temperantia* -em animis afferat et eos quasi concordia quadam placet ac leniat. Tusc. 5,48 sapientem ab omni concitatione animi, quam perturbationem voco, semper vacare, semper in animo eius esse placidissimam -em. SEN. dial. 2,6,2 inter micantes ubique gladios ... uni homini -x fuit (*sc. Stilboni philosopho*). epist. 66,46 corporis et animi -e (*45* corpus sine dolore ..., animus sine perturbatione *eqs.*). STAT. silv. 3,1,66 moresque viri *Pollii* -emque ... intactaque carmina discens. ANTH. 433,3 -em animus nulla trepidus formidine servat. *al.*

B *in morte, somno, nocte*: **1** *exemplum dubium* (*fortasse ad p. 868, 16; cf. p. 874, 38sq.*): VERG. Aen. 1, 249 hic ... ille *Antenor* urbem Patavi ... locavit ..., nunc placida compostus -e quiescit (*an de quiete senii? v.* CLAVD. DON.: *ut* tutus in plenissima quiete perduret. *cf.* LVCR. 6,73 *supra sub A nec non Enn. ann. 375 Varro At. carm. frg. 8*). **2** *cetera exempla*: OV. met. 11,624 quies rerum, placidissime, Somne, deorum, -x animi (*item somni vel noctis*: SIL. 7,284 -em nocte datam mortalibus orbis agebat. STAT. Theb. 1, 443 -em animo somnumque pati. 2, 337. *al.*). SEN. dial. 6, 19, 6 excepit illum *filium tuum* magna et aeterna -x (*antea*: tranquillitatem). SIL. 16, 293 -em ... dare exposcentibus umbris. STAT. Theb. 3,97 -em ... sepulchri ... manibus arcet. silv. 2,7,111 -is ... nemus *i. Elysium.* 5,2,82 -em auferre rogis. SERV. Aen. 11,107 mortuorum -x sepultura est. CE 1274 morborum vitia et vitae mala maxima fugi: nunc careo poenis, -e fruor placida.

CAPVT SECVNDVM: *usu peculiariter christiano* (*hebraeo*). *ad origines usus v. hebr.* שָׁלוֹם, *gr.* εἰρήνη, *de quibus Foerster, Theol. Wörterb. z. NT II 398sqq.; de usu hebr., gr., rom. disseruerunt Dinkler-v. Schubert, RAC VIII 434sqq. Fuchs, Augustin u. d. ant. Friedensgedanke, 1926, passim. vim vocis hebr. q.e. salus, bonum sim., quamvis saepius subesse possit, secernere et talia exempla separare non ausi sumus, ne ea quidem, ubi syn.* bonum *vel opp.* malum *apponitur, e.g.* VET. LAT. psalm. 33,15 (cod. 300 *al., sim.* VVLG.). Is. 45,7 (Tert. frg. 3,1, *cf.* VVLG.; *inde* TERT. adv. Marc. 1,16 p. 311,24. 2,14 p. 354, 1. HIER. in Is. 12,45,1 l. 66 sqq.). 52,7 (Tert. adv. Marc. 3, 22, *sim.* VVLG.; *inde* Rom. 10, 15, *cf.* Nah. 1, 15). *hebr.* שָׁלוֹם, *gr.* εἰρήνη, *lat.* -x *in sacris script. plerumque respondent, quod infra non adnotatur; Hier. liberius vertit nonnumquam formulas salutantium sim., e. g. Vulg. I reg. 17, 18. 22 IV reg. 9, 11. 17. rem fusius tractant e. g.* HIER. hom. Orig. in Luc. 13 p. 78, 13 sqq. RVFIN. Orig. in lev. 16, 5 p. 501, 16 sqq. PRVD. psych. 769 sqq. AVG. civ. 19, *imprimis* 19,13 sqq. corrrept. 15,46 sq. in euang. Ioh. 77,3 sqq. in psalm. 124,10. 127,16.

I *locutiones potiores -em dei, Christi indicantes* (*sc. -em habentis vel praebentis; formulas salutantium* '-x tibi' *sim. v. sub IIC1*): **A** *attributa nominalia* (*per praepos. v. sub B*): **1** *gen.*: VET. LAT. iud. 6, 24 (cod. 100, *sim.* VVLG.) dixit illi dominus: -x tibi, ne timeas ...; aedificavit ibi Gedeon altarium domino et cognominavit illud '-x domini' (CYPR. domin. orat. 24 et iustitiam d. habuerat et -em. unit. eccl. 11 zel. 12. LVCIF. Athan. 1, 37 *var. l.* dominica. *al.*). Sirach 38,8 -x ... dei (Phil. 4,7 [cod. 75 *al., cf.* VVLG.] -x dei ... custodiat corda vestra ... in Christo Iesu. TERT. bapt. 8, 4. CYPR. domin. orat. 23 in dei -e maneamus. PELAG. in Rom. 5,1 dei, non tantum saeculi. OROS. hist. 5,11,6 -e et gratia omnipotentis dei dixerim. *al.*). Col. 3,15 (cod. 75 *al., sim.* VVLG.) -x Christi abundet in cordibus vestris (CYPR. epist. 3,3. 46,2. *al.* IVVENC. 4,806 [*opp.* -x ... saecli *ut*: AVG. c. Gaudent. 1, 24, 27]. HIER. epist. 17, 2, 1. *et saepius*). TERT. adv. Marc. 5, 17 p. 636, 23 creatoris. *al.* **2** *pron. poss.: dei*: VET. LAT. Tob. 13, 18 (cod. 62, *cf.* VVLG.) felices qui gaudent in -e tua. VVLG. Is. 54,10 foedus -is meae non movebitur (*v.* HIER. *ad l.; de foedere dei cum Noe, ad quod spectant etiam p. 872, 60 [cf. infra l. 70]. al.; cf. Vulg. gen. 9, 11* pactum meum vobiscum, *12 sqq.* foederis). *al.; saepius apud ecclesiasticos.* *Christi*: VET. LAT. Ioh. 14, 27 (cod. 10, *sim. aliae vers. et* VVLG.) -em relinquo vobis, -em meam do vobis; non quomodo hic mundus dat, ego do vobis (*ad hunc locum* HIER. epist. 13, 4. AVG. in euang. Ioh. 77, 3 sqq., *ubi* 4 quid est quod ubi ait '-em r. v.' non addit 'meam'? *eqs. al.*). *saepius apud eccles.* **3** *adi.*: TERT. adv. Val. 2,4 divinae -is praeco *columba* (HIL. in Matth. 4, 18 [*opp.* humana *ut*: AVG. epist. 189,6]. PAVL. NOL. carm. 20,238). IREN. 3,1,1 caelestem -em hominibus annuntiantes *apostoli.* CYPR. epist. 54, 1 dominica (*saepe, v. vol. V 1, 1889, 65 sqq.*). *al.*

B *locutiones praepos.* (*inter usum adnominalem et adverbalem non distinximus*): **1** *relationem ad deum, Christum indicantes*: **a** ad *deum*: VET. LAT. Rom. 5,1 (cod. 75 *al.* = VVLG.) iustificati ... ex fide -em habeamus ad deum per dominum nostrum Iesum Christum (*gr. πρὸς τὸν θεόν*). TERT. adv. Marc. 5,13 p. 621,5 -em ad deum habere (*postea*: cum quo fuit bellum; ... cuius -em). RVFIN. Orig. in Rom. 4,8 p. 988[C] sqq. 990[A] bellum contra diabolum -em praestat ad deum. AVG. correpт. 15, 46 sq. *al.* CONC.[S] II 5 p. 80, 32. *al.* **b** cum *deo* (*deest in script. sacr.*): AMBROSIAST. in Rom. 5, 1 AVG. civ. 19, 14 p. 380, 16. 19, 27 p. 402, 21 sq. *al.*

c inter *deum et homines*: CHROMAT. serm. 39 l. 36. **2** de *deo* (*cf. formulas epist.* a deo patre *sim. p. 873, 60*): CYPR. epist. 43, 6 de deo -em plenissimam primo matri, tunc et filiis eius oramus. **3** in *deo, Christo,* per *Christum*: VET. LAT. Ioh. 16,33 (cod. 4, *sim.* VVLG.) haec locutus sum vobis, ut in me -em habeatis; in hoc autem mundo praessuram habebitis (Rom. 14,17 [cod. 75 *al.* = VVLG.] iustitia et -x et gaudium in spiritu sancto. Phil. 4,7 *v. sub A1.* TERT. adv. Marc. 5,17 p. 636,23 *v. sub C2.* AVG. in Gal. 31,3 -e in Christo Iudaeorum gentiumque. corrept. 1,1 in domino. CIL IX 5346 -x vobis in deo). act. 10,36 (cod. 5, *sim.* VVLG.) euangelizare -em per Iesum Christum (Rom. 5,1 *v. supra sub 1a.* LVCIF. non parc. 27 l. 32 RVFIN. Orig. in Rom. 4,8 p. 988[C]).

C *locutiones aliae potiores*: **1** deus -is (*cf.* princeps -is VET. LAT. Is. 9, 6 [Ambr. in Luc. 3, 8 *sec. Aquilam, sim.* VVLG., *v.* HIER. *ad l.*]): VET. LAT. Rom. 15, 33 (cod. 75 *al.* = VVLG.) d. autem -is sit cum omnibus vobis. 16, 20 (*ibid.*). II Cor. 13, 11 (*ibid.*) -is et caritatis. *al.* CYPR. domin. orat. 8 p. 271, 11 et concordiae magister. epist. 60, 2 p. 692, 17 *docuistis* quicquid simul petitur a cunctis deum -is pacificis exhibere. HIER. epist. 51, 8 PELAG. in Rom. 15, 33. *al.* *iunctura liberiore*: VET. LAT. I Cor. 14, 33 (cod. 75 *al., sim.* VVLG.) non ... dissensionis est d., sed -is. **2** *Christus* est -x nostra (*cf.* VVLG. Mich. 5, 5 et erit iste -x [*quamquam textu hebr., inde Sept., Vet. Lat. non certo*]): VET. LAT. Eph. 2,14 (cod. 75 *al., cf.* VVLG.) ipse *Christus* ... est -x nostra (*cf. 16* reconciliaret ambos in uno corpore deo per crucem interficiens inimicitiam in semet ipso). *huc respiciunt e. g.* (*alia adnotantur in ed. Beuron. ad l.*): TERT. adv. Marc. 5, 17 p. 636, 23 -x creatoris in Christo adnuntiabatur, *eqs.* HIL. in Matth. 18, 9 ipse ... -x atque caritas. AMBR. in Luc. 7, 141. HEGES. 5,2,1 p. 298,22 -x dei Christus est (*antea*: quomodo ... -em suam tenere poterat *populus*, qui -em dei repudiavit?). NICET. appell. p. 3,14 -x dicitur, quia dissidentes in unum collegit, et deo patri nos reconciliavit (*sim.* p. 4,26). Ps. AVG. un. trin. p. 1210 sqq. (*allegorice in litteris p, a, x intellegitur trinitas*). QVODV. prom. 2, 27, 58 rex noster vera -x Christus. CHROMAT. serm. 39 l. 30 *v. sub IIB3.* EVSEB. EMES. serm. 26,21 ipse -x dicit: *eqs. al.*

II *exempla -em vitae christianae, religionis, institutionum sim. illustrantia* (*non diiudicavimus -em a deo datam et -em hominum, mundi propriam*): **A** *in universum* (*paucissima selecta*): VET. LAT. num. 6,26 (cod. 100, *sim.* VVLG.) levet dominus faciem suam super te et det tibi -em (*item de -e dei passim in sacr. script., e.g.* Sirach 45,30 testamentum -is. VVLG. num. 25, 12 -em foederis mei [Ezech. 37, 26 foedus -is. *al.*]. Ezech. 34,25 pactum -is [*cf.* AVG. loc. hept. 6,13 pactum -is testamentum vocat scriptura. serm. 47, 22 *fusius*]. Eph. 6, 15 euangelii -is. *al., cf. p. 871, 62*). Luc. 2, 14 (cod. 4 *al.* = VVLG.) in terra -x hominibus bonae voluntatis (super terram cod. 5 *al.; hunc locum exhibet* CIL VIII 23041, 9 [*tabula operis musivi ex ara basilicae; v. etiam* INSCR. christ. Haïdr. Duval-Prévot 300. *al., v. ibid. p. 229*]). 10, 6 (cod. 4 *al., sim.* VVLG.) si ibi fuerit filius -is (TERT. coron. 11,2. adv. Hermog. 12,2 *opp.* f. irae. CYPR. unit. eccl. 24 OPTAT. 2,17 p. 51,10. *al.* AVG. bapt. 1,18,28 p. 171,27 f. -is ecclesiae. *al.*). 12,51 (cod. 4 *al., sim.* VVLG.) putatis quoniam -em veni mittere in terram, non, dico vobis, sed separationem *eqs.* (*item inter singulos homines*: TERT. orat. 11 p. 187, 20 sq. *opp.* discordia. *al.* CYPR. unit. eccl. 13. *al.* BENED. reg. 4,73 [*sec. Eph. 4, 26*] cum discordante ante solis occasum in -em redire. *al.; cf. etiam p. 874, 50*). TERT. bapt. 8, 4 quemadmodum ... post aquas diluvii ..., post baptismum ut ita dixerim mundi, -em caelestis irae praeco columba terris adnuntiavit ... cum olea reversa – quod signum etiam ad nationes -is praetenditur –, eadem dispositione spiritalis effectus terrae, id est carni nostrae, ... columba sancti spiritus advolat -em dei adferens (*de olea columbae -is signo*: adv. Val. 2, 4 *sub IA3.* AVG. in psalm. 127,13 oleum ... -em significat, *eqs.* MAX. TAVR. 49,3 sicut ... columba signum -is detulit, ita ... Christus gaudium -is deferet, quia ipse columba vel -x est. *al.*). *al.* *in formula epigr.* in -e vixit *passim, e.g.* INSCR. christ. Diehl 2640 sqq. Année Épigr. 1984 n. 439 (*a. 383, Sicilia, auctore iudaeo*).

B *spectat potius ad rationes -is peculiariter christianas* (*de vita aeterna vel caelesti v. sub C3b*): **1** *ad -em internam* (*hic illic imagine belli perspicua, e.g. carnis et spiritus*): TERT. spect. 25 p. 25,2 (*ironice*) -em opinor habebit in animo contendens pro auriga. AMBR. Iac. 2,6,28 -em internam invehens *Christus* animis probatorum, ut non turbetur cor nostrum neque exagitetur animus (AVG. c. Iulian. 4, 14, 69 in ista conflictatione *carnis et*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

spiritus sine i. -e vixisse. SACR. Leon. 501. *al.*). PAVL. NOL. carm. 21, 249 spiritali. AVG. correpl. 11, 29 in illo beatitudinis loco sua secum -e fruebatur *Adam* (*opp.* rixa ... adversus se ipsum). mor. eccl. 1, 34 tanta -e animi (c. Petil. 2, 33, 77 [*ad Matth. 5, 9*]. *al.* DRAC. laud. dei 1, 368). util. cred. 18, 36 p. 47, 18 *si* bono ingenio pietas et -x quaedam mentis accedat (SACR. Leon. 443 et m. et corporis. *al.*). EVCHER. form. 9 p. 58, 15 -x: carnis in bonum spiritusque concordia. SEDVL. op. pasch. 2, 6 p. 202, 11 -x est ... ratio melioris arbitrii contra spiritum carnis non favere certamini, sed utramque materiem concordi iugiter puritate cum spiritus dominatione servare. CASSIOD. in psalm. 40, 10 si ad animae tranquillitatem referas, -x esse in illius *Iudae* corde non potuit. *al.*

2 *ad -em naturae rerum* (*cf. p. 870, 40 et s. v.* amicitia *vol. I 1894, 76 sqq.*; concordia *vol. IV 85, 73 sqq.*, ordo *vol. IX 2, 954, 21 sqq.*):
a *exempla varia*: CLEM. ad Cor. 20, 1 caeli ... *dei* dispositione commoventes se cum -e obaudiunt illi (*postea*: cum concordia, *gr. εἰρήνῃ ... ὁμονοίᾳ ut*: 20, 10 sq.). 20, 9 tempora ... cum -e decedunt inter se. PRVD. psych. 771 sidera -e vigent, consistunt terrea -e. AVG. civ. 5, 11 p. 211, 4 nec avis pinnulam nec herbae flosculum ... sine suarum partium convenientia et quadam veluti -e dereliquit *deus*. c. epist. fund. 31 vel -x ordinata vel ordo pacatus. vera relig. 11, 21 habet corpus quandam -em suae formae *eqs.* (*antea*: concordiam partium suarum). MEROB. poet. 190 ⟨-x mun⟩di longaeva salus, qua vindice tutam exercent elementa fidem *eqs.* (*suppl. Vollmer*). DRAC. laud. dei 3, 3 *deus*, -x elementorum, naturae conditor et fons. *al.* **b** *-x universorum ordo in Augustini definitione principali* (*cf. Fuchs loco cit. 36 sqq., Laufs, Friedensgedanke bei Aug., 1973, passim*): AVG. civ. 19, 13 p. 376, 29 sqq. -x ... corporis est ordinata temperatura partium, -x animae inrationalis ordinata requies appetitionum, -x animae rationalis ordinata cognitionis actionisque consensio, -x corporis et animae ordinata vita et salus animantis, -x hominis mortalis et dei ordinata in fide sub aeterna lege oboedientia, -x hominum ordinata concordia, -x domus ordinata imperandi atque oboediendi concordia cohabitantium, -x civitatis ordinata imperandi atque oboediendi concordia civium, -x caelestis civitatis ordinatissima et concordissima societas fruendi deo et invicem in deo, -x omnium rerum tranquillitas ordinis. *eqs.*

3 *ad Christum auctorem vel mediatorem -is* (*v. etiam sub IB3 et C2*): VET. LAT. Col. 1, 20 (Tert. adv. Marc. 5, 19 *al.*) reconciliat omnia in semetipsum, -em faciens per crucis suae sanguinem (*gr. εἰρηνοποιήσας. cf. supra p. 13, 45 sqq.*). HIER. in Eph. 1, 2 (gratia vobis et -x) -x ... referatur ad Christum ...; -x ... filii in eo, quod per ipsum patri reconciliati sumus. AVG. trin. 4, 19 ipse unus verusque mediator per sacrificium -is reconcilians nos deo. CHROMAT. serm. 39 l. 30 sqq. Christum -is auctorem, quem apostolus Paulus -em nominavit (*affert* Eph. 2, 14; *v. sub IC2*) ...; dei filius descendit de caelo, ut ... -em ... inter deum et hominem faceret, hominem deo reconciliando et deum homini in gratiam revocando. *al.*

C *spectat ad consuetudines et institutiones vitae christianae* (*vel iudaicae*): **1** *ad salutationem, benedictionem* (*sc. sec. hebr.* שָׁלוֹם): **a** *in ipso alloquio: α usu vario: formula intrantis, salutantis*: VET. LAT. iud. 19, 20 (cod. 100) dixit senior hospiti: -x tibi, *eqs.* (VVLG. tecum sit. *item saepius in sacr. script.*). Matth. 10, 12 sq. (cod. 4 *al., sim. ibid.* Luc. 10, 5 sq., *cf.* VVLG.) intrantes ... in domum salutate eam ⌞dicentes: -x huic domui⌟ (⌞ ⌟ *om. pars codd. gr. et* VVLG.), et si fuerit domus illa digna, -x vestra veniet super eam, si autem non fuerit digna, -x vestra ad vos revertetur. *exeunti dicta*: VET. LAT. iud. 18, 6 (cod. 100) dixit illis sacerdus: ite in -em (VVLG. cum -e. *sim. saepius in sacr. script.*). *martyri dicta*: PASS. Perp. 10, 13 accessi ad lanistam et accepi ramum *victoriae*; et osculatus est me et dixit mihi: filia, -x tecum. *β in epistulis, libris sim.* (*fere initio vel in fine*): VET. LAT. psalm. 124, 5 (cod. 300 = VVLG.) -x super Israel (*gr. ἐπὶ τὸν I. ut* 127, 6 [HIER. psalt. sec. Hebr.: -em s. I.]. Gal. 6, 16 [cod. 75 *al.* = VVLG.] et misericordia). Rom. 1, 7 (cod. 75 *al.* = VVLG.) gratia vobis et -x a deo patre *eqs.* (*gr. εἰ. ἀπὸ θεοῦ. al. in epist. Paul.* [*ad quae* HIER. epist. 21, 2, 4 qua reconciliati deo sumus. AVG. in Gal. 3, 2 g. dei est, qua nobis donantur peccata ..., -x autem, qua reconciliamur deo. *al. sim.*]. TERT. virg. vel. 17, 9 legentibus ... -x et g. a domino nostro Iesu redundet [*sim. vix genuinum* praescr. 44 *add. cod. A*]). FIRM. err. 29, 4 vobis feliciter cuncta provenient, victoriae, opulentia, -x, copia, sanitas et triumphi. HIER. epist. 28, 4 '-em' in ultimo *sc. libro* subnotantes *Hebraei.* AVG. epist. 122, 2 dominus vos in -e conservet. un. eccl. praef. salus ... et -x ... sit vobiscum *eqs.* RVRIC. epist. 1, 16 -x -x -x. CAES. AREL. testam. 2 -x ecclesiae Arelatensi. *γ in sacramentis, liturgia* (*cf. RAC loco cit. 488 sqq.*): IREN. 1, 21, 3 superfantur qui astant: -x omnibus in quos nomen hoc requiescit (*in baptismate Marcosiorum*). AVG. serm. 227 p. 1101 *v. sub 2.* SACR. Gelas. 390 non dicis '-x domini' nec faciunt -em. 452 -x tecum; ... et cum spiritu tuo (*item respondetur*: 616. 1259 -x domini sit semper vobiscum [SACR. Greg. 1, 33]). 1453 (*in actione nuptiali*) -x vobiscum.

b *cetera exempla*: TERT. adv. Marc. 4, 24 p. 500, 19 (*sec.* Luc. 10, 5) in quam introissent domum, -em ei dicere (HIL. in Matth. 10, 8 sq.). 5, 5 p. 584, 15 et hodie Iudaei in -is nomine appellant et retro in scripturis sic salutabant. orat. 26 p. 198, 12 sq. quomodo secundum praeceptum (*sc.* Luc. 10, 5) '-x huic domui' dices, nisi et eis qui in domo sunt -em mutuam reddas? HIL. in Matth. 10, 9 -x salutationis. ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 27, 25 -is salutatione praemissa. *al.*

2 *ad osculum -is* (*de cuius origine et usu v. Thraede, RAC VIII 505 sqq.; ipsam vocem q. e. -x in notionem q. e. osculum -is transisse testatur* ISID.; *quae notio in aliis exemplis minus certe statui potest, quamvis a viris doctis hic illic agnoscatur, v. e. g. Teeuwen, Sprachl. Bedeutungswandel bei Tert., 1926, 65; fortasse huc spectat etiam p. 873, 56*): TERT. anim. 51, 6 *mortuam* condita -e situi suo reddidisse (*v. Waszink ad l.*). orat. 18 p. 191, 12 ieiunantes habita oratione cum fratribus subtrahunt osculum -is, quod est signaculum orationis ([*fusius explicatur l.* 13 sqq.]. PAVL. NOL. carm. 24, 14 sacrae. *al., v. vol. IX 2, 1111, 76 sqq.*). PASS. Perp. 12, 6 (*in visione*) seniores dixerunt nobis: 'stemus', et stetimus et -em fecimus (*gr. εἰρηνοποιήσαντες*). 21, 7 osculati invicem, ut martyrium per sollemnia -is consummarent (*gr. οἰκείων τῆς πίστεως*). CYPR. epist. 64, 4 in -e facienda osculari infantem baptizandum (*locum affert et disputat* AVG. c. Pelag. 4, 8, 23 sq.; *cf. Thraede, loco cit. 518 sq.*). PASS. Montan. 22, 3 ut sacramentis legitimae -is nullus profanus arbiter interesset ([*si recte huc refert Dolbeau*]. HIL. in Matth. 10, 9 [*v. Doignon ad l.*]). 23, 1 consummatis omnibus fratribus et -e perfecta. AMBR. paenit. 2, 3, 18 *osculum*, quod insigne est sacrae -is. CANON. Hippol. 69, 26 omnes os offerant -is. 74, 3 cum oraverint, de ore -em offerant. AVG. serm. 227 p. 1101 *post orationem dominicam* dicitur '-x vobiscum' et osculantur Christiani in osculo sancto; -is signum est: *eqs.* (AMBROSIAST. in I Cor. 16, 20. *cf.* EPIST. pontif. 311 Cabié l. 43 -is ... signaculo [PAVL. PETRIC. Mart. 2, 632]). PAVL. PETRIC. Mart. 2, 637 o vere pretiosa tuae dignatio -is (*postea*: oscula. *item de -e Martini*: VEN. FORT. carm. 10, 6, 34). CASSIOD. in psalm. 40, 10 -em ... dicimus, cum nos invicem osculamur. GREG. TVR. Franc. 6, 40 p. 310, 17 neque -em cum nostris fecit neque de sacrificiis sacris communicavit. GREG. M. dial. 3, 36, 3 ex ipsa eius *mortis* praesentia ... omnes sibimet -em dederunt, corpus et sanguinem redemptoris acceperunt, *eqs. al. discernitur a voce q. e.* osculum: ISID. diff. 1, 398 inter osculum et -em: -em amicis, filiis osculum dari dicimus.

3 *ad -em morientium, mortuorum* (*ad huius usus origines hebr. vel pagan. v. RAC loco cit. 457–460. 484–487; cf. usum paganum p. 871, 17; de confusione quadam agit e. g. Hirschfeld in CIL XII p. 84a*): **a** *exempla varia* (*fere auctorum; formulas sepulcr. v. e. g. Diehl, Inscr. Lat. Christ. Vet. III p. 379–384. Duval-Prévot, Rech. Arch. à Haïdra I, 1975, 459–463. Ennabli, Inscr. fun. ... à Carthage, 1975, I 407 sq. II 369–371. Krämer, Grabinschr. Triers, 1974, 25–47*): VET. LAT. gen. 15, 15 (Ambr. Abr. 2, 9, 64) ibis ad parentes tuos cum -e (*gr. μετ' εἰρήνης*, VVLG. in -e. *item in script. sacr.*: VVLG. IV reg. 22, 20 colligeris ad sepulchrum tuum in -e. Luc. 2, 29 nunc dimittis servum tuum, domine, ... in -e [*v. quae adnotat* HIER. hom. Orig. in Luc. 15 p. 93, 22 sqq.]. *al.*). TERT. anim. 51, 6 cum in -e dormisset *femina quaedam* (LVCIF. reg. apost. 6 l. 55. *saepe in inscr., cf. vol. V 1, 2030, 81 sqq.*). castit. 1 l. 1 uxorem in -e (-em *var. l.*) praemissam (*subauditur etiam concordia maritorum ut*: monog. 10, 4). IREN. 3, 16, 4 (*ad* Luc. 2, 29) *Christum* -em et refrigerium eorum, qui in dormitionem ierunt. CYPR. mortal. 15 excedunt ... in -e tutae cum gloria sua virgines. testim. 3 capp. p. 104, 24 cum sit ... in moriendo -x et resurgendi securitas. INSCR. christ. urb. Rom. 9556 (*a. 342*) que pr⟨ec⟩essit in ⟨-e⟩ (*v. vol. X 2, 404, 76 sqq.*). LVCIF. reg. apost. 6 l. 63 in -e fuisse exemptum *regem.* PASS. Theclae A 43 p. 126, 2 requievit in -e (*item* Ba [Bb cum somno -is]. *passim in inscr.; ceterum e. g.* AVG. cur. mort. 13, 16 in euang. Ioh. 47, 12. *al.*). HIER. hom. Orig. in Luc. 15 p. 93, 20 sqq. (*fusius*). PRVD. perist. 3, 168 -x datur artubus exanimis. AVG. gen. ad litt. 10, 16 p. 316, 8 qui hac vita bene gesta in ecclesiae -e defuncti sunt. *al., saepissime in inscr. sepulcr. respicitur status a violatoribus sepulcri tutus*: NOVELL. Valent. 23, 9 *ut reddatur* -x sepultis. **b** *in vita aeterna, caelesti* (*agitur et de immortalitate singulorum et de perfectione generis humani totiusque mundi [de qua v. etiam p. 873, 33]; opp.* terrena, temporalis): CYPR. mortal. 3 tunc esse servis dei -em (*sec.* Luc. 2, 29), ... quando ... sedis et securitatis aeternae portum petivimus ...; illa est enim nostra -x, ... tranquillitas, ... securitas (*cf.* HIL. in Matth. 14, 18). AVG. civ. 15, 4 p. 63, 17 sqq. *terrena civitas* concupiscit ... terrenam quandam pro rebus infimis -em; ad eam namque desiderat pervenire bellando ...; *in superna civitate* erit victoria in aeterna et summa -e secura. 19, 10 p. 370, 17 aeternam -em, quam nullus adversarius inquietet, *eqs.* p. 370, 31 ubi nobis talis et tanta -x erit, qua melior et maior esse non possit. 19, 11 *passim, e. g.* p. 371, 30 finis civitatis huius ... vel -x in vita aeterna vel vita aeterna in -e dicendus est. 19, 20 p. 388, 30 summum bonum civitatis dei cum sit -x aeterna atque perfecta ..., in qua immortales maneant nihil adversi om-

[Keudel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nino patiendo (contin. 7,17 -x ... p. tunc erit nobis, quando natura nostra creatori suo inseparabiliter cohaerente nihil nobis repugnabit ex nobis. c. Iulian. op. imperf. 6,14 carnis et spiritus. in Rom. 12,2 sqq. *al.* Qvodv. virtut. carit. 13, 2). enchir. 31, 118 quattuor differentiarum prima est ante legem, secunda sub lege, tertia sub gratia, quarta in -e plena atque perfecta (*de qua fusius* divers. quaest. 66, 3. 6 sq.). *al.* Greg. M. moral. 36, 9 praedicando terrenis cordibus curant ..., quanta sit supernae ⌞-is visio⌟ demonstrare (⌞ ⌟ *spectat ad etymologiam pervagatam nominis* Ieru-salem, *v. e. g.* Hier. nom. hebr. 74, 18). *al.*

4 *ad -em ecclesiae vel ecclesiarum* (*passim accedunt* ecclesiae, ecclesiastica, catholica, christiana): **a** *cum imperio, civitate gentilium* (*Iudaeorum* Vet. Lat.; *opp.* persecutio): Vet. Lat. act. 9,31 (cod. 50 *al., sim.* Vvlg.) ecclesiae ... universae ... habebant -em (*sc. liberae erant a persecutione*). Tert. fug. 3, 1 nostrae ... -i quod est bellum quam persecutio? Cypr. eleem. 26 in -e ..., in persecutione (*eodem opp.*: epist. 59, 6. 66, 9. *al.; cf.* Novatian. Cypr. epist. 30, 2 bello persecutionis). epist. 16, 2 persecutione adhuc perseverante, nondum restituta ecclesiae ipsius -e (*cf.* 19, 2 publicam). Pass. Mar. Iac. 1, 4 *opp.* tempus persecutionis. Lact. mort. pers. 52, 4 ut -em post annos decem plebi suae datam confirmet *deus* in saeculum. *al.*

b *inter se*: *α sc. cum fidelibus vel cum aliis ecclesiis* (*opp.* schisma, haeretica dissensio; *notabiliora selecta; cf. p. 874, 60*): Vet. Lat. Eph. 4, 3 (Cypr. epist. 55, 24) servare unitatem spiritus in coniunctione -is ([Vvlg. vinculo -is]. Tert. praescr. 20 l. 28 *probat* unitatem communicatio -is. Cypr. domin. orat. 8 -is doctor atque u. magister *Christus*. epist. 54, 4 -is unitate. Hil. coll. antiar. p. 62, 29 Optat. 2, 15 p. 50, 9. Avg. c. Cresc. 2, 31, 39 u. et -is. c. Parm. 3, 2, 9 p. 111, 10 *opp.* schismata. *al.*). Tert. bapt. 17, 1 propter ecclesiae honorem, quo salvo salva -x est. virg. vel. 2, 3 cum quibus communicamus ... ius -is et nomen fraternitatis (Cypr. epist. 76, 7. *al.*). Iren. 3, 3, 3 ad -em eos *Corinthios* congregans *ecclesia Romana*. Epist. pontif. 212 Lucif. epist. 5 l. 88 significant Orientales -i se nostrae velle coniungi. Pacian. epist. 1, 3, 5 sacerdotes, quos per totum orbem cum eodem Cypriano -x una solidavit. Priscill. tract. 2, 42 catholicae -is sequebamur quietem (*postea*: ecclesiastica). Avg. c. Emer. 2 p. 182, 23 quid intersit inter catholicam -em et haereticam dissensionem. *al.*

β sc. cum homine lapso, peccatore (*petitur ab episcopo, etiam a martyribus; fere t. t. inde a* Cypr.; *cf. p. 870, 74*): Tert. mart. 1, 6 -x vestra bellum est illi *diabolo*; quam -em quidam in ecclesia non habentes, *sc. excommunicati*, a martyribus in carcere exorare consueverunt, et ideo eam etiam propterea in vobis habere ... debetis, ut si forte et aliis praestare possitis (*a martyribus petita ut*: Cypr. epist. 19, 2. 20, 3. *al.* Pass. Montan. 14, 4. 18, 3 Pacian. epist. 3, 22, 4. *al.*). praescr. 30 l. 12 Marcion paenitentiam confessus ... ita -em recepturus, si ceteros quoque ... ecclesiae restitueret. Cypr. epist. 25, 2 *lapsos paenitentes* nunc urgentes et -em temere atque importune extorquentes. 57, 4 nec -x illi *martyri* ab episcopo necessaria est habituro gloriae suae -em. 64, 1 -em ... quomodocumque a sacerdote dei semel datam non putavimus auferendam. Ps. Cypr. ad Novat. 12, 5 nullam spem -is ac misericordiae habere lapsos. Victorin. Poetov. in apoc. 2, 1 ut quicumque fornicatus esset, octava die -em acciperet. 2, 4 faciles homines ad inlicitas -es dandas. Didasc. apost. 19, 5 (*ad* Matth. 9, 2 vade in -e) -x ... est tranquilla ecclesia, in qua solvens eos, qui peccaverunt, restitue sanos. Avg. gen. ad litt. 10, 16 p. 316, 8 *v. sub 3a.* *al.*

CAPVT TERTIVM: -x *dea* (*vel pro persona; ambigua v. sub II*):

I *exempla ad cultum spectantia* (*de quo v. Koch, RE XVIII 4, 2430 sqq. Riemann, RE XIII 2, 2107 sqq. Weinstock, Journ. Rom. Stud. 50, 1960, 44 sqq.; de nomine coloniae* -x Iulia, -x Augusta, -is Deultensium, vicus -is *v. Onom.*): **A** *de ipsa dea*: **1** *Graecorum, sc. Εἰρήνη*: Nep. Timoth. 2, 2 quae victoria (*a. 374 a. Chr. de Lacedaemoniis parta*) tantae fuit Atticis laetitiae, ut tum primum arae -i publice sint factae eique deae pulvinar sit institutum. **2** *Romanorum*: Ov. fast. 1, 709 ipsum nos carmen -is deduxit ad aram (3, 882 Ianus adorandus ... *et* Concordia ... et Romana Salus araque -is. Fast. ann. Iul. Praen. Ian. 30 [Inscr. Ital. XIII 2 p. 117] -is Augusta⟨e⟩. R. Gest. div. Aug. 12. Fast. ann. Iul. Amitern. Iul. 4 [Inscr. Ital. XIII 2 p. 189] -is Aug. Act. Arv. a. 38 [CIL VI 2028] II 10. *al.; in nummis* Inscr. numm. imp. Nero I² p. 176 sqq. n. 418. 456 sqq. 526 sqq. *cf.* Nep. *supra et* CE 20, 8 aram dicavit ... Martis et -is Lari). 1, 712 frondibus Actiacis comptos redimita capillos -x, ades et toto mitis in orbe mane (*advocatur ut* Tib. 1, 10, 67 *infra sub II*). Plin. nat. 12, 94 in templis Capitolii atque -is (34, 84. *al.* Qvint. decl. 274, 9 forum, quod mihi t. quoddam -is videtur [*huc referimus cum Winterbottom ad l.*]. Svet. Vesp. 9, 1 Gell. 5, 21, 9 Hist. Avg. trig. tyr. 31, 10. *al.*). Stat. silv. 4, 3, 17 *Domitianus* -em propria domo reponit. Mart. 1, 2, 8 limina ... -is. Ivv. 1, 115 *v. infra sub II.* Avr. Vict. Caes. 9, 7 aedes -is (Ps. Avr. Vict. epit. 9, 8). Amm. 16, 10, 14 forum ... -is (*v. vol. VI 1, 1203, 80 sqq.*). *al.* *in inscr.* (*v. etiam supra l. 62 sqq.*): Inscr. numm. lib. rei publ. 480, 24 (*a. 44 a. Chr.*) -xs. imp. Aug. I²

p. 79 n. 476 (*a. 28 a. Chr.*) -x. *et saepe postea* (*v. quae collecta sunt a Weinstock loco cit. et quae attulimus ad -em Augustam spectantia p. 869, 22 sqq.*).

B *per metonymiam, sc. -x i. q. templum -is*: Plin. nat. 36, 27 in operibus -is suae (*i. Vespasiani*). Stat. silv. 4, 1, 13 *Ianum* vicina -e ligatum. Ivv. 9, 23 Ganymedem -is (*sc. imaginem in templo -is locatam*). Gell. 16, 8, 2 in -is bibliotheca.

C *per breviloquentiam, sc.* -is *i. q. ara vel templum -is*: Inscr. numm. imp. Dom. II p. 196 n. 336 *super imaginem arae legitur*: -is (*nisi imago est pro voce 'ara'*). Schol. Hor. sat. 1, 9, 35 ('ad Vestae') subaud(iendum) 'templum' sicut 'in -is, Concordiae'.

II *exempla personificationem illustrantia* (*usu pagano et christ.*): Verg. georg. 2, 425 pinguem et placitam -i ... olivam. Hor. carm. saec. 57 iam Fides et -x et Honos Pudorque priscus et neglecta redire Virtus audet (*inter virtutes sim. ut*: Petron. 124 vers. 249 -x *fugiens* ... Fides ... Concordia. Ivv. 1, 115 ut colitur -x atque Fides Victoria Virtus ... Concordia. CE 24, 4. Prvd. psych. 668 placidae. 699 Clavd. 17, 171. *inter commenticios deos paganos numerant* Arnob. nat. 4, 1 Lact. epit. 16, 1). Tib. 1, 10, 45 sqq. -x arva colat; -x candida primum duxit ... sub iuga ... boves, -x aluit vites *eqs.* ([*v. Smith, 1913, ad l.*]. Calp. ecl. 1, 54). 1, 10, 67 nobis, -x alma, veni spicamque teneto, *eqs.* (Prvd. psych. 631). Ov. fast. 1, 121. 704 (709 *et* 712 *v. supra sub IA*). Lvcan. 1, 61 -x missa per orbem ... conpescat limina Iani. 7, 94 ducem violatae tradere -i. Avson. 343, 7 p. 161 bona. *al.*

***appendix: iuncturae** selectae*: **I** *verbales* (*quae ad legationes spectant, v. p. 867, 43 sqq.*): **A** *ponitur pro subi.*: Plavt. Amph. 957 -x est inter vos duos? (Most. 514 -x mihi est cum mortuis [*item* 524]. Stich. 519 vobis mecum. Cic. Verr. II 4, 54 in Sicilia. 5, 8 Lig. 4. 18 Phil. 7, 8. *al.* Caes. civ. 3, 19, 8 nobis. Sall. Iug. 31, 24 Eleg. in Maecen. 1, 49 Ov. am. 2, 12, 18. *al.* Liv. 1, 14, 4 cum his. *et saepius*). Sall. Iug. 38, 10 -x convenit (*v. vol. IV 836, 40 sqq. nec non 840, 7*).

B *ponitur pro obi.* (*subi. in struct. pass.*): **1** -em facere, conciliare *sim.*: Plavt. Amph. 390 -e facta (395. 965 Merc. 992. Cic. Phil. 2, 90 per obsidem. 12, 11 off. 3, 109 cum Samnitibus. *al.* Caes. Gall. 1, 13, 3. *al.* Sall. Iug. 61, 5 fieret. Nep. Thras. 3, 1. *et saepe, inter quae* Liv. *passim*, Fast. triumph. Capitol. a. u. c. 714 [Inscr. Ital. XIII 1 p. 87] *bis.* Fast. triumph. Barberin. a. 40 a. Chr. [*ibid.* p. 343] *bis. cf.* Plavt. Persa 753 -bus perfectis. Ter. Eun. 53 infecta [Liv. 8, 37, 2. *al.*]. Haut. 998 conficiet [*v. vol. IV 199, 59 sqq.*] *al.*). Most. 1127 a patre eius conciliarem -em (*v. vol. IV 43, 7 sqq. 33 sqq. 40. cf.* Nep. Thras. 3, 2 reconciliata [Liv. 9, 16, 6. 42, 46, 3. *al.*]). Merc. 953 -em componi ... meo patri cum matre (Verg. Aen. 7, 339. *v. vol. III 2121, 73 sqq. 2122, 1 sqq. 10 nec non* Prop. 2, 2, 2 [*v. Enk, 1962, ad l.*]). Tab. triumph. Aemil. (Liv. 40, 52, 5; *contextu parum sano*) patrandae -is (Liv. 44, 25, 6 Oros. hist. 7, 43, 15). Val. Ant. hist. 57 -em speponderant (Liv. 9, 8, 15. 9, 9, 9 Gaivs inst. 3, 94). Rhet. Her. 4, 13, 19 Scipio -em peperit (*de eodem*: Gell. 4, 18, 3 [*verba Scipionis vix genuina*]. *ceterum v. p. 869, 11 sqq. 401, 76 sq. 402, 2 sqq.*). Cic. S. Rosc. 22 -is constituendae rationem (*v. vol. IV 515, 58 sqq.*). Phil. 1, 2 -x ... cum praestantissimis civibus confirmata est (*v. vol. IV 221, 30 sqq.; cf.* Ps. Sall. rep. 1, 5, 1 firmanda [*v. vol. VI 1, 811, 40 sqq.*]). 7, 9 cum hoc ... -em ... coniungi (*cf.* Liv. 1, 1, 6 iunxisse [*v. vol. VII 2, 660, 69 sq.*]). 7, 21 coagmentari. Liv. 9, 11, 7 -em nobiscum pepigistis (*v. p. 206, 66 sqq.*). 29, 12, 1 paciscendam ... -em (*v. supra p. 19, 22 sqq.*). Frontin. strat. 1, 4, 13a ordinandae -is inter se atque Byzantinos. Hist. Avg. Sept. Sev. 22, 4 in aeternum -e fundata (*v. vol. VI 1, 1560, 65 sqq.*). Inscr. Afr. Cagnat 609 (*a. 277*) conloquio habito ... foederata -i (*abl.*) aram statuit (Amm. 24, 2, 21. *v. vol. VI 1, 996, 32 sq. 37*). *al.*

2 -em petere, orare *sim.*: Plavt. Curc. 270 -em ab Aesculapio petas (Enn. scaen. 40 Lvcil. 729. Cic. inv. 1, 21 ab iratis. Font. 30 ab dis. fam. 10, 6, 1. Lvcr. 1, 40 Romanis. Caes. Gall. 1, 27, 2. *al.* CE 5. Sall. or. Phil. 17 avidius. Nep. Alc. 5, 5. 8, 1 Eum. 4, 3. Verg. Aen. 11, 230 ab rege. *et saepius, passim apud* Liv.). Cato orat. 95 Aetolos -em velle (Cic. Phil. 5, 3. 8, 17 Att. 14, 15, 2. *al.* Liv. 8, 19, 3. *al.*). Cic. Phil. 8, 13 optaris (Sall. or. Phil. 3 Liv. 35, 48, 9. 42, 46, 6 Prisc. periheg. 958). 12, 16 postulandam (fam. 10, 6, 1 Sall. Iug. 47, 4. *al.*). Att. 14, 20, 4 cupere (fam. 6, 4, 4 quamvis iniqua condicione. Sall. Iug. 83, 2 hist. frg. 2, 87 D 6 Liv. 9, 14, 6. 30, 4, 8 Flor. epit. 4, 2, 23. *al.*). Sall. Iug. 47, 3 orare (*v. vol. IX 2, 1039, 26 sqq. et cf.* Verg. Aen. 3, 370 exorat). Verg. Aen. 3, 261 exposcere (7, 155 Teucris. Liv. 1, 16, 3. 3, 5, 14. 3, 7, 7. 4, 30, 10 Sil. 16, 293. *cf.* Verg. Aen. 11, 362 poscimus [Liv. 2, 39, 9. 5, 27, 10 Sil. 2, 13. *al.*]). Ov. am. 1, 2, 21 rogamus (Stat. Theb. 12, 509. *al.*). *al. sim.*

3 -em dare, afferre *sim.*: Plavt. Amph. 32 -em ad vos affero (Cic. leg. agr. 2, 102 vobis. Mur. 1 vobis populoque Romano. fin. 1, 47 Liv. 5, 36, 3. *al.; cf.* Pavl. Fest. p. 92 Feretrius Iuppiter dictus ..., quod -em ferre putaretur [Sen. Tro. 606 ad Danaos. *al.*]). 208 -em atque otium dare illis (Merc. 678 nostrae familiae. Gell. hist. 15. *et saepe, v. vol. V 1, 1677, 5 sqq.*). Verg. Aen. 11, 110 concedere (Tac. hist. 2, 45, 2 Cypr.

[Keudel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

laps. 16. *al.*). Ov. trist. 3, 1, 44 quam tribuit terris, -is (Apvl. met. 11, 2, 4 Evtr. 2, 27, 3). *al. sim.*

4 -em repudiare *aut* accipere *sim.*: Cic. Marcell. 14 -em ... repudiari (Phil. 12, 17 off. 3, 109. *al.; cf.* Cic. Phil. 12, 11 -is nuntios). Phil. 12, 16 -em ... accipiendam (Liv. 2, 9, 5. 23, 12, 12. *al.*). Sall. Iug. 47, 4 regi -em ... abnuere (Liv. 30, 16, 9. 30, 23, 4 Tac. hist. 3, 66, 1. *al.*). Nep. Eum. 4, 3 quam *-em* cum impetrasset (Hor. epist. 2, 1, 137. Liv. 1, 31, 7 ab diis. 2, 18, 11. 2, 49, 12. *al.* Gratt. 407 Cvrt. 4, 6, 1. *al.*). Ov. fast. 6, 203 -e negata (Liv. 10, 5, 12. 37, 1, 5 Sen. Herc. O. 1821 Thy. 559. *al.*). *al. sim.*

5 -em habere, servare *aut* turbare *sim.*: Cic. Phil. 2, 90 -em haberemus (13, 2. Att. 7, 14, 1 in praesentia. Sall. Catil. 31, 2 or. Phil. 5 Ov. met. 9, 94. *al.* Liv. 1, 15, 7 in quadraginta ... annos. 6, 18, 7. *al.* Pomp. Trog. Iust. 38, 4, 1 Val. Max. 6, 2, 1 Sen. Herc. O. 64. *al.*). 7, 21 cum his *equitibus* -em servabit Antonius? (Liv. 4, 9, 2. *al.* Vell. 2, 49, 3. 2, 131, 2. *al.*). Sall. Iug. 14, 10 laeti -em agitabamus (29, 7. 109, 2. *cf.* Liv. 2, 49, 2 agente [Manil. 4, 223 Sen. dial. 12, 5, 4 epist. 94, 57]). or. Phil. 2 -em praestare (*v. sub illa voce*). 13 -x et concordia disturbantur (*v. vol. V 1, 1553, 27 sqq.; cf.* Liv. 29, 12, 5 turbandam [35, 13, 3. *al.* Sil. 3, 416 Stat. Theb. 10, 897. *al.*]). Verg. Aen. 7, 467 polluta -e. 12, 202 -em ... rumpet (Sen. Herc. f. 416 Sil. 1, 11. *al.*). Ov. met. 11, 297 -is ... tenendae (Lvcan. 2, 273. 3, 523 Hist. Avg. Hadr. 5, 1. *al.*). Liv. 1, 21, 2 ad sollicitandam omnium -em (34, 16, 10). 30, 30, 27 tuendae -is (30, 30, 29. 33, 12, 2 Lvcan. 2, 247 Tac. hist. 4, 74, 1. *al.* Svet. Tib. 37, 1. *al.*). *al. sim.*

II *praepositionales* (*contulimus abl. solum l. 36*): **A** *variae*: Plavt. Amph. 388 per -em ... alloqui (Fest. p. 237 petita *sacra.* Svet. Aug. 32, 1 [*vi temporali*] Vlp. dig. 2, 14, 5 [pro -e *Mommsen*]. Porph. Hor. epist. 2, 1, 95). Cic. Mur. 32 *Mithridatem Sulla* cum -e dimisit (Tusc. 5, 83 Lvcr. 1, 45 = 2, 647. 6, 73 Hor. carm. 3, 29, 35 Liv. 1, 24, 3. *al.*). Manil. 1, 13 sub -e (2, 590 Stat. Ach. 1, 817 Merob. poet. 72. 98 Arator act. 2, 860 Orig. in Matth. ser. 35 p. 66, 23). **B** in -e (*formulam sepulcr. v. p. 874, 41 sqq.*): Rhet. Her. 4, 15, 21 (*opp.* in bello *ut*: Cic. Verr. II 2, 159. *al.* Varro rust. 3, 1, 4 Sall. Catil. 2, 3. 9, 5. *al., v. vol. II 1853, 8 sqq.*). Cic. Verr. II 4, 78. *al.* Pvblil. sent. P 16 Caes. Gall. 6, 23, 5 Sall. Catil. 51, 6. *al.* Nep. Them. 6, 1 Verg. Aen. 7, 46. *al.* Hor. sat. 2, 2, 111. Ov. am. 1, 6, 30 in media -e (*sed* 3, 2, 50 m. -e). Liv. 1, 32, 5. *et saepius; sed cf. structuram aemulam, sc. solum abl.* -e: *cum attrib.*: Cic. prov. 5 diuturna -e. Lvcr. 2, 1093 tranquilla. Liv. 26, 40, 1 nova. *al.* *sine attrib.*: Bell. Afr. 54, 5 neque bello ... neque -e (Sall. Iug. 19, 7. *cf.* Sall. Catil. 3, 1 vel -e vel bello. Liv. 1, 15, 6 bello ac -e [6, 41, 4. *al.*]. 2, 1, 1 -e belloque [4, 3, 16. *al.*]). Prop. 3, 1, 17. Ov. fast. 1, 277 (*opp.* motis ... armis). 1, 281. 4, 383 (*opp.* militia. *inde* CE 640, 10 in -e). *al.*

III *nominales selectae* (*sc. gen.* -is *pendet e subst.*): Cic. Verr. II 5, 124 -is ornamenta (*v. vol. IX 2, 1011, 53 sqq.*). prov. 39 custode (Hor. epist. 2, 1, 255 Val. Max. 2, 1, 6. 2, 9 praef. *al.*). Marcell. 15 auctores (*v. vol. II 1201, 84 sqq.*). Phil. 2, 37 condicione (4, 11. *al.* Caes. Gall. 2, 15, 6. *al.* Hirt. Gall. 8, 3, 4 Liv. 2, 13, 2. *al.*). 6, 3 spe (7, 14. *al.* Bell. Alex. 37, 2 Sall. Iug. 29, 3. *al.* Verg. Aen. 3, 543 Ov. Pont. 4, 14, 62 Liv. 2, 5, 2. *al.*). Att. 9, 19, 3 fides (Varro ling. 5, 86 Ov. met. 3, 128. 12, 365 Liv. 24, 29, 5. *al.*). Lvcr. 5, 1155 foedera (*al., v. p. 869, 58*). Ps. Sall. rep. 1, 1, 8 artibus (*v. vol. II 666, 55 sqq.*). Verg. Aen. 4, 618 leges (*v. vol. VII 2, 1243, 81 sqq.*). Ov. met. 8, 48 pignus (12, 365 Liv. 2, 13, 9. *al.* Octavia 279. 938 Sil. 10, 494. *al.*). Ciris 356 bona (Liv. 21, 21, 4. 34, 22, 4. *al., v. vol. II 2101, 49 sq.; addas e. g.* Edict. imp. Diocl. praef. 5 L.). *al.* *-is mala sim.*: Manil. 1, 885 funera. 2, 597 clades. 5, 124 bella. Lvcan. 2, 171 Sullanae ... cadavera -is. Ivv. 6, 292 mala. Tac. hist. 1, 89, 2 adversa. *al.*

IV *epitheta* (*pauca potiora; v. etiam p. 866, 10*): **A** *varia*: Plavt. Persa 189 bona (Hor. epist. 2, 1, 102 Ciris 356 Liv. 1, 24, 3. *al.* Val. Max. 6, 2, 1 Tert. virg. vel. 17, 9. Serv. Aen. 11, 658 congruum -i epitheton [*ad var. l. falsam* bonae]. *al.; cf.* Liv. 8, 21, 4 malam [*al., v. vol. VIII 216, 17*]). Cic. Verr. II 4, 122 diuturnam (*v. vol. V 1, 1645, 59 sqq.*). Catil. 3, 29 perpetua (*al.* Sall. epist. Mithr. 2 Ov. fast. 4, 408 Liv. 8, 21, 4. *al., in nummis p. 869, 25 et inde ab imp. Tacito, Probo*). Balb. 35 aeterna (Verg. Aen. 4, 99. 12, 504 Ov. fast. 1, 287 Sen. dial. 6, 19, 6. *al., v. p. 869, 38*). prov. 19 firma (Ps. Sall. rep. 1, 6, 1 sq. Rvfin. hist. 5, 16, 19). Phil. 5, 2 honesta (*v. vol. VI 3, 2906, 6*). 8, 5 certior (Liv. 2, 21, 1. *al.* Vell. 2, 38, 3 Sen. Thy. 972. *al.; cf.* Liv. 8, 20, 12 incertissima [*al.; v. vol. VII 1, 882, 8*]). Tusc. 5, 48 placidissimam (Lvcr. 1, 40. 6, 73 Verg. Aen. 1, 249. 8, 325 Ov. am. 2, 6, 26 Pont. 4, 14, 62 Sen. Phoen. 349. 351 Stat. silv. 1, 1, 16. *al.*). Lvcr. 1, 31 tranquilla (*al.* Liv. 2, 49, 2. 26, 26, 11 Lvcan. 1, 171. *al.*). Ov. Pont. 4, 9, 77 fideli (Lvcan. 9, 1102 [*cf.* fida: Liv. 2, 15, 7. *al.* Val. Max. 7, 2, 6 Sen. Herc. f. 375. *al.*; infida: Sall. hist. frg. 1, 11. *al., v. vol. VII 1, 1419, 11*]). Liv. 1, 15, 7 tutam (*al.* Orat. imp. Claud. [CIL XIII 1668] II 36 Lvcan. 2, 348. *al.*). Sen. Herc. f. 929 alta (*al.* Lvcan. 1, 249 Stat. Theb. 8, 625. *al.*). **B** *loci, apud quem -x est facta*: Liv. 9, 1, 1 Caudina (9, 5, 2. *al.*). Vell. 2, 86, 3 Brundisinam.

deriv.: pacalis, pacissimus, 2. paco.

compos.: pacifer (*cum* pacifero), pacifico, pacificus; *cf.* pacilucifer.

cf. Onom. (*cf. p. 875, 56*).

2. pax *interiectio, gr.* πάξ (*v. Barchiesi, De pax particulae vi atque usu, Atti Ist. Venet. 11, 1952–53, 233 sqq.*). Prisc. gramm. III 29, 28 -x adverbium comicum, quo utitur Terentius, quod similiter graecum est. 79, 1 -x, quod est graecum, quando significat 'tantummodo' (Gloss. V 574, 53 adverbium est, s. 't.'). Gloss. V 509, 38 *v. p. 863, 58. ad singulos locos v. infra.*

i. q. πάξ, *q. e. exclamatio eius, qui sermonem (alienum vel proprium) sive interrumpit sive finit, sc. quia nil amplius audire aut dicere vult, sive rem finitam significat* (Plavt. Trin., Apvl.; *de* Naev. *v. infra*): **1** *accedit alia particula* (*nisi iuncturam duarum vocum unam partem orationis esse putes*): Naev. com. 7 tux -x (tax -x *var. l. codd. Charisii*). *huc spectare videtur* Char. gramm. p. 311, 4 adnot. (*e cod. Leid.*) tux -x: gratulantis; *quam interpretationem probaverunt Ribbeck², Coroll. p. VIII, aliique, quamquam nec de contextu nec de persona loquentis satis constat; de variis aliorum opinionibus v. e. g. Sabbadini, Nevio, 1935, 72 (exclamatio mirantis), Warmington, 1936, ad l.* (*verbera minantis, coll.* tuxtax), *Marmorale, ²1950, ad l.* (*approbantis*).
2 *ponitur per se*: Plavt. Mil. 808 (*dato praecepto*) -x, abi. Stich. 771 (*servi alternis modis saltantes*) babae :: tatae :: papae :: -x. Trin. 891 Pax, id est nomen mihi ... :: edepol nomen nugatorium, quasi dicas, si quid crediderim tibi, -x, periisse ilico (*v. Barchiesi 247 sq.; hinc* Gloss. Plaut. gramm. III 58, 9). Ter. Haut. 291 (*in fine narrationis*) capillus ... reiectus neglegenter; -x (Schol. p. 117, 11 bene vel tantummodo, qua cessare praecipimus. *inde in fine carminis*: Avson. 349, 22 p. 168; *ludit fortasse cum nomine* Pacati, *quem v. 21 appellavit*). 717 unus est dies ...; -x, nihil amplius (Schol. p. 122, 12 comicum adverbium pro tantummodo). Apvl. apol. 75, 7 *cum a creditoribus* teneretur, '-x' (flax *trad.*) inquit, negat posse dissolvere (*v. Barchiesi 254*). **3** *iungitur cum nom. propr.* (*in locutione quasi proverbiali, fortasse secundum dictum quoddam vetus, v. Barchiesi 252 sq.*): Petron. 66, 7 (*in fine enumerationis ciborum*) et senape et catillum concacatum, -x Palamedes (*amplificatur exclamatio adnominatione*).

cf. Onom. (Plavt. Trin. *supra*). *Keudel.*

paxamās, -ātis *m., παξαμᾶς.* *scribitur fere* paxim- *ab edd., aliter* Gloss. *infra* (*cf. fort. p. 879, 1 sq.*). *formam nom. sing.* -as *testatur Suda Δ 1265 δίπυρος ἄρτος· ὁ παρὰ Ῥωμαίοις λεγόμενος παξαμᾶς* (*inde Π 254*), -atis *praebet* Gloss. *infra* (*fort. sec. gr. παξαμάτης, cf. Lampe, Patristic Gr. Lex.*). Gloss. V 318, 58 paxmatis: quadrangulatus (-rung- *trad.*).
i. q. paxamatium, v. quae ad hanc vocem adnotavimus (*addas locos allatos l. 61* [*ubi semel apponitur* panis]. *69 sq. 71, fort. etiam p. 879, 1 sq.*): Pallad. hist. mon. I 10 p. 285^{B} ⌞eos *panes*, quos Aegyptii -es vocant,⌟ habentes senas uncias (⌞ ⌟ *gr. p. 72, 4 τοὺς παξαμάδας*). p. 285^{C} sicci ... -es erant. *ibid.* ex uno -e ... partem (*gr. p. 72, 12 τοῦ παξαμαδίου*). *ibid. tertium et quartum (gr. resp. παξαμᾶς).* I 58 p. 341^{D} cum *frater quidam* ne micam quidem panis haberet, tres calidos ... repperit -es (*gr. p. 168, 2 ἄρτους, quae vox postea* panes *vertitur*). Vitae patr. 5, 4, 64 *bis* (*gr. Nau 1908 p. 52 n. 155 ψωμία ... παξαμάτια*). 6, 3, 12 p. 1010^{C}.

deriv.: fort. paxamatus.

pax(a)matis *v.* paxamas.

ˣpaxamatium, -ī *n., παξαμάτιον* (*vel -μαδ-. cf.* paxamas). *scribitur vario modo in codd. medii aevi, sc.* paxamat-, paximat-, *rarius* paxmat-, paxomaz-. Gloss. paximat⟨i⟩um: panis subcinericius. *legitur apud Christianos inde a* Cassiano, *sc. ubi vita monachorum sim. describitur.*

fere i. q. panis subcinericius, focacius, bis coctus (*sc. significatur ubique non materia, sed pars materiae formata; cf. Reallexikon der Byzantinistik, A I 396 sq.*): Cassian. inst. 4, 14 praeter duo -a, quae tribus vix denariis ibidem distrahuntur, nihil sibimet amplius unusquisque *coenobita* praesumit. conl. 2, 11, 1 unum -um cotidie in sinu meo *puer abscondebam* (*cf.* 2, 11, 3 -um ... produxi. *hinc pendet, intercedente ut vid. versione gr. deperdita, Vitae patr. 5, 4, 25* rapui unum panem paxamatem ..., eieci paxamatem). 2, 19 refectionem ... panis, cuius aequissimum modum in duobus -is statuerunt *maiores nostri*, quos parvulos panes vix librae unius pondus habere certissimum est (*de pondere cf.* Gloss. -um: dimidia libra *eqs.; v. etiam l. 41 sq. p. 879, 3*). 19, 4, 2 septem dierum cibus, hoc est septem -orum paria. *al. apud eundem.* Vita Melaniae (BHL 5885) 38 una sportella cum paucis -is (*gr. παξαμάτας*). Common. patr. 1, 5 sportella, ubi panis id est -a reposita erant. Paschas. verba patr. 1, 3 duo -a comedo (*sim. ibid. iterum; Migne gr. 65, 368^{C} sq. ζεῦγος ψωμίων bis. cf. alteram vers. Vitae patr. 5, 10, 65* duos paximates *bis*). 93, 11 tribus -is (*Migne gr. 65, 276^{C} παξαμάδας, altera versio Vitae patr. 6, 3, 2 p. 1005^{B}* tres paximates). *al.*

paxamatus (-xim-, *?* -xm-). *incertum, utrum adi.* -us, (-a, -um) *an subst. masc.* -us, (-i). *fort. a* paxamas (*vocem παξαμάτος a Du Cange in gloss. gr. allatam frustra quaesivimus*). *adhibetur de pane q. d. paxamas vel paxamatium*: Gild. paenit. 1 *fornicator* pane sine mensura ... die

[Bl.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dominico, ceteris vero diebus -i panis mensura ... utatur (*trad.* paxm-. *an potius abl. sing. vocis q. e.* paxamas, *ut intellegas 'paxamate utatur pro p. m.'?*). GLOSS. I p. 161 adn. 1 -us panis, qui una adpenditur libra, Aegyptiaca lingua (-xim- *cod.*). *Bl.*

paxillulus *v.* pauxillulus.

c *delicto in rebus bellicis aut civilibus, sc. publicis, commisso* (*exempla post* LIV. *selecta; v. etiam supra l. 39*): EPIST. praet. ad Tiburt. (CIL I² 586) 11 de eieis rebus af vobeis -tum non esse; quonque de eieis rebus senatuei purgati estis, *eqs.* LVCIL. 258 -are impune rati sunt posse (*sc. nobiles quidam?*) et nobilitate facul propellere iniquos. CIC. Phil. 12, 16 *ut* meo semper periculo -et Antonius, cum ei -andi potestas a me concessa videatur. off. 3, 46 utilitatis specie in re publica saepissime -atur, ut in Corinthi disturbatione nostri; durius etiam Athenienses, qui *eqs. al.* CAES. civ. 2, 31, 7 (*-ant milites immoderate agentes ut*: BELL. Afr. 85, 8 Alex. 50, 2 LIV. 28, 25, 8. *al.* HIST. AVG. Avid. 4, 2. *al.*). VERG. Aen. 9, 140 -are fuisset ante satis *Troianis Helenam rapientibus.* LIV. 2, 29, 10 ubi ad eos, qui una -verint, provocare liceat. *al.* SEN. benef. 5, 17, 1 non minus saepe -verit *res publica*, quam in ipsam -tum est. TAC. hist. 5, 24, 2 satis -visse, quod totiens Rhenum transcenderint. HIST. AVG. Gord. 28, 4 tribuni eum et duces usque adeo timuerunt et amarunt, ut neque vellent -are neque ulla ex parte -rent. *al.*

3 *appendicula ad 1 et 2: formulae confessionis vel excusationis* (*ad rem cf. Wilhelm-Hooijbergh, op. cit. 72 sqq. et locos infra p. 900, 1 sqq. allatos*): **a** *forma* -vi, fateor -visse *sim.*: PLAVT. Amph. 383 -veram (*excusando lapsum linguae praetendit*). Cas. 673 -vi (Pseud. 842 insciens. TER. Ad. 276. Ov. met. 11, 132 -vimus ..., sed miserere, precor [134 -asse fatentem]). TER. Haut. 644 -vi, fateor, vincor (CIL IV 4957 f., -vimus. FRONTO p. 107, 28. *pass.*: TER. Haut. 158 ita res est, f., -tum a me maxime [-mum *var. l.*] est). *inf.*: PLAVT. Aul. 738 fateor -visse (*v.* Ov. *supra, plura vol. VI 1, 338, 81 sqq., acc. c. inf. 339, 26 sq.*). **b** *forma* si quid -vi *sim.*: PLAVT. Aul. 792 *v. sub 2b.* Epid. 729 imprudens culpa ... mea. Rud. 1348 si q. -asso. Truc. 899. TER. Haut. 631 si -vi, ... insciens feci. CIC. Att. 3, 15, 4 si q. in te -vi ac potius quoniam -vi, ignosce. HOR. sat. 1, 3, 140 si q. -aro stultus. QVINT. decl. 376, 1. *pass.*: PLAVT. Bacch. 1037 si q. -tum siet. TER. Hec. 253.

B *usu peculiari peccatum fit eo, quod aliquid deficit*: **1** *-ant res*: **a** *perdendo qualitatem integram*: PERS. 6, 36 seu spirent cinnama surdum seu ceraso -ent casiae, nescire paratus (*v. Beikircher, Kommentar ..., 1969, ad l.*). PALLAD. 11, 14, 7 *si* senseris -tura *vina,* huic confectioni aloen, murram ... cum melle miscebis *eqs.* (*v. Svennung, Untersuchungen zu Pallad., 1935, 596*). **b** *frustrando*: VET. LAT. Iob 5, 24 (Clem. ad Cor. 56, 13, *sim.* HIER. interpr. Iob) dieta ... tabernaculi tui non -vit (*gr. μὴ ἁμάρτῃ,* VVLG. *v. sub 2*). HIER. in Hab. 1, 6 l. 208 'delinquet' ... pro eo quod est 'desinet esse quod fuerat'; tale quid et nos habemus in linguae nostrae idiomate, dicentes: ... '-vit vinea et ager' pro eo quod est 'vindemia et fruges non habuere proventum'.

2 *-at homo aliqua re carens vel frustratus* (*sec. hebr., ut videtur*): VVLG. Iob 5, 24 scies quod pacem habeat tabernaculum tuum et visitans speciem tuam non -bis (*gr. et* VET. LAT. *v. sub 1b*).

II *usu christiano* (*hebraeo; cuius usus plura exempla habet vox* peccatum, *qua re ibi [sc. sub II] plenius illustravimus, quae Christiani de peccato rebusque ad peccatum pertinentibus senserint; cf. Wilhelm-Hooijbergh, op. cit. 92 sqq.*). *maxime resp. gr. ἁμαρτάνω* (*quod non adnotavimus*). *haerent inter* delinquo *et* -o *vetustiores, e. g.* VET. LAT. cod. 100, TERT., CYPR., *sed longe praefertur* -o *in* VVLG. (*ca. 330 locis; iuxta ponunt utrumque e. g.* HIER. adv. Rufin. 2, 18 l. 53 *et* PELAG. Aug. epist. 179, 8, *v. p. 889, 18*).

A *delinquendo in deum, leges dei vel ecclesiae*: **1** *-at homo* (*vel eius anima, caro sim., sed ipsum peccatum p. 889, 68; non -ant animalia* AVG. adult. coniug. 1, 16, 17 [*sed cf. usum paganum p. 885, 52*]; *non -at deus, v. infra l. 64 sq.*): **a** *exempla varia selecta*: VET. LAT. III reg. 8, 46 (Ps. Philo antiq. 19, 9, *sim.* VVLG.) quis est ... homo qui tibi *deo* non -vit? (*in simili sententia* IV Esdr. 7, 46 VVLG. II par. 6, 36 eccles. 7, 21 Rom. 3, 23. *cf.* HIER. hom. Orig. in Luc. 2 p. 12, 25 omnes homines aliquando -vimus. *sim. al.; aliter supra p. 887, 17*). Rom. 2, 12 (cod. 75 = VVLG.) quicumque ... sine lege -verunt, ... quicumque in lege -verunt, *sc. peccatum cognoscentes per legem* (HIL. in Matth. 11, 8 quia per observantiae difficultatem necesse sibi esset in l. -are. OPTAT. 7, 1 p. 166, 7 FILASTR. 79, 3. *al.; cf. p. 897, 66*). TERT. patient. 7, 7 qui damni inpatientia concitatur terrena caelestibus anteponendo, de proximo in deum -at: *eqs.* IREN. 4, 41, 3 *cum* transgrederentur et -rent *ut Sodomitae* (*opp.* iuste agere). CYPR. domin. orat. 25 Salomone -ante et a praeceptis atque a viis domini recedente. eleem. 17 quantum in ecclesia -et, qui se et filios suos Christo anteponens divitias suas servat (*item contra normas ecclesiae*: epist. 73, 20 se -asse et propter hoc ad ecclesiae indulgentiam venire. CANON. Dionys. Exig. p. 26, 16 qui suo -verunt evidenter episcopo, rationabiliter excommunicati ... aestimentur. *al.*). AVG. civ. 21, 13 p. 516, 11 -at ... homo, qui vel ignorantia vel iniustitia cuiquam mali aliquid facit; sed non -at deus, qui iusto, quamvis occulto, iudicio fieri sinit (*cf.* 22, 30 p. 632, 22 deus natura -are non potest. *al. sim.; cf. p. 897, 33*). VEREC. in cant. 7, 15 (*ad* or. Man. 12 -vi, domine, -vi) duplici se lapsu -asse fatetur: -vi spiritu, -vi etiam corpore; -vi cogitationibus, -vi factis; -vi forinsecus, -vi intrinsecus; -vi in deum, -vi in proximum. *al.*

b *agitur de peccatis quibusdam maioribus*: *α in cultu vel religione* (*cf. supra l. 59 sqq.*): VET. LAT. gen. 4, 7 (Tert. adv. Iud. 5, 2) nonne, si recte quidem offeras, non recte autem dividas, -asti, *Cain?* (*Vulg. aliter sec. hebr.; locum explicat* AVG. civ. 15, 7). lev. 5, 15 (Rufin. Orig. in lev. 3, 6) anima si ... -verit non volens a sanctis domini (*gr. ἀπό,* VVLG. in his, quae domino sunt sanctificata, *cod. 100* deliquerit ... a s.; *sim.* 5, 16). *saepius in script. sacr.* RVFIN. Orig. in lev. 4, 5 p. 322, 7 interest ... -are in sanctis et -are

[Keudel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

extra sancta (*explicat hanc distinctionem sec.* I reg. 2, 25 in hominem ... in deum. *quem locum affert etiam* AVG. quaest. hept. 5, 55 '-are in deum' est in his -are, quae ad dei cultum pertinent; *eqs.* [*disting.* '-are ... domino', *cf. p. 891, 73*]). AVG. civ. 7, 27 p. 310, 4 non ideo -at, quia non est colendus quem colit, sed quia colendum non ut colendus est colit (*ibid. iterum*). *al.* *obicitur opinio haeretica*: CYPR. unit. eccl. 19 p. 227, 20 cum lapsus semel -verit, ille *qui alienas doctrinas appetit* cottidie -at. PALLAD. c. Ambr. fol. 336^{v}, 46 in religionem -ando preeuntis tam imperialis quam iudiciarii erroris tibi conciliasti favorem. *al.*

β de peccato protoplastorum et originali: Ⓘ *-ant primi homines*: VET. LAT. I Tim. 2, 14 (Hil. myst. 1, 3, 5) Adam non -vit, sed mulier -ans transgressione fuit (*gr. ἠπατήθη, Vulg.* est seductus). TERT. adv. Marc. 4, 41 p. 561, 17 qui *deus* non ex providentia obstitit -turo *Adam* (*postea*: delicto. *cf.* AVG. civ. 12, 23 p. 549, 27sqq. nec ignorabat deus hominem -turum *eqs.; al. sim.*). patient. 5, 9 *Eva* numquam omnino -asset, si *eqs.* IREN. 1, 30, 7 CYPR. eleem. 1 FILASTR. 156, 9. HIER. epist. 51, 7, 2 (*Epiphan.*). PELAG. Aug. epist. 179, 8 -vit Eva, scriptura hoc prodidit; Adam quoque deliquit, eadem scriptura non tacuit; sed et Cain -asse ... scriptura testata est; quod si et Abel -asset, ... scriptura dixisset. AVG. civ. 13, 1 p. 557, 3. 13, 3sqq. p. 559, 8sqq. *fusius* (*e. g.* l. 25 quod homo factus est, non cum crearetur, sed cum -ret et puniretur). EVSEB. GALLIC. hom. 18, 5 -verat ... primus homo suo vitio et inoboedientiae lapsu et propriae voluntatis impulsu, seductus a diabolo, non coactus. *al.* Ⓘⓘ *peccatum transit in posteros, sc. per peccatum q. d. originale* (*ad rem v. Gross, op. cit. infra p. 898, 31; cf.* AVG. in Gal. 48, 4sq. -ando auximus, quod ab origine peccati humani damnationisque trahebamus): VET. LAT. Rom. 5, 12 (cod. 75 *al., e. g.* Aug. pecc. mer. 1, 9, 10) per unum hominem peccatum intravit in mundum et per peccatum mors; et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes -verunt (*sed* VVLG. mors pertransiit *cum plerisque cod. gr.; Aug. intellegit peccatum transisse obloquentibus Pelagianis*). *ad quem locum* AVG. pecc. mer. 1, 10, 11 sine ambiguitate dictum est; si enim peccatum intellexeris, quod per unum hominem intravit in mundum, in quo peccato omnes -verunt, certe manifestum est alia esse propria cuique peccata, ... aliud hoc unum, in quo omnes -verunt. *ceterum* (*de controversia Augustini Pelagianorumque v. Gross, op. cit. 304sqq.*): AVG. pecc. mer. 3, 7, 14 in Adam tunc omnes -verunt. c. Pelag. 2, 5, 9 peccato Adam arbitrium liberum de hominum natura perisse non dicimus, sed ad -andum valere in hominibus subditis diabolo. *et saepius.*

γ ad mortem: VET. LAT. I Ioh. 5, 16 (Ambr. paenit. 1, 10, 45, *sim.* VVLG.) qui non -at ad m. (*gr. πρός, Tert. pudic. 2 p. 224, 9 al.* delinquit). RVFIN. Orig. in lev. 12, 6 p. 465, 13 qui ... non -at ad m., sed inferius aliquid. EVCHER. instr. 1 p. 138, 22 usque ad m. -at ille peccator, qui in huius temporariae vitae cursu paenitentiam non agit (*al., v. quae affert ed. Beuron. ad* I Ioh. 5, 16). *al.*

δ in spiritum (sanctum): IREN. 3, 11, 9 -antes in sp. dei in irremissibile incidunt peccatum. OPTAT. 5, 3 p. 125, 14 absit, ut in spiritu sancto -emus, cui facinori et praesenti et futuro saeculo indulgentia denegatur (*item abl.* ALTERC. Heracl. p. 141). AMBR. paenit. 2, 4, 20 quos -antes in sp. s. euangelica auctoritate in perpetuum adstringi putatis. HIER. epist. 42, 1, 1 non posse -are in sp. s. nisi eum, qui christianus sit et postea negaverit. AVG. in Rom. imperf. 17, 2 sqq. 18, 5 ut hoc sit -are in sp. s., cognita dei voluntate -are. *al.*

c *agitur de modis -andi* (*notabiliora quaedam*): *α* (*non*) *consulto, (sine) voluntate sim.* (*v. etiam supra p. 888, 63. 73. al. et cf. p. 899, 63*): VET. LAT. num. 15, 25 (cod. 100) remittetur illis, quoniam nollens -vit (*gr. ἀκούσιόν ἐστι*, VVLG. non sponte). 15, 27 (*ibid.*) *si* anima una -verit nollens (*sed 15, 28* deliquerit, *ubi* VVLG. inscia -verit). *al. in script. sacr.* TERT. spect. 1 p. 1, 8 ne aut ignorando aut dissimulando quis -et. AVG. vera relig. 27 si non voluntate male facimus, nemo obiurgandus omnino aut monendus est; ... voluntate ergo -atur et, quoniam -ari non dubium est, ne hoc quidem dubitandum video habere animas liberum voluntatis arbitrium. *et saepe.* BOETH. c. Eut. 8, 11 cur in Christo neque peccatum fuit neque voluntas ulla -andi? VEREC. in cant. 4, 26 l. 25 fragilitatibus, in quibus aut nolentes -amus aut ignorantes erramus. *al.*

β carne vel corpore (*-at ipsa caro* VET. LAT., TERT. *al., cf. de carne peccati p. 897, 52*): VET. LAT. eccles. 5, 5 (Hier. *ad l., cf.* VVLG.) non des os tuum ut -are faciat carnem tuam (*inter alia explicat* HIER.: noli ... dare occasionem carni tuae ad -andum, et dicere: non ego -o, sed quod habitat in mea carne peccatum [*sec.* Rom. 7, 20]). TERT. adv. Marc. 1, 24 p. 324, 2 carens ... anima caro hactenus -at (*postea*: delinquentem). HIER. epist. 55, 2, 6 aliud est -are per corpus, aliud in corpore (*quod explicatur*). in Ezech. 44, 17 l. 1696 -are nos, pro necessitatibus carnis, peccata levia, *eqs.* *al.* (*v. etiam p. 888, 67*). *γ cogitatione, verbis, operibus*: MIN. FEL. 35, 6 vos scelera admissa punitis, apud nos et cogitare -are est (*-atur cogitando ut: p. 890, 3 sqq. al.*). AMBR. paenit. 1, 5, 24 non ex toto corde -vit *peccator* (*cf.*

HIER. hom. Orig. in Luc. 2 p. 15, 1 in abscondito cordis mei. *sim. al.*). HIER. epist. 18 A, 11, 3 Esaias, ut iustus, tantum in sermone -verat (*sermone ut*: 51, 1, 1 [*Epiphan.*] qui non solum cogitatione et sensu, verum et sermone -amus. *al.; cf. infra*). AVG. civ. 19, 27 p. 403, 14 si non facili operatione, certe labili locutione aut volatili cogitatione -etur (*eadem divisione tripartita Origeniana [v. p. 895, 55] saepius apud* AVG., *ceterum* VEREC. in cant. 1, 5 triplex hominibus est -andi facultas: cogitationibus, verbis et operibus conpellimur ad delictum. *al.*). *al.*

2 *-ant angeli, diabolus: -ant angeli*: VET. LAT. II Petr. 2, 4 (cod. 55. *al.* = VVLG.) *si* deus angelis -antibus non pepercit. *apud scriptores*: FILASTR. 108, 7 si qui ... putaverit esse iustum angelos ita -asse transformatos in carne, *eqs.* HIER. epist. 51, 4, 3 (*Epiphan.*) quod animae angeli fuerint in caelis et, postquam -verint in supernis, deiectas esse in istum mundum, *eqs.* PRVD. apoth. 889 cum -et et ipse angelus. 891 -at, quia factus et ipse est, non genitus. AVG. civ. 11, 33 p. 508, 5 sqq. *fusius. al.* *-at diabolus*: VET. LAT. I Ioh. 3, 8 (Aug. civ. 11, 13. *al.* = VVLG.) ab initio diabolus -at (*Tert. pudic. 19* delinquit). *apud scriptores*: TERT. patient. 5, 8 de suo experimento quid ad -andum adiutaret instructus (*antea*: delinquere). AVG. civ. 11, 15 p. 482, 17 sqq. *fusius. al.* MAX. TAVR. 37, 4 primus apud deum -verat diabolus. *al.*

B *delinquendo in homines* (*sc. secundum leges dei vel ecclesiae, quod etiam in variis exemplis sub A allatis comprehenditur; cf. distinctionem p. 888, 75 sq.; hic notabiliora quaedam selegimus*): VET. LAT. I reg. 2, 25 (Ambr. paenit. 1, 9, 40, *sim.* VVLG.) si -verit homo in hominem, orabunt pro eo ad deum; si autem in dominum -verit homo, quis orabit pro eo? Matth. 18, 21 (cod. 2 *al., sim.* VVLG.) Petrus dixit ei: domine, si -verit in me frater meus, quotiens remittam illi? VVLG. gen. 42, 21 -vimus in fratrem nostrum (*Vet. Lat. Rufin. Orig. in Rom. 3, 6. al. sec. gr.* in peccatis sumus pro fratre nostro). *al.* *apud scriptores*: AVG. serm. 59, 7 (*ed. Poque, Sermons pour la Pâque, 1966, 196*) quando vos aliquis offendit et -at in vos et venit et confitetur, *eqs.* CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 67, 14 non in deum sed in hominem -assent (*Rustic.* impie gessissent, *gr. ἠσεβηκόσιν*). VEREC. in cant. 7, 15 (*v. p. 888, 68*) -vi in deum, -vi in proximum. *al.*

III *appendix syntactica ad I et II*: **A** *accedunt determinationes peccati*: **1** *acc.* (*sc. potius internus q. d.*): **a** *neutr. pron. vel adi.* (*hic illic dubium, an sola vi augendi intellegendum, e. g.* numquid PLAVT. Epid. 593 Pseud. 495): *α active*: PLAVT. Epid. 593 numquid ego ibi, pater, -vi? (Mil. 904. *al.* TER. Andr. 139. *et saepe, usu pagano [v. etiam p. 888, 18] nec non christiano*). Cas. 825 tantillum (Rud. 1150. *cf.* HOR. sat. 1, 3, 115 tantundem. Ov. rem. 99 quantum [SEN. contr. 1, 3, 5 SEN. nat. 1, 16, 4 QVINT. decl. 309, 3 CYPR. eleem. 17]). Cist. 517 haec (*item neutr. plur.*: TER. Hec. 557 quae. Ad. 124 plura. TRAG. inc. 45 non multa. *sim. saepius, usu pagano et christiano*). Persa 630 nil (CAECIL. com. 161 CIC. Mur. 60. *al.* PVBLIL. sent. N 2 TIB. 1, 6, 16 Ov. epist. 21, 181. *al.*). *et saepe, etiam apud Christianos.* *β passive*: Ⓘ *sing.* (*hic illic fortasse pass. impers. intellegendum, cf. infra sub D; indicatur agens e. g.* TER. Hec. 253 CATVLL. 67, 11): PLAVT. Bacch. 1037 si quid -tum siet (Poen. 813 [*antea opp.*: si quid bene facias]. TER. Hec. 253 SEN. contr. 9, 4, 11. *al.; cf.* PLAVT. Pseud. 495 num quid. CIC. parad. 26 quicquid [LIV. 39, 16, 2 SEN. contr. exc. 9, 2. *al.*]. CATVLL. 67, 11 quicquam. *sim. al.*). TER. Eun. 27 (*? v. p. 894, 51*). Ad. 725 hoc -tum in virginem est civem. SEN. epist. 75, 15 aspice, ... quantum publice privatimque -etur. *al.* Ⓘⓘ *plur.*: CIC. parad. 25 in servo necando, si id fit iniuria, semel -atur, in patris vita violanda multa -antur ...; multitudine peccatorum praestat *eqs.* (off. 1, 33). fin. 4, 77 *res*, in quibus -atur ...; quae -entur in his rebus (TAC. ann. 3, 34, 5 q. alibi -rentur. *al.*). TAC. ann. 15, 21, 3 plura saepe -antur, dum *eqs.* *al.*

b *subst.*: *α rei in qua -atur*: PLAVT. Bacch. 433 cum librum legeres, si unam -visses syllabam, *eqs.* (*sed* CIC. parad. 26 in syllaba). PRIAP. 7, 1 cum loquor, una mihi -atur littera ... blaesaque lingua mihi est. *β rei quae -ando fit: in fig. etym.* peccatum -are: GELL. 10, 19 tit. peccatorum, quae alii quoque -verunt, similitudo (*item per pron. relat.* HERM. Pal. vis. 2, 2, 4. *al.*). VET. LAT. exod. 32, 30 (cod. 100, *sim.* VVLG.) -astis p. magnum. *al. in script. sacr.* AMBROSIAST. in Rom. 8, 3 HIER. in Ezech. 44, 17 l. 1696. *al.* *alia*: VVLG. Os. 12, 8 iniquitatem, quam -vi. PAVL. NOL. epist. 25 a, 3 facinus lingua -verat.

2 *praepos.*: **a** in *aliqua re* (*ipso peccato* Ps. PHILO; *selecta inde a* SEN. *rhet.*): TER. Ad. 124 te plura in hac re -are ostendam. RHET. Her. 2, 15, 22 in ea re -are, in qua alius ante -arit. CIC. inv. 2, 32 simili quo in genere. dom. 141 in agendo. de orat. 1, 125 in gestu. *al.* VARRO ling. 9, 112 in his verbis. PVBLIL. sent. I 53 in turpi re. SEN. contr. 2, 5, 9 si ... quid -asset in partu, ignosci ei posset. PETRON. 3, 2 in his exercitationibus doctores -ant. VET. LAT. psalm. 38, 2 (Rufin. Orig. in psalm. 38, 2. *al.* = HIER. psalt. sec. Hebr.) in lingua mea (*Vulg.* delinquam). VIR. ill. 12, 3 in caede. Ps. PHILO antiq. 44, 10 in quo peccato (*v. p. 889, 29. 33*).

[Keudel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

GREG. M. moral. 16, 82 utrum in fide an in opere. *al.* **b** *aliae praepos.*: CAECIL. com. 161 extemplo savium dat ... :: nil -at de savio (EPIST. praet. ad Tiburt. [CIL I^2 586] 11 de eieis rebus af vobeis -tum non esse). QVINT. inst. 1, 5, 47 in participio per genus et casum ... -atur (*al.* VET. LAT. sap. 11, 17 per quae -at quis, per haec et torquetur [*gr. δι' ὧν*]. AVG. civ. 17, 7 p. 220, 4 per inoboedientiam. *al.*). VET. LAT. lev. 5, 15 sq. *v. p. 888, 73.* num. 6, 11 (cod. 100) pro quibus -vit (*gr. περὶ ὧν*, VVLG. super mortuo).

3 *abl.* (*sc. re non recta, iusta sim.; ipso errore vel peccato* FIRM., VVLG.; *post* LIV. *pauca selecta; v. etiam gerund. infra sub 4*): CIC. orat. 72 *hi orationis* genere toto, at persona alii -ant ... nec re solum, sed saepe verbo. *al.* HOR. epist. 1, 2, 16 seditione, dolis, scelere ... -atur. *al.* OV. trist. 2, 539 scripto ... isto. *al.* LIV. 22, 9, 7 plus neglegentia caerimoniarum auspiciorumque quam temeritate atque inscitia. *al.* CELS. 3, 18, 3 impetu. SEN. epist. 114, 15 quibus *generibus compositionis.* QVINT. inst. 1, 5, 35 compositione. CYPR. epist. 59, 18 verbis perfidis et crudelibus. FIRM. math. 6, 10, 3 vario errore. HIER. epist. 51, 1, 1 (*Epiphan.*) cogitatione ... sensu ... sermone (*sim.* AVG. civ. 19, 27 p. 403, 14). VVLG. III reg. 15, 34 in peccatis eius *Hieroboam*, quibus -are fecit Israhel (*item* quibus *peccatis*: 16, 26. *al. in* VVLG.). *al.*

4 *structurae verbales* (*omisimus enunt. secund. ut e. g.* CIC. fam. 16, 1, 1 -asse mihi videor qui a te discesserim. OV. epist. 21, 181 nil ego -vi, nisi quod *eqs.*): *part. praes. e. g.* CIC. ac. 2, 132 -at Stoicus rei falsae adsentiens (*cf.* 2, 39 adsensione). QVINT. inst. 1, 5, 23 VVLG. I reg. 14, 33 AVG. civ. 15, 22 p. 107, 7 (vers.). *al.* *gerund. abl. e. g.* SEN. contr. exc. 10, 5 -verunt ... recipiendo tabulam etiam sacerdotes (*cf.* contr. 10, 5, 14 qui tabulam receperunt). QVINT. decl. 309, 3 contradicendo. TERT. spect. 1 p. 1, 8 aut ignorando aut dissimulando. VVLG. lev. 6, 7 quae faciendo -verit (*cod. 100 sec. gr.* petit et neglexit). AVG. civ. 1, 10 p. 18, 13 haec amando. *al.*

B *indicatur in quem (quid) vel coram quo*: **1** *per praepos.*: **a** *varias*: *α potius indicatur adversus quem*: PLAVT. Aul. 792 si quid ego erga te imprudens -vi aut gnatam tuam. Rud. 1348 illaec advorsum si quid -asso (QVINT. decl. 265, 7 ius -andi a. ignominiosos. FRONTO p. 107, 28 a. quem minime decuit. VET. LAT. I reg. 2, 25 [Cypr. testim. 3, 28] vir a. virum [*gr. εἰς*, VVLG. in]). VVLG. Is. 59, 13 contra dominum. CHRON. Alex. chron. I p. 115, 230 ad deum (p. 116, 232. *sed* LIB. gener. a. 92 derelicto deo). *β potius indicatur ante cuius iudicium, oculos sim.*: CIC. fam. 13, 18, 2 mihi pro coniunctione nostra vel -are apud te in scribendo licet (MAX. TAVR. 37, 4 primus a. deum -verat diabolus [*postea*: praevaricationis illius diabolicae]). SEN. dial. 6, 20, 6 neminem ausurum coram Catone -are (epist. 97, 1 Ps. SEN. mon. 146. VET. LAT. gen. 39, 9 [Ambr. off. 2, 87; VVLG. in deum]. exod. 32, 33 [cod. 100; VVLG. mihi]. HIER. epist. 21, 16. *al.*). epist. 25, 6 te efficis eum, cum quo -are non audeas (*antea*: sub ... boni viri ... oculis). VET. LAT. exod. 10, 16 (Aug. loc. hept. 2, 55) ante dominum (*al. in script. sacr. et* HIST. AVG. Ver. 5, 8). *al.* *cf.* in conspectu: VET. LAT. deut. 9, 16 (cod. 100) in c. domini (VVLG. domino). *al.* CYPR. eleem. 18. VVLG. Iudith 5, 21 dei sui. *al.*

b in: *α cum acc.* (*post* SEN. *pauca tantum*): TER. Phorm. 803 vide ne in cognatam -es. Ad. 725 in virginem. CIC. Att. 3, 15, 4 in te ..., in me ... ipsum. PVBLIL. sent. I 13. HOR. epist. 2, 1, 3 in publica commoda. LIV. 6, 26, 7. SEN. contr. 2, 1, 15 in patrem (patre *var. l.*). AETNA 88 SEN. Phoen. 453. *al.* VET. LAT. gen. 20, 6 (Ambr. Abr. 1, 7, 59, *sim.* VVLG.) in me *dominum* (*gr. εἰς ἐμέ*). TERT. paenit. 5, 7. *al.* AMBR. paenit. 2, 4, 20 in spiritum sanctum (HIER. epist. 42, 1, 1. *al.; v.* OPTAT. *infra l. 70*). AVG. quaest. hept. 5, 55 (*v. infra sub 2*). *et saepe, imprimis in script. sacr. et eccles.* *cum respectu aberrandi in directionem alterius* (*v. p. 886, 6*): TER. Ad. 174 in istam partem potius -ato (DON.: ut verberes non iussus potius quam iussus non verberes. *ceterum cf.* CIC. S. Rosc. 56 *canes latrantes* in eam partem potius -ant, quae est cautior). *β cum abl.* (*post* LIV. *selecta pauca, v. etiam supra l. 47*): TER. Andr. 233 di, date facultatem ... huic pariundi atque illi *obstetrici* in aliis potius -andi locum (in aliis *vix ad* date ... locum *trahendum*). CAES. Gall. 1, 47, 4 quod in eo *adulescente* -andi Germanis causa non esset. HOR. sat. 1, 2, 63 in matrona. LIV. 45, 38, 7 satis -tum in Camillo a maioribus vestris est ..., satis nuper ⟨a⟩ vobis in P. Africano. SEN. contr. 2, 1, 15 *v. supra* (*abl. var. l.*). SEN. Herc. O. 1029 in matre. VET. LAT. exod. 10, 16 (Aug. loc. hept. 2, 55) -vi ante dominum ... et in vobis (*gr. ἐναντίον ... εἰς*, VVLG. in dominum ... et in vos.). OPTAT. 5, 3 p. 125, 14 in spiritu sancto (in spiritum sanctum *edd. ante Ziwsa; v. supra l. 56*). VVLG. I Cor. 8, 12 in Christo (Christum *var. l., gr. εἰς Χριστόν*).

2 *per dat.* (*fere incommodi*): TER. Ad. 116 is *filius adoptatus* meus est factus: si quid -at, ... mihi -at. PETRON. 45, 9 sibi quisque -at. MART. 3, 85, 2 non hac -tum est parte, marite, tibi (*i. non naribus -at moechus*). VET. LAT. iud. 10, 10 (cod. 100 = VVLG.) -vimus tibi (*gr. σοι*). *et saepius* (*apud Christianos, sed etiam apud paganos*). *differentiam inter locutiones q. s.* -are deo et -are in deum *explicare temptat* AVG. quaest. hept. 5, 55. *variat* CAES. AREL. serm. 39, 2 p. 165, 14 plus -asti tu deo quam in te -verit homo.

C *adverbia indicantia quantum sim. -etur* (*cf.* tantillum, tantundem, quantum *sub A 1 a*, ad mortem *p. 889, 39*): PLAVT. Epid. 485 largiter (Most. 438). Pseud. 495 maxime (TER. Haut. 158). CATO agr. 4 minus (CIC. parad. 20 orat. 226 HOR. sat. 2, 7, 96 OV. am. 3, 4, 9 trist. 2, 458 SEN. benef. 6, 26, 1. *al.*). CIC. parad. 26 magis (fin. 3, 48 SEN. benef. 1, 1, 13. *al.*). off. 3, 38 plus (LIV. 22, 9, 7 MART. 11, 22, 5 CYPR. epist. 59, 3 HIER. epist. 36, 2, 3. *al.*). CELS. 3, 18, 4 leviter (QVINT. inst. 7, 4, 31. TERT. paenit. 5, 7 non l. *al.*). CVRT. 7, 2, 7 gravius (QVINT. decl. 277, 7. *al.*). AVG. civ. 11, 23 p. 493, 13 amplius (EVSEB. GALLIC. hom. 40, 1). *al.*

D *pass. impers.* (*v. quae adnotavimus p. 890, 46*): PLAVT. Epid. 485 *argentum* stulte datum reor, -tum largiter. CATO agr. 4 minus -bitur (*vix ad p. 890, 46*). TER. Haut. 158 -tum a me maximest (maximumst *var. l.*). EPIST. praet. ad Tiburt. (CIL I^2 586) 11 de eieis rebus af vobeis -tum non esse. CIC. Verr. II 5, 174 magno tuo periculo -bitur in hoc iudicio. Marcell. 21 de orat. 3, 198. *al.* PVBLIL. sent. Q 61 HOR. epist. 1, 2, 16 LIV. 6, 26, 7. *al.* SEN. contr. 2, 1, 15. *al.*

part. praes. ✕**peccāns,** -antis. *compar. neutr.* -ius *v. 2 b.* **1** *pro subst. i. qui peccat, peccator: plur.*: NEP. Ages. 5, 3 se ... eum esse, qui ad officium -es redire cogeret. SEN. clem. 1, 22, 2 multitudo -ium. benef. 4, 14, 1. *al.* QVINT. decl. 315, 8 *opp.* bene meritis. 323, 6 *opp.* satisfacientibus. TAC. Agr. 4, 2. 6, 2. VET. LAT. Sirach 11, 9 *gr. ἁμαρτωλῶν. al.* IREN. 4, 27, 4 CYPR. Demetr. 11. *al.* ARNOB. nat. 2, 54. 7, 8. *et saepe, imprimis in script. sacr. et eccles.* *sing.*: HOR. epist. 1, 20, 9 (*poeta libro suo exeunti*) quodsi non odio -is desipit augur, carus eris Romae (PORPH.: tibi nunc -i futura praedico [SCHOL.: tibi -i]). SEN. dial. 3, 16, 1 non oportet peccata corrigere -em. 5, 12, 2 aetas -is (*antea*: facientis). COLVM. 11, 1, 9 APVL. apol. 11, 6 PORPH. Hor. sat. 1, 3, 76 CYPR. laps. 14 testim. 3 capp. p. 105, 22 IVVENC. 2, 293. *al.*

2 *pro adi.* (*non attulimus exempla vim verbalem servantia ut e. g.* CIC. Tusc. 5, 5 -anti immortalitati): **a** *posit. i. q. peccare consuetus, peccato obnoxius* (*vel sub peccato originali vivens; huc fortasse* OROS. hist. 1, 3, 2): MARCELL. chron. II p. 92, 481, 2 mors, quae huic -i mundo merito imminet. **b** *neutr. compar.* (*vix huc* HIER. *infra l. 48*) *i. q. mendosius, nocentius*: CAEL. AVR. acut. 3, 8, 88 est ... -ius prohibito cibo vinum dare *aegroto.*

adv. **peccanter.** *i. q. non recte, mendose sim.*: CAEL. AVR. acut. 2, 9, 40 haec *graveolentia* -r ex epilepticorum curatione ... transferenda iussit *Asclepiades* (*antea*: extendit ... peccatum). 3, 1, 5 hoc -r diffiniunt (*sc. definitionem huius passionis dant non rectam*). 3, 4, 33 Erasistratus ... in quibusdam inquit synanchicis vaporatione utendum spongiarum *eqs.* ...; sed omnia -r: etenim *eqs.*

p. p. p. neutr. compar. **peccātius** *audacter dictum* HIER. epist. 121, 8, 15 (*v. p. 900, 10*) *ut* peccatum ... praevaricatione mandati incipiat mihi esse -ius (-tus, -ti, -tum *var. ll.*, peccantius peccatum *edd. vett.*). *intellegendum potius adi.* (*sc. spectat ad gradum maiorem peccandi, fortasse ad exemplar vocis gr. ἁμαρτωλότερον*) *quam compar. substantivi, qui vix defendi potest coll.* oculissimus, patruissimus.

p. p. p. n. pro subst. ✕**peccātum,** -ī. *de origine*: AVG. quaest. hept. 3, 20, 2 -um ... unde sit dictum, quod graece *ἁμαρτία* dicitur, in neutra lingua mihi interim occurrit (*sc. non invenisse se dicit etymologiam verbi* peccare). *scribitur* peca- *hic illic in codd. medii aevi.* NOT. Tir. 34, 99^b -um. *locos, quibus accedit adi. masc. v. p. 884, 70 sqq.* *de notione*: CHAR. gramm. p. 387, 10 delictum et -um: *eqs.* (*v. p. 885, 13*). SYNON. Cic. p. 440, 28 -um. culpa. crimen. vitia. error. AVG. *v. supra.* GLOSS. *ἁμαρτία πλημμέλεια.* admissum, delictum. *cetera v. p. 895, 40 sqq. et infra suis locis.* *legitur inde a* PLAVTO (*sing. 1/plur. 3*), TER. (*17/2*), TVRPIL. (*1/–*), RHET. Her. (*14/7*), CIC. (*62/77*), VARRONE (*4/–*), CATVLLO (*1/–*), PVBLIL. (*7/–*), LVCR. (*–/2*), HIRT. (*1/–*), BELL. Afr. (*–/2*), SALL. (*1/–*), VERG. Aen. (*–/1*), CVLICE (*1/–*), HOR. sat., epist. (*3/6*), PROP. (*–/1*), OV. (*5/17; non in* met.), LIV. (*4/6*); *postea omnino deest e. g.* SEN. *trag.* (*phil. saepius*), CVRT., LVCANO, VAL. FL., SIL., STAT., MART., IVV., *semel tantum apud* TAC. (*verbum saepius*); *persaepe apud Christianos, v. p. 895, 26 sqq.* [*val.* păcat; *it.* peccato; *sard.* pekkadu; *raet. or.* pekad, *occ.* pcho; *francog.* péché; *prov.* pecat; *cat.* pecat; *hisp.* pecado; *port.* pecado. *cf. M.-L. 6323. Battisti-Alessio IV 2812. Wagner II 237. Wartburg VIII 98 sqq. Corominas^2 IV 450. Machado^3 IV 326. St.*] [*confunditur in codd. cum* peccatus, -ūs (*v. sub ea voce*), *cum* delictum *e. g.* IREN. 4, 27, 2 VVLG. Matth. 6, 14 *al.*, -i *cum* peccanti CYPR. patient. 4; *e coni. pro* factum PVBLIL. sent. I 41, *pro* peccator SEN. clem. 2, 4, 2.]

i. quod peccando fit vel efficitur. *dicitur non modo de eis quae facta sunt* (*maxime in usu pagano, e. g. p. 893, 30. 39 sq. et* CIC. leg. 3, 32 vi-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tiosi principes ... plus ... exemplo quam -o nocent), *sed etiam de eis quae consilio vel voluntate concepta sunt (saepe in usu christiano, rarius pagano), ad quae cf.* Cic. fin. 3, 32 ut -um est patriam prodere, parentes violare, fana depeculari, quae sunt in effectu, sic timere, sic maerere, sic in libidine esse -um est etiam sine effectu; verum ut haec non in posteris et in consequentibus, sed in primis continuo -a sunt, sic ea, quae proficiscuntur a virtute, susceptione prima, non perfectione recta sunt iudicanda. *de notione dilatata q. e. culpa v. p. 895, 24 et quae disseruit Wilhelm-Hooijbergh, op. cit. (v. supra p. 885, 46) 38sqq.; de usu sing. aut plur. v. ibid. 31. 93sqq.*

I *usu pagano vel communi* (*iuncturas verbales, e. g.* -um confiteri, corrigere, ignoscere, lavare, luere, *v. sub illis vocibus*): **A** *potius cum respectu delicti* (*sc. contra mores, leges, iura humana; contra deos e. g.* Verg. Aen. 10, 32 *sub A 2.* Ov. Pont. 1, 1, 58 Sen. clem. 1, 7, 1). *vim vocis explorat comparandis vocibus affinibus vel iuxta positis q. s.* delictum, iniuria, crimen, vitium *Wilhelm-Hooijbergh, op. cit. 11sqq.; iuxta* maleficium *saepius inde a* Rhet. Her. 2, 19, 29. *al.* Cic. Verr. II 1, 128, *opp.* recte facta *saepius inde a* Cic. leg. 2, 9 fin. 3, 69 ac. 1, 37 nat. deor. 3, 85.

1 *peccatur in rebus variis vel minus definitis*: **a** *exempla varia*: *α peccant adulescentes* (*more iuvenili, sc. quorum -is facilius ignoscitur; cf. sub 3 et B 2*): Plavt. Trin. 680 tu obiurgans me a -is rapis deteriorem in viam (*cf. 666* te sponte non tuapte errasse). 1186 si pro -is centum ducat uxores, parumst *poenae.* Ter. Andr. 903 pro -o magno paullum supplici satis est patri. *et saepius.* Tvrpil. com. 90 propter -um pausillum indignissime patria protelatum esse saevitia patris. Rhet. Her. 4, 17, 25 qui adulescentium -is ignosci putant oportere, falluntur. Sen. dial. 4, 26, 6 *ut animalibus* irasci stultum est, ita pueris ...; omnia enim ista -a apud aequum iudicem pro innocentia habent imprudentiam. *β peccant alii* (*potiora quaedam*): Cic. fin. 4, 56 (*sec. Zenonem*) -a ... partim esse tolerabilia, partim nullo modo, propterea quod alia -a plures, alia pauciores quasi numeros officii praeterirent (ac. 1, 37 inter recte factum atque -um officium et contra officium media locabat *Zeno* quaedam, recte facta sola in bonis actionibus ponens, prave id est -a in malis. off. 3, 95 *gladium depositum insanienti* reddere -um sit, o. non reddere [*vergit ad B*]). Lvcr. 3, 827 praeteritis ... male admissis -a remordent. Ov. trist. 4, 4, 44 ut iure damus poenas, sic afuit omne -o facinus consiliumque meo (5, 11, 17 -o f. non affuit illi [*antea*: vitio]. Pont. 1, 6, 21 nec breve nec tutum -i *mei* quae sit origo, scribere; ... quidquid id est, ut non f., sic culpa vocanda est). *alia de -o illo ut causa exilii.* Sen. dial. 3, 19, 5 *vacuus ira* dimittit saepe eum cuius -um deprendit, si paenitentia facti spem bonam pollicetur. *al., e. g.* Isid. orig. 5, 27, 1 dupliciter malum appellatur: ... quod facit *homo*, -um est; quod patitur, poena. *agitur de conscientia -orum, voluntate sim.* (*cf.* consilium Ov. trist. 4, 4, 44 *supra nec non* Liv. 1, 58, 10 *p. 887, 34; exempla christiana v. p. 899, 62*): Sen. epist. 28, 9 'initium est salutis notitia -i'; egregie mihi hoc dixisse videtur Epicurus, nam qui peccare se nescit, corrigi non vult (*cf. de conscientia -i infra l. 61sqq. 894, 32 et* Ps. Sen. mon. 7 nullum magis conscium -orum tuorum timueris quam te). Gell. 7, 2, 5 (*verba obstrepentium Chrysippo*) -a ... hominum et delicta non suscensenda neque inducenda sunt ipsis voluntatibusque eorum, sed necessitati cuidam (Apvl. Plat. 2, 11 non ... ea -*a* suscipi voluntate [*v. Beaujeu ad l.*]). 7, 2, 10 (*verba Chrysippi*) ut mala ingenia -is et erroribus non vacent (*antea*: delicta et ... errores).

b *agitur apud iudices* (*de usu non certo, non technico cf. Wenger, Quellen des röm. Rechts, 1953, 303. Roberti, 'delictum' e 'peccatum' nelle fonti romane e cristiane, Studi ... in onore di Carlo Calisse 1, 1939, 161sqq.; exempla post* Liv. *selecta*): Rhet. Her. 2, 3, 5 ut ad eam causam -i, quam paulo ante exposuerit *accusator*, vita hominis possit adcommodari ...: si dicet pecuniae causa fecisse, ostendat eum ... avarum fuisse ...; ita poterit animi vitium cum c. ⟨-i conglutinare⟩ ([*postea*: vitiis ... flagitia ... maleficium]. 2, 17, 26 cum a nobis crimen removere volemus, aut in rem aut in hominem nostri -i c. conferemus. Cic. inv. 2, 32). 2, 5, 8 magnitudine periculi, non conscientia -i se commotum esse dicet *reus* (Cic. Verr. II 2, 189 illum in iure metu c.que -i mutum ... relinquo. dom. 95. *al.; cf.* Rhet. Her. 2, 19, 29 nocens, conscius sui -i [Cic. Sest. 99]. *ad rem v. Wilhelm-Hooijbergh, op. cit. 33–37*). *al.* Cic. Verr. II 1, 144 eius modi fore hoc -um tuum, quod tu neque negare posses, – in tabulas enim legem rettulisti, – neque cum defensione aliqua confiteri. *al.* Liv. 1, 58, 10 *v. p. 887, 34. al.* Fest. p. 174 noxa -um, aut pro -o poenam ...; cum lex iubet noxae dedere, pro -o dedi iubet. Qvint. decl. 339, 5 quod -a singulorum videantur habere leges suas; homicidium fecit aliquis, sacrilegium, iniuriam, ceteraque his similia: suo iure punitur. Vlp. dig. 21, 1, 17, 1 (*e Cael. Sab.*) fugitivum esse ..., qui ea mente discedat, ne ad dominum redeat, tametsi mutato consilio ad eum revertatur: ⌞nemo enim tali -o⌟, inquit, ⌞paenitentia sua nocens esse desinit⌟ (⌞ ⌟ *item* 47, 2, 66). Pavl. dig. 47, 10, 18 pr. -a ... nocentium nota esse et oportere et expedire. Mod. dig. 44, 7, 52 pr. obligamur ... aut necessitate aut ex -o. *ibid.* 8 ex -o obligamur, cum in facto quaestionis summa constitit. Cod. Theod. 8, 4, 15 pro qualitate -i sententia proferetur ([*postea*: scelera ... crimina]. 9, 40, 10. Cod. Iust. 11, 53, 1, 1 [*a. 371*]). 9, 28, 1 quoniam nec condigna crimini ultio est nec par poena -i (*postea*: flagitiis ... nefas). *al.*

c *respicitur dogma Stoicorum q. e.* 'omnia -a paria' *sim.* (*cf. Zeno, Stoic. Vet. Fragm. I n. 224 ἴσα ... τὰ ἁμαρτήματα*): Cic. Mur. 61 omnia -a esse p.; omne delictum scelus esse nefarium *eqs.* (*affertur sententia Zenonis cum ironia; cf. ibid. 62* [*Cic. Catonem varia facta censentem effingit*] leve delictum est: 'omnia -a sunt p.'). parad. 20 (*fusius de doctrina Stoicorum*) aequalia (*seq.* paria ... vitia. 22 quoniam pares virtutes sunt, recte facta quando a virtutibus proficiscuntur, paria esse debent, itemque -a, quoniam ex vitiis manant, sint aequalia necesse est). fin. 4, 74 sqq. (*in controversia de doctrina Stoicorum*). *al.* Hor. sat. 1, 3, 96 quis p. esse fere placuit -a, laborant cum ventum ad verum est (*v.* Porph. *ad l. nec non ad* 1, 3, 76 *Stoici* dicunt -a omnia p. esse et similia, et animum spectandum peccantis, non quantitatem rei, in qua peccatum est). Plin. epist. 8, 2, 2 si p. -a, pares etiam laudes. Cypr. epist. 55, 16 Lact. inst. 3, 23, 8 Ambr. paenit. 1, 2, 5 Avg. epist. 104, 13. 167, 4 de parilitate -orum soli Stoici ausi sunt disputare contra omnem sensum generis humani. c. mend. 15, 31 dicantur ... alia magna, alia parva esse -a, quia verum est nec auscultandum Stoicis, qui omnia p. esse contendunt. *al.*

2 *peccatur in rebus bellicis aut civilibus, sc. publicis* (*aliter, sc. de errore ducis* Liv. *sub B 1; indicatur delictum per gen.* Mod. dig. 49, 16, 3, 7): Plavt. Amph. 257 in castra ex urbe ad nos veniunt flentes principes *Teleboum*, velatis manibus orant, ignoscamus -um suum (Bell. Afr. 31, 5 pulsis perterritisque et concessam vitam et ignota -a *esse*). Cic. leg. 3, 23 consulatus vituperari potest, si consulum, quos enumerare nolo, -a collegeris (*antea*: vitia ... tribunatus). Att. 8, 13, 2 *Pompeium*, quo antea confidebant, metuunt *municipales homines* ...; id quantis nostris -is vitiisque ⟨e⟩venerit, non possum sine molestia cogitare. *al.* Hirt. Gall. 8, 22, 2 causam -i (*i. belli concitati*) facillime mortuis delegari. Bell. Afr. 28, 3 propter conscientiam -orum suorum. Liv. 3, 67, 5 nemo ... sit, qui vestra puniat -a, Quirites (*sc. discordiam ordinum*); vosmet tantum eorum paeniteat. *al.* Vitr. 1, 1, 5 poena -i Caryatium (*sc. proditionis earum*). *al., e. g.* Mod. dig. 49, 16, 3, 7 -um desertionis subibit (*antea*: delicti). *peccando in Iovem*: Verg. Aen. 10, 32 (*Venus Iovi*:) si sine pace tua ... Troes Italiam petiere, luant -a (Serv.: dicimus ... et 'luo poenam' et 'luo -um', nam -um solvitur poena).

3 *peccatur in amore vel adulterio*: Ter. Phorm. 958 vides -um tuom esse elatum foras neque iam id celare posse te uxorem tuam. Ad. 687 virginem vitiasti ...; id -um primum sane magnum, at humanum tamen. *al.* Prop. 2, 19, 10 *rure* te nulli poterunt corrumpere ludi fanaque, -is plurima causa tuis. Ov. am. 2, 7, 11 -i vellem mihi conscius essem (*antea*: culpo *et* crimen). *al.* Firm. math. 6, 26, 6 mariti errantis -a. Evgraph. Ter. Andr. 896 (*v. p. 887, 53*) ⟨si⟩ id -um est: quaeritur enim, an amor crimen sit. Hec. 663 (censen te posse reperire ullam mulierem, quae careat culpa? an quia non delincunt viri?) mulierem nullam esse in -o? ... quia viri non peccant? *al.*

B *potius cum respectu erroris, imprudentiae sim.* (*certiora tantum*): **1** *peccatur contra regulas artis*: Ter. Eun. 27 parasiti personam inde, *sc. e Colace Naevii Plautique*, ablatam et militis; si id est -um, peccatum imprudentiast poetae, non quo furtum facere studuerit (*34* scisse sese ... pernegat. *nomen et participium distinximus cum* Don., *duo participia intellegit Fabia, comm. 1895, ad l.*). Cic. inv. 1, 12 generi *orationis* Hermagoras partes quattuor subposuit ...; quod eius ... non mediocre -um reprehendendum videtur. de orat. 1, 124 oratoris -um si quod est animum adversum, stultitiae -um videtur (*antea*: minus bene fecerunt. *item in oratione*: 2, 339 orationis -o aliquo ..., si aspere, si adroganter, si turpiter ... dictum esse aliquid videtur). Att. 7, 3, 10. *al.* Varro ling. 9, 10 cum duo -i genera sint in declinatione, unum *eqs.* (*in eadem* 10, 60). Hor. ars 266 an omnis visuros -a putem mea, tutus et intra spem veniae cautus? (*postea*: culpam). Ov. ars 2, 173 vestri -a magistri effugite (*sc. artis amatoriae; postea*: culpae). Liv. 23, 18, 13 *ut* maius ... id -um ducis apud peritos artium militarium haberetur, quam quod *eqs.* (*postea*: error. *ad artem milit. fortasse spectant quaedam sub A 2 allata*). Sen. epist. 97, 10 omnium aliarum artium -a artificibus pudori sunt offenduntque deerrantem, vitae -a delectant. *al., e. g.* Cael. Avr. chron. 1, 1, 50 -is indulgendum methodicorum (*postea*: Asclepiadis erroribus). **2** *peccatur vario modo* (*fortasse huc trahere mavis -a adulescentium, v. sub A 1 a*): Cic. Tusc. 3, 47 *Epicurus ait* summam ... voluptatem ⟨esse⟩ nihil dolere; paucis verbis tria magna -a: unum, quod secum ipse pugnat, *eqs.* (*nisi ad 1 trahendum*). off. 1, 91 tales ... nos esse putamus, ut iure laudemur; ex quo nascuntur innumerabilia -a, cum homines inflati opinionibus turpiter irridentur et in maximis versantur erroribus (*iuxta* error *ut*: Sen. clem. 1, 7, 1 expedit ... habere inexorabilia -is atque e. numina? [*fortasse per distinctionem ut*: Gell. 7, 2, 10 *p. 893, 50.*

[Keudel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

AMM. 27, 9, 4. *al.*]. *cf.* CIC. fam. 5, 20, 8 non mei errati, sed tui; ... -um ... fratris tui et Tulli [*distinguitur* AMM. 19, 12, 9 nec -um ... nec e.]). SALL. Catil. 52, 35 (*loq. Cato*) si mehercule -o locus esset, facile paterer vos ipsa re corrigi. OV. fast. 2, 522 usibus admoniti *veteres* flammis torrenda dederunt *farra* multaque -o damna tulere suo. *al.*

C *appendicula ad A et B*: **1** *formae confessionis* (*cf.* pecco *sub IA 3*): PLAVT. Pseud. 497 numquid ... peccatum est? ... :: -a mea sunt (*sed 460* innocentem ..., innoxium). CIC. ad Q. fr. 1, 1, 3, quod ... -um meum esse confiteor. HOR. sat. 2, 4, 4 -um (*vix partic.*) fateor, cum te sic tempore laevo interpellarim; sed des veniam bonus, oro. OV. trist. 2, 315 nil nisi -um manifestaque culpa fatenda est: paenitet ingenii iudiciique mei. *in sententia*: Ps. SEN. mon. 93 proximum ab innocentia locum tenet -i verecunda confessio. **2** *adi. quaedam gradum -orum vel magnitudinem indicantia* (*exempla christiana v. p. 897, 9*): TER. Andr. 903 -o magno (Ad. 687. 773 maximo [RHET. Her. 2, 25, 39 CIC. Verr. II 3, 176]. RHET. Her. 2, 15, 22 CIC. S. Rosc. 53. *al.* HOR. sat. 1, 3, 84 LIV. 23, 18, 13. *al.*). TVRPIL. com. 90 pausillum. RHET. Her. 2, 19, 29 minima (CIC. Phil. 2, 51 minoribus. TAC. Agr. 19, 3 parvis [PORPH. Hor. sat. 1, 3, 122]). CIC. inv. 1, 12 non mediocre (de orat. 2, 305). S. Rosc. 62 levioribus (Verr. II 1, 69 parad. 26 PORPH. Hor. sat. 1, 3, 119). *al.*

II *usu christiano* (*hebraeo*). *gr. maxime respondet ἁμάρτημα aut ἁμαρτία* (*quae non adnotavimus*), *ad quas voces nec non ad hebr. respondentes v. Theol. Wb. NT I 267sqq.; de syn. vel iuxta pos. v. praeter A 2 infra e. g. Wilhelm-Hooijbergh, op. cit. 92sqq. (imprimis p. 96* culpa, *quae vox gradatim substituitur per* -um, *cf. l. 30), Blaise, Vocab. lat. princ. thèmes lit. 549sqq.; praevalet* delictum *apud* TERT. *et in textibus sacr. script. ab eo allatis* (*cf. etiam* delinquentia; *nomen autem agentis sollemne est* peccator *iam inde a* TERT. [*part.* delinquens *pro subst. raro invenitur*]), *sed post* CYPR. *praefertur* -um, *quae vox longe praevalet in* VVLG. (*ca. 650 locis; minus frequens* iniquitas [*ca. 600*], *multo minus* delictum [*ca. 120*], culpa [*11*]); *ex exemplis Augustini, quorum habet plus quam 13000* (*sc. cum locis e sacr. script. allatis*) *collectio operis q. d. Augustinus-Lexikon, non attulimus nisi paucissima. in titulis librorum, sc. codicum testimonio notis*: Ps. PACIAN. de similitudine carnis -i. AVG. pecc. mer. (*cf.* retract. 2, 33, 1 scripsi ... tres libros, quorum titulus est 'de -orum meritis et remissione'). pecc. orig. (*cf.* retract. 2, 50 scripsi duos libros adversus eos, unum de gratia Christi, alterum de -o originali. *titulum utrumque in unum contraxerunt et pars codd. et* retract. 2, 50 tit.). FVLG. RVSP. rem. pecc. (*cf.* VITA Fulg. Rusp. p. 119 tunc ... de remissione -orum consulenti Euthymio ... duobus libellis ... respondit).

A *definitiones, explicationes, distinctiones sim.*: **1** *definitur, explicatur* (*notabiliora; de metonymiis v. sub B 2*): TERT. paenit. 2, 13 -um nisi malum factum dici non meretur nec quisquam benefaciendo delinquit. 3, 2 id -o deputandum, a quo deus arceat. AMBR. parad. 8, 39 non ... consisteret -um, si interdictio non fuisset; non consistente autem -o non solum malitia, sed etiam virtus fortasse non esset; ... quid est enim -um nisi praevaricatio legis divinae et caelestium inoboedientia praeceptorum? (*cf.* AVG. civ. 15, 20 p. 103, 9 transgressionem legis ac per hoc -um. *sim.* serm. 51, 34 *ubi addit*: intellegitur -um esse transgressio, cum aliquid amplius homo appetens iustitiae regulam excedit. *sim. al.*). HIER. in Dan. 6, 4 l. 273 *ἁμαρτίαι*, id est -a. epist. 121, 8, 17 habitans in ... carne -um (*cf.* VVLG. Rom. 7, 17), hoc est incentiva corporis et desideria voluptatis, quae ... insita est humanis corporibus et, si fines fuerit egressa, vertitur in -um. hom. Orig. in Ezech. 2, 3 p. 344, 17 duo -a sunt, unum cordis et alterum spiritus, *eqs.* RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 239, 31 triplicem formam ... -orum; omne enim -um aut in facto aut in verbo aut in consensu mentis admittitur (*cf.* AVG. c. Faust. 22, 27 -um est factum vel dictum vel concupitum aliquid contra aeternam legem. *sim. saepius, cf. p. 890, 5*). Orig. in Rom. 9, 2 p. 1210[A] eruditi viri utuntur hac definitione, ut naturam vel causam -i in eo ponant, si aut addatur aliquid virtutibus aut minuatur. AVG. de duab. anim. 15 -um est voluntas retinendi vel consequendi, quod iustitia vetat et unde liberum est abstinere (*quae fusius explicantur. cf. de libero arbitrio*: epist. 118, 15 primum ... -um, hoc est primum voluntarium defectum. lib. arb. 3, 183 illud quod ignorans quisque non recte facit et quod recte volens facere non potest, ideo dicuntur -a, quia de -o illo liberae voluntatis originem ducunt, *eqs.; al., v. etiam infra*). OP. imperf. in Matth. 15 p. 718 sapientes omne -um libidinem vocant, quia omne -um cum delectatione committimus. *al.* *in disceptatione Pelagianorum* (*qui contendunt hominem posse non peccare*): CAELEST. Aug. perf. iust. 2, 1 *quaerendum*, quid sit quodcumque -um: quod vitari potest an quod vitari non potest *eqs.* 2, 2 quaerendum est ..., -um voluntatis an necessitatis est *eqs.* 2, 3 quid est -um, naturale an accidens *eqs.* (*de -is naturalibus v. e. g.* AVG. gen. ad litt. imperf. p. 460, 20). 2, 4 quid est -um, actus an res *eqs.* (*respondet* AVG. *ibid.* -um quidem actum dici et esse, non rem; sed etiam in corpore claudicatio eadem ratione actus est, non res, quoniam res pes ipse *eqs. cf.* MANICH. Aug. c. Iulian. op. imperf. 3, 187, 4 omne -um extra corpus est, quia actuale est. PELAG. Aug. nat. et grat. 19, 21 quid sit -um, substantia aliqua an omnino substantia carens nomen, quo non res ..., sed perperam facti actus exprimitur). *al.*

2 *distinguuntur vel comparantur voces affines* (*pauca selecta; v. p. 895, 23sq.*): **a** iniquitas: VET. LAT. I Ioh. 3, 4 (Ambr. apol. Dav. I 13, 62 = VVLG.) omnis qui facit -um, et iniquitatem facit, et -um est iniquitas (*gr. resp. bis ἁμαρτία et ἀνομία. AMBR. loco cit.*: -um est iniquitas, quia in -o ipso i. est; tamen, ut nobis videtur, -um opus est iniquitatis, i. autem operatrix culpae atque delicti). *cetera v. vol. VII 1, 1638, 18sqq., ubi addas*: GREG. M. moral. 11, 57 quamvis inter i. atque -um nihil distare perhibeat Ioannes (*v. l. 6*) ..., ipso tamen usu loquendi plus i. quam -um sonat et omnis se homo libere peccatorem fatetur, iniquum vero dicere nonnumquam erubescit; inter scelera vero et delicta hoc distat quod scelus etiam pondus -i transit, delictum vero pondus -i non transit, quia *eqs. al.* **b** debitum (aes *sc. alienum l. 23*): VET. LAT. Matth. 6, 12 (cod. 12, *sim.* Optat. 2, 20) remitte nobis debita et -a nostra (*gr. ὀφειλήματα, aliae vers. et Vulg.* debita *tantum, item* Luc. 11, 4. *sed* Optat. 7, 2 p. 168, 19 -a *tantum, cf.* HIL. in Matth. 4, 19). CYPR. domin. orat. 22 pro -is nostris precamur dicentes: 'et remitte nobis d. nostra'. *ibid.* -a ..., quae d. dominus appellat (*postea*: debitis et -is). AMBR. sacr. 5, 4, 27 d. quid est nisi -um? ergo si non accepisses alieni fenoris pecuniam, non egeres, et ideo -um tibi inputatur (*eadem imagine*: exc. Sat. 2, 34 nobis vitam hanc quasi fenebrem pecuniam usurario quodam cumulo gravescentem onerari in dies -orum aere sentimus). CASSIAN. conl. 23, 18, 1 immunem a debitis -orum. PROSP. in psalm. 108, 15 l. 126 debiti, id est -i. GREG. M. moral. 16, 6 l. 16 -a quippe d. vocamus. **c** delictum: *v. vol. V 1, 460, 51sq. et 57sqq., fusius* AVG. quaest. hept. 3, 20, 2 (*ad* lev. 7, 7) -um est perpetratio mali, d. autem desertio boni. 3, 20, 3 potest etiam videri illud esse d., quod inprudenter, id est ignoranter, illud -um, quod ab sciente committitur ...; sive illa sive ista sive aliqua alia differentia sit -i et d., nisi aliqua esset, non scriptura ita loqueretur, ut diceret 'quomodo quod pro -o ita et quod pro d., lex una est eorum.' 3, 20, 4 indifferenter autem plerumque dicuntur, ut et -um nomine delicti et delictum nomine -i appelletur; neque enim cum dicitur in baptismo fieri remissio -orum, non fit etiam delictorum; nec tamen utrumque dicitur, quia in illo nomine utrumque intellegitur; *eqs.*
d *alia*: AVG. enchir. 17, 64 neque ... quia -um est omne crimen, ideo crimen est etiam omne -um (*sim.* GREG. M. moral. 21, 19, *qui addit*: in hac vita multi sine crimine, nullus vero vivere sine -is valet. *ceterum*: AVG. c. Pelag. 1, 14, 28 non solum -a, verum etiam c. nuncupantur; ... multi ... baptizati fideles sunt sine crimine, sine -o autem in hac vita neminem dixerim. *al., v. etiam infra*). quaest. hept. 3, 87 (*ad* lev. 24, 15) quasi aliud sit maledicere deum suum, aliud nominare nomen domini atque illud sit -um, hoc autem tantum nefas, ut etiam morte sit dignum; ... quid ergo distat inter illud -um et hoc tanti sceleris crimen? CAES. AREL. epist. de hum. 7 si laicus homo ... superbiam habet, -um est, monachus vero si habuerit, sacrilegium est. *al.*

B *exempla potiora selecta*: **1** *usu sollemni de eo quod fit peccando* (*omisimus exempla ad -i poenam [praeter 2b] vel satisfactionem spectantia, quae v. sub vocibus his et similibus; praeterimus usum singularem de immunditia puerperae* VET. LAT. lev. 12, 6 [Rufin. Orig. in lev. 8, 4, *sim.* VVLG.]). *respicitur delictum contra deum, leges dei, ecclesiae sim. (etiam tum, cum iuxta ponitur* error *vel* erratum, *sc. eiusdem fere respectus ac -um, ut e. g.* CYPR. epist. 71, 2 AVG. catech. rud. 14, 11, *aut cum dicitur de* -is fortuitis, *v. p. 899, 64*, inprudenter *factis sim., v. p. 899, 66); peccatur a homine vel eius ore, lingua sim.* (*e. g.* VVLG. prov. 12, 13. *al.* REGVLA mag. 11, 30. 50, 24), *in hominem e. g.* CYPR. patient. 16 *et p. 900, 22sq.* *iuncturas verbales v. e. g.* -a committere *vol. III 1911, 81sqq.*, -a peccare *supra p. 890, 61sqq.*; -a habere *e. g.* VET. LAT. Ioh. 15, 22 (cod. 2 *al.* = VVLG.). CYPR. epist. 58, 6 PELAG. in I Cor. 10, 23 AVG. epist. 185, 49. in Gal. 48, 5 aliud est ... non peccare, aliud non habere -um; nam in quo -um non regnat, non peccat, id est qui non oboedit desideriis eius; in quo autem non existunt omnino ista desideria, non solum non peccat, sed etiam non habet -um. in -is, sub -o esse *v. infra l. 74sqq.*

a *pauca selecta ad vim et usum illustrandum*: *a varia*: VET. LAT. gen. 8, 21 (Ambr. Noe 22, 81) *dominus ad Noe post diluvium*: non adiciam ... maledicere terrae propter -a hominum (*gr. ἔργα, Vulg. aliter*). num. 14, 18 (cod. 100, *sim.* VVLG.) *dominus* reddens -a patrum in filios usque in tertiam et quartam progeniem. psalm. 31, 1 sq. (Tert. scorp. 6) beati quorum dimissae sunt iniquitates (*item* VVLG., *gr. ἀνομίαι*) et quorum tecta sunt -a (*item* VVLG., *gr. ἁμαρτίαι*); beatus cui non inputaverit deus delictum (*gr. ἁμαρτίαν*, VVLG. -um, *Hier. psalt. sec. Hebr.* iniquitatem; *de differentia vocum v.* CASSIOD. *ad l.*). Is. 59, 2 (Cypr. Demetr. 11) -a vestra inter vos et deum separant (*Vulg.* iniquitates. *inde sim.* AVG. civ. 10, 22 p. 436, 2). Ioh. 9, 34 (cod. 10 = VVLG.) in -is natus es totus (*cf.* in -is esse: FIRMIL. Cypr. epist. 75, 23 OPTAT. 2, 9 AVG. civ. 20, 6 *v. p. 899, 69. al.*). Rom. 3, 9

[Keudel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(cod. 75 = VVLG.) Iudaeos et Graecos omnes sub -o esse (7, 14 *ibid.* Gal. 3, 22 *ibid.* AMBR. fid. 5, 12. *al.* HIER. epist. 121, 8, 12. *al.*). *al. imagines quaedam (non damus nisi singula exempla)*; -i *vel* -orum: fascis HIER. epist. 60, 14, 3, flamma AVG. catech. rud. 14, 12, labes AVG. de serm. dom. 1, 22, 74, nectar PRVD. ham. 153, pestis AVG. civ. 10, 27 p. 444, 27, sordes AVG. trin. 4, 18 (*etiam* CE 311, 1. 770, 2), tenebrae MAX. TAVR. 29, 1, venenum FVLG. myth. 3, 1, vinculum AVG. civ. 13, 3 p. 560, 14, vulnera NICET. psalm. 5 l. 6.

β de gradu -orum vel magnitudine, specie, differentia sim. (de -is voluntariis v. p. 899, 64, mortalibus p. 898, 4, aliis sub dy, cf. p. 895, 13sqq.): VET. LAT. gen. 4, 13 (*v. p. 898, 68*) maius est -um (*et saepe in script. sacr. et eccles., e. g.* HIER. *l. 25sqq.*). TERT. paenit. 3, 4 ne quis pro diversitate materiarum, *i. corporis et spiritus*, -a earum discernat, ut alterum altero levius aut gravius existimet (*v. vol. VII 2, 1213, 2sq., adde e. g.* LACT. inst. 5, 19, 32 l. communique -o. AVG. symb. 7, 15 -*a* l., sine quibus esse non possumus). CYPR. epist. 16, 2 cum in minoribus -is agant peccatores paenitentiam iusto tempore, ... ad communicationem admittuntur (HIER. in Ier. 3, 21, 2 AVG. civ. 1, 9 p. 14, 19. *al., e. g. l. 24*). 64, 5 graviora (*v. vol. VI 2294, 35sqq., adde e. g.* TERT. *supra.* HIL. in Matth. 12, 22 AMBR. myst. 3, 10 paenit. 1, 3, 10. *al.* HIER. in Ier. 1, 30, 2. *al.*). AMBR. paenit. 1, 3, 10 qui distinctionem -orum facitis, quae solvenda a vobis putetis et quae sine remedio esse arbitremini; sed deus distinctionem non facit. HIER. hom. Orig. in Ezech. 9, 2 p. 408, 17 sqq. quia inaequalia sint -a, scripturis docentibus nulli dubium est; alia quippe magna, alia minora ab his esse dicuntur; ... omnium -orum esse maius sive fornicationem sive immunditiam sive quodcumque libidinis inquinamentum; ... quod ergo -um maius omnibus -is? utique illud, propter quod et diabolus corruit; *eqs.* p. 409, 4 sq. superbia -is omnibus maior est et ipsius diaboli principale -um. *al.* AVG. civ. 1, 9 p. 15, 3 -is eorum damnabilibus ..., suis licet levibus et venialibus (symb. 7, 15 v., sine quibus vita ista non est. *al.*). 21, 16 p. 520, 1 damnabilia (*v. supra et vol. V 1, 9, 38sq.*). c. Faust. 22, 47 alia ... sunt -a contra naturam, alia contra mores, alia contra praecepta. *al.*

γ nullus homo sine -o (excipitur Christus l. 47sqq.; de Pelagianis contendentibus hominem sine -o esse posse v. sub A 1): VET. LAT. prov. 20, 9 (Cypr. eleem. 3, *sim.* VVLG.) quis gloriabitur mundum se esse a -is? I Ioh. 1, 8 (*ibid.*) si dixerimus quia -um non habemus, nos ipsos decipimus (*addit* CYPR. *ipse*: si autem nemo esse sine -o potest et quisque se inculpatum dixerit aut superbus aut stultus est, quam necessaria, quam benigna est divina clementia, *eqs.*). AMBR. paenit. 1, 3, 13 omnes homines sub -o nascimur, quorum ipse ortus in vitio est. sacr. 3, 2, 13 nullus ... homo sine -o. HIER. epist. 121, 8, 12 *secundum naturalem legem* omnis mundus sub -o et universi homines praevaricatores legis sunt. hom. Orig. in Luc. 2 p. 12, 17 absque -o esse in scripturis dupliciter intellegatur, ut sit alterum nunquam omnino peccasse, alterum peccare desisse; *eqs.* AVG. civ. 14, 9 p. 23, 30 sine -o ... qui se vivere existimat, non id agit, ut -um non habeat, sed ut veniam non accipiat. symb. 7, 15 *v. supra sub β. al.* *sine -o solus Christus*: VET. LAT. II Cor. 5, 21 (cod. 75 = VVLG.) *Christus* non noverat -um. Hebr. 4, 15 (cod. 75) sine -o ([VVLG. absque]. TERT. anim. 41, 3 solus homo s. -o Christus. carn. 16 l. 24 CYPR. domin. orat. 29 PELAG. in Eph. 2, 5. *et saepius*). *al.* CYPR. epist. 58, 6 -um suum proprium non habens. AMBR. paenit. 1, 8, 39. *al.*

δ de carne -i, lege -i sim. (de -o originali v. sub ε): Ⓘ corpus -i, caro -i, -um carnis *sim.*: VET. LAT. Rom. 6, 6 (cod. 75, *sim.* VVLG.) vetus noster homo simul *cum Christo* cruci confixus est, ut destruatur corpus -i. 8, 3 (*ibid.*) deus filium suum mittens in similitudinem carnis -i et de -o damnabit -um in carne[m] ([delinquentiae *Tert. resurr. 46, 11*]. *inde e. g.* TERT. carn. 16 l. 12 non carnem -i, ... sed -um carnis, non materiam, sed naturam, nec substantiam, sed culpam. adv. Marc. 5, 14 p. 622, 15 sqq. [*fusius, imprimis* 623, 2]. IREN. 4, 2, 7. HIL. trin. 10, 25 sq. similitudo c. -i a vitiis humanae passionis aliena est. Ps. PACIAN. sim. carn. p. 114, 18 sqq. [*et passim*]. AMBR. paenit. 1, 3, 12 sqq. *et saepius*). TERT. carn. 16 l. 13 -um carnis (*v. supra.* CYPR. mortal. 7 *post mortem* nullis -is et vitiis carnis obnoxium fieri. LACT. inst. 6, 13, 10 AMBR. paenit. 1, 13, 63. *al.*). IREN. 5, 14, 2 (*ad Col. 1, 21sq.*) iusta caro reconciliavit eam carnem, quae in -o detinebatur. CYPR. zel. 14 vitia et carnalia -a (*ibid.* hominis antiqui -a c. AMBR. myst. 3, 11 VEREC. in cant. 9, 16). *al.* Ⓘⓘ *de lege -i sim.*: VET. LAT. Rom. 5, 13 (cod. 75, *sim.* VVLG.) usque ad legem ... -um in hoc mundo, -um autem non inputatur, cum lex non est; *eqs.* 7, 7 (*ibid.*) lex -um est? absit; sed -um (*Tert. adv. Marc. 5, 13 p. 622, 3* delictum) non cognovi nisi per legem; *eqs.* 7, 23 (*ibid.*) lege -i, quod (quae *Vulg.*) est in membris meis (7, 25 [*ibid.*] lege dei ..., l. -i. 8, 2 [*ibid.*] -i et mortis. HIL. trin. 9, 7. AMBR. paenit. 1, 13, 61 captivus in l. -i. HIER. epist. 22, 5, 1. 121, 8, 14. AVG. in Rom. 38, 7 legem ... -i dicit ex transgressione Adae conditionem mortalem. *al.*). I Cor. 15, 56 (*ibid.*) aculeus ... mortis -um, virtus autem -i lex (*ad ea fusius* GAVDENT. serm. 10, 17 sqq.). TERT. adv. Marc. 5, 13 p. 622, 5 non ... lex seduxit, sed -um per praecepti occasionem. AVG. spir. et litt. 30, 52 *non* lex inpletur nisi libero arbitrio; sed per legem cognitio -i, *eqs.* (*sec.* Rom. 3, 20). *al.*

ε -a maxima quaedam: Ⓘ *-um mortiferum sim.*: Ⓐ *varia selecta*: VET. LAT. num. 18, 22 (cod. 100, *sim.* VVLG.) non accedent iam fili Istrahel in tabernacula testimonii accipere -um mortiferum (AVG. in euang. Ioh. 26, 11 OP. imperf. in Matth. 3 p. 651. *al.*). OPTAT. 7, 1 p. 165, 6 capitale ... -um (*al., v. vol. III 345, 22sqq.; cf.* RVFIN. Orig. in lev. 8, 11 p. 414, 8 capitis). HIER. hom. Orig. in Ezech. 6, 8 p. 385, 28 mortalium -orum (*al., v. vol. VIII 1513, 80sq.*). AVG. in euang. Ioh. 12, 14 illis letalibus et grandibus -is, qualia sunt facinora, homicidia, furta, adulteria (*al., v. vol. VII 2, 1184, 49*). *al.* Ⓑ -um ad mortem: VET. LAT. I Ioh. 5, 16 sq. (Aug. spec. 47, *sim.* VVLG.; *cf.* Ambr. paenit. 1, 10, 45) qui scit fratrem suum peccare -um non ad m., petet, et dabit ei vitam, peccantibus non ad m.; est -um ad m.: non pro illo dico, ut roget. omnis iniquitas -um est, et est -um non ad m. (*gr. ἁμαρτία πρὸς θάνατον, Tert. pudic. 19 p. 265, 32* delictum). *addimus exempla auctorum pauca selecta*: AMBR. paenit. 2, 3, 17 (*ad Luc. 15, 21* -vi ... in caelum et coram te) in caelum ... vel in animam suam, quod est -um ad m. RVFIN. Orig. in exod. 10, 3 p. 249, 21 quae ... sint species -orum ad m., quae vero non ad m., sed ad damnum, non puto facile a quoquam hominum posse discerni. AVG. corrept. 35 *-um ad m.* id esse -um, fidem, quae per dilectionem operatur, deserere usque ad mortem (*cf.* GREG. M. moral. 16, 82 est -um usque ad m., quia scilicet -um quod hic non corrigitur, eius venia frustra postulatur). de serm. dom. 1, 22, 73 -um ... fratris ad m. puto esse, cum post agnitionem dei ... quisque obpugnat fraternitatem et adversus ipsam gratiam ... invidentiae facibus agitatur; -um autem non ad m., si quisquam non amorem a fratre alienaverit, sed *eqs.* *al.*

ⓘⓘ *-um originale* (*subiunximus -um ipsorum protoplastorum, quod discernere saepius difficile est; -um originale ut homini innatum intellegi non ante Augustinum contendit Gross, Entstehungsgeschichte des Erbsündendogmas, 1960; de controversia Pelagianorum v. ibid. 275sqq.; attulimus paucissima selecta, cf. p. 889, 10sqq., fortasse etiam quaedam supra sub γ allata et p. 899, 10*): VET. LAT. Sirach 25, 33 a muliere initium factum est -i et per illam omnes morimur. Rom. 5, 12 *v. p. 889, 27.* TERT. adv. Marc. 2, 25 p. 369, 30 conscientia -i delitescentem *Adam.* IREN. 5, 19, 1 protoplasti -um. CYPR. patient. 5 similitudo divina quam -o Adam perdiderat. FILASTR. 156, 9 post -um *Adae* (*al., e. g.* AVG. civ. 13, 23 p. 592, 8). AMBR. myst. 7, 32 *Petrus* habebat ... primi hominis de successione -um. AMBROSIAST. in Rom. 8, 3 rec. *β et γ* ante -um *Adae* (*et saepe, e. g.* AVG. civ. 11, 12 p. 479, 1). HIER. epist. 39, 4, 5 in lege veteri omnes sub -i Adam tenebantur elogio. AVG. civ. 16, 27 p. 170, 5 originale -um, quo primum dei dissipatum est testamentum (c. Pelag. 4, 11, 29 Pelagianos negantes o. -um. *et saepe, v. etiam vol. IX 2, 979, 25sqq.*). divers. quaest. 68, 3 l. 70 ex quo ... in paradiso natura nostra peccavit, ... mortali generatione formamur, et omnes una massa luti facti sumus, quod est massa -i. pecc. mer. 2, 25, 41 -um ex Adam originaliter trahi (*sim. al., v. vol. IX 2, 980, 46sqq.*). *et saepius.*

ⓘⓘⓘ *-um, quod committitur in spiritum sanctum sim.*: VET. LAT. Marc. 3, 28 sq. (Cypr. epist. 16, 2) omnia -a remittentur filiis hominum et blasphemiae; qui autem blasphemaverit spiritum sanctum, non habet remissam, sed reus est aeterni -i ([*aliae vers. et Vulg.* -a ... delicti]. *inde e. g.* CYPR. epist. 73, 19 *bis.* AVG. fid. et op. 16, 30 reum ae. -i, qui usque in finem vitae noluerit credere in Christum). IREN. 3, 11, 9 peccantes in spiritum dei in irremissibile incidunt -um (*v. vol. VII 2, 399, 40sqq.*). CYPR. epist. 74, 7 in tantum Stephani fratris nostri obstinatio dura prorupit, ut ... illic ... dicat remissionem -orum dari, ubi blasphematur in patrem et dominum deum Christum. HIL. in Matth. 5, 15 -um ... in spiritum est deo virtutis potestatem negare et Christo substantiam adimere aeternitatis. HIER. epist. 42, 2, 2 Petrus ..., cum ... dominum negavit, in filium hominis an in spiritum sanctum videtur commisisse -um? 42, 2, 3 -um in spiritum sanctum id non posse dimitti, quod habeat blasphemiam. AVG. epist. 185, 49 (*fusius*). *al.*

b *agitur de remissione (paucissima summatim)*: *α iuncturae q. s.* remittere, dimittere -um *vel* remissio (remissa) -orum (*v. etiam p. 896, 16; aliae iuncturae usitatae sunt e. g.* -a auferre, donare, ignoscere, reddere, tollere *sim.*, a -is absolvere, liberare, mundare, purgare *sim.*): *usus sacrae scripturae*: VET. LAT. gen. 4, 13 (Rufin. Orig. in Rom. 3, 6) *dixit Cain ad dominum*: maius est -um meum quam ut remittatur (*Vulg.* iniquitas). exod. 32, 31 (Aug. quaest. hept. 2, 147) *Moses ad dominum*: remittis illis *deos aureos adorantibus* -um illorum (*Vulg.* dimitte eis hanc noxam). *et saepe in versionibus veteris testamenti et maxime novi, e. g.* Marc. 2, 5 sqq. (cod. 4; *sim.* Matth. 9, 2 sqq. Luc. 5, 20 sqq.) *Iesus* ait paralytico: fili, remissa sunt (VVLG. dimittuntur) tibi -a ...; *erant quidam cogitantes* (7): quis potest dimittere -a nisi solus deus? ... *Iesus dicit illis* (10): potestatem habet filius hominis remittendi -a (VVLG. dimittendi). *praefert* dimitto VVLG., *sed subst.*

[Keudel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sollemne est remissio, *e. g.* Marc. 1,4 Iohannes praedicans baptismum paenitentiae in remissionem -orum (*item* Luc. 3, 3). *passim apud scriptores, e. g.* TERT. bapt. 10,3 neque -a dimittit neque spiritum indulget nisi solus deus (*sed antea*: remissionem delictorum [-orum *var. l.*], 11, 3 -orum remissionem). IREN. 4, 27, 2 curatio et remissio -orum mors domini fuit (*sed postea*: delictorum [-orum *var. l.*]). CYPR. epist. 64, 5 *a baptismo atque gratia* prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccavit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus contagium mortis antiquae prima nativitate contraxit, qui ad remissam -orum accipiendam hoc ipso facilius accedit, quod illi remittuntur non propria sed aliena -a. HIER. in Is. 11, 40, 2 l. 52 nec idem est solvi -a atque dimitti; cui enim dimittuntur, solutione non indiget ...; cui autem solvuntur, propterea solvuntur, quia purgata sunt et soluta per poenas. CASSIOD. in psalm. 6, 1 l. 50 septem modis -a nobis dimitti posse ...: primo per baptismum, secundo per passionem martyrii, tertio per eleemosynam, quarto per hoc quod remittimus -a fratribus nostris, quinto cum converterit quis peccatorem ab errore viae suae, sexto per abundantiam caritatis, septimo per paenitentiam; ... inveniuntur et alii fortasse modi remissionum, *eqs.* *et saepissime.* *β Christus salvat a -is* (*v. etiam* IREN. 4, 27, 2 *supra*): VET. LAT. Matth. 1, 21 (cod. 4 = VVLG.) ipse ... salvum faciet populum suum a -is eorum (*cf.* I Ioh. 1, 7 [Aug. spec. 47, *sim.* VVLG.] sanguis *eius* ... mundat nos ab omni -o [*1, 9* iniquitate]). Ioh. 1, 29 (cod. 4, *sim.* VVLG.) ecce agnus dei, ecce qui tollit -um mundi (*hinc* SEDVL. hymn. 2, 43. INSCR. christ. Diehl 2436 -um seculi. *al.*). I Cor. 15, 3 (cod. 75 *al.* = VVLG.) Christus mortuus est pro -is nostris secundum scripturas. I Ioh. 3, 5 (Aug. spec. 47, *sim.* VVLG.) ille apparuit, ut -a nostra tolleret, et -um in eo non est. *al. in novo test. et passim apud ecclesiasticos.* *γ remittuntur -a per apostolos, sacerdotes sim.*: VET. LAT. Ioh. 20, 23 (Cypr. epist. 69, 11 *al., sim.* VVLG.) *dominus discipulis*: accipite spiritum sanctum; si cuius remiseritis -a, remittentur illi, si cuius tenueritis, tenebuntur (*ad quae* CYPR.: eum solum posse baptizare et remissionem -orum dare, qui habeat spiritum sanctum. *cf.* AVG. serm. 71, 33 *infra*). CYPR. epist. 69, 7 remissionem -orum non dari nisi per sanctam ecclesiam posse (73, 7 n. n. in e. praepositis et euangelica lege ac dominica ordinatione fundatis licere baptizare et remissam -orum dare. *cf.* AVG. serm. 71, 28 praeter e. non dimittuntur. 71, 33 in illa e. tantummodo ..., quae habet spiritum sanctum. *sim. al.*). AMBR. paenit. 1, 7, 33 hoc inprobe, quod etiam in ecclesia donari -a negant posse, *eqs.* 1, 8, 36 cur baptizatis, si per hominem -a dimitti non licet? AVG. symb. 8, 16 tribus modis dimittuntur -a in ecclesia: in baptismate, in oratione, in humilitate maiore paenitentiae; tamen *eqs.* *al.* *δ delentur -a per paenitentiam*: VET. LAT. sap. 11, 24 dissimulas -a hominum propter paenitentiam. act. 3, 19 (Iren. 3, 12, 3, *sim.* VVLG.) paenitentiam ... agite et convertimini, uti deleantur -a vestra (*cf.* AVG. civ. 21, 24 p. 533, 26 ut ipsa hominum -a paenitendo destruantur). TERT. paenit. 2, 12 si -is solummodo adhibeatur *paenitentia* (*3, 1* delicto). CYPR. patient. 4 tunc repraesentatur poena impio et peccatori, quando iam non potest paenitentia prodesse -i ([-is, peccanti *var. ll.*]. *item cum gen.* -i, -orum: AVG. gen. c. Manich. 2, 29, 43 VEREC. in cant. 7, 9. *al.; cf.* EVSEB. GALLIC. hom. 16, 2 paenitudine -orum). AMBR. paenit. 2, 2, 7 *Paulus* donavit Corinthio -um per paenitentiam (*cf.* 2, 3, 12 per p. -a dimitti). HIER. hom. Orig. in Luc. 21 p. 128, 26 RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 125, 7 sq. AVG. in psalm. 101, serm. 2, 3 Ps. AVG. serm. ed. Mai 139, 2 animae ... mors ... -um est, et -i mors paenitentia est. CASSIOD. in psalm. 6, 1 l. 50 *supra l. 17. al.* *ε purgantur -a operibus bonis sim.*: CYPR. eleem. 5 quid deberent facere peccantes magisteria divina docuerunt, ... misericordiae meritis -a purgari. 18 sacrificia cotidiana non deerant *Iob,* quibus possent -a tergi. 26 salutaris operatio ... medella -i. epist. 11, 2 qui deo nec bonis factis placemus nec pro -is satisfacimus. laps. 35 iustis operibus incumbere, quibus -a purgantur. AMBR. in psalm. 43, 47 quae *-a* ... leviora sunt, bonis operibus saepe relevantur. AVG. civ. 21, 22 p. 526, 26 pro -is suis facere dignas elemosynas (*fusius* 21, 27 p. 544, 26 sqq.). CASSIOD. in psalm. 6, 1 l. 51 *v. supra l. 15 sq.* *al.*

c *agitur de mente sim. peccantis* (*paenitentis v. sub bδ*): *α qui sciens aut volens peccat* (*cf. p. 889, 54*): VET. LAT. Sirach 20, 4 effugies voluntarium -um (AMBR. in psalm. 118 serm. 3, 17 -a non v., sed fortuita. RVFIN. Orig. in num. 28, 2 p. 283, 18. AVG. retract. 1, 13, 5 [*fusius*] *al.*). *al.* LACT. inst. 6, 13, 3 ignoscitur ... iis, qui ad -um inprudenter incauteque labuntur, veniam non habet, qui sciens peccat. OPTAT. 7, 1 p. 159, 19 ab ecclesia non fuerant repellendi, in quibus necessitas excusaverat voluntatem. AVG. civ. 20, 6 p. 416, 22 omnes ... mortui sunt in -is ..., sive originalibus sive etiam voluntate additis, vel ignorando vel sciendo nec faciendo quod iustum est. c. Fort. 21 p. 100, 9 dico -um non esse, si non propria voluntate peccatur. lib. arb. 3, 183 sq. (*v. sub A 1*). *et saepe, imprimis apud* AVG.
β qui se peccasse cognoscit: VET. LAT. lev. 4, 14 (cod. 104, *sim.* VVLG.) *si Israhel per imperitiam fecerit quod contra mandatum domini est et* agnitum fuerit illis -um quod peccaverunt, *eqs.* (*loco gemino 4, 23* delictum *ut utrobique cod. 100*). psalm. 31, 5 (cod. 300) -um meum cognovi ([*Vulg.* delictum meum cognitum tibi feci; AVG. *ad l.*: si ille *homo* cognoscit, ille *deus* ignoscit]. CYPR. epist. 71, 2 HIER. in Ier. 1, 46, 1. *al.*). Rom. 3, 20 (cod. 75 = VVLG.) per legem ... cognitio -i (*inde e. g.* AVG. enchir. 31, 118 spir. et litt. 30, 52). HIER. epist. 121, 8, 14 sq. per intellegentiam -orum atque virtutum mihi -um nascitur, quod, priusquam intellegerem, -um esse non noveram; (15) atque ita factum est, ut ... *bonum* mutetur in malum et (ut hyperbolice dicam novoque verbo utar ad explicandum sensum meum) -um quod, priusquam haberem intellegentiam, absque -o erat, praevaricatione mandati incipiat mihi esse peccatius (*cf. p. 892, 48*). in Ier. 1, 66, 1 pars salutis est sua confiteri et nosse -a. *γ qui se peccasse confitetur*: VET. LAT. num. 5, 7 (cod. 100) edicere -um suum, quod fecit (VVLG. confitebuntur). Sirach 4, 31 non confundaris confiteri -a tua (Matth. 3, 6 [cod. 4 *al.* = VVLG.] baptizabantur ... confitentes -a sua. *al.* CYPR. domin. orat. 6. epist. 59, 16 satisfactione humili et simplici. AMBR. sacr. 3, 2, 12 AVG. in psalm. 84, 16. *et saepe, etiam* HIER. in Ier. 1, 66, 1 *supra sub β*).

d *appendix ad 1*: *α indicatur in quem peccetur* (*sc. per praepos., quarum non distinximus usum adnominalem et adverbalem*): VET. LAT. num. 15, 25 (cod. 100, *aliter* VVLG.) pro -o suo ante dominum (*al. in script. sacr.*). CYPR. laps. 17 -is quae in ipsum *dominum* commissa sunt (HIL. in Matth. 5, 15 in spiritum. 12, 22 in deum. PRISCILL. tract. 2, 54 in nos. VVLG. gen. 43, 9 ero -i in te reus [*cf.* 44, 32 in patrem. *utroque loco Vet. Lat. aliter*]. *al.*). VVLG. deut. 9, 18 -a vestra quae gessistis contra (coram *var. l.*) dominum. *al.* *β indicatur genus delicti per gen.*: CYPR. epist. 73, 19 blasphemiarum suarum -a deponere (HIER. epist. 42, 1, 1 -o b. non teneri). mortal. 6 Christum credendi magistrum -o incredulitatis offendere. AVG. agon. 12, 13 impietatis (civ. 10, 21 p. 434, 14). *al.*
γ attributa (*paucissima selecta; v. etiam supra*: carnale *p. 897, 65,* mortiferum *sim. p. 898, 4,* originale *p. 898, 42,* voluntarium *p. 899, 64; alia imprimis sub aβ*): CYPR. epist. 55, 20 aliena (64, 5. 73, 19. *al.* AMBR. paenit. 1, 15, 83 HIER. epist. 60, 3, 2 AVG. civ. 1, 9 p. 15, 16. *et saepe*). 58, 6 proprium (64, 5. AMBR. myst. 7, 32 *infra.* HIER. hom. Orig. in Luc. 21 p. 129, 11 AVG. civ. 1, 16 p. 28, 10 VEREC. in cant. 4, 27 *infra. al.*). 73, 21 antiqua (FIRMIL. Cypr. epist. 75, 17 HIER. epist. 51, 4, 3 [*Epiphan.*]. *cf.* HIER. epist. 18 A, 9, 1 pristina [64, 19, 3]. 22, 30, 2 praeteritorum [AVG. civ. 1, 26 p. 42, 14. *al.*]). AMBR. myst. 7, 32 hereditaria (*opp.* propria). AVG. gen. ad litt. imperf. p. 460, 20 naturalia (perf. iust. 2, 3. *al.* VEREC. in cant. 4, 27 propriorumque. *al.*). MANICH. Aug. c. Iulian. op. imperf. 3, 187, 4 actuale (*al., e. g.* CAES. AREL. serm. 7, 2 p. 40, 15, *ubi opp.* originalibus). *al.*

2 *per metonymiam*: **a** *de hostia sim. pro -o oblata*: VET. LAT. lev. 4, 29 (Pelag. in II Cor. 5, 21) inponet manum super caput -i sui (VVLG. caput hostiae quae pro -o est. PELAG. *ibid.* hostia pro -o oblata -um vocabatur in lege). Os. 4, 8 (Rufin. Orig. in lev. 5, 3, *sim.* VVLG.) -a populi mei manducabunt *sacerdotes* (*cf.* RVFIN. *ad l.*). II Cor. 5, 21 (cod. 75 = VVLG.) *Christum* qui non noverat -um, pro nobis -um fecit *deus* (*ad quae* HIL. trin. 10, 47 -um ... in carne per -um condemnaturus, -i licet expers, factus est ipse -um: *eqs.* AMBROSIAST. in II Cor. 5, 21, 4 in Gal. 3, 13, 1. AVG. c. Pelag. 3, 6, 16 sacrificia pro -is -a appellabantur in lege. *ibid.* Christum factum sacrificium pro -is et ob hoc appellatum esse -um. quaest. hept. 4, 12. *al.*). *al.* AVG. quaest. hept. 4, 31. *al.* (*v. etiam sub b*).
b *de poena -i et ipsa morte*: VET. LAT. lev. 20, 17 (Aug. loc. hept. 3, 47) -um suum accipient (*Vulg.* portabunt iniquitatem suam. AVG. *ad l.* -um posuit pro 'poena -i'). AVG. c. Faust. 14, 3 mors hominis ex poena -i est: unde et ipsa -um dicitur, non quia peccat homo, dum moritur, sed quia ex -o factum est, ut moriatur. *ibid.* -um non tantum ipsum opus malum, quod poena dignum est, sed etiam ipsa mors, quae -o facta est, -um appellatum est. lib. arb. 3, 184 non solum -um illud dicimus quod proprie -um vocatur – libera enim voluntate et ab sciente committitur –, sed etiam illud, quod iam de huius supplicio consequatur necesse est. c. mend. 15, 31 et sacrificia pro -is -a appellata sunt et poenae -orum dicuntur aliquando -a; haec plane possunt intellegi iusta -a, cum iusta dicuntur sacrificia vel iusta supplicia. *al.*

3 *-um quasi persona agens, dominans sim. inducitur* (*sc. ut vis et potentia eius demonstretur*): VET. LAT. Ioh. 8, 34 (Iren. 3, 8, 1 = VVLG.) qui ... facit -um, servus est -i (IREN. *ad l.* quemadmodum ... servientes -o 's. -i' vocat, non tamen ipsum -um deum appellat. NICET. fid. 2 Ps. PAVL. Nol. carm. app. 3, 100 VEREC. in cant. 3, 8 *al.; cf.* IREN. 3, 18, 7 qui a -o ... in servitium tractus fuerat). Rom. 6, 12 (cod. 75, *sim.* VVLG.) non ... regnet -um in vestro mortali corpore (*inde* HIER. epist. 18 A, 2, 4 hom. Orig. in Luc. 30 p. 173, 16 PRVD. psych. 9, 12. *al.*). 7, 13 (cod. 75, *sim.* VVLG.) -um, ut pareat -um, per bonum mihi operatum est mortem, ut fiat supra modum -um peccans per mandatum (*cf. p. 882, 28*). 7, 20 (cod. 75 = VVLG.) non ego operor illud *quod nolo,* sed quod habitat in me -um (*inde e. g.* AVG. civ. 15, 6 p. 67, 3). CYPR. Demetr. 7 -is provocantibus. HIL. in Matth. 10, 23 ex -o ... primi parentis ... coepit esse corporis nostri pater -um. VVLG. gen. 4, 7 *si*

[Keudel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

egeris male, statim in foribus -um aderit, sed sub te erit appetitus eius et tu dominaberis illius (*Vet. Lat. v. p. 888, 71*). *al.* *-um appellatur diabolus*: AMBROSIAST. in Rom. 8, 3 rec. γ Christus ... cum a -o crucifigitur, qui est satanas, *eqs.*

deriv.: peccamen, peccantia, peccatela, peccatio, peccator (-trix), peccatus (-ūs).

compos.: com-, ?suppecco; impeccabilis, impeccantia, impeccatus.

Keudel.

pec(c)ullus, -ī *m.* *a* 2. pediculus *deminutive, sc. breviatum ex* *ped(i)cul(u)lus; *cf.* peciolus. *scribitur* pecu- *apud* MARCELL., peccu- *apud* ORIBAS. *vix huc pertinet* NOT. Tir. 40, 99[a] peculus. *v. sub hac voce.* [*var. dial. it.; raet. or.* pecòl; *francog. vet. et med.* pecol, pecoul *et var. dial.; prov. vet.* pecol *et var. francoprov., prov., vasc.; astur.* pegollo. *cf. M.-L. 6351 et Faré. Battisti-Alessio IV 2818. Wartburg VIII 122sqq. Corominas[2] IV 532. St.*] [*falso trad. in var. l.* CIC. Pis. 63 *ubi* spiculis *cett.*, specillis *Madvig.*] *i. q. pediculus, parvus pes (vocem tractat Heraeus, Kl. Schr., 1937, 27sqq.): animalis*: MARCELL. med. 26, 75 -orum agninorum decoctorum ius ... stranguriosis plurimum prodest (*cf. Plin. nat. 30, 68* agninorum pedum, *Plin. med. 2, 18, 7* pedes agnorum). *folii, sc. significatur μίσχος* (*cf. l. 51sqq.*): ORIBAS. syn. 3, 21, 1 La p. 855 salicis folia virides ⌞sublata duritia de -is⌟ tundis in pila (⌞⌟ *desunt in gr.*).

pēchys, *acc. sing.* -yn *m.*, *πῆχυς.* *i. q. cubitalis regula*: RVFIN. hist. 11, 30 rubr. ut mensura aquae Nili fluminis, quam -yn vocant, ad ecclesiam deferatur (pechym, poecin *sim. trad.; cf.* 11, 30 ulna ipsa, id est aquae mensura, quam *πῆχυν* vocant [*παχηιν vel* poechin *codd.*]).

pecia, *acc. plur.* -ās *f.* [*peregrinum videtur, fortasse pro* *pettia, *quam vocem viri docti linguae Gallorum vindicant inde derivantes francog.* pièce, *it.* pezzo. *Sch.*] *i. q. pars*: LEX Sal. Merov. 60, 1 (*rec. C*) illos *quattuor fustes fractos* ⌞in quattuor -as⌟ per quattuor angulos iactare debet (⌞⌟ *i. in quattuor partes malli, iudicii [vix intellegas fustes in quattuor fragmenta fractos esse]; cf. e. g. cod. A 1* illos per quattuor partes in mallo iactare *eqs.*).

?**peciolātus,** -a, -um. *adi. alibi ignotum, a* peciolus *derivatum, per coni. incertam restituit Richter l. 55.*

peciolus, -ī *m. et* peciolum, -ī *n.* *Heraeus aliique ita explicare temptaverunt, ut sit deminutivum vocis q. e.* pes, *sc. pro* *ped(i)ciolus; *cf.* pec(c)ullus *et* brachiolum, manciola. *de origine*: NON. p. 160, 16 -us a pede, diminutive (*affert* AFRAN.). *scribitur in codd. medii aevi et* pec- *et* (*maxime in recentioribus*) pet-; *illud probat Walde, Indogerm. Forsch. 39, 1920, 84sq.*; pacc- GLOSS.[L] II Philox. PE 2. *formae masc. certae l. 36. 56. 61; neutr. l. 59, testatur* GLOSS. II 527, 13 (*inter neutra, quae masc. gr. respondent*) -um: ocarentum (*obscurum*). [*val.* picĭor *'pes'; it.* picciuolo *i. q. μίσχος; prov. vet.* pesol; *hisp.* pezuelo *'caulis'. cf. M.-L. 6324a. Battisti-Alessio IV 2902. Wartburg VIII 100sq. Corominas[2] IV 531sq. St.*]

i. q. pediculus, sc. parvus pes (vocem tractat Heraeus, Kl. Schr., 1937, 27sqq.): **1** *pars corporis animantis*: **a** *hominis* (*fort. iocose sec. 1 b, v. Adams, Indogerm. Forsch. 87, 1982, 108*): AFRAN. com. 155 atque adeo nolo nudo -o †es pus (esse plus *Bothe, alii alia*). **b** *animalis*: CELS. 2, 18, 8 ex agno haedove cum -is totum caput *eqs.* 2, 22, 1 in -is capitulisque haedorum et vitulorum et agnorum. CHIRON 541 lenem ex -is berbecinis (*i.* vervecinis) medullam.

2 *pars plantae, qua adhaeret fructus, i. q. μίσχος* (*cf.* GLOSS. *sub 3; distinguitur* ramulus *l. 53, sed v. l. 57*): COLVM. 12, 46, 7 omne ... pomum, quod in vetustatem reponitur, cum -is suis legendum est, sed ... etiam cum ramulis ([pediculis suis *cod. rec. nonnulli*]. 12, 49, 8 olivae poseae ... ⌞⟨cum⟩ -is⌟ leguntur [*Hedberg*; ⟨cum⟩ -o *edd. vet.*; petiolatae *i. peciolis adhaerentes Richter in ed. 1983*; peciolae *trad.*]. APIC. 1, 20). arb. 23, 2 -os, quibus pendent *mala Punica* (*loco gemino Colum. 5, 10, 16* ramulos). MISC. Tir. p. 65, 16 ad eos, qui non audiunt, *sc. curandos*: de nogario (*i. nuce arbore*) scorcia, -a novem *aliaque* ... in aurem destillabis (*vix a* pecia *derivandum, v. Heraeus, op. cit., 28 adn. 2*).

3 *pars litterae scriptae*: GLOSS.[L] II Philox. PE 2 -us: *ποδάριον καὶ* ⌞*πόδιον τῶν γραμμάτων*⌟ *καὶ πάσης ὀπώρας τὸ ξυλῶδες, καθ' ὃ ἐξήρτηται τοῦ κλάδου* (⌞⌟ *sim. explicatur* pedius *ibid.* PE 35).

cf. Onom.

pēcion *n.*, *πήχιον.* *nomen herbae medicinalis, i. q. bechion* (*βήχιον*), *tussilago* (*cf. Strömberg, Gr. Pflanzennamen, 1940, 152*): DIOSC. 3, 122 p. 428, 14 vecion aut pition aut -on aut periton vocant, folia habet hedere similia *eqs.* (*gr. 3, 112, 1 πήχιον*).

pecītus *v.* pico (picatus). *Bl.*

pecorālis, -e. *a* 1. pecus. *i. q. e pecore constans*: FEST. p. 202 facta est aestimatio -is multae et boves centenis assibus, oves denis aestimatae *sunt* (*cf. p. 944, 41*).

pecorārius, -a, -um. *a* 1. pecus. [*val.* păcurar; *it.* pecoraio; *raet. occ.* piorar; *port.* pegureiro. *cf. M.-L. 6326. Battisti-Alessio IV 2814. Machado[3] IV 331. St.*] *i. q. magister pastorum, primus pastorum*: INSCR. christ. urb. Rom. 4779, 5 (*a. 392–395*) ad basilica(m) apostoli Pauli et ddd nnn (*i. trium dominorum nostrorum*), Felicissimi pecor(arii). GLOSS. V 316, 53 opiliones: magistri -orum (pecororium *cod.*). GLOSS.[L] V Abba OP 23 opilio: maior pastorum, -us.

pecorātus, -a, -um. *a* 1. pecus. GLOSS.[L] V Abba PE 37 ⌞pecuratus seu⌟ pecuosus: qui multa pecora possidet (⌞⌟ *om. codd. Ambr. et Sang., sed hic addit*: -us: abundans pecoribus [*v. Lindsay. Arch. Lat. Med. Aevi 8, 1933, 226*]). GLOSS. V 509, 42 -us: abundans pecoribus (*item* 575, 6, *ubi* pecur-).

pecorīnus, -a, -um. *a* 1. pecus. [*val.* păcuină *'ovis, quae lac habet'. cf. M.-L. 6327. Wagner II 238. St.*] *i. q. ad pecus pertinens* (*respici videntur animalia terrestria*): EVSTATH. Basil. hex. 6, 10, 11 -um cerebrum vel etiam viscera marinorum animalium (*gr. 144[A] ζώων ἐγκέφαλον*).

pecorōsus, -a, -um. *a* 1. pecus. *i. q. pecore abundans vel pecus ferens* (*species minores respici videntur l. 17*): *de locis vel tempore*: PROP. 4, 9, 3 *Hercules* venit ad invictos -a (*var. l.* nemorosa) Palatia montes. STAT. Theb. 4, 45 aptior armentis Midea -aque Phlius (SCHOL. regio, ..., quam -am ferunt, quae egregio abundet pecore). 10, 229 *sic* nutritor equorum, cum fetura gregem -o vere novavit, laetatur cernens *equos eqs.* (*explicat* GLOSS.[L] I Ansil. PE 34 verno fecundo). SERV. georg. 3, 2 *Arcadia* -a est. SIDON. epist. 2, 2, 19 *ager* diffusus in silvis, pictus in pratis, -us in pascuis. *de homine*: SIDON. carm. 16, 18 adsumptum -i de grege Iesse ... regem, *sc. David.*

pecōsus, -a -um. *orig. inc., si genuinum.* [*hisp.* pecoso. *cf. M.-L. 6324. Wagner II 238. Corominas[2] IV 448sq. St.*] GLOSS. -us: graece leprosus (petiginosus *suspicatur Goetz; nihil mutandum esse censet Meyer-Lübke, Wien. Stud. 25, 1903, 105, qui confert hisp.* peca *et* pecoso).

Hillen.

pēctē, -ēs *f.*, *πηκτή.* *nomen herbae q. e. symphytum petraeum* (*cf.* 2. pectis): Ps. APVL. herb. 59 l. 19 a Graecis dicitur sinfitum ..., alii -e (pectes *trad.; Diosc. gr. Vind. 4, 9 σύμφυτον· οἱ δὲ καὶ τοῦτο πηκτήν*).

⊠pecten, -inis *m.* [*v. sub* pecto. *Sch.*] *de origine*: VARRO ling. 5, 129 -n, quod per eum explicatur capillus. PRISC. gramm. II 126, 13 a pectendo -n. ISID. orig. 11, 1, 74 *a pectore* et -em dicimus, quod pexos capillos faciat (*sim.* 20, 13, 4). 19, 29, 1 -es, quod pexa fila reddant et imprimant. *scribitur* pet- PLAVT. Capt. 268 *pars codd. Pal.*, pett- CALP. ecl. 4, 69 *cod. G* (*saec. XV*), -cten- *v. l. 44.* *de genere: masc. testantur* CHAR. gramm. p. 28, 15. p. 43, 11 -n *κτείς.* SERV. Aen. 6, 647 hic (hoc *var. l.*) ... -n declinatur, ut lien. *al.* EXC. Bob. gramm. I 552, 30 -n *κτένιον. al.* *de formis: nom. sing.*: -inis GLOSS. III 21, 10 (*refutat* PROB. app. gramm. IV 197, 25, *v. Heraeus, Arch. Lat. Lex. 11, 1900, 61sq., qui huc refert etiam* GLOSS. III 176, 21 -ines), -ine GLOSS. III 92, 42 (-ene). 198, 16, pectis GLOSS.[L] II Philox. PE 13 GLOSS. III 322, 6, pectina GLOSS. II 355, 59 pe⟨c⟩tina. 355, 62 (*iuxta* pectis *et* -n). -en- *in casibus obliquis*: CHART. lat. ant. XI 485 c, 8. 20 (*saec. II*). ANTHIM. 34. 47. 48 GLOSS. II 409, 40 (*improbat* PROB. inst. gramm. IV 125, 17. *cf. l. 42*). *de notione* (*cf. l. 38. 39*): GLOSS. *κτένιον. κτείς. πλῆκτρον, κτένισμα.* camb (*anglosax.*). *v. etiam sub IIA 1 et IIIB 1.* *legitur in versibus inde a* PLAVTO, ENN., VERG., HOR., OV., *in prosa oratione inde a* VARRONE ling., FESTO, CELSO, SEN. *philos.* [*val.* piepten; *dalm.* piakno; *it.* pettine; *sard.* pèttene; *raet. or.* piétin, *occ.* peten; *francog.* peigne; *prov. vet.* penche *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* pinta; *hisp.* peine; *port.* pente. *cf. M.-L. 6328. Battisti-Alessio IV 2885. Wagner II 255. Wartburg VIII 101sqq. Corominas[2] IV 459. Machado[3] IV 338. St.*] [*confunditur cum* pectus (*cf. p. 904, 27*) OV. fast. 2, 121. *e coni. pro* pectore MANIL. 4, 529 *Bentley, quem seq. pars edd.*, VAL. FL. 3, 472 *Delz; pro* pectora OPT. PORF. 25, 3 *L. Müller vix recte.*]

i. q. genus instrumenti, quo pectitur, pulsatur sim. (*transfertur ad varias res similes sub II et IIIB; ad rem v. Herzog-Hauser, RE XIX 1, 7sqq.; graece resp. κτείς, κτένιον, quae infra fere non adnotavimus; dubium, de quo -e agatur* FEST. p. 212, *v. sub* 1. pectinatus): **I** *de instrumentis, quae dentibus instructa sunt*: **A** *ad explicandos, comendos, flectendos capillos* (*cf. l. 33. 34sq.*): **1** *hominum, deorum*: PLAVT. Capt. 268 utrum strictimne adtonsurum dicam esse an per -em, nescio (*cf. Otto, Sprichw. n. 204*). Curc. 577 volsellae, -n, speculum, calamistrum (*cf.* SEN. dial. 10, 12, 3 otiosos vocas inter -em speculumque occupatos). OV. am. 1, 14, 15 non acus abrupit, non vallum -is *capillos.* met. 4, 311 *Salmacis* Cytoriaco deducit -e crines. 12, 409 coma -e lēvis. fast. 1, 405 *effusae comae* sine -is usu. PHAEDR. 5, 6, 1 invenit calvus forte ... -em (*cf.* MART. 14, 25 tit. -es *calvo donati*). PETRON. 126, 2 flexae -e comae (*cf.* HIST. AVG. Hadr. 26, 1 ad -em). CALP. ecl. 4, 69 *Nais* implicitos comebat -e crines *Tityri.* ADNOT. Fronto p. 138, 28 capillus ... -e cottidie expediendus est. APVL. met. 2, 9, 3 *capillus* -is arguti dente tenui discriminatus. 11, 9, 3 -es eburnos. CHART. lat. ant. XI 485 c, 8 (*saec. II*) pecten(es) gallicos (*inter alia pretiosa ut* 20 pectenes alex(andrinos)). TERT. adv. Val. 3, 3 -es Solis (*incertum, an huc pertineat; ad rem cf. Fredouille ad l.*). REPOS. 73 *Venus ornat*

[Wenaweser]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

divino -e crines. EDICT. imp. Diocl. 13,7 G. -em muliebrem buxeum. MARCELL. med. 7,10 dum caput pectis, -em tingues *suco* (*cf.* 7,13 inlito -e. 7,16 madefacto). CAEL. AVR. chron. 1, 3, 59 densi -is capillorum decursio (*cf.* 1,4,98 capillos decurramus denso -e [*sic Rovillius probante Bendz, Emendationen, 1954, 38sqq.*; ex pectione *trad.*, expectione *vol. V 2, 1604, 19*]). APON. 7,14 (*in imag.*) *sororem sponsam* crine capitis ... tolerantiae -e usque ad collum deductam. *al.* **2** *bestiarum*: VERG. catal. 10,22 paterna lora ... *et* -em *mulionis.* SIL. 13,122 aurato matres ... -e mitem *cervam comebant.* TERT. pall. 4,3 iubas *pellis leoninae* -em passas.

B *ad telam densandam* (*cf. p. 902, 35*): VARRO ling. 5,113 densum a dentibus -is quibus feritur. OV. met. 6,58 *subtemen* percusso paviunt insecti -e dentes. fast. 3, 820 rarum -e denset opus *Pallas.* CIRIS 179 Libyco ... plauduntur -e telae. LVCAN. 10,142 *fīlum* compressum -e. IVV. 9,30 lacernas ... male percussas textoris -e Galli. COD. Theod. 10,21,3,9 *nec* arguto -e solidanda fila *conchylio tincta* decurrant (*deflexum e* VERG. *l. 54*).

C *ad herbas vel spicas legendas*: OV. rem. 192 tonsam raro -e verrit humum *rusticus.* COLVM. 2, 20, 3 -bus spicam ipsam legunt. PLIN. nat. 18,297 panicum et milium singillatim -e manuali legunt Galliae.

D *ad lanam carminandam*: PLIN. nat. 11,77 *a bombycibus lanuginem foliorum* tenuari ceu -e (*per comparationem*). EDICT. imp. Diocl. 15,78 G. -es lanari⟨i⟩. CLAVD. 20,382 moderator -is unci (*per contemptum dicitur ut* 20, 456 quis tibi tractandos pro -e ... enses ... suasit? GREG. TVR. Franc. 7,14 p. 336,6 pater ... -bus insedit lanasque conposuit).

II *de rebus non proprie dentatis, sed similitudinem formae praebentibus*: **A** *significantur res singulae*: **1** *genus conchae* (*cf.* PLIN. nat. 9,115 concham ... similem -i insecto. GLOSS. III 436,40 *κτένια*: -es [*sub tit.* de piscibus]. *sed male vertitur gr. κεστραῖοι* HIPPOCR. vict. 2 l. 295): ENN. frg. var. 36 Mytilenae est -n (PLIN. nat. 32,150 -es ... laudatissimi ... Mytilenis, Tyndaride *eqs. cf.* HOR. sat. 2,4,34 -bus patulis iactat se molle Tarentum [SCHOL. gloss. *Γ* genus piscis; *add. γ* vel lecuste, *i.* loc-]). CELS. 2,24,3 *duri sunt* pisces, ostrea, -es *eqs.* PETRON. 70,6 ostrea -esque e gastris labentia. PLIN. nat. 9,103 saliunt -es et extra volitant (*cf.* 11,267 -es stridere, cum volant). 9,160 mituli, -es sponte naturae in harenosis proveniunt. 32,103 purgatur vesica et -um cibo. *al.* APVL. apol. 34,6 si dicas marinum -em comendo capillo quaesitum (ANTHIM. 34). EVSTATH. Basil. hex. 7,2,2 qui testicutes nominantur, sicut -es. COD. Iust. 4,59,1 pr. (*a. 483*) piscis vel -um ... aut echini monopolium. HIPPOCR. vict. 2 l. 302 muscli adque et -es magis egeruntur. LEONIAN. Alc. Avit. epist. 86 (*ludit cum IA*) alvum nimietate concretam -ibus pexuisti. ANTHIM. 48 -is optima caro. ORIBAS. syn. 4, 2, 4 Aa (*inter ostracoderma pachychyma*). *al.* **2** *genus herbae* (*sim.* PLIN. nat. 16, 90 insecta -um modo piceae *folia*): PLIN. nat. 24, 175 Veneris -em appellant a similitudine -um (*inde* 1, 24, 114). **3** *fibrae in ligno arboris*: PLIN. nat. 16, 185 fagis -es traversi in pulpa. **4** *ordo dentium* (*propter duos ordines ad B refert Herzog-Hauser, loco cit. 11, 29*): PRVD. perist. 10, 934 ut vis vocis ... temperetur dentium de -e.

B *significantur res inter se coniunctae*: **1** *digiti*: OV. met. 9,299 *Lucina* digitis inter se -e iunctis sustinuit partus *Alcmenes* (*cf. p. 904, 66*). **2** *remi*: LVCAN. 3, 609 *fratrum geminorum* alter mixtis obliquo -e remis ausus ... carinae iniectare manum. **3** *ordo saltantium*: STAT. Ach. 1, 833 *Scyreides* multiplicant ... gradum ... obvia versae -e Amazonio.

III *de aliis rebus*: **A** *de instrumentis*: **1** *de radio textorio*: VERG. georg. 1, 294 arguto coniunx percurrit -e telas (*fere eadem* Aen. 7, 14 [SERV.: ictu -is]). MART. 14, 150, 2 victa est -e Niliaco iam Babylonos acus. EDICT. imp. Diocl. 13,3 G. -em textorium buxeum. 13,4 G. -em promis⟨q⟩u⟨a⟩e materiae. CLAVD. 8,594 -is arte (rapt. Pros. 3,156 interceptas ... -is artes. *cf.* 2, 41 -is ingenio). 22, 333 suscipe cinctus, quos tibi divino mecum Tritonia duxit -e. **2** *de plectro* (*cf.* GLOSS. *p. 902, 47; per synecdochen de lyra e. g. l. 68; de versibus, carmine e. g. l. 64. 67*): VERG. Aen. 6, 647 septem discrimina vocum ... ⌞-e pulsat eburno⌟ *Orpheus* (*inde* AVSON. *p. 904, 30. ceterum*: SIL. 5, 463 pulsabat -e nervos. *v. l. 70 et cf.* MAXIM. eleg. 4, 11 pulsas -e cordas arguto). OV. fast. 2, 121 canimus sacras alterno -e Nonas (*ad IIB refert Herzog-Hauser, loco cit. 11, 46 versus alternantes -bus comparari intellegens*). PERS. 6,2 iamne lyra et tetrico vivunt tibi -e chordae? (SCHOL.: plectro tetrico vel -e, ac si diceret gravi carmine). VAL. FL. 3, 160 insignem cithara ... Dorcea, qui dulci festis adsistere mensis -e ... ausus *est.* 3, 541. SIL. 8, 504 Marsya ... Phoebi superatus -e loton. *al.* STAT. Theb. 5, 341 mitior ... -e Phoebi vox *Orphei.* IVV. 6, 382 crispo numerantur -e chordae (SCHOL.: pulsantur eburno scilicet -e, qui crispet et agitet cordas). CE 1113, 5 (*saec. I/II*) -e ... icta chelys (*contextu parum integro*). CHALC. comm. 40 digitorum et -is pulsus. CLAVD. 9, 18 -e temptavit nobiliore lyram. 10,235 *quae* Mytilenaeo modulatur -e Sappho. SIDON. epist. 9,13,5 vers. 74 citharistrias ..., digiti quibus canentes ... vice -is fatigent animata fila pulsu. DRAC. Romul. 7,31 quatiant dulces Museo -e chordas. ENNOD. carm. 1, 8, 35 quicquid Apollineo loquebamur -e. *al.* **3** *de instrumento strigilis simili*: CAEL. AVR. chron. 3,8,138 *principes aliarum sectarum* immensa siti atque fame *hydrope laborantes afficiunt,* corpore concavo -e decurso.

B *de partibus corporis*: **1** *de osse pubis vel ima parte ventris* (*cf.* GLOSS. *ἐφήβειον. ὑπογάστριον. huc pertinere videtur etiam* CHIRON 482 deiectionem -is [*in indice capitulorum* 423,34 defectio -is]; *sed incertum, de quo morbo agatur. cf. Carlsson, Eranos 25, 1927, 187sqq.*): CELS. 8,1,23 *a coxis* oritur os, quod -em vocant. PLIN. nat. 29,26 -es in feminis ... publicati (*locus ad depilationem spectare potest; tamen vox* -n *non significat pilos neque hic neque* IVV. 6, 370 iam -e nigro [*i. pube iam pilis colorata*]). MARCELL. med. 26,33 perunges renes, coxas et super -em. SORAN. p. 12,22 pondus supra -em sentiunt (*gr. p. 16,4 ὀσφύος*). p. 36,19 levi manu *infantem* supra -em premere (*gr. p. 76, 31 ἦτρον*). p. 50,7 dolores lumborum et supra -em et inguina (*gr. p. 99, 17sq. βουβώνων, ὀσφύος, ἐφηβαίου. alia vers.* CAEL. AVR. gyn. 2,5 tormento et inguinum atque pubetenus cum -e vel sub umbilico pertinente [*sim.* ORIBAS. syn. 9, 40 add. p. 347]). PLAC. med. 16,2 rec. *β* equi spuma si puero investi -em linieris, pili ei non crescunt, idem non generat. PS. APVL. herb. 4 l. 21 ad -em mulierum (ad -is m. dolorem *sim. var. ll., sed cf.* tit. morb. l. 76). PS. THEOD. PRISC. ves. vit. 2 cantabro ... tepido -em calefacere oportet *eqs.* DIOSC. 5,140 p. 231,17 *faex vini* super -e inposita (*gr. 5, 114, 3 κατὰ ἦτρου καὶ αἰδοίου*). CAEL. AVR. acut. 1,10,71 -i lanas oleo ... madidas apponimus. chron. 4,6,88 tensio clunium et -is pubetenus. CASS. FEL. 46 p. 117, 17 -i ... lanae apponendae. ORIBAS. syn. 2 add. Aa p. 148, 26 cataplasma superponenda est -i et lumbis. 9,24,17 Aa p. 327 in -e et subventrale fit dolor (pectionem *La, vix recte; gr. κτένα*). *al. adiungas*: FIRM. math. 8,44 a stomacho usque ad -em *Cancri* (pectus *Skutsch, quam notionem sequitur Bram, 1975, in versione praeter necessitatem; ceteris locis,* 8,4,5 *et* 8,4,7, *ubi trad.* -e, *emendaverunt edd.* pectore). **2** *de mentula*: AVSON. 359, 127 p. 217 *maritus* transadigit costas et -e pulsat eburno (*obscene vertens* VERG. *p. 903, 61*).

deriv.: pectinale, pectinarius, pectinatim, 1. pectinatus, pectino, pectunculus.

pecten- *v. etiam* pectin-.

pectica (-tīc- *?*), -ae *f.* *a* pectere *formatione parum dilucida.* GLOSS.^{L} Corp. P 376 -a: slahae (*anglosax.; i. q. pecten textoris; cf. recentiora apud Wright-Wülcker, Anglo-Saxon ... Vocabularies, 1884, I 187, 10. 294, 13*).

pecticus *v.* pepticus.

***?*pectina,** -ae *f. v. p. 902, 43.*

pectināle, -is *n.* *a* pecten. *fere i. q. ima pars ventris* (*cf.* pecten *IIIB 1*): HIPPOCR. mul. 1 l. 50 yppocondria, quod dicunt Latini -e.

pectinārius, -ī *m.* (*nisi quaedam pro adi.* -us, -a, -um *intellegas*). *a* pecten. *scribitur* -ten- CIL II 5812, 17 IX 1711. *scripturas breviatas v. infra.* [*val.* pieptenar; *it.* pettinaio; *raet. or.* petenar; *francog.* peignier; *prov. vet.* penchenier; *cat.* pentener; *hisp.* peinero; *port.* penteiro. *cf. M.-L. 6330. Battisti-Alessio IV 2884. Wartburg VIII 101. Corominas^{2} IV 459. St.*]

1 *i. qui pectines fabricat, reficit* (GLOSS. III 201,61 *et* 271,60 *κτενοποιός.* 308, 19 *κτενιοποιός*): CIL V 98, 8 fabro pectinar(io). 7569$^{add.}$ refector pectinar(ius). IX 1711 refect(or) pecten(arius). *incertum, utrum huc an ad 2 pertineant loci, ubi* -us *nude nomini hominis apponitur*: CIL II 5812, 17 (*a. 239*) Val. Candidus -us. V 2543. INSCR. Ital. X 5, 298 (*Brixiae ut l. 54*). **2** *i. qui lanam purgat* (*v. p. 905, 27*): CIL V 4501 lanarii pectinar(ii) sodales posuere. INSCR. Année Épigr. 1946 n. 210 (*Regii Lepidi*) lanarii pect(inarii) (*vix* pectinatores) et carminatores.

pectinātim *adv.* *a* pecten (*cf. Schaffner-Rimann, Die lat. Adv. auf* -tim, *1958, 68*). *i. q. in modum pectinis*: VITR. 1, 5, 7 *fundamenta* transversa, coniuncta exteriori et interiori fundamento, -m disposita, ⌞quemadmodum serrae dentes solent esse⌟ (⌞⌟ *ut glossam del. Krohn*). PLIN. nat. 8, 75 *mantichora est* triplici dentium ordine -m *coeuntium* (11, 160 dentes serrati -m coeuntes, ne contrario occursu atterantur. *cf.* 8, 89 -m stipante se dentium *crocodili* serie [*inde* SOL. 32, 22]). 9, 103 *concharum genera* -m divisa (*cf.* 32, 154 *pernae* [*sc. genus conchae*] dentes ... habent -m spissatos). 11,132 *capitis ossa* serratis -m structa compagibus. 13,29 foliorum aculeo fruticante circa totas *palmas* -m. 28,59 adsidere gravidis ... digitis -m inter se inplexis veneficium est (*cf. p. 903, 48*).

pectinātio, -ōnis *f.* *a* pectinare. *i. q. actio pectinandi*: ORIBAS. eup. 4, 16, 1 Aa caligines *oculorum* mitigat ... capitis frequens -o (*gr. κτενισμός, La* caput pectenare).

pectinātor, -ōris *m.* *a* pectinare. GLOSS. -r: *κτενιστής.* *i. qui lanam purgat*: CIL V 2538 Vespa -r. *de* INSCR. Année Épigr. 1946 n. 210 *v. sub* pectinarius.

1. pectinātus, -a, -um. *a* pecten. *scribitur* -ten- FEST. *i. q. in formam pectinis redactus*: VITR. 5, 1, 10 fastigiorum duplex -a (*si recte coni. Bondam,* tectinata *codd.*) dispositio ... praestat speciem venus-

[Wenaweser]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tam. FEST. p. 213 -um tectum dicitur a similitudine pectinis in duas partes devexum (*sic* PAVL., divisum *codd. Festi*). AMM. 22, 15, 15 *crocodilus* ordine dentium -o (*cf. p. 904, 62*).

2. pectinātus, -a, -um *v.* pectino.

pectinō, -āvī, -ātum, -āre. *a* pecten. *scribitur* -ten- ORIBAS. *improbat usum vocis* CAPER gramm. VII 93, 8 pecto caput, non -o, et pexum, non -tum. *apud posteriores autem* -o *saepius interpretamentum vocis* pecto *est, v. l. 60sqq. p. 906, 2 et cf. var. l. p. 906, 22. affert inter* verba activa coniugationis primae CHAR. gramm. p. 473, 34. GLOSS. -o (-as, -at, -a): *κτενίζω (-ζεις eqs.).* [*val.* pieptena; *it.* pettinare; *sard.* pettenare; *raet. or.* petená, *occ.* patner; *francog.* peigner; *prov. vet.* penchenar *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* pentinar; *hisp.* peinar; *port.* pentear; *cf. M.-L. 6329. Battisti-Alessio IV 2884. Wagner II 255. Wartburg VIII 105sqq. Corominas² IV 459. Machado³ IV 339. St.*]

i. q. pectine tractare: **1** *occando* (*sc. luxuriae compescendae causa*): PLIN. nat. 18, 186 sunt genera terrae, quorum ubertas -ari segetem in herba cogat, cratis et hoc genus dentatae stilis ferreis. **2** *comendo*: APVL. met. 6, 28, 5 iubam istam tuam (*i. asini*) probe -tam meis ... monilibus adornabo. VET. LAT. Iudith 10, 3 (cod. 148 *al.*) *Iudith* -vit *capillos* ([*gr. διέξανε, Vulg.* discriminavit]. MARCELL. med. 6, 26 leviter. DRAC. Romul. 10, 103 Aurora. APON. 6, 3 *capilli* [*i. divites religiosi*] servulorum ministerio -ti. *v. etiam l. 26*). SCHOL. Hor. gloss. *Γ* serm. 2, 3, 126 caput neglegitur -ando et lavando. Ps. THEOD. PRISC. add. p. 313, 18 pectinem facies et cum ipso -es. ORIBAS. eup. 4, 16, 1 La p. 540 caput (*v. p. 904, 69.* GLOSS. III 121, 1 [*cf.* p. 645] unxi caput meum et -vi [*gr. ἐκτένισα*]). *subi. est ipsum caput*: DRAC. laud. dei 3, 571 mihi sunt linguae, quantos caput omne capillos -at. **3** *purgando*: PAVL. sent. 3, 6, 82 lana legata, sive sucida sive lota sit sive -ta sive versicolaria (Ps. THEOD. PRISC. add. p. 351, 4 lavari, carminari, -ari et filari. GLOSS. II 585, 32 lanarius lanam -ans). HIPPOCR. vict. 1, 19 coriarii tendent, fricant, lavant et -ant (*gr. κτενίζουσι*). GLOSS. V 619, 18 embrim⟨i⟩um est matta ex grosso papiro tenuiter -ta.

deriv.: pectinatio, pectinator.

[pectio, -ōnis *f. falso traditur p. 903, 5. 904, 26.*]

1. pectis *v.* pecten *p. 902, 43.*

2. pēctis, -is *f.* (*?*). *e πηκτή deflexum videtur. nomen herbae q. e. symphytum album* (*cf.* pecte): Ps. APVL. herb. interpol. 59 l. 25 apetrensis, sed appellatur etiam -is, habens tyrsum bicubitum (*Diosc. gr. 4, 10 σύμφυτον ἄλλο, οἱ δὲ καὶ πηκτὴν καλοῦσιν· ἀνίησι καυλὸν ... δίπηχυν κτλ.*). 127 l. 10 est et alia petrosa, quae appellatur etiam -is, habens tyrsum bicubitem (*sequitur contextus idem fere ac supra, sed hoc loco confundi videtur* -is *cum* pecte). *Wenaweser.*

3. pēctis, *nom. plur.* -ides *f., πηκτίς.* ISID. orig. 3, 22, 3 plures eius, *sc. citharae,* species extiterunt, ut psalteria lyrae ... et -es. *Bl.*

***pecto,** -xī (-xuī, *?* -ctuī), -xum (-ctitum, -ctum), -ere. [*vox prisca est, cf. gr. πέκτω eiusdem notionis; sim. respondent* pecten -inis *et gr. κτείς, κτενός, sc. e* *pkten. *Sch.*] *de origine*: VARRO ling. 6, 96 -ere a *πέκειν. de formis: perf. act.* (*praeter* MAECEN., LEONIAN. *non nisi apud gramm.*): -xi: CAPER gramm. VII 93, 8 CHAR. gramm. p. 319, 18. p. 345, 21 (-xui *var. l.*). *ab eodem proferri testatur* PRISC. gramm. II 536, 6 (*affert* MAECEN. *p. 906, 3*) *et* III 489, 36. *al.* -xui: ASPER Prisc. gramm. III 489, 36 (vel -ctui *add. cod. C*). CHAR. gramm. p. 318, 12 DIOM. gramm. I 367, 25. *al.; extra gramm.*: LEONIAN. Alc. Avit. epist. 86 p. 95, 21. -ctui (*v. etiam l. 52*): ASPER Prisc. gramm. II 536, 6 (-ctivi *inter var. ll.*). *part. perf.*: -xus *testantur* CAPER gramm. VII 93, 8. *al., occurrit passim inde a* VARRONE, CIC. (*addas fortasse scripturas* -ssus, -xsus *p. 907, 17sq. 20*). -ctitus COLVM. 10, 94. 12, 3, 6 (*sed* -xus 11, 3, 26). -ctus PRISC. gramm. II 572, 5 in '-ctus' faciunt participia praeteriti passiva, quae verba per idem tempus activorum in '-xi' faciunt, ut ... -xi -ctus. *praes.* -are *non nisi in falsa var. l. p. 906, 74. de notione*: CASSIOD. gramm. VII 203, 19 (*ex Caesellio*) -o id est pectino (*cf. p. 906, 20. 31*). GLOSS.-it: pectinat. -xus: *κτενισθείς. ἐκτενισμένος.* -xum: pectinatum. *legitur apud* PLAVT. *et* TITIN. *in imaginibus (v. sub IIA), usu communi in oratione prosa raro inde a* VARRONE, CIC., MAECEN., CELSO, *paulo saepius in poesi inde a* VERG., HOR., TIB., OV.; *afferimus omnia quae extra gramm. nobis praesto sunt, e gramm. selecta tantum; part. perf. usu technico abiit in sermonem graecum, v. p. 907, 8. 9. 15. 19.* [*confunditur in codicibus cum* plecto PLAVT. Rud. 661 HIER. tract. in psalm. I p. 113 l. 104 VVLG. Is. 19, 9 PRVD. cath. 8, 23; *cum* specto *et* pasco CLAVD. 20, 111; *cum* pectino VEN. FORT. vita Radeg. 17; -ere *cum* pectore TIB. 1, 9, 68; -xa *inter var. ll. fortasse recte* MART. 7, 46, 6 (*πεζά Palmer, edd. rec. plerique*).]

I *usu communi i. q. pectine deducere* (*sic* SCHOL. Iuv. 11, 150): **A** *in cura crinium*: **1** *usu sollemni, sc. cum obi. rei vel hominis culti*: **a** *obi. sunt crines sim.* (capitis honor *p. 906, 16*): *α* capilli: *sing. coll.*: VARRO frg. Non. p. 236, 27 minoris natu capite aperto erant, c. -xo, vittisque (utique *trad.*) innexis crinibus. CIC. Catil. 2, 22 quos -xo c., nitidos ... videtis (*explicant* GLOSS. *ἐκτενισμένος κόμη⟨ν⟩*. pectinato capillo). MAECEN. Prisc. gramm. II 536, 7 -xisti c. CVRT. 8, 9, 22. 8, 9, 27 PORPH. Hor. carm. 2, 11, 23. *plur.*: OV. epist. 13, 31 -endos ... praebere c. (*sim.* ars 3, 235 met. 13, 738). ars 1, 367. met. 13, 765 rigidos -is rastris, Polypheme, c. IVV. 11, 150 tonsi ... c. atque hodie tantum propter convivia -xi (SCHOL. deducti pectine). AMM. 25, 4, 22. ISID. orig. 11, 1, 74 pectinem dici, quod -xos c. faciat. 20, 13, 4. *β alia*: HOR. carm. 1, 15, 14 -es caesariem. TIB. 1, 9, 68 disponere crines aut tenues denso -ere dente comas (*sim. cum plur.*: 2, 5, 8 IVV. 6, 496. *cum sing. coll.*: SIDON. carm. 2, 424. *addas fortasse* MART. *infra*). PERS. 4, 37 balanatum gausape -as. STAT. silv. 3, 4, 83 hunc *crinem* ... tergemina -bat Gratia dextra (*sim. cum sing. coll.*: PRVD. c. Symm. 2, 36. *cum plur.*: CLAVD. 10, 19. 18, 106). MART. 7, 58, 2 coma te nimium -xaque barba iuvat (IVV. 14, 216). CLAVD. 20, 111 *Bellona* Illyricis pingues -bat stragibus hydros (*sc. quos pro crinibus habebat, cf. l. 42.* spectabat, pascebat *var. ll.*). PRVD. cath. 8, 23 capitis ... -xum comat honorem.

b *obi. sunt corporis partes* (pectus ISID. orig. 11, 1, 74 *in etymologia parum dilucida, v. p. 908, 14*): VERG. Aen. 12, 86 aurigae ... colla comantia *equorum* -unt (CLAVD. carm. min. 52, 2). CAPER gramm. VII 93, 8 -o caput, non pectino (SER. med. 32 cum c. inmensa -xum porrigine ninguit. MARCELL. med. 7, 10. 7, 15. VEN. FORT. vita Radeg. 17 singillatim capita *egenorum* -bat [pectinabat *var. l.*] ipsa quae laverat). *in lusu verborum*: LEONIAN. Alc. Avit. epist. 86 p. 95, 21 alvum nimietate concretam pectinibus (*i. conchyliis quibusdam*) -xuisti.

c *obi. sunt ipsa animantia* (*accedit acc. graec.* comas OV., iubas STAT.): *α animalia*: VERG. Aen. 7, 489 Silvia ... -bat ... ferum (*sc. cervum*) puroque in fonte lavabat (CLAVD. DON. *ad l.* p. 74, 3 *et ad* 7, 500 p. 76, 32). STAT. Ach. 1, 859 leo ... -i ... iubas hominemque vereri edidicit. *β homines*: OV. epist. 13, 39 ipsa comas -ar (-am *var. l.*), galea caput ille prematur? PERS. 1, 15 haec populo -xusque togaque recenti ... sede leges celsa (SCHOL.: pectinatus vel tonsus). QVINT. inst. 1, 5, 14 ille -xus pinguisque doctor (*part. fortasse non solum ornatum, sed sensu translatiore etiam modum dicendi describit*). IVV. 6, 26 *uxorem ducturus* iam ... a tonsore magistro -eris (SCHOL.: componis te). *reflexive*: CAPER gramm. VII 93, 8 -xi memet hodie.

d *obiecto subaudito*: CELS. 1, 4, 2 si cui capilli sunt, (eos *add. J*) cottidie -ere. 6, 2, 2 commodius est ... subinde -endo repurgare *porriginem,* quam id ex toto prohibere. CAPER gramm. VII 93, 9 -am cras (*sc. memet, ut antea?*). MARCELL. med. 7, 8 oleo ... quo uti feminae in -endo solent.

2 *usu peculiari, sc. cum obi. rei depectendae, pectendo separandae* (*cf. B2b*): OV. met. 4, 454 *Furiae* carceris ante fores ... sedebant, deque suis atros -bant crinibus angues.

B *in cura variarum rerum* (*obi. subaudito* COLVM. 10, 149): **1** *in agricultura* (*-itur tellus vel seges, poetice tantum*): COLVM. 10, 94 ubi iam puro discrimine -ctita tellus deposito squalore nitens sua semina poscet. 10, 149 sedulus ... holitor ferro ... bicorni -at. ENNOD. carm. 1, 3, 18 blandior ad falcem messor perducit aristas, si rastris segetem -ere continuet. 1, 9, 137 faciem soli ... -it aratris.

2 *in textilibus* (*-itur textorum materies; ipsa* fila ISID.): **a** *usu sollemni*: COLVM. 12, 3, 6 praeparatae ... sint et -ctitae lanae, quo facilius iusta lanificio persequi ... possit *mulier.* PLIN. nat. 19, 17 ipsa *stuppa* ... -itur ferreis aculeis (*sic Mayhoff,* hamis *Barbarus,* aeris *codd.*), donec omnis membrana decorticetur. HIER. tract. in psalm. I p. 113 l. 104 *linum* primum ... tollitur de terra, frangitur, deinde torquetur, postea lavatur, deinde tunditur, deinde -itur (plect- *var. l.*) et multa cura et labore vix venit ad candorem. VVLG. Is. 19, 9 confundentur qui operabantur linum -entes (plect- *var. l.*) et texentes subtilia. PRVD. ham. 293 ut quaeque est lanugo ferae mollissima tactu, -itur. ISID. orig. 19, 29, 1 pectines *dicti sunt,* quod -xa fila reddant et inpremant. **b** *usu peculiari, sc. cum obi. rei effectae* (*cf. A2*): AMM. 23, 6, 67 *apud Seres* abunde silvae sublucidae, a quibus arborum fetus aquarum asperginibus crebris, velut quaedam vellera molientes (moll- *edd. vet.*), ex lanugine et liquore mixtam subtilitatem tenerrimam -unt nentesque subtemina conficiunt sericum.

II *usu peculiari*: **A** *translationibus iocosis in sermone comicorum*: **1** *-itur aliquis verberando, castigando* (*cf. similes voces sic per hyperbolen usurpatas, e. g. gr. ξαίνω, francog. 'peigner'*): PLAVT. Capt. 896 nisi mantiscinatus probe ero, fusti -ito. Men. 1017 -e pugnis, *sc. servos* (*eadem allitteratione*: Poen. 358 oratorem hunc p. -as. Rud. 661 leno p. -itur [plect- *var. l.*]). **2** *-itur cibus manducando* (*dentes cum pectine comparantur; cf.* oppecto): TITIN. com. 165 obstrudulenti aliquid, quod ⌞-am⌟ sedens (perpascam *Ribbeck dubitanter*).

B *notione veriloquii causa ficta i. q. discernere*: VIRG. gramm. epit. 11, 3, 5 pectus ... a -endo id est discernendo et dinumerando cogitamenta *eqs.* (pectando, pectinando *var. ll.*).

p. p. p. **pexus,** -a, -um *pro adi.* (*exempla ambigua v. supra; pro subst.*

[Hodges]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adhibetur infra sub 1 b). *compar.* PLIN. nat. 19, 14, *superl. non occurrit.*

t. t. artis textorum spectare videtur ad qualitatem vestium quandam floccosam (*v. Blümner, Technologie I², 1912, 178 adn. 1; opp.* trita HOR. [*cf.* pexatus], *sed opp.* linea, serica *ut maioris pretii* HIER.; *'tonsa' intellegit Wild, Class. Quart. 17, 1967, 133sq. collato gr. πέκω, non omni dubitatione sublata*): **1** *strictius de vestibus ipsis*: **a** *adi.*: tunica -a: HOR. epist. 1, 1, 95 si forte subucula -ae trita subest t. (*huc referunt* GLOSS.^{L} II Philox. PR 402 prosa -a t.: *πεξὸν ἱμάτιον* [*v. Heraeus, Kl. Schr. 15*]). EDICT. imp. Diocl. 20, 12 L. (*gr. πεξοῦ*). HIER. adv. Iovin. 2, 21 tunc -a t. et nigra subucula vestiebaris, ... nunc lineis et sericis vestibus. *alia*: PLIN. nat. 8, 191 Histriae Liburniaeque *lana* pilo propior quam lanae, -is aliena vestibus. 19, 14 nec ulla *lina* sunt cum candore molliora -iorave (pix fora *codd. plerique*). MART. 2, 44, 1 emi ... togam ... -am. 11, 56, 10 constringat ... tuos purpura -a toros. EDICT. imp. Diocl. 22, 6 L. in dalmatico-mafortio -o (*gr. πεξοῦ*). 22, 7 in strictoria -a (*gr. πεξῆς*).

b *subst.*: *α fem.* (*sc. tunica, si forma* paxs- *recte huc trahitur*): TAB. Sulis 32, 3 dono ... numini tuo ... paxsa(m) ba(ln)earem et ⟨pal⟩leum. 62, 2 perdedi la⟨enam, pa⟩lleum, sagum, paxsam. *β neutr.* (*masc. l. 22?*): EDICT. imp. Diocl. 24, 16 L. *πορφύραν εἰς πεξά* (*item* 24, 17. *textus lat. non exstat*). *addenda fortasse forma* pessum (-ssus): GLOSS.^{L} V Aa P 64 (*item* Abba PA 6 GLOSS. V 509, 15) paludamentum: ... vestis superior sicut toga aut c⟨h⟩lamis, -um seu mantum (*inde* P 566 -us: vestis superior ut c⟨h⟩lamis. *item* Abba PE 176 GLOSS. V 510, 20).

2 *laxius de aliis*: GRATT. 273 *canis venatici* caesaries neu ⌞-a⌟ nimis *sit* neu frigoris illa impatiens (*'villosa' intellegunt plerique, sed 'compta' Verdière ad l.*). COLVM. 11, 3, 26 *lactuca* Cappadocia, quae pallido et -o (*i. piloso*) densoque folio viret.

deriv.: pectica, pexatus, pexitas, pexo.

compos.: de-, 2. ex-, ob-, repecto; im-, per-, propexus; *?* pexibarbus.

Hodges.

pectorālis, -e. *a* pectus (*cf.* ISID. *l. 49*). NOT. Tir. 34, 98. [pectorale *subst. 'tegumen hominis vel equi pectus circumdans': it.* pettorale; *francog.* poitrail; *prov. vet.* peitral *et var. francoprov., prov.; cat.* pitral; *hisp.* pretal; *port.* peitoral. *cf. M.-L. 6332. Battisti-Alessio IV 2886. Wartburg VIII 108 sqq. Corominas² IV 455. Machado³ IV 332. St.*] [*ex interpolatione codd. rec.* GREG. M. epist. 14, 15.]

i. q. ad pectus pertinens: **1** *de tegmentis pectoris*: **a** *n. pro subst.* (*addas l. 47*): VARRO ling. 5, 116 lorica, quod e loris de corio ... -ia faciebant (*item militum*: PLIN. nat. 34, 43 *statuam Iovis* fecit ... Carvilius ... victis Samnitibus ... e -bus eorum ocreisque et galeis. *cf. l. 42*). GLOSS. -e: *στολισμός. στηθόδεσμον.* torale: -e (*sed emendat Lindsay* GLOSS.^{L} V Abba TO 30 thoraces: ⟨loricae⟩ -e⟨s⟩ *sec.* III Abol. TO 2 [*item* GLOSS. IV 575, 36]). **b** *adi.* (*addas l. 42*): FENEST. hist. 2 -is reticulus (*contextu manco; de re parum liquet*). APVL. met. 11, 10, 2 *antistites sacrorum* cinctum -em adusque vestigia ... iniecti. VET. LAT. exod. 28, 4 (cod. 100 *al.*) stolae, quas facient: -em et umbonem et talarem *eqs.* (*gr. περιστήθιον, Vulg.* rationale; *vix subst f., sed subst. n.* Hier. epist. 29, 4, 1). AMM. 14, 9, 7 -em tunicularn sine manicis textam (*cf.* ISID. orig. 19, 22, 7 talaris tunica dicta eo, quod ...; -is, quia apud antiquos brevis erat, ut tantum pectus operiret, licet nunc profusior est). fascia -is: MART. 14, 134 tit. f. -is: fascia, crescentes dominae compesce papillas. VET. LAT. Ier. 2, 32 (Ps. Cypr. exhort. paen. p. 128; *sim. aliae vers. et* VVLG.) numquid oblivisceturn ... virgo fasciae -is suae? (*gr. στηθοδεσμίδα*). HIER. epist. 22, 6, 4 non solvatur f. -is. VVLG. Is. 3, 24 pro f. -i *erit* cilicium (*explicat* HIER. *ad loc. l.* 11 pro f. -i, quam interpretatus est Symmachus, LXX tunicam *μεσοπορφύραν*, id est clavatam purpura, transtulerunt. l. 17 de hac f. -i [*affert* Ier., *v. supra*]. l. 22 mamillae ..., quae -i f. colligatae sunt). SORAN. p. 17, 1 (*gr. p. 40, 6 στηθοδεσμίας*). GLOSS. III 369, 40 f. -es: *στηθόδεσμοι.*

2 os -e *i. q. στέρνον*: CELS. 8, 1, 17 altero *capite* in exiguo sinu -is ossis insidit *iugulum.*

pectoreus, -a, -um. *a* pectus. *i. q. e pectore ortus*: DRAC. Orest. 567 flumine -o dedit ubera lactea labris *mater.*

pectorōsus, -a, -um. *a* pectus. NOT. Tir. 34, 97 -turosus. *compar.* -ior PRIAP. GLOSS. II 437, 46 *στηθιαῖος*: -us.

1 *de animantibus i. q. largo pectore praeditus*: PRIAP. 36, 9 nemo est ... -ior Marte. COLVM. 8, 2, 8 *gallinae sint* quadratae, -ae, magnis capitibus *eqs.* DARES 13 Achillem -um, ... membris valentibus et magnis *eqs.* **2** *transfertur ad demonstrationem largi pectoris* (*sc. quasi adi. pro gen.*): PLIN. nat. 14, 140 peregrinae exercitationes ... ac -a cervicis repandae ostentatio (*sc. cervix reclinatur, unde pectus praemineat*).

pectunctus *v.* pectunculus (POL. SILV.).

pectunculus, -ī *m.* *a* pecten *deminutive.* *scribitur* pectuncl- POL. SILV. (*e corr.*); *in var. l.* petunc- COLVM. 8, 16, 7 PLIN. nat. 1, 32, 3 GELL. 6, 16, 5, pectiunc- COLVM. *ibid.*, peciunc- PLIN. *ibid.; utrobique etiam n. plur.* -a. GLOSS. biling. 6, 36 ⟨*κτένες*⟩: *πεκτούνι⟨ου⟩λει.*

i. q. genus concharum (*fortasse species minor eius q. d. pecten; v. Leitner, Zool. Terminol. Plin., 1972, 191sq.*): VARRO ling. 5, 77 -i, ungues (*inter vocabula conchyliorum vernacula*). COLVM. 8, 16, 7 *limosa regio litoris* idonea est conchyliis ..., tunc concharum -is, balanis vel sphondylis. PLIN. nat. 9, 84 lolligo ... volitat ..., quod et -i faciunt, sagittae modo (*inde* 1, 9, 45). 32, 70 -i salsi triti cum cedria *pilos palpebrarum evolsos cohibent* (*inde* 1, 32, 24). 32, 150 (*inter animalia marina*) pectines ..., -i, purpurae *eqs.* GELL. 6, 16, 5 -us (*affertur inter edulia memorata a Varrone* [*Men. 403*]). MARCELL. med. 20, 26 (*inter edulia, quae stomacho prosunt*) murices, purpurae, -i. POL. SILV. chron. I p. 544, 13 -clus (*sic corrigas pro trad.* pectunctus; *inter nomina natantium*). *Wieland.*

***pectus,** -oris *n.* [*cf. tochar. A* päśśäṃ, *B* päścane *dualis 'pectus' v. J. Hilmarsson, Dual Forms in ... Tocharian, 1989, 98sqq. Sch.*] *de origine*: ISID. orig. 11, 1, 74 -s vocatum, quod sit pexum inter eminentes mamillarum partes. diff. 2, 64 -s hominis ab aspectu vocatum. *scribitur*: pict- VERG. Aen. 5, 434 (*P*), pet- VAL. MAX. 5, 4 ext. 5 (*L¹*). VVLG. lev. 9, 21 (*Φ⁴*), -ctur- CE 783 (= INSCR. Ital. IX 165), 7. INSCR. christ. Diehl 4827, 5 (*vers.; saec. VI vel VII*). *al.* NOT. Tir. 34, 96. *de genere et formis: acc. sing. masc.* -em GREG. TVR. Franc. 8, 31 p. 399, 6 (*B¹*), *acc. plur. masc.* -es HIPPOCR. aer. 20, *dat. plur.* -is ORIBAS. eup. 2, 1 M 12 Aa, *acc. sing.* pectum INSCR. christ. Diehl 846, 8 (*saec. V/VI*); *adiungitur adi. masc.* ARNOB. IVN. in psalm. 131 p. 533^{B} mansuetum -s ... et non recalcitrantem exhibes (*nisi subintellegas 'te'). de notione*: PLIN. nat. 11, 207 -s, hoc est ossa, praecordiis et vitalibus natura circumdedit ...; -s homini tantum latum, reliquis carinatum, volucribus magis et inter eas aquaticis maxime. ISID. diff. 2, 49 -s aëri coniungitur, quia sic inde emittitur spiraminis flatus, sicut ex aëre ventorum spiritus. GLOSS. *στῆθος. θῶραξ. τὸ στῆθος, τὸ στέρνον. v. p. 914, 10 sqq. 915, 20sqq. legitur persaepe in poesi inde a* NAEV., PLAVTO (*saepe*), ENN., TER. (*bis tantum*), PACVV., LVCIL., *in prosa inde a* CATONE, COEL., QVADRIG., RHET. Her., CIC. (*raro extra phil.*), *in utroque genere per totam latinitatem.* [*val.* piept; *dalm.* pyat; *it.* petto; *sard.* pettus; *raet.* pet; *francog. vet. et med.* piz, pis (*mod.* pis *'uber'*); *prov. vet.* peitz, pechs; *cat.* pit; *hisp.* pecho; *port.* peito. *cf. M.-L. 6335. Battisti-Alessio IV 2885. Wagner II 255. Wartburg VIII 111sqq. Corominas² IV 454. Machado³ IV 332. St.*] [*confunditur in codd. e. g. cum*: corpus (*v. vol. IV 999, 64sqq., ubi deleas* PACVV. trag. 402 *et addas e. g.* LVCR. 4, 1271 [*v. R. D. Brown, Lucr. on Love and Sex, 1987, 367sq.*]. SALL. Iug. 85, 29 VERG. georg. 4, 217), 1. pecus *e. g.* MANIL. 1, 82. PRVD. perist. 3, 34 (*v. etiam p. 945, 70*; -is *e coni.* PHAEDR. app. 19, 4; *falso trad.* -e *vel* pecore PLIN. nat. 11, 195, *ubi* iecore *Gelenius*), tempus *e. g.* VERG. Aen. 1, 44. OV. met. 13, 614 (*dub. trad.* -a PROP. 4, 7, 64; *falsa var. l.* -a HOMER. 29; *restituitur* -s LVCR. 2, 46). *falsa var. l. pro* pectine LVCAN. 3, 609 (*de* FIRM. math. 8, 4, 5. 8, 4, 7 *v. sub* pecten).]

fere i. q. στῆθος, στέρνον (*quae voces, ubi respondent, fere non adnotantur*). *de plur. q. d. poetico agit fusius Maas, Kl. Schr. 573sqq., qui plur. etiam in prosa oratione, etsi raro, occurrit; invenimus haec*: RHET. Her. 4, 33, 45 ('a pluribus unum') calamitas -a ... pulsabat. APVL. met. 7, 16, 4 hic *equus* elatis ... -bus *eqs.* SIDON. epist. 5, 5, 2 hauserunt -a tua euphoniam *linguae alienae.* VEREC. in cant. 2, 24 l. 4 sermones tui -a mea concusserunt. CASSIOD. in psalm. 129, 1 publicanus -a tundebat. *pluralem vel dualem -s muliebre significantem v. sub IA2a. iuncturae quaedam sollemnes*: COEL. hist. 44 equo ferit -s advorsum (BELL. Afr. 16, 3. 82, 4 VERG. Aen. 9, 347. 10, 571. *al.*). CATVLL. 64, 125 imo fudisse ex -e voces (64, 198 LVCR. 3, 57 VERG. Aen. 1, 371. 1, 485. *al.; cf.* SEN. dial. 5, 13, 2 in imo -is secessu). CAES. civ. 1, 62, 2 summo -e *exstare e flumine* (VERG. Aen. 5, 558 LIV. 26, 6, 5 VITR. 3, 1, 2 CVRT. 4, 9, 15. *al.; cf.* CIC. fam. 1, 9, 15 summa -is). PROP. 2, 1, 70 a medio -e pellet avem (OV. fast. 1, 656 MANIL. 1, 318 SEN. Ag. 848. *al.*). *v. etiam p. 915, 57sqq.*

I *-s est ea pars corporis, quae ex collo ad ventrem porrigitur* (*os -is v. sub C, de respectu totius corporis v. p. 910, 6sq.; adduntur imagines, quibus per speciem externam interna quaedam illustrantur, e. g. l. 75sqq. p. 909, 47. 912, 75sq.*): **A** *respicitur potius species externa*: **1** *vario usu*: **a** *-s animantium*: *α hominum aliorumque humana figura praeditorum*: Ⓘ *cum certo respectu*: Ⓐ *-a proteguntur, sustinentur vel praesidio privantur*: PLAVT. Cas. 635 (*ancilla, quae animo relinquitur, ad senem*) contine -s, face ventum ... pallio. VERG. Aen. 10, 425 telo dat -s inermum. OV. met. 6, 79 defenditur aegide -s (*cf. p. 909, 74*). 9, 33 bracchia ... opposui tenuique a -e varas in statione manus et pugnae membra paravi (*sc. Achelous cum Hercule luctaturus*). LIV. 1, 20, 4 dedit ... super tunicam aeneum -i tegumen (*cf.* 9, 40, 3 spongia -i tegumentum *erat.* LVCAN. 7, 499 tuto ... latet sub tegmine -s). 9, 40, 2 forma erat scuti: summum latius, qua -s atque umeri teguntur (LVCAN. 6, 202 *centurio* -a non tegit armis. HOMER. 292 ni vastum ferrea -s texisset lorica. SERV. Aen. 7, 633). SEN. Herc. O. 1000 patet ... -s ...: feri. Phoen. 405 nudum inter enses -s infestos tene (LVCAN. 5, 320 n. promptumque ad vulnera -s. VAL. FL. 4, 225 STAT. Theb. 7, 281. *al.*). *al. addas imagines*:

[Gatti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ov. ars 3, 667 quid aperto -e in hostem mittor et indicio prodor ab ipse meo? (*cf. fortasse p. 915, 46*). Cypr. epist. 58, 9 induamus loricam iustitiae, ut contra inimici iacula munitum sit -s et tutum. Prvd. c. Symm. 1, 650 liceat tectum servare a vulnere -s (*defendit se librumque suum*).

Ⓑ *-a infestantur* (*in maeroris demonstratione v. sub 2b*): ① *variis modis* (*praecipue ense, telo sim.*): Plavt. Cas. 642 -s, auris, caput teque di perduint (Prop. 2, 34, 13 tu mihi vel ferro vel -s perde veneno [*si zeugma intellegendum, aliter e. g. Enk, 1962*]). 849 -s mi icit non cubito, verum ariete (Liv. 26, 6, 5 summum -s gaeso ictum est). 930 -s mihi pedibus percutit (Liv. 2, 19, 8. *al.; cf.* Ov. epist. 9, 161 Nessus ... percussus arundine -s. Lvcan. 4, 561 percussum est -e ferrum). Enn. ann. 364 missa ... per -s dum transit striderat hasta (Homer. 381 per ... viri scapulas annosaque -a). Carm. Prisc. gramm. II 335, 3 (*in hexametros traiectum e Liv. Andr.* [frg. 35 Morel]) celer hasta volans perrumpit -a ferro (*gr. χ 93 διὰ δὲ στήθεσφιν ἔλασσε*). Lvcil. 1187 haerebat mucro gladium⟨que⟩ in -e totum ([*nisi ad β*]. Ov. met. 15, 161 cui -e ... haesit in adverso ... hasta). Acc. trag. 34 in -e fulmen incohatum flammam ostentabat Iovis (*de Aiace Oileo*). Qvadrig. hist. 10[b] *Manlius gladio* -s *Galli* hausit (Ov. met. 8, 440 nefando ... ferro). Cic. Tusc. 4, 50 *gladium* hosti in -s infixerit (Verg. Aen. 4, 689 infixum ... sub -e volnus. Sen. Oed. 1036 dial. 1, 2, 11. *al.*). Lvcr. 6, 392 -e perfixo, *sc. fulgure*. Bell. Afr. 94 gladio traicere -s (Verg. Aen. 1, 355 ferro. Ov. met. 2, 605 Liv. 41, 11, 6 Val. Max. 9, 11, 5. *al.; cf.* -a *vel* -s traiectus: Ov. fast. 5, 709 Stat. Theb. 9, 309. 10, 619). Verg. Aen. 1, 44 transfixo -e (Liv. 3, 48, 5 -s ... puellae transfigit. *al.; aliquem* per -s: 2, 46, 4. 26, 15, 15). 5, 434 -e vastos dant sonitus *pugiles ictibus* (*cf.* Lvcan. 8, 663 cum terga sonent et -a ferro). 9, 347 -e in adverso totum cui comminus ensem condidit (12, 950 ferrum adverso sub -e condit. Ov. epist. 11, 98 met. 13, 458. *al.*). 9, 432 *ensis* transabiit costas et candida -a rumpit (10, 337 thoraca simul cum -e rumpit. Ov. met. 5, 36. 12, 117. *al.*). *al.* ② *ab animalibus*: Acc. carm. frg. 19 non ergo aquila ... sciciderat -s? Cic. Tusc. 2, 24 (vers.) arcere nequeo diram volucrem a -e (*sc. Promethei ut*: Prop. 2, 1, 70 a medio -e pellet avem. Petron. frg. 25, 2 Mart. 11, 84, 10 Clavd. carm. min. 53, 21). Lvcr. 3, 985 quod sub magno scrutentur -e *volucres* (*sc. Tityi ut*: Sen. Herc. f. 978 Clavd. rapt. Pros. 2, 341. *cf. p. 912, 71*). Verg. Aen. 7, 349 *anguis Gorgonis* inter vestes *Amatae* et lēvia -a lapsus ... vipeream inspirans animam. Lvcan. 9, 797 nec lorica tenet distenti -is auctum *morsu serpentis effectum*. ③ *morbis, affectionibus corporis sim.* (*morte* Lvcan.): Laev. carm. frg. 8, 1 corpore -eque undique obeso (*sc. macie consumpta*). Aedit. epigr. 1, 3 per -s manat ... mihi sudor (*cf.* Cels. 2, 2, 2 si corpus dormientis ... contra consuetudinem insudat, maximeque si circa -s, aut cervices, *eqs.* Ps. Hippocr. ad Antioch. vers. *a* 3 si a -e morbus minatur ... his praesentitur indiciis: primum -is sudor [*Paul. Aeg. 1, 100, 3 τὸν θώρακα*]). Cels. 5, 28, 4[A] *ulcus* fit maxime in -e aut lateribus *eqs.* Scrib. Larg. capp. 265 ad contusionem -is, lateris (*nisi ad l. 6 sqq.*). Lvcan. 4, 652 -a ... stricta gelu. Plin. nat. 26, 2 *mentagram* descendentem ... in colla -sque *eqs.* (*inde* Plin. med. 1, 18, 2). ④ *vi quadam divina* (*sc. imaginibus illustrata; maxime Amoris*): Verg. Aen. 6, 101 stimulos sub -e vertit Apollo. 7, 457 *Allecto* atro lumine ... fixit sub -e *Turni* taedas ([*cf.* Serv. 'sub -e' ubi fellis locus est, id est iracundiae]. Prop. 2, 13, 2 spicula quot nostro -e fixit Amor. Stat. silv. 1, 2, 55 quae -a figi imperet *Amor*). Ov. epist. 16, 275 non mea sunt summā leviter ⌞de-stricta⌟ sagittā -a ([dis- *trad.*]. met. 10, 526 harundine). ars 1, 22 quamvis *Amor* mea vulneret arcu -a (*cf.* met. 1, 520 in vacuo ... vulnera -e fecit. 9, 720 amor ... tetigit rude -s et ... vulnus ... dedit. Apvl. met. 6, 22, 3 -s ... convulneraris assiduis ictibus). 1, 236 spargi -s Amore nocet. 1, 257 hinc (*i. Baiis*) aliquis vulnus referens in -e. met. 5, 367 cape tela, Cupido, inque dei -s celeres molire sagittas. 9, 535 laesi ... -is. 9, 625 *Amor* urget et urit -a nostra (Stat. Ach. 1, 638 urentia -s vulnera). Sen. Phaedr. 293 *Cupido* virginum ignoto ferit igne -s (Drac. Romul. 6, 114). CE 947, 3 (*Pompeis*) si potest illa *Venus* mihi tenerum pertundere -s *eqs.* Sil. 11, 389 spargere tela manu passim fallentia natis imperat *Venus* et tacitas in -a mittere flammas. *al.*

Ⓒ *-a foedantur aut ornantur*: Trag. inc. tel192 barba *Aeetae* ... horrida ... infuscat -s inluvie scabrum (Verg. Aen. 10, 838 fusus propexam in -a barbam. Ov. met. 12, 351 *centaurum* protectum -a barba. fast. 1, 259 propexam ad -a barbam. Sen. epist. 77, 18. *al.*). Lvcil. 213 stat sentibus -s (*si recte explicat Marx*). 860 hic corpus solidum invenies, hic stare papillas -e marmoreo ([*nisi ad 2a*]. *cf.* Plin. nat. 11, 232 feminae ... in -e *habent mammas*. Mart. 3, 72, 3 tibi pannosae dependent -e mammae. Avg. civ. 22, 24 p. 614, 33 habet -s virile mamillas. Isid. diff. 2, 65 mammae *sunt* tumores -is). Acc. trag. 257 -s glauco pampino ... obtegunt. Verg. Aen. 5, 558 it -e summo flexilis obtorti per collum circulus auri. 8, 267 villosa ... saetis -a semiferi *Caci* (Sil. 5, 441 villosa feris horrebant -a s. Mart. 2, 36, 5 Nemes. ecl. 3, 31). 8, 437 ipsam ... in -e divae *Palladis* Gorgona (*item ad aegida spectant p. 908, 66 et* Prop. 2, 2, 8 Pallas ... Gorgonis anguiferae -s operta comis. Ov. met. 2, 754. 4, 803 Lvcan. 9, 658 Val. Fl. 3, 88. *al.*). Ov. met. 2, 626 in -a fudit odores. 2, 777 *Invidiae* -a felle virent. 10, 265 redimicula -e pendent. *al.* Liv. 2, 23, 4 cicatrices adverso -e ostentabat (Qvint. inst. 2, 15, 7 ostendit. *cf. l. 24. 25. 32 sq. et* Val. Fl. 1, 835 -e ductor vulnera nota gerens). *al.*

Ⓓ *-a iunguntur* (*maxime in amplexu; luctando l. 13. 14. 15. 17; agitur nonnumquam de toto corpore*): Lvcil. 305 tum latus conponit lateri et cum -e -s. Prop. 3, 20, 6 forsitan ille alio -s amore terat (*vix ad II, cf. Fedeli, comm. 1985, ad l.*). 4, 7, 19 -e mixto *amantium*. Ov. epist. 11, 58 pressa refovisti -a nostra tuis (Stat. Theb. 7, 362). 15, 191 iungi mea -a tecum (met. 2, 604 Petron. 123 vers. 229 Val. Fl. 1, 163. *al.*). 19, 62 -a ... iuncto nostra fovere sinu (Lvcan. 5, 736 amplexu). met. 6, 243 contulerant arto luctantia nexu -a -bus. 9, 51 ter ... voluit ... reicere Alcides a se mea -a. Sen. Phoen. 470 maternum tuo coire -s -i clipeus vetat. Lvcan. 4, 624 -e -s urgueri (Stat. Theb. 7, 496 cara sororum -a). 4, 648 pressis intra mea -a membris (Stat. Theb. 6, 746 nudum ... ad -a pressit. 7, 461 Clavd. 7, 30. *v. etiam l. 9*). 4, 783 frangitur armatum conliso -e -s. 8, 66 *Corneliam* -e Magnus ambit. Petron. 91, 4 invado *Gitonis* -s amplexibus. 101, 1 *Giton* super -s meum positus (Stat. Ach. 1, 931 in -e. Anth. 430, 7 puella tuo cum -e -a ponit). 138, 7 -s amplecti (Paneg. 12, 10, 3). *al.*

Ⓔ *-a induuntur vel denudantur, sc. vestimentis* (*cf. etiam p. 911, 69. 912, 7*): Varro frg. Non. p. 542, 26 -e ac lacertis erant apertis nec capitia habebant. ling. 5, 131 capitium ab eo quod capit -s. Cic. Verr. II 5, 3 tunicam ... eius a -e abscidit, ut cicatrices populus Romanus iudicesque aspicerent. 5, 32 ne denudetur a -e, ne cicatrices populus Romanus aspiciat. Hor. sat. 1, 6, 28 latum demisit -e clavum. Prop. 3, 8, 8 rescisso -a nuda sinu. Ov. met. 4, 6 -a pelle tegi. 6, 59 cinctae ... ad -a vestes (Avien. orb. terr. 889. *cf.* Porph. Hor. ars 50 cinctum est genus tunicae infra -s aptatae). 6, 404 suas a -e ... deduxit vestes. 7, 848 scissa ... a -e veste (Homer. 846 de -e. Ivvenc. 4, 560). 13, 265 (*Vlixes vulnera ostendens*) vestem ... manu diduxit et 'haec sunt -a ...' ait 'vestris exercita rebus'. 13, 459 iugulumque simul -sque retexit. Liv. 6, 20, 8 nudasse -s insigne cicatricibus (Tert. pall. 4, 6 Sedvl. carm. pasch. 5, 272). Petron. 124 vers. 276 inter torto laceratam -e vestem ([*agitur de Discordia*]. Sil. 13, 389 pulsato lacerat violenter -e amictus). *al.*

Ⓕ *-a afficiuntur curationibus sim., fere medendi causa*: Cels. 4, 9, 3 frictio a -e vehemens toti inferiori parti adhibenda. 4, 10, 1 -s diu perfricari. 4, 10, 2 cucurbitulae -i admotae (Amm. 29, 2, 28 admovere marmori manus utriusque digitos alternatim et -i [*seq.* ad stomachi remedium]). 4, 13, 2 sinapi ex aceto super -s imponitur (4, 14, 4 prodest impositus super -s sal bene contritus. Plin. nat. 23, 101. *al.*). 4, 23, 1 super -s ponetur sinapi (Marcell. med. 20, 104). Plin. nat. 20, 136 *ruta* inlita in melle toto ventre et -e (Marcell. med. 27, 88 *betae* a -e ... inguinum tenus inlitae). 28, 98 *dentem hyaenae* circumligari ante -s (28, 138 lateribus, -i, scapulis). *al.* *apud Christianos*: Svlp. Sev. Mart. 19, 1 epistulam Martini ... -i puellae *aegrotae* ... inseruit. Sacr. Gelas. 421 tangis ei -s et inter scapulas de oleo exorcizato (Sacr. Greg. 83, 3 [361 D.]). Regvla mag. 8, 27 signata ... a fratribus sua fronte vel ipsum -s (CE 920, 3 [*saec. VIII, sed antiquioris originis putat Bücheler*]). Vitae patr. Iurens. 81 crebro sibimet -a oculosque cum oratione atque invocatione Christi nominis consignantes. Vita Caes. Arel. 2, 15 *cum* pannum ad -s suum posuisset.

Ⓖ *in universum*: Plavt. Curc. 282 (*loquitur Curculio currens*) ne quem in cursu capite aut cubito aut -e offendam aut genu. Mil. 202 -s digitis pultat *deliberando*. Enn. ann. 230 -a pellite tonsis (*seq.* 231 referunt ad -a tonsas [Ov. trist. 4, 1, 9 remos]. *cf.* Lvcan. 3, 543 remis -a pulsant. Val. Fl. 1, 369 percusso -e tonsā. Sil. 11, 489 Stat. Theb. 5, 375. *hinc fortasse explicanda est breviloquentia audacior* Val. Fl. 3, 472 aequora -e tollunt). Rhet. Her. 4, 6, 9 ut Lysippus caput ostenderet Myronium, brachia Praxitelae, -s Polycletium *discipulo discenti* (Cic. fin. 5, 94 ostendit pedes et -s *podagricus quidam*). Cic. Tusc. 2, 22 (vers.; *vertuntur verba Herculis Soph. Trach. 1090*) o ante victrices manus, o -a, o terga. fam. 1, 9, 15 Apelles Veneris caput et summa -is politissima arte perfecit. Lvcr. 4, 1267 *mulieris* loca sumere possunt -bus positis sublatis semina lumbis (*cf. R. D. Brown, Lucr. on Love and Sex, 1987, 364*). CIL I[2] 2520, 29 (*tab. defix., saec. I a. Chr.*) Proserpina, ... do tibi ... -s, iocinera, cor *eqs.* Caes. civ. 1, 62, 2 *ut* pedites *flumen transeuntes* ... tantummodo umeris ac summo -e extarent (Tac. ann. 1, 70, 3 manipuli, modo -e, modo ore tenus extantes). Verg. Aen. 3, 426 (*de Scylla*) pulchro -e virgo. 9, 103 *Nereides* secant ... -e pontum (*cf.* Ov. epist. 19, 208 placidas tuto -e finde vias *per aquam* [toto -e *var. l. et ed. nonnulli, vix recte conferentes p. 915, 57 sqq.*]). 10, 212 spumea semifero sub -e *Tritonis* murmurat unda. Moret. 34 *ancilla* -e lata, iacens mammis, compressior alvo (Mart. 12, 38, 4 latus -e. Svet. Tib. 68, 1. *cf.* Val. Fl. 2, 491 lata ... -a [Veg. mil. 1, 6. Physiogn. 61, *ubi postea*: tenue et invalidum]). Tib. 1, 4, 12 *puer* placidam niveo -e pellit aquam. Ov. epist. 10, 108 -e tutus eras (*sc. ferreo; ita ut adludat ad p. 914, 30*).

[Gatti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

met. 2, 374 *Cygni in avem se mutantis* collum ... a -e longe porrigitur. *al.* *sensu paulo latiore respicitur potius tota pars anterior corporis* (*sc. opposita tergo*): BELL. Afr. 82,4 cum centuriones -e adverso resisterent (VERG. Aen. 11,370 a. fidens fer -s in hostem. SEN. clem. 1,4,1 a. vulneribus -a ferunt, ne imperatoris sui signa vertantur. *al., v. etiam p.. 909,16.26 et cf.* OV. am. 2, 10, 31 induat adversis contraria -a telis miles. epist. 13, 82 saeva ... in oppositos -a ferre viros. met. 10, 706 non terga fugae, sed pugnae -a praebet. *sim. al.*). OV. ars 1, 209 tergaque Parthorum Romanaque -a dicam. met. 4, 579 in -s ... cadit pronus (*cf.* 9, 44 toto ... -e pronus). LVCAN. 4,468 incertus, qua terga daret, qua -a bello. SIL. 4,194 exceptum -e letum. 5,642 tela omnia solus -e consumo (*antea*: ne terga Libys ... umquam consulis aspiciat). *al.*

β animalium: ENN. ann. 517 *equus* fert sese campi per caerula laetaque prata celso -e (*item equi sim.*: COEL. hist. 44 *Rutilius* eminus equo *Syphacis* ferit -s advorsum [*sim.* BELL. Afr. 16, 3]. VARRO rust. 2, 7, 5 -s latum et plenum [COLVM. 6, 29, 2. *cf.* 6, 37, 6 -e musculoso et vasto *asini*]. VERG. georg. 3, 81. *al.*). VARRO rust. 1, 20, 1 lato -e, crassis coxendicibus (*item boum sim.*: OV. am. 3, 5, 23 bovis niveae ... -a. 3, 5, 26 vaccae. met. 2, 866. *al.*). 2, 2, 4 amplo -e et scapulis et clunibus latis (ampli *trad., quod qui defendunt,* -e *cum* latis *iungere possunt; item arietis sim.*: VERG. Aen. 4, 64 pecudum [*i. bidentum et vaccae in extispicio*]. VET. LAT. lev. 10,14 [cod. 100] -s secretionis [*sc. bovis vel arietis in sacrificio; gr. στηθύνιον, Vulg.* pectusculum]. *al.*). VERG. georg. 3, 373 frustra oppositum trudentis -e montem (*cervorum ut*: CALP. ecl. 6,45 STAT. Theb. 5,166). 3, 426 malus ... anguis squamea convolvens sublato -e terga ([corpore *P cum parte edd.; inde* Aen. 2,474]. *item serpentium sim.*: Aen. 2,206 -a ... arrecta. CVLEX 170 attollit ... -s. OV. epist. 12,102 met. 3,80. *al.*). 4,15 manibus Procne -s signata cruentis (*sim. hirundinis*: OV. ars 2,384 met. 6,669. *aliarum volucrum*: HOR. sat. 2, 8, 90 tum -e adusto ... merulas poni. OV. met. 13,614 *Memnonidum.* SEN. epist. 47,6. 78,24. *al.*). Aen. 12,5 saucius ille *leo* gravi venantum volnere -s (*item leonum*: OV. met. 9,648 *Chimaera* -s et ora leae, caudam serpentis habebat. 11, 511 hal. 54 LVCAN. 1, 211. *al.*). *al.*

b *-s siderum, quorum species ad animantia referuntur*: CIC. Arat. frg. 15, 3 *Ophiuchum* medium Serpens sub -a cingit. 15, 5 *Ophiuchus* urget pedibus -s ... Nepai ([*cf. gr. 85 θώρηκι*, AVIEN. Arat. 240 maculosa ... -a pressus]. *item Scorpionis*: MANIL. 2,254 plano. GERM. 660). Arat. 3 Orionis (368 lato). 4 sub -e clarae Andromedae ([*sed gr. 233 νειόθεν Ἀνδρομέδης, Avien. Arat. 538* post tergum Andromedae]. *eiusdem sideris*: HYG. astr. 3, 10, 1. 4, 2, 1 *bis*). 267 *Leo* -bus validis atque alvo possidet orbem ([*cf.* AVIEN. Arat. 966 ima ... -a perque alvum]. *eiusdem*: OV. fast. 1,656 *ignis* micat in medio -e. VITR. 9, 3, 1. 2. GERM. 470 hirsuti. frg. 3, 9 COLVM. 11,2,5. *al.*). 461 promit -a Cepheus ([*cf.* AVIEN. Arat. 1229 nondum -a liber agit, sed -a mersus in undas *eqs.*]. *eiusdem*: HYG. astr. 3, 8. 4, 6, 2 AVIEN. Arat. 444. *al.*). MANIL. 1,318 Arcturum ... rapit *Bootes* medio sub -e. 1, 349 Equus ... -s fulgenti sidere clarus (*eiusdem*: HYG. astr. 3, 17 AVIEN. Arat. 507). 1, 419 pars hominis, tergo -s commissus equino (*item Centauri*: GERM. 415 hirsuto. 697 HYG. astr. 3,37,1 AVIEN. Arat. 1265). *al.*

2 *specialia*: **a** *sensu coartato significantur potius mamillae, ubera (feminarum praeter l. 72; huc pertinent fortasse quaedam sub b; cf. etiam p. 910,6. aut sing. aut plur. vel dualis; dualitas additamento illustratur l. 67)*: ***α exempla varia*** (*selecta*): PLAVT. Cas. 847 nebula haud est mollis aeque atque huius -s est. VERG. Aen. 7,518 trepidae matres pressere ad -a natos. HOR. epod. 8, 7 *ad amorem* incitat me -s et mammae putres, equina quales ubera. OV. am. 1, 5, 21 quam castigato planus sub -e venter. epist. 16, 251 -a vel puris nivibus vel lacte ... candidiora (*cf.* niveum -s: MANIL. 1, 752 e niveo lactis fluxisse liquorem -e reginae divum. EPITAPH. All. Potest. [CE 1988] 20 -e ... in n. brevis illi forma papillae. CLAVD. carm. min. 8, 3 -e ... n. miserum tenet anxia nutrix. *v. etiam p. 912,3.23.74*). ars 3,781 carent ... -a mendā. met. 8,806 (*descriptio Famis*) pendere putares -s et a spinae tantummodo crate teneri. 10, 282 manibus ... -a temptat. fast. 2,803 sq. positis urgentur -a palmis, tunc primum externā -a tacta manu. PAVL. FEST. p. 113 Plautus: 'esca sit meretrix, -s inlex' (*sc. Asin. 221, ubi* lectus *legitur*). VAL. MAX. 5,4 ext. 1 velut infantem -i suo admotum aluit. SEN. Med. 103 -a coniugis invita trepidus prendere dextera. LVCAN. 3, 351 -bus rapti matrum frustraque trahentes ubera sicca fame. STAT. silv. 1, 2, 271 stantia ... -a. REPOS. 122 -s gemino quasi sidere turget. LACT. opif. 12, 17 fontibus lacteis fecundum -s exuberat. *al.*

β -s induitur sim.: TER. Eun. 314 demissis umeris esse, vincto -e, ut gracilae sient (*cf. Schol. Ter. p. 100, 28 sq.* vincto: fasciato, id est vinctas habens mammas). PROP. 1, 15, 7 -s variare lapillis. 4, 9, 49 (*verba Herculis Omphalae servi*) mollis et hirsutum cepit mihi fascia -s et manibus duris apta puella fui. OV. ars 3, 274 angustum circa fascia -s eat. met. 11, 4 *Thraessae* tectae lymphata ferinis -a velleribus. SEN. Tro. 90 cui coniugio -a velas? LVCAN. 10, 141 *Cleopatrae* candida Sidonio perlucent -a filo. STAT. Theb. 12, 537 *Hippolytae* -a pallā totā latent. MART. 14, 66, 1 (*tit.*: mamillare) taurino poteras -s constringere tergo. 14, 149, 2 (*tit.*: amictorium) ut possint niveo -e lina frui. TERT. patient. 15, 5 (*descriptio Patientiae*) amictus circum -a candidus. VET. LAT. II Macc. 3, 19 (rec. L) accinctae ... mulieres -s (*sim.* rec. X *et* VVLG., *gr. ὑπὸ τοὺς μαστούς* [*var. l. τὸ στῆθος*], *rec. P* sub mammis). CLAVD. 1, 90 nodus ... album puniceo -s discriminat ostro. *al.* ***γ -s denudatur*** (*in maeroris sim. demonstratione e. g. l. 9.12.13*): CATVLL. 64, 64 non contecta levi velatum -s amictu, non tereti strophio lactentis vincta papillas. CAES. Gall. 7, 47, 5 matres familiae ... -e nudo prominentes passis manibus obtestabantur Romanos (OV. epist. 16, 249 prodita sunt ... tunicā tua -a laxā atque oculis aditum nuda dedere meis. STAT. Theb. 11, 418 -e n. stant matres. *al.; cf.* PROP. 2, 24, 52 precor ut me *mortuum* demissis plangas -a nuda [*nom.*] comis. CVRT. 6, 5, 27 *Amazonum* laeva pars ad -s est nuda). TIB. 1, 6, 18 neve cubet laxo -s aperta sinu (PROP. 4, 4, 72 illa ruit ... abscisso -s [fertur *trad., corr. Hertzberg*] a. sinu. OV. epist. 15, 122. met. 13, 688 effusae ... comas et apertae -a matres significant luctum. fast. 1, 408. *al.; cf.* aperto -e: OV. met. 2, 339 fast. 3, 16). PROP. 2, 22, 8 non tecto -e. 4, 8, 47 cantabant surdo, nudabant -a caeco (SEN. Med. 806 nudato -e maenas). OV. epist. 6,27 tunicis ... a -e ruptis (ars 3,707 tenues a -e vestes rumpit). met. 9, 636 a -e vestem diripuit planxitque suos furibunda lacertos. 11, 681 sq. percutit ora manu laniatque a -e vestes -aque ipsa ferit. SEN. Herc. f. 545 detraxit ... nivei vincula -is (TAC. ann. 15,57,2 *fasciam* -i detraxerat). *al.*

b *in maeroris demonstratione -a lacerantur, percutiuntur sim.* (*saepius a mulieribus, rarius a viris, e. g.* VERG. Aen. 11, 86 OV. met. 3, 481 sq. *et apud Christianos, a volucribus l. 41 sqq.; de gestu agunt* CIC. Tusc. 3, 62 genera lugendi: ... muliebres lacerationes genarum, -is, feminum, capitis percussiones. QVINT. inst. 11, 3, 123 complodere manus scaenicum est et -s caedere): CATVLL. 64, 351 putrida ... infirmis variabunt -a palmis. VERG. Aen. 1, 481 Iliades ... tristes et tunsae -a palmis (SEN. Tro. 410. *cf.* VERG. Aen. 11, 38 gemitum tunsis ad sidera tollunt -bus. OV. am. 3, 9, 10 *Amor* -a ... infestā tundat aperta manu. ars 1, 535 met. 8, 536. *al.; cf. l. 52 sqq.*). 4, 589 terque quaterque manu -s percussa decorum ([*cf.* SERV. auct.: -s percussum habens]. 11, 877 percussae -a matres. *cf.* VERG. Aen. 12, 155 terque quaterque manu -s percussit honestum. OV. met. 3,481 *Narcissus* nuda ... marmoreis percussit -a palmis. 3,482. *al.; v. etiam l. 49*). 4,673 unguibus ora ... foedans et -a pugnis (11, 86 infelix ... Acoetes -a nunc foedans pugnis, nunc unguibus ora. 12, 871). PROP. 2, 13, 27 nudum -s lacerata (*cf.* SEN. dial. 6, 6, 2 lacerato -i [*al. v. vol. VII 2, 825, 52 sq.*]). OV. am. 2, 6, 3 piae volucres, ... plangite -a pinnis (*item lugent volucres*: EPICED. Drusi 109 plangentes. HOMER. 420 plaudit [plangit *var. l.*]. STAT. Theb. 3, 515 caedunt). 3, 6, 58 -a ... insanā plangis apertă manu (epist. 5, 71 rupique sinus et -a planxi. 10, 145. 11, 91. *al.; v. l. 42 sq.*). epist. 10, 15 adductis sonuerunt -a palmis (SEN. Thy. 1045 sonent contusa planctu. *cf.* SEN. Herc. O. 183 nec plura dedit -a tellus, ut digna sonent verbera fatis). *al.* *apud Christianos est signum eius, quem peccati paenitet* (*certiora*): VET. LAT. Luc. 18, 13 (cod. 3 *al.* = VVLG.) *publicanus* percutiebat -s suum dicens: 'deus, propitius esto mihi peccatori' (*inde* ORIG. in Matth. ser. 89 p. 205, 6. *huc spectat etiam*: CYPR. domin. orat. 6 -s suum pulsans et peccata ... contestans. CASSIOD. in psalm. 129, 1 -a culpanda tundebat). AVG. serm. 19, 2 quando ... tundis -s, irasceris cordi tuo *eqs.* (29, 2 continuo tundunt -a, velut iam moneantur confiteri peccata. 67, 1 tundere ... -s quid est, nisi arguere quod latet in -e et ... castigare peccatum? vera relig. 18. *adde* CASSIOD. *l. 52*). COMM. instr. 2, 18, 11 pertundite -s. *al.*

B *consideratur potius pars interior, ut significetur aut ipsius thoracis pars interior aut totum receptaculum interiorum, spatium internum sim.* (*cf.* Ps. HIPPOCR. ad Antioch. vers. *a* 2 sunt autem *corporis* partes haec: ... -is latebra, ventris receptaculum *eqs.* VINDIC. gyn. rec. G p. 438 pulmo ... implet -is locum): **1** *exempla varia*: **a** *hominum*: PLAVT. Aul. 627 meum cor coepit artem facere ludicram atque in -s emicare. Bacch. 405 nunc experiar, sitne aceto tibi cor acre in -e. Cas. 415 cor lienosum ... habeo, iam dudum salit, de labore -s tundit (Rud. 1290 *cor* quasi palo -s tundat). Pseud. 144 somnum socordiamque ex -e oculisque exmovetis (*cf.* VERG. Aen. 4, 530 *Dido numquam* oculis ... aut -e noctem accipit [*uterque locus vix ad IIA1a*]). 1036 *cor* ex -e aufugiat meo. LVCR. 6, 1151 *morbus* per fauces -s complerat. VERG. Aen. 6, 48 -s anhelum *est* et rabie fera corda tument (*Sibyllae ut*: 6, 78 magnum si -e possit excussisse deum. CLAVD. 18, 327 haec intrat -a Phoebus. *cf. et* VAL. FL. 4, 446 mea quod vates insedit Apollo -a. 6, 673). 6, 600 *vultur* habitat ... sub alto -e *Tityi* (*cf. p. 909,34 et* STAT. Theb. 11, 13 -e ab alto emergunt volucres). 10, 567 (*de Briareo*) quinquaginta oribus ignem -busque arsisse. OV. epist. 3, 146 est mihi qui fosso -e sanguis eat (STAT. Theb. 9, 883 ibat purpureus niveo de -e sanguis). met. 1, 554 *Apollo* sentit adhuc trepidare novo sub cortice

[Gattii]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lauri -s *Daphnes* (PERS. 3,88 trepidat mihi -s. *cf.* LVCAN. 6,752 trepidant sub -e fibrae). 2,827 letalis hiems paulatim in -a venit vitalesque vias et respiramina clausit. 6,391 viscera *Marsyae* possis et perlucentes numerare in -e fibras (MANIL. 4,912 trepidae ... suo sub -e fibrae. *adde l. 2*). 12,295 condidit *in* ora viri perque os in -a flammas. fast. 6,145 *striges* -a *infantis* ... exsorbent. *al.* **b** *animalium* (*maxime in sacrificiis, aliter* PLIN. nat.; *sideris* CIC.): CIC. Arat. 58 de -e frigus anhelans *Capricornus* (*nisi ad 2aβ*). LVCR. 2,354 (*de mactato vitulo*) sanguinis expirans calidum de -e flumen. OV. met. 15,136 ereptas viventi -e *bovis* fibras inspiciunt (SEN. Thy. 755 erepta vivis exta -bus tremunt. *cf.* Oed. 391 fibra vivis rapta -bus). SEN. Oed. 347 huius, *sc. iuvencae*, per ipsam, qua patet -s, viam effusus *sanguis*. LVCAN. 1,633 caesi ... in -a tauri inferni venēre dei. PETRON. 137,11 recluso -e extraxit fortissimum iecur. PLIN. nat. 11,181 cor animalibus ceteris medio -e est. *ibid.* munitum *cor* costarum et -is muro. 28,98 candida a -e hyaenae caro. *al.* VAL. FL. 3,440 *ovium*. IVV. 6,551 -a pullorum rimabitur, exta catelli. *al.*

2 *respicitur locus unde ducitur vox, risus, spiritus nec non vomitus sim.* (*accipitur potus l. 50.51; haud pauca et ad vocem et ad animum spectant, ut etiam ad II trahi possint, e. g. l. 30.32.34.45. cf. etiam p. 915,35 sq.*):
a *apud varios scriptores* (*maxime poetas; adhibetur maxime abl.* -e *nude vel cum praepos.*): *α hominum* (*dei* MANIL.; *exempla selecta inde ab* OV.): ENN. ann. 540 effudit voces proprio cum -e sancto (VERG. Aen. 5,482 effundit -e voces. 5,780 -e questus. 7,292 -e dicta. LVCAN. 9,565 e -e voces. *al.*). 562 non si lingua loqui saperet quibus, ora decem sint in me, tum ferro cor sit -sque revinctum (*cf.* STAT. Theb. 12,797 centenā si quis mea -a laxet voce deus). LVCIL. 136 exhalas ... acidos ex -e ructus. 971 *risu* res -a rumpit (*cf.* VERG. Aen. 3,246 rumpit ... hanc -e vocem. 4,553 -e questus. 11,377 imo -e voces. SIL. 8,299 vocem hanc e -e. STAT. Theb. 6,136 vocem de -e. *al.*). ACC. trag. 47 composita dicta e -e evolvunt suo (VAL. FL. 4,117 evolvit -e questus). CIC. carm. frg. 11,29 vates oracla furenti -e fundebant (CATVLL. 64,125 clarisonas imo fudisse e -e voces. VERG. Aen. 6,55 fundit ... preces rex -e ab imo [*sec. II intellegit* SERV.: a mentis intimo]. VAL. FL. 1,504. *al.*). CATVLL. 44,7 -e expuli tussim. 64,383 talia ... carmina divino cecinerunt -e parcae (SIL. 15,121). LVCR. 1,731 carmina ... divini -is eius *Empedoclis* vociferantur. VERG. Aen. 1,371 suspirans imoque trahens a -e vocem (SEN. dial. 11,18,6 trahantur ex imo gemitus -e). 1,485 ingentem gemitum dat -e ab imo (11,840 ingemuitque deditque has imo -e voces). 2,288 graviter gemitus imo de -e ducens (MART. 10,80,3). 5,182 salsos ... revomentem -e fluctus (VAL. FL. 2,25 revomentem -e flammas *Typhoea*). 5,409 talis referebat -e voces (VAL. FL. 6,496 imo ... -e). 9,326 qui ... toto proflabat -e somnum (*vix ad p. 915,57*). 9,414 ille vomens calidum de -e flumen *sanguinis*. VALG. carm. frg. 2,4 dulcior *vox* ut numquam Pylio profluxerit ore Nestoris aut docto -e Demodoci. PROP. 2,1,40 neque Phlegraeos Iovis Enceladique tumultus intonet angusto -e Callimachus (*nisi ad p. 915,48, cf. Richardson, comm. 1977, ad l.*). OV. epist. 21,201 ingemit et tacito suspirat -e (met. 2,656 ab imis -bus. SIL. 9,152 imo -e. *cf.* OV. met. 1,657 suspiria ducis -e, *Io* [2,125 -e sollicito repetens s. 10,403 s. duxit ab imo -e. STAT. silv. 2,3,20 s. librat -e]). met. 6,663 si *Tereus* posset reserato -e diras egerere inde dapes. fast. 3,304 relevant multo -a sicca mero. MANIL. 5,133 -s ... implevit hiantis *Iovis* lacte suo. VAL. MAX. 9,3,8 convulso -e spiritum cruore ac minis mixtum evomuit *Sulla. al.* *β animalium*: CIC. progn. frg. 4,4 *acredula* pertriste canit de -e carmen. div. 2,57 depulso ... de -e *gallorum* et in omne corpus diviso ... cibo. LVCR. 3,297 -a ... fremitu rumpunt *leones*. OV. met. 2,85 ignibus illis, quos in -e habent, quos ore et naribus efflant *equi Solis*. 7,109 *taurorum* -a ... gutturaque ... sonant. 8,356 spirat ... -e flamma (flammas *var. l.; de apro Calydonio*). SEN. Herc. O. 1643 aegro ... -e immugit leo. LVCAN. 4,756 -a rauca gemunt. PLIN. nat. 11,267 *ranarum* vox in ore concipitur, non in -e. VAL. FL. 6,435 tauros *Vulcani* ... Tartaream proflantes -e noctem. SIL. 16,392 anhelo -e consumptus *equus*. IVVENC. 2,697 *Ionas* cavo ... sub -e ceti. AVIAN. fab. 24,10 *leo* rabido -e verba dedit.

b *in re medica*: CELS. 1,3,20 *vomitus* prodest ei, cui -s aestuat *eqs.* 1,3,24 mora *vomendi* gravitatem -i faciet. 3,7,1[A] vomitu -s purgare (PLIN. nat. 22,35 *urtica* -s purgare. 23,122). 4,8,2 *difficultate spirandi* dolor in -e praecordiisque est. SCRIB. LARG. 83 sive a pulmone vel -e ea *sanguinis eruptio* fuerit. 90 pastillus ad ... destillationem -is et pulmonis (PLIN. nat. 30,46 [*item* PLIN. med. 1,24,3 PLIN. phys. Bamb. 57,16]). 176 facit ad -is et lateris dolorem et tussim (257. PLIN. nat. 20,108 *asparagi* -is et spinae doloribus ... prosunt. 20,128. 20,153. *al.*). PLIN. nat. 20,44 -is ac pulmonis vitiis (20,189. 24,35. *al.*). 21,137 stomachi exulcerationes, -is et renium (28,194. *cf.* 24,188 ad -s exulceratum). *al.*

C *technice de osse -is q. d., i. q.* στέρνον (*exempla certiora*): CELS. 8,7,5 (*inter ossa fracta*) maxilla, malae, iugulum, -s, latum os scapularum *eqs.* 8,8,1[A] id, quod a -e est, ... id, quod ab umero est (*agit de partibus iuguli ut*: 8,8,1[B]). 8,8,2[A] sunt ... plura ossa fere inmobilia ..., ut malae, -s, latum os scapularum, costae, *eqs.* Ps. SORAN. quaest. med. p. 367,19 quas (*costas?*) inter pars illa, quae quasi ossum est, -s vocatur.

II *-s est sedes animi et affectuum vel ponitur pro animo, affectibus* (*huc spectant etiam imagines quaedam sub I allatae, cf. p. 908,59*). *situm animi vel animae in -e esse illustrant e. g.* LVCR. 3,140 *animus sim.* media regione in -is haeret. VERG. Aen. 11,409 *anima* habitet tecum et sit -e in isto, *sc. tuo.* STAT. Theb. 9,553 animam sub -e ... deprendit *telum.* SERV. auct. Aen. 10,601 definitio est -is: id est in quo anima latet et continetur. LACT. opif. 16,3 sedem mentis in -e esse. HIER. epist. 64,1,3 sensus in corde est, habitaculum cordis in -e. AVG. gen. c. Manich. 2,17,26 nomine ... -is significatur superbia, quia ibi dominatur impetus animi. *cf.* EVCHER. form. 6 p. 36,13 -s: arcanum intellegentiae. GLOSS. IV 456,17 obtunsa -a: hebetes animos vel insipida corda. V 130,25 -e ab imo: ex intimo corde. V 153,30 sub -e: in animo. *sim. al.* GLOSS.[L] I Ansil.[PE] 40 -e: in -e, in anima. 42 -e toto: artissimo conplexu. *ad rem cf. H. Reis, Die Vorstellung von den geistig-seelischen Vorgängen und ihrer körperlichen Lokalisation im Altlatein, 1962, 145 sqq.*

A *generatim*: **1** *hominum, deorum sim.*: **a** *exempla usum illustrantia* (*specimina paucissima*): *α respiciuntur potius motus, affectus, concitationes animi* (*huc, sc. ad l. 67 sqq., ambigua inter α et β traximus*): Ⓘ *metus, desperatio*: NAEV. carm. frg. 53 magnae metus (*gen.*) tumultus -a possidit (PLAVT. Cas. 589 in -s iniciam metum. LVCR. 5,74 quibus ... modis divom metus insinuarit -a. OV. met. 9,248 ne -a vano ... metu paveant. LIV. 10,41,2 metus insidens -bus. *al.*). PLAVT. Epid. 533 timido (OV. met. 11,448). Pseud. 44 *Phoenicium* salutem impertit ... lacrumans titubanti animo, corde et -e. Stich. 85 earum ... perpavefaciam -a (*cf.* OV. met. 15,636 pavefacta ... -a movit). *al.* Ⓘ *duritia animi*: PLAVT. Asin. 944 nec quisquam est tam ingenio duro nec tam firmo -e, quin *eqs.* (*aliter p. 915,26*). Bacch. 136 o praeligatum -s! ACC. trag. 25 neque fera hominum -a fragescunt (SEN. Herc. f. 1226. Phaedr. 414 mitiga -s ferum. Phoen. 140 mollire. VAL. FL. 5,533 PAVL. NOL. carm. 17,248). CATVLL. 64,138 inmite ut nostri vellet miserescere -s (SIL. 5,207). HOR. epod. 5,14 impia mollire Thracum -a. carm. 1,3,10 illi robur et aes triplex circa -s erat, qui *eqs.* (PORPH.: durissimo corde ac -e fuisse. *cf.* OV. am. 1,11,9 nec silicum venae nec durum in -e ferrum. 3,6,59 ille habet et silices et vivum in -e ferrum. *sim. al.*). LYGD. 4,76 dura (*v. vol. V 1, 2308, 32 sqq.*). *al.* Ⓘ *iracundia sim.*: PLAVT. Aul. 468 quid opust verbis? ita mi -s peracuit. Truc. 603 meos animos violentos meamque iram ex -e iam promam (CIC. Tusc. 1,20 *Plato* iram in -e, cupiditatem subter praecordia locavit. CATVLL. 64,194 frons ... praeportat -is iras. VERG. Aen. 12,528 fluctuat ira intus, rumpuntur nescia vinci -a. 12,831 irarum ... volvis sub -e fluctus. *al.*). ACC. trag. 2 cum fervat -s iracundiae (*versu vix integro*). VERG. Aen. 5,679 excussa ... -e Iuno (*i. furor a Iunone iniectus*). 5,781 Iunonis gravis ira neque exsaturabile -s. *al.* Ⓘ *maeror, cura sim.*: PLAVT. Bacch. 628 multa mala mi in -e nunc acria atque acerba eveniunt (*sc. quem paenitet male facti*). 1111 idem mihi morbus (*i. aegritudo*) est in -e. Epid. 528 quae meum -s pulsant (*cf. 526* miser ex animo). Men. 761 haec res mihi in -e et corde cura est (Rud. 221 multae in -e sunt c. exanimales. ENN. ann. 336 VARRO Men. 394 LVCR. 5,1207. VERG. Aen. 6,85 mitte hanc de -e curam. HOR. sat. 1,2,110. *sim. saepius; cf. l. 60 et p. 915,3*). ENN. ann. 110 -a ... tenet desiderium *Romulo mortuo.* RHET. Her. 4,33,45 atrox calamitas -a maerore pulsabat, itaque anhelans ex imis pulmonibus prae cura spiritus ducebat (LVCR. 3,908 aeternum ... nulla dies nobis maerorem e -e demet. APVL. met. 8,7,7 in -e ... luctu ac maerore carpebat animum. *al.; cf.* CATVLL. 64,202 maesto [SEN. Phaedr. 1255. *al.*]. LVCR. 3,81 maerenti [VERG. Aen. 1,197. *al.*]). *al.* Ⓥ *amor*: PLAVT. Epid. 135 illam amabam olim, nunc iam alia cura impendet -i (*item spectant ad curas amoris*: PROP. 1,15,31 STAT. silv. 2,1,71. *al.; aliter l. 50*). 555 -s ardens (*cf.* Merc. 590 ita mi in -e atque in corde facit amor incendium. AEDIT. epigr. 2,2 lucet -e flamma satis. CATVLL. 61,177 illi non minus ac tibi -e uritur intimo flamma. OV. am. 1,1,26 uror, et in vacuo -e regnat Amor. *sim. al.*). Most. 143 *amor* in -s permanavit, permadefecit cor (*cf.* 164 Amor et Cupido in -s perpluit meum ...: madent iam in corde parietes). Poen. 198 inest amoris macula huic homini in -e. *al.* Ⓥⓘ *varia* (*somnus p. 915,1 sqq.*): PLAVT. Merc. 600 -s ardet (*curiositate ut*: Trin. 1000 iam dudum meum ille -s pungit aculeus, quid illi negoti fuerit ante aedis meas). Pseud. 34 istic (*sc. in hac epistula*) meus animus nunc est, non in -e (*i. non in sua sede*). 674 ego nunc me ut gloriosum faciam et copi -e. Stich. 279 abundat -s laetitia (*cf.* AFRAN. com. 16 -s est laetitia onustum. CATVLL. 64,221 laetanti -e. VERG. Aen. 5,816 laeta [*al., v. vol. VII 2, 886, 67*]). Truc. 78 suom nomen omne ex -e exmovit meo. ENN. ann. 584 animus⌊que in⌋ (cum *trad.*) -e latrat (*Skutsch confert Hom. υ 19* κραδίη ...

[Gattii]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ὑλάκτει). Acc. trag. 141 expergite -a tarda sopore (*cf.* 612 somno -a languentque senentque. Bibac. carm. frg. 9 rigat per -a somnum. Lvcr. 4, 908 somnus ... animi curas e -e solvat. Ov. epist. 12, 170 *nec* -a somnus habet [*lect. dub.*]. *sim. al.*). *al.*

β respiciuntur potius facultates, vires, actiones sim. animi: Ⓘ *cogitatio, consilium, intellectus sim.*: Plavt. Amph. 1053 spes atque opes vitae meae iacent sepultae in -e. Bacch. 226 *non metuo, dum* valebit -s perfidia meum. 652 sq. nequius nil est quam egens consili servos, nisi habet multipotens -s: ubicumque usus siet, -e expromat suo. 659 vorsipellem frugi convenit esse hominem, -s cui sapit (Mil. 786 Trin. 90. *cf.* Epid. 286 sapit hic pleno -e. Acc. praetext. 33 sapientia munitum). 1076 quam magis in -e meo foveo *eqs.* Capt. 781 quanto in -e hanc rem meo magis voluto, tanto mi aegritudo auctior est in animo. Merc. 345 animi decem in -e incerti certant. Mil. 783 cui facetiarum cor -sque sit plenum et doli (*cf.* Pseud. 941 teneo, omnia in -e condita sunt, meditati sunt mihi doli docte). Most. 866 mihi in -e consiliumst (Pseud. 575 meo in -e conditumst c. frg. inc. 9 conruspare tua c. in -e. *cf.* Ter. Ad. 613 -e consistere nil consili quit. Ps. Sall. rep. 2, 2, 3 tibi si id modo in -e consilii est. Verg. Aen. 1, 657 nova -e versat consilia. *sim. al.*). *al.* Ⓘⓘ *virtutes, fortitudo* (*cf.* Qvint. inst. 10, 7, 15 -s est ... quod disertos facit, et vis mentis. Synon. Cic. p. 417, 14 perseverantia. labor. fortitudo. firmitas. -s *eqs.* Gloss. IV 460, 43 quam forti -e et armis: animo et viribus fortis): Plavt. Most. 409 homini, cui nulla in -e est audacia (*cf.* Enn. ann. 381 audaci cum -e). Trin. 300 multa bona in -e consident (*cf.* Ov. trist. 3, 7, 44 nil non mortale tenemus -is exceptis ingeniique bonis). Enn. scaen. 302 qui -s purum et firmum gestitat (Verg. Aen. 6, 261. *aliter p. 914,31. cf.* Amm. 31, 3, 3 duces exerciti et firmitate -um noti). *al.* Ⓘⓘⓘ *memoria sim.*: Pacvv. trag. 401 venenis flexit ... -a *sociorum Circe* (*cf. Hom. κ 236 ἵνα ... λαθοίατο πατρίδος αἴης. vix recte vol. VI 1, 896, 69 ad mutata corpora refertur*). Lvcil. 431 firmiter hoc pariterque tuo sit -e fixum (Sil. 7, 554 hoc ... fixum sub -e serva. Stat. Ach. 2, 163. *al.*). Host. carm. frg. 5 sententia praesto -e pilata. Novivs Atell. 4ª quod tu ... ut in -s tuum demittas (Sall. Iug. 102, 11 Liv. 34, 50, 2). Cic. Marcell. 10 omnium Marcellorum meum -s memoria offudit. *al.* Ⓘⓥ *varia selecta*: Enn. ann. 19 divinum -s habere (*cf.* Lvcr. 5, 1 pollenti -e carmen condere. Petron. 5 vers. 22 plenus Pierio defundes -e verba. Mart. 9 praef. 1 sublimi. *al.; cf. etiam p. 913,34*). Verg. Aen. 2, 107 *Sino* ficto -e fatur (*i. fallaci animo. sed* Serv.: -s pro verbis posuit; nam numquam fingitur -s). Hor. epist. 1, 4, 6 non tu corpus eras sine -e (Schol.: idest non cares bono ingenio. *cf.* Ov. epist. 16, 305 hominem sine -e. 21, 141 si nil dedimus praeter sine -e vocem, verba suis frustra viribus orba tenes). Eleg. in Maecen. 2, 5 -e maturo fuerat puer. Manil. 2, 630 unum -s habent fideique immobile vinclum (*item spectat ad fidem*: Val. Max. 9, 13 ext. 2 *Masinissa* parum fidei in -bus hominum reponens. Sen. epist. 88, 29 fides sanctissimum humani -is bonum est. Octavia 351. *al.*). Val. Max. 3, 8 pr. apertum et animosum bonae fiduciae -s (*ad* apertum *cf. fortasse p. 909,1*). *al.*

b *locutiones quaedam notabiliores*: *a abl. vel gen. qualitatis: abl.*: Plavt. Asin. 944 nec quisquam est ... tam firmo -e. Pseud. 674 me ... faciam ... copi -e. Lvcil. 296 quod gracila est, pernix, quod -e puro. Afran. com. 60 quam materno visast -e. *al. gen.* (*praedic. vel attrib.*): Ov. epist. 18, 63 te -is esse severi (*cf.* CE 95, 2 duri). Liv. 1, 59, 8 oratio *Bruti* ... nequaquam eius -is ingeniique, quod simulatum ... fuerat. Sen. contr. 7, 1, 12 mitioris ... -is sum, mollioris animi. Val. Max. 3, 2, 21 flagrantissimi -is iuvenis. Arnob. nat. 3, 6 p. 164, 16 homines -is vivi. 3, 19 p. 177, 9 quis est tam optusi -is, tam bruti? (7, 1 p. 343, 11 Edict. imp. Diocl. praef. 10 L.). *al.*

β locutiones quasi adverbiales: Ⓘ toto -e (*ordine inverso hic illic in versibus, ceterum* Amm. 17, 12, 9. *vix addas p. 910,69; omisimus fere ea, quae vi locali vel separativa explicanda sunt, afferentes quae ad modum agendi pertinent; cf. Otto, Sprichw. n. 1368*): Cic. leg. 1, 49 ubi illa sancta amicitia, si non ipse amicus per se amatur t. -e, ut dicitur? Tusc. 2, 58 t. -e, ut dicitur, cogitare *eqs.* (Att. 13, 12, 4. *cf.* 12, 35 hanc cogitationem t. -e amplectare). 4, 49 trementem (*vix ad I*). fam. 10, 10, 2 incumbe t. -e ad laudem *eqs.* (Ov. Pont. 3, 1, 39 -e te t. cunctisque incumbere nervis. Tac. dial. 3, 3). Catvll. 64, 69 t. ex te -e, Theseu, toto animo, tota pendebat perdita mente. 66, 24 sollicitae. Verg. Aen. 1, 717 haec oculis, haec -e t. haeret et interdum gremio fovet. 7, 356 necdum animus t. percepit -e flammam. 9, 276 te ... iam -e t. accipio (*cf.* Serv. auct.: omni adfectu; et est de proverbio: *eqs.* [*affertur* Cic. *l. 60*]). Ov. ars 2, 536 magna cano: t. -e, vulgus, ades. *al.* Ⓘⓘ aperto -e (*i. et non celato, cf.* Cic. Lael. 97 nisi, ut dicitur, apertum -s videas, *et non munito, cf. supra l. 45 et p. 909,1*): Sen. epist. 59, 9 quae a sapientibus viris reperta sunt, non satis credimus nec a. -bus haurimus. Plin. epist. 6, 12, 3 *epistulas* mihi, ut ais, 'a. -e' scripsisti. Symm. epist. 2, 12, 2 a. -e officia pura miscemus. Ⓘⓘⓘ omni -e: Stat. silv. 4, 5, 26 conisus o. -e. Ⓘⓥ de summo -e, *i. q. temere* (*sc. cogitatione non imo -e concepta; cf.* Paneg. 3, 24, 2 *caritates erga reges* in summis ... hominum habitavere -bus): Gell. 5, 1, 1 si de s. et soluto -e obvias vulgatasque laudes effutiunt. 17, 13, 7 dicere ... de s. -e. Apvl. flor. 9, 6 quicquam ... neglegenter ac de s. -e hiscere. Ⓥ recto -e: Amm. 17, 5, 9 his litteris diu libratis r. -e, quod dicitur, considerateque responsum est hoc modo: *eqs.*

2 *animalium*: Lvcr. 3, 298 nec capere irarum fluctus in -e possunt (*item leonum*: Sen. dial. 4, 11, 4 leonum quam pavida sunt ad levissimos sonos -a. *al.*). 5, 864 levisomna canum fido cum -e corda. 5, 1317 perterrita equorum -a mulcere (*item equorum*: Sil. 10, 472 humanos aequantem -e sensus. Nemes. cyn. 286). Verg. georg. 1, 420 *tempestate mutata animalium* -a motus ... alios ... concipiunt. 4, 83 ingentis animos angusto in -e versant (*item apium*: Ps. Qvint. decl. 13, 17). Ov. am. 3, 5, 44 (*agitur de vacca*) maculae sub -e nigrae -s adulterii labe carere negant. Gratt. 254 non alio *cani ac semifero cuidam* maior sub -e virtus. *al.*

B *usu Christianorum de anima, mente sim.*: **1** *de parte interiore, incorporali hominis*: **a** *in qua deus colitur, habitat sim.* (*ad rem v. Perrin, L'homme antique et chrétien, 1981, 424 sq.; cf. iam pagana quaedam*: Ov. Pont. 2, 1, 34 *Iustitia Augusti* templum -e *Germanici* semper habet. Sen. frg. 123 non templa illi *deo* congestis in altitudinem saxis exstruenda sunt: in suo cuique consecrandus est -e. Clavd. 22, 13 *Clementia* dea ... posuit ... suas hoc -e sedes. 22, 102): Tert. paenit. 2, 6 *ut* paenitentia ... mundam -is domum ... spiritui sancto paret. virg. vel. 17, 9 si *Christus* fuerit in -e, cognoscetur et in capite feminarum. Min. Fel. 32, 2 in nostro ... consecrandus est -e *deus* (*sec.* Sen. *l. 20; sim.* Cypr. idol. 9. *cf. M. Lausberg, Unters. zu Sen. Fragm., 1970, 82 sq.*). Cypr. domin. orat. 3 *Christus*, qui habitat intus in -e, ipse sit et in voce. 5 deum non clamosa petitione, sed tacite et modeste intra ipsas -is latebras precabatur. 31 cludatur contra adversarium -s et soli deo pateat (ad Donat. 5 nostrum tantum sitiat *spiritum* -s et pateat). epist. 66, 2 apud lapsos ..., de quorum -bus excesserit spiritus sanctus. zel. 6 fortiter dicata deo -a muniamus *contra zelum.* Arnob. nat. 4, 30 p. 237, 9 cultus verus in -e est. Lact. ira 1, 6 qui ... *deum* in -s admiserit. Optat. 4, 6 p. 110, 14 fit domus vacua in -e credentis, fit domus munda; intrat deus et habitat. Avson. 317, 3 p. 17 nos aeternum cohibentes -e cultum. Hier. epist. 13, 1 mundum -is deo paremus habitaculum. *al.* *similiter -i inesse dicuntur sancti* (*eorumque splendor*): Victric. 1 l. 18 habitatores -is nostri. 2 l. 17 nostrum -s intrarunt. 9 l. 2 in omnium ... fidelium -s iustorum splendor infunditur. **b** *exempla varia*: Cypr. Demetr. 15 qui *daemon* ... tuum -s obsedit, qui nunc mentem tuam ignorantiae nocte caecavit (epist. 59, 2 p. 667, 18 quorum -a et mentes diabolus obsedit. 73, 15 Evseb. Gallic. hom. 6, 4). ad Donat. 4 in expiatum -s ac purum desuper se lumen infudit (eleem. 3 p. adque immaculato. Ivvenc. 4, 354 Lact. inst. 5, 19, 30 Philo quaest. in gen. 4, 195, 6 p. 68. *al.; cf.* Sacr. Gelas. 207 purificatum). 15 cum semel -s caelestis sagina saturavit. eleem. 2 non manus lavandas esse sed -s et sordes intrinsecus potius quam extrinsecus detrahendas. 12 quid facit in domo fidei perfidum -s? 13 carnale -s ... avaritiae caligo caecavit (epist. 65, 2). epist. 11, 6 ne vigore caelesti sublime ... -s inlecebra saecularis enervet. hab. virg. 13 auro et margaritis ... adornatae ornamenta cordis ac -is perdiderunt. *saepius apud eundem.* Lvcivs Cypr. epist. 78, 2 candidum et beatum (Hier. epist. 58, 2, 1). Lact. inst. 4, 17, 17 *deus* intima et arcana -is intuetur (*cf.* Pass. Macc. 15, 22 internis -is [*v. app. crit.; item* Hier. epist. 21, 13, 4]). Ivvenc. 1, 381 pia -a (Pavl. Nol. carm. 15, 282. *cf.* Sacr. Leon. 650 devoto). 2, 65 hominis stupidum decusso daemone -s insperata suae veneratur dona salutis. 2, 419 propulsus fugit de -e daemon (*sim.* 2, 713). 4, 114 protectum a vulnere -s ad finem servare. Optat. 4, 5 p. 109, 5 *haeresis* -a ... sicuti cancer intraverat. Zeno 1, 62, 4 (*de Abraham*) -s fidei militabat, non pallescit vultus *eqs.* (*si recte trad.*). Collect. Arian. serm. 15, 5 integra fides castis in -bus mansit. Prvd. cath. 1, 35 ne somnus ... opprimat -s sepultum crimine et lucis oblitum suae. 5, 108 pascentes dapibus -a mysticis. *al.*

2 *de mente divina*: Iren. 2, 3, 2 (*in doctrina Valentinianorum*) pater omnium secundum suam mentis conceptionem in -e suo labis emissiones et ignorantiae fructus generans. Prvd. cath. 11, 19 ex ore quamlibet patris sis ortus et verbo editus, tamen paterno in -e sofia callebas prius (*cf.* Evseb. Gallic. hom. 1, 4 *verbum divinum* a patris -e non recessit).

III *per periphrasin de ipso homine* (*exempla certiora et selecta*): **A** *plur.* (*plur. pro sing.* Stat.): Verg. Aen. 2, 348 iuvenes, fortissima frustra -a (Homer. 135 rex fortia ... -a conlaudans. Ivvenc. 2, 431 *de apostolis*). Hor. carm. 4, 14, 18 devota morti -a liberae (Schol. animos). Ov. am. 2, 2, 42 squalidus orba fide -a carcer habet. fast. 5, 71 Romulus ... selecta ... -a patres dixit. trist. 1, 3, 66 *quos* dilexi fraterno more sodales, o mihi Theseā -a iuncta fide! Manil. 2, 544 sub Cancro nata ... -a (*antea*: Lanigero genitis *eqs.*). 4, 561 Arcitenens ... -a clara dabit bello. Sil. 6, 481 iuvenes ..., aspera ferro -a. Homer. 927 non saeva fatigant -a bellando *Achillem.* Stat. Theb. 12, 765 *nos, qui* Hippomedonta

[Gatti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

neci Capaneaque misimus umbris -a. QVINT. decl. 351, 2 expulsum ..., quod fere sceleratis -bus veniat (*i. eveniat*), graviter tulisse poenam. *al.* **B** *sing.*: VAL. MAX. 6, 2, 11 illud ipsā mansuetudine mitius -s, *sc. Iulius Caesar,* aes alienum Pompei ex suo fisco solvi iussit. SEN. dial. 12, 19, 1 sororem tuam, illud fidelissimum tibi -s *eqs.* STAT. silv. 4, 4, 103 Tirynthius, almae -s amicitiae ([*at textus parum certus, v. Coleman, 1988, ad l.*]. MART. 9, 14, 2 hunc, quem mensa tibi ... paravit amicum, esse putas fidae -s a.?). Ps. QVINT. decl. 2, 11 nullumne tota domo, quod corrumperet, aliud parricida -s invenit? ANTH. 445, 6 Crispus, praesidium meum, voluptas, -s, deliciae. PAVL. NOL. epist. 28, 6 p. 246, 15 misi ... tibi, id est commisi meo -i, meas nugas. *al. transfertur ad conventum hominum*: VAL. MAX. 2, 2, 1 fidum erat et altum rei publicae -s curia.

IV *per comparationem de parte adversa montis* (*quae comparatur cum parte corporis humani*): GRATT. 444 rupto ... e -e montis venit ... et multo flumine flammae emicat *Vulcanus.* PLIN. nat. 3, 133 verso ... in Italiam -e Alpium ... Euganeae gentes *habitant. haesitantes huc adiungimus*: GROM. Josephson p. 19 *casa B* super se montem habet; ad -s stricta est (*nisi ratione quadam non perspicua ad formam fundi referendum*). p. 20 *casa ω* a plano contra -s iacet (*? i. versa est ad latus montis; parum dilucide vertit Josephson*).

deriv.: pectoralis, pectoreus, pectorosus, pectusculum (*cf.* pectuscum).

compos.: ap-, de-, ex-, impectoro; tripectorus. *Gatti.*

pectusculum, -ī *n.* *a* pectus *deminutive. scribitur in codd.* VVLG. *quibusdam* petusc- num. 6, 20, peccusc- *et* pectululum lev. 7, 31, pectulum lev. 8, 29. NOT. Tir. 34, 98ª. 90, 82.

i. q. pectus (parvulum, misellum) vel pars pectoris: **1** *in sacra scriptura et locis inde pendentibus -um affertur inter partes hostiae* (*sacerdotibus sim. tributas; vertitur gr. στηθύνιον, quod infra non adnotavimus; in explicationibus spectat etiam ad pectus humanum, quod separare noluimus*): VET. LAT. exod. 29, 26 (Aug. quaest. hept. 2, 128, *cf.* VVLG.) sumes -um de ariete consummationis (*cod. 100* pectus). lev. 7, 30 (cod. 103, *cf.* Hesych. *ad l. et* VVLG.) offeritivum do adipem quae super ⟨pectus⟩culum *est* (VVLG. adipem ... et -um). 7, 34 (cod. 103, *cf.* VVLG.) -um inpositionis ([VVLG. elationis, Hesych. *ad l. sec. LXX* propositionis]. num. 6, 20 [cod. 100 = VVLG.] -um, quod separari iussum est). 9, 20 (cod. 100 *al.*) inposuit adipem supra -a ⌞ora⌟ (⌞ ⌟ *nihil resp. in gr., sed corrector quidam adscripsisse videtur, sc. terminationem vocis* pectora, *quam exhibet Vulg.*). 9, 21 (cod. 100 *al.*) -um et brachium (*Vulg.* pectora). 10, 14 (Rufin. Orig. in lev. 7, 3 p. 380, 21; *sim. al. et* VVLG.) -um segregationis ... manducabis in loco sancto. VVLG. exod. 29, 27 sanctificabis ... -um consecratum (num. 18, 18). lev. 7, 31. 8, 29 tulit ... -um elevans illud coram domino. *apud ecclesiasticos, qui hos locos aut memorant aut explicant* (*attulimus exempla notabiliora*): HIER. epist. 64, 1, 5 ipsum ... -um appellatur *ἐπιθέματος* (lev. 7, 34), id est additamenti, sive praecipuum et egregium. 64, 20, 3 in pectore ratio *est*; unde et -um comedunt sacerdotes. in Ezech. 16, 4 l. 904 ut pro corde -um sive pectus et mamillas nominet *scriptura* (*explicatur horum syn. differentia:* HIER. hom. Orig. in cant. 1, 3 p. 32, 7 [*l. 9* pectus *sec. Ioh. 13, 25; l. 12* ubera *sec. cant. 1, 1. similiter* RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 93, 21 sqq. *diversis modis* principale cordis in scripturis ... designatur *eqs.*]). in Mal. 2, 3 l. 128 in -o significatur bona conscientia. tract. in Marc. p. 354, 24 -um, hoc est scientiam scripturarum. RVFIN. Orig. in exod. 9, 4 p. 241, 24 -um integrum, quod est cor rectum et mens deo sacrata (in lev. 5, 12 p. 355, 28. *v. etiam l. 46*). AVG. quaest. hept. 2, 128. 129. *al. in eodem opere.* HESYCH. in lev. 7, 28 p. 869ᴬ per -um ... fidem designans et confidentiam (8, 22 p. 884ᴰ). *al.*

2 *cetera exempla; significatur pectus humanum* (*cf. explicationes allegoricas l. 46sqq.*): FVLG. myth. 1 praef. 8, 11 *Calliope* palmulae tactu meum vaporans -um. 2, 6 p. 45, 19 *Prometheus* ignem furatus est, quem -o hominis applicans animatum reddit corpus. HIER. epist. 22, 30, 3 vitalis animae calor toto frigente iam corpore in solo tantum tepente -o palpitabat. VITAE patr. Iurens. 175 *Eugendus aegrotus* sibi -um petiit ... perungueri.

pectuscum Palati dicta est ea regio urbis, quam Romulus obversam posuit ea parte, in qua plurimum erat agri Romani ad mare versus et qua mollissime adibatur urbs FEST. p. 213. *nec de origine, formatione, notione satis constat neque utrum appellativum an nomen proprium intellegendum sit; sunt qui ad* pectus *referant, sc. quasi 'pectorale, munimentum pectoris' aut quasi 'pectusculum' (demin. per* -co- *syllabam, v. Hanssen, Latin Deminutives, Arbok Bergen 1951 [1953], 101sq.); parum probabiliter Dacier: 'pecuscum ..., quod ea parte pecora pascerentur'.* *Wieland.*

pecū, (-ūs) *n.* (*de formis v. infra*). [*vox prisca generis neutri, cf. ind. vet.* páśu-, *theod. vet.* fihu. *v. etiam* 1. *et* 2. pecus. *Sch.*] *de formis et genere: 1) testimonia veterum*: FEST. p. 246 -uum cum dixit M. Cato per casum genetivum, a singulari casus recti formavit, quo utebantur antiqui, id est -u. NON. *v. p. 955, 9sq.* (*affert* NAEV., ACC., CAECIL.). SERV. georg. 3, 64 pecuaria ab eo, quod est 'pecuare', venit: nam -ua, ut ait ... Cicero (*v. l. 40sq.*), ab eo, quod est '-u' (*cod. unus* pecuare), venit ut 'genu, genua'. CHAR. gramm. p. 40, 22 *affert* -u *inter* nomina singulariter monoptota, quae pluralibus casibus naturalem declinationem admittunt et appellantur heteroclita (*sim.* PHOC. gramm. V 414, 14 *afferens inter aptota in sing. et semper singularia. v. etiam infra l. 15*). p. 178, 14. PRISC. gramm. II 270, 8 (*inde* GRAMM. suppl. 118, 13) *testatur plur. afferens* PLAVT. Merc. 309 *al. 2) formae exstantes (extra gramm.): sing. abl.* -u PLAVT. (*ter*), VARRO ling. 5, 92; *plur. nom. vel acc.* -ua *saepe inde a* PLAVTO, *gen.* -uum CATO orig. 95e HOST. carm. frg. 2, *dat.* -ubus CAECIL. com. 93 (pecudibus *trad.*), *abl.* -uis IVL. VAL. 1, 44 (-us, pecuniis *var. ll.*). *fem.* pecua *vix agnoscendum* GLOSS.ᴸ I Ansil. PE 46 -ua pecus femina (*v. app. crit.*) *nec forma* -uis *l. 9* (*ut vult Fassbender, De Iul. Val. sermone, 1909, 61*). *de notione*: PRISC. gramm. II 123, 8 *nihil interesse inter* 1. pecus *et* -u *dicit* GLOSS. *θρέμμα.* -u pecus a pecude. -ua: armenta et pecora. armenta. armenta, quod nomen triptotum est *eqs.* *legitur (sc. singulis vel binis locis nisi alia adnotavimus) apud* NAEV. (*ter*), PLAVT. (*quinquies*), CAECIL., CATONEM, ACC., HOST., CIC., LIV. (*ter*), PLIN. nat., APVL. (*octies*), *al.* [*confunditur in codd. cum* 1. pecus CIC. Manil. 15 LIV. 35, 21, 6 (*restit.* NAEV. trag. 44, *v. etiam p. 947, 38*), *cum formis stirpis* pecud- PRVD. perist. 10, 333 (*restit.* CAECIL. com. 93; *v. etiam* APVL. met. 6, 12, 4, *ubi* pecula *cod.*, pecuda *Hildebrand*), *cum* pecunia SOL. 22, 2 IVL. VAL. 1, 44 (*restit.* GLOSS.ᴸ Corp. P 333). *falso vel dub. traditur* LVCIL 1202. (*restit.* iecur *Keller*). RHET. Her. 4, 34, 46 (*ubi* pecuaria *codd. expleti*).]

I *de animalibus* (*significari videntur fere animalia domestica, aliter l. 31 et fortasse l. 36. 55; subiunximus etiam synecdochen l. 47*): **A** *sing., non nisi collectivus de grege*: **1** *de domesticis, mansuetis*: PLAVT. Bacch. 1123 (*meretrix iocose de senibus*) pastor harum dormit, quom haec eunt [sic] a -u balitantes (*antea*: has ... oves. *de iisdem* 1138ª a -u cetero absunt). VARRO ling. 5, 92 pecunia a -u. **2** *de quibuslibet*: PLAVT. Rud. 942 nil habeo ... piscium ...; non vides referre me uvidum rete, sine squamoso -u? (*cf. p. 952, 61sqq.*).

B *plur.* (*plerumque singula animalia respici videntur, plures greges fortasse l. 35. 37. 40. al., plures species l. 43*): **1** *exempla varia*: NAEV. trag. 44 sine ferro -ua ⌞mansueta⌟ ad mortem meant (⌞ ⌟ *Bücheler,* manibus ut *trad.*, ut -ua manibus ⟨sueta⟩ *Traglia*). PLAVT. Merc. 509 -ua ruri pascere. CAECIL. com. 93 homini et -u[di]bus omnibus. CATO agr. 141, 3 (*in precatione lustrali ad Martem*) pastores -uaque salva servassis. orig. 95e maiorem -uum numerum. HOST. carm. frg. 2 greges -uum. ACC. trag. 177 -ua ... pascunt Danai. 271 (*-ua sunt praeda ut*: LIV. 26, 34, 5 -ua captiva praeter equos. 35, 21, 6 -ua ablata. IVL. VAL. 1, 44). CIC. Manil. 15 -ua relinquuntur, agri cultura deseritur (pecora *codd.*, -ua *Halm ex* Serv. georg. 3, 64. *cf.* PANEG. 11, 10, 2 -ua agrique deserti). LIV. 5, 48, 3 vulgatis velut in -ua morbis. PLIN. nat. 8, 167 *asinus non* aequinoctio verno ut cetera -ua admittitur. APVL. met. 2, 1, 5 boves et id genus -ua. 6, 12, 4 (*antea et postea*: oves). 7, 11, 1 gregatim -ua comminantes, unde ... hircum ... victimant. 11, 7, 3 -ua ... cuiuscemodi. SOL. 22, 2 (*ex Mela 3, 53, ubi* pecora). *per synecdochen de pecunia pro ovibus accepta* (*cf. vol. IX 2, 1195, 43sqq.*): PLAVT. Truc. 956 -ua ... collo in crumina ego obligata defero. **2** *opponuntur vel iuxta ponuntur alia nomina animalium ita, ut appareat -ua non omnia animalia comprehendere*: NAEV. com. 56 homines, -ua beluasque. APVL. met. 2, 5, 7 *maga homines* in saxa et in -ua et quodvis animal ... reformat. 6, 22, 4 *Amor Iovem* in serpentes, in ignes, in feras, in aves et gregalia -ua *reformat.* 9, 35, 4 -ua trucidando, boves abigendo. flor. 2, 11 campis -ua, ... montibus feras *cernens.* MIN. FEL. 36, 5 aves sine patrimonio vivunt et in diem -ua pascuntur (pascua *trad., corr. Gelenius. pendet e Sen. rem. fort. 10, 1, ubi* pecora). IVL. VAL. 2, 25 -ua multigena seu armenta, quae illis in pascuis abundarent (*seq.* pecudum singularum, *gr. p. 80, 16 ποίμνια tantum*). PRVD. perist. 10, 333 feras, volucres, reptiles, natabiles, iumenta, -ua, subiugales, beluas (pecuda, pecudes *var. ll.*).

II GLOSS.ᴸ I Ansil. PE 46 -a: loca quae pecuaria appellantur (*fluxitne ex falsa interpretatione loci l. 40sq. allati? cf. p. 917, 75*).

deriv.: pecualis, pecuarius, pecuatus, pecuinus, pecuosus.

?**pecua,** -ae *f. v. l. 10.*

pecuālis, -e. *a* pecu. *i. q. ad pecu pertinens*: **1** *exempla varia*: HIER. sit. et nom. p. 142 l. 10 Bethsaida piscina in Ierusalem, quae vocabatur *προβατική* et a nobis interpretari potest -is (*de eadem* EVCHER. instr. 2 p. 153, 7 probatica, id est -is, appellatur, quod hostias in ea ... lavabant). SEDVL. carm. pasch. 1, 162 (*de asina Balaam*) edidit humanas animal -e loquellas. VEN. FORT. Mart. 2, 146 -i ... ministro (*sec. Sulp. Sev. Mart. 21, 3* rusticum ..., *qui* vehiculo ligna deferret). cibus -is *i. q. cibus e pecuum carne constans*: VEN. FORT. epist. (carm. 10, 3) 1 si post epulas coturnicis aut fasidis viris delicatissimis cibos ingeram -es. **2** *ponitur cum respectu differentiae, quae est inter hominem et animal irrationale* (*cf.* pecudalis, pecudeus, pecuinus): ENNOD. opusc. 2, 27 p. 296, 4 vos in stuporem -em peccati nebula ... oblimat

[Hillen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*seq.* beluarum ... hebetudine. *cf.* FACVND. defens. 8, 5, 7 pro sua -i stultitia [*var. l.* peculiali]). *inde de ipsa differentia*: ENNOD. opusc. 10, 2 p. 419, 17 *creator divinus* intellegat linguae nostrae ministerio -em quam nobis concessit distantiam (*var. l.* specialem; *seq.* quicquid a ceteris animalibus iussit in homine esse praestantius). *Hillen.*

pecuārius, -a, -um (pecuaris, -e *v. l. 13sqq.*). *a* pecu. *scribitur* peq- *saepe in inscr., e. g.* CIL I² 1450. 2197. XIII 8287 (*cf. l. 11sq.*; pec- CIL I² 1533 III 11017. *al.*), *item* CVRIOS. urb. p. 99, 11; *ceterum e. g.* -cur- *in var. ll.* VERG. georg. 3, 64 (*R*). PLIN. nat. 10, 21 (*F*). *al.*, -cumar- *p. 920, 45 et in var. l.* COLVM. 7, 12, 8. *notatur in inscr.* pecuar CIL IX 5438, 5 XIII 7077, 2, pec CIL VIII 2827, 4. 18086 col. c 13, peq CIL VIII 2568, 4. *al.*, pq CIL VIII 2791, 6. NOT. Tir. 40, 100. *de declinatione: neutr. plur.* -ia VERG. georg. 3, 64 *a* pecuare *derivat* SERV. *ad l., cf.* SCHOL. Verg. Bern. *ad l.* fit '-is, -e' (*sic Hagen*; pecuaris irae *trad.*). *ceterum formam certam tertiae decl. praebet solus* CORIPP. Ioh. 7, 280 -bus (*idem* -ia Ioh. 5, 482. *al.*); *sed cf. var. l.* -is *pro* -ius COLVM. 7, 12, 8. *compar. et superl. desunt; cf.* magis -us *l. 46.* *de notione* (*cf. l. 65. 70sq. p. 920, 7sq.*): GLOSS. -us: armentarius. -a: pecora. *legitur fere singulis vel paucis locis apud* PLAVT., RHET. Her., CIC. (*octies in orationibus*), VARRONEM rust. (*plus vicies*), SALL., VERG. georg., LIV., GRATT., FEST., COLVM., PERS., CALP. ecl., PLIN. nat., STAT. silv., SVET.; *haud raro in inscr. inde a tempore liberae rei publicae.* [*variat in codd. maxime cum* pecuniarius, *sc.* CIC. Quinct. 12 COLVM. 8, 1, 1 sq. (*restituitur* CIC. Cluent. 198), *ceterum e. g. cum* pecu RHET. Her. 4, 34, 46, pecunia NOVELL. Valent. 36, 2 (*in falsa var. l.* VARRO rust. 2, 1, 11 *bis*); *e coni. dub.* CIC. Manil. 15 (-a [*nom. sing. fem.*] *Pluygers*, pecua *edd. rec. plerique sec. Serv. georg. 3, 64*, pecora *codd. Cic.*) *et* CAES. civ. 3, 53, 5 (*Wölffel; v. Meusel, Lex. Caes., s. v.*); *non iam restituitur* CIL IX 947, 6, *v. sub* regionarius.]

i. q. ad pecora pertinens (*cum colore peculiari adhibetur l. 46. 53. 65*): **I** *adi.* (*ponitur attributive praeter l. 53. 65*): **A** *de rebus vel locis*: **1** res -a (*significantur vel ratio, negotium pecoris habendi [cf. IIC1] vel possessiones, quae ex pecore una cum pascuis sim. constant*): PLAVT. Truc. 147 male vertit r. -a mihi apud vos *meretrices*, nunc ... volo habere aratiunculam (*allegorice; loq. adulescens, qui pecuniam apud meretrices perdidit; locum explicat e. g. Zagagi, Tradition and Originality, 1980, 121sqq.*). CIC. Quinct. 12 erat ei -a r. ampla et rustica ... fructuosa (pecuniaria *var. l.*). Cluent. 198 qui ... praedia, qui negotia, qui r. -as habent (pecuniarias *trad.*). VARRO rust. 1, 1, 11 de ea re conor tribus libris exponere, uno de agri cultura, altero de re -a, tertio de villaticis pastionibus (*de materia eiusdem libri*: 2 praef. 6. 3, 1, 9 [*postea subst.*: de -a]). 2, 1, 26 *pastores* puerperio familiam faciunt maiorem et r. -am fructuosiorem. PLIN. nat. 10, 21.
2 *cetera exempla*: VARRO rust. 2, 2, 1 limitata est -a quaestio. 2, 10, 10 *magister pecoris illitteratus* rationes dominicas -as conficere nequiquam recte potest. 3, 1, 8 haec, *sc. agrestis pastio*, nota et nobilis, quod et -a appellatur (*nisi ad IIC1, sed cf.* COLVM. 8, 1, 2 villaticae pastiones sicut -ae). SALL. hist. frg. 3, 98 B, 6 in ⟨l⟩axiores agros magisque -os (*i. pecoribus aptos*). CIL I² 1533 (*Atinae, saec. I² a. Chr.*) ad ⟨f⟩orum pecuari⟨um⟩ (2197 [*Aquileiae*]. IX 1143 [*Aeclani*]. 5438 [*Falerione, a. 119*]. X 5850 [*Ferentini*] ⟨a f.⟩ -o). XII 2462, 1 (*saec. I*) in campum hunc -um (VI 9660 negotiator ca⟨mp⟩i -i. *cf.* CVRIOS. urb. [= REG. urb.] p. 99, 11 campi VIII: Viminalis ..., -us *eqs.*). COLVM. 8, 1, 1 -ae negotiationis ... ratio. APVL. met. 10, 30, 2 adulescens ... -um simulabat magisterium, *sc. in scaena.* PORPH. Hor. epist. 2, 2, 177 est ... Calabria praeter ceteros reditus etiam -a (*i. pecoribus abundans*) et lanarum mollium ferax.

B *de animantibus*: **1** *de ipsis pecoribus*: VARRO rust. 2, 5, 17 in reliquis gregibus -is, *sc. praeter boves.* **2** *de eis, qui pecoribus operam dant* (*sc. fere de hominibus vel coetibus eorum; de cane* COLVM.): CIL I² 1450 (*Praeneste*) conlegiu(m) mercator(um) -oru(m). XIII 8287 (*saec. I¹*) C. Deccius ... miles leg(ionis) XX -us (III 10428 [*a. 238*] m. -us leg. II. XIII 7077. *cf., si recte restituitur,* INSCR. Année Épigr. 1940 n. 116 [*Mogontiaci*] eques p⟨ecua⟩rius *et v. ad IIB2a*). COLVM. 7, 12, 8 -us canis. NOVELL. Valent. 36, 8 obnoxias ... suario, boario et -o corpori personas (*sc. corpori mercatorum -orum; cf. p. 920, 41sqq.*). CIL XIII 7965 Ioctauno medico peq(uario). **3** *de eis, qui (pecoribus) divites sunt*: ISID. orig. 16, 18, 4 *in pecudibus* constabat ... substantia *antiquorum*; unde et -us vocabatur qui erat dives, modo vero pecuniosus (*nisi ad IIB*).

II *pro subst.*: **A** *neutr., sc. plur. tantum; significantur*: **1** *ipsa pecora* (*cf. p. 920, 57*): RHET. Her. 4, 34, 46 cum canes funguntur officiis luporum, quoinam praesidio -a credemus? (*var. l.* pecua). VERG. georg. 3, 64 solve mares; mitte in Venerem -a primus (*cf. ad l.* SERV. auct.: non loca, sed ipsa pecora dixit. SCHOL. Verg. Bern.: -a pro 'pecora' [*seq. altera explicatio, v. sub 2*]). GRATT. 435 defecta malā ... -a tabe (*fort. dicitur de canibus, sed v. Verdière, 1963, ad l.*). 529 ille ..., quoius dociles -a fetus sufficient (*i. equi, ut* 533). PERS. 3, 9 ut Arcadiae -a rudere credas. CALP. ecl. 5, 118. 7, 17 Lucanae ... -a silvae. PLIN. nat. 6, 66 *Indi elephantis* arant, his vehuntur; haec maxime novere -a. 8, 27 *elephanti* stabula Indorum dentibus sternunt; quapropter ... feminarum ... -a separant, quae haud alio modo quam armentorum habent (*nisi ad 2; sim. dubitamus de* 8, 169 *asinae*, quae sunt in -is). 33, 84 -orum feturis. STAT. silv. 3, 3, 93 -a culta Galaesi (*nisi ad 2*). CIL VIII 4508, 22 (*a. 202; enumerantur portoria*) lex portus maxima: -a, iumenta immunia *eqs. al.* **2** *loca ad pecora pertinentia, sc. stabula vel pascua* (*cf. l. 2. 4. p. 919, 70*): SCHOL. Verg. Bern. georg. 3, 64 -a ... sunt loca, in quibus pecora ⟨sunt⟩, aut ipsa negotiatio. GLOSS.ᴸ I Ansil. PE 46 *v. p. 918, 60.* **?3** *negotiatio, mercatura pecorum: v.* SCHOL. Verg. *sub 2* (*an per confusionem cum C3?*).

B *masc.; significantur homines, qui pecoribus operam dant (cf. IB2), sc.*: **1** *qui pecora habent, custodiunt, pascunt sim.* (*notionem explicare temptat Botteri, Rev. Ét. Lat. 55, 1977, 313sqq.; v. etiam ad 2a*): CIC. Tull. 19 iste pater familias ..., novus arator et idem -us. Verr. II 2, 17 si *Verres* cuiquam ordini sive aratorum ⌞sive -orum⌟ sive mercatorum probatus sit (⌞ ⌟ *om. pars codd.; sim. in enumerationibus*: II 2, 188 Font. 12. 46 omnes illius provinciae publicani, agricolae, -i, ceteri negotiatores). Deiot. 27. VARRO rust. 2, 4, 3 vobis, magnis -is. 3, 17, 9 Apuli ... -i ..., *qui* in montes Sabinos pecus ducunt. LIV. 10, 23, 13 ex multaticia ... pecunia, quam *aediles* exegerunt -is damnatis, ludi facti (10, 47, 4. 35, 10, 12. *cf.* 33, 42, 10 aediles plebis ... multos -os ad populi iudicium adduxerunt; tres ex his condemnati sunt [FEST. p. 238]. *ad rem v. Kübler, RE XVIII 4, 2055, 3sqq.*). CIL XIII 7070, 3 (*saec. I in.*) Iucundus M. Terenti l(ibertus) -us. VET. LAT. gen. 4, 20 (Aug. civ. 15, 17) pater habitantium in tabernaculis -orum (*gr. κτηνοτρόφων, Ps. Philo antiq. 2, 7* pascentium pecora, *Vulg.* pastorum). CIL VIII 10890 (*saec. IV vel V*) -i locus (*in musivo, iuxta* filosofi lo[lo]cus *et* septum venationis).

2 *alii*: **a** *in vita militari* (*cf. p. 919, 59sqq.; incertum est, -i quo officio et num omnes uno eodemque functi sint; multos ex eis pecoris custodes fuisse credit Schulten, Hermes 29, 1894, 514, ut loci ad 1 pertineant, sed de veterinariis cogitant Domaszewski, Aufsätze zur röm. Heeresgeschichte, 1972, 166sq. ad* CIL VIII 2553 *et de Laet, Portorium, 1949, 267sq. ad locum sequentem*): INSCR. Année Épigr. 1914 n. 234 (*Lambaesi, saec. II; tit. mutilus*) ⟨b⟩eneficiarios, ⟨...pe⟩cuarios. CIL VIII 2553 (*a. 198/9; suppl. sec.* INSCR. Année Épigr. 1906 n. 9) -i, librarius et discentes capsariorum leg(ionis) III *eqs.* (-us legionis *item*: III 11017, 4 Aeli Sabini -i leg. I ad(iutricis). VIII 2791. 2827. INSCR. Nor. et Pann. Schober 99 [*saec. III*]. Hung. 365). 2568, 4 Ottacilius Crispus Had(rumetinus) peq(uarius). *al.* **b** *in vita civili:* *-i sunt mercatores ovium, caprarum sim.* (*cf. p. 919, 58. 62*): EDICT. praef. urb. (CIL VI 1770) 21 (*ca. a. 363*) quam *praedam* tribunus ... et scriba de -is capere consueverant. COD. Theod. 14, 4 rubr. de suariis, -is et susceptoribus vini ceterisque corporatis. 14, 4, 10 pr. suariis -i iungantur (*postea*: corpora volumus miscere). NOVELL. Valent. 36 rubr. de suariis, boariis et -is. 36, 2. INSCR. Dac. III 2, 321 (= Année Épigr. 1977 n. 669; *Sarmizegetusae in amphitheatro*) deae Nemesi ... C. Val(erius) Maximus pecumarius ... posuit (*an potius cognomen?*). *-i sunt publicani*: Ps. ASCON. div. in Caec. p. 196, 20 mancipes sunt publicanorum principes ..., qui ... si ... ⌞pecora⌟ publica *redimunt*, ... -i *dicuntur* (⌞ ⌟ pascua *ed. vet.*).

C *fem.; significatur*: **1** *ratio vel negotium pecoris habendi* (*v. ad IA1*): VARRO rust. 2, 1, 2 qui estis Epirotici ⌞-ae athletae⌟ (*sic Keil in ed. min.*; -ii athletae *Victorius*; pecuariathietae *trad.*). 2, 2, 2 dicam de primigenia -a. 2, 10, 4 non omnis apta natio ad -am. *al.* SVET. Iul. 42, 1 neve -ii, qui -am facerent, minus tertia parte puberum ingenuorum inter pastores haberent. **2** *grex vel statio pecorum*: VARRO rust. 2 praef. 6 et ipse -as habui grandes, in Apulia oviarias et in Reatino equarias (*ibid.* -as ... magnas. 2, 1, 3. *aliter* 2, 1, 2 cuius nobiles -ae in Bruttiis habentur, *i. perhibentur*). 2, 1, 8 *astrologi signis nomina attribuentes* a -is addiderunt capram, haedos, canes (*nisi ad A1*). 3, 2, 13 pastionum *genus* unum agreste, in quo -ae sunt, alterum villaticum, in quo sunt gallinae *eqs.* **3** *mercatura pecorum*: CIL VI 33887 negotiatori celeberrimo suariae et -ae.

cf. Onom. *Spoth.*

pecuātus, -a, -um. *a* pecu, *cf.* manuatus *nec non* beluatus. *i. q. pecuum more agens, stultus*: FVLG. serm. ant. 51 Antidamas in moralibus libris ait: 'fabre conpactum animal hominem quis ferat sic ire -um' ...; fabre dicitur perfecte ..., -um stultum (*inde* GLOSS. ᴸ V Abba PE 32 -um: stultum). GLOSS. III 500, 47 moriones: homines -i.

pecudālis, -e. *a* 2. pecus. *i. q. pertinens ad pecudem, sc. ad animal irrationale* (*cf.* pecualis *sub 2*): FILASTR. 61, 4 animas mendacio ac -i turpitudine ... captivare (*antea*: nefandae turpitudini). MART. CAP. 8, 806 (*Satura ad Capellam scriptorem*) ne tu ... non minus sensus quam nominis -is *sc. capellae* ... dementire coepisti.

pecudārius *v.* pecudiarius.

pecudeus, -a, -um. *a* 2. pecus. *i. q. pertinens ad pecudem, sc. ad animal irrationale* (*cf.* pecualis *sub 2*): HIL. in psalm. 118 vau 1 p. 411, 16 *infideles* -ae hebetudinis modo intelligentiam *scripturarum* non

[Hillen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

consequuntur (*var. l.* pecudu⟨m⟩). in psalm. 146,10 qui -a ignoratione deposita deum ... rationabiliter conperissent.

pecud(i)ārius, (-ī) *m.* *a* 2. pecus. *i. q. pastor*: GLOSS. V 509, 41 -us: pastor (*item* GLOSS. [L] V Abba PE 35, *ubi* pecudarius *cod. Ambr.*). *miro interpretamento* GLOSS. II 144, 13 -us: *προαλής* (*confusionem duarum gloss. suspicatur Heraeus, Arch. Lat. Lex. 10, 1898, 511*).

pecuīnus, -a, -um. *a* pecu. [*confunditur cum* pecunia *l.* ▮▮ (*e coni. falsa* CATO agr. 132,2 *v. p.* ▮▮▮▮, ▮▮).]

i. q. ad pecu pertinens (*neutr. plur. pro subst. l.* ▮▮): **1** *exempla varia*: APVL. apol. 12, 2 *Venerem vulgarem* non modo humanis animis, verum etiam -is et ferinis ... imperitare (*sim.* met. 11, 1, 2 res ... humanas ... *deae* regi providentia, nec tantum -a et ferina, verum inanima etiam *eqs.*). met. 8, 30, 2 flagro illo -is ossibus catenato verberantes (*de eodem verbere 8, 28, 2* talis ovium tesseratum). ZENO 1, 8, 1 Iudaei ... in gregibus ... -is agnum bifaria natura commissum ... quaerunt (*sc. qui et agnus et haedus est, cf. exod. 12, 5 sq.; in eadem re* 2, 20, 1). **2** *ponitur cum respectu differentiae, quae est inter hominem et animal irrationale* (*cf.* pecualis *sub 2*): ZENO 1, 2, 25 omnis çaro, quam diu ... illecebris huius mundi ac tenebris feralibus agitatur, profecto -a est *eqs.* (*var. l.* pecunia). 2, 4, 15 *carnis* si curam geris, *mens hominum*, -am te esse cognoscis.

pecula *v.* picula. *Hillen.*

*?***pecūlantia,** -ae *f.* *a* peculari (peculans), *si genuinum.* *i. q. peculatus*: COMM. instr. 2, 29, 13 ipsi iam horrescunt iudices -a vestra (*abl., cf. vol. VI 3, 2984, 76; alii sine necessitate acc. plur. intellegunt, ut sit subst. neutr.* peculantium *formationis minus solitae*; petulantia *suspicatur Dombart, fort. recte*).

pecūlātio, -ōnis *f.* *a* peculari. *i. q. peculatus*: SALV. gub. 7, 91 punit ... iudex in alio -em, cum sit ipse peculator. GLOSS.[L] II Philox. PE 8 -o: *νοσφισμός, διαρπαγή*, peculatus.

pecūlātor, -ōris *m.* *a* peculari (*plura v. illic*). *de origine et notione*: Ps. ASCON. Verr. p. 206, 21 (*ad* CIC. Verr. I 2 -em aerarii, *ubi codd. Cic.* depeculatorem) '-r' ..., qui furtum facit pecuniae publicae. ISID. orig. 10, 221 -r, pro eo quod sit pecuniae publicae defraudator (*item* GLOSS.). GLOSS. qui pecuniam publicam furat (*vel* rapit). fraudator, sive qui res ecclesiae denegat vel suffocat. depopulator et fur, a pecoribus dictus. GLOSS.[L] III Abstr. PE 3 (*inde* I Ansil. PE 57 *nec non* 56) -r: rerum publicarum fur (pecula rerum publicarum *var. l.*). 58 fraudator. *dub. an huc pertineant* GLOSS. peculatus: qui rapiens aliena sibi servat. qui pecuniam publicam lucratus est (*vel* furat(ur)). fur peculii. est fur de re publica (*sub* -r *affert Goetz in Thesauro gloss.; vix credas esse part. perf. verbi q. e.* peculari; *in exemplis prioribus de* peculatur *cogitare possis*). [*in var. l. pro* depeculator CIC. Verr. I 2 (*v. supra*), *pro* speculator PRVD. psych. 492 (-r *praefert Bergman, Eranos 12, 1912, 144, sed v. Lavarenne, 1948, ad l.*).]

i. qui peculatum facit: CIC. off. 3, 73 de sicariis, veneficis ..., -bus hoc loco *non* disserendum est. VAL. MAX. 5, 3, 2 a *Camillus* tamquam -r Veientanae praedae reus factus ... in exilium missus est. TAC. hist. 1, 53, 1 *Caecinam* compertum publicam pecuniam avertisse ut -em flagitari iussit *Galba*. IVLIAN. Aug. c. Iul. op. imperf. 6, 21 p. 1547 de -e, de parricida ... orti filii. SALV. gub. 7, 91 *v. sub* peculatio.

[**pecūlātōriae** oves VARRO ling. 5, 95 *corruptum videtur, v. p. 928, 69.*]

1. [x]**pecūlātus,** -ūs *m.* (*de* -ū- *v. l. 63*). *a* peculari (*plura v. illic*). *de origine et notione*: VARRO ling. 5, 95 (*quae antecedunt v. p. 928, 67*) hinc -um publicum primo *appellarunt* ut cum pecore diceretur multa et id esse⟨t⟩ coactum in publicum, si erat aversum (*incertum, utrum derivetur a voce q. e.* peculium, *an a voce q. e.* pecus, *ut* FEST. p. 202 pecora ... multaticia incuria corrumpebantur, unde etiam -us crimen usurpari coeptum est. p. 213 -s est nunc quidem qualecumque publicum furtum, sed inductum est a pecore. p. 237). AVG. in euang. Ioh. 50, 10 -s ... dicitur furtum de re publica. ISID. orig. 5, 26, 22 a pecunia -um esse dictum. GLOSS. *κλοπὴ πολιτικῶν χρημάτων. σφετερισμὸς πολιτικῶν ἢ δημοσίων χρημάτων.* furtum publicum. furatus de peculio publico. *al.* *de scriptura*: pequlatu(u) *in titulis p. 922, 26. 29, cf. Neue-Wagener I 546.* NOT. Tir. 41, 2 *post* pecudes. *de prosodia*: -u- *longa vocis origine postulata (v. p. 933, 43) nusquam probatur; corripitur* PLAVT. Persa 555 (*item in compos.* depeculatus *Epid. 520*), *fort. etiam* Cist. 72, *quod vulgo correptione iambica q. d. explicatur; aliter Havet, Rev. Phil. 31, 1907, 233, qui clausulas* CIC. Verr. II 3, 168 Phil. 12, 12 *conferens* -u- *ubique brevem esse putat; dubitant Ernout-Meillet.* *legitur apud* PLAVT. (*bis*), *deinde in prosa oratione tantum, sc. in legibus priscis*, RHET. Her., *apud* CIC., VARRONEM, SALL. *aliosque, saepe apud iuris scriptores inde a* LABEONE (*v. p. 922, 34*); *plur. raro, sc. nom.* (*vix sing.* -s) CIC. nat. deor. 3, 74 off. 3, 36 IVLIAN. in Am. 6, 3 l. 99, *acc.* CIC. Verr. II 3, 206, *abl.* COD. Iust. 1, 54, 6, 5 (*a. 399*).

i. q. bonorum publicorum (maxime pecuniae publicae) furtum vel in usum privatum aversio (*usu audaciore p. 922, 3; c. gen. obi. p. 922, 16; cf. v. Mommsen, Röm. Strafr., 1899, 764 sqq., Brecht, RE Suppl. VII 817 sqq., Gnoli, Ricerche sul crimen -us, 1979*): **1** *exempla sec. fontes digesta*: **a** *apud quoslibet auctores* (*exempla selecta post* LIV.): PLAVT. Cist. 72 (*loquuntur meretrices*) perfidiosus est Amor. :: ergo in me -um facit (*sc. me uni amanti attribuens ab usu publico subtraxit* [*sic locum explicat Gronov; minus probabiliter sensu latiore ad fraudem in meretricem ipsam factam refert Zagagi, Tradition and Originality, 1980, 128*]). Persa 555 perfidia et -s ex urbe et avaritia si exulant. RHET. Her. 1, 12, 22 si quis -us accusatur, quod vasa argentea publica de loco privato dicatur sustulisse, possit dicere, cum definitione sit usus, quid sit furtum, quid -s, secum furti agi, non -us oportere. CIC. Verr. II 1, 11 erunt ..., qui ... *Verris* -um vel acerrime vindicandum putent, quod iste ... monumenta *abstulerit* (*respicitur Verres -us reus etiam*: II 1, 12 emerserit ex -us ... iudicio. II 4, 88. *al.* QVINT. inst. 5, 13, 35). Cluent. 147 haec quaestio sola ita gubernatur? quid M. Plaetori ... inter sicarios, quid C. Orchivi -us, quid mea de pecuniis repetundis ...? (*cf.* de orat. 2, 105 de sicariis, de veneficiis, de -u infitiari [*in sim. serie*: nat. deor. 3, 74 off. 3, 36]). *al.* SALL. Iug. 31, 25 non -s aerari factus est (*item accedit gen. obi.*: TAC. ann. 13, 43, 1 publicae pecuniae -um). LIV. 33, 47, 1 Hannibal ... animadvertit ..., quantum -s averteret. 33, 47, 3. 38, 55, 5 (*respicitur Scipio Asiaticus -us reus, ut*: VAL. MAX. 5, 3, 2 c GELL. 6, 19, 8). SEN. contr. 9, 1, 1. GELL. 11, 18, 18 Cato ... de impunitate -us ... conqueritur (*affertur Catò orat. 172* fures publici). AVR. VICT. Caes. 35, 7 *Aurelianus* -um ... immane quantum sectabatur. AMM. 31, 14, 2 *Valens* in -u deprehensis iudicibus inimicus. AVG. in euang. Ioh. 50, 10 *crimina* qualiscumque furti et -us (*postea*: furtum rei ... publicae). *al.* **b** *in titulis veteribus*: LEX repetund. (CIL I² 583) 69 ⟨quoi⟩ pequniam ex hace lege, quod sine malo -u fiat, pr(aetor) ... darei solvi iuserit, id quaestor ... dato solvitoque (LEX Corn. de XX quaest. [CIL I² 587] 1, 5 quaestor ... eam pequniam ei scribae ... solvito, idque ei sine fraude sua facere liceto, quod s. m. -uu f.). **c** *apud iuris scriptores, maxime in explicatione legis Iuliae -us* (*saepe in* DIG. 48, 13; *exempla selecta*): VENVL. dig. 48, 13, 10 pr. qui tabulam aeream legis ... refixerit ..., lege Iulia -us tenetur. VLP. dig. 48, 13, 1 lege Iulia -us cavetur, ne quis ex pecunia sacra religiosa publicave auferat neve intercipiat neve in rem suam vertat *eqs.* 48, 13, 13 qui perforaverit muros ..., -us actione tenetur. PAVL. dig. 48, 13, 11, 2 Labeo ... -um definit pecuniae publicae aut sacrae furtum non ab eo factum, cuius periculo fuit, et ideo aedituum in his, quae ei tradita sunt, -um non admittere *eqs.* MARCIAN. dig. 48, 13, 4, 1 si donatum deo immortali abstulerit, -us poena tenetur. MOD. dig. 48, 13, 15 is, qui praedam ab hostibus captam subripuit, lege -us tenetur et in quadruplum damnatur. COD. Theod. 9, 28, 1 iudices, qui -u provincias quassavissent, *capitaliter punientur. al.*

2 *iuncturae potiores*: **a** *verbales*: *α acc.*: admittere: PAVL. dig. 48, 13, 11, 2 COD. Theod. 9, 37, 2 (*cf.* committere: MARCELL. dig. 48, 13, 14 PAVL. dig. 48, 13, 11, 4). deferre: TAC. ann. 13, 43, 1. facere: PLAVT. Cist. 72 CIC. Rab. perd. 7 SALL. Iug. 31, 25. perpetrare: IVLIAN. in Am. 6, 3 l. 99. vindicare: CIC. Verr. II 1, 11. *β gen.*: accusare: RHET. Her. 1, 12, 22. agere (cum *aliquo*): *ibid.* damnare: CIC. Verr. I 39 Flacc. 43 SEN. contr. 9, 1, 1. *al.* GELL. 6, 19, 8. COD. Iust. 2, 11, 1 (*a. 197*).

b *nominales*: *α gen.* -ūs *pendet e subst.*: actio: VLP. dig. 48, 13, 13. condemnatio: HIST. AVG. Alex. 42, 4. crimen: CIC. Verr. II 4, 88 (*subst. e praecedentibus intellegendum*). FEST. p. 202 VENVL. dig. 48, 13, 9 AVG. in euang. Ioh. 50, 10. *al.* fraus: CIC. Phil. 12, 12. iudicium: CIC. Verr. II 1, 12. II 3, 83 PAPIN. dig. 48, 13, 16 ISID. orig. 5, 26, 22. lex: VENVL. dig. 48, 13, 10 pr. (l. Iulia, *ut*: PAPIN. dig. 22, 5, 13 INST. Iust. 4, 18, 9. *al.*). PAVL. dig. 48, 13, 11, 5. *al.* poena: PAVL. FEST. p. 75 VLP. dig. 48, 13, 3. *al.* quaestio: CIC. Cluent. 147 (*subst. e praecedentibus intellegendum*). Mur. 42. reus: VAL. MAX. 5, 3, 2 c QVINT. inst. 5, 13, 35. 12, 1, 43 VIR. ill. 50, 1 AMM. 27, 3, 2 COD. Theod. 9, 27, 5. *al.* societas: LIV. 38, 55, 5. *β adi.*: certissimus: CIC. Verr. II 3, 168. malus: *v. supra sub 1 b.* manifestus: QVINT. inst. 12, 1, 43. publicus: VARRO ling. 5, 95 LIV. 33, 47, 3.

*?***2. peculātus** *v. p. 921, 38.* *Malsbary.*

[x]**pecūliāris,** -e *et* pecūliārius, -a, -um (*v. infra l. 71 sqq.*). *a* peculium. *scribitur* -qul- CIL X 2847 (*sed fort. est nom. propr.*), *cum i longa* CIL XIV 4722; *codd. saepius praebent* (*fere var. l.*) -laris, *e. g.* PLAVT. Aul. 466 PLIN. nat. 35, 181 IVLIAN. dig. 13, 7, 28, 1 VVLG. Iudith 15, 14 COD. Iust. 11, 66, 4. *notatur* pecul CIL VI 276. 34114 XIV 3639 (*cf.* III 12031, 10). NOT. Tir. 40, 98 -us. *de formis: dat. et abl. sing.* -e *hic illic praebent codd. nec non* CIL XV 7143 (*abl.*); *compar.* -ior MACR. exc. gramm. p. 25, 2 ALC. AVIT. hom. 6 p. 108, 6; *superl.* -issimus *p. 925, 12.* *de declinatione: inter voces in* 'aris' *desinentes affertur* PRISC. gramm. II 133, 6; *inveniuntur tamen formae declin. prim. et sec.* PLIN. nat. 23, 149 (*falsa var. l. iuxta formam sollemnem ut*: 36, 145 IVNIL. 2, 15). POMPON. dig. 15, 1, 4, 5 (*var. l. forma sollemnis*). MARCIAN. dig. 33, 8, 18 (*bis*). VLP. dig. 44, 4, 4, 34 GREG. M. epist. 3, 7 l. 12 *et* 15 (*falso pro* pecuniariis). CIL VI 8868 -i(i)s lampadari(i)s. NOT. Tir. 40, 98. GLOSS.

[Bruun]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ἰδιόκτητος. ἰδικόν. οἰκεῖον. *legitur inde a* PLAVTO (*octies*), CIC., VARRONE *per totam latinitatem, sed non* (*si excipis* PLAVT. *et* MART. 4,64,8) *in versibus; frequentant* PLIN. nat. *et iurisconsulti; abiit in sermonem graecum.* [*sard. vet.* pecuiare *'possessio privata'; hisp.* pegujal *'fundus parvus, grex parvus'; port.* pegulhal *'grex'. cf. M.-L. 6336. Wagner II 238. Corominas² IV 451. Machado³ IV 331. St.*] [*confunditur in codd. maxime c.* peculium, *sc.* PLIN. nat. 13,91 PAPIN. dig. 41,2,44,1 (*bis*). VVLG. Iudith 15,14, pecuniarius *sim., sc.* FRG. Vat. 260 GREG. M. epist. 3, 7 l. 12. 15, specularis *sim., sc.* COD. Iust. 11,66,4 GLOSS. III 8,33. 82,63 (*cf.* ANON. de mach. bell. 18,8); *e variorum coniecturis dubiis* VARRO ling. 5,95 *pro* peculatoriae.]

I *sensu primario i. q. ad peculium alicuius pertinens, alicui (rei) proprius* (*cui sit proprius, indicatur per gen. e. g. l. 25. p. 924, 17. 74, per dat. e. g. l. 22. p. 924, 70. 925, 2, per pron. poss. e. g. p. 924, 39. 46. 925, 26; pro substantivo est masc. e. g. p. 925, 32, neutr. e. g. p. 924, 11sqq.*):

A *strictius de eis, quae (qui) ad peculium, patrimonium pertinent*:

1 *respiciuntur certorum quorundam bona*: **a** *peculium eorum, qui sub patris dominive potestate sunt, sc. servorum, filiorum familias sim.* (*fere apud* PLAVT. *et iurisconsultos; respicitur peculium castrense e. g.* VLP. dig. 49, 17, 9, *peculium ancillae filiaeve e. g. l. 43*): **α** *de peculii partibus*: PLAVT. Asin. 541 opilio qui pascit ... alienas ovis, aliquam habet -em, qui spem soletur suam (Merc. 525 [*in imag.*]). Aul. 466 meus ... gallus ..., qui erat anu[i] -is. Capt. 20 *pater* dedit eum huic gnato suo -em (*de servo ut*: 982. 988. 1013. ALF. dig. 40,1,7 servos. *ibid.* servulum suum. *al.* SCAEV. dig. 33,8,21 [*seq.* vicarius]. VLP. dig. 3,2,4,3 mancipia prostituta. *al.; de ancilla* : PLAVT. Persa 201 haec -est [*ita Leo*, -is est *trad.*] eius *ancillae lenonis. cf.* VLP. *supra*). VARRO rust. 1,17,7 ut -e aliquid in fundo pascere liceat *servis.* 1,19,3 adiciendum de pecore ea sola, quae ... solent esse -a, pauca habenda, quo facilius mancipia ... assidua esse possint. PROC. dig. 12, 6, 53 si ipse servus -es nummos dedit *eqs.* (IAVOL. dig. 40, 7, 39, 2. *al.*). CELS. dig. 40, 7, 23, 1 rebus -bus venditis (IVLIAN. dig. 47,2,57,3 rem suam. *al.*). POMPON. dig. 15,1,22 aedium -um nomine (15, 1, 23). IVLIAN. dig. 13, 7, 28, 1 si servus pro -i nomine pignus acceperit (*de pecunia credita ut*: VLP. dig. 15, 3, 3, 5. *al.; aliter sub β*). PAVL. dig. 18, 1, 40, 5 (*ex Alf.*) quae *dolia* servus ... emisset -a. *al.* **β** *de eis, quae (qui) alia ratione ad peculium pertinent*: IVLIAN. dig. 46, 3, 32 si servus -i nomine crediderit (49, 15, 22 POMPON. dig. 46, 3, 19. AFRIC. dig. 21, 1, 51 pr. -i an domini nomine emerit *servus. al.; aliter l. 32*). 44, 7, 16 si -e negotium contractum est (VLP. dig. 3, 3, 33 pr. servi. *al.*). 46, 1, 19 si ex causa -i fideiussit *servus* (POMPON. dig. 15, 1, 4, 5 si aere alieno dominico exhauriatur peculium servi, res tamen in causa -a [-i *var. l.*] manent. *al.*). POMPON. dig. 23, 3, 24 quasi a quolibet -i debitore (VLP. dig. 12,6,26,8. 15,3,7,1. *al.*). GAIVS dig. 15, 1, 27 pr. si -i merce ... negotientur *filiae familias ancillaeve* (inst. 4,72. VLP. dig. 14,4,1,2 -em ... m. non sic uti peculium accipimus *eqs.* 14,4,5,19. 14,4,7,1. *al.*). 46,2,34 pr. novandi ... -a debita ius (*sc. quae ex peculio debentur; cf.* FLORENT. dig. 46,2,16 obligationem). VLP. dig. 10,2,18,5 si filius familias ... a creditoribus -bus conveniretur (MARCIAN. dig. 33,8,18 [*bis*]). 49,17,6 -es et servos et libertos potuit habere *filius familias miles.* CIL XV 7143 Hechi Aug(usti) l(iberti) pro(curatoris) a loricata ex ration(e) -e (*cf. p. 929, 56sqq., nisi pertinet ad bβ*). *al.*

b *peculium, sc. bona privata, Caesarum* (*cf.* SVET. *sub 2a*): **α** *de servis libertisque* (*notio non ita certa, cf. Weaver, Familia Caesaris, 1972, 200 adn. 5*): CIL VI 4888 Ti(berius) Claudius Herm⟨es⟩ strator -i⟨s⟩ ... contubernali carissim⟨ae⟩. 276 imp(eratoris) T(iti) ... ser(vus) pecul(iaris) vilicus *eqs.* (34114 Domitiani). 14428 Titi ... servus verna -is ... vicario suo (XIV 3639). 8868 Araps Caesar(is) n(ostri) ser(vus) ex -i(i)s lampadari(i)s (8869 Araps ... ser(vus) -is lampadar(ius)). XIV 2731 Pantagatho Aug(usti) lib(erto) -i ... collib(erti) (INSCR. Année Épigr. 1911 n. 191 [*Romae*]). **β** *de rebus* (*cf. et l. 49sq.*): SVET. Galba 12,3 *dicitur Galba* denarios quinque donasse prolatos manu sua e -bus loculis suis (*cf. Plut. Galba 16,2 ἐκ τῶν ἰδίων*). NOVELL. Iust. 75,2 (= 104,2) semper Sicilia quasi -e aliquid (-quod *Beck*) commodum imperatoribus accessit (*75, 3* [= *104, 3*] Siciliam nostrum quodammodo peculium constitutum).

c *peculium dei* (*in imagine de populo electo, sc. Israel vel ecclesia, cf. p. 932, 49sqq.; sed vix restiterim trahenti hos locos ad B2b aut IIA*): populus: Ps. PHILO antiq. 24, 1 si sustinetis servire domino, ⌞eritis ei p. -is⌟ (*om. pars codd.*). HIER. in Am. 3,1 l. 18 *ex omnibus gentibus terrae solos* vos habui -em p. meum *eqs.* in Tit. 2,12 p. 588ᴬ *Christus* redemit nos sanguine suo, ut sibi Christianum p. -em faceret, qui -is tunc esse posset, si bonorum operum aemulator existeret (*explicat Tit. 2, 14 λαὸν περιούσιον, quod redditur p. 586ᴮ* egregium, *Vulg.* p. acceptabilem). VVLG. deut. 7, 6 te elegit dominus deus tuus, ut sis ei p. -is de cunctis populis (*sim.* 14, 2. 26, 18). IVLIAN. in Am. 2,6 l. 91 Ps. AVG. serm. ed. Mai 4,2. *al.* gens: SALV. gub. 3,8 Hebraeos ... id est -em ac propriam dei gentem.

2 *respiciuntur quorumlibet bona*: **a** *de ipso peculio eiusque partibus*: QVINT. decl. 336,3 quaecumque sub condicione traduntur, ita demum fieri possunt propria ac -a (*var. ll.* particularia, pericularia), si condicio consummata est. SVET. Iul. 76,3 monetae publicisque vectigalibus -es servos praeposuit *Caesar* (*in imagine* [*nisi ad B2b pertinent*]: ALC. AVIT. epist. 49 SIGISM. Alc. Avit. epist. 94 p. 102,4. *cf.* ALC. AVIT. epist. 76 servulo. 81 vernularum [VEN. FORT. vita Hil. 1,2 *Hilarius Pascentium* ab ipsis cunabulis ... quasi -em vernulam familiariter enutrivit]. 91 famuli). VVLG. Iudith 15, 14 universa, quae Holofernis -a (*var. ll.* peculia, -i *sim.*) fuisse probata sunt, dederunt Iudith. CASSIAN. inst. 4, 14 inter quos *monachos* nullum -e opus ... adfectatur (4,16,3 BENED. reg. 55,16). VISIO Pauli rec. P 16 (*loq. spiritus mali*) ut videamus, si (h)abemus in te *anima* -a nostra (rec. Sang. si habemus aliquid in te nostrum; et dixerunt: invenimus et habemus in te -a nostra). REGVLA mag. 90,63 ei, *qui discipulus vult esse*, -a denegentur. BENED. reg. 55, 18 ut hoc vitium -is (*var. ll.* -e, -es, -is rei) ... amputetur, dentur ab abbate omnia, quae sunt necessaria. LEANDER reg. 28 p. 122 ut -e in monasterio non habeat virgo. INSCR. Journ. Rom. Stud. 23,1933,216 (*in ampulla*) Gai sum -is. *al.* **b** *de Iove peculium tuente* : GLOSS. III 82,63 (= 8,33 sq.) *Ζεὺς κτήσιος*: Iovis [s]pecu-l⟨i⟩aris.

B *laxius de eis, quae (qui) alia ratione ad aliquem (aliquid) pertinent* (*quo modo nimirum saepius a similibus distinguuntur; locos, ubi praevalet hic distinguendi respectus, v. sub II*): **1** *denegantur aliis* (*tamen adhibetur compar. l. 44. 46*): **a** *usu sollemni* (*nonnulla aut ad 2a aut ad II trahi possunt*): **α** *exempla varia* (*sc. selecta inde a* PLIN. nat.): CIC. Verr. II 3,36 Septicio ... resistente ... exoritur -e edictum repentinum, ne quis *eqs.* VELL. 2, 10, 2 notetur Domitiae familiae -is quaedam ... felicitas. PLIN. nat. 2,120 sunt ... -es quibusque gentibus venti (GELL. 2,22,19). 3,7 Baetica ... cunctas provinciarum ... quodam fertili ac -i nitore praecedit (*nisi ad IIB; cf.* MART. 4,64,8 vertex ... solus luce nitet -i). 11,116 est volucre *animal* canibus -e ⌞suum⌟ malum (*'an* et suum *?' Mayhoff. item respiciuntur animalia* : 32, 56 *al.* TERT. resurr. 13, 2). 14, 8 quarum, *sc. vitium*, principatus in tantum -is Italiae est, ut *eqs.* 14,37 irtiola Umbriae ... et Piceno agro -is est. 17,203 (*de vitibus serendis*) cum arbusti ratio hac -i dote praestet, quod *eqs.* 23, 76 cetera ut in oleis, -e autem, quod *eqs.* 28, 112 chamaeleonem -i volumine dignum. QVINT. inst. 6, 4, 3 paululum impendamus huic, *sc. altercationi,* ... -is operae. FRONTIN. aq. 115, 3 *comperi fistulas publicas* passim convulneratas omnibus in transitu negotiationibus praebuisse -bus fistulis aquam. PLIN. epist. 1,8,16 me vero -is quaedam impedit ratio. APVL. met. 11, 7, 3 tanta ... hilaritudine praeter -em meam gestire mihi cuncta videbantur. 11, 9, 1 inter has oblectationes ludicras popularium (*i. pompae anteludia*) ... sospitatricis deae -is pompa moliebatur. AVG. in Iob p. 518,9 dolorem, non -em Iob, sed quem habuit de omni genere humano. MACR. exc. gramm. p. 25,2 cum eaedem *figurae* apud *Graecos Romanosque* ... reperiantur, non nihil tamen -ius habere noscuntur. SALV. epist. 4, 14 praeter -em mei causam (ALC. AVIT. hom. 6 p. 108, 6 -ior ... nobis gaudii c. est.). PALLAD. hist. mon. I 29 p. 315ᴬ suum -e vivendi institutum (*gr. p. 128, 10 Bu. ἴδιον ... σκοπόν*). *al.* **β** *notio illustratur synonymis sim.*: SEN. benef. 6,16,3 propria (epist. 122,9 PLIN. paneg. 2,7). QVINT. decl. 316, 8 privatas (Ps. TERT. haer. 7 p. 224, 18 [*v. ibid. l. 22*]. Ps. CYPR. epist. 4 p. 282, 10). Ps. TERT. haer. 7 p. 224, 18 suam (*cf. l. 30 et p. 925, 61*). *al.* **γ** *notio illustratur oppositis* : SEN. epist. 122,9 publicus (PLIN. nat. 18,226 HIST. AVG. Max. Balb. 17,7). PLIN. nat. 2,39 communis (17,223 Ps. TERT. haer. 7 p. 224,18. *al.*). *al.*

b *de eis, quae (qui) non nisi communia (communes) esse censentur* : CIC. Verr. II 3,172 -em habes aliquam Siciliam, quae tibi ex alio genere frumentum suppeditare possit? Sest. 125 aliusne est aliquis inprobis civibus -is populus? LIV. 3,19,9 quam partem (*sc. plebem*) velut abruptam a cetero populo vestram patriam -emque rem publicam fecistis. VAL. MAX. 9,1,1 ne gulam Neptuni arbitrio subiectam haberet, -a sibi maria excogitavit *quidam.* PLIN. nat. 18,251 (*loq. natura*) cur sidera quaeras, rustice? ... ecce tibi inter herbas tuas spargo -es stellas (*sc. cicindelas*). SVET. Aug. 5 *cum adulescens, cui erat domus, ubi Augustus natus erat, peteret* donari quasi proprio suo ac -i deo, *sc. divo Augusto* (ARNOB. nat. 4, 4 p. 206,14 Romani deos possident -es, qui aliarum gentium non sint?). *al.*

2 *cohaerent necessitudine quadam* (*saepissime magis quam cum aliis*): **a** *varia, sc. fere de rebus, quae alicui (rei) natura coniunctae, innatae, cognatae sunt* (*cf. et l. 23*): COLVM. 3, 8, 5 de eo fructu (*sc. vite*), qui velut (vel *var. l.*) indigena -isque et vernaculus est huius soli (*item respiciuntur plantae* : PLIN. nat. 12,17 unam e -bus Indiae *arboribus.* 12,78 haec sunt -a Arabiae. 27,69 -is est Alpinis maxime fluminibus conferva. *al.*). PLIN. nat. 6,1 -i invidia naturae sine ulla fine indulgentis aviditati maris. 7,93 Caesari proprium et -e sit (fit *var. l.*) praeter supra dicta clementiae insigne. 10, 133 *circa Alpes inveniuntur* phalacrocoraces, avis Baliarium insularum -is (*item respiciuntur animalia* : 10,134). 14,1 *arborum communium* omnium -is parens videri potest Italia. 26,5 -e Narbonen-

[Bruun]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sis provinciae mălum (26, 8. *cf.* Tac. dial. 29, 3 propria et -a huius urbis *Romae* vitia). *al.* Prob. cath. gramm. IV 42, 11 illam structuram Tullio -em: 'esse videatur'. Hil. trin. 3, 13 quod est *deus*, semper est; hoc enim deo est -e. Cod. Iust. 5, 16, 27, 1 nihil aliud tam -e est imperiali maiestati quam humanitas. 7, 15, 1, 3 *libertatem* tueri Romanis legibus et praecipue nostro numini -e est. Dig. de confirm. dig. 6a nihil tam -e fuerat quam ... legatis ... legis Falcidiae narratio *eqs.* (*gr.* προσεχής τε καὶ ἁρμόδιος).

b *affectu quodam* (*fere de hominibus*): **a** *de amato, reverendo* (*cf. A 1 c*): Bell. Hisp. 42, 1 *Hispaniam ulteriorem* ex omnibus provinciis -em sibi constituisse et ... beneficia largitum esse *dicit Caesar.* Conc.^{S} I 3 Rustic. p. 187, 16 domne deoamantissime et sanctissime et omnium mihi -issime frater (*vers. Tur.* carissime, *gr. I 1, 4 p. 9, 20* γνησιώτατε, *cf. l. 29*). Sidon. epist. 2, 13, 3 iste -is tuus Maximus *eqs.* (*1* patroni tui ... Maximi imperatoris). Rvric. epist. 1, 1 tit. domino suo, -i in Christo ... patrono (1, 2 tit. 2, 6 tit. Ven. Fort. epist. [carm. 3, 2] 1. *al.; fortasse ad β pertinent*: Alc. Avit. epist. 31 Greg. Tvr. Mart. 4 praef.). Alc. Avit. epist. 85 (*ad virum illustrissimum*) vobis -bus pectoris mei ... litterarum famulatio offertur. Apon. 2, 2 -es *oves* (*antea*: tam ... amabiles, ‚quas ... ipse pascat *deus*). Epist. Austras. 17 tit. domino semper -e suo (Ven. Fort. epist. [carm. 3, 1] 3 -is domne et pater). Ven. Fort. Mart. praef. I tit. piissimo in Christo et -i Gregorio papae. *al.* **β** *de amante, devoto*: Clavd. Don. Aen. praef. p. 4, 21 *filio* hoc mei laboris opusculum -is animi quasi quoddam hereditarium munus ... transmitto. CIL VI 1751, 14 (*a. 378*) *ob beneficia* Veneti adque Histri -es eius *Probi* patrono praestantissimo (*sed fort. respicitur Probi patria, ut locus ad a pertineat*). Episc. Gall. Leo M. epist. 68, 1 (*ad Leonem*) ineffabili ... nos -es tui gratulatione succrescimus. Conc.^{S} I 3 Rustic. p. 41, 32 quem *Nestorium* ... futurum expectabamus pastorem -em, hunc rectae fidei persecutorem invenimus (*vers. Tur.* verum; *gr. I 1, 1 p. 97, 4* γνήσιον *ut*: p. 90, 20 tamquam filii -es patribus *oratione* cooperamini [*gr. I 1, 2 p. 69, 3, vers. Tur.* germani]. p. 145, 31 -es sacerdotes salvatoris [*gr. I 1, 2 p. 99, 2, vers. Tur.* veri]. *cf. l. 12*). Epist. episc. Greg. Tur. Franc. 9, 41 p. 469, 18 -is (-es *var. l.*) vester Aetherius peccator salutare praesumo (*seq.* cliens, amator *sim.*). *al.*

II *sensu secundario i. q. a similibus distinctus* (*v. quae ad I A 1 c et I B monui*): **A** *de superantibus, praestantibus*: **1** *hominibus vel deo*: Cic. Flacc. 51 venio ad Lysaniam ..., -em t⟨u⟩um, Deciane, testem. Clavd. Don. Aen. 3, 170 p. 289, 2 Iuppiter, qui Cretae -is amator est. Vita Hil. Arel. 2 l. 1 Hilarii -is fratris, monachi singularis, antistitis summi, doctoris eximii ... vitam. Vita Fulg. Rusp. p. 63 duo presbyteri -es et ... immaculatae senectutis honore venerabiles abbatis officio fungebantur.
2 *rebus*: Cic. ad Q. fr. 2, 9, 3 hoc vero mihi -e fuerit, hic etiam isto *Mario* frui. Plin. nat. praef. 16 sentio -em in studiis causam eorum esse, qui ... utilitatem iuvandi praetulerint gratiae placendi. 11, 205 -e cursūs inpedimentum aliquando in eo (*sc. liene*). 15, 41 -is inpudentia est nucibus insitorum *prunorum.* 19, 156 auctoritas ei *rutae* -is apud antiquos fuit. 20, 112 in condimentis -em gratiam habent *apii rami* (Chromat. serm. 21, 1 magnam et -em). 20, 142 adeo -i in visceribus his effectu, ut *eqs.* 30, 19. 36, 145. *al.* Plin. paneg. 23, 4 quam -e gaudium eorum, qui *eqs.* Tert. anim. 46, 11 Ivl. Val. 1, 44. Anon. de mach. bell. 18, 8 -is ... inventio. Hier. in Tit. 2, 12 p. 588^{B} panem nostrum ἐπιούσιον (*sc. Matth. 6, 11*), id est praecipuum, egregium, -em, *sc. Christum* (*sim.* in Matth. 6, 11). Chromat. serm. 22, 3 -i affectu dilectus a Christo est *Iohannes* (26, 3. Rvric. epist. 2, 18 tit. mihi -i cultu affectuque specialiter excolendo papae ... Ruricius. *cf.* Episc. Gall. Leo M. epist. 68, 1 affectione [Ennod. epist. 9, 14, 1 p. 239, 5]). CIL IX 1569 eximium munus et -e praeter ⟨ce⟩teros honores insigne. *al.*

B *de rebus alio modo distinctis* (*plerique loci minus certi, cf. p. 924, 23*): Plin. nat. 11, 122 *cristam gallinacei* nec carnem ... esse nec cartilaginem nec callum iure dixerimus, verum ⌊-e datum⌋ *eqs.* (*var. ll.* -em, -rum). 13, 91 Atlans mons -i (*var. l.* peculia) proditur silva. 15, 107 alterum est genus *saporum*, in quo sit et alienus quidem, sed et suus quidam ac -is *sapor*, ut in lacte. 23, 149 Pompeius invenit in -i commentario ipsius *Mithridatis* manu conpositionem antidoti *cuiusdam.* 28, 140 *adeps* facit (fit *Mayhoff*) et -e emplastrum (35, 181 *bitumen* cum farina ... inpositum e. -e facit suo nomine). 31, 45 est et -is aestimatio (*i. quaerendi aquas ratio*) peritis tantum nota. 31, 87 *sal est* excitans aviditatem invitansque in omnibus cibis ita, ut sit -is ex eo intellectus inter innumera condimenta. Plin. epist. 10, 2, 2 (*ad Traian.*) cum ... probaveris me ad -em indulgentiam tuam pertinere. Apvl. met. 11, 16, 9 donec ... navis ... -i serenoque flatu pelago redderetur. Qverol. p. 15, 4 ignorabam -em tibi curam esse hanc de consortibus meis. *al.*

adv. **†pecūliāriter.** *forma* -arie *non invenitur* (*falsa var. l. pro adi.* peculiare Ps. Cypr. epist. 4 p. 280, 12). *compar.* -ius *utuntur scriptores saec. V et VI* (*e. g.* Rvric. epist. *novies, numquam* -r), *sed nimirum* (*cf.* Synon. Cic. p. 448, 13 vehementius ... instantius ... immoderatius. -r) *plerumque ut gradu positivo* (*v. imprimis II A 1 b et II B 2 b; aliter II B 2 a*). *legitur in oratione soluta, sc. inde a* Scrib. Largo (*v. infra l. 44*), Plin. nat. (*tricies*), Qvint. [*confunditur in codd. praecipue c.* specialiter *et* speculariter, *e. g.* Hier. chron. a. Abr. 2379 Novell. Theod. 15, 1 pr. Leo M. serm. 87, 2; *praebent codd. saepius* -liater (Gaivs dig. 10, 4, 13 *al.*), -lialiter (Pavl. Nol. epist. 11, 5 *al.*), -lariter (Novell. Theod. 15, 1 pr. *al.*).]

i. q. modo peculiari sim.: **I** *respicitur potius proprietas quaedam*: **A** *usu vario* (Plin. *et* Pelagon. *praecipue propter graeca huc traxi; cf. etiam p. 927, 45*): Plin. nat. 19, 37 de tuberibus haec traduntur -r *eqs.* (*gr. Athen. 62*^{a} περὶ δὲ τούτων ἰδιόν τι λέγεται). Pelagon. 283 sol -r dominus equorum invocatus ad medellam adest (*Hippiatr. gr. I p. 309, 8* ἰδικός ἐστιν δεσπότης). Regvla mag. 13, 48 quidquid ... extra opus adsignatum -r vel ultro effecerit (*item de monacho aliquid sua sponte, non iussu alicuius, faciente*: 44, 17. 82, 17 quare discipulus -r aliquid audeat facere aut habere aut vindicare? [*cf. l. 27*]).

B *respicitur peculium, patrimonium sim.*: **1** *proprie*: **a** *respicitur peculium servi filiive familias*: Vlp. dig. 15, 3, 3, 1 *si servus pecuniam* -r mutuatus postea in rem domini vertit. 21, 3, 1, 4 si servus merces -r emerit. Pavl. dig. 14, 4, 2 *ut* merx, qua -r negotietur, ad nos *dominos* pertineat. 41, 2, 1, 5 quas *res* -r tenent *servus aut filius familias.* 41, 2, 1, 22 per servum quae -r adquisierint *municipes.* 41, 3, 8 pr. Labeo Neratius responderunt ea, quae servi -r nancti sunt, *eqs.* Marcian. dig. 20, 6, 8, 5 quam *rem* -r hypothecam acceperint *filius familias et servus. al. apud iurisconsultos.* **b** *respicitur peculium cuiuslibet* (*sc. monachorum*): Caes. Arel. reg. virg. 9 p. 104, 9 nulli liceat ... habere cubiculum vel armariolum aut aliquid huiusmodi, quod -ius claudi possit (Avrelian. reg. mon. 8 Regvla Tarnat. 2, 1). Regvla mag. 2, 50 nihil in monasterio aliquid sibi a fratribus -r vindicatur et nullus suo aliquid ... facit arbitrio (*cf. l. 14*).

2 *in imagine et translate*: **a** *excusatur translatio, sc. voce quadam addita* (*hucine etiam* Ven. Fort. virt. Hil. 13, 37 *?*): Tert. cult. fem. 1, 2 l. 9 cum et materias quasdam ... et artes ... saeculo ... prodidissent *angeli quidam*, ... proprie et quasi -r feminis instrumentum istud muliebris gloriae contulerunt, lumina lapillorum *eqs.* Schol. Cic. Bob. p. 77, 24 cum hoc *tempus* sibi potissimum velut privatim et -r *Cicero* vindicet ad diluendum. Avg. serm. 278, 7 *quamquam iam ante redemptionem servus dei eras*, -r quodam modo te habere voluit redemptum sanguine filii sui. **b** *non excusatur translatio* (*respicitur peculium dei, cf. p. 923, 64*): Ps. Avg. serm. 54, 2 *p. 927, 56.* Verec. in cant. 2, 6 ab eodem *deo* de toto mundo -r congregati *Iudaei.*

II *respiciuntur potius alia* (*non facile notiones vel colores varii distinguuntur, ita ut saepe sit dubium, quo pertineant loci singuli*): **A** *praevalet respectus rei vel personae ab aliis similibus distinctae*: **1** *distinguitur eo, quod aliquid hic melius, magis sim. quam alibi fieri contenditur*: **a** *posit.* -r: Scrib. Larg. praef. 12 *candorem animi* omnibus quidem hominibus plene, mihi autem etiam -r praestas. Plin. nat. 17, 134 multo maior *quam animalium* est ... satorum omnium libido, qua tempestive uti plurimum interest conceptus, ⌊-r utique⌋ in insitis *eqs.* (*ita Krömer coll.* 26, 11; peculiare u. *trad.*, -rque *Rackham*). 22, 129 -r tamen *alica* longo morbo ad tabitudinem redactis subvenit *eqs.* 24, 30 *herba quaedam* -r renibus utilis (26, 50). 25, 7 in reliqua ingeni magnitudine medicinae -r curiosus *Mithridates.* 26, 107 (*inter remedia communia*) panacis ... radices, -r longinquis morbis. 27, 63 *herbae quaedam* collectiones ... omnes leniunt, -r mammarum. 27, 136 *smyrnii* semen -r hydropicis datur potui. 28, 158 lacte poto venena restinguntur, -r si hyoscyamum potum sit *eqs.* (*cf.* Firm. math. 5, 4, 9 erunt frequenter humiles, tunc -r, cum Saturnus *eqs.*). 32, 5 constabat -r miratum *Gaium principem*, quomodo *eqs. al.* Flor. Verg. 2, 7 *hic* caelum -r temperatum miscet vices. Garg. Mart. pom. 2, 10 armenia vel praecoqua, -r prunis insita, floriora sunt *quam persicus.* Plin. med. 1, 22, 2 quae supra scripta sunt; eodem modo et ad dolorem laterum faciunt, -r vero quae sequuntur. Ps. Ascon. Verr. p. 243, 25 *Ephesi* Dianae numen -r colitur. Pavl. Nol. epist. 10 tit. beatissimo et -r domino semper in domino Christo nobis patri Delphino (19 tit.). *al.* **b** *compar.* -ius (*cf. p. 927, 64*): Theod. Prisc. log. 79 hanc ego -ius potionem in balneis dare consuevi. Evcher. laud. her. 3 quamvis omnia ... revisitet ..., tamen *deus* ... ⌊-ius visitationem⌋ dignatur heremi (peculiari visitatione *var. l.*). 38 ne in vanum vigilent, qui custodiunt civitatem (*cf. psalm. 126, 1*), -ius Christo propugnatore munitur. Sacr. Leon. 779 -ius prae ceteris (Rvric. epist. 2, 8 tit. 2, 16 tit. Transit. Mar. 1 rec. B 2). Evseb. Gallic. hom. 39, 3 -ius (-r *var. l.*) autem istud ad professionem nostram (*sc. monachorum*) pertinet *eqs.* Rvric. epist. 2, 12 (= 2, 53) ad me quasi vobis -ius ... caritatis iure devinctum. *al.*

2 *distinguitur eo, quod aliquid alibi ita fieri denegatur*: Plin. nat. 27, 45 *herbae cuiusdam* inter paucas utilissimae, praeterea sacris populi Romani celebratae -r *eqs.* Qvint. inst. 8, 2, 8 quod commune est et aliis *rebus* nomen, intellectu alicui rei -r tribuitur, ut 'urbem' Romam

[Bruun]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

accipimus ..., cum sint urbes aliae quoque (*item de nominibus, quae non nisi communia esse censentur*: CHROMAT. serm. 16,1 -r nox haec 'vigilia domini' nuncupatur [*postea*: proprie]. CAES. AREL. serm. 1, 19 specialiter ... sacerdotibus hoc nomen [*sc.* sanctus] videtur -r aptari). AMPEL. 20,2 *Fabii* bellum Veiens -r sibi depoposcerunt. TERT. adv. Marc. 4, 13 p. 458, 12 *Christus, qui et ipse dicitur petra, Petro* de figuris suis -r nomen *dedit.* PAVL. NOL. epist. 11,5 hoc ... commune nobis cum omnibus ...; unum in te -r nobis gratum atque gratandum est *eqs.* MACR. exc. gramm. p. 41,7 Latini -ius infinitis in 'i' exeuntibus addunt 'er' syllabam. SALV. gub. 4,90 hoc ... malum -r tantum Christianorum est *eqs.* CASSIOD. inst. 1,1,4 aliquid ... illis *libris scripturae* -r esse derelictum. VITA Fulg. Rusp. p. 49 *episcopus* sicut ceteros beatum Fulgentium vidit, quem continuo -r vocans *eqs. al.*

3 *distinguitur aliter*: **a** *res*: PLIN. nat. 21,137 *discutit crocum* exulcerationes ... pulmonum vesicarumque, -r inflammationi earum vehementer utile, item tussi *eqs.* 26,38 verbenaca ... omnibus visceribus medetur, lateribus, pulmonibus ..., -r autem pulmonibus ... radix herbae consiliginis. 27, 51 *semen absinthii* -r ilibus inponitur cum Cypria cera. 29,103 veneficiis ex mustela ... factis contrarium est ius gallinacei ...; -r contra aconita addi parum salis oporteat. *al.* IVL. RVF. rhet. 7 p. 40, 11 haec figura (*sc.* σαρκασμός) quibusdam videtur eadem quae chleuasmos, sed a peritissimis propria significatione descripta est; -r enim foediora eā significamus. PS. HIER. epist. 12 p. 79, 4 *ut* mihi ... hoc solum -ius relaxetis, ut *eqs.* (*antecedit*: ego ... vobis in omnibus cedo; *sed fortasse est adi.*). ALC. AVIT. epist. 11 licet ipsa se venerandi portitoris persona animis ... insinuet, sanctus tamen Maximianus antistes hanc -ius ad vos officii mei paginam petiit destinari. EPIST. Arel. 12 p. 19,13 haec *civitas* in tantum a ... Constantino -r honorata est, ut *eqs.* (*antecedit*: cunctis ... civitatibus praeferatur). REGVLA mag. 38,3 hoc opus refectionum -r gratiarum actio est et non est in numero septem laudum canonicarum diei (*sim.* 43,2). *al.*

b *persona*: QVINT. inst. 11,3,130 si ..., quod dicimus, quasi singulis *iudicibus* inculcare -r (peculiari *var. l.*) velimus. PS. CYPR. singul. cler. 44 p. 219,20 *clerico* non despecta, non vetula sine adfinitate -r suscipienda est ad domesticum obsequium. PANEG. 5,9,3 imperatorem totius orbis pro se -r rogare. 8,21,2 etiam illa, cuius nomine mihi -r gratulandum, devotissima vobis civitas. GLOSS. biling. 16, 176 ego ⟨c⟩erte -r gaudeo (*gr.* καθ' ἰδίαν, *perperam versum sec. Kramer, qui locum ad 1a pertinere censet*). PELAG. in Eph. 3,7 mihi hoc -r (*var. l.* prae ceteris, *Ps. Primas.* proprie) revelatum est. IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 6,34 Christus, quoniam de virgine natus est, -r resurrexit; homines autem, quia ..., non resurgunt. SERM. Rev. Bénéd. 59,1949 p. 109,35 misericordia ... non generaliter omnibus, sed -r solis timentibus datur. LEO M. serm. 87,2 praeter illam abstinentiam, qua quisque se -r (*var. l.* specialiter) atque privatim ... exercet, haec, quae omnibus simul indicitur, *eqs.* SIDON. epist. 3,5,3 ac si meae proficiat -r proprietati, quicquid meus ... frater ... acceperit. REGVLA mag. 7, 26 quae voluerint, -r in se defendentes *monachi gyrovagi* (*nisi ad p. 926, 27*). BENED. reg. 52, 3 frater, qui forte sibi -r vult orare (*seq.* secretius). *al.*

B *praevalet merus augendi respectus, sc. fere i. q. valde sim.*:

1 *posit.* -r: PLIN. nat. 21, 151 -r et contra meliceridas efficax *melilotos* (22,18). 28,74 -r valet potum *lac mulieris* contra venena *quaedam.* 30,119 fracturis cinis ... -r medetur cum cera, efficacius idem medicamentum fit *eqs.* QVINT. inst. 1,2,16 *praeceptor* eum, in quo studium ingeniumque perspexerit, ... in suam quoque gloriam -r fovebit (*nisi ad A2 aut A3b*). CHAR. gramm. p. 407, 15 -r eum commendavit (CHROMAT. in Matth. 17, 7, 1. VEN. FORT. Mart. praef. I 2 -r et instanter. *al.*). PS. AVG. serm. 54, 2 *ecclesiam* salvator cum ingenti pietate quaesivit ..., hanc -r diligit; merito -r diligit, ⌞quam -r suo sanguine comparavit⌟ (⌞⌟ *potius ad IB2b pertinet*). CONC.^{S} I 3 Rustic. p. 147,2 sanctorum ... chorus ... ⌞exultationem suam facit eo, quod -r in eum *Christum* habeat caritatem⌟ (ex. facit eius germanitas caritatis *vers. Tur.; gr. I 1,2 p. 92,18* καύχημα ποιεῖται τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης τὸ γνήσιον. *cf. etiam p. 925, 29*). GREG. M. epist. app. 6 l. 40 quae *ecclesia* -r vestra *papae* est (*l. 59* quae familiariter vestra est). *al.*

2 *compar.* -ius: **a** *servata vi compar.* (*huc fortasse trahenda nonnulla sub A1b allata*): PS. AVG. serm. ed. Mai 47,1 peculiaris ... est nobis frequentatior ista sollemnitas; -ius aliis obsequiis beatissimos martyres, *quorum reliquiae hic sunt conditae,* nobis reddidistis debitores (*sed de verbis dubitaveris*). CASSIAN. inst. 5,4,4 discretionis et continentiae forma ab his est nobis -ius expetenda, a quibus virtutes has ... uberius videmus effluere (*antea*: familiarius, *postea*: specialius). VITA Fulg. Rusp. p. 95 neque propriis fratribus amplius aut -ius consulebat. VITAE patr. Iurens. 24 Lupicinus in Lauconno ... -ius ac liberius versabatur. **b** *neglecta vi compar.*: RVRIC. epist. 2,9 -ius rogo (2,36. 2,38). 2,22 -ius spero. EVSEB. GALLIC. hom. 4, 5 saluti nostrae -ius convenire. 24, 3 Petrus -ius Christo cognitus. GREG. M. epist. 8, 15 l. 7 -ius commendemus.

deriv.: peculiaritas.

cf. Onom.

pecūliāritās, -ātis *f.* *a* peculiaris. *legitur non ante saec. VI, plur. non exstat.*

1 *respicitur relatio quaedam specialis, qua homines inter se aut cum deo coniuncti sunt*: **a** *de affectu, amore* (*cf. p. 925, 8sqq.*): CONC.^{S} I 3 Rustic. p. 170, 38 non poterat fieri ... in Christo ⌞caritatis -em⌟ habentes et zelantes domino non multas experiri difficultates (⌞⌟ *vers. Tur.* caritatem; *gr. I 1, 3 p. 7, 14* τῆς ... ἀγάπης τὸ γνήσιον [τέλειον *var. l.*]. *sed fort. ad b trahendum, cf. etiam p. 927, 59*). II 3, 2 p. 93, 29 quantam circa sacerdotes -em potuit *Christus* demonstrare (*versio altera p. 96, 27* familiaritatem; *gr. II 1, 3 p. 116, 34* οἰκείωσιν). *metonymice de homine amato* (*in allocutione*): CONC.^{S} I 3 Rustic. p. 44, 8 fiduciali iam utor ad tuam -em suasione (germanitatem *vers. Tur. ut p. 44, 9* quam circa te germanitatem habeamus, *quod Rusticus servavit; gr. I 1, 1 p. 93, 11sq. bis* γνησιότητα). **b** *de necessitudine* (*cf. l. 9*): GREG. M. epist. 6,61 l. 9 *caritatem* esse nobis cum ceteris fratribus communem semper optemus; est tamen aliquid, quod nos erga Alexandrinam ecclesiam quadam -e constringit *eqs.*

2 *respicitur peculium*: **a** *i. q. ius, potestas possidentis*: GREG. M. mor. al. 35, 10 (*ad Iob 42, 7* servus meus Iob) eum *Iob* quasi sub quadam -e commemorat *deus.* **b** *i. q. bona alicui propria, peculium* (*sc. monachis*): GREG. M. epist. 1,40 l. 7 quod non licere notum est, -i eorum *monachorum* singulos studere (12,6 l. 7). 12,6 l. 22 ut -em a ... monachis ... compescat *coepiscopus.* l. 24 si ... -s a monachis habetur.

pecūliāriter *et* **pecūliārius** *v.* peculiaris.

pecūlio, -ātum, -āre. *a* peculium. [*confunditur* -tus *cum* peculatus *l. 35.*] *i. q. peculio afficere*: PLAVT. Persa 192 (*alter servus domini vicem ad alterum*) scelus tu pueri es, atque ob istanc rem ego ⌞aliqui⌟ te -bo (aliquit *vel* aliquid *trad.; ludens cum peculii notione quadam a sollemni discrepante [v. Woytek ad l.] respicit aut membrum virile aut verbera, cf. l. 46. p. 932, 60 aut p. 929, 66sq.*).

p. p. p. **pecūliātus,** -a, -um *pro adi.* (*nisi ab ipso nomine* peculium *originem duxit ut* expeculiatus, *cf. Leumann, Gramm. 1977, 333*). *i. q. peculio praeditus* (*cf.* GLOSS. IV 419,24 peculatus: qui habet peculium vel ⌞lucratae res⌟ [*Bücheler,* grateres *trad.; conflatae sunt glossae* -us *et* peculatus]. GLOSS.^{L} I Ansil. PE 66 qui habet peculia [pecuniam *var. l.*]. II Philox. PE 18 -us: κτήσιος, πολυούσιος): **1** *respiciuntur variorum opes*: POLLIO Cic. fam. 10, 32, 1 Balbus quaestor magna numerata pecunia, magno pondere auri ... coacto de publicis exactionibus ... traiecit sese in regnum Bogudis plane bene -us. APVL. met. 10, 17, 1 *asinum gulosum* liberto suo ... satis -o ... tradidit *nutriendum dominus.* GAIVS dig. 21, 1, 18, 2 si quis *venditor* simpliciter dixerit -um esse servum, sufficit, si is vel minimum habeat peculium (VLP. dig. 19, 1, 13, 4). AMBR. epist. 4, 11, 19 quis ... -us ad vitam aeternam transit nisi virtutum fultus peculio? (*seq.* divitibus inpossibile pronuntiatur). **2** *respicitur membrum virile* (*cf. l. 30. p. 932, 60*): PRIAP. 52, 7 accedunt duo ... pulcre pensilibus -i (*seq.* salax asellus et nil deterius mutuniatus).

pecūliolum, -ī *n.* *a* peculium *deminutive.* [*falsa var. l. pro* peculium VVLG. I par. 29, 3.] *i. q. parvum peculium*: QVINT. inst. 1, 5, 46 vitium, quod fit per quantitatem, ut 'magnum -um', erunt qui soloecismum putent, quia pro nomine integro positum sit deminutum *eqs.* TEST. (CIL III 6998) 3 pro mediocritate ... -i mei (*sc. liberti Hadriani*).

pecūliōsus, -a, -um. *a* peculium, *i. q. magno praeditus peculio, dives*: **1** *respicitur peculium servorum*: PLAVT. Rud. 112 -um esse ⟨ad⟩decet servom et probum, quem *eqs.* (AVG. in psalm. 38, 12 l. 15 -us s. es cuiusdam magni patris familias [*i. dei; seq.* multum est, *quod tibi dedit dominus*]). SIDON. epist. 2, 2, 19 ager *praedii* ... diffusus in silvis, pictus in pratis, pecorosus in pascuis, in pastoribus -us *est* (*nisi ad 2*). **2** *respicitur peculium quodlibet*: CASSIOD. var. 8, 33, 3 quicquid ... mittit Campania aut opulenti Brutti aut Calabri -i.

†pecūlium, -ī *n.* [*conferendum cum* pecu *et* peculari, *sed formatione non prorsus perspicua. Sch.*] *originem vocis a* pecus *ducunt* FEST. p. 249 -um servorum ⌞⟨ex⟩ pecore item dictum est, ut [ex]⌟ pecunia patrum familiae (*ita Lindsay,* a ... et *Ursinus sec.* PAVL. FEST.; *una cum* pecunia *memoratur etiam*: PAVL. FEST. p. 23 COLVM. 6 praef. 4 SERV. ecl. 1, 32 ISID. orig. 16, 18, 4; *cf.* PLVT. Public. 11, 6 ἀπὸ τῶν προβάτων). ISID. orig. 5, 25, 5 GLOSS. V 130, 22; *cf.* VARRO ling. 5, 95 quod in pecore pecunia tum pastoribus consistebat et standi fundamentum pes *est* ..., a pede pecudem appellarunt, ut ab eodem pedicam ... et † peculatoriae (peculiariae *Lachmann,* peculiares *A. Spengel, alii aliter*) oves aliudve quid; id enim -um primum. VLP. dig. 15, 1, 5, 3 -um dictum est quasi pusilla pecunia sive patrimonium pusillum. *scribitur* ptu- CIL VIII 20223. *notatur* pec CIL VI 772, pecul CIL I^{2} 3391 (*cf.* III 12031, 10). NOT. Tir. 40, 97 -um. *de genere: fem.* PAP. Tjäder 1, 27 de -a (*vix acc. plur., v. Tjäder ad l.*). *formam gen. sing.* -ii *inveni neque in versibus ne-*

[Bruun]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

que in inscriptionibus, orationis solutae codices praebent modo -i, *modo* -ii (*e. g. sec. cod. Veron. [saec. V/VI] habet* GAIVS inst. 3, 56 -i [*ter*]. 4, 74ª -ii [*ter, at semel* -i]); *grammatici, quibus scribi placeat* -ii (FRG. Bob. gramm. V 555, 17 geminabunt *hae voces* i litteram ..., ut ... -um -ii), *tamen allegantes fere* VERG. ecl. 1, 32 *apud antiquos inveniri memorant* -i, *sc.* SERV. ecl. 1, 32 per synaeresin (Aen. 10, 167 [synizesin *var. l.*]). Aen. 3, 151 collisio ... -i pro -ii. PRISC. gramm. II 296, 13 sqq. metri causa. FRG. Bob. *l. 3* per *ἀποκοπήν*. *plur. poet.* Ov. am. 2, 2, 39. *de mensura: syllaba secunda fortasse corripitur* CE 134, 6. *legitur ter decies apud* PLAVT., *postea paucis vel singulis locis apud* VARRONEM, CIC., VERG., HOR., Ov., LIV. *al., haud raro in titulis, saepissime autem in sermone iuris (fere milies in digestis); abiit in sermonem graecum* (*v. etiam* GLOSS.). [*val.* (*maced.*) pecul'u *'nummi in subsidia senectutis sepositi' (cf. p. 932, 46); sard. vet.* pecuiu; *vasc.* pegulhe *'pecus'; port.* pegulho. *cf. M.-L. 6337. Wagner II 238. Wartburg VIII 114sq. Machado³ IV 331. St.*] [*confunditur in codd. maxime cum* peculiaris (*v. p. 923, 6*), pecunia (Ov. am. 2, 2, 39 TERT. anim. 37, 5 *al.; cf. l. 20*), saeculum (HIER. epist. 60, 10, 1 psalt. sec. Hebr. 134, 4), periculum (VARRO Men. 126 TERT. adv. Val. 14, 2 VVLG. I par. 29, 3 *al.*); *falsa var. l. e. g.* PLAVT. Merc. 509 (*pro* pecua). VVLG. Iudith 15, 14 (*pro* peculiaria); *ex coniectura vix probabili e. g.* VARRO rust. 3, 1, 7 (*trad.* pecunia).]

i. q. summa bonorum, quae quis habet (*cf.* SYNON. Cic. p. 436, 1 opes ... bona. fortunae. census. substantiae. patrimonium. res. -um. calendarium *eqs.* GLOSS. II 478, 27 *χρῆμα*. V 319, 21 proprium. GLOSS.ᴸ II Philox. PE 15 *περιουσία* [*cf. p. 932, 50*], *περίκτησις, ἴδιον, σφέτερον, οὐσία δούλου*).

I *sensu strictiore significantur ea bona, quae patres familias sim. (v. p. 930, 56) a patrimoniis suis separata servis liberisve concesserunt, ut pro propriis uterentur (ad rem v. Kaser, Privatrecht I² 287sq. 344 II² 127sq. 214sq.)*: **A** *respiciuntur servi (ancillae p. 930, 22, cf. p. 930, 9; libertini Latini p. 931, 14. 19. 23) filiique familias* (*cf.* ISID. orig. 5, 25, 5 -um proprie minorum est personarum sive servorum [*sim.* GLOSS. V 130, 22]; nam -um est, quod pater vel dominus filium suum vel servum pro suo tractare patitur. GLOSS. Vat. Reg. 266, 98 -um est proprie substantia servi a domino separata. GLOSS. II 390, 24 *οὐσία ὑπεξουσίου ἢ δούλου* [400, 44]. GLOSS.ᴸ II Philox. PE 9 *κτῆσις τοῦ ἐπ' ἀλλοτρίᾳ ἐξουσίᾳ ὄντος, τοῦτ' ἐστιν υἱοῦ ἢ δούλου*): **1** *apud scriptores varios et in titulis*: **a** *respiciuntur servi*: *α proprie*: PLAVT. Asin. 498 frugi ... sum nec potest -um *meum* enumerari (*item comparatur servi virtus cum -i magnitudine*: Capt. 1028 compedīs ... huic dem. :: quoi -i nihil est, recte feceris. Cas. 258. Most. 875 pessumi ..., -i sui prodigi, plagigeruli [*nisi pertinet ad l. 66*]). Bacch. 465 illum meum malum promptare malim quam -um (*versus multis spurius*). Pseud. 1188 mea ... habeo omnia, meo -o empta. :: nempe quod fēmina summa sustinent (*nescio an ludatur usu obsceno p. 932, 60 allato*). Stich. 751 vapulat -um, actum est. :: fugit hoc libertas caput (*item respicitur libertas -o emenda*: VERG. ecl. 1, 32 nec spes libertatis erat nec cura -i. Ov. am. 2, 2, 39 sic alta -a crescent; ... in exiguo tempore liber eris. SEN. epist. 80, 4 -um suum, quod comparaverunt ventre fraudato, pro capite numerant). Trin. 434 istum *ingenuum divitem* velim meum fieri servom cum suo -o. CIC. Verr. II 1, 93 -a omnium *servorum Malleoli* vicariique retinentur *a Verre* (*distinguuntur vicarii etiam*: 3, 86 *servus quidam Venerius* vicarium nullum habet, nihil omnino -i. *aliter p. 930, 73 sqq.*). VARRO rust. 1, 2, 17 non solum adimis domino pecus, sed etiam servis -um, quibus domini dant ut pascant (*vix ad p. 932, 69*). 2, 10, 5 *in servorum* emptione solet accedere -um aut excipi. *al.* CIL I² 3391 Faustus ... Priapum et templum d(e) s(uo) pecul(io) f(aciendum) c(uravit). VI 8450ª (*aet. Claudii*) Primiano tabula⟨rio fisci libertatis⟩ et -orum (*de eodem fisco, cuius praeter vicesimam libertatis fuisse videntur etiam -a relicta a servis principum mortuis*: 772. 8450; *cf.* 8434 exactor(is) hered(itatium) legat(orum) -or(um). 8450ᵇ. XI 104*, 11 sta(tionis) -orum [XV 7251]). SEN. benef. 7, 4, 4 servus cum -o domini *est.* Ps. QVINT. decl. 13, 14. IVV. 3, 189 praestare tributa clientes cogimur et cultis augere -a servis (APVL. met. 10, 14, 4 latenter). CALP. decl. 14 -um servi mei peteres? AVG. serm. 296, 4 coll. Morin p. 403, 23 si dominus ... servo suo commendaret oves suas, ... cogitaret utrumnam -um servi illius idoneum esset pretio ovium *eqs.* GREG. M. epist. 6, 12 l. 11 vos ... liberos ... efficimus omneque vestrum vobis relaxamus -um. *al.* *β in imagine et translate*: PLAVT. Asin. 277 largitur -um, omnem in tergo thensaurum gerit (*276* de tergo *meo* ducentas plagas ... dabo. *simili ioco fort.* Most. 863 [*verba sunt incerta*]. *cf. etiam l. 40*). VARRO Men. 126 *avaro* si stet terrai traditus orbis, furando tamen ... ex sese ipse aliquid quaerat cogatque -i (*sc. more servi nequam*). CIC. parad. 39 an eorum servitus dubiast, qui cupiditate -i nullam condicionem recusant ...servitutis *eqs.*? HOR. ars 330 haec animos aerugo et cura -i cum semel imbuerit (*sc. more servili, cf. l. 45 sq.; vix ad IIB2b*). TERT. fug. 11, 2 proicietur de villa pastor *malus* (*libertus, ut videtur*) ... et de priore -o eius exigetur detrimenti dominici restitutio (*de clericis in persecutione fugientibus, respicitur Ioh. 10, 12*).

SERV. ecl. 1, 32. AVG. ord. 2, 2, 6 *sapiens* curat ... servi sui (*i. subiectae partis animae*) quodam modo -um, ut eo tamquam frugi ... famulus bene utatur parceque custodiat. in psalm. 49, 17 si ... servus meus (*sc. dei*) es tu, totum -um tuum meum est; neque enim est -um domini (*sed re vera in eius potestate est*), quod sibi servus comparavit *eqs.* *al.*

b *respiciuntur filii* (*sc. eorum -um paganum q. d. [v. sub 2c]; -um castrense et quasi castrense v. p. 931, 63sqq.*): PLAVT. Merc. 96 lucrum ingens facio praeterquam mihi ... pater dedit aestimatas merces; ita -um conficio grande. Most. 253 dabo aliquid ... *mei* -i (*ita B², trad.* perc- *vel* ferc-; *vix de -o ancillae*). LIV. 2, 41, 10 *dicitur pater Cassium* necasse -umque filii Cereri consecravisse (*de eodem*: VAL. MAX. 5, 8, 2 PLIN. nat. 34, 15). SVET. Tib. 15, 2 *Tiberius ab Augusto adoptatus* ne hereditatem quidem aut legata percepit ulla aliter quam ut -o referret accepta. CIL III 2040 C. Lucretius ... de suo -o f(ieri) i(ussit) ([*nisi pertinet ad p. 931, 64sqq. aut 933, 15sqq.*]. INSCR. Gall. Narb. Espérandieu 227 patri et matri de suo -o fecerunt ... fi(lii)).

2 *apud iurisconsultos sim.*: **a** *locutiones sollemnes, quae pertinere possunt et ad servos et ad filios* (*sc. eorum -um paganum q. d., v. l. 6; afferuntur notabiliora selecta*): ALF. dig. 15, 3, 16 *boum venditor* nummos a domino petebat actione de -o (VLP. dig. 50, 17, 58 in patrem. DIG. 15, 2 rubr. quando de -o a. annalis est. INST. Iust. 4, 6, 10 adversus patrem dominumve. *et saepe [v. etiam p. 931, 59]. cf.* GAIVS dig. 15, 1, 27 pr. et ancillarum nomine et filiarum familias in -o actio datur [VLP. dig. 4, 3, 9, 4ª]. PROC. dig. 46, 3, 84 egisti de -o [AFRIC. dig. 12, 6, 38, 2 GAIVS inst. 4, 74. *et saepe; cf.* GAIVS inst. 4, 69 de actione, qua in -um ... ageretur]. *respicitur actio etiam l. 40sqq.*). 33, 8, 14 consulebatur, rectene Pamphilo -um legatum videretur *eqs.* (40, 1, 6. SCAEV. dig. 33, 8, 26 -o legato *filio.* VLP. dig. 33, 8, 24 si legatus fuerit servus, -um excipere non est necesse, quia non sequitur, nisi legetur. DIG. 33, 8 rubr. de -o l. *al.; cf.* praelegare *vol. X 2, 686, 61sqq.*). PROC. dig. 46, 3, 84 permissa *servo* administratione -i (*saepius, v. Voc. Iurispr. Rom. IV 1, 577, 43sqq.; cf.* MARCIAN. dig. 20, 3, 1, 1 si quaeratur, quousque eis *filio vel servo* permissum videatur -um administrare [*antea*: liberam administrationem]). IAVOL. dig. 19, 2, 60, 7 (*ex Labeone*) si ipse *servus* se locasset, ex -o dumtaxat ... damnum tibi *me* praestaturum dico (POMPON. dig. 15, 1, 2 actio d. de -o. VLP. dig. 3, 5, 5, 8 adversus patrem vel dominum de -o d. dandam actionem [*v. l. 20*]. 15, 1, 5, 1 d. de -o pater dominusve obligantur. *al.*). 41, 2, 24 *quod* ex *servi* maleficiis adprehenditur, id ad domini possessionem ideo non pertinet, quia nec -i causam adprehendit (IVLIAN. dig. 46, 1, 19 extra c. -i. PAPIN. dig. 41, 3, 44, 7 ex c. -i *possidere. al.*). GAIVS dig. 4, 4, 27 pr. *pater* de -o tenetur (PAPIN. dig. 15, 1, 50, 1. PAVL. dig. 46, 1, 35 si pro domino fideiubeat, ... dumtaxat de -o tenebitur. *al.*). PAPIN. dig. 15, 1, 50, 2 postquam dominus de -o conventus est (VLP. dig. 15, 1, 3, 2 de -o *servi* et mulier convenietur. *al.*). TRYPH. dig. 24, 3, 53 *filii* -o tenus (PAVL. dig. 21, 1, 57 pr. *servi.* sent. 1, 4, 5 in patrem dominumve -o t. actio dabitur. *al.*). VLP. dig. 15, 1, 19, 1 Marcellus ... scribit ... eum ..., qui contrahit, totum servi -um velut patrimonium intuitum (INST. Iust. 4, 6, 10 -o ..., quod veluti p. est filiorum filiarumque, item servorum. *al.; v. etiam l. 69sq.*). DIG. 15, 1 rubr. de -o. *al.* *agitur de pluribus unius peculiis* (*sc. servi praeter l. 55*): IVLIAN. dig. 15, 1, 37, 2 eius -i, quod apud me, *qui servum mihi cum aliis communem vendideram,* esset (*ibid. iterum.* GAIVS dig. 15, 1, 29 pr.). GAIVS dig. 15, 1, 27, 2 aliud ... -um. PAPIN. dig. 40, 7, 35 -o, quod apud venditorem ... habuit (VLP. dig. 15, 1, 15 separata. *cf.* 15, 1, 32 pr. penes). *ibid.* alienum ... -um. 49, 17, 15 pr. pater militi filio reverso quod donat, castrensis -i non facit, sed alterius -i (VLP. dig. 15, 1, 19, 1 [alterutrum *dubitanter Mommsen; agitur de servi dotalis -o, de quo pluries dicitur ibid., e. g.*: duplicis iuris -um. -um, quod ad me respiciat, ... quod ad mulierem. quasi in duobus -is. utriusque generis -um. utrique -o]). *al.*

b *respiciuntur servi tantum* (*notabiliora selecta*): *α -i definitiones sim.*: IAVOL. dig. 41, 2, 24 quod ex iusta causa corporaliter a servo tenetur, id in -o servi est et -um, quod servus civiliter quidem possidere non posset, sed naturaliter tenet, dominus creditur possidere. POMPON. dig. 15, 1, 4 pr. -i est non id, cuius servus seorsum a domino rationem habuerit, sed quod dominus ipse separaverit suam a servi rationem discernens; nam cum servi -um totum adimere vel augere vel minuere dominus possit, animadvertendum est non quid servus, sed quid dominus constituendi servilis -i gratia fecerit. AFRIC. dig. 15, 1, 38, 2 *placebat* neminem ... posse intellegi ipsum in suo -o esse (*sim.* 33, 8, 16, 1). FLORENT. dig. 15, 1, 39 -um et ex eo consistit, quod parsimonia sua quis paravit vel officio meruerit a quolibet sibi donari idque velut proprium patrimonium servum suum habere quis voluerit. VLP. dig. 15, 1, 5, 4 -um ... Tubero ... sic definit, ... quod servus domini permissu separatum a rationibus dominicis habet, deducto inde, si quid domino debetur. 15, 1, 7, 4 in -o ... res esse possunt omnes et mobiles et soli, vicarios quoque in -um potest habere *servus* et vicariorum -um *eqs.* 50, 16, 182 pater familias liber -um non potest habere,

[Bruun]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quemadmodum nec servus bona (*cf. p. 930, 4*). Pavl. dig. 15, 1, 8 non statim, quod dominus voluit ex re sua -i esse, -um fecit, sed si tradidit aut, cum apud eum esset, pro tradito habuit ...; contra autem simul atque noluit, -um servi desinit -um esse. Marcian. dig. 15, 1, 40 pr. -um nascitur, crescit, decrescit, moritur, et ideo eleganter Papirius Fronto dicebat -um simile esse homini *eqs. al.* *β varia*: Proc. dig. 33, 6, 6 si *quis* servos omnes cum -o cuiusque eorum legasset (Vlp. dig. 15, 2, 1, 7 [*bis*]. Pavl. dig. 30, 52 pr. *al.; cf.* Scaev. dig. 10, 2, 39, 4 praelegavit. Vlp. *p. 930, 28*). Iavol. dig. 15, 1, 33 (*ex Cassio*) si quis servum ita vendidit, ut pretium pro -o acciperet (*sequitur*: pretium -i; *item respicitur servi venditio*: Iulian. dig. 19, 1, 23 *servum* cum -o vendiderat [Papin. dig. 40, 7, 35. *al.*]. Afric. dig. 19, 1, 30 pr. cum -o emisti. Vlp. dig. 18, 1, 29 quotiens servus venit, non cum -o distrahitur. *al.*). 41, 2, 24 in -o servi (Iulian. dig. 15, 1, 16 s. communis. Gaivs inst. 3, 58 Latinorum ... bona tamquam -a servorum *eqs.* Vlp. dig. 15, 1, 17 s. ordinarii [*ter*]. 50, 16, 17 pr. -a servorum civitatium ... publica habentur. *al.; cf.* servile *p. 930, 67*). Cels. dig. 15, 1, 6 vicariorum -a (Iulian. dig. 14, 3, 12 Pompon. dig. 15, 1, 4, 6. *al.*). *ibid.* eo ipso, quod dominus servo -um constituit, etiam vicario constituisse existimandus est. Gaivs inst. 3, 56 *admonendum est* eos, qui nunc Latini Iuniani dicuntur, olim ex iure Quiritium servos fuisse ..., unde etiam res eorum (*sc. defunctorum*) -i iure ad patronos pertinere solita est (*ibid. iterum. postea*: iure quodam modo -i [Inst. Iust. 3, 7, 4]. Gloss. iurispr. *ἄδετ* I 34). Cod. Theod. 2, 22, 1 omne -um eius (*sc. liberti, qui Romana civitate amissa Latinus effectus decesserit*) a patrono ... vindicetur. *al.*

c *respiciuntur filii tantum*: Cod. Iust. 3, 28, 37, 1 in castrensibus ... -is (*v. infra l. 64sqq.*) introducta est et alia subdivisio et -i triplex invenitur causa; vel enim paganum est -um vel castrense vel quod medietatem inter utrumque obtinet, quod quasi castrense nuncupatur.

B *respiciuntur filiae, sive virgines sive nuptae* (*sc. quae in manu viri non sunt; earum παράφερνα v. sub IIA2b, de uxore in manu sub IIA1a; exempla l. 39 allata non ita certa sunt; ad rem v. García Garrido, Ius uxorium, 1958, 13sqq.*): Svet. Tib. 50, 1 -o concesso a patre ... fraudavit *Tiberius Iuliam.* Pompon. dig. 23, 3, 24 si filia familias nuptura ex -o, cuius administrationem habet, dotem viro dedit, deinde, cum in eadem causa -um eius esset, divortium fecerit *eqs.* Gaivs *p. 930, 23.* Papin. dig. 6, 1, 65, 1 ancillam, quae non in dotem data, sed in -um filiae concessa est, -o filiae non legato mancipium hereditarium esse convenit *eqs.* (Vlp. dig. 33, 8, 6, 4). 39, 5, 31, 2 pater, qui filiae, quam habuit in potestate, mancipia donavit et -um emancipatae non ademit. CIL VIII 20223 Tab. devot. Audollent 190, 18. *al.*

II *sensu laxiore significantur variorum bona varia*: **A** *respiciuntur tamen eadem vel similia genera hominum ac sub I, sc. qui sunt sub patria vel simili potestate*: **1** *de bonorum summa*: **a** *uxorum in manu*: Plavt. Cas. 199 -i probam nil habere addecet clam virum ...; hoc viri censeo esse omne quicquid tuom est (*cf. García Garrido, Ius uxorium, 1958, 29*). **b** *libertorum* (*Latinorum v. supra l. 19sqq.; coniugis liberti l. 48?*): Petron. 76, 7 (*loq. Trimalchio de centum aureis a Fortunata traditis*) hoc fuit -i mei fermentum. CE 134, 6 (*saec. I*) -o pauper, animo divitissimus. CIL III 6776 fecit ... coiugi ... ex -o ipseius (V 150 de -o ... faciendum curaverunt [*nisi respiciuntur servi aut filii*]. *al.*). XI 6286 (*de uxore*) custos -i, per quem (*pro* quam *?*) adquisivi (*cf. p. 929, 45*). *al.* **c** *colonorum, navicularium sim., sc. eorum, qui ex professione sua quodammodo carent libera bonorum administratione* (*v. Kaser, Privatrecht II² 146sqq. 153sq.*): Cod. Iust. 11, 50, 2 (*impp. Arcad. et Honor.*) cum ... saepissime decretum sit, ne quid de -o suo cuiquam colonorum ignorante domino praedii ... alienare liceret (*item respiciuntur coloni*: Cod. Theod. 5, 19 rubr. ne colonus inscio domino suum alienet -um. Interpr. cod. Theod. 5, 19, 1 nescientibus dominis nihil colonus neque de terra neque de -o suo alienare praesumat [*cod. Theod.*: si qua propria habeant *eqs.*]). Cod. Theod. 2, 32, 1 *ut* utilis actio pateat de -o *in actorem servum procuratoremque praediorum.* Novell. Valent. 29, 1 navicularios, qui munus proprium defugerunt, ad corpus suum cum ... -is reducendos. 36, 8 obnoxias ... suario, boario et pecuario corpori personas ad debita praecipimus cum ... -is ... onera revocari. *al.*

2 *de bonis quibusdam*: **a** *quae filii familias acquirunt* (*v. Kaser, Privatrecht II² 215sq.*): *α militantes, sc.* -um castrense (*epitheton subintellegendum hic illic omittitur, e.g. l. 68*): Gaivs dig. 5, 1, 4 lis nulla nobis esse potest cum eo, quem in potestate habemus, nisi ex c. -o. 29, 1, 17, 3 pater a filio familias milite ex c. -o heres institutus (Maecian. dig. 49, 17, 18 pr. *cf.* Tryph. dig. 49, 17, 19, 2 c. -i heres). *ibid.* ex -o. inst. 2, 106 si filius familias ex c. -o ... faciat testamentum (Tryph. dig. 28, 2, 28, 1 de c. -o [49, 17, 19, 2. *al.*]). Maecian. dig. 49, 17, 18, 5 -i nomine, quod in castris adquisiit *filius.* Papin. dig. 49, 17, 12 pater ... -um ei auferre non potest, quod semel iure militiae filius tenuit. 49, 17, 15 pr. *p. 930, 54.* Tert. dig. 49, 17, 4 pr. de c. -o (*eius liber ita inscriptus memoratur etiam*: 29, 1, 23. *al.*). Vlp. dig. 14, 6, 2 cum filii familias in c. -o vice patrum familiarum fungantur. 24, 1, 3, 4 si filius ... vel quivis alius potestati mariti subiectus de c. suo -o donavit, non erit irrita donatio. Cod. Iust. 9, 49, 3 (*a. 226*) -um ... quod in castris adquisivit vel quod ei *filio* militaturo donasti. Pavl. sent. 3, 4ª, 3 c. enim -um est, quod in castris adquiritur vel quod proficiscenti ad militiam datur. Macer dig. 49, 17, 11 c. -um est, quod a parentibus vel cognatis in militia agenti donatum est vel quod ipse filius familias in militia adquisiit, quod, nisi militaret, adquisiturus non fuisset *eqs.* Veg. mil. 2, 20 ex omnibus donativis augetur eorum *militum* pro medietate c. -um. Hier. epist. 60, 10, 1. Cod. Iust. 12, 36, 6 (*a. 444?*) ius c. -i tam scriniarios quam exceptores *praefecti praetorio* ... ac si in legione prima adiutrice nostra militent, inviolatum habere praecipimus (*cf. l. 25*). Dig. 49, 17 rubr. de c. -o. Cod. Iust. 6, 61, 7, 1 ad similitudinem c. -i omnem facultatem in eas *donationes principis vel Augustae* filii vel filiae familias habeant. *al.* *β fungentes muneribus variis, sc. de -o quasi castrensi* (*ita dicto ex similitudine iuris*): Vlp. dig. 36, 1, 1, 6 *filius familias miles,* qui de c. -o vel quasi c. testari potest. 39, 5, 7, 6 haec omnia locum habebunt in paganis (*cf. p. 931, 27*); ceterum qui habent c. -um vel quasi c. *eqs.* Cod. Iust. 12, 28, 2, 2 (*a. 319, sed postea mutatum*) beneficiis nostris ita digni sunt *palatini,* ut ... habeant c. -um. Cod. Theod. 1, 34, 2 velut c. -um filii familias adsessores post patris obitum vindicent, ... si quid ... coadunare potuerunt (2, 10, 6 veluti [ad exemplum militum *add.* Cod. Iust. 2, 7, 4]. *cf.* 6, 36, 1 palatinos ... rem, si quam ... fuerint consecuti, ut c. -um habere praecipimus *eqs.; nisi haec omnia ad p. 931, 64sqq. trahenda sunt*). Cod. Iust. 1, 3, 49 pr. episcopis et presbyteris et diaconis -um habere quasi c. concessum est (*seq.* de omnibus personis, quae huiusmodi -a meruerunt). 12, 36 rubr. de c. -o militum et praefectianorum. Inst. Iust. 2, 11, 6 ad exemplum c. -i tam anteriores leges quam principales constitutiones quibusdam quasi c. dederunt -a *eqs. al.*

b *quae sunt uxorum non in manu* (*ad rem v. Gerner, RE Suppl. VIII 423, 13sqq. García Garrido, Ius uxorium, 1958, 44sqq.*): Papin. dig. 39, 5, 31, 1 (*de rebus extra dotem a matre filiae nomine viro traditis*) cum ... -um a dote puellae distingueretur. Vlp. dig. 23, 3, 9, 3 si res dentur in ea, quae Graeci *παράφερνα* dicunt quaeque alii (*ita Mommsen, trad.* Galli) -um appellant (*seq.* res, quas *mulier* solet in usu habere in domo mariti neque in dotem dat). Frg. Vat. 112 peto *a marito* ... dotem et -um.

B *de quorumlibet bonis, sc. iam neglecto respectu patriae potestatis*: **1** *sublucet tamen quodammodo sensus strictior sub I allatus*: **a** *respectu concedendi, donandi* (*huc fort. etiam* Petron. *sub 2aβ*): Sen. epist. 12, 10 sine ullo ad me *Lucilium* -o (*i. sententia addita*) veniet *epistula tua*? (*seq.* hac voce ..., quam illi trado ad te perferendam). Petron. 88, 9 senatus ... mille pondo auri Capitolio promittere solet et, ne quis dubitet pecuniam concupiscere, Iovem quoque -o exor⟨n⟩at. Tert. bapt. 20, 5 petite de domino -a gratia⟨e⟩ distributiones charismatum subiacere. adv. Val. 14, 2 *Achamoth* cum aliquo -o relinquitur, id erat odor incorruptibilitatis. **b** *respectu separandi* (*huc fort. respiciunt* Sen. *sub a et* Vvlg. *p. 933, 22. cf. etiam p. 923, 64sqq.*): Cels. dig. 32, 79, 1 (*de nummis praesidii causa repositis, cf. p. 929, 12*) Proculus ait ... audisse se rusticos senes ita dicentes pecuniam sine -o fragilem esse -um appellantes, quod praesidii causa seponeretur. Vet. Lat. exod. 19, 5 (Primas. in apoc. 5, 1 l. 58 = Vvlg.) eritis mihi *deo* in -um de cunctis populis (Vvlg. Mal. 3, 17 [*cf.* Hier. *ad l.* pro -o in Hebraeo legitur sgolla, quod Aquila *περιούσιον* et ceteri *περιποίησιν* interpretati sunt]). Hier. psalt. sec. Hebr. 134, 4 Iacob elegit sibi dominus ... in -um suum. Novell. Iust. 75, 3 *v. supra p. 923, 63.* **c** *respectu servitutis*: Petr. Chrys. serm. 23, 3 (*ad Luc. 12, 32* complacuit patri vestro dare vobis regnum; vendite, quae possidetis) *deus* tibi abiecta et vilia -a servitutis iubet abicere regnaturo (23, 4 -a ... pristinae ⟨servitutis⟩ libertatis iam divinis, iam regiis ditatus opibus qui reservat, captivus miseriae *eqs.* [*suppl. Krömer*]).

2 *non iam sublucet sensus strictior, ita ut dicatur de quorumlibet bonis quibuslibet*: **a** *de singulis rebus vel rerum generibus* (*sc. sing. vel plur.*): *α de genitali sive parte sive facultate* (*cf. l. 64. p. 928, 45. 929, 43*): Hist. Avg. Heliog. 9, 3 homines ad exercendas libidines bene vasatos et maioris -i. *?β de pecunia* (*cf.* Gloss.ᴸ I Ansil. pe 67 -um: pecunia *nec non p. 928, 71*): Petron. 8, 3 prolato ... -o coepit *quidam* rogare stuprum (*nisi aut ad l. 60sq. aut ad l. 37sqq.*). Edict. imp. Diocl. praef. 12 L. qui ... divitiis diffluentes ... consectentur -a et laceratrices centesimas persequantur (*nisi ad δ*). Ps. Hier. epist. 7, 6 p. 112ᴮ ut tanto servus in opere domini esset cautior, quanto maiore esset -o comparatus (*nisi ad δ*). CIL XII 1005 curatori -i r(ei) p(ublicae) Glanico(rum) (*nisi ad p. 933, 15*). *γ de pecore* (*cf. p. 928, 62sqq. 929, 52. translate de hominibus* Arator): Rvfin. Orig. in num. 11, 1 p. 75, 2 si quis -a cuiuscumque pecoris nutriat, offerat ex his deo omne, quod primum est. Ps. Orig. in Iob 1 p. 426ᶜ (*respic. Iob 1, 17*) pro -i consumptione et filiorum perditione. p. 426ᴰ omne -um atque filios ... interfecerunt. Basil. hom. p. 71, 14 *vir potentissimus* agros et possessiones mulieris cum cultoribus ac -is invadens (*Migne gr. 31, 237ᶜ βοσκήματα*). Cassiod. var. 8, 28, 1 *quidam sibi agellum*

[Bruun]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cum suo -o causantur ablatum. in psalm. 143,13 (oves eorum fetosae) fetosum videntur habere -um. ARATOR act. 1, 1001 clementia Petri congregat aethereis humana -a saeptis. GREG. M. epist. 9, 72 l. 11 percepta ... donatione legitima, id est ... vaccas duas, ... in -o capita quindecim, aeramenta capita duo *eqs.* 13,35 l. 31 pertractate, utrum in auro an ... in -is ... colonis pauperibus dari eadem continentia debeat (*antea*: vaccas, oves, porcos). **δ** *de variis rebus* (*huc fort. p. 932, 65. 67; cf. p. 928, 36*): TERT. anim. 37,5 vis eius *animae,* in qua naturalia -a consita retinentur. IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 1, 64, 1 -um diaboli ... esse, quicquid de nuptiarum fecunditate procedit. LEX Visig. app. 14 aliquid ... -um suum (*seq.* de -o aliquid).

b *de summa bonorum, fere i. q. patrimonium* (*non nisi sing.; cf.* VLP. dig. 36, 1, 17 pr. plerique *ὑποκοριστικῶς* patrimonium suum -um dicunt. SERV. ecl. 1,32 omne patrimonium apud maiores -um dicebatur a pecoribus [*sim.* ISID. orig. 16, 18, 4 GLOSS. V 382, 10. *al.*]): **α** *proprie* (*vix huc* PLAVT. *p. 929, 48,* VARRO *p. 929, 69,* HOR. *p. 929, 72, sed fortasse* CIL *p. 930, 14*): PETRON. 75, 3 (*formula obtestantis*) sic -um tuum fruniscaris *eqs.* (*ad Habinnam fortasse libertum, ita ut locus pertineat ad A1b*). AMBR. Abr. 1, 2, 8 ne quis ... inrogaret violentiam vel -o viri *Abrahae* vel uxoris pudori (*respic. gen. 12, 20, ubi Vet. Lat. cod. 101* omnia quaecumque erant ei). VVLG. I par. 29, 3 (*loq. David*) et super haec, quae obtuli in domum dei mei, de -o meo aurum et argentum do in templum dei mei (*nisi pertinet ad 1b*). AVG. serm. 296,6 coll. Morin p. 406,25 *nolebas* amittere -um tuum, quod hic relicturus eras. CASSIAN. inst. 4,20 *monachus* velut interversor neglectorque sacri -i iudicatus. VITA Fulg. Rusp. p. 113 *non esse monachum,* cui voluntas habere privatum -um persuaserit (*seq.* iuris proprii dominium). *al.* **β** *translate*: APVL. met. 3, 9, 8 *moriturus* iam in -o Proserpinae et Orci familia numeratus. TERT. adv. Val. 25, 1 inerat ... in Achamoth ex substantia ... matris -um quoddam seminis spiritalis (*nisi ad αδ*). AMBR. epist. 4, 11, 19 quis ... peculiatus ad vitam aeternam transit nisi virtutum fultus -o? AVG. in psalm. 49, 14 quem familiarius habet deus, tamquam in mancipio suo, tamquam in -o suo. CASSIAN. conl. 23, 12, 4 neque ... sic ille *serpens* omne -um dei ... pervasit, ut potentiam dominii sui verus dominator *deus* amitteret. ENNOD. epist. 5, 12, 2 p. 135, 28 Partenius ... per liberalis studii disciplinas ingenuus vult videri; optat ... -i vestri habere testimonium. 8, 1, 6 p. 200, 18 tibi utrumque in -o est, Latiaris scientia et vena purpurarum.

deriv.: peculiaris (-arius), peculio (peculiatus), peculiolum, peculiosus.

compos.: expeculiatus.

cf. Onom. (Peculio). *Bruun.*

pecullus *v.* peccullus.

pecūlor, (-ātus sum), -ārī. [*et subst.* peculatus, peculator (*inde a* PLAVTO, CIC.) *et verbum* depeculari (*inde a* COEL. hist.) *probare videntur antiquitus exstitisse verbum* pecūlari (*vel* -are) *'aliquid suum facere', quod conferendum sit cum* pecūlium *et cum* pecū; *sed utrum exempla infra allata vestigia huius verbi praebeant an postea retrograde e subst.* peculatus *formata sint, non constat. Sch.*] *inter verba deponentia afferunt* CHAR. gramm. p. 465, 24. 479, 29 DOSITH. gramm. 71, 13. *de notione* (*v. fortasse etiam p. 921, 40sq.*): DOSITH. gramm. 71, 13 *νοσφίζομαι,* -or. GLOSS. -or: *νοσφίζομαι. σφετερίζομαι.* [*non huc pertinet* EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Petr. 3, 15b p. 32, 2 peculantes (*var. l.* petulantes, *qui sensus intellegendus est*).]

fere i. q. defraudare; is, qui defraudatur, indicatur: **1** *obi. acc.*: FLOR. epit. 3, 17, 3 equites Romani ... interceptis vectigalibus -bantur ... rem publicam. **2** *dat. incommodi, nisi fallimur, sc. in exemplo grammatico* (*inter idiomata* dativi casus): CHAR. gramm. p. 383, 9 nocetur mihi, -or tibi, obsum amico tuo.

deriv. (v. l. 43sqq.): ?peculantia, peculatio, peculator, peculatus (-ūs).

compos.: depeculor. *Malsbary.*

?**peculus** NOT. Tir. 40, 99[a]. *vox incertae originis et significationis inter* pecus *et* pecuarius *in cod. Ge posita, vix i. q.* pec(c)ullus; *ad vocem q. e.* peculius (*i.* peculium) *pertinere suspicatur Heraeus, Kl. Schr., 1937, 27.*

[pecun *trad.* POL. SILV. chron. I p. 543,29 *inter nomina animantium* non se moventium; *fort. restituendum* pecten, *i. genus conchae* (*v. p. 903, 25*).**]** *Bl.*

pecūnia,** -ae *f.* [*procul dubio coniungendum cum* pecu (*cf. p. 934, 46sqq.*), *sed ratio formationis (a* *pecū-nus *?) non prorsus perspicua est. Sch.*] *de origine: v. p. 934, 45sqq. de scriptura* (*cf.* CHAR. gramm. p. 137, 31 -a per c, non per q scribenda est *eqs.*): *in titulis vetustioribus* -qu- *praevalere videtur, praesertim in inscr. publicis; ubique enim ita scribunt e. g.* LEX repetund. (CIL I[2] 583). SENT. Minuc. (CIL I[2] 584). LEX agr. (CIL I[2] 585). IVDICIVM Contreb. (CIL I[2] 2951[a]). LEX Corn. de XX quaest. (CIL I[2] 587). LEX Tarent. (CIL I[2] 590). LEX vic. Furf. (CIL I[2] 756); *raro in titulis aet. imp. invenitur* (*maxime in Italia, v.* CIL IX p. 800[I]. X p. 1172[I]), *e. g.* CIL VI 33968 (*saec. I[I]*). IV 395. INSCR. Année Épigr. 1971 n. 260 (*Gall. Narbon.; saec. I[2]*). CIL XIV 376, 28 (*saec. II[med.]; ibid.* l. 14 pec-). X 1784, 16 (*a. 187*). INSCR. Année Épigr. 1982 n. 153 (*Minturnis; a. 200–209*); *ceterum cf. l. 21sqq.* -cu- *invenitur iam* S.C. de Bacch. (CIL I[2] 581) 11, *deinde* S.C. de Asclep. (CIL I[2] 588) 5, *postea passim* (*solam hanc scripturam praebent leges aet. Caes., sc.* LEX Rubr., Iul. munic., Vrson. [CIL I[2] 592. 593. 594]). *utraque scriptura exstat eodem titulo* CIL I[2] 2519 (-qu- l. 2, -cu- l. 8) *et l. 1, in titulis affinibus e. g.* CIL I[2] 683 *et* 687. 1905 *et* 1906. *e codd. nullum exemplum scripturae* -qu- *nobis praesto est,* -cu- *praebent ubique e. g. cod. A* PLAVTI, *V* GAI. *ceterum invenimus*: paec- CIL VIII 1408. pequin- PAP. Corp. 221, 38 (*a. 142*). *scribitur litteris graecis*: LYD. mag. 1, 21 GLOSS. iurispr. *ἄδετ N* 16. *II* 75. *abbreviatur*: p *in nummis*: INSCR. numm. lib. rei publ. 1c *et* d (*a. 100 a. Chr.*). imp. Aug. I p. 68 n. 360–362, *in aliis inscr.*: LEX Rubr. (CIL I[2] 592) 2, 18 LEX Iul. munic (CIL I[2] 593) 48 LEX Vrson. (CIL I[2] 594) 75, 22. *et passim, sc. maxime in certis formulis, e. g.* d(e) s(ua) p(ecunia), p(ecunia) p(ublica), *de quibus v. Dessau, ind. XV p. 764[II]. 766[II]. 767[I]. al., ceterum cf.* PROB. litt. sing. 5, 8. 5, 14. pc *vel* pe: GAIVS inst. 3, 131 (*cod. V*). pec (*cf. Dessau, ind. XV p. 781[I]*): CIL I[2] 1826. III 10496. XI 1066. *et passim.* pec- *cum terminatione: passim in* GAIVS inst. (*cod. V, cf. ed. Studemund, ind. p. 287*). pecuia: CIL VI 34355. pecun: CIL I[2] 759 (*a. 57 a. Chr.*). LEX Vrson. (CIL I[2] 594) 104, 19. *al.* pecuni: LEX Vrson. (CIL I[2] 594) 128, 28. peq: CIL I[2] 758 (*a. 57 a. Chr.*). 1505. 1507. 1628. 1632. 1690 VIII 7957 X 820. 4884. *al.* pequ: CIL I[2] 1721. pequn: LEX par. fac. Puteol. (CIL I[2] 698) 3, 13. CIL I[2] 683, 7 (*a. 84 a. Chr.*). 1564. *al.* pqnia: CIL VIII 23326. NOT. Tir. 40, 92. 93a in -a. 94 de -a. 95 de -a petentes. 96 de -a requirentes. *de formis: dat. vel abl. plur.* -nis: CIL VIII 5884 INSCR. Alger. I 2964. CIC. Verr. II 2, 142 (*Vat. Reg. 2077, saec. III/IV*). rep. 1, 47 (*Vatican., saec. IV*). *al.* *de notione*: SYNON. Cic. p. 433, 27 munera. dona. honores. praemia. fructus. faenora. emolumenta. usurae. mercedes. pensitationes. tributa. -a. pretia. largitiones (*sim.* p. 434, 29). GLOSS. *νόμισμα. ἀργύριον. χρῆμα. χρήματα. al.* GLOSS.[L] I Ansil. pe 70 (cod. Paris.) -e: patrimonium, bona. 71 census, facultates. 72 copie, opes, fortuna. *legitur inde a foedere Latino* (*cf. l. 44*), LEGIBVS XII tab., NAEV., PLAVTO, ENN. *inscriptionibusque antiquis (de nummis v. supra l. 11); saepe in oratione soluta (maxime in orationibus* CIC. *et in sermone iuris); inter poetas admittunt comici veteres (sed saepius voce q. e.* argentum *utuntur, v. vol. II 527, 38–528, 68), ceterum perpauci, sc.* PVBLIL. sent. (*quater*), HOR. (*decies, sc. quinquies in* carm. *et* epod., *ubi deest* nummus; -a *deest in* sat., *ubi* nummus *duodecies*), PROP. (*semel ut* OV., PERS., MART. [nummus *34[ies]*]), PHAEDR. (*ter*), IVV. (*septies*), *al.* [*val.* (*maced.*) pecuñu *'nummi in subsidia sepositi'. cf. M.-L. 6338 et Faré, Postille. St.*] **[confund. in codd. cum* pecuniarius (*v. sub hac voce, e. g. p. 943, 46sq. 51*) *et* peculium (*v. p. 929, 16 nec non 938, 59*). *fortasse suppl.* FIRM. math. 3, 13, 5. *dub. vel falso trad.* CIC. inv. 1, 22 har. resp. 40. *contextu deficiente* FEST. p. 166 (*verba foederis Latini a. 493 a. Chr. pacti*) -am quis nancitor, habeto.**]**

CAPVT PRIMVM: *exempla originem vocis tractantia (cf. etiam* LYD. mag. 1, 21); *coniungitur cum vocibus*: **I** pecu: VARRO ling. 5, 92 pecuniosus a -a magna, -a a pecu; a pastoribus enim horum vocabulorum origo. **II** pecus, -oris (*cf. p. 935, 46. 48*): VARRO rust. 2, 1, 11 *a pecoris fructibus* ipsa -a nominata est; nam omnis -ae pecus fundamentum. OV. fast. 5, 281. FEST. p. 213 peculatus est ... furtum, sed inductum est a pecore, ut -a quoque ipsa. p. 249. PAVL. FEST. p. 23 COLVM. 6 praef. 4 PLIN. nat. 18, 11. CLAVD. DON. Aen. 1, 365 p. 80, 21 alii dicunt -am tunc ex corio bubulo fuisse et inde -am dictam, quod ex pecore originem duceret. AVG. discipl. 6, 6 a pecore -a vocatur. *al.* *huc spectat lusus verborum*: VVLG. gen. 47, 18 quod deficiente -a pecora simul defecerint. **III** pecus, -udis (*cf. p. 935, 45*): PLIN. nat. 33, 43 *aes* signatum est nota pecudum, unde et -a appellata. CASSIOD. var. 7, 32, 3 -a ... a pecudis tergo nominata Gallis auctoribus sine aliquo adhuc signo ad metalla translata est. ISID. orig. 16, 18, 3 -a prius de pecudibus et proprietatem habebat et nomen; de corio enim pecudum nummi incidebantur et signabantur; postea a Saturno aereus nummus inventus. **IV** peculium: SERV. ecl. 1, 32 omne patrimonium apud maiores peculium dicebatur a pecoribus, in quibus eorum constabat universa substantia, unde etiam -a dicta est a peculio. *huc spectat lusus verborum*: CELS. dig. 32, 79, 1 Proculus ait ... audisse se rusticos senes ita dicentes -am sine peculio fragilem esse.

CAPVT SECVNDVM: *exempla notionem illustrantia*: **I** *notione antiquiore, sc. nondum vel non solum ad nummos spectante*: **A** *usu sollemni respicitur res familiaris, possessio* (*cf. p. 935, 49; hucinel. 44?*): **1** *hominum privatorum*: **a** *in sermone iuris*: **α** *solum ponitur*: LEX XII tab. (Vlp. reg. 11, 14) uti legassit super ⌞-a tutelave suae rei⌟ (⌞familia -ave sua Rhet. Her. 1, 13, 23 [*sim.* Cic. inv. 2, 148]. *verba legis varii varia protulerunt, cf. vol. VII 2, 1115, 22sqq.*). *ibid.* (Cic. inv. 2, 148) si furiosus est, agnatum gentiliumque in eo -aque eius potestas esto (*cf. Cic. rep. 3, 45* furiosorum bona. *Gaius inst. 2, 64* rem furiosi). *ibid.* (Plin. nat. 21, 7) qui coronam parit ipse -ave eius (*explicat* PLIN.: quam servi

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

equive meruissent, -a partam lege dici). Cic. top. 29 hereditas est -a, quae morte alicuius ad quempiam pervenit iure. Lex Iul. munic. (CIL I^2 593) 147 rationem -ae ex formula census (Alf. dig. 40, 1, 6 si eam -am dominus ... in suae -ae r. habuisset). Sen. contr. 2, 7, 7 (*verba testamenti*) omnium bonorum meorum, omnis -ae meae sola heres esto (*nisi ad II*). Cels. dig. 50, 16, 97 cum stipulamur 'quanta -a ex hereditate Titii ad te pervenerit', res ipsas quae pervenerunt, non pretia earum spectare videmur. Gaivs inst. 3, 124 appellatione ... -ae omnes res in ea lege, *sc. Cornelia,* significantur; itaque et si ... fundum vel hominem stipulemur, haec lex observanda est (*aliae definitiones*: Vlp. dig. 50, 16, 178 pr. '-ae' verbum non solum numeratam -am complectitur, verum omnem omnino -am, hoc est omnia corpora: nam corpora quoque -ae appellatione *continentur* [*cf.* Maecian. dig. 32, 95]. Pavl. dig. 50, 16, 5 pr. 'rei' appellatio latior est quam '-ae', ... cum '-ae' significatio ad ea referatur, quae in patrimonio sunt. Hermog. dig. 50, 16, 222. Pap. Corp. 88 b, 19 [*saec. IV*]). Papin. dig. 31, 77, 24 de -a sua testari (*antea*: hereditatem ... non videri relictam). *al.* *β ponitur iuxta* familia (*cf. p. 934, 71 et bβ; iunctura antiquissima esse videtur, cf. formulam similem Oscam Lex Bant. [Bruns^7 p. 55] 22* famelo in ei(tuo)): Cic. inv. 2, 148 lex (*vix XII tab.*): si pater familias intestato moritur, f. -aque eius agnatum gentiliumque esto ([*sim., sed textu varie tradito* Rhet. Her. 1, 13, 23]. *item respicitur hereditas*: Svet. Nero 4, 1 *Domitium* emptorem f. -aeque in testamento Augusti fuisse. Chart. lat. ant. X 412 I 30 [*a. 131*] f(amiliam) p(ecuniam)q(ue). 496, 18 [*saec. II; formula testamenti*]. Test. Pap. Corp. 221, 38 [*a. 142*]). leg. 3, 7 (*verba legis*) censoris populi aevitates, suboles, familias -asque censento. Lex Gabin. Calp. (CIL I^2 2500) 32 (*si recte restituunt editores, cf. Moreau, in: Insula sacra, 1980, 127sqq.*). Fest. p. 318 sacer alicui deorum †sicut† f. -aque. Gaivs inst. 2, 104 (*formula mancipationis*) f. -amque tuam endo mandatela tua custodelaque mea esse aio.

b *cetera exempla* (*pauca certiora, cetera v. sub II*): *α solum ponitur*: Rhet. Her. 4, 29, 40 *fundum* vacuum, cum ego adessem, possidere non potuisti; ... hereditate tibi me vivo mea -a venire non potuit. Cic. S. Rosc. 6 quoniam in alienam -am tam plenam ... invaserit (*explicat* Schol. Cic. Gron. D p. 303, 19 id est in alienum patrimonium: -am dicit universitatem rei familiaris. *definitur ut* [*v. etiam l. 10*]: Avg. discipl. 6, 6 totum ... quidquid homines possident in terra, omnia quorum domini sunt, -a vocatur; servus sit, vas, ager, arbor, pecus; quidquid horum est, -a dicitur. lib. arb. 1, 110 omnia quorum iure domini sumus et quorum vendendorum aut donandorum habere potestatem videmur). 7 ut -a fortunisque nostris contentus sit, sanguinem et vitam ne petat. 26 alienam -am domino incolumi obtinere. Phil. 2, 41 in multas ... -as alienissimorum hominum ..., tamquam heres esset, invasit. leg. 2, 48 ut *patre familias mortuo* ... iis essent ea *sacra* adiuncta, ad quos eiusdem morte -a venerit (*cf.* Fest. p. 290 heres sic⟨ut⟩ -ae, etiam sacrorum). Varro ling. 5, 37 ager, quod videbatur pecudum ac -ae esse fundamentum, fundus dictus (*sim.* rust. 2, 1, 11 *p. 934, 49*). 5, 95 in pecore -a tum pastoribus consistebat. Hor. epist. 1, 15, 46 conspicitur nitidis fundata -a villis. Liv. 29, 31, 8 familiae aliquot cum mapalibus pecoribusque suis – ea -a illis est – persecuti sunt regem. Fest. p. 245 *v. l. 72. al.* *β ponitur iuxta* familia (*addimus* -a familiaris *l. 55; cf. aβ; vix huc* Tac. hist. 3, 66, 2. 4, 2, 1): Petron. 141, 1 navis ... cum -a tua et f. non venit. Gell. 1, 9, 12 quod quisque f. -aeque habebat. 1, 14 tit. Fabricius ... f. -aeque inops (*sed notione sollemni* 1, 14, 1 *Samnites* obtulisse dono grandem -am). 2, 24, 11 cum ... f. -amque suam prandiorum ... gurgitibus proluissent. 16, 10, 11 quia f. -aque his *proletariis* aut tenuis aut nulla esset. *in iunctura* -a familiaris (*cf. l. 71*): Tac. ann. 4, 15, 2 (*verba Tiberii*) *procuratori Asiae* non se ius nisi in servitia et -as f. (*sc. principis*) dedisse (*cf. Cass. Dio 57, 23, 5 τὰ αὐτοκρατορικὰ χρήματα*). Gell. 3, 17, 1 Platonem philosophum tenui ... -a f. fuisse. 16, 10, 11 res -aque f. obsidis vicem pignerisque esse apud rem publicam videbatur. *al.*

2 *rei publicae*: Cic. leg. agr. 2, 80 *agrum Campanum* fundum pulcherrimum populi Romani, caput vestrae -ae (*nisi ad IIA2*). Pompon. dig. 18, 1, 6 pr. *emi non possunt loca* publica, quae non in -a populi, sed in publico usu habeantur, ut est campus Martius.

B *usu peculiari dici videtur de donis quibusdam in sacrificio offerendis*: Cato agr. 132, 2 daps Iovi assaria -a, urna vini (pecunia *ed. princ., temptaverunt varii varia. cf. Kaufmann, Altröm. Miete, 1964, 40sqq. [huc trahit etiam* Gaivm inst. 4, 28, *vocem q. e.* -a *duodecim tabulis tribuens], Schilling, Latomus 30, 1071, 960 n. 3 nec non Latte, Röm. Religionsgesch. 375 n. 1*). Fest. p. 245 -a sacrificium f⟨ieri dicitur, cum frugum fruc⟩tumque causa mola pu⟨ra offertur in sacrifi⟩cio, quia omnis res fam⟨iliaris, quam nunc -am⟩ dicimus, ex his rebus con⟨stat⟩.

II *notione sollemni respiciuntur divitiae, opes, copiae* (*sc. quae fere nummis consistunt vel aestimantur; subiunximus metonymiam p. 937, 1*):

A *generalia quaedam* (*usum topicum illustrant Otto, Sprichw. n. 1369sq. et Weyman, Arch. Lat. Lex. 13, 1904, 394sq.*): **1** *respicitur -ae aestimatio, sc. eius praestantia, vilitas sim.* (*saepius iuxta ponuntur virtutes vel alia bona, commoda sim.; exempla selecta*): **a** *apud paganos*: Naev. com. 10 ego semper pluris feci potioremque habui libertatem multo quam -am. Plavt. Most. 227 ut fama est homini, exin solet -am invenire (*iuxtaponitur fama sim. ut*: Gracch. or. frg. Gell. 11, 10, 3 peto ... non -am, sed bonam existimationem atque honorem. 11, 10, 4. Rhet. Her. 2, 2, 3 honorem, ... -am, ... dominationem. 3, 3, 5. Cic. Flacc. 72 genere, honore, existimatione, -a princeps. *al.* Pvblil. sent. B 19. *al.*). Ter. Phorm. 631 non capitis eius res agitur, sed -ae (*opp. vita sim. ut*: Cic. Quinct. 39 non -am modo, verum etiam ... sanguinem vitamque eripere. 46 S. Rosc. 150. *al.; cf. etiam l. 59*). Novivs Atell. 45 -a quid? bonum breve est, respondi, Sardiniense caseum. Rhet. Her. 4, 20, 28 huic omnis in -a spes est, a sapientia est animus remotus (Cic. inv. 1, 80 -am quam s. *malle. al.; cf.* Vitr. 6 praef. 2 doctos potius esse quam -ae confidentes). Cic. inv. 1, 80 officii cupidior quam -ae. Caecin. 73 gratia ... potentia ... -a. Cluent. 129 qui ... fidem suam et religionem -a commutarit (Sall. Iug. 16, 4 paucis carior f. quam -a fuit). parad. 48 (*opp.* virtus *ut*: off. 2, 22 quod virtute effici debet, id temptatur -a. Ps. Sall. rep. 2, 7, 9. *al.* Hor. epist. 1, 1, 53 quaerenda -a primum est; v. post nummos. *al.*). Lael. 63 -am praeferre amicitiae. *al.* **b** *apud Christianos*: Tert. idol. 15, 3 ut Caesari quidem -am reddas, deo temetipsum (*sim. opp. homo vel anima eius*: patient. 7, 13 non animam pro -a, sed -am pro anima deponere. Greg. M. epist. 6, 28 l. 21 non plus -ae quam animabus studeas). fug. 14, 1 apostoli fide, non -a tuti (*sim. opp.* fides: Ambr. paenit. 2, 9, 82 non enim -am deus, sed fidem quaerit). Vet. Lat. I Tim. 6, 10 (Gaudent. serm. 18, 17) radix omnium malorum est ⌞amor -ae⌟ (*gr. φιλαργυρία, cod. 75 al. et Vulg.* cupiditas). II Tim. 3, 2 (Aug. gen. ad litt. 11, 15 p. 347, 21) amatores -ae (*gr. φιλάργυροι, cod. 77 al. et Vulg.* cupidi). Rvfin. Orig. in cant. prol. p. 72, 1 omnis, qui vel -am diligit vel ea, quae in mundo sunt materiae corruptibilis. Hil. Arel. vita Honorat. 32 l. 27 nullus -ae inserviat, neminem vana divitiarum pompa conrumpat. Caes. Arel. serm. 222, 4 cum adquiruntur -ae, falsam laetitiam tribuunt (*opp.* veras divitias). *al.*

2 *respicitur res pecuniaria, sc. fere -ae dispensatio, administratio sim.* (*trahasne huc etiam p. 935, 62. 937, 14?*): Ter. Phorm. 60 cuius tu fidem in -a perspexeris, verere verba ei credere? Cic. Manil. 19 haec fides atque haec ratio -arum, quae Romae ... versatur, implicata est cum illis -is Asiaticis. Cael. Cic. fam. 8, 12, 2 si mihi in -a minus satis fecisset. Brvt. Cic. fam. 11, 20, 3 ratione habita -ae. Caes. civ. 3, 83, 4 omnes aut de honoribus suis aut de praemiis -ae ... agebant. Liv. 29, 37, 7 quantum *coloniae* numero militum, quantum -a valerent. Sen. benef. 3, 10, 3 intra -am versabitur taxatio *poenarum. al.*

3 *respiciuntur imprimis qualitates corporeae -ae, sc. pondus, splendor, forma cusa sim.* (*sc. notione hic illic propius ad D accedente; selegi quaedam potiora*): Cic. inv. 2, 176 -am in mare deicere inutile. leg. agr. 2, 59 locus ..., qui tantos acervos -ae capiat (Vlp. dig. 45, 1, 29 pr. si ... quis ... stipulatus sit ... acervum -ae, non tot sunt stipulationes, quot nummorum corpora). Sest. 66 quae ratio aut flandae aut conflandae -ae non reperiebatur? Phil. 2, 97 tanti acervi nummorum ... construuntur, ut iam expendantur, non numerantur -ae. Laber. mim. 77 fulgentis splendorem -ae. Sen. contr. 1, 6, 7 cum immensum pondus auri orba attulerit, cum -a arcas nostras oneraverit. *al.*

B *potius de re familiari, de opibus, quas quis possidet* (*exempla selecta; cf. p. 935, 30*): Plavt. Aul. 214 aetatem meam scis? :: scio esse grandem, item ut -am. 499 dotem ad te attuli maiorem multo quam tibi erat -a. Capt. 472 *parasitis* sunt verba sine penu et -a. Rud. 1396 vidulum ... ille invenit, illud mancipium meum est, ego tibi hunc ... servavi cum magna -a (*i. cum summa nummorum et vasis pretiosis [v. 1313–1319]; cf. l. 71*). Ter. Haut. 480 prius proditurum te tuam vitam et prius -am omnem quam *eqs.* Cato orat. 57 -a mea rei publicae profuit. Scip. min. or. frg. Gell. 6, 11, 9 plus tertia parte -ae paternae. Cic. Quinct. 12 ut in tua -a condisceret, qui -ae fructus esset. Verr. II 3, 9 vivere in -a tenui. 5, 126 ad paucos homines omnis omnium nationum -as pervenisse (*cf. 127* istorum villae sociorum ... spoliis ornatae ... sunt. *vix ad IA2*). Vatin. 29 -as aliorum despicis, de tuis divitiis ... gloriaris. fin. 4, 29 teruncium adicere Croesi -ae. Brvt. Cic. ad Brut. 24, 5 vivere et -as habere et dici consulares volumus. Lex Vrson. (CIL I^2 594) 70, 12 unusquisque eorum de sua -a ne minus *tot sestertium* ... consumito. Ps. Sall. rep. 1, 7, 3 si -ae ... usum atque decus dempseris. Hor. carm. 3, 16, 17 crescentem sequitur cura -am. Val. Max. 1, 6 ext. 2 Midas cunctorum paene regum opes abundantia -ae antecessit. Cvrt. 3, 13, 5 -am regiam – gazam Persae vocant – cum pretiosissimis rerum efferri iubet. Petron. 14, 2 vers. 1 quid faciunt leges, ubi sola -a regnat? (*opp.* paupertas). Plin. nat. 1, 33, 13 maxima -a primi census (*cf. 33, 43* maximus census). 33, 29 *equitum anuli* -ae indices. 36, 75 pyramides ..., regum -ae ... stulta ostentatio. Ivv. 6, 298 prima peregrinos obs-

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

caena -a mores intulit. *al.* *per metonymiam respicitur locus ubi -a deponitur, sc. γαζοφυλάκιον* (*hucine* CVRT. 5, 1, 20 arcis et regiae -ae custos?): LIV. 24, 23, 1 claves portarum -aeque regiae ante pedes eorum *civium* posuit.

C *potius de quibuslibet copiis nummorum* (*vis generalis elucet locis, ubi in contextu mentio fit generum -ae specialium, velut* CIC. Font. 13 ad eorum stipendium [*sim.* LIV. 23, 12, 5. *al.*]. leg. agr. 1, 13 ex ... vectigalibus [2, 62. *al.*]. *cf. etiam l. 18; distinguitur ab aliis thesauris, divitiis e. g.* LIV. 32, 16, 17 SVET. Nero 30, 1): **1** *non definitis*: **a** *privatorum* (*selecta quaedam*): PLAVT. Epid. 180 pulchra edepol dos -ast. Persa 409 (*ad lenonem*) -ae accipiter avide. TER. Ad. 216 -am in loco neglegere maximum interdum est lucrum. CATO orat. 134 omnia avaritiae atque -ae causa fecit. RHET. Her. 2, 19, 29 multos induxit in peccatum -ae spes. 3, 2, 3 dolus consumitur in -a, pollicitatione, dissimulatione *eqs.* (*nisi ad A2*). CIC. inv. 2, 115 de -a ratiocinari ..., cum de gratia referunda deliberetur. div. 1, 111 etiam philosophum ... -am facere posse. SALL. hist. frg. 3, 3 *Antonius Creticus* perdendae -ae genitus. NEP. Con. 4, 5 -ae ... quinquaginta talenta, quae ... acceperat (*gen. partitivus ut*: LIV. 28, 9, 16 -aę ... sestertium triciens. 32, 16, 17. TAB. Albertini 4, 11 folles -ae numero quingentos. 14, 8 folles -(a)e numero trecentos. CIL V 8697, 9 -ae folles mille. XI 5276 [*v. vol. VII 2, 1754, 64 sqq.*]. *al.*). LIV. 10, 10, 7 -a ... freti. 21, 45, 5 qui -am quam agrum maluisset. 44, 23, 1 impensa -ae facienda erat. *al.* *in iunctura* -a et aurum *sim.*: PORPH. Hor. carm. 3, 16 praef. nihil non posse -a atque auro expugnari. VET. LAT. deut. 8, 13 (Tert. adv. Marc. 4, 15 p. 466, 1) pecoribus ... tuis multificatis et -a et auro (*gr. ἀργυρίου, cod. 100 et Vulg.* argenti).

b *rei publicae, municipiorum, collegiorum sim.*: *α in sermone iuris sim.*: S. C. de Bacch. (CIL I² 581) 11 neve -am quisquam eorum comoine⟨m h⟩abuise ve⟨l⟩et ([*inde* LIV. 39, 18, 9]. LEX Malac. [CIL II 1964] 5, 14 de -a c. municipum. *al. ibid.*). LEX Tarent. (CIL I² 590) 1, 1 quod eius municipi -ae publicae sacrae religiossae est (LEX Vrson. [CIL I² 594] 70, 13 ex -a p. ... *tot milia sestertium* sumere consumere licito. 81, 15 qui -am p. colonorumque rationes scripturus erit. CIL III 4243 quaes(tor) p(ecuniae) p. [10738. XI 5395 q(uaestori) -arum p.]. XIV 375, 10 curatori. *al.*). NOVELL. Theod. 24, 2 sacrae -ae violatores (*cf. postea*: proditionis publicae ministros participesve). INSCR. Dessau 1496 tabul(arius) sacrarum -arum provinciae Cretae. CIL IX 2354 quaest(ori) sac(rae) p(ecuniae) alim(entariae) (IX 3923 curatori -ae alumentar(iae). 3953 ⌊quaestori rei publicae⌋ et -ae a. [⌊ ⌋ speculatori *trad., lapis periit*]. X 20 q(uaestor) p(ecuniae) p(ublicae) et a. *al.*). X 226 curator(i) muneris peq(uniae) Aquillianae II. XI 6369 curatori calendar(ii) -ae Valentini(anae). *al.* *β apud auctores alios*: CATO orat. 168 numquam ego -am neque meam neque sociorum ... dilargitus sum. RHET. Het. 4, 9, 13 cum sibi non multitudinem militum, ... non -am publicam praesto esse viderent (CIC. div. in Caec. 32 eras enim tu quaestor, -am p. tu tractabas. leg. 3, 6 *magistratus minores* -am p. custodiunto. *al.*). CIC. inv. 2, 115 utrum copiane sit agri, vectigalium, -ae, an penuria, consideratur. 2, 168 quae ... ad corpus pertinent civitatis, ut agri, portus, -a, classis, ... socii. *ibid.* quaedam excellens -ae magnitudo. fam. 2, 17, 7 ut cum quaestu populi -a permutaretur. *al.* CIL I² 3105 -a Iovis *fecerunt.* LIV. 31, 9, 8 ad collegium pontificum referre consul iussus, si posset recte votum incertae -ae suscipi. *al.*

2 *definitis; agitur de certis summis*: **a** *notione sollemni* (*afferimus specimina pauca*): *α generatim*: PLAVT. Poen. 562 tu ... servum quaesitum advenies tuom cum -a. SCIP. min. or. frg. Gell. 6, 11, 9 si tu in uno scorto maiorem -am absumpsisti, quam *eqs.* LEX repetund. (CIL I² 583) 9 ⟨quei ex hac⟩ l(ege) -am petet. INSCR. numm. lib. rei publ. 329, 1c (*a. 100 a. Chr.*) p(ecunia) e(rogata) s(enatus) c(onsulto) (*item* 1d). LEX pag. Herculan. (CIL I² 682) 4 utei in porticum paganam reficiendam -am consumerent. CIC. inv. 1, 80 alicuius mediocris officii causa se maximam -am neglexisse. div. in Caec. 18 civibus cum sunt ereptae -ae, civili fere actione ... repetuntur. fam. 16, 23, 1 haec. LEX vic. Furf. (CIL I² 756) 11 quae -a ad eas res data erit, profana esto. LEX Vrson. (CIL I² 594) 72, 36 ad quam aedem ea -a stipis nomine data conlata erit. VARRO frg. Gell. 16, 12, 7 faenus a fetu et quasi a fetura quadam -ae parientis atque increscentis. ALF. dig. 19, 2, 31 si quis -am numeratam ita deposuisset, ut *eqs.* INSCR. numm. imp. Aug. I p. 68 n. 360 (*a. 16*) v(iae) m(unitae) s(unt) ex ea (-a) q(uam) is ad a(erarium) de(tulit) (*item*: 361. 362). LIV. 44, 27, 8 signare ... -am. *al.*

β speciatim respiciuntur summae (*selegimus exempla potiora quaedam*): Ⓘ *quae pro re empta vel conducta, opera pacta sim. dantur, sc. pretium sim.* (*cf.* PORPH. Hor. epist. 2, 2, 158 per libram expensa -a, per aes ipsum pretium demonstratur): PLAVT. Asin. 172 par pari datum hostimentumst, opera pro -a (ALF. dig. 40, 7, 14 pr. pro operis eam -am dedisse). Bacch. 865 pacisci cum illo paulula -a. Capt. 258 quos tam grandi sim mercatus praesenti -a. Epid. 497 emere. Men. 1159 venibunt ... praesenti -a. CATO agr. 146, 1 omnis -ae, *sc. qua empta est olea*, centesima accedet (CIC. div. in Caec. 32. *al.*). LEX par. fac. Puteol. (CIL I² 698) 3, 13 dies -ae (*antea*: dies operis, *sc. faciendi*). CIC. Att. 12, 28, 3 pro mancipiis -am accipere. LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 37 quamta -a eam viam *tuendam* locaverit. IAVOL. dig. 18, 1, 79 (*e Labeone*) *fundi* partem ... annis decem certa -a in annos singulos conductam. *al.* *respicitur pretium eorum, quae vel gratis dari vel omnino non venire solent*: VET. LAT. II Macc. 10, 21 (recc. LXV) quod *proditores* -a fratres vendidissent ([*gr. ἀργυρίου, recc. BM* argento accepto]. *abl. instr. ut*: VVLG. thren. 5, 4 aquam nostram -a bibimus; ligna ... pretio conparavimus. *al.*). VVLG. Mich. 3, 11 sacerdotes ... in mercede docebant et prophetae ... in -a divinabant. Ⓘⓘ *quae creduntur, debentur*: PLAVT. Rud. 14 qui ... in iure abiurant -am. CATO orat. 113 eam -am viro mutuam dat. LEX Tarent. (CIL I² 590) 1, 43 quei -am municipio Tarentino non debebit. CIC. Quinct. 43 -a mea tot annos utitur P. Quinctius. 44 -am petit; negamus deberi. Q. Rosc. 1 -am expensam tulerunt (*sim. al., v. vol. V 2, 1643, 67 sqq. 1644, 3 sqq.*). 10 iudicium est -ae certae. NEP. Att. 9, 5 -am ... sine faenore ... credidit. LIV. 8, 28, 9 *ut* -ae creditae bona debitoris, non corpus obnoxium esset. FORMVLA Baet. (CIL II 5406) 10 donec ea omnis -a fidesve ... soluta ... esset. IAVOL. dig. 23, 4, 32, 1 si pater filiae nomine certam -am in dotem promiserat. GAIVS inst. 4, 13 periculosa est actio certae creditae -ae. *al.* Ⓘⓘⓘ *quae multae nomine penduntur, a magistratibus exiguntur sim.* (*iuxta ponitur* multa *e. g.* LEX Vrson. [CIL I² 594] 81, 28; *cf. iuncturam* -a multare *vol. VIII 1604, 61 sqq. nec non definitionem* VARRO ling. 5, 177 multa *est* -a, quae a magistratu dicta): LEX repetund. (CIL I² 583) 62 ⟨sei is iud⟩ex ex hace lege -am omnem ad quaestorem redigere non potuerit. 66 quae -a ex hace lege in aerarium posita erit. LEX Bant. (CIL I² 582) 9 eam -am quei volet magistratus exigito. LEX Tarent. (CIL I² 590) 1, 34 tantam -am municipio dare damnas esto. LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 19 eius ... -ae quei volet petitio esto. LEX Vrson. (CIL I² 594) 65, 18 quae -a poenae nomine ... in publicum redacta erit. 75, 22 tantam -am colonis ... dare damnas esto. LIV. 26, 3, 8 vel capitis vel -ae. VELL. 2, 37, 5 regi ... multato ingenti -a. ALF. dig. 35, 1, 27 heredes magna -a multare. PAVL. FEST. p. 243 qui ob delictum -am solvit. *al.* ⓘⓥ *quae vectigalis, tributi sim. causa dantur, exiguntur*: CATO orat. 168 numquam ego evectionem datavi, quo amici mei per symbolos -as magnas caperent. SENT. Minuc. (CIL I² 584) 25 (*antea*: pro eo agro vectigal ... dent) sei Langenses eam -am non dabunt. LEX agr. (CIL I² 585) 19 ⟨quo quis populo aut p⟩ublicano -a⟨m⟩ scripturam vectigalve det. MET. NVM. or. frg. Gell. 15, 14, 2 socios ... questum ... venisse, sese -as maximas exactos esse. S. C. de Asclep. (CIL I² 588) 5 sei quas -as c⟨ivitates eorum publice debeant⟩ (*gr. 22 χρήματα*). RHET. Her. 4, 27, 37 te ab sociis -as cepisse. CIC. Att. 4, 18, 5 obsidibus acceptis, ... imperata ... -a, exercitum ex Britannia reportabant. VARRO ling. 5, 181 tributum dictum a tribubus, quod ea -a, quae populo imperata erat, tributim a singulis ... exigebatur. *al.*

b *notione deflexa significatur potius aestimatio, pretium alicuius rei per*: *α gen. qualitatis*: Ⓘ *iuxta nomina*: CIC. S. Rosc. 108 cur tria praedia tantae -ae statim Capitoni dantur? Tull. 7 (*formula actionis vi bonorum raptorum*) quantae -ae paret ... damnum datum esse (*sim.* 31 *nec non* VLP. dig. 48, 5, 28, 15. *ceterum* LIV. 28, 46, 5 q. -ae ager). Verr. II 4, 88 signum ... -ae magnae (5, 15 m. -ae vilicus. NEP. Phoc. 1, 3 cum ... munera m. -ae repudiaret. QVINT. inst. 6, 3, 98 sphingem aeneam). Ⓘⓘ *iuxta verbum esse*: ALF. dig. 15, 3, 16 si quo amplioris -ae posteriores boves essent *quam priores.* EDICT. imp. Antonin. (*Piine?*) dig. 47, 9, 4, 1 si non magnae -ae res fuerint. VLP. dig. 48, 5, 28, 15 quantae -ae ... fuerint *servi.*

β alias structuras: LEX Rubr. (CIL I² 592) 2, 28 de qua re omnei ⌊-a⌋ ibei ius deicei ... o(portebit) (*sc. abl. respectus;* ⌊ ⌋ *'pretio rei indicato' intellegit Bruna, 1972, ad l.*). LEX Vrson. (CIL I² 594) 76, 28 eius ... aedificii ... eam -am in publicum redigito. VARRO rust. 3, 1, 7 *primo* in eodem agro et serebant et pascebant; quae postea creverunt -ā diviserunt (*abl. respectus?* -a data *explicat Keil, 1891, ad l.*; qui ... peculia *ed. alii*). LEX Iul. Pap. (dig. 24, 3, 64, 10, *a. 8*) quanta -a erit, tantam -am dato (*sequitur explicatio Vlpiani*: ostendit aestimationem hereditatis ..., non ipsam hereditatem voluisse legem praestare).

D *potius de ipsis nummis cusis eorumve qualitatibus* (*conferas, quae ad A3 monuimus*): **1** *usu vario*: **a** *accedunt adi. formam cusam vel materiem sim. indicantia*: CIC. top. 13 numerata ... -a nomen argenti retinet (SEN. benef. 5, 14, 4 corium ..., quod usum n. -ae *apud Lacedaemonios* praestat. VLP. dig. 50, 16, 178 pr. *v. p. 935, 11. al.; cf. similia, quae tamen potius ad -ae summam praesentem quam ad ipsos nummos spectent, p. 942, 16*). VARRO ling. 5, 169 -ae signatae vocabula sunt aeris et argenti haec: *eqs.* (CVRT. 3, 13, 16 summa -ae s. QVINT. inst. 5, 11, 33 qui argentum omne legavit, videri potest s. quoque -am [*i. argentum cusum*] reliquisse [*sim.* 5, 14, 26]. GELL. 2, 10, 3 [*verba Val. Sorani ex Varrone desumpta referuntur*] non rude aes argentumque, sed flata signataque -a). MOD. dig. 2, 14, 35 -am auream a fratre suo esse subtractam. AVG. civ. 4, 21 p. 171, 18 aeream argen-

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

teamque -am. Cod. Theod. 9, 21, 6 maiorinam (9, 23, 1, 3). Isid. orig. 16, 18, 5 prius aerea -a in usu fuit, postea argentea, deinde aurea subsecuta est. *al.*

b *cetera exempla*: *α sing. coll.*: Tac. Germ. 5, 3 formas ... quasdam nostrae -ae agnoscunt. *ibid.* -am probant veterem et diu notam, serratos bigatosque. ann. 16, 1, 1 *aurum* non in formam -ae, sed rudi et antiquo pondere. Svet. Tib. 49, 2 quod partem rei familiaris in -a haberent. Claud. 18, 1 positis ante se cum -a fiscis. Vesp. 23, 3 -am ... admovit ad nares. *al.* *β plur.*: Firm. math. 6, 31, 72 qui -as publicas ... imitentur. Evtr. 9, 14 vitiatis -is. Cod. Theod. 9, 23, 1 pr. conflare -as. 9, 23, 1, 2 -as vero nulli emere omnino fas erit. Cassiod. in psalm. 134, 15 l. 273 *simulacra deorum* ad -as translata. *al.*

2 *iuxta ponuntur* aurum *et* argentum *ita, ut -a ad nummos aeneos referri possit* (*v. Mickwitz, RE XIX 1, 16, 33 sqq.; sed quoniam his iuxta positis ubique nummos significari minime constat, quaedam infra allata etiam notione sollemni accipi possunt* [*cf. e. g.* Liv. 32, 16, 17]. *ceterum cf. p. 937, 23 sqq. p. 938, 75 sqq.*): Hist. Avg. Alex. 33, 3 scenicis numquam aurum, numquam argentum, vix -am donavit. Cod. Iust. 12, 23, 7, 17 (*a. 384; cf. 12, 23, 7, 1* scriniis omnibus largitionum comitatensium infra scriptas decernimus dignitates) ad -as: perfectissimus ... unus; *eqs.* ([*ibid. 11* scrinii auri, *16* scrinii ab argento]. *de eodem officio*: Not. dign. or. 13, 31 [*sim.* occ. 11, 97] primicerium scrinii a -is [*ibid. 27* scrinii auri, *29* argenti, *30* a miliarensibus]). Hist. Apoll. rec. A 28 dedit aurum, argentum ⌞et -as⌟ nec non et vestes preciosissimas (⌞ ⌟ *deest in rec. B; notione sollemni intellegit e. g. Tondo, Studi Class. e Orient. 26, 1977, 283 sqq.*).

E *de dea Pecunia, sc. respicitur vel numen quod -am dat vel ipsa copia -arum pro numine intellecta* (*definit* Avg. civ. 4, 24 p. 176, 25 sqq. ut -a dicta est dea, quae dat -am, non omnino -a dea ipsa putata est. *cf. Peter apud Roscher, Lex. d. gr. u. röm. Myth. II 1, 145, 39 sqq. 172, 39 sqq. 213, 23 sqq.*): Hor. epist. 1, 6, 37 amicos ... regina -a donat ac bene nummatum decorat Suadela Venusque. Ivv. 1, 113 sanctissima divitiarum maiestas *est*, etsi, funesta -a, templo nondum habitas (habitat *var. l.*), nullas nummorum erexi-mus aras, ut colitur Pax atque Fides. Arnob. nat. 4, 9 quis ... deam -am esse credat, quam velut maximum numen vestrae indicant litterae donare anulos *eqs.* Avg. civ. 4, 21 p. 171, 16. 7, 3 p. 278, 19 cur dea -a Minervae praelata non est ...? 7, 11 p. 289, 12 nisi ... inter eius *Iovis* alia cognomina legerem, quod etiam -a vocaretur. *al. ibid.*

III *usu christiano transfertur ad varias res* (*fere per explicationem allegoricam variorum actuum hominum, imprimis praedicationis euangelii, qui comparantur variis negotiis pecuniariis, saepe -ae cum usura datae vel susceptae [multis locis subest parabola Matth. 25, 14 sqq.]; accedit gen. explicativus l. 59. 60. 72*): **A** *respicitur verbum divinum propagandum, divulgandum sim.*: Ambr. Tob. 19, 64 faeneramus ... sacerdotes in ecclesia verbum Iudaeis ..., faeneramus et novam et vetustam -am. 19, 65 audistis quae -a boni faeneratoris sit *eqs.* (*imagine fusius exornata*). Rvfin. Orig. in exod. 13, 1 p. 270, 4 ipsum *deum* rogabo, ut verbum meum suam -am facere dignetur, uti non meam -am, non meum aurum vobis, sed ipsius foenerem. p. 270, 7 videritis suscipientes dominicam -am, quomodo usuras eius ... praeparetis (Avg. fid. et op. 17, 32 veram -am d. accipere. serm. 179, 7 nos -am d. erogare possumus. Greg. M. in euang. 9, 4 [*cf. postea*: a vobis cum usura exigitur quod auditis]. *al.; cf. et p. 940, 7*). Avg. catech. rud. 2, 14 si enim in -a corporali, quanto magis in spiritali (*i. in praeceptis religionis*) hilarem datorem diligit deus (*eadem oppositio subest* Op. imperf. in Matth. 53 p. 938 sicut ... -a haec corporalis ... usu ipso multiplicatur ..., sic et fides Christi *eqs.*). Evcher. form. 7 p. 41, 20 -a verba divina (*sim. explicatur*: Max. Tavr. 27, 2 -as ... domini, hoc est eloquia salvatoris, populis eroganda suscipimus. Orig. in Matth. ser. 68 p. 161, 18 mittere -am domini nostri, id est eloquia, auditoribus. *al.*). Orig. in Matth. ser. 68 p. 161, 10 probata illa -a dominicorum verborum. Greg. M. moral. 22, 9 intellegentiae accepta -a, cum ad usuras auditoribus datur, amittitur, nisi caute tribuatur. Ps. Greg. Tvr. Thom. 84 (*oratio S. Thomae*) -am tuam non abscondi, sed supra mensam posui et nummulariis divisi (*imaginem explicat e. g.* Greg. M. in euang. 9, 3 -am vero dare nummulariis est eis scientiam praedicationis impendere, qui hanc valeant exercere). *al.*

B *respiciuntur actus varii, mores sim.*: **1** *qui sequuntur praecepta diaboli*: Rvfin. Orig. in exod. 6, 9 p. 200, 29 sqq. adulterium diaboli -a est; diaboli enim in eo 'imago est et superscriptio' (*Matth. 22, 20*); ... furtum, ... rapacitas, violentia, haec omnia diaboli census est ...; talis enim -a de eius moneta procedit; hac igitur -a emit ille, quos emit *eqs.* Greg. M. moral. 4, 69 (*antea*: humano generi semel nummum deceptionis contulit) qui in paradiso homini peccati -am commodavit; sed iniquitate crescente hanc cotidie cum usuris exigit. **2** *qui concordant cum praeceptis dei, sc. virtutes sim.*: Evseb. Gallic. hom. 35, 4 *sanctus Maximus* sibi illic (*i. in insula Lirinensi*) serens, vobis colligebat; sibi quaerens, vobis nescius acquirebat: sibi paraturus -am, vobis soluturus usuram ([*respicitur* psalm. 14, 5]. *huc spectat* 35, 10 ecce quali -a sacerdotium comparavit; o admirabile negotium, o caeleste commercium. *cf. 35, 14* simplicitatis ... talentum). Orig. in Matth. 14, 7 p. 291, 8 quomodo unusquisque domini sui argenteis probabilibus et intellegibilibus -is usus est (*explicatur Matth. 18, 23 sqq.; gr. νομίσμασι*). p. 293, 6 unaquaeque anima venit cum aliquibus dominicis -is in hunc mundum (*gr. νομισμάτων*).

CAPVT TERTIVM: *iuncturae, locutiones, stilistica*: **I** *iuncturae verbales potiores (addimus hic illic etiam iuncturas nominales affines, e. g. l. 35. 61. p. 941, 7), quae spectant ad -am*: **A** *quaerendam, accipiendam*: **1** *vario modo*: Plavt. Curc. 380 quaesivit (Cato orat. 191 Cic. off. 2, 42. *al.*). 619 -am quadruplicem ... auferam (Cic. Verr. II 1, 11 fam. 7, 17, 1. *al.*). Most. 227 ut fama est homini, exin solet -am invenire (*al. v. vol. VII 2, 145, 64 sqq.*). Truc. 760 advorsum legem accepisti a plurumis -am (Sent. Minuc. [cil i² 584] 26. *al. v. vol. I 312, 83 sqq. 318, 17 sq.*). Cato orat. 169 quo amici mei per symbolos -as magnas caperent (*sc. praemii sim. causa ut*: CIL I² 595 [*si recte huc traximus*]. Lex repetund. [cil i² 583] 28 *bis.* Lex Corn. de XX quaest. [cil i² 587] 1, 6 Rhet. Her. 4, 23, 33. *al.* Cic. Verr. II 4, 88 *crimen* -arum captarum. *al.*). Cic. Quinct. 15 quibus nominibus -am Romae curari oporteret (*al. v. vol. IV 1500, 25 sqq.*). Verr. II 1, 138 permagnam ... ex illa re -am confici posse (*al. v. vol. IV 201, 40 sqq.*). 2, 17 maximam uno anno -am facere (div. 1, 111 Lex Iul. munic. [cil i² 593] 40. *al.*). 2, 141 illud ... genus -ae conciliatae (*al. v. vol. IV 44, 20 sqq.*). epist. frg. 4, 8 expedietur (*al. v. vol. V 2, 1610, 39 sqq.*). Varro ling. 5, 81 qui *quaestores* conquirerent publicas -as (*al. v. vol. IV 355, 39 sq.*). Sen. benef. 2, 17, 2 adquirere (Qvint. decl. 265, 1 Tac. ann. 16, 17, 3 Papin. dig. 15, 1, 50, 3. *al.*). Vlp. dig. 37, 6, 1, 10 apud quem refecta -a collocetur. *al.* **2** *avertendo sim.*: Lex Tarent. [cil i² 590) 1, 1 neive quis, quod ... -ae ... est erit, fraudato neive avortito (Cic. Verr. II 1, 11. *al. v. vol. II 1321, 72 sqq.; cf.* Cic. Verr. II 5, 152 aversor). Petron. 107, 6 si ... intervertissent -am vestram (*al. v. vol. VII 1, 2303, 26 sqq.*). Tac. ann. 4, 45, 3 -as e publico interceptas (*al. v. vol. VII 1, 2165, 26 sqq.*). *al.* **3** *petendo sim.*: Lex repetund. (cil i² 583) 9 ⟨quei ex h(ac)⟩ l(ege) -am petet (*sc. per iudicium ut*: Cic. Quinct. 42. *al.; cf.* Qvint. inst. 4, 4, 6 petitionem -ae). Calv. or. frg. Quint. inst. 9, 3, 56 -arum repetundarum (*item gerund.*: Rhet. Her. 1, 11, 20 de -is r. damnatus. Cic. div. in Caec. 10. Cael. 10 causam de -is r. ... dixit. Rab. Post. 9 accusavi de. 11 de -is r. reus. *al.* Cael. Cic. fam. 8, 8, 3 est postulatus. *al.; respiciuntur leges*: Cluent. 148 lege -arum r. Sest. 135 C. Caesaris legem de -is r. [*nominatur eadem*: Rab. Post. 12 Iulia]. Brut. 106 legem ... de -is r. ... tulit. *saepe; aliae formae*: Cic. div. in Caec. 18 repetuntur. Verr. II 5, 127. *al.*). Cic. Verr. II 3, 87 cum ... apparitores ... -as imperent (*al. v. vol. VII 1, 583, 14*). Varro ling. 6, 70 quae -a inter se contra sponsum rogata erat, dicta sponsio. Iavol. dig. 12, 4, 10 recte ab eo -a condicetur (*al.; cf.* Pavl. dig. 12, 5, 9, 1 condictio). *al.* **4** *exigendo sim.*: Lex repetund. (cil i² 583) 62 -am omnem ad quaestorem redigere (68 Cic. div. in Caec. 56. *al.*). Lex Bant. (cil i² 582) 9 exsigito (*saepe, v. vol. V 2, 1453, 24 sqq.; cf.* Cic. Verr. II 3, 213 exactionem [*al. v. vol. V 2, 1134, 39 sqq.*]). Varro Men. 378 eripuit (Cic. div. in Caec. 18. *al. v̄. vol. V 2, 790, 22 sq.*). Cic. Verr. I 13 innumerabiles -ae ... coactae (*al. v. vol. III 1522, 48 sqq.*). II 2, 165 -am ... vi expressam et coactam (3, 84). Cluent. 78 ut ... -a omnis Staieno extorta atque erepta sit (*al. v. vol. V 2, 2041, 55*). *al.*

2 *refertur ad species plures:* **a** *distinguuntur vel opponuntur:* **α** iumenta (veterina *l. 45; contra* -s *etiam* iumenta *comprehendit* EDICT. aed. cur. dig. 21, 1, 38, 5 de iumentorum sanitate ..., de cetero quoque -e [*cf.* VLP. dig. 21, 1, 38, 4. 6]. *v. etiam vol. VII 2, 646, 11. 647, 55 sqq.*): CATO agr. 5, 7 scabiem -i et iumentis caveto (*nisi ad 3a, cf. antea*: -i et bubus, *postea*: ovibus bubusque). HIRT. Gall. 8, 41, 6 non tantum -a atque iumenta, sed etiam ... hominum multitudo siti consumebatur. VARRO rust. 1, 47 -s ... et omne i. LIV. 21, 32, 7. CELS. 1 prooem. 65 -bus ac i. (*postea*: mutis animalibus). PHAEDR. 4, 5, 23 -a ..., boves, i. PLIN. nat. 24, 133. 25, 55 -um et i. pituitas ..., scabiem quadripedum. TERT. nat. 1, 11, 6 *pagani* asinos colitis ..., et omnia i. et -a et bestias. LACT. mort. pers. 27, 6 praedae -um ac i. AVG. in psalm. 93, 4 i. et -a et omnia animalia. 126, 11 (*antea*: asinum et bovem). *al.* PLIN. nat. 10, 200 -s potu pinguescit, ideo sal illis aptissimus; item veterina *eqs.* (*nisi ad 3a, cf. Arist. hist. anim. 596a16 τὸ πρόβατον*). **β** equi (caballus *l. 50*): SALL. Iug. 29, 6 elephanti triginta, -s atque equi multi ... traduntur. CVRT. 5, 1, 21 greges -um equorumque. TAC. Germ. 12, 2 equorum -umque numero convicti multantur. FLOR. epit. 4, 12, 25. CLAVD. 20, 272 dives equis, felix -is. LEX Visig. 8, 3, 13 caballum aut -s. **γ** armenta (*contra* armenta *sunt pars* -is *p. 950, 9. 13 et* LEX Visig. 8, 4, 7 iumenta aut a. vel alia -a. *voces* -s *et* armenta *variant* COLVM. 2, 10, 25 *et p. 948, 35. 952, 2*): Ov. met. 11, 276 quos ... greges -um, quae secum a. trahebat *Peleus* (*nisi ad 3d, cf. 348. 352. 355*). VITR. 8, 3, 13. 14. CVRT. 8, 4, 19 Sisimithres multa iumenta et *camelos* ... adduxit -aque et a. *al.* PLIN. nat. 11, 263 testes -i armentoque ... decidui *sunt*, subus adnexi. STAT. Theb. 4, 704. 10, 98 Ach. 2, 70 TAC. Germ. 21, 1. ann. 13, 55, 2 (*seq.* gregibus). GELL. 11, 1, 2 (*postea*: boves ovesque). VLP. dig. 1, 12, 1, 11 forum suarium sub ipsius *praefecturae* cura est; sed et ceterorum -um sive a. *eqs. al.* **δ** *aves domesticae, ut* -a *quadrupedes comprehendere videantur* (*aliter sub 3g; opponuntur aves omnes l. 20 et p. 953, 8sqq.*): COLVM. 1, 6, 21 *piscinam*, quae anseribus -busque serviat (*inde* PALLAD. 1, 31 -bus vel avibus aquaticis). 2, 14, 5 in quo *rure* neque -a neque aves haberi possint. PLIN. nat. 28, 32 gallinarum incubitus, -um fetus. QVINT. inst. 1, 12, 7 (*enumerantur genera rei rusticae*) -bus ... alvearibus avibusque. PAVL. sent. 3, 6, 44 aves et -a *fundi.* VET. LAT. lev. 7, 26 (cod. 100, *sim.* VVLG.) sanguinem non manducabitis ... de -bus et de volatilibus. **ε** animalia, *sc. ita ut* -s *species minores*, a. *maiores significare videatur* (*cf. vol. II 81, 33 sqq.; aliter explicare possis* PALLAD. vet. med. 17, 1, *si* animalibus *ad singulas bestias,* -i *ad species referas* [*cf. ibid.* 17, 2]): CASS. FEL. 67 p. 165, 11 cani, -i, animali, homini *medicamenta dabis* (*nisi ad 3a*). EDICT. Theodor. 56 abactor animalium vel gregum atque -um (*cf.* 57 suprascriptum numerum animalium et -um [porcorum *trad., corr. Pithoeus, cf. species antea enumeratas*]. 58 qui bovem vel equum ... vel aliud -s abduxerit, ... a. vel -a sublata restituat. *his locis subest* VLP. dig. 47, 14, 1, 1, *ubi* -a *ad omnes species referri videtur*). LEX Burg. lib. const. 89, 1 ab a. et -bus (*cf. distinctiones quae sequuntur in 89, 2–4*).

b *accedunt attributa species comprehendentia:* **α** maius, minus *sim.*: VARRO rust. 2, 1, 10 nomina multa habemus ab utroque -e, a maiore et a minore (*eadem oppositio* 2, 1, 25. *cf. p. 957, 18*). 2, 9, 1 quid dicam de -e maiore? (COLVM. 6, 18, 2. *al.; plur.*: COLVM. 2, 17, 1 neque suem ... neque -a m.). COLVM. 2, 17, 6 minora -a (7, 1, 1 [*sing. ut* 7, 13, 3]). 11 capp. 7 p. 68, 13 de -e minuto (PALLAD. 7, 1 *plur.*). **β** reliquum, ceterum *sim.* (*cf. iuncturam plenam* alia genera -um COLVM. 7, 7, 1 [*inde* PALLAD. vet. med. 33, 1]): CIC. Phil. 3, 32 armentorum reliquique -is (PLIN. nat. 33, 135 boum ..., r. -is. VVLG. II par. 35, 7 agnos et hedos de gregibus et r. -is triginta milia boumque tria milia). VAL. MAX. 1, 8 ext. 18 cum omnia ubique -a haustu aquae ... recreentur, capras *eqs.* COLVM. 1, 6, 4 armentis ..., ceteris ... -bus (1, 7, 6. 5, 12, 4. 8, 14, 1 cohors *anserum* ab omni c. -e secreta clauditur. 9, 13, 1 in apibus ... in c. -e. 12, 53, 3 bubus et c. -i. Ps. AVG. serm. ed. Mai 71, 3. *addas p. 949, 59*). 6, 27, 1 aliis -bus, *sc. ac generi equino* (7, 5, 6 cum et a. -a tum ... oves. *al.*). LEX Visig. 8, 3, 10 iumenta vel boves aut quecumque -a.

c *species antea nominatae voce q. e.* -s *comprehenduntur:* VERG. georg. 3, 125 quem ... -i dixere maritum (*cf. 3, 50* equos seu ... iuvencos). 3, 326 ros in tenera -i gratissimus herba (*si ad oves et capras tantum referendum, cf. 323* utrumque gregem. *de iisdem* CALP. ecl. 5, 69). Aen. 12, 171 fetum suis intonsumque bidentem attulit admovitque -s ... aris. VITR. 6, 6, 4 ovilia et caprilia ita sunt magna facienda, uti singula -a areae *tantum* ... possint habere. SEN. Oed. 558 vivum ... trepidat igne ferali -s (*556* bidentes ... *et* boves; *564* pecudes). VET. LAT. gen. 33, 13 (cod. 100. 101) omnia -a (*antea*: oves et boves; *Vulg.* greges). 47, 17 (cod. 100, *sim.* VVLG.) pro omnibus -bus illorum (*antea*: equis ... ovibus ... bubus ... asinis). LEX Burg. lib. const. 4, 4 de supradictis -bus (*4, 3* porcum, ovem, apem [*cf. p. 952, 48*], capram).

3 *refertur ad species singulas* (*huc inseruimus nonnulla exempla, quae sec. contextum de certa specie agunt, etiamsi vox ipsa notionem latiorem adhuc servare videtur, e. g. l. 35. 44. 61. p. 951, 44. 47. 54. 65. 952, 7*): **a** *ad speciem ovillam (v. etiam p. 953, 56. 954, 11. 16. 20); species indicatur vel colligi potest:* **α** *attributis appositis:* Ⓘ *sing.:* Ⓐ *potius collectivus:* ACC. praetext. 20 pastorem ... adpellere -s lanigerum ..., duos ... arietes inde eligi (Ov. fast. 1, 384. 4, 715 MART. 9, 17, 1. *cf.* VARRO rust. 2, 9, 1 -s ... lanare [*postea*: maxime oves, deinde caprae]. COLVM. 11, 2, 33 -s lanatum [*al. v. vol. VII 2, 916, 47 sqq.*]). LVCIL. 1246 -e ... hirto atque soloce ([*explicat* FEST. p. 301 solox, lana crassa et -s, quod passim pascitur non tectum]. LABER. mim. 68 mollem e lanitia Attica an -e ex hirto durum vestitum). VARRO ling. 5, 99 -i ovillo (*al. v. vol. IX 2, 1191, 36 sq.*). VERG. georg. 3, 299 molle -s ([*296* oves]. Aen. 9, 341 [*339* ovilia]. COLVM. 7, 3, 10. *al.*). COLVM. 7, 2, 2 id -s (7, 3, 8. *cf.* EVSTATH. Basil. hex. 6, 6, 1 -s istud [*antea*: aries; *gr. p. 129*^{C} *ζῶον*]). 7, 2, 3 tectum -s (*cf.* FEST. *supra*). Ⓑ *potius de uno:* Ov. fast. 2, 681 lanigeri -is ... fibris sacra ... fieri.

Ⓘⓘ *plur.:* DECRET. de past. pec. (CIL VIII 23956) 3 agri ... -bus ovium *devastantur.* VVLG. II par. 17, 11 Arabes ... adducebant -a arietum (*Vet. Lat. cod. 109 al.* arietes ovium *sec. gr. κριοὺς προβάτων*). AVG. civ. 15, 7 p. 71, 15 Christus occisus est pastor ovium hominum, quem pastor ovium -um praefigurabat Abel.

β *aliis vocibus, quae pertinent ad speciem ovillam, appositis, oppositis vel in contextu variantibus:* Ⓘ *sing.:* Ⓐ *potius collectivus:* PORC. LIC. carm. frg. 6, 4 custodes ovium ... quaeritis ignem? ... omne -s flammast. VARRO rust. 2, 2, 6 (*formula stipulationis, sim. p. 951, 61. 952, 1*) illasce oves ... sanas recte esse uti -s ovillum ... neque de -e morboso esse. 2, 2, 11 ita pascere -s oportet (*seq.* ovis). *sim. al. in capitulo* 2, 2. VERG. ecl. 2, 20 quam dives -is *sim.* (*seq.* agnae, *ut e. g.* ecl. 3, 6. COLVM. 7, 3, 11 fetura -is [*postea*: agnus]. STAT. Theb. 8, 576). 3, 1 dic mihi ... cuium -s ([*3* ovis]. *eadem* 5, 87 [*cf.* NVMITOR. carm. frg. 2]). 3, 3 infelix o semper, oves, -s (*sim. appositio* Ov. met. 15, 116). 10, 17. georg. 3, 445 fluviis -s omne magistri perfundunt (*seq.* aries, *ut e. g.* VITR. 10, 2, 15 [*antea*: ovibus]. PLIN. nat. 29, 105). HOR. sat. 2, 3, 202 *Aiax* stravit ferro -s (*197* mille ovium). Ov. fast. 4, 756 (*754* ovi). COLVM. 2, 21, 2 vitia, quorum causa -s utile sit lavare (*antea*: oves; gregem. *sim. in* 7, 2–5 *saepe variat voces* -s [*sing. tantum*], 2. pecus [*sing. vel plur.*], ovis [*sing. vel plur.*]). 12, 3, 9 tonsuris *ovium* ... interesse, ... et vellera ad numerum -is recensere. *al.* PLIN. nat. 8, 190 *lana* Graeci -is (*seq.* oves). SIL. 15, 705 -i (*702* ovium, *703* lanigerae). PALLAD. 12, 13, 3 -is levare fastidium *sale* (*antea*: ovillo generi). *al.* Ⓑ *de uno:* SEN. Thy. 225 Pelopis ... nobile ... -s, arcanus aries.

Ⓘⓘ *plur.:* FRONTIN. strat. 3, 15, 5 *multum* tritici superesse eis *obsessis*, qui inde etiam -a pascerent (*antea*: oves paverunt).

γ *eo quod opponuntur vel distinguuntur species aliae, ita ut* -s *ad oves vel certe ad minores species pertineat* (*ita e. g. p. 951, 1sq. 11*): Ⓘ *sing.:* Ⓐ *potius collectivus:* VERG. ecl. 3, 34 numerant ambo -s,

[Hillen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

alter et haedos (3, 83). georg. 1, 4 quae cura boum, qui cultus habendo sit -i (*item distinguuntur boves sim. e. g.* 4, 129 HOR. epod. 1, 27 TIB. 1, 2, 74 PLIN. nat. 8, 187. 31, 13 bubus ac -i. PRISC. periheg. 728 boum *et* -is ... pascua [*gr. 753 μῆλα*]). PLIN. nat. 8, 199 non absimile -i genus musmonum, caprino villo quam -is velleri propius. 8, 206 suis fetus sacrificio die quinto purus est, -is die VII, bovis XXX. *al.* Ⓑ *potius de singulis*: PLIN. nat. 28, 95 -is aut capri pelle. SERV. georg. 2, 380 nigrum -s Plutoni *immolare* (*postea*: porca; caper; capra *eqs.*). VVLG. Is. 66, 3 qui immolat bovem ..., qui mactat -s. AVG. in euang. Ioh. 1, 14 locustam ... lacertum ... avem ... -s ... bovem ... elephantem.

Ⓘⓘ *plur.*: CVRT. 8, 12, 11 elephanti ... multaque -a eximiae magnitudinis, tauros. PLIN. nat. 10, 212 equos, canes, boves, -a, capras. 18, 364 -a ... boves ... porci. *al.* VET. LAT. deut. 8, 13 (Tert. adv. Marc. 4, 15) -bus et bobus (*gr. προβάτων, Vulg.* ovium greges). psalm. 49, 10 (cod. 300 *al.*) -a ... et boves (*Vulg.* iumenta). PROB. Verg. ecl. praef. 324, 19. HIER. psalt. sec. Hebr. 143, 13 -a nostra ..., tauri nostri (*Vulg.* oves). *al.*

δ *alia ratione*: Ⓘ *sing.*: Ⓐ *potius collectivus* (*selecta inde a* PLIN.): VERG. ecl. 5, 60 lupus insidias -i *meditatur* (*sim. lupus inimicus est -i e. g.* HOR. epod. 15, 7 OV. ars 2, 148. SIL. 7, 128 [*127* per ovilia]. *ad rem v. vol. VII 2, 1855, 31 sqq.*). CALP. ecl. 5, 63 -s includatur ovili (*66* demere lanas). PLIN. nat. 29, 38 *pura vellera* medentur ante omnia et -i ipsi. *al.* IVV. 12, 41 *vestes*, quarum generosi graminis ipsum infecit natura -s (quarum ... -s *audacius dictum fere pro 'oves ad eas vestes pertinentes, sc. unde earum lana orta est'*). SVET. Tib. 32, 2 boni pastoris esse tondere -s, non deglubere (*verba Tiberii, cf. Cass. Dio 57, 10, 5 τὰ πρόβατα et Otto, Sprichw. n. 1354*). PRISC. periheg. 863 *tellus* arboribus ... -ique et commoda viti (*gr. 922 μῆλα*). *al.* Ⓑ *potius de singulis*: VARRO Men. 369 non plus testiculorum ... quam in castrato -e in Apulia (*nisi ad 1*). GERM. frg. 4, 114 -is villis aurati, *sc. Helles*, ... astro ([*cf. p. 946, 2*]. *de eodem* VAL. FL. 1, 56 -is Nephelaei vellera. MART. 8, 28, 20 Aeolium dones si mihi, Phrixe, -s [*per synecdochen de vellere ut* ANTH. 940, 4 auratum ... -s]. *al.*). TERT. adv. Marc. 5, 7 p. 593, 12 (*de pascha*) *similitudo* sanguinis salutaris -is et Christi. HIER. epist. 21, 3, 1 *parabola de* inventione -is (*sc. ovis perditae Luc. 15, 4 sqq.*). *al.*

Ⓘⓘ *plur.*: OV. met. 13, 763 *Cyclops* oblitus -um (*781* lanigerae pecudes). COLVM. 10, 156 portitor Helles, signorum et -um princeps. PLIN. nat. 25, 80 *v. vol. VII 2, 1446, 22 sqq.* 31, 66 *aquae marinae* -um ... scabiem sanant lanasque emolliunt. APVL. met. 3, 18, 6 *Aiax* vivis -bus infestus. EDICT. imp. Diocl. 7, 23 L. tonsori -um (*gr. προβάτων*). *al.*

b *ad speciem caprinam*: **α** *sing.*: Ⓘ *potius collectivus*: CIC. progn. frg. 6 *Caprarius* caprigeni -is custos (*al. v. vol. III 360, 6 sqq. et cf.* COLVM. 1 praef. 26 caprinum [7, 6, 1. 7, 7, 4 PALLAD. vet. med. 32, 15]. SOL. 9, 12 caprarium). VARRO rust. 2, 3, 6 (*in capitulo de capris*) stabulatur -s *eqs.* (*postea*: caprile). *ibid.* hoc -s ... atque ovillum (COLVM. 7, 6, 6). VERG. ecl. 1, 74 ite meae, quondam felix -s, ite capellae. TIB. 2, 1, 58 dux -is (*sc. hircus; cf.* PETRON. 133, 3 vers. 14 hircus, -is pater, ibit ad aras). COLVM. 7, 6, 9 maxime strenuum -s est capella praecedente (*textum restituit Ashworth, Eranos 64, 1966, 42 sqq.*). *al.* CALP. ecl. 5, 23 lascivum ... -s ... accipit hircos. Ⓘⓘ *potius de singulis*: OV. epist. 18, 188 Plias ... Oleniumque -s (STAT. silv. 3, 2, 77. *item de Capella sidere*: AVIEN. Arat. 407 Cretaei -is [*gr. 157 Αἰγός*]). MART. 13, 39, 1 haedus: lascivum -s et ... non utile Baccho det poenas. AVG. c. acad. 3, 11, 26 nescio, quales *frondes* -i sint, mihi tamen amarae sunt (*antea*: caper).

β *plur.*: COLVM. 7, 7, 2 (*in capitulo de capris*) vendenda sunt -a (*seq.* gregem). VERS. metr. Bass. gramm. VI 265, 2 -a rapida caper agitat. CLAVD. DON. Aen. 3, 220 p. 296, 17 *v. l. 71.*

c *ad speciem suillam*: **α** *sing. potius collectivus*: QVADRIG. hist. 77 grundibat graviter -s suillum (VARRO rust. 2, 1, 18. *al.* COLVM. 7, 9, 1. 7, 9, 14 PLIN. nat. 8, 205). VARRO ling. 5, 110 id -s primum occidere coeperunt ([*antea*: suibus]. TERT. pudic. 9 p. 237, 28. *cf.* VARRO rust. 2, 4, 5 locus huic -i aptus [2, 4, 6 COLVM. 7, 9, 6. 7, 11, 1]). rust. 2, 4, 5 (*in simili formula ac p. 950, 56*). PRIAP. 65, 3 caeditur ... victima porcus ...; ne tamen exanimum facias -s omne, Priape. OV. met. 14, 288 -is pars una ... saetigeri. COLVM. 7, 9, 2 glabrum -s (*opp.* nigrae setae grex). 7, 9, 9 (*opp.* ceteri greges). 7, 10, 4 universum -s (*postea*: totus grex). 7, 10, 8 -s inexsatiabile ⌞suis⌟ dulcedinem pabuli consectantur (⌞ ⌟ *gen. explic.; var. l.* sues. *cf. appositionem* TERT. paenit. 8, 8 porcos immundum relinquas -s). MART. 11, 41, 1 *et* 8 (*nisi ad 1*). PRVD. cath. 9, 57 -s lymphaticum (*sec. Marc. 5, 13* porcos). **β** *plur.*: SVLP. SEV. dial. 2, 10, 4 porci, -a immunda.

d *ad speciem bubulam* (*contra* CLAVD. DON. Aen. 3, 220 p. 296, 18 armenta ... appellavit boves, -a autem capros, ut ostenderet nec boves -a dici posse *eqs.*): **α** *sing.*: Ⓘ *potius collectivus*: VARRO ling. 5, 164 video portas dici ... Mucionis a mugitu, quod ea -s in bucita ... exigebant. rust. 2, 1, 13 in bubulo -e (*al. v. vol. II 2224, 51 sq. et cf.* VARRO rust. 2, 5, 16 armenticium. PAVL. FEST. p. 32 bucerum [GLOSS.^{L} III Abstr. BV 11]). 2, 5, 4 ab hoc -e, *sc. tauris*. 2, 5, 11 (*in simili formula ac p. 950, 56*). VERG. georg. 3, 155 *oestrum* arcebis ... -i, armentaque pasces *eqs.* (*item* -s *variat c. syn.* armenta 3, 159 [*cf. 162*]. Aen. 12, 718 [*cf. 719*]. SEN. Phaedr. 296 Phoebus -is magister *Admeti* egit armentum. STAT. Theb. 7, 437 armenta ... pastor agit, stat ... -s). PANEG. in Mess. 208 tardi -is ... gloria taurus (*cf.* STAT. Theb. 5, 333 truncum sine honore, *sc. tauro*, -s). LIV. 41, 13, 2 tauro, qui a -e aberrasset. SEN. Herc. f. 1170 Geryonae -s. *al.*; COLVM. *in libro sexto saepius variat voces* bos *et* -s, *e. g.* 6, 2, 12. 6, 3, 1. 6, 17, 6. Ⓘⓘ *potius de singulis*: PROP. 2, 33a, 10 te, *Io*, iussit ... Iuno ... -is duro perdere verba sono. SEN. Med. 468 flammeum Aeetae -s (*466* igneos tauri halitus). STAT. Theb. 3, 478 Niliacum ... -s, *sc. Apis*. MART. 5, 31, 8. AVIEN. Arat. 423 saetosam -is ... frontem (*422* Tauri). PAVL. NOL. carm. 20, 389 -s armentale, iuvencam (RVT. NAM. 1, 436 [*gregem intellegunt alii*]). AVG. doctr. christ. 2, 32. *al.*

β *plur.*: COLVM. 6, 4, 1 (*in capitulo de vitiis boum et medicinis*) non proderit cibis satiari -a. *al.* TERT. apol. 14, 4 *poeta quidam* Apollinem Admeto regi pascendis -bus addicit (*in eadem re* COMM. instr. 1, 11, 18. *al.*). PS. AVR. VICT. orig. 7, 1 (*de bovibus Geryonae abactis*). *al.*

e *ad speciem equinam, asininam, mulinam (cf. p. 948, 63 sq.)*: **α** *sing.*: Ⓘ *potius collectivus*: VARRO rust. 2, 7, 7 equinum -s (*al. v. vol. V 2, 725, 27 sq.*). VERG. georg. 3, 75 (72 -i ... equino) -is generosi pullus (*Schol. Bern.*: equi). COLVM. 6, 30, 2 (*antea*: equis. *inde pendet Pelagon. 30, 2, ubi* pecudes). 6, 37, 4 in hoc -e, *sc. asinino* (6, 38, 1 *de mulis.* 7, 1, 3 *de minore asello*). 6, 38, 4 ne nimio sanguine stranguletur -s (*antea*: iumenta; *postea*: mulae. *inde* PALLAD. vet. med. 28, 7). STAT. Theb. 1, 275 *Oenomai* -s stabulare sub Haemo dignius (*sc. apud Diomedem, cf.* 6, 348 -s ... Diomedis). 4, 740. 7, 66 -s utile bello (*cf.* DRAC. laud. dei 1, 276 -s u. belli). IVV. 8, 62. AVSON. 76, 4 p. 313 Arcadium ... -s (*antea*: asinos). PRVD. perist. 11, 93 campestre ... -s e grege captum. Ⓘⓘ *potius de singulis*: COLVM. 6, 31, 1 omni ... imbecillo -i alte substernendum est (*seq.* aegrotum -s. *inde* PALLAD. vet. med. 23, 1 PELAGON. 34, 1). AVIEN. Arat. 477 latus atque armos aliae *stellae* -i, *sc. signo Equi*, pinxere (*gr. 209 Ἵππου*). PELAGON. 88 *medicamentum* deicis ... -i per canalem (*Hippiatr. gr. II p. 152, 14 τῷ ζῴῳ*). *al. apud eundem.* AVIAN. fab. 5, 16 increpat his miserum vocibus ille *rusticus* -s, *sc. asinum.*

β *plur.*: PELAGON. 1, 4 domesticis -bus, id est domitis et freno adsuetis (*1, 1* equos; *Veg. mulom. 3, 5, 4* animalibus). 384 -bus ... frontem confricabis (*cf. Hippiatr. gr. I p. 419, 24 sq. τῶν ζῴων*). *al. apud eundem.* COD. Theod. 8, 5, 3 *iis*, quibus ... res publica et annonas et alimenta -bus subministrat, usurpandi agminalis seu paraveredi licentia derogetur.

f *ad alias species quadrupedum*: GRATT. 265 prodant ... tibi metagonta parentes, qui genuere sua -s hoc immane iuventa (*de cane quodam*). AVR. VICT. Caes. 41, 11 Calocerus magister -is camelorum (*potius de camelo non mansueto p. 953, 5*).

g *ad animalia, quae non quadrupedum numero sunt, sed inter domestica numerantur* (*cf.* VARRO rust. 3, 2, 18 ex isto villatico -e [*de quo v. rust. 3, 2, 13 sq.*]. COLVM. 1 praef. 27 ut a -bus recedam, quorum in parte avium cohortalium et apium cura posita est): **α** *ad apes* (*cf. p. 950, 14. 28; non comprehenduntur p. 949, 65. v. etiam p. 955, 19*): VERG. georg. 4, 168 (= Aen. 1, 435) *apes* ignavum fucos -s a praesepibus arcent (*ad l. v. p. 946, 60*). COLVM. 9, 8, 6 interdum ... vel mediocre -s (nam malum nullo modo) parandum est *eqs.* 9, 14, 6 -s istud. PS. VEN. FORT. vita Med. 5, 15 -s quod rapuerat (*seq.* sublatae apes). **β** *ad aves* (*cf. p. 950, 13 sq.; non comprehenduntur p. 949, 62 et e. g.* VARRO rust. 1, 38, 1 PLIN. nat. 22, 65): COLVM. 8, 4, 3 volatile -s facile custodiam pastoris decipit (*antea agitur de gallinis ut* 8, 4, 6 cum omnibus -bus tum in hoc). **γ** *ad pisces* (*cf. l. 65. 73*): COLVM. 8, 17, 7 stabulis ordinatis aquatile -s inducemus.

C *de quibuslibet*: **1** *respiciuntur quaedam species vel genera, quae indicantur vel adumbrantur*: **a** *vario modo* (*fere attributis*): **α** *sing. collectivus* (*hic illic subest imago gregis pertinentis ad pastorem vel possessorem, qui indicatur genetivo l. 63 sq. 65, cf. l. 75 et p. 953, 3*): LIV. ANDR. trag. 5 lascivum Nerei simum -s ludens, *sc. delphini* (PACVV. trag. 408 N. repandirostrum incurvicervicum -s. *cf.* LVCIL. 212 -s nasi rostrique repandum). CIRIS 486 nimium est avidum -s Amphitrites (*485* pisces). HOR. carm. 1, 2, 7 omne cum Proteus -s, *sc. phocas*, egit altos visere montis. CALP. ecl. 7, 67 aequoreos ... spectavi vitulos et equorum nomine dictum, sed deforme -s, *sc. hippopotamos.* ARNOB. nat. 3, 16 p. 175, 15 quid in homine pulcrum est ..., nisi quod et clurino cum -e nescio quis auctor voluit esse commune? (SERV. auct. Aen. 1, 435 Plautus c. -s simiam dixit [*v. p. 953, 53*]). AVIEN. orb. terr. 781 agmina cetosi -is, vaga monstra profundi (*gr. 597 κήτεα ..., βοτὰ πόντου*). AVSON. 418, 19 p. 285 non ... ales quadrupedesve silent, habet ... sibila serpens et -s aequoreum (*sc. pisces*) tenui vice vocis anhelat. **β** *de singulis* (*sing. praeter* COLVM.): OV. Ib. 457 in ... -s ... Magnae vertare parentis, *i. in leonem.* COLVM. 8, 17, 16

[Hillen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

redeamus ... ad curam silvestrium -um cultumque apium (*respondet 9 praef.* ad tutelam pecudum silvestrium). AVSON. Mos. 135 -s aequoreum ..., magne silure. CLAVD. 3, 279 *dicitur* Perseus Neptuni domuisse -s, *sc. monstrum Andromedae infestum.* 20, 427 immensum ... -s (*de ballaena*). AVIAN. fab. 8, 5 corporis immensi ... -s, *sc. camelus.*

b *appositione vel oppositione aliorum animalium, ita ut* -s *fere quadrupedes terrestres significare videatur; apponuntur vel opponuntur:* **α** *aves tantum* (*muscae l. 13*): VET. LAT. gen. 8, 20 (cod. G Vulg. *imagini codicis adscriptum*) ex omni -e et omni abe (*i.* ave) munda *immolavit Noe* (*Ambr. Noe 22, 79* bestiis, VVLG. -bus). PRISCILL. tract. 6, 102 *homo idola venerans* dei nomen ... -bus volucribus lignis ... adscribit. VVLG. Ier. 9, 10 a volucre caeli usque ad -a. AVG. in psalm. 88, serm. 2, 5 l. 22 sol in conspectu est non solum hominum, verum etiam -um ... *et* muscarum. in psalm. 101, serm. 1, 11 quod ... -s ...? quae avis ...? *al.* **β** *varia genera animalium*: VET. LAT. gen. 1, 26 (Ambr. off. 1, 133) dominetur *homo* piscium maris et volatilium caeli et -um et omnium terrae et omnium reptilium *eqs.* (*Rufin. Orig. in gen. 1, 12 p. 13, 26* animalium, *Vulg.* bestiis. *sim.* gen. 1, 28 [Quodv. symb. 1, 11, 4] piscium maris, -um terrae, volatilium caeli [*Rufin. Orig. in gen. 1, 16 p. 19, 27* iumentorum, *Vulg. brevius*]). psalm. 8, 8 (cod. 303 *al.* = VVLG.) oves et boves universas insuper et -a campi, volucres caeli et pisces maris (*Hier. psalt. sec. Hebr.* animalia). AVG. serm. 24, 3 *deus est creator* et -is et piscis et volatilis et angeli et caeli *eqs. al.*

2 *in universum*: **a** *agitur de differentiis quibusdam, quae inter homines et animalia exstant*: CIC. ac. frg. 20 *Stoici censent* voluptatem ... Epicuri solis inter se -bus esse communem. SALL. Catil. 1, 1 homines, qui sese student praestare ceteris animalibus, summa ope niti decet, ne vitam silentio transeant veluti -a, quae *eqs.* (*seq.* beluis). DON. Ter. Andr. 470, 2 *duos sensus* magis nos sensibiles habemus quam -a. ANON. in Rom. (ed. Frede) 76A *apostolus* ostendit nos 'passiones carnis' cum -bus habere communes (*seq.* animalibus inrationabilibus). AVG. civ. 9, 13 p. 386, 11 quia -s est animal inrationale atque mortale, angelus autem rationale et inmortale, medius homo est, sed inferior angelis, superior -bus *eqs.* gen. c. Manich. 1, 17, 28 potestatem, qua omnia -a superat *homo* (*postea*: animalia cetera; bestias). *et saepe sim. apud eundem.* EVSTATH. Basil. hex. 9, 2, 8 homo ... distat a -bus (*antea*: pecudes; *cf. gr. p. 192*[4] *τῶν τετραπόδων*). *al.* **b** *cetera exempla*: NIGID. Prisc. gramm. II 385, 15 omne -s indomitum habet quiddam in se ferum, sed tamen ea natura est, ut cicurari et dominari possit (*nisi ad B*). VERG. Aen. 4, 158 *Ascanius venator* dari -a inter inertia votis optat aprum aut ... leonem (*antea*: caprae; cervi. SERV. auct.: bene per contemptum -a, cum ea sint -a, quae non silvestri, sed humano usui aluntur *eqs.*). SEN. benef. 4, 20, 3 aves *quaedam* ... lassa morbo -a et casura e proximo speculantur. nat. 3, 27, 14 *in diluvio* -s omne ... mersum est (*antea nominantur* oves et lupi *sec. Ov. met. 1, 304*). epist. 58, 22 homines, -a, res. 92, 6 voluptas bonum -is est. MIN. FEL. 30, 6 edulium -um in cibis sanguinem *non novimus.* VET. LAT. gen. 3, 1 (Isid. orig. 12, 4, 43) serpens ... erat sapientior omnibus -bus (*var. l.* animantibus) terrae (*gr. τῶν θηρίων, Lucif. Athan. 2, 32 l. 5* bestiarum, *Vulg.* animantibus). ARNOB. nat. 4, 26 p. 232, 17 *Saturnus* induisse formam feri et sub -is specie ... evolavisse. AMM. 31, 2, 3 *ut Huni* semicruda cuiusvis -is carne vescantur. *al.*

II *ponitur cum respectu hominum* (*Panum* STAT. *l. 58sq.*): **A** *generatim*: **1** *usu vario* (*saepius per convicium*): PLAVT. Truc. 269 (*servus de ancilla*) pudendumst vero clurinum -s. HOR. sat. 1, 3, 100 (*de primis hominibus*) cum prorepserunt primis animalia terris, mutum et turpe -s. epist. 1, 19, 19 o imitatores, servum -s. PROP. 2, 16, 8 stolidum pleno vellere carpe -s, *sc. rivalem divitem.* SEN. dial. 7, 5, 2 *tales* homines, quos in numerum -um et animalium redegit hebes natura *eqs.* STAT. Theb. 6, 112 Pales Silvanusque ... semideumque -s, *sc. Panes* (*cf.* silv. 2, 3, 25 arcebo rapinis hoc petulans foedumque -s, *sc. Pana*). APVL. met. 10, 33, 1 quid ergo miramini, vilissima capita, immo forensia -a, immo vero togati vulturii ...? IREN. 5, 8, 2 in consuetudine huiusmodi homines iumenta et -a irrationabilia dicimus (*cf.* 5, 8, 3 prophetae ... iumenta et feras dixerunt *eos,* consuetudo autem -a et irrationales interpretata est). COMM. instr. 1, 34, 5 (*ad paganum*) homo, tu frater, noli -s esse ferinum (1, 34, 7 non ... -s nec besteus). **2** *in comparationibus* (*cf. p. 956, 8. 40sqq.*): ACC. praetext. 32 vide, ne quem tu esse hebetem deputes, aeque ac -s. SALL. Catil. 58, 21 *ne* potius sicuti -a trucidemini, quam virorum more pugnantes *vincamini* (*cf.* hist. frg. 4, 67 vicem -um obtruncabantur. PS. SALL. rep. 1, 4, 1 plebem Romanam ... -is modo conscissam. LIV. 28, 16, 6 trucidatio velut -um fieri. 38, 17, 6 *Romani Gallos* -um in modum consternatos caedunt fugantque. *al.* TAC. ann. 4, 25, 2 *hostes* -um modo trahi occidi capi. *al.*). Iug. 18, 1 *eis* cibus erat ... humi pabulum uti -bus. or. Macri 6 more -um vos multitudo singulis *dominantibus* habendos fruendosque praebetis. LIV. 22, 14, 8 nos hic -um modo per aestivos saltus ... exercitum ducimus. 27, 41, 10 -um modo incompositos toto passim se campo fudisse. 40, 27, 12 -um modo fugientes. SEN. Herc. f. 478 -um ... ritu virginum oppressi greges. dial. 7, 1, 3 ne -um ritu sequamur antecedentium gregem. CVRT. 3, 11, 17 agebantur ... a tam paucis -um modo. 8, 14, 30 -um modo magis pavidi quam infesti ultra aciem exigebantur. CE 97, 1 (*saec. II*[1]) ne more -is otio transfungerer. CLAVD. 26, 44 in -um morem formidine clausi. CARM. de resurr. 100 -um sine nomine ⌞pendere statu⌟ *homines in iudicio* (⌞ ⌟ *Waszink,* pandere flatum *sim. trad.*). *al.*

B *speciatim*: **1** *per imaginem gregis et pastoris (cf. p. 952, 61)*: **a** *usu pagano*: CATVLL. 63, 13 (*Attis ad comites*) ite, Dindymenae dominae vaga -a (pectora *trad.*). **b** *usu christiano*: VET. LAT. Ezech. 34, 23 (Aug. civ. 18, 34) suscitabo super -a mea pastorem unum (*iam inde a 34, 11 agitur de ovibus, -bus gregibusque dei*). I Petr. 5, 2 (Epiphan. in euang. 52 p. 130, 10; *ad seniores*) regite, quod in vobis est, -s domini ([*gr. τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον, Vulg.* gregem]. TERT. adv. Marc. 5, 1 p. 569, 28 *Paulum* prima aetate vastaturum -a d.). IVVENC. 2, 435 pergite qua patrii -is custodia labat (*sec. Matth. 10, 6* oves). 2, 622 quisque meis gregibus cogendis liber aberrat, dissicet ille mei -is ... pastus (*sec. Matth. 12, 30*). RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 136, 31 gentes ... cunctae, quae velut -a sub angelis pastoribus constitutae sunt. EVGIPP. epist. ad Prob. p. 2, 15 hunc intellegibilem ad condiendos animos salem etiam -bus abiectissimis profuturum (*antea*: oves).

2 *technice de fetu humano, qui nondum homo sed animal habetur* (*de hac doctrina v. Dölger, Antike u. Christentum 5, 1936, 78sq. 230; ceterum cf.* GLOSS.[L] II Philox. PE 11 *βρέφος.* GLOSS. *ἔμβρυον* [*quod in gr. infra respondere solet*]. *in var. l. pro* fetus VET. LAT. IV Esdr. 4, 40, infans SORAN. p. 92, 20): TERT. adv. Marc. 4, 21 p. 491, 2 (*de Christo Marcionis*) non caro habitus ante formam, non -s dictus post figuram, non decem mensium cruciatu deliberatus, *eqs.* FIRM. math. 3, 6, 12 *mulier* difficile edit partum, ut intra viscera eius laceratum -s a medicis proferatur (7, 2, 8). 6, 31, 75. ZENO 1, 5, 3 sepelitur ... matris iam non in utero sed sepulcro incognitum -s. MARCELL. med. 7, 23 si -s intra uterum habuerit inmortuum. SORAN. p. 10, 10 concepti -is (*var. l.* pecudis) ... gestatio. p. 16, 23 *ne* -s iam perfectum foris excutiatur (LEX Sal. Merov. 104, 4. 5. 10). p. 73, 14 iam formatum sed sine anima ... -s (*seq.* infans). p. 92, 14 *si* ipsum -s mortuum sit (p. 92, 18, *ubi* ipse *codd.*). p. 94, 1 duplicatum -s. *al.* HIPPOCR. aphor. 5, 31 *mulieres,* quibus maius (*var. l.* maior) -s est. 5, 45. 5, 52 si ... lac multum de mamillis manaverit, debilem (*var. l.* -e) significat -s, sin vero ..., salubrem (*var. l.* -e) significat -s (*var. l.* infantem). PS. APVL. herb. tit. morb. l. 132 -s mortuum (herb. 62 l. 2). herb. 62 l. 4. THEOD. PRISC. gyn. 24. 25 venientia -a. 26. CASSIOD. anim. 9 l. 12 *medici* quadragesimo die humanum ac mortale -s animam dicunt accipere. ORIBAS. eup. 2, 1 B 9 Aa (*item* La) p. 445 *herba quaedam* in utero -s corrumpit et mortuum extrahit. *et saepius in eodem capitulo.* 4, 112, 14 Aa p. 622 servat ... sideretis herba -s (*La* infantem non permittit abortari).

III *in explicatione allegorica*: SCHOL. Verg. Bern. ecl. 3, 3 -s allegorice agrum vel cives Mantuanos spoliatos significat. AVG. conf. 5, 3, 4 *indagatores naturae quidam non* trucidant ... luxurias suas sicut -a campi (*subest* psalm. 8, 8 [*v. p. 953, 20*], *quem explicat* AVG. in psalm. 8, 13 l. 20 -a ... campi congruentissime accipiuntur homines in carnis voluptate gaudentes). in psalm. 8, 1 vinacia ... -bus proiciet, ut ventres -um pro poenis gehennarum ... intellegere liceat. 106, 13 l. 57 iumenta et -a dicuntur in ecclesia simpliciter ambulantia, sed utilia, non multum docta, sed fide plena. 134, 18 l. 37 homines intellego spiritaliter significari tamquam doctos ..., -a vero indoctos (*sim.* EVCHER. form. 4 p. 28, 10 PROSP. in psalm. 134, 8). 146, 18 ('dat -bus escam') -a ista dicit greges dei (*cf.* PROSP. in psalm. 146, 9 iumentorum et -um nomine significatur multitudo plebis *eqs.*).

deriv.: pecoralis, pecorarius, pecoratus, pecorinus, pecorosus, pecusculum, *?* pecusius.

cf. Onom.

2. [※] **pecus,** -udis *f.* (*m. et n. v. infra*). [*cf.* pecu; *de formatione v. Leumann, Gramm. 1977, 392. Sch.*] *de origine*: VARRO ling. 5, 95 quod in pecore pecunia tum pastoribus consistebat et standi fundamentum pes ...; a pede -em appellarunt. ISID. *p. 955, 21.* *scribitur* pequ- LEX agr. (CIL I[2] 585) 14 (*sed* pecu- *ibid.* 26). *in textu graeco, partim graece partim latine scriptum et flexum* THEOPHIL. inst. Iust. 4, 3, 1. 4, 3, 13 sq. *al.* NOT. Tir. 41, 1 -es. *de genere*: PRISC. gramm. II 163, 21 in 'us' correptam tertiae declinationis nomina neutra sunt ...; excipitur ... 'pecus', quod femininum 'haec -s -is' declinatur, teste Capro neutrum 'hoc pecus pecoris' (*sim.* II 270, 3 sq.). II 171, 4 'hic' et 'haec' et 'hoc pecus' Ennius in Nemea (scaen. 296): '-i dare vivam marito'. potest tamen figurate hoc esse prolatum, ut si dicam 'aquila maritus'. *item masc. vel neutr. probatur attributis sim.*: APVL. met. 8, 15, 6 inertissimorum (-arum *Pricaeus*) -um. VLP. dig. 47, 2, 48, 5 in -bus ... et in fetu eorum. HIER. epist. 11, 4 morbidi -is (morbidae *et* pecoris *var. ll.*). RVFIN. Orig. in num. 14, 3 p. 126, 20 muti -is.

[Hillen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ps. Theod. Prisc. add. p. 341, 14 -em ... creatum. Oros. hist. 7, 37, 16 vilissimorum (-arum *var. l.*) -um. Salv. gub. 7, 18 Ennod. carm. 2, 124, 10 Cassiod. hist. 6, 2, 2 Ven. Fort. Mart. 3, 301. 3, 311. *v. etiam l. 10. p. 959, 48. 50.*

de formis: nom. et voc. sing. deesse contendit Char. gramm. p. 118, 27, *sed exstat apud* L. Caes. *l. 69.* Iren. 2, 17, 2 (*iuxta formam obliquam ut* Svlp. Sev. chron. 1, 18, 5). Philo quaest. in gen. 4, 185 -s infructuosa; *exempla huius formae inter f. et n. ambigua, e. g.* Colvm. 6, 34, 2 Vlp. dig. 9, 2, 29 pr. Tert. patient. 3, 7, *huc traxi, si unum animal significatur neque forma obliqua nominis neutri iuxta ponitur. nom. acc. plur. n.* -da *testatur* Non. p. 159, 5 pecua et -da ita ut pecora veteres dixerunt (*affert* Acc. trag. 409 Sisenna hist. 76 Cic. rep. 4, 1). *formae stirpis* pecod- (*sec.* 1. pecus *? maxime in gen. pl.*): Tert. apol. 16, 5 (*vulg.*, -u- Φ). Vet. Lat. psalm. 103, 14 (cod. 189). Cens. 5, 2 (*cod. C saec. VII*). Ivvenc. 1, 158 (*cod. C saec. VIII*). Firm. err. 6, 8. 13, 4. 27, 8. Hier. epist. 52, 10, 2 (*recc.* -u-). Rvfin. Orig. in gen. 2, 5 p. 36, 7 (*cod. P saec. VII/VIII*). Plin. phys. Bamb. 7, 6 *al.* *de mensura*: pec- *producit* Cypr. Gall. num. 772 *initio versus; de* -us *v. p. 954, 67.* *de notione et differentia*: Non. p. 158, 32 (*cf.* Gloss. V 646,6) non solum quadrupes animal, verum omnia animalia -es dicuntur (*affert p. 918, 30. 952, 63sq. 958, 51 et* Verg. georg. 4, 327, *quod vix recte ad apes refert*). *sim.* p. 460, 2, *ubi praeter* Verg. *laudat* Varronem *p. 958, 50.* Isid. orig. 12, 1, 6 veteres ... in significatione omnium animalium pecora dixerunt; -es autem tantum illa animalia quae eduntur, quasi pecuedes; generaliter autem omne animal pecus a pascendo vocatum. Diff. ed. Uhlfelder 13 -es tantum oves accipimus, pecora autem mixtura omnium animalium est (*sim.* Diff. ed. Beck p. 75, 10). Synon. Cic. p. 424, 28 ferae. bestiae. quadrupedes. animalia. mutae. beluae. armenta. greges. ovilia. -es. pecora. Gloss. iurispr. *ἄδετ Π* 69 pecudon: *πεκούδων· ἀγεληδὸν βοσκομένων.* Gloss. *πρόβατον, βόσκημα, κτῆνος, θρέμμα.* Gloss.^{L} I Ansil. pe 52 -es: animalia quadrupedia. *v. etiam p. 957, 39sq. 945, 60sq. 954, 24.* *legitur inde a* Lege Aquilia, Plavto, Enn., Catone, Lvcil., *apud plerosque rarius quam* 1. pecus (*aliter imprimis* Plavt., Cic., Lvcr., Manil.); *aetate posteriore omnino rarescere videtur; plura v. sub* 1. pecus. [*confunditur in codd. cum* 1. pecus Verg. georg. 4, 327 Manil. 4, 184 Stat. Theb. 12, 239. Tert. apol. 22, 10 -is (*vulg.*, pecoris Φ; *vice versa* 9, 14). *al., v. etiam p. 945, 67; falso vel dub. trad.* Naev. trag. 54 (-bus *pro* pedibus). Caecil. com. 93 (*v. p. 918, 36*). Manil. 2, 709 in -es errat (in peius deerrat *Housman*). Ps. Qvint. decl. 13, 15 (*del. Winterbottom*).]

I *de singulis animalibus*: **A** *mansuetis, domesticis. significari videntur saepe fere quadrupedes, quae gregatim pascuntur, e. g. l. 52. p. 956, 12. 957, 17; saepe in contextu occurrit pastor; non ad -es pertinet canis* (*v. e. g.* Val. Fl. 3, 335 Vlp. dig. 9, 2, 29, 6 Filastr. 88, 7). *notiones peculiares: per synecdochen de extis p. 956, 1sq., de uberibus p. 956, 43, de vellere p. 958, 6; conviciose de homine p. 956, 17. 958, 13; in interpretatione allegorica p. 957, 28 et* Verec. in cant. 2, 3 intellectuales -es, sine dubio daemones.

1 *ponitur sine respectu speciei*: **a** *usu vario*: *α -s affertur inter possessiones hominum* (*notabiliora; saepius iuxta ponuntur servi*): Lex Aquilia (dig. 9, 2, 2 pr.) si quis servum servamve alienum alienamve ⌊quadrupedemve -em⌋ iniuria occiderit *eqs.* (⌊⌋ *ita Hotomanus* [*cf. Basilica τετράποδον ἀγεληδὸν βοσκόμενον*]; q. vel -em *tradunt dig.*; q. quae -um numero sit *praebet* Gaius inst. 3, 210. *explicat* Gaivs dig. 9, 2, 2, 2 quadrupedes, quae -um numero sunt et gregatim habentur, veluti oves caprae boves equi muli asini [*postea adduntur* sues, *sed excluditur* canis]. *sim.* Inst. Iust. 4, 3, 1). *ibid.* (dig. 9, 2, 27, 5) ceterarum rerum, ⌊praeter hominem et -em occisos⌋ *eqs.* (⌊⌋ *del. Pernice. inde* Gaivs inst. 3, 217. 3, 219 Vlp. dig. 9, 2, 27, 6). Cic. top. 27 fundum, aedes ..., mancipium, -em *eqs.* rep. 1, 27 agros ... et aedificia et -es *eqs.* ad Q. fr. 1, 1, 24 qui servis, qui mutis -bus praesit. Varro ling. 5, 37 -um ac pecuniae ... fundamentum *est ager.* Liv. 3, 38, 3 hominum atque -um ... praedas (*al. v. vol. X 2, 524, 21sq.*). Gaivs dig. 22, 1, 28 pr. in -um fructu *sunt fetus, lac, lana.* dig. 41, 3, 36, 1 *si quis* partum eius, *sc. ancillae,* existimans suum esse, quia et fetus -um ad fructuarium pertinet, alienaverit (*sim. al.*). Gell. 9, 4, 8 arbores, segetes ..., infantes ..., equos, -es ... opimas. Vet. Lat. Tob. 10, 10 (cod. 86) dimidiam partem omnis substa(n)tiae suae in pu⟨eris, in p⟩uellis, in -bus, in pecunia multa (*cod. 109 al.* et boves et oves et camelos; *sim.* Vvlg.; *codd. gr. praebent varias series*). Mod. dig. 32, 81, 2 -bus ... legatis et boves et cetera iumenta continentur (*distinguitur* armentum). *al.*

β -s adhibetur in rebus sacris (*v. etiam infra p. 957, 71sqq.*): L. Caes. Prisc. gramm. II 270, 5 si sincera -s erat. Cic. div. 2, 30 (*agitur de haruspicina*) -um exta ([*postea*: aliae -is iecur]. Verg. Aen. 4, 63 -um ... consulit e. *cf.* 10, 176 -um fibrae [*al. v. vol. VI 1, 642, 82sqq., ubi addas* Cvrt. 9, 4, 29 Stat. silv. 4, 8, 2]. Sen. nat. 2, 32, 4 -um viscera). Verg. Aen. 4, 201 -um ... cruore pingue solum *templi* (*al. v. vol. IV 1244, 15sqq.; ceterum cf.* Lact. inst. 5, 19, 30 sanguis -um [6, 2, 9. *al.*]). Ov. fast. 1, 323. Manil. 4, 914 -um mortes aviumque attendere cantus.

Pavl. Fest. p. 85 Feralia ... a feriendis -bus appellata. Val. Fl. 1, 28 -um, *sc. extorum,* ...monitus. 3, 335 *in funere regis* vadit sonipes ... nec turba canum -umque morantur. Sil. 13, 493 -es imponere flammis. Stat. Theb. 5, 175. Min. Fel. 27, 2 *daemones* hostiis -um saginati (*al. v. vol. VI 3, 3047, 20sq.*). Rvfin. Orig. in num. 16, 7 p. 147, 25 *daemonum* dirigentium vel avium vel -um vel fibrarum motus *eqs. al.*

γ -s est exemplum stuporis, stultitiae (*cf. p. 959, 31sqq. 959, 72sqq.; v. etiam Otto, Sprichw. n. 251*): Ⓘ *opponitur aut comparatur homo*: Cic. Catil. 2, 20 *ut mala* ista non modo homines, sed ne -es quidem mihi passurae esse videantur. fin. 2, 40 ut ... -em ad pastum et procreandi voluptatem hoc divinum animal, *sc. hominem,* ortum esse voluerunt *Cyrenaici.* Att. 1, 16, 6. 7, 7, 7 idem *agam* quod -es, quae ... sui generis sequuntur greges *eqs.* (*cf.* Lact. inst. 2, 7, 4 -um more ducuntur). Vet. Lat. psalm. 72, 23 (cod. 303 *al.*) velut -s factus sum apud te (*gr. et alias vers. v. vol. VII 2, 648, 3sqq.*). Porph. Hor. serm. 2, 3, 53 ut -s, id est stultus. Lact. epit. 52, 9 stultissimi ... et -bus aequales. Max. Tavr. 81, 4 stolidior -e. Ⓘⓘ *ipse homo -s appellatur* (*v. etiam p. 958, 13*): Cic. har. resp. 5 quid ... hunc *Clodium* persequar, -em ac beluam, pabulo inimicorum ... corruptum. Pis. 19 istius -is ac putidae carnis (*postea*: in hoc maiali. *item de Pisone*: Pis. 72. frg. 14 *te* mater -em ... non hominem effuderit [*var. l.* beluam]). Phil. 2, 30 stuporem hominis vel dicam -is attendite. 8, 9. Arnob. nat. 1, 64 p. 61, 13 *admiramini,* qui -es vos esse ... praedicant. Lact. inst. 1, 17, 8 *id* qui non intellegit, -em se fatetur. Avg. serm. 166, 2 irati dicimus alicui: -s es. Max. Tavr. 81, 4 nonne ... -s est qui non intellegit, quid illi inmineat?

δ cetera exempla (*selecta post* Cic.): Plavt. Pseud. 825 quas herbas -es non edunt, homines edunt, *sc. tamquam condimenta.* Acc. trag. 409 -a in tumulis deserunt. Lvcr. 2, 876 vertunt se ... pabula ... in -es, vertunt -es in corpora nostra naturam (*item homines carne -um vescuntur*: Cic. Tusc. 1, 69 Val. Fl. 4, 341 Stat. Theb. 1, 523 Tac. ann. 14, 24, 1. *al.*). 6, 243 exanimare homines, -es prosternere passim. *al.* Cic. leg. 1, 25 *homini creata sunt non* solum ea quae frugibus et bacis terrae fetu profunduntur, sed etiam -es (*similiter iuxta ponuntur fruges, arbores frugiferae*: nat. deor. 2, 130. Verg. georg. 2, 150 *in Italia* bis gravidae -es, bis pomis utilis arbos. 4, 327 Liv. 38, 17, 10. *al.*). nat. deor. 2, 14 praeter naturam hominum -umque portentis *terremur* (*agitur de prodigiis sim. ut*: div. 1, 93. 2, 60. Verg. georg. 1, 478 -es ... locutae [Filastr. 88, 7 Clavd. 18, 3]. Lvcan. 1, 561. *al.*). *al.* Varro rust. 2, 1, 10 a -bus alii multi *cognominantur.* Verg. georg. 3, 471 -um pestes. Cvlex 413 -um custos (*cf.* Manil. 4, 27 -um ... magistri). Liv. 5, 44, 7 vinctos somno velut -es trucidandos tradidero (*cf.* Vell. 2, 119, 2 *exercitus* more -um trucidatus. Sen. Ag. 974 more -um colla resecari placet. Cvrt. 5, 13, 19 agmen *captum* -um more ... agebatur. *sim. al.*). Lvcan. 4, 314 *sitientes* distentas siccant -es (*sc. earum ubera; cf. vol. V 1, 1514, 55*). Colvm. 2, 14, 1 *stercus,* quod ex avibus ... hominibus ... -bus confit. 2, 14, 7 viduus -bus ager (*postea*: greges quadrupedum). 11, 1, 18 *optimus pastor* e grege nullam -em patitur ... relinqui. *et saepe.*

b *opponuntur vel distinguuntur animalia non mansueta (ceterum saepius etiam homines); nominantur genera animalium*: *α bina*: Ⓘ *opp.* ferae (ferinus *l. 53, v. etiam l. 64 et p. 960, 7*): Lvcr. 1, 14 ferae -es persultant pabula (*asyndeton intellegunt Ernout aliique,* ferae et -es *Bentley, v. Kollmann, Hermes 102, 1974, 355*). 5, 1059 -es mutae, ... saecla ferarum. Cic. Tim. 45 *sceleratus* in ... figuras -um et ferarum transferetur *post mortem* (*gr. 42^{C} θήρειον φύσιν. cf.* Ov. met. 15, 458 in ... ferinas ... ire domos -umque in pectora condi). Verg. georg. 2, 340. 3, 480. Ov. am. 1, 10, 25 sumite in exemplum -es ratione carentes: turpe erit ingenium mitius esse feris. met. 11, 600 non fera, non -es, non ... rami ... *neque homines* sonum reddunt. Liv. 3, 47, 7 -um ferarumque ritu promisce *concumbere.* Manil. 2, 156 (*in zodiaco*). 4, 739. Sen. epist. 124, 22 -bus ... ferisque (*antea et postea*: mutis animalibus). Colvm. 1, 3, 12. *et saepius. enumerantur animantia per gradus*: Serv. ecl. 5, 21 fleverunt nymphae ... homines ... -es ... ferae. Arator act. 2, 805 pars hominum, -es ... feris. Ⓘⓘ *opp. alia*: Eleg. in Maecen. 1, 98 *tempora* homines, -es, ... moderantur aves. Manil. 2, 99 -es et muta animalia ..., cum maneant ignara sui legisque (Gell. 19, 2, 3 in -um ferorumque a. numero. Cypr. epist. 66, 6 brutae -es et muta a. Prvd. c. Symm. 2, 874. *al.; cf. p. 958, 42*). Sen. dial. 7, 9, 4 -bus ac beluis laxior est *venter quam homini* (Lact. inst. 3, 8, 10. *-es sunt pars beluarum*: Cic. off. 1, 105 -bus reliquisque b. Arnob. nat. 2, 16 p. 85, 15). Mela 1, 41 *velatur* vulgus bestiarum -umque pellibus (Tert. apol. 16, 5 patient. 4, 3 Lact. ira 12, 3. *al.*).

β trina: Cic. nat. deor. 2, 99 quae ... genera bestiarum vel cicurum vel ferarum, qui volucrium lapsus ..., qui -um pastus, quae vita silvestrium (*cf.* Calp. ecl. 2, 10 omne genus -um, genus omne ferarum et quodcumque ... ferit aera pennis. Sil. 15, 86. Stat. Theb. 10, 141 volucres -esque ferasque. *al.* Min. Fel. 34, 7 -es aves beluas. Tert. orat. 29 p. 200, 5 orant -es et ferae; *postea*: aves. *al.*). Sen. epist. 108, 20 in his -bus ferisve aut aqua

[Hillen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mersis (*cf.* TERT. anim. 33, 9 volucrem ... -em ... piscem). LACT. inst. 6, 18, 22 -es ... et serpentes ac ferae (*cf.* FILASTR. 124, 1 -es et bestias et serpentes. *al.*).

γ plura: VERG. georg. 3, 243 genus ... hominumque ferarumque et genus aequoreum, -es pictaeque volucres (*eadem quattuor*: OV. Pont. 1, 6, 52 columbae ..., ferae, -es ..., mergus. CARM. de resurr. 52. 68). DRAC. laud. dei 1, 58 fera belua, piscis ..., cornipes -es volucresque. ARATOR act. 1, 907 genus volucrum -umque, ferarum reptiliumque.

2 *refertur ad species plures*: **a** *species antea nominatae voce q. e.* -s *comprehenduntur*: LEX agr. (CIL I² 585) 26 boves, equ⟨os ..., que⟩i numerus -um *eqs.* VERG. Aen. 12, 174 tempora ... notant -um *immolandarum* (*170* fetum suis ... *et* bidentem). PAVL. FEST. p. 237 duarum ovium et XXX boum; ... quae -es *eqs.* SEN. Oed. 564 (*556* bidentes ... atque ... boves). COLVM. 6, 19, 1 ut et tutus accessus ad -em medenti sit (*antea*: iumenta bovesque).

b *accedunt attributa* maiores, minores: LEX agr. (CIL I² 585) 14 quei in agrum compascuom -es maiores non plus X pascet (*ibid. in lacuna suppl.* -es minores). VARRO rust. 2, 1, 12 de minoribus -bus ... de pecore maiore (*e contra* COLVM. 2, 17, 6 sq. minora pecora ... maiores -es). 2, 10, 1 ad maiores -es ..., ad minores *eqs.* (*sim.* COLVM. 2, 14, 8 *et inde* PLIN. nat. 18, 194). *huc pertinere videtur* COLVM. 11, 2, 14 agni et reliqui fetus -um nec minus maiora quadripedia ... signari debent.

c *distinguuntur vel opponuntur*: *α* iumenta: SISENNA hist. 76 iumenta, -a locis trepidare compluribus. PLIN. nat. 31, 88 (*v. sub β*). LACT. inst. 2, 5, 35 i. et -es et cetera genera bestiarum et avium et piscium. VVLG. gen. 9, 10 tam in volucribus quam in i. et -bus terrae cunctis ... et universis bestiis terrae. RVFIN. Orig. in num. 26, 7 p. 254, 16 (*ad num. 32, 1*) qui 'i.' et '-bus', id est crassis et stolidis sensibus, abundant. Orig. princ. 2, 8, 1. *β* armenta (*alia v. p. 960, 21. 28*): LVCR. 4, 1198 volucres a. feraeque et -es et equae (*sim.* 5, 228). VERG. georg. 4, 223 -es a. viros, genus omne ferarum (SERV. auct.: more suo -es et a. divisit ut alibi [*sc. georg. 1, 3*]). OV. met. 8, 296 non has, *sc. -es,* pastor ..., non armenta ... possunt defendere tauri. 15, 84 SEN. Oed. 145. PLIN. nat. 31, 88 -es armentaque et iumenta. *al.* *? γ* oves: CYPR. hab. virg. 17 tamquam contactas oves et morbidas -es a ... puro grege ... arceri (*nisi syn. ut fortasse etiam* COD. Theod. 9, 30, 2 lanigerarum ovium -umque custodibus).

3 *refertur ad species singulas* (*huc inseruimus nonnulla, quae sec. contextum de certa specie agunt, etiamsi vox ipsa notionem latiorem adhuc servare videtur, e. g. infra l. 54. 71*): **a** *ad speciem ovillam* (GLOSS. -es: *πρόβατα*, oves, *cf. p. 955, 23. 960, 31; ovis adulta significari videtur, ubi opp. vel disting. agnus vel aries, e. g. l. 43. 48*); *species indicatur vel colligi potest*: *α attributis appositis*: ENN. ann. 186 balantum -es (LVCR. 2, 369 norunt ... agni ... b. -es. *cf.* IVV. 13, 232 -em ... balantem). LVCR. 2, 318 lanigerae ... -es ([*seq.*: agni]. *al. v. vol. VII 2, 930, 42 sqq.*).

β aliis vocibus, quae pertinent ad speciem ovillam: Ⓘ *appositis vel oppositis*: ACC. trag. 211 agnum inter -es *Atrei* (*v. l. 43 et cf.* PLIN. nat. 30, 88 sanguis -um ..., item fel ..., praecipue agninum [*sim.* 30, 112]). PLIN. nat. 30, 28 pulmones arietum -umque (*inde pendent*: PLIN. med. 3, 30, 4 pulmones -um. *Marcell. med. 19, 59* pulmo ovillus). 30, 55 femina -um ..., caseus ovillus ..., sebum ovium. 30, 108 sordes ex -um auriculis, sebum ovium vetus ..., sebum arietis. 30, 120 -um pulmo, praecipue ex ariete. *sim. al., maxime apud* PLIN. nat. *in libris* 29 *et* 30. Ⓘⓘ *in contextu variantibus*: VARRO rust. 2, 9, 5 consuetudo *canum* firmior *est,* quae fit ad pastores, quam quae ad -es (*antea*: oves sequentur. *cf.* VERG. Aen. 3, 656 inter -es [*660* oves]. PLIN. nat. 29, 35. TERT. pudic. 7 p. 230, 24 interpretatio -is illius [*p. 230, 21* ovis perdita]). OV. met. 15, 580 sustulit ... a -is fibris *oculos* (*575* bidentum. *sim.* STAT. Theb. 3, 456 sq.). *al.* LIV. 21, 45, 8 caput -is saxo elisit (*antea bis*: agnum). COLVM. 7, 3, 9 omni ... -i (*7, 3, 8* ovibus; id pecus; *7, 3, 10* oves; in pecore. *similia saepius in capp.* 7, 3 *et* 7, 5). *sim. al.*

γ textibus, qui circumscribuntur, vertuntur sim.: HOMER. 488 lupus ... -es cum vidit (*gr. Hom. M 301 et 303 μῆλα*). GELL. 14, 6, 4 singulas -es in singulos annos terna parere (*sec. Hom. δ 86 μῆλα*). TERT. apol. 22, 10 testudinem decoqui cum carnibus -is (*cf. Herodot. 1, 47, 3 ἅμ' ἀρνείοισι κρέεσσιν*). anim. 13, 3 *animam* bonus pastor pro -bus suis ponit (*sec. Ioh. 10, 11 ὑπὲρ τῶν προβάτων*). LACT. epit. 67, 5 lupus inter -es errabit innoxius (*cf. inst. 7, 24, 8* ovem. *utrumque sec. Is. 11, 6* lupus cum agno). IVVENC. 2, 424 -es rectoris egentes (*sec. Matth. 9, 36* oves). HIER. epist. 11, 4 ob unius morbidi -is salutem (*sec. Luc. 15, 4* oves). *al.*

δ alia ratione: Ⓘ *de animali*: LVCIL. 974 uti -em te asinumque denique nasci praestiterit. LVCR. 3, 52 nigras mactant -es *inferis* (VERG. Aen. 3, 120 taurum tibi *Apollini* ..., n. Hiemi -em. 5, 736. 6, 153 LYGD. 5, 33 SIL. 13, 406. *ceterum immolantur e. g.* VERG. Aen. 11, 199 [*iuxta bovem ut l. 72. p. 958, 2.* STAT. Theb. 11, 222]. PLIN. nat. 30, 16 -es ... quibus ... ater colos esset. *al.*). VARRO rust. 2, 1, 6 ipsas -es propter caritatem aureas habuisse pelles *eqs.* VERG. georg. 3, 368 intereunt -es, stant circumfusa pruinis corpora magna boum (*nisi comprehenduntur etiam capellae*). OV. epist. 6, 13 spolium -is servasse draconem (*item de Helles ariete*: fast. 4, 903 [*de sidere ut*: GERM. frg. 4, 50. 78 Phrixeae ... -is. 144. *de* 114 *v. p. 946, 2*]. SEN. Med. 983 -is auratae [VAL. Fl. 5, 490. 6, 19]. VAL. FL. 5, 189. 7, 54. *per synecdochen de vellere*: VAL. FL. 8, 75 Phrixeae -is ... custos [*cf. vol. IX 2, 1195, 48*]). Pont. 3, 8, 9 *Tomis* vellera dura ferunt -es *eqs.* PLIN. nat. 29, 59 adversus serpentium ictus efficacia habentur fimum -is *eqs.* (*sim. saepius in libris* 29 *et* 30 [*et apud scriptores inde pendentes*], *quae* PLIN. *in indice his verbis comprehendit*: 1, 29, 14–40 *remedia* ariete *tot* ..., -e *tot* [*sim.* 1, 30, 8–53]). *al.* Ⓘⓘ *conviciose de homine* (*cf. p. 956, 17*): TAC. ann. 13, 1, 1 *Iunius Silanus* segnis et ... fastiditus, adeo ut C. Caesar -em auream eum appellare solitus sit (*cf. Cass. Dio 59, 8, 5 χρυσοῦν ... πρόβατον*).

b *ad alias species*: *α caprinam*: LVCR. 5, 900 barbigeras -es. CVLEX 108 pastor -es cogebat (*104* capellas). OV. met. 10, 327 init -es caper. COLVM. 3, 10, 17 caprarium submittentem fetus earum -um *eqs.* MART. 8, 50, 13 (*de hirco ut*: ARNOB. nat. 5, 13 p. 165, 19 *in fabula Attidis* -es etiam fiunt ex maribus matres [*opp.* homines]. MARCELL. med. 23, 32). *β bubulam*: VARRO rust. 2, 5, 7 qui gregem armentorum emere vult, observare debet ..., ut sint eae -es ... integrae. VERG. ecl. 6, 49 non tam turpes -um ... ulla *filia Protei* secuta *est* concubitus (*sc. sicut Pasiphae*). COLVM. 1, 9, 2 *bubulcum* vastitas vocis ... metuendum -bus efficit (*postea*: boves). 2, 10, 22 praedictis -bus (*antea*: boves). *al.* MELA 1, 58 *Apis non* coitu -is ..., sed divinitus ... conceptus. VAL. FL. 4, 363 dilectae -i (*sc. Ioni; cf. 362* bovem). AVIEN. orb. terr. 287 non his *Numidis* mugitus -um strepit (*gr. 192 βοῶν*). SVLP. SEV. dial. 2, 9, 2 Martinus ... -em consistere iubet (*antea*: vacca. *de eadem*: VEN. FORT. Mart. 3, 301 cornigeri -is. *al. ibid.*). DRAC. laud. dei 3, 719 *Nabuchodonosor* inter prata -s *fuit* (*sec. Dan. 4, 22 sqq. ut* satisf. 34 mugitus -is verba fuere. 45). *al.* *γ equinam, asininam, mulinam*: SEN. Phaedr. 1088 sensere -es *Hippolytum eiectum esse* (*1055* equos, *1068* equi). CVRT. 6, 5, 18 *Bucephalam* Alexander non eodem quo ceteras -es animo aestimabat. COLVM. 6, 30, 1 (*postea*: equis). 6, 34, 1 (*inde* PALLAD. vet. med. 26, 1). 6, 34, 2 (*antea*: equae. *inde* PALLAD. vet. med. 26, 4). 6, 37, 2 (*de asino ut*: MIN. FEL. 9, 3 turpissimae -is caput, asini. RVFIN. Orig. in num. 14, 3 p. 126, 20). SIL. 16, 428 (*Durius ad equum*) discant, qui -um ducunt ab origine nomen (*opp.* divini ... seminis). PELAGON. *p. 952, 22.* RVFIN. hist. mon. 28. RVT. NAM. 1, 264 auctorem -em fons Heliconis habet. ENNOD. carm. 2, 124, 10 (*de mula*). *δ varias*: COLVM. 7, 10, 5 cum -es biberunt *aquam* (*sc. sues, cf. p. 960, 14. 20. 36 et* MACR. Sat. 1, 6, 30 restitui sibi -em [*antea*: scropha]). PLIN. nat. 11, 283 quaedam animalia et -es quoque in Africa quarto die bibunt (*cogitatur de camelis, cf. 8, 68*).

B *quibuslibet* (*sunt qui huc trahant locum mancum* ENN. scaen. 296 [*v. p. 954, 71*] *coll. Eur. Phoen. 441*): **1** *notione sollemni*: **a** *accedunt attributa genus quoddam indicantia* (*accedit gen. poss. l. 47, gen. explic. l. 51, cf. p. 957, 42*): *α varia*: PLAVT. Pseud. 834 sq. haec ad Neptuni -es condimenta sunt: terrestris -es cicimalindro condio (AMM. 22, 15, 14 exuberat Aegyptus ... -bus ..., inter quas t. sunt et aquatiles). VARRO Men. 489 anates remipedas buxeirostris -es. LVCR. 2, 343 (*inter varia animalia*) mutae (*v. vol. VIII 1734, 57 sqq.*) ... natantes squamigerum -es (2, 1083). MART. 5, 37, 5 politum -is Indicae, *sc. elephanti,* dentem. CARM. de resurr. 30 *deus* -es primum volucres procedere iussit (*seq.* piscibus; animalibus). CLAVD. 24, 316 *venari* cervos aliasque ... non saevas -es. carm. min. 9, 48 sagittiferae -is, *sc. hystricis.*

β quibus ferae et animalia domestica distinguuntur: Ⓘ *de eis, quorum species et ferae et mansuetae exstant*: VARRO rust. 2, 1, 5 genera -um ferarum (2, 2, 2. *v. vol. VI 1, 602, 57 sqq.*). Ⓘⓘ *de feris, quae vivariis clauduntur* (*v. etiam infra p. 959, 18. 71, ubi deest attributum*): COLVM. 8, 1, 4 -um silvestrium, quae nemoribus clausis custodiuntur, vivaria (9 praef. 9, 1, 5 eadem fere sunt -um s. pabula, quae domesticarum). 9, 1, 1 ferae -es, ut capreoli dammaeque *eqs.* (capp. 11 p. 69, 19). *huc pertinere videtur* APVL. met. 5, 1, 3 bestiis et id genus -bus (*cf. Fernhout, comm. 1949, ad l.*). Ⓘⓘⓘ *cetera exempla*: COLVM. 10 praef. 1 lactis copia ferinaque (ferineque *codd. vet.*) ac domesticarum -um carne (12, 52, 1 a d. -bus ferisve. *cf. l. 62*). HEGES. 1, 39, 1 p. 83, 2 inter indomitas -es (*antea*: bestias, feras; *gr. παρὰ θηρίοις*).

b *apponuntur vel opponuntur alia animalia ita, ut* -es *fere quadrupedes terrestres significare videantur* (*cf. et p. 960, 8*): *α aves tantum* (*cf. p. 956, 44 sq.*): VERG. georg. 1, 423 avium concentus in agris et laetae -es et ... corvi. Aen. 4, 525 tacet omnis ager, -es pictaeque volucres (*inde* STAT. Theb. 1, 339). 8, 27 animalia fessa ... alituum -umque genus. OV. fast. 4, 100. COLVM. 10, 210 hominum -um volucrumque cupido. STAT. Theb. 5, 349 densarum -um aut ... more volucrum *fugere.* TERT. adv. Marc. 5, 10 p. 606, 13. CLAVD. carm. min. 31, 17 nulla avium -um-

[Hillen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

que *negabat donum Orpheo nubenti* (*cf. 3* ferae ...: *et* volucres). *al.* **β** *aves et pisces vel reptilia*: VERG. Aen. 6, 728 inde hominum -umque genus vitaeque volantum et ... monstra *ponti.* TERT. adv. Hermog. 33, 1 ex terra herba et fructus et -es et *homo* ..., ex aquis natatiles et volatiles animae. NEMES. ecl. 4, 39 iam -es subiere nemus, ... *nulla* cantat avis, ... *non repit* serpens (*nisi ad A. de iisdem tribus* RVST. HELP. hist. testam. 16 reptilium -umque genus ... *et* volucres [*in visione Petri, cf. act. 10, 12* quadrupedia]. *al.*). Ps. PROSP. carm. de prov. 216 -es ... pisces ... volucres.

c *in universum*: **α** *exempla varia*: LVCR. 1, 116 an -es alias ... insinuet se *anima mortui* (*sim. in eadem re* LACT. inst. 7, 23, 2). 5, 919 mixtas ... inter se -es compactaque membra animantum. CIC. nat. deor. 2, 131 salutares non modo hominum, sed etiam -um generi, iis denique omnibus, quae oriuntur e terra, ventos (*sim.* Tim. 11 homines ... et -es et omnia, quae sub aspectum cadunt [*gr. θρέμματα*]). VARRO rust. 2, 1, 3 homines et -es ... semper fuisse (*cf.* VERG. Aen. 1, 743 hominum genus et -es [SERV. auct.: -es pro omnibus posuit]). VERG. georg. 3, 383 -um ... saetis *vestiuntur Scythae.* COLVM. 3, 10, 11 -es ... virgulta ... vitium genera. 9, 1, 6 *mansueta fera* cunctantis ad obiecta cibaria -es perducat (*antea: pabulum* ut intellegant ferae praeberi). SIL. 14, 631 in morem -um fudere cubilibus ... illaudatam animam. TERT. anim. 32, 10 divina pronuntiatio sapit -bus adaequans hominem natura, non substantia (*cf. 32, 9* hominem similem bestiae; *respicitur* VET. LAT. psalm. 48, 21 [Filastr. 7, 2 *al.*] homo ... comparatus -bus insensatis [*Vulg.* iumentis]). LACT. ira 7, 1. AVIEN. Arat. 630 *Orpheus* -es ... et flumina flexerat. CLAVD. 3, 302 *pestis* incipiens primos -um depascitur artus, mox populos urbesque rapit. rapt. Pros. 3, 42 -um si more pererrant avia *homines primae aetatis* (*seq.* vita ... indiscreta feris). AVIAN. fab. 6, 9 vulpes -um ridens ... quietem (*antea*: feras). DRAC. Orest. 96 *Dianae* mille dabo -es, cervos hircosque suesque ..., iuvencas. CAES. AREL. serm. 192, 2 *in eis, qui pellibus vestiti sunt,* magis cor -um esse quam formam (*antea*: habitum beluinum; similitudinem animalium). *al.* **β** *agitur de differentiis quibusdam, quae inter homines et -es exstant* (*v. etiam IIA2*): CIC. parad. 14 *voluptas* mihi vox -um videtur esse, non hominum (*postea syn.* quadripedem. *sim. agitur de voluptate*: ac. 2, 139 *virtus* -um illos motus esse dicit, hominem iungit deo. off. 1, 105 modo ne sit ex -um genere, *i. homo voluptatibus deditus. al.* LACT. ira 7, 2 quidam ... ipsis -bus similes. *al.*). nat. deor. 2, 156 *agriculturae nulla* -um scientia est (*opp.* hominum; *antea*: bestias). AETNA 224 non oculis solum -um miranda tueri more, *sed causas exquirere.* MANIL. 2, 530 *hominibus* cedunt -es, quod viribus ... consilium est maius (*528* ferarum. *cf.* LACT. inst. 1, 18, 4 maiores *vires* -bus. *sim. al. apud eundem*). SEN. dial. 7, 5, 1 saxa timore et tristitia carent nec minus -es. PLIN. paneg. 38, 7 nec uti inter -es, sic inter homines potestatem ... valentioribus dedit *natura.* SVET. Iul. 77 *non* pro ostento ducendum, si -i cor defuisset (*Polyaen. 8, 23, 33 ἄλογον ζῷον*). LACT. inst. 2, 9, 26 -es neque in caelum suspiciunt neque religionem sentiunt (*antea*: nos ... cetera ... animalia. *item religione carent*: 3, 10, 14. ira 7, 13). *al.*

2 *peculiaria quaedam*: **a** *i. q. fetus* (*eodem usu saepius* 1. pecus, *v. p. 954, 22, ubi exempla ambigua invenies*): SORAN. p. 84, 10 adprehenso -e (*p. 84, 2 et saepius* 1. pecus, *gr. resp. p. 138, 8sq. τοῦ ἐμβρύου*). Ps. THEOD. PRISC. add. p. 341, 14 emitte ex te -em de homine creatum. CASSIOD. in psalm. 57, 4 l. 67 *peccatores abortivis comparandi* tamquam tenerae -is fatuata mollities ... in perfidiae tenebras probantur abici. *?* **b** *i. q. daemon*: INSCR. Zeitschr. Pap. Epigr. 42, 1981, 264 (*saec. IV, litt. rudibus*) -s alia mala venet (*sic editor loco cit., daemonem vel monstrum intellegens* [*cf. p. 953, 3*]; ⟨Flac⟩cus aliam ul(l)am emet *legit Gudea, v. Année Épigr. 1984 n. 736*).

II *usu quodammodo collectivo* -s *significat animalia plura* (*praeter B1b non nisi sing., sc. vel repraesentativus vel vere collectivus [cf. p. 946, 70sqq.], ut ipsa vocis notio ad animalium multitudinem vel speciem pertineat, e. g. l. 64. 65. 67 et sub B1; nonnullis locis* COLVM. *et* PLIN. *codd. rec. vel edd. praebent plur. vel formas nominis neutri. de* VARRO ling. 5, 96 ex qua, *sc. -e,* fructus maior *eqs. v. Mus. Helv. 47, 1990, 228*): **A** *ponitur sine respectu specierum*: **1** *exempla varia*: PLAVT. Truc. 144 (*in imag.*) advorsum legem meam ob meam scripturam -em cepit. VARRO ling. 5, 109 *a frugibus sim.* ad -is carnem perventum est. rust. 2, 11, 2 *lac* quod fit ab hordeo ... -e pasta (*antea*: -um natura). CIC. nat. deor. 2, 35 in vite *et* ... in -e ... videmus *eqs.* (*nisi ad B2a*). COLVM. 6, 27, 13 id praecipue genus -is, *sc. equarum* (7, 2, 4 hoc -is genere, *sc. ovium. addas* FEST. p. 238 ⟨-is⟩ id genus [*sc. suis, si recte suppl. Ursinus*]. *iuncturam* -um genus *praebent e. g.* VARRO rust. 2, 1, 5 COLVM. 5, 12, 1). 9, 1, 4 (*in capitulo de includendis -bus feris*) ne spatiorum laxitas ... -i praebeat fugam. PLIN. nat. 16, 3 non -em his *Chaucis* habere, non lacte ali *contingit.* **2** *opponitur vel distinguitur homo* (*deus* LACT.): CIC. de orat. 2, 153 existumavi -is esse, non hominis ... non admovere aurem *Graecis litteris.* fin. 2, 111 summum -is bonum et hominis idem *esse* (*sim.* ac. 1, 6). Lael. 48 off. 3, 119. CAPER gramm. VII 99, 15 mammas esse hominis scito, at -is ubera (*plur. in sim. sententia* 99, 24). TERT. anim. 32, 10. VET. LAT. gen. 7, 23 (Aug. loc. hept. 1, 22) *diluvio deleta sunt omnia* ab homine usque ad -em et repentium et volatilium caeli (*dub., an gen. pendeant e* -em, *cf. gr. ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους καὶ ἑρπετῶν κτλ., Vulg.* pecus). LACT. inst. 3, 6, 2 omnia scire ..., quod est dei, ... omnia nescire, quod -is. COMM. apol. 36 *deus* hominem praeposuit arvis, non feram nec -em. MART. CAP. 5, 476 animal, quod refertur ad hominem, -em, avem, piscem ceteraque (*sim., sed duabus tantum speciebus distinctis*: BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 12 p. 108, 27 differentia ... facit h. vel -is speciem. 2, 14 p. 111, 2. *al.*). *al.*

B *ponitur cum respectu specierum, in quas dividitur genus animalium domesticorum*: **1** *accedunt pron. vel adi. ad species referentia* (*iuncturam plenam* genus -is *v. sub A1*): **a** *sing.*: CIC. fin. 5, 38 animum illi -i, *sc. sui,* datum pro sale, ne putisceret (*sim.* nat. deor. 2, 160 qua -e). VARRO rust. 2, 1, 13 ut bonum pares pecus, unum scire oportet, qua aetate quamque -em parare ... expediat; itaque in bubulo pecore *eqs.* (2, 1, 15 [*v. etiam l. 26*]. *cf.* 2, 1, 14 cognitio formae unius cuiusque -is). COLVM. 6, 2, 14 mores huius -is, *sc. boum* (7, 4, 3 in hac -e, *sc. ovibus.* 7, 6, 4 hanc -em, *sc. capras.* 7, 6, 5 huic -i [*sc. capris; var. l.* pecori. *antea*: generis huius]. 7, 9, 7 huic -i [*sc. subus; var. l.* pecori]). **b** *plur.*: LVCR. 1, 163 squamigerum genus et volucres ...; armenta atque aliae -es, genus omne ferarum (COLVM. 12, 3, 9 ovium aliarumve -um. PALLAD. 3, 26, 4). CIC. off. 2, 11 expertes rationis equi, boves, reliquae -es, apes ...; ratione ... utentium duo genera ponunt. VARRO rust. 1, 2, 18 quaedam ... -es culturae sunt inimicae ... ut ... caprae (*cf.* 1, 2, 20 *nullae* -es agri culturae sunt propriae). 2, 1, 17 qui potissimum quaeque -um pascatur. 2, 6, 3 *onagri* item ut ceterae -es (COLVM. 2, 10, 31. 6 praef. 7. 7, 4, 1 genus lanigerum c. -bus mollius. 7, 12, 1 de armentis ceterisque -bus. 8, 5, 24 in c. -bus, ... in hoc genere. 12 praef. 3 arb. 28, 4). COLVM. 6, 28 in omnibus ... -bus (7, 11, 3 sues ex o. ⌞-bus⌟ [*om. pars codd.*] impatientissimae famis *sunt*).

2 *nude*: **a** *refertur ad speciem ovillam*: COLVM. 7, 3, 25 (*in capp. de ovibus*) pruinosa herba -i glandiginem creat. PLIN. nat. 1, 29, 14–40 *et* 1, 30, 8–53 *v. p. 958, 10sq.* 3, 49 tam nobilia -i vellera, tam opima tauris colla. 8, 135 vellerum mollitia in -e. 11, 167 maribus plures *dentes sunt* quam feminis in homine, -e, capra, sue (*Aristot. hist. anim. 501 b 21 προβάτων*). **b** *refertur ad speciem suillam*: COLVM. 7, 10, 3 sub tecto -em continebimus et aquam ... quantam volent ... praebebimus (*inde* PALLAD. vet. med. 36, 3).

deriv.: pecudalis, pecudeus, pecud(i)arius.

cf. Onom.

pecusculum, -ī *n.* *a* 1. pecus *deminutive.* [*confunditur cum* pectusculum VVLG. num. 18, 18.] *i. q. pecus* (*parvum*): IVVENC. 2, 589 foveam si forte -a vestra inciderint, certe ... pecus ... tolletis vile profundo (*respicitur Matth. 12, 9* ovem).

? **pecūsius,** (-ī) *m.* *a* 1. pecus, *si genuinum.* *i. q. pastor*: GLOSS.ᴸ II Abav. PA 64 pastor: -us ('pecuosus *?*' *ed.*). PE 6 -us: pastor ('pecuosus *?*' *ed.,* pecuarius *Hildebrand*). II Philox. PE 3 pecu[o]s⟨i⟩us: *ποιμὴν ἀρχαίως* (*corr. Loewe, Glossae nominum, 1884, 104, stirpem* pecos-, pecus- *conservatam esse putans*). *Hillen.*

ped- *v. etiam* paed-.

peda, *acc. sing.* -am *f.* *a* pes. [*loco obscuro* ANTH. 19 l. 14 bene -am me hac pudori citimum colucari censete (*sic cod., quem alii aliter emendant, e. g.* -am ... collocare *Lindsay, GLOSS.ᴸ IV p. 9,* peda⟨tu⟩m me ac ... conlucatum *Shackleton Bailey*).] FEST. p. 210 -am vestigium humani praecipue pedis appellasse antiquos in commentariis quibusdam inveniri solet (*inde* PAVL. FEST. p. 211 -am vestigium humanum appellabant). *cf. Onom.* *Bl.*

*?***pēdalion,** (-ī) *n., πηδάλιον non nisi e coni. p. 961, 47; cf.* petalium.

pedālis, -e. *a* pes, *cf.* bipedalis *sim.* *scribitur* pud- *errore lapicidae p. 961, 15.* *abbreviatur in* INSCR. Marichal, La Graufesenque, *sc.* peda 7, 7, ped 17, 3. 8. 30, 5. 74, 7, pe 2, 6 sq. 11, 6, *?*p 46, 3. 79, 2. NOT. Tir. 58, 20 -e. INSCR. Marichal, La Graufesenque *linguam latinam nonnumquam sermoni vernaculo adaptantes praebent nom. vel acc. plur.* -es, -is, -i *nec non* -os (32, 4), *v. Marichal p. 77.* *legitur inde a* CATONE, CIC., *saepius apud* COLVM., PLIN. nat. *et in* INSCR. Marichal, La Graufesenque; *in versibus non nisi p. 961, 13.* [*subst. variarum notionum: it.* pedale *et var. dial.; sard. vet.* pedale; *raet. or.* pidal; *francog. vet.* peel; *hisp.* peal. *cf. M.-L. 6341. Battisti-Alessio IV 2816. Wagner II 240. Wartburg VIII 118. Corominas² IV 530. St.*]

1 *i. q. mensuram pedis exhibens* (*respic. pes hominis praeter p. 961, 31; de ipsa mensura p. 961, 26. 31; iuxta alia adi. mensurae l. 73. p. 961, 4sq. 20. 28*): **a** *de rebus variis*: CATO agr. 45, 1 *taleas,* quas in seminario saturus eris, -is facito ([*antea*: tripedaneas]. VARRO rust. 1, 40, 4 faciunt circiter -es. PLIN. nat. 17, 124 ne minores -bus *fiant*). CIC. fin. 1, 20 sol Democrito magnus videtur ..., *Epicuro* -is fortasse (ac. 2, 82

[Wenaweser]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

SEN. nat. 1, 3, 10. *cf.* TERT. nat. 2, 4, 15 Epicurus ... solis orbem -em deprehendit). CAES. Gall. 3, 13, 4 transtra ex -bus in altitudinem trabibus. civ. 2, 2, 3 -bus lignis coniunctis inter se porticus integebantur. VARRO rust. 3, 5, 14 stagnum cum margine -i. VITR. 10, 13, 5 arrectaria -ia in imo, in summo semipedalia (*cf. Athen. Mech. p. 12, 2 ποδιαῖα*). COLVM. 8, 15, 5 -ia in quadratum cubilia, quibus innidificent aves. arb. 30, 1 scrobiculis -bus factis (*cf.* PLIN. nat. 13, 132 scrobe [21, 21 PALLAD. 11, 11, 1]). 30, 2 rosam ... disponi per sulculos -es convenit (*cf.* PLIN. nat. 17, 146 -i sulco). PLIN. nat. 19, 141 -e aliquando conspicitur *caput brassicae cuiusdam.* 20, 96 lapsana ..., -is altitudine. 22, 91 condrion ... habet ... caulem minus -em (25, 85. 110). 32, 63 *ostrea* -ia. *al.* INSCR. Marichal, La Graufesenque 21, 4 catinos -es *centum. sim. saepe ibid.* PRIAP. 11, 3 traiectus conto sic extendēre -i, ut *eqs.* (*i. pene erecto, cf.* 28, 3 pedicabere fascino -i). EDICT. imp. Diocl. 7, 38 L. in q⟨u⟩aternione -i pergamen⟨i⟩ (*gr. μ⟨ονό-πουν⟩ restit. Heraeus*). 15, 90 G. laterem puda⟨l⟩em (*89* laterem bipedaneum). BOETH. anal. pr. 49b35 *lineam* -em ([*gr. ποδιαίαν*]. mus. 2, 3).

al. *masc. vel fem. pro subst.*: PLIN. nat. 36, 68 naves duas ... -bus (*sc. lapidibus vel trabibus*) ex eodem lapide ... oneratas.

b *de spatio, mensura*: *α adi.*: VITR. 10, 15, 5 aries ... habuerat longitudinem pedum CIV, latitudine in imo palmopedali, crassitudine -i ([bipedali *Krohn sec. Athen. Mech. p. 23, 11 ποδῶν β*]. PLIN. nat. 17, 47. 36, 186). COLVM. 3, 16, 2 quinque malleoli pangendi sunt per spatium -e (5, 9, 8 s. -e in circuitu. *al.* PLIN. nat. 32, 154). 4, 7, 3 *cum pampinus* excesserit -em longitudinem (PLIN. nat. 17, 157). 4, 14, 1 *cantherius non* editior esse debet -i altitudine (8, 3, 7 PLIN. nat. 17, 130. 20, 247. *cf. l. 10*). 5, **1**, 4 modus omnis areae -i mensura comprehenditur (5, 5, 9. 7, 3, 5. 11, 3, 44 PLIN. nat. 12, 95. 13, 79 CHALC. comm. 284. *al.; cf.* Ps. MAR. VICTORIN. gramm. VI 51, 9 metrum cubitale, -e, palmale). PLIN. nat. 17, 76 *ulmi serendae* intervallo -i (17, 148. 19, 150. 21, 21). CHALC. comm. 284 *aliquid* candidum -is proceritatis. *ibid.* est -is modi. *in re metrica*: SERG. gramm. IV 480, 6 dictus est pes, quod hoc quasi -i regula ad versum utimur mensurandum. *β subst.*: *neutr.*: CHAR. gramm. p. 391, 30 -e mensura est pedis, pedule vero sub pedibus praestat utilitatem. Ps. MAR. VICTORIN. gramm. VI 52, 11 cum -e vel libra metitur aliquid, est in illis uncia ..., est digitus *eqs.* *fem.*: VVLG. Ier. 51, 13 (*ad Babylonem*) venit finis tuus, -is praecisionis tuae (*v. Rönsch, Collectanea phil., 1891, 135*). GLOSS. Leid. Hessels 14, 30 -is: mensura in telo quando volunt incidere.

c *de homine, sc. per hyperbolen de pumilione*: SCHOL. Hor. sat. 1, 3, 47 Sisyphus -is fuit, quem Antonius dilexit (*cf. Porph.*: pumilio fuisse dicitur intra bipedalem staturam).

2 *i. q. pertinens ad pedem*: **a** *hominum* (*pro subst. praeter l. 49*): *α de tegumento pedum* (*masc. l. 50, neutr. l. 50sq., ceteris locis de genere non constat; cf. l. 33. p. 962, 28 et* pedulis): PETRON. 56, 9 (*recitantur apophoreta*) canale[m] et -e[m]: lepus et solea est allata (*cf. Heraeus, Kl. Schr. 75; aliter Pugliese Carratelli, Studi Class. e Orient. 1, 1951, 89sq. lectionem trad. defendens*; caniae et pedalia [*i. πηδάλια*] *audacius coni. Mitchell, Hermes 103, 1975, 98*). CIL IV 10164 -es L (*si recte legitur*). PLIN. med. 1, **1**, 2 fascia -is. GLOSS. III 210, 58 accepi -es (*gr. ὑποδεσ-μί⟨δας⟩*). V 608, 45 -is novus (*v. sub* pedana). GLOSS. ^{L} II Philox. PE 20 -e: *ποδ⟨ε⟩ῖον.* *β de textili sim., quo pedes detergentur* (*neutr. praeter l. 53*): GLOSS. III 216, 19 (= 651, 10) deferte sabana ad balneum, strigilem, faciale, -e *eqs.* (*sim.* 231, 49, *ubi*: -em. *gr. ποδεκμάγιον*). GLOSS.^{L} II Philox. PE 19 -e: *ποδεκμαγεῖον* (*sim.* GLOSS. III 269, 52, *ubi antecedit* manutergium).

b *versuum* (*cf. l. 31*): Ps. MAR. VICTORIN. gramm. VI 70, 14 dactylicum *hexametrum* recipit etiam -es figuras tres: has Graeci dicunt *ποδικὰ σχήματα eqs.*

pro subst.: masc. vel fem. l. 17. 35sqq. 43sqq. 53, neutr. l. 32sqq. 50. 51sqq. p. 960, 62.

pedāmen, -inis *n.* *a* pedare. *i. q. pedamentum* (*cf. l. 73sqq.*): COLVM. 4, 15, 1 plurimum interest adhuc nova consitione *vitium* -n omne vestiri (*4, 15, 2* pedamento). 4, 26, 1 tertium obtinet locum *ad stabiliendum* -n teres idque maxime probatur ex iunipiro (*postea*: pedamenta). 4, 30, 1 -um ... prospiciendorum tradenda ratio est. 5, 4, 1 *vineae* -bus adnixae singulis iugis imponuntur. 5, 5, 7 *depositam stirpem* formare sic convenit, ut vitis sine -e consistat. MENOL. Colot. Mart. (Inscr. Ital. XIII 2 p. 287) vineae -(a) in pastino putantur (*cf.* MENOL. Vall. Mart. [*ibid.* p. 293], *ubi*: vineae et -a *eqs.*).

pedāmentum, -ī *n.* *a* pedare. *de notione et differentia*: VARRO rust. 1, 8, 1 -a et iuga; quibus stat rectis vinea, dicuntur -a; quae transversa iunguntur, iuga. GLOSS. II 467, 37 *ὑπόρθωμα*: fulcimentum, -um. V 622, 28 -um est ligamentum. *legitur apud rerum rusticarum scriptores, sc.* VARRONEM, COLVM. (*octies*; statumen *in eadem re duodecies,* pedamen *quinquies*), PLIN. nat., *et in digestis.* [*var. it. mer. cf. M.-L. 6342. St.*] [*confunditur in codd. recentioribus interdum cum* pedamen, *e. g.* COLVM. 1, 3, 7.]

i. q. adminiculum, ad quod vitis sustinenda, stabilienda alligatur (*cf.* pedamen; *de materia adhibita agunt* VARRO rust. 1, 8, 4 PLIN. nat. 17, 147. 151. 174. *ad rem v. White, Farm Equipment, 1975, 19sqq.*): **1** *quolibet contextu*: VARRO rust. 1, 8, 4 *est* -um ... fere quàttuor generum: unum robustum, quod ... vocatur ridica; alterum palus e pertica ...; tertium, quod ... misit harundinetum ...; quartum est -um nativum eius generis, ubi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit (*1, 8, 2* iugationis species duae). 1, 8, 5 intervalla -orum. COLVM. **1**, 2, 4 *colles* vineis ... et earum futuris -is vestiantur. 1, 3, 7. 4, 1, 1 *vitibus* vestire -a. 4, 2, 1. 4, 26, 1 -a post putationem retractanda sunt. PLIN. nat. 14, 13 *stat* per se vitis sine ullo -o (17, 184. *cf.* 17, 165 -i inopia *stat per se*). 17, 10. 147. 150. 151 *descripti generis* -um minime putrescit caesumque maxime fruticat. 174. 182 *non* placet palmitem ... ad quartum usque -um emitti (*cf. Colum. 4, 22, 2* statumen). 194 -um quidam inter duas vites utilius putant statui. POMPON. dig. 7, 1, 10 ex silva caedua -a et ramos ex arbore usufructuarium sumpturum. VLP. dig. 8, 3, 3, 1 *ut* -a ad vineam ex vicini praedio sumantur (*exemplum servitutis ut* PAVL. dig. 8, 3, 6, 1 *ius* silvae caeduae, ut -a in vineas non desint). **2** *iuxta ponuntur res aliae ad vites sustinendas, stabiliendas adhibitae*: VARRO rust. 1, 16, 3 -a aut perticae aut harundo. COLVM. 3, 3, 8 vineas ... cum sua dote, id est cum -is et viminibus. 4, 15, 2 *materia vitis* applicata suo -o ad iugum evocatur (4, 18, 2 iugum -aque *sarcire.* PLIN. nat. 17, 187 i. ad -um quam artissimo nodo vinciri oportet. *cf. l. 9 et p. 961, 71 et vol. VII 2, 642, 59sqq.*). VLP. dig. 47, 3, 1 tigni appellatione omnia vineis necessaria continentur, ut puta perticae -a.

pedāna, -ae *f.* *a* pes, *cf.* 2. pedanus *nec non* membrana. GLOSS. V 608, 45 -a (-)ae: pedalis novus qui caligae assuitur (*cf. p. 961, 43 et Schol. Iuv. 1, 111* pedules novos in bracis, quos pedornis dicunt).

***pedāneus** *et* pedānus, -a, -um. *a* pes, *cf.* tripedaneus. *forma* -ani *l. 40, cf. l. 36.* *vocem testatur* GELL. (*v. l. 38*), *ceterum legitur inde a saec. III.* [*subst. variarum notionum: it.* pedagna *et var. dial.; sard. vet.* pedaniu; *raet. occ.* piogn; *francog. vet.* peaigne; *var. francoprov., prov., vasc.; cat.* pedanya, pehanya; *hisp.* peaña; *port.* peanha. *cf. M.-L. 6343. Battisti-Alessio IV 2816. Wagner II 240. Wartburg VIII 119. Corominas^{2} IV 530. Machado^{3} IV 326. St.*] [-ni *falso trad.* LABER. mim. 88 (*v. sub* pedarius).]

1 *de hominibus*: **a** *qui dignitatis minoris sunt, fere i. q. pedarius*: *α de senatoribus, decurionibus*: GELL. 3, 18, 10 (*agit de senatoribus pedariis*) hoc vocabulum a plerisque barbare dici animadvertimus; nam pro 'pedariis' '-os' appellant. CIL IX 338 (*a. 223*) 3, 31 -ni, *sc. decuriones* (*in albo decurionum ita appellantur, qui honoribus nondum functi sunt; antecedunt*: quinquennalicii, IIviralicii, aedilicii, quaestoricii).

β de iudicibus (*gr. respondet χαμαιδικαστής vel διαιτητής. ad rem v. Kaser, Das röm. Zivilprozeßrecht, 362sq. 439sq.*): -us iudex (GLOSS.^{L} II Philox. PE 38 -us iudex: *χαμεδικαστής* [*item* GLOSS. II 475, 15]. *disting.* praeses *l. 50. 54. 59,* iudex *l. 57, cf. l. 60; adi. antecedit praeter l. 48. 49sq.*): VLP. dig. 2, 7, 3, 1 si quis ad -um i. vocatum quem eximat. 3, 1, 1, 6 etiam apud i. -os postulare prohibetur calumniae publici iudicii damnatus. 26, 5, 4 nec -us i. nec compromissarius. PAVL. dig. 48, 19, 38, 10 i. -i si pecunia corrupti dicantur, plerumque a praeside ... curia summoventur (*item* sent. 5, 28, 1; *sim.* INTERPR. Paul. sent. 5, 30, 1). IVL. VICT. rhet. p. 97, 11 si apud -um i. sit privata cognitio (*postea*: in sublimibus quaestionibus ..., in parvis). COD. Theod. 1, 16, 8 -os iudices, hoc est qui negotia humiliora disceptent, constituendi damus praesidibus potestatem. 11, 31, 3 a magistratibus (*i. duumviris*) -isque i. dicta sententia. 13, 4, 4. COD. Iust. 2, 3, 29, 2 huiusmodi observatio et ad -os i. et ad compromissarios et arbitros electos perveniat. 2, 46, 3 pr. sive tantummodo apud iudicem, cui aliqua iurisdictio est, ... sive et apud -os i. 3, 3 rubr. de -is i. 3, 3, 2 pr. (*a. 294*) placet nobis praesides de his causis, in quibus ... antehac -os i. dabant, notionis suae examen adhibere. 6, 7, 2 (*a. 326*) in iudicio vel apud -os i. NOVELL. 60, 2 pr. melius ... coram ... administratoribus ... quam si apud -os i. talia decernantur. 82, 2. *al.* (*in* COD. *et* NOVELL. Iust.). -us arbiter: COD. Iust. 2, 7, 25 pr. (*a. 519*). -us *masc. pro subst.*: NOVELL. Iust. 82, 3 sedebunt ... hi -i (iudices *add. cod. R*) continue in regia basilica. 82, 9 ne ... labor sine mercede nostris fiat -is, sancimus *eqs. ibid. iterum.* LYD. mag. 3, 8 *τοὺς πεδανέους, ἀντὶ τοῦ χαμαιδικαστάς.*

b *qui pedibus eunt, i. q. pedites* (*masc. plur. pro subst.*): VET. LAT. I Macc. 10, 82 (rec. B) duxit Simon exercitum suum et commisit certamen cum exercitu -orum (*gr. πρὸς τὴν φάλαγγα, rec. L et Vulg.* contra legionem).

2 *de rebus, quae pedis mensuram exhibent, i. q. pedalis*: SOL. 2, 41 *fruticum marinorum* ramuli sunt ad semipedem frequentius longi; rarum est -os deprehendi. CET. FAV. 19 p. 302 *pavimentorum tignatione confixa paleaque strata* super rudus -um induces (*inde* PALLAD. 6, 11, 2. *subest Vitr. 7, 1, 3 ubi* rudus *sine mensura*).

[Wenaweser]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1. pedānus *v.* pedaneus.

? **2. pedānus,** -ī *m.* *a* pes, *si genuinum; cf.* pedana. GLOSS. III 21,41 *ἀρπεδόνες*: -i (*fortasse legendum* pediculi, *cf.* 3. pediculus).

ad Marullum † **pedarisiam** TITVLVS Mart. 5,77 (*coni. alii alia, v. Landgraf, Arch. Lat. Lex. 12, 1902, 459; Heraeus, Rhein. Mus. 74, 1925, 317 adn. 1*).

pedārius, -a, -um. *a* pes. [*cf. Faré, Postille 6343a. St.*] [*e coni. dub.* BELL. Afr. 57,4 M. Aquinium hominem novum -umque senatorem (*Davisius,* parvumque *codd.*).]

1 *de hominibus, sc. de senatoribus, qui sunt dignitatis minoris* (*originem huius usus varia ratione explicant docti veteres et recentiores, cf. l. 12sqq. et e. g. O'Brien Moore, RE Suppl. VI 680sq., Taylor-Scott, Transact. Am. Phil. Ass. 100, 1969, 548sqq.*): **a** *exempla originem et notionem tractantia* (*v. etiam l. 34*): GAV. BASS. Gell. 3, 18, 4 senatores ..., qui curulem magistratum gessissent, curru solitos ... in curiam vehi ...; sed eos senatores, qui magistratum curulem nondum ceperant, pedibus itavisse in curiam; propterea senatores nondum maioribus honoribus '-os' nominatos. FEST. p. 210 -um senatorem ⟨...⟩ significat Lucilius cum ait (*1102*): '⟨...⟩ agipes vocem mittere coepit'; qui ita appellatur, quia tacitus transeundo ad eum, cuius sententiam probat, quid sentiat, indicat. GELL. 3, 18, 1 non pauci sunt, qui opinantur '-os senatores' appellatos, qui sententiam in senatu non verbis dicerent, sed in alienam sententiam pedibus irent. quid igitur? cum senatus consultum per discessionem fiebat, nonne universi senatores sententiam pedibus ferebant? (*rem deinde fusius tractat*). **b** *cetera exempla* (*masc. pro subst. praeter* TAC.): LABER. mim. 88 caput sine lingua -i sententia est (pedani *trad., sc. apud* Gell. 3, 18, 9, *sed v. p. 962, 39*). CIC. Att. 1, 19, 9 est ... illud senatus consultum summa -orum voluntate, nullius nostrum auctoritate factum. 1, 20, 4 raptim in eam sententiam -i cucurrerunt. FRONTIN. aq. 99,4 *curatori aquarum* adiutores Postumius Sulpicius praetorius et Lucius Cominius -us. TAC. ann. 3, 65, 2 non modo primores civitatis ..., sed omnes consulares, magna pars eorum qui praetura functi multique etiam -i senatores *eqs.* GELL. 3, 18, 5 Varro in satira Menippea, quae *Ἱππολύων* inscripta est, equites quosdam dicit -os appellatos (*sc.* Men. 220. *explicat* GELL.: videtur ... eos significare qui, nondum a censoribus in senatum lecti, senatores quidem non erant, sed quia honoribus populi usi erant, in senatum veniebant et sententiae ius habebant. *ad senatores plebeios refert Mommsen, Röm. Staatsrecht III 838, 2*).

2 *de rebus, quae mensuram pedis exhibent, i. q. pedalis*: LEX par. fac. Puteol. (CIL I² 698) 2,3 ex tigno -o facito *opercula. Wenaweser.*

pedātim *adv.* *a* pes; *cf.* gradatim. *i. eo modo, ut pes pedem sequatur*: PLIN. nat. 11,253 reliqua *animalia* ut libitum est gradiuntur, leo tantum et camelus -m, hoc est, ut sinister pes non transeat dextrum, sed subsequatur (*sec. Arist. hist. anim. 498b7 κατὰ σκέλος*).

pedātio: iteratio, a pedi⟨bu⟩s GLOSS. V 651, 14 (*in glossis Nonii, ut errore quodam ex loco p. 965, 21 allato subst. fem. fluxisse videatur*).

[COLVM. 4, 12, 2 (4, 13, 1), *ubi olim legebatur* in pedationem, *v. sub* impedatio.]

pedātum *v.* 4. pedatus (-ūs).

1. ⁂**pedātūra,** -ae *f.* *a* pes, *fortasse sec.* quadratura, *cf. etiam* mensura. *scribitur*: paed- *l. 67,* pedatora *p. 964, 10. notatur*: p CIL V 2603 XIII 7613 a (*cf. l. 60. p. 964, 11. 13 et* GROM. p. 364, 1 'p' si in termino inveneris, -am significat), *?*pi *p. 964, 35,* ped *e. g. p. 964, 33. 65,* pedat *p. 964, 40.*

GLOSS. II 410, 51 *ποδισμός*: -a. *legitur saepe in titulis inde ab a. 149, praeterea maxime apud* HYG. *et alios gromaticos; plur. p. 964, 16. 47; abiit in sermonem gr., v. p. 964, 44. 48. 62.* [*confunditur in codd. cum* praedatura ZENO 2, 6, 10 NOT. dign. or. 39, 30. 39, 31. 40, 31. *loci dubii*: HYG. mun. castr. 40 (-a *Grillone,* praetentura *cod. et edd. ceteri*), LIB. col. I 240, 12 (-ae *coni. Lachmann sec. cod. G*). CIL III 3502 = 10459 in ped(atura) (*proposuerat Mommsen, postea solvens* impedimentis). XIII 6691 genio p. (*pro* plateae *vel* -ae*?*).]

I *usu sollemni est spatium, quod pedibus mensum est vel metiri potest* (*indicari potest aut amplitudo areae [v. A1, A2, B1] aut longitudo distantiae, lineae, rei aedificandae [v. B2 et fortasse C]. respectu pedum evanido de spatio quovis modo dimenso p. 964, 2sqq. 16*): **A** *usu vario*: **1** *de area, quae pertinet ad sepulcra*: CIL VI 10235,3 (*a. 149*) Iobacchus fecit et -am dedit ante titul(um) p(edes) XXX, ante fronte p(edes) XXX et in agro quoq(uoversus) p(edes) centenos *eqs.* II 2651 (*si huc pertinet*) paedatura T. I(ulii) Valentis Zoelae. 3323. III 2630 pedat⟨ura⟩ sepul⟨cri⟩. V 2258 amici inter se -(am) partierunt. 2603 in sing(ulos) h(omines) p(edes) XXVII; s(unt) o(mnis) p(edaturae) p(edes), *sc. quadrati,* MMCCCXCVIII (*ad IIA2 trahere videtur Waltzing, Études hist. sur les corporations IV 289*). 3072 in qua -a neque humari neq(ue) tumulum fieri volo, ut habeat ea area et a latere accessum. VI 13539. 15163, 5 emerunt terram ..., -ae suae priori coniunxerunt. 15163, 8 quae facit terra -ae ... pedes long(um) XXVI latum pedes ... XVI. XII 4299, 2 hi cippi in -a monimenti positi sunt. XIV 2837, 1 universa -a cum suo aedificio ... continet *eqs.* INSCR. Epigraphica 35, 1973, 104 definitio -ae (*si recte legit Garzetti*). **2** *de variis areis*: VET. LAT. Ios. 17, 5 (cod. 100) cecidit -a eis a Naasa et campo Lamec de terra Galaad, quae est ultra Iordanen (*gr. σχοινισμός, Vulg.* ceciderunt funiculi). 17, 14 (Rufin. Orig. in Ios. 22, 4 p. 435, 10. cod. 100) *dedisti* sortem unam et -am unam (*gr. σχοίνισμα, Vulg.* funiculi unius). INSCR. christ. urb. Rom. 15410 (*saec. IV^ex./V^in.*) deo annoente felis -a Susti (*sunt qui cum* 2. pedatura *coniungant et hunc titulum et l. 13*). CIL VIII 4363 -a ⟨steratae⟩ Cibbensium (⟨⟩ *vocem a στερεός derivandam territorium significantem suspicatur ed.*; stratae *intellegunt alii*). XIII 960 (*fortasse aet. recentioris*) pedatora Vilatess(a)e Fra(n)corum. *dub.*: CIL VIII 10838 p(edatura) Hipp(onensium) (*ita Schulten, Hermes 29, 1894, 488 adn. 2, alii solvunt* publicum). XIV 2772, 5 p(edatura) Proclini pass(us) *tot* (*ita de Rossi,* Publi *solvit Mommsen*). **3** *de qualibet mensura*: ZENO 2, 6, 10 (*structura ecclesiae comparatur aedificationi templi*) exsultate, pauperes [spiritu]: ...; nam et omnibus aequales estis et -as omnes vestri corporis ambitu superatis (*nisi sec. IIA2 explicandum est, ut -ae sint partes corporis, i. quasi collegii pauperum*).

B *in re militari*: **1** *de area, quae in castris metandis cuidam numero militum tribuitur*: HYG. mun. castr. 1 efficitur striga pedum LX ...; haec -a ad plenam centuriam est computata. *ibid.* ut centurio in eadem -a ... papilionum tensionem accipiat. 3 cohors prima ... duplam -am accipiet, ut puta signis pedes CXX, tabulino pedes CCCLX *eqs.* 4 si strictior fuerit -a, *eqs.* 16 in eo pede praefectus alae -am accipiat. 35 -a valetudinarii, veterinarii et fabricae. 37 *via* tunc datur, si -a permittet. 38 homines M, quorum est -a striga pedum LX. 39 ut praetorium et comitum *imperatoris* -am, item quaestorium minuamus vel ampliemus. 40 tensura amplius efficiant, quam strigae in eandem -am incurrent. *al. apud eundem.*

2 *de parte munitionis, quae cuidam numero militum sim. aedificanda tribuitur*: **a** *in titulis* (*accedit gen. copiarum vel ducis praeter l. 38; non omnia certe ab 1 distingui possunt, cf. Schulten, Hermes 29, 1894, 486sqq.*): INSCR. Année Épigr. 1969/70 n. 639 (*Cyren., saec. III/IV*) ped(atura) vexil(lationis) leg(ionis) ⟨I⟩II Aug(ustae), curante Aur(elio) Muciano duc(e). CIL VII 864 (*item* 970; *a. 369?*) ped(atura) cl(assis) Brit(annicae) (*spectant ad vallum Hadriani ut*: 897 capud pi(daturae) civitat(is) *cuiusdam* [*an* pe⟨d(aturae)⟩*? lapis periit*]. 948 -a Vindomoruci [*item fortasse* INSCR. Brit. 1629]). XIII 4139 -a ⟨f⟩eliciter finit(a) primanorum D p(assus) (*cf.* 4140 pedatur⟨a pri⟩mani fe⟨liciter⟩ qui fecerunt). 5190 (*saec. IV?*) pedat⟨ura⟩ Tungrec⟨ano⟩rum senio⟨rum⟩ succur. (*i.* sub cura) Au⟨reli⟩ tribu⟨ni⟩. 6548. 7613 pedat(ura) Treverorum p(edum) LXXXXVI sub cur(am) agente (*vel* curagente) Crescentin(i)o *eqs.* 7613a. INSCR. Année Épigr. 1975 n. 763 (*Thracia, fort. saec. IV^in.; titulum mancum dubitanter huc inseruimus*). 1922 n. 71 (*Vlmeti, saec. VI*). *in titulis graecis*: INSCR. Dacorom. Popescu 8 (*saec. VI*) *μακελαρί⟨ων⟩ πεδατοῦ⟨ρα⟩ πό(δες) ΚΔ.* 9 (*saec. VI*) *πεδα⟨τοῦρα⟩ Ἀλέξα⟨νδρος⟩* (*an Ἀλεξά⟨νδρου⟩ ?*). **b** *in libris*: VEG. mil. 3, 8 p. 83, 17 singulae centuriae, dividentibus campidoctoribus et principiis, accipiunt -as et ... fossam aperiunt latam ... novem ... pedibus. *graece*: Ps. MAVRIC. strat. 10, 3 l. 33 *ἐν ταῖς τοῦ τείχους πεδατούραις.*

C *in arte gromaticorum* (*usu non prorsus perspicuo, sed imprimis de numeris, quos termini fundorum indicant*): LIB. col. I p. 216, 1 pro modo iugerationis -ae numerus est designatus (p. 217, 9 termini ... non sunt omnibus locis siti, sed numero -(a)e sunt limites constituti). GROM. p. 309, 16 -a eius, *sc. termini parallelonei,* fit pedes CCCCLX. p. 345, 4 *terminus* habet initium -ae, ped(es) CCCL et CCCCL *eqs.* p. 351, 20 in ipsis terminibus nomina fundorum scripsimus, ut sic quaeratur eorum -a. *al.*

II *usu deflexo, sc. fere per metonymiam*: **A** *de congregatione hominum*: **1** *de parte exercitus* (*sc. quae in area pedibus dimensa tendit, cf. IB1*): NOT. dign. or. 39, 30 praefectus ripae legionis secundae Herculiae cohortis quintae -ae inferioris (39, 31. 34. 40, 32. 35). 39, 33 cohortis quintae -ae superioris (40, 31. 34). *graece*: IOH. MALALAS chron. p. 351,8 D. *τοὺς τῆς πεδατούρας στρατιώτας.* **2** *de parte collegii* (*cf.* centuria *vol. III 834, 36,* decuria *vol. V 1, 223, 79, ceterum v. etiam l. 17. p. 963, 70*): CIL VI 9920 (*album collegii tabernariorum; intra annos 403–8*) 1, 31 ped(atura) Beneri (*i.* Venerii). 2, 11. 2, 29 ped(atura) Aureliani. 3, 19. 4, 20.

B *de matricula, indice congregationis* (*ex usu sub A descripto fluxisse videtur*): VET. LAT. III Esdr. 5, 39 horum, *sc. filiorum Obia al.*, quaesita est generis scriptura in -a et non est inventa; et prohibiti sunt sacerdotio fungi (*gr. ἐν τῷ καταλοχισμῷ, cf. locum geminum Vulg. II Esdr. 7, 64* in censu).

C *de aedificatione moenium* (*sc. usu ex IB2 deflexo*): CASSIOD. var. 5, 9, 2 *praecipit Theodoricus rex,* quia territorii parvitas magnitudinem operis, *sc. civitatis construendae,* non potest sustinere ..., ut ... -am murorum omnes in commune subeatis, qui vicinitate iungimini.

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2. pedātūra, -ae *f.* *a* pedare. *i. q. apparatus, instrumentum e pedamentis constans* (*nisi de actione pedandi cogites; v. etiam p. 964, 7*): CIL X 114, 39 (*aet. Ant. Pii?*) ab heredibus meis volo praestar⟨i⟩ ... corpori Augustalium ex praedis ceteris meis palum ridica⟨m⟩ omnibus annis sufficiens -ae vineae, quam Augustalibus legavi.

1. pedātus, -a, -um. *a* pes (*cf.* cordatus, dentatus *sim.*). *i. q. pedibus praeditus:* *respiciuntur pedes metrici*: VARRO Men. 57 ne me -us ⟨iste⟩ versuum tardor refrenet *eqs.* *respiciuntur pedes animantium*: SVET. Otho 12, 1 fuisse ... male -us ⟨s⟩cambusque traditur (CHIRON 578 de male -is, *sc. iumentis.* 638. *addas fort. l. 12*). *dub.*: CHIRON 776 equus bene ⌞-us⌟ si erit, primos deiciet dentes post annos duos (*def. Skutsch, Class. Rev. 51, 1937, 56sq., restituens etiam* 775 male -us [praenatus *cod.*], *sc. coll. Hippiatr. gr. I p. 324, 11sq. ὁ μαλακόπους, ὁ δὲ στερεόπους.* praenatus *Oder utrobique, in indice intellegens: 'prognatus'*).

2. pedātus *v.* 1. pedo, -are. **3. pedatus** *v.* paedatum.

4. pedātus, *abl.* -ū *m. et* **pedātum,** *abl.* -ō *n.* *a* pes, *intercedente fortasse verbo* *pedare *'ire'* (*cf.* repedare). *legitur solus abl. sing.; formam* -u *praebent codd.* PLAVTI *et cod. N* CHAR. (-o *excerpta Cauchii*), -o *codd.* NON. (*ubique*), OPTATI, GLOSS.; *cf.* CAPER gramm. VII 100, 23 'primo -u' (-o *var. l.*), non 'pidato' (-u *var. l.*) dicendum. *de notione et usu*: NON. p. 64, 18 '-o' positum pro repetitu vel accessu, quasi per pedem, sicuti nunc vulgo dicitur, ⌞tertio -o⌟ (*affert l. 32. 31;* ⌞ ⌟ *secl. L. Müller*). CHAR. gramm. p. 278, 24 (*ex Palaemone*) 'primo -o' Cato senex (*affert l. 33*) ...; hodieque nostri per Campaniam sic locuntur. GLOSS.^{L} II Philox. TE 114 tertio -o: *τρίτη περίοδος, ⌞ἐκ τρίτου⌟ (addit Heraeus ex 115).* *i. q. accessus, impetus* (*ubique accedit numerus ordinalis, quae iuncturae in sermone militari ortae sensu latiore ad alias actiones transferuntur, cf. Heraeus, Arch. Lat. Lex. 12, 1902, 263. 13, 1904, 429*): PLAVT. Cist. 526 *di mihi malum dent,* nisi ego teque tuamque filiam aeque hodie obtruncavero, poste autem cum primo luci cras nisi ambo occidero, et equidem hercle nisi -u (perdatu *codd.*) tertio omnis efflixero, *eqs.* (CATO orat. 41 t. ... -o item ex fenore discordia excrescebat. orig. 28 t. -o bellum nobis facere. *adde l. 22. 25*). CATO orig. 136 alteras oppidum vi captum, alteras primo -o (*v. l. 19*) et secundo (OPTAT. app. 1 p. 193, 17 s. -o quomodo [*i. cum*] hoc dimisit, ut duceremur *eqs.* [petato *cod., corr. Heraeus*]). *Spoth.*

pedeleōnis *m. (?), fortasse indecl.* (GLOSS. *praebent etiam* pedileonis, pedis leonis, pes leonis, pedeleon). *a* pes *et* leo, *cf. gr. λεοντοπόδιον* (*v. André, Les noms de plantes, 1985, 190*). *genus plantae, i. q. leontopodion*: Ps. APVL. herb. 7 tit. herba -is (*ibid.* l. 3 herbae -is frutices septem ... coquito). *ibid.* l. 9 Graeci dicunt leontopodium, alii Aethiopis, alii platifillon, alii -is (*var. l.* pedes leonis, *rec. β addit*: (h)eteron, semen leoninum, Itali vocant orobetron, Romani clibicinalis, alii parcelalon dicunt, Punici gaduball dicunt. *quae nomina fere omnia et in* GLOSS. *inveniuntur*).

pedeluis. *vox veriloquii causa ficta.* VARRO ling. 5, 119 pelvis pede⟨l⟩uis a pedum lavatione (*sic Scaliger,* pedelauis *iam Aldus*).

ameu⟨s⟩ (*i.* ami, ameos) id est **pedemelbīnu⟨s⟩** GLOSS. III 535, 38 (pedemilvinus *temptat aliquis in schedulis nostris*). *nomen herbae cuiusdam, cf.* pedeleonis *et v. André, Les noms de plantes, 1985, 194 nec non vol. VIII 985, 22sq. 986, 53, Mus. Helv. 47, 1990, 233sq.*

pedeplānus, -a, -um. *locutio adv.* pede plano, *cuius notio est fere 'pede non scandente' i. 'per planum et aequum' sim. (cf. e. g. Varro ling. 5, 160 Vitr. 1, 5, 6. 6, 11, 1. al.), iuxta subst. posita per hypostasin pro adi. composito accipi potuit.* *attributive i. q. planus, aequus* (*cetera exempla iuncturae* pede plano *v. sub* planus): VET. LAT. Luc. 6, 17 (cod. 11 Ambr. in Luc. 5, 46) *Christus e monte* descendit ... et stetit in loco -o (*gr. ἐπὶ τόπου πεδινοῦ, cod. 4 al. et Vulg.* campestri, *cod. 10 al.* plano). ALEX. TRALL. 2, 271 coques ... oleum in hospitio -o (*ita cod. Paris.,* pedeplane *ed.; gr. II p. 575 ἐν οἰκήματι καταγαίῳ. versio mira, nisi de eo hypogeo dictum putes, quod e solo non emineat*). *inde neutr. plur. pro subst. de parte aedificii in solo posita, sc. quae pede plano aditur*: COD. Theod. 7, 8, 13 (= Iust. 12, 40, 7) *moenium* singulae turres in -is suis suscipiant *quosdam milites.*

pedepressim *adv.* *a* pes *et* premo (pressus), *cf.* pedetemptim. *significare videtur i. q. pede presso (cf. e. g. Liv. 8, 8, 9), i. lente, considerate posito, inde i. q. caute*: NON. p. 29, 1 'pedetemptim' et '-m' dictum est caute, quasi lenta et tarda itione (*nullo exemplo vocis* -m *allato*).

pēderōsus, -a, -um. *a* p(a)edor. *i. q. male olens, foetidus*: CAEL. AVR. gyn. 1, 158 amaris ... sive odiosis aut -is illinimentis papillas f(o)edare ... noxium est (*gr. p. 87, 1 πικροῖς τισι καὶ δυσώδεσι.* 'pedorosis?' *Drabkin in indice conferens locum supra p. 37, 7 allatum*). *Bl.*

***pedes,** -itis *m.* (*iuxta subst. vel pron. f. p. 968, 31. 60; de adi. v. sub III*). [ped-i-t- *sicut* com-i-t-, al-i-t- *cum radice verbi q. e.* ire *compositum est. secundum* ped-i-t- *formatum videtur* equ-i-t-; *inde etiam cetera vocabula in* -i-t- *cadentia generaque militiae significantia explicare possis; cui sententiae tamen libentius accederes, nisi vocabulum usitatissimum notionis generalis q. e.* miles *esset stirpis ignotae, forsitan peregrinae sicut* satelles. *Sch.*] *scribitur* -diet- GLOSS. III 395, 35 pezeo pedietis (*i. πεζοί*: -es; *cod. saec. X*). *abbreviatur in titulis* p INSCR. Dac. II 564 (*saec. II in.*). *al.*, pd INSCR. Année Épigr. 1932 n. 29 (*Thrac.*), ped INSCR. Année Épigr. 1923 n. 33 (*Germ., aet. Traiani*). *al.*, pedt INSCR. christ. urb. Rom. 2993 (*Silvagni dubitat, num genuina sit*). NOT. Tir. 45, 59. *de formis: inter nomina in -es,* quae adaugentur syllaba, *affert* CHAR. gramm. p. 47, 14 -s *πεζός* -is. *nom. sing.* pedis CIL VIII 9393, *nom. plur.* -īs SISENNA hist. 68 (*v. l. 32*), *cf. l. 2 supra; acc. plur.* -īs SISENNA hist. 65 (-es *pars codd.*). *de notione*: ISID. orig. 18, 40 -es ... aiunt propterea pede currere, quia *eqs.* GLOSS. -s: *πεζός* (*sim. al., cf.* CHAR. *supra*). -es: pedestres. -es et pedestres unum est. GLOSS.^{L} I Ansil. PE 118 -es: pedes h⟨a⟩erens (*vix recte trad.*; -es: pede meren⟨te⟩s *sim. suspicantur edd.*). *legitur inde a* PLAVTO, CATONE, SISENNA; *saepissime apud scriptores rerum gestarum vel rerum militarium, sc. fere usu sub I A illustrato* (*fere quingenties apud* LIV.); *in sermone gr.* PAP. Cair. Masp. n. 67147 I 2 *πεδίτου* (*fort. etiam* INSCR. Jahresh. Österr. Arch. Inst. 26 [1], 1930, Beibl. 18 n. 5 [*Ephesi*] *πεδ*). [*confunditur in codd. e. g. cum* pes FRONTIN. strat. 4, 1, 18 HIL. in Matth. 14, 9. *al.* (*restituitur* POMPON. Atell. 154; *in falsa var. l.* CAES. Gall. 4, 33, 1, *v. p. 968, 26.* BELL. Hisp. 37, 2. *al.*), pedester VEG. mil. 1, 20 p. 22, 15, petitus CVRT. 10, 7, 21 (*restituitur* LIV. 44, 26, 3); *ceterum restituitur* LIV. 42, 59, 8 (*trad.* impeditum).]

i. qui (quae) pedibus it (vel stat): **I** *quolibet usu*: **A** *cum respectu rei militaris* (*qui usus longe praevalet, v. etiam ad II. saepissime iuxta ponuntur vel opp.* equites *sim., v. vol. V 2, 710, 73sqq.; milites navales e. g. l. 54. 55*; levis armatura, funditores, sagittarii *sim. saepe p. 967, 6sqq., ceterum e. g. p. 967, 37. 45*): **1** *-s est, qui re vera militat, pugnat sim.* (*in ludis l. 71sqq.*): **a** *proprie* (*in comparatione l. 57. p. 967, 7*): **α** *exempla varia*: Ⓘ *laxius, sc. -s est miles quoquo modo armatus* (*exempla selecta post* LVCR.): PLAVT. Mil. 464 neque eques neque -s profectost quisquam tanta audacia, qui *eqs.* CATO mil. frg. 9 -es quattuor agminibus, equites duobus antibus ducas (LIV. 21, 59, 1. 22, 24, 12. *al.; cf.* SISENNA hist. 65 conducit). SISENNA hist. 68 agmen perturbatum -is insinuant (*nom. plur.; vix gen. sing. collect.*). CIC. Pis. 84 auxilia ... -um equitumque. *al.* POMP. Cic. Att. 8, 12^{c}, 1 quantas ... equitum et -um copias contracturus sit *Caesar.* BRVT. Cic. fam. 11, 10, 3 LVCR. 5, 1329. CAES. Gall. 4, 33, 3 *essedarii* mobilitatem equitum, stabilitatem -um in proeliis praestant. 7, 34, 1 ut ... equitatum ... omnem et -um milia x sibi celeriter mitterent (civ. 2, 26, 2 HIRT. Gall. 8, 5, 3 BELL. Alex. 29, 2. SALL. Iug. 7, 2 -um auxilia. LIV. 21, 21, 12. *al.*). 7, 64, 4 *Caesar* Haeduis ... decem milia -um imperat (LIV. 23, 5, 5. 35, 20, 6. 35, 20, 11. *al.*). BELL. Afr. 48, 1 *Iuba* cum tribus legionibus equitibusque frenatis DCCC, Numidis sine frenis -busque levis armaturae grandi numero, elephantis XXX ... est profectus (LIV. 2, 19, 3 magnis copiis -um. 5, 34, 5. 23, 40, 3 cum his equitum -umque copiis. *al.*). NEP. Them. 2, 5 terrestris ... exercitus *Xerxis* septingenta -um, equitum quadringenta milia fuerunt. LIV. 7, 25, 8 undique ... decem legiones scriptae dicuntur quaternum milium et ducenorum -um equitumque trecenorum (8, 8, 14. 10, 25, 2. 21, 17, 3. *al.; cf.* 24, 48, 11 conscripsit [35, 41, 7]. 34, 56, 6 discripsit). 22, 58, 4 (*de redemptione captivorum*) pretium fore in capita equiti quingenos quadrigatos nummos, trecenos -i, servo centenos. 26, 17, 1 Romani patres ... C. Neroni ex iis duabus legionibus ... sex milia -um et trecentos equites ... et socium Latini nominis -um numerum parem et octingentos equites decernunt (32, 28, 10. 33, 43, 8. 34, 56, 8. *al.*). 33, 7, 4 (*Polyb. 18, 21, 1 εὐζώνων*). 33, 10, 1 (*Polyb. 18, 26, 7 πεζῶν*). 35, 35, 7 numerum iniri -um equitumque ac navium non posse. VELL. 2, 121, 1 (*agitur de expeditionibus Tiberii in Germania*) concussis hostium viribus classicis -umque expeditionibus. VAL. MAX. 3, 2, 10 qui *milites* ... Punicam ⌞classem nantes lubricis pelagi quasi cam⌟porum firmitate -es in litus retraxerunt (nantes ⟨innixi⟩ *sim. Gertz;* ⌞ ⌟ *om. codd. vetustiores*). 7, 3, 3 e fortissimis -bus Romanis trecentorum equitum numerum conplere. CVRT. 8, 13, 6 -um XXX fere milia, in quis erant sagittarii *eqs.* LVCAN. 10, 538 hinc ... praetexunt litora classes, hinc tergo insultant -es. CONST. veteran. (CIL XVI 4) int. 4 = extr. 4 (*a. 60*) *Nero* peditib(us) et equitib(us) *quibusdam civitatem dedit et conubium* (*sim.* CONST. veteran. [CIL XVI 26] int. 28 = extr. 30 [*a. 80*] *Titus* ex -bus Soioni Muscelli f(ilio). *v. etiam p. 967, 49. 968, 38*). TAC. ann. 15, 11, 2. VET. LAT. I Macc. 15, 38 (rec. L, *sim.* rec. X *et* VVLG.) *rex* exercitum -um et equitum dedit *Cendebaeo* (*rec. B* pedestrem, *gr. πεζικάς*). act. 23, 23 (cod. 55; *gr. δεξιολάβους, Vulg.* lancearios). CLAVD. DON. Aen. 7, 790 p. 107, 15 multitudo scutata -um (*cf.* VEG. mil. 1, 20 p. 23, 10 *ut* -es ... scutati praeter catafractas et galeas etiam ferreas ocreas ... cogerentur accipere [*addas fortasse* 1, 4 sive equitem sive -em sagittarium velis imbuere sive scutatum]. IVLIAN. in Ioel 1, 4 clipeatos -es). *al.* *agunt in ludis*: HOR. epist. 2, 1, 190 quattuor aut pluris aulaea premuntur in horas, dum fugiunt equitum turmae -umque catervae. VELL. 2, 56, 1 *Caesar* magnificentissimis gladiatorii muneris, naumachiae et equitum -umque, simul elephantorum certaminis spectaculis ... replevit *Romam.* PLIN. nat. 8, 22 (*bis*).

[Kooreman]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Svet. Iul. 39,3. Ⓘⓘ *strictius, sc. -s est miles armis gravioribus armatus* (*exempla certiora, sc. ubi vel -es a levi armatura sim. distinguuntur vel arma graviora in contextu nominantur; locos, quibus indicia talia desunt, supra reliquimus, etsi rem militarem Romanorum considerans haud pauca huc trahere possis; iuncturas* -s scutatus *sim. p. 966, 68 sqq. inseruimus vocem* -s *ipsam sensu laxiore accipientes. ceterum cf. l. 37. 45 sq.*): Cic. Brut. 139 ea ... suo quaeque loco ..., ut ab imperatore equites -es levis armatura, sic ab illo *oratore* in maxime opportunis orationis partibus conlocabantur. Bell. Afr. 19,4 equitibus mdc, -um ac levis armaturae quater tanto, sagittariis ac funditoribus hippotoxotisque compluribus *eqs.* Nep. Dat. 8,2 habebat ... equitum viginti, -um centum milia, ... tria milia funditorum, praeterea ... levis armaturae maximum numerum. Verg. Aen. 7,793 *Turnum* insequitur nimbus -um clipeataque totis agmina densentur campis. Liv. 28,14,17 cum ternis -um cohortibus ternisque equitum turmis, ad hoc velitibus ... in hostem ducebant. 31,42,3 *Philippus* turmatim equites, in vicem manipulos levis armaturae aquatum ire et prandere iubet, alios in statione armatos retinet, opperiens agmen -um tardius ductum propter gravitatem armorum. *al.* Val. Max. 2,7,15 p. 90,13 sq. *Romani de captivis a Pyrrho solutis, qui domum reverterant,* decreverunt, ut ex iis, qui equo meruerant, -um numero militarent, qui -es fuerant, in funditorum auxilia transcriberentur (*eandem rem describit* Frontin. strat. 4,1,18). Cvrt. 3,9,2. *al.* Sil. 5,31 inserti ... globo -es (*v. Spaltenstein, comm. 1986, ad l.*). Frontin. strat. 2,3,17. Apvl. apol. 22,6 *si exprobras* peram et baculum tu philosophis, exprobrares igitur et equitibus phaleras et -bus clipeos et signiferis vexilla. Amm. 24,6,9. Clavd. Don. Aen. 9,370 p. 237,28 ne igitur per armatos -es perindeque oneratos tardarentur *equites.*

β sing. coll. (*a quo secernere noluimus usum repraesentativum q. d., v. e. g. l. 39 sqq.; cf.* Serv. auct. Aen. 2,729 'equitem' et '-em' de multitudine dicimus; *de* Liv. *v. Riemann, Études sur la langue ..., 1885, 42 sqq., de* Cvrt. *v. Koskenniemi, Der nominale Numerus ..., 1969, 65 sqq.; vix addas p. 966,32*): Bell. Hisp. 15,1 cum eques ... dimisso equo cum -e congreditur (*postea*: -es ... equitibus). 15,3 eques pedestre, -s equestre proelium facere coepit. Sall. Iug. 101,6 occiso -e nostro. Verg. Aen. 6,516 cum fatalis equus ... armatum -em gravis attulit alvo *Troiam.* Hor. carm. 1,2,39 Epiced. Drusi 218. Liv. 21,54,2 (*Hannibal ad Magonem*) delige centenos viros ex omni -e atque equite. 21,55,2 *Hannibal* Baliares locat ante signa ⟨ac⟩ levem armaturam ..., dein graviorem armis -em (*cf.* 32,12,7 -em armorum gravitas impediit). 22,54,2 *Venusini* in singulos equites ... nummos quinos vicenos, et -i denos ... dederunt (*sim. -s minus accipit quam eques*: 44,26,4 hi pacti erant eques denos ... aureos, -s quinos. 45,40,5 Cvrt. 5,1,45). 28,33,15 *cum* eques circumventus nec -em a fronte, iam enim stratae pedestres copiae erant, nec ab tergo equitem sustineret. 33,7,13 *Aetolus* optimus eques in Graecia erat; -e inter finitimos vincebantur (*Polyb. 18, 22, 5 ἐν τοῖς πεζικοῖς*). *et saepe apud eundem.* Vell. 2,119,4 Sen. epist. 59,7. Cvrt. 8,14,10 *rex Indicus* post eos *elephantos* posuerat -em ac sagittarios ⟨et⟩ tympana pulsare solitos. *al.* Colvm. 12,2,5. Mela 3,52 *Britanni* dimicant non equitatu modo aut -e, verum et bigis et curribus. Val. Fl. 6,95 (*opp.* habenas *i. equites*). Const. veteran. (cil xvi 31) int. 28 = extr. 28 (*a. 85*) *Domitianus* cohort(is) i Lusitanorum ... ex -e Frontoni *civitatem et conubium dedit.* Stat. Theb. 5,3 campum sonipes rapit et -s arva implet. Frontin. strat. 2,2,11 *Romanorum* robur in -e erat. *al.* Tac. ann. 1,60,2 simul ... -s eques classis ... convenere. *saepius apud eundem.* Hyg. mun. castr. 26. 35. Anth. 239,6 (*agitur de exercitu Xerxis*) classes fossus Athos intra sua viscera vidit, Phryxeae -em ferre iubentur aquae. Heges. 2,14,3 neque -em comminus potuerunt latrones pati et fugientes ab equitibus ... necantur (*gr. 2, 512 ὁπλίτας*). *al.*

b *in imagine vel prosopopoeia*: Ov. am. 2,12,14 *in amoris militia* ipse eques, ipse -s, signifer ipse fui. Prvd. psych. 648 (*post certamen cum vitiis Concordia virtutes in castra ducit*) -um psallente caterva, ... equitum resonantibus hymnis.

2 *-s est, qui muneri pedestris militiae obnoxius est*: **a** *apud Romanos significatur sive usu censorio civis, qui sec. censum uni e centuriis pedestribus assignatur, sive usu quodam familiari quilibet civis infra ordinem equestrem* (*cf. Hey, Arch. Lat. Lex. 13, 1904, 220*): Plavt. Poen. 832 quodvis genus ibi, *sc. in lupanari,* hominum videas ..., equitem, -em, libertinum, furem an fugitivum velis, verberatum, vinctum, addictum. Pompon. Atell. 154 quae ped⟨it⟩ibus nubere poterant, equites sperant spurcae. Tab. cens. Varro ling. 6,86 (*censor ad praeconem*) omnes Quirites, ⟨equites⟩, -es, armatos privatosque, ... voca[t] inlicium huc ad me (*suppl. Ursinus*). Cic. leg. 3,7 (*verba legis*) censoris ... equitum -umque prolem (*i. iuventutem)* discribunto (*cf.* Tusc. 4,1 equitum -umque discriptio). Hor. ars 113 (*in theatro*) si dicentis erunt fortunis absona dicta, Romani tollent equites -esque cachinnum. Liv. 1,43,11 (*in suffragio*) equites enim vocabantur primi; octoginta inde primae classis centuriae ⌞[primum] -um vocabantur⌟ (⌞⌟ *om. dett. aliquot, edd. multi*). 1,44,1 ut omnes cives Romani, equites -esque, in suis quisque centuriis ... adessent. 34,31,17 (*Nabis ad Romanos*) vos a censu equitem, a censu -em legitis. **b** *in testamento vetere adhibetur de viro Israelitico pugnandi capaci* (*gr. resp. ubique πεζῶν*): Vet. Lat. exod. 12,37 (Aug. quaest. hept. 2,47,1) sustulerunt autem filii Israhel de Ramesse in Soccot in sescenta milia -um, viri praeter instructum (Vvlg. *v. sub III*). num. 11,21 (cod. 100 *al., sim.* Vvlg.; *verba Moysis*) dc milia -um sunt populus, in quibus sum. Sirach 16,11. 46,10.

B *sine respectu rei militaris significatur quilibet homo, qui pedibus it*: Ov. Pont. 4,10,32 hic freta vel -i pervia reddit hiems, ut, qua remus iter pulsis modo fecerat undis, siccus contempta nave viator eat. Liv. 21,31,11 *trans Druentiam flumen* -i quoque incerta via est (*sc. non navibus tantum; inde* Sil. 3,473 *Druentia* non -i fidus, ... non puppibus aequus). Sen. nat. 6,8,4 implicatae aquis *paludum* herbae sunt et aquae nec -i eluctabiles nec navigio. Sil. 3,663 -em ... profundo errantem campo. Mart. 4,51,4 (*spectat ad avaritiam divitum*) *pauper* vectus es hexaphoro; postquam ... sinum ... ruperunt nummi, factus es, ecce, -s. Avien. ora 151 septem dierum tenditur -i via (-i *Burman,* reditu *trad.*). Vvlg. Ier. 12,5 si cum -bus currens laborasti, quomodo contendere poteris cum equis? (*ad A 1 a refert* Hier. *ad l.*). Rvt. Nam. 1,560. Sidon. epist. 2,9,1 *domiciliis vicinis* interiecta gestatio -em lassat neque sufficit equitaturo. Greg. Tvr. Mart. 4,7 p. 651,9.

II *accedit modo praedicativo singulis partibus sententiae* (*sc. plerumque subiecto verbi [passivi l. 39.40]; obiecto acc. l. 29 sq., dativo l. 32.36. saepe in contextu militari, cf. I A [illuc maxime vergit l. 38]; distinguuntur fere actiones vel itinera eius, qui equo vel curru sim. vel navi vehitur*): **A** *exempla varia* (*var. l. falsa* Caes. Gall. 4,33,1 *essedarii* desiliunt et -es proeliantur [*sic β*; pedibus *a, edd.*]): Sall. Catil. 59,1 remotis omnium equis ... ipse *Catilina* -s exercitum ... instruit. Verg. Aen. 10,751 *obtruncat* Messapus Clonium ... *et* Erichaeten, illum ... equi lapsu tellure iacentem, hunc -em. 11,506. 11,711 illa, *sc. Camilla,* ... tradit equum comiti ... *et* resistit ..., ense -s nudo *eqs.* Liv. 4,38,3 (*decurio equitum ad equites Romanos*) neque equitibus vobis ullos equites nec -bus esse -es pares. 7,8,2 si *equites* neque ex equis pepulissent hostem neque *eidem* -es quicquam momenti facerent. 25,18,13. 27,32,6. Cvrt. 8,1,18 Macedones ... scivere ..., ne ... -s venaretur *Alexander.* Plin. nat. 15,124 virgae ... eius *myrti* ... viatori prosunt in longo itinere -i. Val. Fl. 6,206. 554. 639. Const. veteran. (cil xvi 26) int. 4 = extr. 4 (*a. 80*) *Titus civitatem et conubium dedit* iis, qui militaverunt equi⟨te⟩s et -es in alis quattuor *eqs.* Sil. 4,238. 5,431 modo inter milia consul bellantum conspectus equo, modo ... ante aquilas et signa -s. Stat. Theb. 7,755 sternuntur terra Melaneus -s, Antiphus alto nil defensus equo. *al.* Tac. Agr. 35,4 ann. 15,28,3. Dict. 4,6 *Memnon* curru desilit confligitque -s cum Aiace. Clavd. 5,123 cum classibus iret per scopulos tectumque -s contemneret aequor *exercitus Xerxis. al.*

B *iuxta verba eundi, sc. forma* -s it *sim.*: **1** *distinguitur potius iter terrestre diversi generis, sc. in equo, lectica, curru sim.*: Verg. Aen. 6,880 seu cum -s iret in hostem, seu ... equi foderet calcaribus armos (7,624. 10,453 Stat. silv. 4,4,67 Tac. hist. 2,11,3 Coripp. Ioh. 2,45. *cf.* Verg. Aen. 7,666 ipse -s ... regia tecta subibat [Stat. Theb. 8,87]). 10,751. 12,510. Ov. met. 14,364 *equo relicto Picus* silva -s errat in alta. Liv. 28,9,15 Neronem ..., etiam si -s incedat *in triumpho,* ... gloria memorabilem fore (*antea opp.* curru, uno equo). 31,37,10 -s aequare cursu fugientes ... equites. Cvrt. 8,2,36 *Philippus* -s ... per d stadia vectum regem *Alexandrum* comitatus est. Lvcan. 9,588 *Cato* praecedit anheli militis ora -s. Sil. 1,243. 8,557 *Scipio* saepe alite planta ..., ipse -s, praevertit equum. Stat. Theb. 9,289. Frontin. strat. 2,8,13 *Caesar* equum suum abduci ... iussit et in primam aciem -s prosiluit. Vet. Lat. Baruch 5,6 (Iren. 5,35,1, *sim. al.*) *filii tui* profecti sunt ... a te, *Hierusalem,* -es (*postea opp.* portatos; *cod. 188 al.* pedestres, *Vulg.* pedibus, *gr. πεζοί*). Mod. dig. 8,3,12 iter est ..., qua quis -s vel eques commeare potest. Hil. in Matth. 14,9 turba ... dominum de civitate -s sequitur in desertum (pedibus *var. l.; cf. p. 971, 74*). *al.* **2** *distinguitur potius navigatio*: Verg. Aen. 10,764 -s incedit medii per maxima Nerei stagna viam scindens *Orion* (*item gigas -s per stagna it* Clavd. rapt. Pros. 3,185). Mela 2,26 Persarum exercitus ... ex Asia in Graeciam -s et non navigata maria transgressus est. Sil. 15,243 *Scipio* per ... undas muris *Carthaginis* -s advolat *minuente aestu* (*cf. 240* transcurrere planta). Itin. Alex. 20 *Alexander* naves Memphim per Nilum suburgueri iubet ipse ... -s eodem occursurus. Hil. in psalm. 51,6 p. 101,5 cum *populus Israel* rubrum mare -s transivit (pede *var. l.; in eadem re*: 118 he 2 p. 400,5. Ambr. apol. Dav. I 4,17 [pede *var. l.*]. *cf.* Hil. in psalm. 65,10 cum Iordanen -s populus egressus est [pedibus *var. l.; postea citat psalm. 65, 6* pertransibunt pede]). 65,10 (*postea*: pede). Avson. 157,8 p. 14 *in somnio* per mare ... gradior -s. Heges. 3,3,1 *Vespasianus* ipse transmisso Hellespontiaco freto -s in Syriam contendit (*gr. 3, 8 πεζός*). 4,33,3 -s egreditur (*gr. 4, 659 πεζῇ*).

III *ponitur iuxta alterum subst. eodum casu, ita ut* -s *illud subst.*

[Kooreman]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

more adiectivi determinet aut per illud determinetur (addas fortasse l. 36; omisimus iuncturas, in quibus alterum subst. est nomen gentis, e. g. Bell. Afr. 14, 2 -es Numidae, *et iuncturam* socii -es, *e. g.* Liv. 21, 17, 8. 9): Liv. 9, 19, 15 numquam ab equite hoste, numquam a -e ... laboravimus. 27, 8, 15 *cum* transfugarum ... Numidarum equitum -umque magnam vim haberet. 31, 35, 6 nec eques regius equiti *Romano* par erat ..., nec -s concursator et vagus et prope seminudus ... veliti Romano (*sim. iuxta ponitur nomen in* -tor *fere pro adi. positum*: Amm. 16, 12, 21 isdem *equitibus* ... -es miscuere discursatores et leves. *aliter l. 10. 17*). 42, 57, 5 placet ex regiis auxiliis centum equites et parem numerum iaculatorum -um exire (*nisi* -um *intellegas gen. part. ex* iaculatorum *pendentem, cf.* -um iaculatores 21, 52, 9. 27, 12, 9). Vet. Lat. iud. 20, 2 (cod. 100) cccc milia virorum -um ([*gr. ἀνδρῶν πεζῶν,* Vvlg. *v. infra*]. Vvlg. exod. 12, 37 sescenta ... milia -um virorum absque parvulis [*cf. p. 968, 5*]. I par. 18, 4). II Macc. 11, 4 (rec. X) in multitudine -um ⌞hominum⌟ (⌞⌟ *deest ceteris rec., del. De Bruyne; gr. πεζῶν*). Itin. Alex. 11 -s miles. Vvlg. iud. 20, 2 quadringenta milia -um pugnatorum (Iudith 2, 7). Pavl. Nol. epist. 28, 1 veredarius -s aut veredus bipes.

appendix: iuncturae nominales selectae: **1** *gen.* -is (-um) *pendet e subst.*: acies: Bell. Afr. 13, 1. *al., v. vol. I 405, 15sqq.* agmen: Liv. 2, 26, 3. 21, 41, 4. *al.* auxilia: Cic. Pis. 84. *al.* Caes. civ. 1, 39, 2. 2, 26, 2 Sall. Iug. 7, 2. *al.* caterva: Hor. epist. 2, 1, 190. *al., v. vol. III 609, 81sqq.* cohors: Liv. 28, 14, 17. 45, 40, 4. *al.* copiae: Pomp. Cic. Att. 8, 12^{c}, 1. *saepe, v. vol. IV 905, 65sqq. 72sq.* magister: Chart. lat. ant. I 8 (*a. 344*). *al., v. vol. VIII 82, 30sq.* magisterium: Avr. Vict. Caes. 41, 26. *al., v. vol. VIII 89, 35.* manus: Brvt. Cic. fam. 11, 10, 3 Hirt. Gall. 8, 12, 1 Liv. 24, 14, 1. 33, 18, 10. *al.* ordines: Liv. 3, 63, 2. *al., v. vol. IX 2, 953, 21sq.* praesidium: Cic. Pis. 84 Liv. 42, 54, 8. *al.* vis: Liv. 8, 39, 8. 10, 36, 12. *al.*

2 -s *determinatur*: **a** *per adi.*: armatus: Verg. Aen. 6, 516 Liv. 2, 64, 11. 25, 16, 8. *al.* auxiliarius: Hirt. Gall. 8, 5, 3 Tac. ann. 4, 73, 1. caetratus: Liv. 21, 21, 12. clipeatus: Ivlian. in Ioel 1, 4. delectus: Hirt. Gall. 8, 21, 3. *al., v. vol. V 1, 453, 17sqq.* (*cf. etiam* electus: Bell. Hisp. 15, 2). domesticus: Not. dign. or. 15. *al., v. vol. III 1777, 79sqq.* expeditus: Bell. Alex. 29, 2. *al., v. vol. V 2, 1622, 82.* fortissimus: Caes. Gall. 1, 48, 5 Val. Max. 7, 3, 3 Veg. mil. 3, 18. *al.* gregalis: Frontin. strat. 4, 1, 31. iunior: Cvrt. 9, 4, 15. CIL VIII 20996 (*a. 227*). legionarius: Bell. Afr. 14, 2. sagittarius (*nisi est subst.*): Bell. Afr. 13, 1 Tac. ann. 2, 16, 3. 13, 40, 2 Veg. mil. 1, 20 p. 22, 15. *al.* scutatus: *v. p. 966, 68.* singularis: CIL XIII 7709 (*aet. Vesp.*) *et saepe in titulis* (*ad rem v. Speidel, RE Suppl. XIV 371 sqq.*). velocissimus: Caes. Gall. 1, 48, 5 Sall. Iug. 91, 4. *al.* veteranus: Liv. 21, 44, 1 Tac. hist. 4, 70, 3. **b** *per gen. vel abl. qual.*: Caes. Gall. 2, 24, 1 levis ... armaturae -es (7, 65, 4 Hirt. Gall. 8, 19, 2. *al.*). Bell. Hisp. 15, 2 -es levi armatura electi.

deriv.: pedester, 1. et 2. peditatus, 2. pedito; *cf.* peditastellus.

pedestellae *v.* pes (*sc.* pedes telae). *Kooreman.*

⁑pedester (-stris), -stris, -stre. *a* pedes; *cf.* equester. Not. Tir. 45, 60. *de formis: nom. sing. masc.* -r: Nep. Eum. 4, 3 Cvrt. 3, 2, 8 Pallad. hist. mon. 1, 32 p. 318^{C} CIL VIII 24512; -is (*quod praefert* Prob. cath. gramm. IV 17, 11 sq.): Mart. epigr. 28, 8 Hist. Avg. Prob. 21, 1 Veg. mil. 1, 20 p. 22, 4. p. 23, 7. p. 24, 4. *cf.* Gloss. II 400, 25 *πεζός* -r -ris. *abl. sing.* -e *vel* -i *admittere videtur* Char. gramm. p. 158, 33 (*ex Romano*), *sed* -e *non exstat praeter p. 971, 30,* -i *passim. nom. plur.* -is Liv. 28, 33, 15 (*cod. P al.*, -es *var. l.*); *heteroclit.* -i *vel* -ae *p. 971, 75sq.* (*non huc pertinet* Gloss. III 513, 19 gippides -i *decurtata ex* Isid. orig. 9, 2, 92 Gipides -i proelio *eqs.*). *acc. plur.* -is *e. g.* Verg. Aen. 10, 364 *M* (-es M^{2}). Liv. 28, 8, 10 *P. compar. et superl. desunt.* Gloss. -r: *πεζός. al. v. infra. legitur in oratione prosa inde a* Qvadrig., Cic., Caes., *maxime apud rerum scriptores; perraro in poesi, sc. apud* Verg. Aen., Hor. (*v. sub II*), Carm. de bell. Aeg., Sil., Stat. Theb., *al.* [*francog. vet.* piestre (*francog.* piètre *'miser'*). *cf. M.-L. 6346. Wartburg VIII 120sqq. St.*]

I *usu ad peditem referendo*: **A** *proprie respiciuntur animantes, qui pedibus eunt. dicitur tam de eis, quae ad pedites pertinent (v. 1b) quam de eis, qui pedibus agunt vel de actionibus, quae pedibus conficiuntur, vel de locis, ubi pedibus itur (v. 2), quod utrumque derivari potest ex usu sub 1a descripto. opp.* equester *passim, sed nonnullis locis potius subest oppositio rerum navalium, maritimarum, v. p. 970, 12. 36. 45. 971, 11. al. et cf.* Gloss. -e: *πεζὸν καὶ ἐπίπεδον. adi. in oratione soluta plerumque anteponitur, aliter e. g. l. 72sq. p. 970, 16. 25. 57.*

1 *in re militari* (*transfertur in rem civilem sub c*): **a** *-es sunt copiae, milites: α distinguuntur copiae equestres*: Cic. Catil. 3, 9 *L. Cassius a Gallis poposcit,* ut equitatum ... mitterent; -es sibi copias non defuturas (fin. 2, 112 equestribus et -bus. *al.* Caes. Gall. 2, 17, 4. *al.* Bell. Afr. 13, 1. 2. 38, 3 [*sing. ut* Sil. 11, 264 frenata acies, ... -is c.]. Alex. 61, 1 [*adi. sequitur ut* Sall. Iug. 49, 1. 52, 5]. Hisp. 6, 3 Nep. Ages. 3, 6 Liv. 8, 38, 5. *al.*). Nep. Eum. 4, 3 equitibus profligatis ... -r exercitus ... pacem ... petit (Liv. 1, 43, 8 Cvrt. 3, 2, 8. Heges. 2, 5, 1 [*gr. Ios. antiq. 18, 87 πομπῇ ... ὁπλιτῶν*]. *al.*). Liv. 2, 20, 12 equiti *hostium* admoti equi ...; secuta et -is acies (9, 27, 10. *al.* Cvrt. 3, 9, 4. *al.* Stat. Theb. 9, 208 Tac. ann. 2, 17, 3). Stat. Theb. 10, 740 cornua ... equitum, cuneos ... -es (Prvd. cath. 5, 53). Dict. 1, 18 -es milites (Cod. Iust. 1, 27, 2, 5). *al. masc. plur. pro subst.* (Gloss. -es: *πεζοί*): Vet. Lat. iud. 5, 15 (Verec. in cant. 9, 14) Debbora misit -es suos in valle (*gr. rec. A πεζούς, cod. 100* pedites, *Vulg. aliter.* Verec. *in explicatione refert ad apostolos,* qui pedibus terram calcarent et adiutorio non egerent iumentorum *eqs.; postea*: interiores -es, humiles itaque cogitationes). Ivst. 11, 9, 10 ex Macedonibus cecidere ⌞-es⌟ cxxx, equites cl (pedites *unus e codd.*). Veg. mil. 1, 20 p. 22, 13 galeas -bus reddere. Cassiod. Ios. antiq. 6, 97 p. 155. *et saepius in eodem opere* (*fere pro gr. πεζοί*).

β distinguuntur copiae navales: Caes. Gall. 3, 11, 5 *Caesar Brutum* classi ... praeficit ...; ipse eo -bus copiis contendit (Bell. Alex. 44, 1. Nep. Alc. 8, 2 -bus c. plus quam navalibus *valere* [Liv. 23, 28, 3. 26, 51, 3. 37, 53, 15]. *al.* Liv. 28, 8, 10 Cvrt. 4, 7, 3. *al.*). Nep. Ages. 2, 1 Artaxerxen comparare classis -isque exercitus (Con. 1, 1. Dion 6, 3 e. -em. Val. Max. 1, 6 ext. 1 [*si recte suppl.*]. Cvrt. 4, 2, 5 Firm. math. 8, 20, 9). Liv. 26, 39, 13 *naves iunctae* frontibus velut -is acies urgebant (Tac. hist. 5, 15, 1). Paneg. 6, 6, 4 *Rhenum gelu duratum* -i agmine ... transmittere. *masc. plur. pro subst.*: Heges. 3, 23, 1 muro eam *urbem* vallaverat Iosephus, nisi qua -bus invia Gennesari lacus fluctibus alluebatur. Cassiod. hist. 1, 8, 5 amissis ... -bus et navalibus (copiis *add. A*^{2}; *Sozom. 1, 7, 5 τὸ πεζόν*).

b *-es sunt res ad pedites pertinentes: α res variae*: Qvadrig. hist. 10b *Titus Manlius* scuto -i et gladio Hispanico cinctus (Liv. 6, 8, 6. 7, 10, 5 Amm. 20, 4, 17). Lex Iul. munic. (cil i^{2} 593) 91 quei eorum stipendia equo ... aut -ia ... fecerit (101 Liv. 7, 13, 1). Nep. Iph. 1, 3 -ia arma mutavit (Carm. de bell. Aeg. 8, 3 Paneg. 5, 3, 3). Verg. Aen. 10, 364 Arcadas insuetos acies inferre -is. Liv. 22, 47, 3 vir virum amplexus detrahebat equo; -e magna iam ex parte certamen factum erat (28, 33, 5 Clavd. Don. Aen. 12, 345 p. 593, 19). 24, 48, 5 rudem ad -ia bella Numidarum gentem esse, equis tantum habilem. 24, 48, 6 hostem -i fidentem Marte (Sidon. carm. 2, 285). Firm. math. 8, 31, 3 cui navale et -e ... imperium conmittatur. Avr. Vict. Caes. 42, 15 -e ad magisterium ... meruerat. Amm. 21, 16, 7 armaturae -is (*i. exercitii peditum*). *al.* *β* pugna: Cic. Cato 13 -es navalesque p. *recordari* (*sim. opp. p. navalis*: Liv. 36, 44, 9 ubi p. *navalem* -i similem fecissent. Tac. ann. 12, 57, 1 *in lacu* inditis pontibus -em ad p.). Verg. Aen. 11, 707 (*ad Camillam equitantem*) te ... pugnae ... accinge -i (*sim. de p. equitum, qui descenderunt*: Liv. 6, 24, 10 Frontin. strat. 2, 3, 23). Liv. 3, 61, 9 concitant equos ... in hostem -i iam turbatum p. 28, 33, 11 *segregare* equestrem a -i pugnam. *al.* Tac. hist. 1, 79, 2 nihil ad -em p. tam ignavum *quam Sarmatae* (*sim.* Amm. 31, 2, 6 *de Hunnis*). *al.* *γ* proelium: Caes. Gall. 4, 24, 4 *nostri in fluctibus consistentes non eodem* studio, quo in -bus uti p. consuerant, utebantur (*sim. opp. p. navale*: Sen. clem. 1, 9, 4 tot navalibus, tot -bus p. [Frontin. strat. 1, 3, 6. 2, 9, 10]. Paneg. 2, 5, 2, *ubi opp.* bellis navalibus). Bell. Hisp. 15, 3 complures ex equis descenderunt; ... eques -e, pedes equestre p. facere coepit (*cf.* Liv. 9, 22, 10. 22, 49, 4 equitum -e proelium ... fuit. Ivst. 33, 2, 1). Liv. 25, 15, 12. 34, 17, 3 eques immissus turbavit ... aciem eorum; -e p. nullius ferme certaminis fuit. Svet. Dom. 4, 1 *in circo* p. etiam duplex, equestre ac -e, commisit. *al.*

c *singulariter* ordo -r *distinguitur ab ordine equestri*: Liv. 5, 7, 7 *equites sine equo publico* equis se suis stipendia facturos promittunt; ... *tum* ad curiam concursus fit plebis; -is ordinis se aiunt nunc esse operamque rei publicae extra ordinem polliceri (*cf. Ogilvie, 1965, ad l.*).

2 *usu vario*: **a** *-es sunt, qui pedibus eunt: α imagines hominum, non nisi* statua -is (*adi. sequitur praeter l. 59, subauditur subst. apud* Plin.): Cic. Phil. 9, 13 gratior illi *Ser. Sulpicio* videtur ... aenea st. futura et ea -is quam inaurata equestris. *ibid.* -em ex aere st. 9, 16. Decret. decur. Pis. (cil xi 1421) 36 *super arcum ponatur* ⟨st⟩atua -is ipsius *C. Caesaris* triumphali ornatu *eqs.* CIL VIII 24583 (*aet. Aug.?*). R. Gest. div. Aug. 24 st. ⟨mea⟩e -es et equestres et in quadrigeis argenteae (*gr. πεζοί*). Plin. nat. 34, 28. Decret. decur. Tufic. (cil xi 5694) 16. Inscr. Dessau 6468 (*aet. Ant. Pii*) si mihi st. -is in foro ... posita fuerit, ... *municipibus tantum* dari volo. CIL IX 339 (*saec. III in.?*) *cum* huic popul(us) ... equestrem postulasset, contentus honorem statuae -is voluntati eorum gratiam retulit. Hist. Avg. Opil. 6, 8 equestres, pedes⟨tres⟩ ..., sedentes. Alex. 28, 6 st. colossas vel -es nudas vel equestres. CIL II 2130 testamento st. sibi et patri equestres, matri -em poni iussit. IX 2855 *M. Baebio* decuriones funus publicum, st. equestrem ... decreverunt, et urbani st. -e. *al.* (*in inscr.*).

β ipsi homines vel dei: Mart. epigr. 28, 8 dum ... parat saevis ratibus fera proelia Nereus, horruit in liquidis ire -is aquis (*sc. aquis ex arena subito emissis; vix ad 1a*). Vet. Lat. Matth. 14, 13 *et* Marc. 6, 33 *v. p. 971, 74. 972, 1.* Sedvl. carm. pasch. 1, 138 (*sec. exod. 14, 16*) turba -is intrat in absentis pelagi mare. Verec. in cant. 9, 14 *v. l. 7.* Pallad. hist. mon. 1, 32 *Philo-*

[Stewart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

comus -r iter omne conficiens Romam usque pervenit (*gr. p. 133, 19 Bu. πεζῇ τῇ ποϱείᾳ*). *ibid.* -r remeavit. CIL VIII 24512 homo caballaris f(o)l(les) IIII, homo -r f(o)l(lem) I *ratiariis dare debet.* **γ** *animalia*: APVL. mund. 36 p. 369 omnium animalium ... pinnatarum et -ium et aquatilium *natura* (*gr. 401a9 τὰ ... ἐπὶ γῆς*). Ps. AVG. categ. 20, 169 (*de generibus animalium*) nec vero aut volatile quidquam -i tribuit, ut sit, aut volatili -e aut *eqs.*

b *-es sunt res variae* (*v. etiam p. 970, 8*): **α** *viae sim. quae pedibus terrave conficiuntur aut loca, ubi pedibus itur*: Ⓘ *adi.*: CAES. Gall. 3, 9, 4 *Veneti* natura loci confidebant: -ia esse itinera concisa aestuariis, navigationem impeditam ... sciebant (*sim. distinguitur navigatio*: civ. 2, 32, 12 neque -i i. neque navibus. BELL. Alex. 26, 1 [*adi. postponitur ut* LIV. 37, 45, 2]. LIV. 36, 21, 6 -i i. Romam ingenti cursu pervenit. CVRT. 4, 2, 9 FRONTIN. strat. 2, 5, 42 SVET. Claud. 17, 2 VLP. dig. 43, 12, 1, 14. *al.; distinguitur iter curru vel equo factum*: GREG. TVR. Iul. 23). BELL. Alex. 26, 2 tota Aegyptus maritimo accessu Pharo, -i Pelusio ... munita *est* (APVL. mund. 34 p. 364 *regiones* desidia maris -i a. pervias). PLIN. nat. 3, 101 hoc *maris* intervallum -i continuare transitu pontibus iactis primum Pyrrhus ... cogitavit. CE 484, 3 (*saec. II/III; loq. tabellarius*) diplomā circavi totam regione(m) -em. AMBR. myst. 9, 51 inter undas via -is apparuit (*respicitur exod. 14, 21 sq.*). SIDON. epist. 8, 12, 1 an ..., quia solet Bigerricus turbo mobilium aggerum indicia turbare, quoddam vereris in itinere terreno -e naufragium? SEDVL. carm. pasch. 3, 229 dominus superambulat undas ...; miratur stupefacta cohors sub calle -i navigeras patuisse vias (*sim.* op. pasch. 3, 19). Ⓘⓘ *neutr. sing. pro subst. de campo* (*sc. notione sec. gr. πεδ- deflexa; cf. etiam* campestre *vol. III 211, 2 sqq.*): VET. LAT. II par. 26, 10 (cod. 109) pecora multa erant ei *regi* in Sefela et in -i, agricolae et vinitores ... in montana (*gr. ἐν τῇ πεδινῇ* [*quod 1, 15 et 9, 27 in eodem cod. vertitur verbis* in campo]. *Vulg.* in heremi vastitate). *add. fortasse* VET. LAT. Marc. 6, 33 (cod. 17) multi et de -e multi et de civitatibus concurrerunt (*gr. et alias vers. v. p. 972, 1*).

β *auspicia, sc. quae -ia animalia praebent*: PAVL. FEST. p. 244 -ia auspicia nominabant, quae dabantur a vulpe ... equo ceterisque animalibus quadrupedibus.

B *translate respiciuntur res humiliores*: **1** *pertinet ad genus dicendi vel scribendi* (*sec. gr. πεζός. locos fusius tractavit Thraede, Studien zu Sprache u. Stil des Prud., 1965, 51 sqq.*): **a** *versus humiliores distinguuntur a carminibus tragicis, epicis*: HOR. sat. 2, 6, 17 quid prius illustrem saturis musaque -i? ars 95 interdum ... et vocem comoedia tollit ... et tragicus plerumque dolet sermone -i (PORPH. exigit saepe et tragoedia, ut -bus scribatur verbis). TER. MAVR. 2232 qui -es fabulas socco premunt, ut quae loquuntur sumpta de vita putes, vitiant iambum *eqs.* PRVD. epil. 12 iambicos sacramus et ... trochaeos sanctitatis indigi ...; approbat tamen deus -e carmen. **b** *oratio prosa distinguitur a poesi* (*cf.* GLOSS. II 400, 26 *πεζὸς λόγος*: -is oratio, haec prosa oratio): HOR. carm. 2, 12, 9 tu ... -bus dices historiis proelia Caesaris, Maecenas, melius (PORPH. soluta et civili oratione). QVINT. inst. 10, 1, 81 *Plato eloquendi facultate Homerica* multum ... supra prorsam orationem et quam -em Graeci vocant surgit (DIOM. gramm. I 299, 16. 465, 23). TER. MAVR. 294 sermo si planus -i se tenet modestia. 1439 *creticus* optimus pes et melodis et -i gloriae. AVSON. 406, 80 p. 242 *fabulas Aesopias* vertit ... -e concinnans opus fandi Titianus artifex. SYMM. epist. 1, 3, 2 adprime calles epicam disciplinam, non minus -em lituum doctus inflare; ... orandi aeque magnus et canendi *eqs.* 1, 14, 1 (*ad Ausonium*) *me* neque ullius poematis tui neque -ium voluminum lectione iuvisti. HIER. epist. 53, 8, 3 *liber Iob* prosa incipit, versu labitur, -i sermone finitur (*addas fort. locum mancum* INSCR. christ. urb. Rom. 14472). *al.* **c** *sermo simplex, incultus distinguitur ab oratione ornata, composita*: HIST. AVG. trig. tyr. 1, 1 scriptis ... libris non historico nec diserto, sed -i adloquio. Prob. 21, 1 longius amore imperatoris optimi progredior quam -is sermo desiderat (VEG. mulom. 4 praef. 2 ex diversis auctoribus enucleata collegi -ique s. in libellum parvissimum contuli. CAES. AREL. serm. 1, 13. 1, 20 simplici et -i s. *praedicare.* 86, 1 simplici et, ut ita dixerim, -i s.). HIER. epist. 36, 14, 2 -is et cotidianae similis et nullam lucubrationem redolens oratio necessaria est, quae rem explicet ..., non quae verborum conpositione frondescat.

2 *pertinet ad quamlibet rem*: VIGIL. TRID. ad Ioh. 4 l. 84 ne cui -e videatur esse martyrium humilitate susceptum, quia vile putatur bonum omne quod praesens est (*cf. 5* vulgare ... certamen).

II *usu deflexo, sc. ad pedem referendo, in arte metrica, i. q. ποδικός* (*cf.* pedalis *p. 961, 31. 56*): IVBA Prisc. gramm. III 420, 9 (*agitur de trimetro iambico*) per ⌞coniugationem -em⌟ metrorum (*i. συζυγίαν ποδῶν*).

pro subst.: masc. plur. p. 970, 4. 20, neutr. sing. l. 7. 25.

adv. **pedestre.** *fere i. q. pedibus, πεζῇ*: VET. LAT. Matth. 14, 13 (cod. 4 *al.*) cum audissent turbae, secutae sunt eum -e de civitatibus (*gr. πεζῇ, var. l. πεζοί, cod. 3* pedibus; *adi. praebent*: cod. 2 -ae, cod. 5 turbae secuti ... -i, cod. 6 *al. et* VVLG. -es). Marc. 6, 33 (cod. 4 *al.*) -e ab omnibus civitatibus concurrerunt (*gr. ut supra; adi.* -es *praebent* cod. 10 *al. et* VVLG.; cod. 17 *v. p. 971, 30*). CONSVL. Constant. chron. I p. 245, 388 defunctus est Cynegius ... Constantinopolim ...; transtulit eum matrona eius ... ad Hispanias -e. *Stewart.*

***pedetemptim** *adv.* [*usu originario i. q. 'modo eius, qui pede contrectat, explorat' (cf. l. 44 infra). pars prior est abl.* pede, *posterior adv.* *temptim *derivatum a stirpe verbali* *temp- *'contrectando explorare, experiri', cuius frequentativum est* temp-tare. *cf.* pede temptare *Cic. leg. 2, 6 et* pedepressim. *Walde-Hofmann II 662; Leumann, Gramm. 1977, 501. Fo.*] *de origine* (*cf. etiam l. 23. 29. 34. p. 973, 40*): PROB. inst. gramm. IV 153, 7 ex se fiunt adverbia, *i. non ex aliis partibus orationis,* ... ut puta rursum ..., -m *eqs.* DON. gramm. mai. 2, 13 p. 640, 7 *adverbia quaedam veniunt* a nomine et verbo, ut -m (*sim.* DIOM. gramm. I 403, 30. *al.*). Ter. Phorm. 552, 1 -m: caute, a pedibus et temptando (*sim.* AVG. gramm. V 518, 33 GLOSS.^{L} III Abstr. PE 9. *al.*). CLEDON. gramm. V 62, 24 -m: hic pes, temptim teneo: ergo quasi dicas pedem teneo (*sim.* POMP. gramm. V 243, 17 sq.). *de scriptura*: -tempt- *praebere videntur codd. antiquissimi, sc. A* TER. Phorm. 552. *A et V* FRONTONIS *ter. B* LACT. opif. 1, 8. *Γ* HIER. epist. 53, 11, 3. *H* GLOSS. II 252, 31. *al.; in codd. medii aevi saepe invenitur* -temt- *vel* -tent-, *ceterum etiam* -timtim, -timpti *nec non* pedi-, peda- *al.* NOT. Tir. 58, 21. *compar.* -ius AVR. Fronto p. 36, 13, *superl. deest. de notione* (*notabiliora*): NON. p. 29, 1 -m et pedepressim dictum est caute, quasi lenta et tarda itione ([*affert l. 54 sq. p. 973, 26. 41*]. p. 33, 10 [*affert p. 973, 7*]. DON. *l. 15. p. 973, 39.* GLOSS.). DOSITH. gramm. 43, 2 (*inter adv.* quae in ... tim terminantur) *κατὰ προχώρησιν, ῥρέμα.* POMP. gramm. V 243, 18 -m, id est sensim (*mire addit*: sine intermissione). PRISC. gramm. III 86, 20 *inter adverbia* remissiva ... *hortativis* contraria. SCHOL. Cic. Gron. B p. 336, 18 summatim, paullatim; '-m' autem proprie dicimus, quando per loca lubrica incedentes temptamus, utrum sit firmus incessus, suspenso pede. SYNON. Cic. p. 437, 25 otiose. tarde. sensim. sine festinatione. cautim. -m. lente *eqs.* p. 438, 1 partim ... gradatim. paulatim. minutatim. -m. per numeros. per partes. GLOSS. *κατὰ πρόσβασιν. ἀφανῶς. ῥρέμα. al.* GLOSS.^{L} I Ansil. PE 106 sollicitus ambulans. *legitur in versibus locis singulis apud* PLAVT., TER., PACVV., *binis apud* LVCIL. *et* LVCR., *in oratione soluta (praeter gramm., quos v. supra) semel vel raro apud* CATONEM, COEL., QVADRIG., RHET. Her., LIV., SEN. *philos.*, QVINT. (*v. p. 973, 11*), FRONTONEM, GELL. *al., octies apud* CIC., *duodecies apud* AVG.; *cf. tabulam p. 821, 10 insertam.*

vox describit actionem eius, qui quasi pede temptante agit, ut vergat in notiones q. s. aut gradatim, paulatim, lente aut caute, prudenter (*qui colores saepius discerni vix possunt; invenies illum maxime sub 1, hunc e. g. p. 973, 12. 15 sq. 19. 30; notio progrediendi evanescere potest, ut p. 973, 12. 15 sq. 19*). *saepius ad originem vocis alludi videtur, e. g. l. 52. 56. 72 sq. iuxta posita potiora*: gradatim *l. 59. 66,* paulatim *l. 70. p. 973, 11. 29,* sensim *l. 69. p. 973, 18. 26. 41,* caute *p. 973, 2. 7. 31. al.,* timide *l. 67 sq. 71; opp. v. e. g. l. 59 sq. p. 973, 28. occurrit saepius in adhortationibus, praeceptis sim.; praeter l. 69. 72 non nisi de actione animantium* (*aliter e. g.* gradatim, paulatim).

1 *describit actionem eundi vel ducendi, sc. progressum localem* (*verbum fort. subaudiendum apud* PACVV.): **a** *proprie*: CATO orat. 35 eam ego vi⟨a⟩m -m temptabam (*nisi ad b*). PACVV. trag. 256 (*verba Vlixis saucii*) ⌞-m ac⌟ sedato nisu, ne succussu arripiat maior dolor (⌞ ⌟ -m ite et *var. l. contra metrum*). COEL. hist. 57 ipse cum cetera copia -m sequitur. QVADRIG. hist. 92 exercitu instructo -m milites ducere coepit. LIV. 21, 28, 12 *elephanti in flumen lapsi* quaerendis -m vadis in terram evasere. FRONTO p. 72, 8 dolore arreptus sum ... modico, ut ... ingrederer -m. QVEROL. p. 49, 10 -m accede atque ausculta *eqs.* HIER. in Ezech. 40, 5 l. 252. hom. Orig. in Ier. 2, 2 p. 292, 10 non gradatim, non -m, sed cum velocitate, cum cursu 'fugite'. hom. Orig. in Luc. 13 p. 82, 2 *pastores ad Bethlehem* festinantes venerant, et non -m neque fesso gradu (*gr. βάδην*). ASTER. ad Renat. l. 500 -m gressibus fractis (*incessus feminarum lascivus describitur sec. Hier. epist. 22, 13, 5, ubi*: solutis genibus fractus incessus). Ps. SORAN. epit. 44 *gravida* -i⟨m⟩ ambulet in locis asperis leviter. **b** *in imagine et translate*: RHET. Her. 1, 6, 9 deinde ad nostram causam -m accedemus (*cf.* CIC. fam. 9, 14, 7 -m et gradatim tum accessus a te ad causam facti, tum recessus). CIC. inv. 1, 24 ingredi -m in defensionem. Quinct. 51 viri boni ... timide ... et -m istuc, *sc. ad proscriptionem bonorum,* descendunt *eqs.* Tusc. 3, 54 sensim ... et -m progrediens extenuatur dolor (LVCR. 5, 533 -m progredientis *praeceptoris.* 5, 1453 experientia mentis paulatim docuit -m progredientīs). SEN. dial. 9, 11, 1 *sapienti* non timide nec -m ambulandum est. epist. 40, 7 *philosophia* debet ... -m procedere (LACT. opif. 1, 8 -m p., quoniam ... offensacula pedibus latenter opponit *diabolus*). GELL. 14, 1, 33 *Chaldaei vaticinantes* -m quasi per tenebras ingredientes eunt (*postea*: multa temptando). HIER. in Ier. 4, 57, 2 falsi doctores ... non -m nec con-

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

siderato gradu, sed praecipites currunt ad interitum. Avg. de duab. anim. 11 ut ... -m atque caute ... sequerer homines *illos*. util. cred. 10, 24 p. 29, 22 eos -m quibusdam gradibus ad ... penetralia (*i. religionem*) esse ducendos. Prisc. rhet. 2, 9 p. 553, 12 produces -m locum (*gr. 3 p. 7, 16 πλατυνεῖς ἠρέμα*). *al.*

2 *describit actionem dicendi, disputandi sim.* (*cf. nonnulla sub 1b*): **a** *iuxta verba*: Cic. Verr. I 18 quae ... a me -m cauteque dicentur (Cluent. 118 caute -mque. Don. Ter. Eun. 116, 1 haec figura in narrationibus basis dicitur, cum omnia -m dicuntur insinuandi gratia. Rvfin. apol. adv. Hier. 1, 45 l. 15 [*opp.* abrupta et definita sententia]). Qvint. inst. 5, 7, 20 actor ... paulatim et, ut dicitur, -m interrogando experietur animum *testis*. Avr. Fronto p. 36, 13 non ..., quod rectius esse arbitror, -ius tibi consulam. Ivlian. Aug. c. Iulian. op. imperf. 6, 8 -m omnia perscrutemur. Avg. civ. 16, 8 p. 137, 26 ut istam quaestionem -m cauteque concludam. c. Petil. 3, 40, 48 *Donatistae cuiusdam* causam -m suspendens, ne illius perfunderetur invidia. quaest. Simpl. 2, 3, 3 -m quidem ..., sed tamen potius existimemus *eqs.* Mvtian. Chrysost. hom. 13 p. 323 *Paulus* haec sensim et -m proponit (*gr. p. 105 κατὰ μικρόν*). 33 p. 445 hic (*sc. Hebr. 13, 9*) -m eos significat, qui *eqs.* (*gr. p. 226 ἠρέμα*). *al.* **b** *verbo omisso*: Avg. c. acad. 1, 5, 13 -m ..., quaeso (*item monetur adversarius in dialogo*: soliloq. 2, 3, 4 nimis cito urges ...: -m, quaeso). in euang. Ioh. 15, 30.

3 *describit actiones varias*: **a** *iuxta verba*: Plavt. Mil. 1023 (*servus ad militem morae impatientem*) -m ... tractare soles hasce ... mercis, *sc. mulieres* (*si sic legendum*). Lvcil. 1247 -m hunc ⟨fer⟩re salutem (*suppl. Marx*). Cic. off. 1, 120 sensim erit -mque facienda *mutatio generis vitae*. Decl. in Catil. 100 manum ... hominum ... -m coegerunt. Fronto p. 110, 2 sanguinem ... incursim detrahendum, postea -m esse reparandum (*antea syn.* paulatim). Fortvn. gramm. VI 278, 8 discendum ... aliquid, -m tamen (*i. caute; potius i. q. gradatim*: Firm. math. 5, 1, 38). Hier. epist. 53, 11, 3 nisi ... diem de die trahens caute et -m tuas possessiunculas vendideris. Boeth. in herm. comm. pr. 1 praef. p. 32, 4 *ita explicabo, ut lector* -m minutatimque secundum orationis ordinem ... intelligat *latentia*. *al.* *sec. ambiguitatem adverbii graeci fere pro clam, secreto poni videtur*: Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 2, 606 p. 702 -m eas *pecunias* retinere decrevi (*gr. ἡσυχῇ*). **b** *verbo omisso*: Ter. Phorm. 552 (*Geta servus ironice ad Phaedriam adulescentem*) di bene vortant quod agas; -m tamen (*cf.* Schol. Ter. p. 134, 23 sensim, paulatim, scil. age. *respicitur textus aliter inter personas divisus*: Don. hoc quidam sic accipiunt, tamquam Getae dicat Antipho, ut caute aggrediatur senem fallere. Evgraph. paulatim temptando *eqs.*). Lvcil. 720 ille ... omnia inter plures sensim et -m, nequem laedat. Cic. Att. 16, 14, 2 quod me mones, ut -m, adsentior. *Spoth.*

pedibulum (*vix* -us), -ī *n.* *a* pes *formatione parum perspicua, v. Serbat, Dérivés nominaux, 1975, 68 sq.* *i. q. rumor, qui fit pedibus incedendo*: Pass. Fructuos. 1, 2 cum *Fructuosus in cubiculo* sensisset -um ipsorum *militum advenientium, ut eum comprehenderent* (pediculum *var. l.*). Greg. Tvr. Franc. 3, 15 p. 115, 8 audiunt -um equitum currentium (pedeb- *var. l.*). *Gatti.*

pedica, -ae *f.* *a* pes (*item* Varro ling. 5, 95. Isid. orig. 5, 27, 8 dictae a pedibus capiendis); *ad formationem cf.* manica. *scribitur* -duc- Isid. *loco cit., in var. l.* Hier. epist. 54, 4, 1 Regvla mag. 8, 25. *al.* Not. Tir. 58, 23. *de notione*: Serv. georg. 1, 307 -as: laqueos, quibus pedes inlaqueantur (*inde* Isid. *loco cit. et* Gloss.). Gloss. *ποδάγρα, ἀρπεδόνη, βρόχος, πάγη καὶ παγίς*. podagra. *v. etiam vol. III 2059, 1. inde a* Plavto, Lvcil., Varrone, Verg. [*val.* piedacă; *it. vet.* piedica; *sard.* peiga; *francog.* piège; *hisp. dial.* pielga; *port.* pega. *cf. M.-L. 6347. Battisti-Alessio IV 2907. Wagner II 242. Wartburg VIII 122. Corominas² IV 531. St.*] [*contextu deficiente* CIL VI 30445 (*nom. propr. ?*).]

i. q. genus vinculorum (*quo vinciuntur fere pedes; aliter p. 974, 11*): **I** *proprie* (*adhibetur aut ita, ut aliquis alium liget itaque motu impediat, v. sub A et B1b, aut ita, ut animal laqueo praeparato incidat capteturque, v. B1a*): **A** *vinciuntur homines* (*deus* Paneg.) *fere puniendi vel retinendi*: Plavt. Asin. 549/50 (*enumerantur varia vincula servorum*) catenas, carceres, numellas, -as, boias *eqs.* Poen. 514 (*adulescens contumeliose ad tardos*) cum -is condidicistis istoc grassari gradu. Apvl. flor. 17, 7 (*membra impedita usui non sunt*) quid si manus manicis restringantur? quid si pedes -is coartentur? Paneg. 8, 7, 1 Xerxes ... -as iecit aureas in profundum, Neptunum se dictitans adligare (*cf. Herod. 7, 37 πεδέων ζεῦγος*). Avson. 302, 52 p. 175 *Cyrus* Croesum inde in amicis habet vinctumque -is aureis secum iubet ... degere *vitam* (peditis *trad.*). Regvla mag. 8, 25 fugacem retinet -a. *dubitanter addimus defixionem lacunosam*: Inscr. Année Épigr. 1979 n. 385 (*Brit.*) Mercur⟨io⟩, anulus aureus de ho⟨c⟩ erit et -a ferre⟨a⟩.

B *vinciuntur animalia*: **1** *strictius de genere laquei*: **a** *quo ferae a venatoribus captantur* (*cf. p. 974, 19. 32. 36*): Verg. georg. 1, 307 gruibus -as et retia ponere cervis. Ov. met. 15, 473 retia cum -is laqueosque artesque dolosas tollite. Gratt. 93 qui dentatas iligno robore clausit venator -as (*ad rem v. Enk, 1918, ad l.; aliter Verdière, 1963, ad l.*). Manil. 5, 187 currentes ... feras -arum compede nectunt. Hier. epist. 54, 4, 1 (*ad viduam, ut caveat ab altero matrimonio*) bruta quoque animalia et vagae aves in easdem -as retiaque non incidunt. Prvd. cath. 3, 42 callidus inlaqueat volucres aut -is dolus aut maculis. Lex Burg. lib. const. 72 de feris -a. si quis -am feris fecerit ... et in ea aut homo aut animal fortassis incurrerit, ei, cuius -a fuerit, nihil penitus calumniae moveatur. Lex Sal. Merov. 119, 1 si quis -am embolaverit (*i.* invol-). 119, 3 si quis -am cum feramen ... invenerit. *collo illigando ut videtur*: Nemes. auc. 1, 3 *avis stulta* cum -as necti sibi contemplaverit (*postea*: laquei *et* vincula colli).
b *quo animalia domestica retinentur vel impediuntur*: Lex Burg. lib. const. 4, 6 si ... inpedicato caballo ingenuus -am tulerit. Lex Sal. Merov. 27, 4 si quis ... -am de caballo furaverit. Lex Visig. 8, 4, 1 si quis caballum alienum vel aliut animal de -a sive de ligamine tulerit.

2 *laxius, sc. per comparationem, de variis rebus* (*accedit* velut Liv.): Liv. 21, 36, 8 *iumenta in nive* prolapsa ... penitus perfringebant, ut pleraque velut -a capta haererent in dura et alte concreta glacie. Plin. nat. 11, 81 quanta arte *aranea* celat -as scutulato (a scut- *var. l.*) rete grassantes. Apvl. flor. 6, 5 *elephantis a serpentibus revinctis* expedire gressum nequeuntibus vel omnino abrumpere ... squameas -as (*cf. vol. VII 2, 960, 43–45*).

II *in imagine vel translate de variis rebus, quibus homines eorumve mentes sim. vinciuntur, captantur* (*accedit gen. explic. l. 27. 29. 31, adi. l. 30*): **A** *usu vario*: Lvcil. 990 sic laqueis, manicis -is, mens inretita est (*sc. amore ut*: Apvl. met. 2, 5, 6 *Pamphile* invadit spiritum, amoris profundi -is aeternis alligat). Apvl. met. 5, 15, 3 *sorores Psyches* ad destinatam fraudium -am sermonem conferentes. 6, 23, 3 *Amoris* luxuria puerilis nuptialibus -is alliganda *est.* **B** *usu christiano* (*cf. vol. VII 2, 963, 46 sqq.*): Potam. epist. ad Athan. l. 39 calumniandi -as praetendisse. Hier. in Nah. 3, 1 l. 63 *Nemrod, venator saevissimus,* plures ... suis -is innexuit (*de eodem* Prvd. ham. 138 facili ... ligamine tortas innectit -as). Vvlg. Iob 18, 10 abscondita est in terra -a eius *impii* (*explicat* Philipp. in Iob rec. long.: obligationem peccati). Ier. 5, 26 impii insidiantes quasi aucupes laqueos ponentes et -as ad capiendos viros. Rvfin. Basil. hom. 2, 2 'in medio laqueorum ingrederis' (*Sirach 9, 20*), occulte tibi ab inimico tenduntur ... -ae ubique defossae (*gr. βρόχοι*).

deriv.: impedico, 3. pedico; *cf.* pedical, pedicinus, 3. pediculus.

compos.: tripedica. *cf. Onom.* *Sinclair.*

Gloss.ᴸ II Philox. pe 36 **pedical:** *παγίς, σκελοπέδη.* *si recte trad., a* pedica, *cf.* cervical, cubital. *fortasse huc pertinet etiam* Gloss. II 391, 46 *παγὶς ἐπὶ ζῴον:* pedicla (*nisi quodam modo cum* 3. pediculus *coniungendum est*). *Gatti.*

pēdicātor, -ōris *m.* *a* pedicare. *i. qui pedicat*: Calv. carm. frg. 17 (*de Nicomede*) -r Caesaris (*codd.* praed-, *sc. per compendium*). CIL IV 4008 scribit ⟨p⟩edicato⟨r⟩ Septumius (*quae praecedunt v. p. 975, 35*). *huc fortasse l. 73.* *Kruse.*

[pēdicellus, -ī *m.* -um *falso editum est* Petron. 57, 7 *in ed. princ., Patav. 1664, 40*; peduclum *cod., v. p. 976, 55. 977, 11.*] *Bl.*

pedicinus, -ī *m.* (*an* -um *n. ?*). *a* pes *vel a* pedica (*cf. Kircher-Durand, Les noms en -nus, -na, -num, 1982, 528*). *pars quaedam torcularii*: Cato agr. 18, 4 ibi, *sc. in lapide ubi arbores torcularii statues,* foramen -is duobus facito, ibi arbores -o in lapide statuito (*de re varie explicata v. e. g. Goujard, 1975, ad l.*). *Gatti.*

*?***pedicla** *v.* pedical. **pediclus** *v.* pediculus.

1. pēdico, -āvī, -ātum, -āre. [*saepe a gr. παιδίκά derivatur (v. Walde-Hofmann II 233), cui doctrinae male conveniunt scriptura sollemnis* pe- *(v. l. 62 sqq.) et mensura* -īc- *et notio vocis (v. Negri, Rendiconti dell'Ist. Lombardo 112, 1978, 220). fortasse subest nomen* (*pēd-īko- *sim., cf.* pedicum) *a* pēdere *derivatum, v. Walde, Indogerm. Forsch. 28, 1911, 398; Negri confert πυγίζειν. Fo.*] *scripturam* ped- *praebent tituli fere omnes (v. infra) et testatur* Priap. 7, 2 cum loquor, una mihi peccatur littera; nam Te Pe-dico semper. 67, 1 sq. PEnelopes primam DIdonis prima sequatur et primam CAdmi syllaba prima REmi. *in codd.* Mart. *praevalet* ped- (*v. Lindsay, Journ. Phil. 29, 1904, 45*; paed- *hic illic in var. l.*), *V* Catvlli *tradidisse videtur* ded- (paed- *recc.*). *litt. graecis πηδικας* CIL IV 10090. *ceterum nota* pid- (*an* I *pro* II*?*) CIL IV 2254 (*v. add.*), Inscr. *p. 975, 38. 41*; pd- Inscr. suppl. ital. 670. *abbreviatur* pedic *p. 975, 14.* *formae perf. contractae*: CIL IV 2048 -aud (*pro* -avit; -aut *fortasse* 1691. 10693). 2254 -aro. *de notione*: Gloss.ᴸ II Philox. pe 270 percisus: pe[r]dicatus, *πεπυγισμένος.* *legitur inde a* Pompon. Atell., Catvllo, *fere in versibus et inscr. lascivis, maledicis.* [*tituli incertae lectionis* CIL IV 1925ᵃ. 2197 (*nisi* pedicator *restituendum, ut fortasse etiam* 3932). 2420. 10693.]

vox obscena, i. q. in anum penetrare, more masculorum coire:

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1 *-ant animantes* (*sc. fere masculi, sed tribas* MART. 7, 67, 1; *-antur saepe pueri, sed feminae* MART. 11, 78, 5. 11, 104, 17 CIL X 4483): **a** *usu vario*: α *indicatur obi.* (agellos *pro persona* MART. 12, 16, 3, nates CIL X 4483): POMPON. Atell. 148 nullum civem -vi per dolum. CATVLL. 21, 4 -are cupis meos amores. LABER. mim. 21. LVCAN. frg. 11 si nec -or, Cotta, quid hic facio? CIL IV 1691 (*v. add.*). 1882 (= CE 47) accensum qui -at, urit mentulam. 2048 pueros (MART. 7, 67, 1 -at pueros tribas Philaenis. 11, 94, 6). 2254. 2375. 8805. MART. 3, 95, 13 sed -aris, sed pulchre, Naevole, ceves. 6, 56, 6. 7, 10, 1 -atur Eros, fellat Linus, ... futuit Matho. 7, 62, 5 (*syn.* percidis). 9, 69, 2 cum futuis, ... soles in fine cacare; cum -aris, quid ... facis? 12, 16, 3 *tribus agellis* emisti ... tres cinaedos: -as ... tres agellos. CE 1899 (*saec. I*) hoc qui scripsit Surianus -vit Maev⟨iu⟩m. INSCR. suppl. ital. 670 eum ... supinum. CIL VI 38035 vixit annis XII ..., -tus XX (*sim.* XIII 10047^{41} dec(ies) pedic(avi) Nis(um) [*an* Dec(imus)*?*]. *cf. l. 24. 38*). X 4483 caca, ut possimus ... -are natis candidas ...; cunnu tibi fricabo *eqs.* XI 6690 (*in tegula*) de⟨l⟩icatu(s) -tus. INSCR. pariet. (Soteriologia dei culti orientali, 1982, 135; *Romae, scriptura inversa*) rogo te, -a me.
β *obi. supplendo vel absolute*: AVGVSTVS Mart. 11, 20, 6 Fulviam ego ut futuam? quid? si me Manius oret, -em, faciam? (*sim. disting.* MART. 11, 45, 8. *v. etiam l. 9. 10*). PRIAP. 3, 9 da -are (MART. 11, 78, 5 -are ... dabit illa marito). 38, 3 -are volo (CIL IV 2210). 67, 1 sq. (*inf. solus, v. p. 974, 64*). CIL IV 2194 Phoebus -o (*eadem forma quae etiam ad* 2. pedico *pertinere potest*: 2389. 2442^{b}. 2447 INSCR. pariet. Palat. I 121. 232). 2319^{b} Vesbinus cinedus ... -vit. 4523 -vi VI (*item* XIII 10017^{42}. *v. etiam l. 14*). MART. 1, 92, 14 -a ... satur. 3, 98, 2 sit culus tibi quam macer requiris? -are potes ... culo (11, 88, 2). 11, 104, 17 -are negas: dabat hoc Cornelia Graccho. INSCR. pariet. Palat. I 364 ⟨li⟩bente(r) -ans. CIL VI 248 (*saec. V?*) promisi(s)ti -are.

b *cum colore minandi, illudendi, frustrandi sim.* (*fere hyperbolice dici videtur, cf. l. 41 et* irrumo *vol. VII 2, 444, 3 sqq. 11 sqq. et Adams, Latin Sex. Voc. 1982, 124 sq.; exempla notabiliora, cetera v. sub a*): CATVLL. 16, 1 (= 16,14) -bo ego vos et irrumabo, Aureli pathice et cinaede Furi. PRIAP. 28, 3 *fur*, -bere fascino pedali (*item minatur Priapus*: 35, 1 -bere, fur. 35, 5 -beris irrumaberisque. *cf. p. 974, 63*). CIL IV 1798 ⟨pedi⟩catus qui legit. 2360 (= CE 45) amat qui scribit (-bet *murus*), -atur qui legit (-get *murus*), qui oscultat prurit, pathicus est qui praeterit (*item* 4008 = CE 1864). MART. 11, 63, 5 *pueri mei* -ant ... curiosos (INSCR. Epigraphica 37, 1975, 155 [*e Numidia*]). CIL XIII 10017^{40} ego qui lego -or. INSCR. Année Épigr. 1983 n. 684 (*Burdigalae, saec. IV–VI*) III vices pidico qui legeret.

2 *transfertur ad res*: MART. 11, 99, 2 -ant miserae, Lesbia, te tunicae *surgentem de cathedra* (*6* intrant ... nates). INSCR. Année Épigr. 1932 n. 75 (*in circino*) ponis aut pidico te (*sim. in manubrio* CIL XIII 10027^{231} pone me, -o [*sic Oxé, Rhein. Mus. 81, 1932, 301 sqq.; an ad* 2. pedico*?*]).

deriv.: pedicator, 2. pedico; *cf.* pedicum.

2. pēdico, -ōnis *m.* *a* pedicare. *trad. fere* ped-, *non* paed-, *cf. sub* 1. pedico. *i. q. pedicator* (*huc fortasse l. 22. 42*): PRIAP. 68, 8 -um mentula merdalea est. MART. 2, 28, 3 nec -o es nec ... fututor ([*1* cinaedum]. *idem opp.* 11, 87, 1 [*4* f.]. *sim.* 2, 47, 3 non est -o maritus; ... irrumat aut futuit. 6, 33, 1 nil miserabilius ... -e Sabello [*4* iam miser et futuit]). 12, 85, 1 -bus os olere dicis; ... quid tu credis olere cunnilingis? CIL XIII 5695^{3} (= CE 358) Balbus -o vicit.

3. pedico, -āre. *a* pedica. *i. q. pedica vincire*: GLOSS. II 260, 26 *βροχίζω:* laqueo, -o. *Kruse.*

pēdicōsus, -a, -um. *a* 1. pedis, *fort. sec.* pulicosus (*v. Redard, Humanitas 3, 1950–51, LVI adn. 3*). *scribitur* -dec- *codd. Pauli ubique,* -duc- ISID. (-dog- *var. l.*). *de notione*: FEST. p. 210 (*inde* PAVL. FEST. p. 211) pedibus obsitum, id est pediculis, Titinius -um appellat hoc modo: *eqs.* (*v. infra*). ISID. orig. 12, 5, 14 peduculi vermes cutis a pedibus dicti, unde et -i (pediculosi *edd. vet.*) dicuntur quibus peduculi in corpore effervescunt. *i. q. pedibus plenus, pediculosus*: TITIN. com. 176/7 rus detrudetur -us, squalidus.

pēdiculāris (-duc-), -e *et* **pēdiculārius (-duc-),** -a -um. *a* 1. pediculus. *scribitur maxime* pedicul- (*e. g.* COLVM., SCRIB. LARG., PALLAD.), *ceterum* peducul- SERV. (*cf.* DIOSC. Vind.), peducl- SCHOL. Verg., MARCELL., *in var. ll. etiam* petucl-, pediucul-, pedugl-, peduncl-. *formae primae decl. afferuntur sub 1b, secundae non exstant.*

i. q. ad pediculos pertinens: **1** *in nomine herbae q. e. delphinium staphisagria L.* (*ad rem v. André, Les noms de plantes, 1985, 190*): **a** *forma* herba -is: COLVM. 6, 30, 8 cunila bubula et h. -is cum sale tritae decocto melli miscentur (*sim.* PALLAD. vet. med. 22, 12). SCRIB. LARG. 227 h. -is denarii pondo I. PALLAD. vet. med. 3, 1 (*inter herbas medicinales*). MARCELL. med. 1, 27 h. -is semine admixto (*antea l. 75*). CAEL. AVR. acut. 3, 4, 30 cum h. -i, quam staphida agrian vocant. **b** *forma* herba -a: SCRIB. LARG. 8 (*inde* MARCELL. med. 1, 8) staphidos agrias, quam h. -am, quod eos (*sc. pediculos*) necat, quidam appellant (*sim.* 166 [*interpol.?*]. MARCELL. med. 1, 27 h. -ae semine, quam Graeci staphida agrian vocant [*seq. p. 975, 71*]. DIOSC. Vind. 4, 152 *σταφὶς ἀγρία· ... Ῥωμαῖοι ἕρβα πηδουκουλάρια* [*πηδουκουρια var. l.*]). MARCELL. med. 12, 6 h. -am si quis commanducet. 12, 14 h. -ae siccae *quantitas* (*item in compositionibus*: 12, 15. 12, 16. 12, 18. 30, 31. 31, 6).

2 morbus -is *i. q. pthiriasis*: SERV. georg. 3, 564 'inmundus sudor': m. -is, qui est *φθειρίασις*. SCHOL. Verg. Bern. georg. 3, 564 m. -is (-es *codd.*).

1. pēdiculārius *v.* pedicularis.

2. pediculārius, -a, -um. *a* 2. pediculus. *i. q. pertinens ad pediculum, μίσχον*: IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 5, 15 p. 1445 (*irridet Aug. quasi fingentem mulieres segetum more filios parere*) *ut e muliere* spicae erumperent filiorum atque ... partus pro pediculis exsudaret; ... non parta, sed sudata suboles necaretur atque haberetur gens ut apud fabulas Myrmidonum ... vel -a (-duc- *var. l.*) vel publicaria.

3. pediculārius, -ī *m.* GLOSS.^{L} II Philox. PE 37 -us: *συντονάριος. significari videtur scabillarius, qui scabillo pedi alligato concrepans musicam modulatur* (*ad rem cf. e. g. Pollux 7, 87. Aug. mus. 3,1* symphoniaci scabilla ... pedibus feriunt), *ut suspicari liceat vocem a* pes *derivandam esse intercedente fortasse voce q. e.* 3. pediculus, *quamvis notione hic postulanda non exstet, cf. tamen p. 978, 22.*

pediculātio, -ōnis *f.* *a* 1. pediculus. *scribitur fere* -duc-. *i. q. morbus pedicularis*: GLOSS. -o: *φθειριασμός. φθειριασμός. φθειρίασις.*

1. pēdiculo (-duc-), -āre. *a* 1. pediculus. *scripturae*: puducl- REGVLA mag. (*cf. Corbett, The Latin of the Regula Mag., 1958, 282*); -dicul-, -ducul-, -ducl- *praebent* GLOSS. *i. q. pediculis purgare*: REGVLA mag. 81, 2 habere debent fratres ... tunicam ... nocturnam, quam post nocturnos -ent. GLOSS. -o: *φθειρίζω*. -at: *φθειρίζει.*

? **2. pediculo** (pēdic-, pēdic-*?*), -ōnis *m., non nisi e coni. dub.* COMM. instr. 1, 12, 12 (peticulones *trad.*; -es *'i. pedicatores' Martin; nescio an hanc vocem cum* 1. pediculus *iungens intellegere possis parasitos sim., sc. qui aliorum opes exsugunt similiter ac pediculi sanguinem*).

pēdiculōsus (-duc-), -a, -um. *a* 1. pediculus. *scribitur* -dicul- CHIRON 422. 437, CASS. FEL., -ducul- GLOSS. (*in var. l.* THEOD. PRISC. *et* CASS. FEL.), -ducl- PLAC., DIOSC., pedugloss- CHIRON 952. [*pro* periculosus *falso legebatur* MART. 12, 59, 8 (*e coni. dub.* AMM. 22, 9, 11), *pro* pedicosus ISID. orig. 12, 5, 14.] *i. q. pediculis plenus, pedicosus (respiciuntur animalia interiora infestantia l. 39. 40, dub. an etiam l. 42; cf. p. 977, 30): de animantibus pthiriasi affectis* (*fere m. vel n. pro subst.; de parte corporis l. 40*): CHIRON 437 de -o: si quod iumentum pediculos habuerit in praecordiis, *eqs.* (*inde* 422). 952 boves si li⟨n⟩guam -am habuerint, *eqs.* PLAC. med. 5, 11 rec. *a* ad -os (*cf.* 5, 21 rec. β ad ptirias, id est ad -os. 23, 9 rec. β ad -os, quod Graeci ftiriasin dicunt [peduculos *utrobique var. l.*]). THEOD. PRISC. eup. faen. 12 tit. de -is (pediculis *var. l.*). DIOSC. 1, 40 p. 25, 11 -is prodest *oleum raphaninum* (*antea*: qui ex egritudine pediculos colligunt *sec. gr. 1, 37 τοῖς ἐκ νόσου φθειριῶσι*). GLOSS. II 470, 56 *φθειράριος*: -us. *de morbo*: CASS. FEL. 3 p. 11, 14 in cachecticis corporibus id est mala habitudine affectis -a passio generatur, quam Graeci pthiriasin vocant. *Gatti.*

1. ⁂pēdiculus (-duc-), -ī *m.* (*fort. etiam* -um *n. l. 62. p. 977, 38 et* -a *f. l. 62 [nisi n. plur.] et in var. l.* SYMPH. 30 tit.). *a* 1. pedis *deminutive* (*item* PAVL. FEST. p. 211 *et* ISID. *infra*). *scribitur vario modo, sc. in codd. ante saec. IX scriptis maxime* peducul-, *e. g. A* SYMPH. 30 tit. *M* DIOSC. 1, 86 p. 47, 16 (*sed* pedicul- 1, 40 p. 25, 8). *Aa* ORIBAS. eup. 4, 11 tit. p. 535. *cod. Harl.* GLOSS. II 470, 55; *ceterum* peducl- *Aa* ORIBAS. syn. 4, 15, 10 p. 17 (*quae forma in cod. rec.* PETRON. 57, 7 *fort. testimonium est sermonis vulgaris, cf. Leumann, Gramm. 1977, 86 et v. l. 65 sqq.*), pedocul- *ibid.* 8, 57, 1 p. 261, pedocl- *Aa* ORIBAS. eup. 4, 11, 1 p. 535; *in recentioribus etiam e. g.* peducol- *P* DIOSC. 1, 86 p. 47, 16. *al.* peduncul-, peduscul- *v. p. 983, 39. 44.* NOT. Tir. 109, 51 (*inter* cimix *et* culex). *de notione*: ISID. orig. 12, 5, 14 -i vermes cutis, a pedibus dicti *eqs.* (*v. sub* pedicosus). GLOSS. -us: *φθείρ.* trasin (*φθειράσιν suspicatur Goetz, cf. ibid.* tirasin agrius -us et lendenis). peduculum: *φθείρ.* peducla: luus (*anglosax.*). *legitur in prosa oratione apud* FEST. *et inde a* CELSO, COLVM., *sc. maxime apud medicos et veterinarios; longe praevalet plur.; sing. v. e. g. p. 977, 13, usu generali p. 977, 18. 27.* [*raet. centr.; cetera a* peduculus: *val.* păduche; *dalm.* pedoklo; *it.* pidocchio; *sard.* preduku; *raet. or.* pedoli, *occ.* pluel; *francog.* pou; *prov. vet.* pezolh *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* poll; *hisp.* piojo; *port.* piolho. *cf. M.-L. 6361. Battisti-Alessio IV 2906. Wagner II 305. Wartburg VIII 148 sqq. Corominas² IV 560. Machado³ IV 369. St.*] [*in dub. var. l.* peduculos *pro* peduclosos (*i.* pedicul-) PLAC. med., *v. l. 41. olim falso legebatur* SCRIB. LARG. 8 (-os *ed. princ.*, eos *cod. Tolet., Marcell. med. 1,8; v. p. 975, 73 et cf. locum geminum p. 977, 8*).]

i. q. pedis, φθείρ (*vox primitiva aetate priore occurrens [v. p. 978, 43 sqq.] postea deminutivo substituta esse videtur, cf. l. 65 sqq. et* FEST. p. 210 pedibus ... id est -is ..., pedes ... pro -is [*sc. apud Plaut. p. 978, 44*]. NON.

[Stewart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 220, 25 pedis, quem nos -um dicimus). *significantur animalia minuta variorum generum, quae alia animalia vel plantas infestant* (*aliter l. 24*):
1 *-i infestant homines*: CELS. 6, 6, 15[A] *in morbo quodam* inter pilos palpebrarum -i nascuntur; pthiriasi⟨n⟩ Graeci nominant (*cf.* MARCELL. med. 8, 128 ad palpebras ... -is exesas. ORIBAS. syn. 8, 57 tit. Aa p. 261 ad -os et incorias in palpebris ...; [8, 57, 1] si -i *eqs.* [*gr. φθειριάσεως ... φθεῖρας*]). 6, 6, 15[B] super ipsos ... -os alia *medicamenta ingerenda sunt,* quae necare eos ... possint. SCRIB. LARG. 166 *staphida agrian* 'pediculariam' quidam vocant, quod -os necat (*cf. p. 976, 71; de eodem remedio*: MARCELL. med. 4, 66 sq. DIOSC. 4, 147 p. 69, 6 [*gr. 4, 152, 2 πρὸς φθειριάσεις*]. *al.*). PETRON. 57, 7 in alio -um vides, in te rici⟨n⟩um non vides (*cf. Otto, Sprichw. n. 1373*). PLIN. nat. 20, 120. 29, 121 ius *viperarum* ... -os e toto corpore expellit. GARG. MART. cur. boum 20 *de tunica* -um eximis eumque in aurem equi sinistram conicies; ... -um omnino non nomines (*in simili cura*: PELAGON. 122 -os tres humanos). PLIN. med. capp. 1, 2 pthiriasi[s] et porrigini id est -os in capite. SERV. georg. 2, 372 a lende, capitis breviore -o (*lendines iuxta ponuntur*: MARCELL. med. 4, 22 stercus scrofinum ... lendines -osque discruciat. EXPOS. mundi 5 neque ... pulex, neque -us, nec cimex aut lendes [pedulus *ed. princ.*]. DIOSC. 1, 86 p. 47, 9 [*gr. 1, 72, 2 φθεῖρας ut*: 2, 65 = *gr. 2, 82, 2.* ORIBAS. eup. 4, 11, 2 Aa p. 536. *al.*]). AVG. c. Adim. 12 p. 140, 3 parcere pulicibus et -is et cimicibus. c. Faust. 6, 8 p. 298, 30 -i ... corporis exhalatione nascuntur. CAEL. AVR. chron. 4, 2, 14 *pthiriasis appellatur* a multitudine -orum. *al. propter similitudinem transfertur ad genus quoddam scarabaeorum* : PLIN. nat. 30, 39 tauri vocantur scarabaei terrestres ricino similes ...; alii -os terrae vocant.

2 *-i infestant animalia terrestria*: COLVM. 8, 7, 2 *gallinis* pluma omnis e capite ... detergetur ..., ne -um creet. PALLAD. 1, 27, 3 -os earum *gallinarum* perimit stafis agria. vet. med. 34, 6 -os vel ricinos *ovium.* DIOSC. 1, 86 p. 47, 16 scabiis et -is animalium (*gr. 1, 77, 3 κροτῶνας*). *animalium interiora* (*cf. p. 976, 37*): PELAGON. 118 si equus -os in intestinis habuerit *eqs.* (*sim.* CHIRON 439. *cf.* 437 in praecordiis *et Hippiatr. gr. II p. 76, 3 φθεῖρας*). CHIRON 224 ⌞tineol(a)e minut(a)e, qu(a)e⌟ -i ab alis appellantur (tineolem utrique *cod., em. Heraeus. inde* VEG. mulom. 1, 44, 1).

3 *-i marini, sc. qui pisces, ut vid., infestant* (*v. Plin. nat. 9, 154 et Leitner, Zool. Terminol. Plin., 1972, 21*): PLIN. nat. 1, 32, 25 marini -i (*spectat ad* 32, 77 vocant et in mari -os eosque tritos instillari ... auribus iubent). 32, 89 rigor cervicis mollitur et marinis, qui -i vocantur.

4 *-i infestant frumenta*: GLOSS. II 576, 6 curculio: peduclum tritici (vermis t. *var. l.; cf.* GLOSS.[L] V Aa c 1083 c.: -us frumenti. *ceterum v. vol. IV 1479, 77 sqq.*).

deriv.: pedicularis, 1. pediculariius, pediculatio, 1. pediculo, pediculosus, pedunculus, pedusculus; *cf.* 2. pediculo.

2. ✕**pediculus,** -ī *m.* (*fort. etiam* -um *n., v. p. 978, 1*). *deminutive a* pes (*v. etiam ad* 3. pediculus). *scribitur* -duc- PLIN. nat. 13, 55 (*cod. M saec. V*), *ceterum in var. l. e. g.* VAL. MAX. 4, 4, 3 COLVM. 12, 51, 1 PALLAD. 3, 25, 18 sq., -dec- *in var. l.* PLIN. nat. 13, 55, -ndic- *in var. l.* PALLAD. 2, 15, 5. *vox agriculturae propria legitur singulis locis apud* CATONEM, PAVL. FEST., VAL. MAX. *al., saepius apud* COLVM., PLIN. nat., PALLAD.

i. q. (parvus) pes (*sed ad animantia pertinet sub 3 tantum*): **1** *pars est arboris, herbae, fungi sim.*: **a** *significatur μίσχος, peciolus, quo plantae coniunguntur* (*disting.* racemus *l. 62*): **α** *fructus sim.*: CATO agr. 8, 1 *ficos* Tellanas atras -o longo (*item ficorum*: COLVM. 12, 15, 3 quidam lectis ficis -os adimunt. PLIN. nat. 15, 70 minimo. *al.*). COLVM. 12, 44, 1 uvas bumastos ... cum desecueris a vite, continuo -os earum inpicato dura pice (*item uvarum*: 12, 44, 2. *al.* PLIN. nat. 14, 17. 14, 83 adservatur ... uva diutius in vite -o intorto). 12, 46, 2 quidam -os punicorum, sicuti sunt in arbore, intorquent (*item malorum variorum*: 12, 46, 3 *bis.* 12, 47, 5 poma sic componi, ut flosculi sursum, -i deorsum spectent. PLIN. nat. 15, 85 *sorba* quibus circa -os tenera folia. *al.*). 12, 49, 9 si qui adhaerent -i foliaque aut surculi *olivis,* leguntur (*sim.* 12, 51, 1. *item olivarum*: PALLAD. 12, 22, 6). PLIN. nat. 15, 115 *poma* dependent alia -is, ut pira, alia racemis, ut uvae, palmae, alia et -is et racemis, ut hederae, sabuci. 16, 21 *glandium.* 16, 29 pilulas corpore, non -o adhaerentes *arbori* (*cf. Theophr. hist. plant. 3, 7, 5 σφαιρίον ἄμισχον*). 19, 70 tenui -o libratur pondus *cucurbitae. al.* IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 5, 15 p. 1445 (*spicarum, v. sub* 2. pedicularius). **β** *folia*: PLIN. nat. 13, 55 folio ... piloso, foliorum semper inter se contrariis -is (22, 63). 16, 91 *folia* -o brevi oleae, ilici, longo vitibus, tremulo populis (17, 91. 21, 98. *al.*). 16, 153 folio hederaceo ... a -o emittente pampinos (*cf. Theophr. hist. plant. 3, 18, 11 ἐκ τῶν αὐτῶν μίσχων*). *al. apud eundem.*

b *significatur stirps: in fungis*: PLIN. nat. 19, 38 *fungi quidam* sine radice aut -o nascuntur. 22, 93 *vulva* in -i corpus absumitur (*postea*: pede). 22, 96 velut apice flaminis insignibus -is. *in brassicis sim.*: PLIN. nat. 19, 143 plantam in transferendo alga subdita -o ... celeriorem ad maturitatem fieri.

2 *pars est rei manu factae*: PAVL. FEST. p. 15 amicinum utris -um, ex quo vinum defunditur (*sc.* -um *neutr., nisi acc. sing. masc.* [*v. sub* amicinum]). VAL. MAX. 4, 4, 3 *Fabricius* patellam suam corneo -o sustineri voluit. PAVL. dig. 34, 2, 32 pr. -is argenteis adiuncta sigilla aenea ... argento facto cedunt.

3 *pars est animalis, sc. polypi sim.*: PLIN. nat. 9, 83 *piscibus mollibus* -i octoni omnibus; saepiae et lolligini pedes duo ex his longissimi *eqs.* (*cf. Arist. hist. anim. 523b27 πόδας*).

deriv.: peccullus, 2. pedicularius.

3. pediculus, (-ī) *m. et* **pediculum,** (-ī) *n. deminutive, incertum utrum genere mutato a* pedica *an a* pes, *ut idem sit ac* 2. pediculus (*cf.* manicula). *scribitur vario modo, sc.* pedicul-, pen(d)icul-, pedicl- *sim., v. infra. inter subst. masc. affert* CHAR. (= GLOSS. II 543, 8), *cf.* GLOSS. II 245, 52 hic peniculus.

1 *significatur id quod pedi circumdatur, sc. compes, laqueus sim.*: CHAR. gramm. p. 456, 53 pediculus: *ἁρπεδόνιον* (*item* GLOSS., *ubi scribitur* pe(n)diculus, peniculus (-um). *cf.* GLOSS. pendiculum: *ἁρπεδών* [*etiam plur.*: pedic(u)li: *ἁρπεδόνες*]. peduclum: arpedone [*i. ἁρπεδόνη*]). GLOSS. pedoclum: compes, ⌞concubina⌟ (*vix huc pertinet*; ⟨pelex⟩ concubina *suspicatur Goetz*). *huc fortasse pertinet πέδικλον* Ps. MAVRIC. strat. 1, 2 l. 42 (*ibid.* 11, 2 l. 36 *πεδικλοῦντες*). *v. etiam p. 974, 43.* **2** *significatur ornamentum pedis*: GLOSS. II 410, 54 *ποδοψέλ⟨ι⟩ον*: pediculum (*cf. Schol. Hor. epist. 1, 17, 56 ποδοψέλιον,* vinculum aureum pedis).

deriv.: cf. 3. pedicularius. *Stewart.*

pedicum, -ī *n.* [*vox prosodiae et notionis incertae; fortasse cum* pedicare *coniungendum, sive origo illius verbi sive inde retrograde formatum sit. ab* 1. pedis *ductum putat Marx* (*φθειρίασιν intellegens*), *sed v. Stowasser, Wien. Stud. 27, 1905, 216 (qui sicut alii de παιδικόν cogitat, ut amor puerorum significetur) et Müller-Graupa, Glotta 19, 1931, 52 (qui* pĕdĭcum *legens iungit cum* pes *intellegitque podagram). Fo.*] LVCIL. 74 -um iam excoquit omne (*locum tradit* GLOSS.[L] V Abba PE 66, *explicans* -um: vitium mollitiae).

pedicȳlium *v.* podoc-.

[**pediolus** *legebatur olim* AFRAN. com. 155 *et* NON. p. 160, 16, *quos locos v. supra p. 901, 36. 47.*]

1. pēdis, -is *m.* (*f. l. 40*). [*fort. coniungendum cum* pēdere (*q. v.*), *sc. eo quod animal crepitu quodam interficitur (Ernout, Philologica I, 1946, 143). ab eadem radice nomina aliorum animalium derivata sunt (Walde-Hofmann II 272). Fo.*] *de genere*: NON. p. 220, 25 -is, quem nos pediculum dicimus, generis masculini est; Novius (*affertur l. 47*) ...; feminino Plautus Vidularia (*affertur l. 45*). *i. q. 1. pediculus* (*de usu vocis v. p. 976, 73; locos plerosque tractavit Birt, Rhein. Mus. 71, 1916, 270 sqq.*): LIV. ANDR. com. 1 pulicesne an cimices an -es? PLAVT. Curc. 500 genus est lenonium inter homines ... ut muscae, culices, cimices -esque pulicesque: odio et malo *eqs.* Vid. frg. 19 ubi quamque -em viderat, subfurabatur omnis. LVCIL. 883 hic me ubi videt, ... caput scabit, -es legit. NOVIVS Atell. 107 est -is unus ingens in naso. VARRO rust. 3, 9, 14 e capite, e collo eorum *pullorum* crebro eligendi -es. 3, 9, 20 perpurgarunt caput *gallinarum,* nequos habeat -es. FEST. p. 210 -bus obsitum, id est pediculis, Titinius pedicosum appellat (*seq. p. 975, 59*).

deriv.: pedicosus, 1. pediculus.

2. pedis *v.* pedes. *Gatti.*

pedisequārius, -ī *m. et* **pedisequāria,** -ae *f. a* pedisequus (*cf. Olcott, Word Formation, 1898, 140. 162*). *i. q. pedisequus vel pedisequa* (*i. famulus vel famula numinis, ut vid.*): INSCR. Dessau 3368 (*prope Thamugadem*) Liber(o) pat(ri) Aug(usto) sacrum; L. Calpurnius Fortunatus cistifer -us et ... uxor -a et ... fil(ius) cistifer -us et ... fil(ia) -a et ... filii cistiferi -i votum solverunt.

✕**pedisequus,** -ī *m. et* pedisequa, -ae *f.* (-a *m. l. 72, vix recte; adi. v. p. 980, 35*). *a* pes *et* sequi, *cf. formationes aevi cadentis* sequipeda, sequipes. *de origine (cf. l. 75. p. 979, 39): a* pes *derivat* VARRO ling. 5, 95; *ut exemplum vocis e* duobus corruptis *derivatae affert* QVINT. inst. 1, 5, 68 (*trad. forma* pedis(s)ecus). *scribitur in titulis et codd. vet.* -de- CIL VI 9779. VVLG. Esth. 2, 9 (*cod. L saec. VII/VIII*). *al.*, -ssequ- CIL VI 4354, 3 (*aet. Tib.*). *al.*, -sec- CIL VI 252, 6 (*aet. Trai.*). VIII 12642. FACVND. defens. 12, 2, 23 (*cod. V saec. VI*). *al.*, -ssec- CIL VI 8521. PRISC. rhet. 2, 8 p. 552, 42 (*cod. P saec. VIII*). *al.*, -sic- CIL V 7751, -sequs CIL VI 5540 (*aet. Tib.*). *al.; puncto interposito* pedi · sequ⟨us⟩ CIL VI 37749. *abbreviatur in titulis* ped CIL VI 4005 (*aet. Liviae*). *al.*, pedis CIL VI 5200 (*aet. Tib.*). *al.*, pedisq FAST. min. dom. Aug. Antiat. a. 37 (Inscr. Ital. XIII 1 p.323), pediseq CIL VI 4002. *et saepius.* NOT. Tir. 45, 63. *de genere*: PHOC. gramm. 5, 2 C. (V 412, 27) communis generis ... ⌞hic et haec -a⌟ advena *eqs.* (⌞ ⌟ *om. pars codd., del. Keil*; -a *del. Casaceli*). *syllaba prima producitur* CYPR. GALL. exod. 58. *de notione*: GLOSS. -us: *παιδαγωγός. ἀκόλουθος.* qui pedes sequitur domini sui. iuxta ambu- *[Kooreman]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lans. -us, -a: puero⟨s⟩ vel puellas sequentes dominos. -a: ancilla, famula, serva. -is (*ex* RVFIN. hist. 11, 4 p. 1007, 9, *ubi est abl. plur.*): conviator, gegenta (*anglosax.*). *legitur in versibus apud* PLAVT., TER., PHAEDR., ARGVM. Plaut., CYPR. GALL., *in oratione prosa apud* RHET. Her., CIC., VARRONEM, NEP., COLVM., QVINT., APVL., SCAEV. dig. *al., saepe in inscr. inde a saec. I.*

i. qui (quae) sequitur (sc. strictius pedibus euntem vel pedibus iens; qui sensus maxime viget sub IA). saepe accedit gen. poss. vel obi.; dat. comm. l. 25, 70. p. 980, 30. fere pro syn. iuxta ponuntur e. g. ancillula CIC. de orat. 1, 236, comes HIER. epist. 128, 3, 6 (*nisi distincte*). SIDON. epist. 9, 9, 13, imitator *p. 980, 22 (cf.* aemula *p. 980, 29); opp. e. g.* dominus AVG. nupt. et concup. 1, 12, 13, praesumptor CASSIOD. in psalm. praef. 15 l. 90; *cf. p. 980, 37 sq.*

I *vigente vi locali -us (-a) est, qui (quae) consequitur, prosequitur, comitatur, vel cui officium comitandi sim. iniunctum est (notio comitandi sim. evanescit hic illic sub A1, v. l. 18):* **A** *-us (-a) est animans (sc. homo passim, dea sim. l. 24. 42 sq. nec non 72 sqq.):* **1** *usu sollemni significatur minister quidam, sc. fere servus vel serva (exempla certiora; cetera sub 2 attulimus. -i appellantur etiam servi munere comitandi vix fungentes e. g. l. 57 sqq. 62; ad rem v. Schmid, CIL VIII p. 1337 sq. et Hug, RE XIX 1, 36):*
a *apud auctores:* PLAVT. Asin. 183 (*loq. lena*) *novus amator* volt placere sese amicae, volt mihi, volt -ae, volt famulis, volt etiam ancillis. Aul. 501 nulla ... dicat '... mihi quidem aequomst purpuram atque aurum dari, ancillas, mulos, muliones, -os *eqs.*' 807 ex gnatae -a nutrice anu (*cf.* MART. CAP. 2, 215 Vestae deum nutrici eidemque -ae [eiusdemque *var. l.*]). Mil. 1009 (*servus:*) sequere hac me ergo. :: (*dominus, iocose:*) -us tibi sum. Poen. 41. TER. Andr. 123 accedo ad -as, *sc. in funere dominae.* RHET. Her. 4, 52, 65 -o puerorum (*de textu v. vol. VII 1, 1778, 31. item refertur ad paedagogum:* PRISC. rhet. 2, 8 p. 552, 42 [*Hermog. progymn. 3, 19 παιδαγωγόν*]). CIC. dom. 110 (*ad Clodium*) cum hunc clarissimum virum ... a -is conculcari iuberes. Att. 2, 16, 1. NEP. Cim. 4, 2 *Cimonem* -i cum nummis sunt secuti. Att. 13, 3 ut ne -us quidem quisquam esset, qui non utrumque horum pulchre facere posset (*i. officium anagnostae et librarii*). PHAEDR. 4, 5, 36 vestem, uniones, -os ... illi *filiae* adsignate. COLVM. 1 praef. 12 turba -orum lecticariorumque (*cf.* PAPIN. dig. 31, 65 pr. lecticariis aut -is legatis). ARGVM. Plaut. Merc. 1, 4 *et* 2, 5 (*cf. Plaut. Merc. 201* ancillam). APVL. apol. 42, 8. SCAEV. dig. 34, 1, 17 -is meis, quos ad curam templi reliqui (*antea:* servos). 40, 4, 59 pr. (*quinquies*). SYMM. epist. 3, 13, 1 binas ad me litteras -us tuus detulit (pedissequens *var. l.*). SERV. Aen. 1, 156 (*explicat vocem* secundus) sequentibus servis, id est -is secundis. HIER. hom. Orig. in cant. 1, 5 p. 34, 15 sponsae (*gen.*) -ae (*postea:* famulae). VVLG. I reg. 25, 42 quinque puellae ierunt cum ea *Abigail* -ae eius. MART. CAP. 2, 111 -a eius *Philologiae* Periergia (*postea:* aliam eius ancillam. *cf.* 2, 146 Periergia ... aliis comitata -is dotalibusque mancipiis ... *Philologiam* sequebatur). SIDON. epist. 4, 20, 1 *iuvenis regius* cursoribus suis sive -is pedes et ipse medius incessit. *al. in comparatione:* CIC. de orat. 1, 236 iuris scientiam eloquentiae tamquam ancillulam -amque adiunxisti.

b *in titulis (cf. etiam l. 72); -us vel -a servit:* **α** *cuilibet:* CIL VI 4002 M. Iuli Carisi Iulia Elate pediseq(ua). 5197 Musico ... Scurrano ... ex vicaris eius ... Facilis pediseq(uus). 6336 Posis Statiliaes -a. 9775 Doris Statiliae Mino⟨ris⟩ pediseq(ua) Erotis ad impediment⟨a⟩ vixit an(nos) XXIIII. XIV 3560 Optatus pedis(equus) Eumachus marma(rarius) Lares de sua peq(unia) posierunt. *et saepe in titulis urbanis, ceterum e. g.* CIL V 6878 X 1949 XIII 3285. **β** *imperatori, sc. Augusto, Caesari vel eius procuratoribus sim. (v. Schmid, loco cit.):* CIL V 7751 Hilaro Aug(usti) lib(erto) praep(osito) p(uerorum) pedisic(orum) (*cf.* VI 33788 qui praefuit -is. INSCR. Année Épigr. 1974 n. 21 [*Romae*] p(rae)p(ositus) -is). VI 252 (*saec. II in.*) Corinthus Caesaris n(ostri) Mettianus -us rationis ⟨vol⟩uptuariae collegio d. d. (*sim. indicantur officia singulorum -orum e. g.* 8522 rat(ionis) k(astrensis). 8524 num(eri) castren(sis). 8527 a vinis. *al.*). 552 (*a. 164*) Oarinus Augustor(um) n(ostrorum) ser(vus) ped(isequus). 8658 Caesar(is) n(ostri) ser(vus) ver(na) pediseq(uus) domum palatin(arum). VIII 12641 pediseq(uus) pius (12642. *al.*). X 1741 Sucecus Augustorum tabellarius ... -us in ⟨d⟩ie bite (*i.* vitae) suae. INSCR. Année Épigr. 1923 n. 79 (*Romae, aet. Vesp.*) scribai -orum. 1985 n. 252 (*Ostiae, saec. III*) D. M. Vitalis Corneliani publici -u⟨i⟩ pr(aefecti) aerari militaris. *et saepe.*

2 *rarius significatur comes quilibet (quaelibet; apud Christ. praeter l. 72. p. 980, 11):* **a** *exempla varia:* HIER. epist. 57, 7, 4 absit hoc de -o Christi dicere (*sc. Matthaeo; sim. de discipulis Christi* Ps. AVG. serm. ed. Mai 79, 1. 3). HIL. AREL. vita Honorat. 39 l. 3 memento ... nostri, *Honorati,* ... sequens agnum quocumque vadit; tu illi -us, tu nobis patronus *eqs.* AVELL. 46, 14 (*de accusatoribus, qui ipsi non aderant*) grave fuit Lazaro et Heroti litterarum suarum -os esse. INSCR. Dessau 3804 deae -ae Virtutis Bellonae lecticam ... Amandus augur d. d. (CIL VI 30851. *de Bellona -a Magnae Matris in pompa? v. Fishwick, Journ. Rom. Stud. 57, 1967, 153 sq.*). *in imagine cum colore imitandi:* AVG. serm. 392, 5 noli ire, *vir,* quo non vis ut sequatur *mulier tua*; noli ire quo times -am, ne *ambo adulteri fiatis.* ARNOB. IVN. ad Greg. 5 p. 393, 20 harum *martyrum* vos -ae ... intrare poteritis *in paradisum.* in psalm. 108 p. 493[B] *Petri* nos -i viam, quam ipse aperuit *explicando,* ambulemus. CLAVD. MAM. anim. 2, 12 p. 143, 19 ut ... in tertium caelum Pauli -os rapiat *doctrina catholica (respicitur iter spiritale; cf. p. 150, 11 sq.* in t. c. Paulo praeeunte raptari). **b** *res cum -is comparantur (cf. l. 47 infra):* AVG. conf. 10, 31, 44 cum salus sit causa edendi ac bibendi, adiungit se tamquam -a periculosa iucunditas et plerumque praeire conatur. COMPVT. Carth. 1, 9 harum fibularum numerum tres aliae ut -ae columnae secuntur. DIG. de confirm. dig. 5 quia ... praedictae actiones quasi -ae illarum *actionum* ab initio processerunt (*cf. gr. παρακολουθήματα*).

B *-a est res, sc. fere in imaginibus per prosopopoeiam (cf. A2b et p. 979, 46):* RHET. Her. 4, 14, 20 vix satis idoneae tibi videbuntur divitiae, quae virtutis -ae sint. PANEG. 2, 20, 3 cum indiscreta felicium -a sit superbia. AMBR. Abr. 2, 4, 17 -as eius *castitatis* nesciens, quibus comitata incedit et stipata advenit, sobrietatem *eqs.* AVG. contin. 6, 15 et peccatum, quod inultum videtur, habet -am poenam suam (*cf.* FAVST. REI. grat. 1, 1 p. 11, 12 mortis conditionem -am esse peccati). *al.*

II *evanescente vi locali praevalent variae notiones, sc.:* **A** *imitandi (cf. p. 979, 75 sqq.):* APVL. Plat. 2, 23 p. 253 sapientem quippe -um et imitatorem dei dicimus et sequi arbitramur deum. AVG. cons. euang. 1, 2, 4 Marcus eum *Matthaeum* subsecutus tamquam -us et breviator eius videtur. Ps. AVG. serm. 214, 2 ovem Christi primam -am (*i. Stephanum primum martyrem ut:* 214, 6. EVSEB. GALLIC. hom. 3, 3 caelestis illius agonis proximo -us intervallo. SERM. Corp. Vind. 21 p. 335, 5). ARNOB. IVN. in psalm. 123 p. 526[B] martyrum -um profiteris. **B** *obsequendi, oboediendi, observandi:* AMBR. in Luc. 7, 141 caro ... non iam lena vitiorum, sed aemula quaedam et quasi -a virtutis. AVG. civ. 1, 10 p. 18, 8 ut bonus servus magnas facultates haberet ipsam sui domini voluntatem, cui -us mente ditesceret. ARNOB. IVN. ad Greg. 4 p. 390, 16 ego, inquies, ... disciplinae tenax, morum omnium bonorum -a *eqs.* CASSIOD. in psalm. praef. 15 l. 90 dixerunt hoc ... et alii doctissimi patres, ..., ut nequaquam praesumptores huius rei, sed -i esse videamur. *al.*

adi. **pedisequus,** -a, (-um). *compar. et superl. desunt. fere i. q. sequens (exempla certiora tantum, cetera v. supra. accedit color persequendi apud* ENNOD., *imitandi in* VITIS patr. Iurens.; *pro syn. iuxta ponitur e. g.* comitans AVG. epist. [*cf.* comes AVG. virg.], *opp. e. g.* praevius AVG. epist., SIDON.): **1** *-ae sunt res, sc. fere per prosopopoeiam:* CHALC. transl. p. 42[B] metum atque iracundiam ceterasque -as earum perturbationes (*gr. ὅσα τε ἑπόμενα αὐτοῖς, Cic. Tim. 44* comites. *cf.* p. 52[E] -as passiones [*gr. ὅσα ... συνέπεται*]). AVG. epist. 186, 10 comitante non ducente, -a non praevia voluntate. ENNOD. opusc. 4, 29 p. 390, 9 continuo ... -a reum ultio comprehendit. CASSIOD. in psalm. 65 l. 376 -a ... expositione psalmus iste decursus est. VITAE patr. Iurens. 3 quae *petra* nunc inibi a sanctis fratribus ... -a stabilitate calcatur. **2** *-i sunt animantes eorumve coetus:* AVG. virg. 31, 31 *superbiam* sequitur invidentia, tamquam filia -a (*postea:* comite). MART. CAP. 1, 26 scandente Phoebo Musarum -us adhaerensque comitatus ... alite vehebatur. SIDON. epist. 1, 9, 3 clientum praevia, -a, circumfusa populositas. FAVST. REI. grat. prol. p. 3, 20 tamquam si patrono vel domino inseparabiliter -us minister inhaereat.

deriv.: pedisequarius. *Kooreman.*

peditastellus, -ī *m.* *a* *peditaster *deminutive (cf. Studemund, Hermes 1, 1866, 282 sq.). i. q. pedes parvus, miser (contumeliose dictum):* PLAVT. Mil. 54 (*Pyrgopolinices de hostibus victis*) -i quia erant, sivi viverent.

1.ᴷpeditātus, -a, -um. *a* pedes. *abbreviatur in titulis saepe* ped, *rarius* pedit, *v. infra. t. t. mil., non nisi in iunctura* cohors -a *i. cohors, quae ex peditibus tantum constat (cf.* equitata): *in titulis:* INSCR. Actes du IX[e] congrès ... sur les frontières rom. 1974 p. 451 (*saec. I ex./II in.*) ⟨c⟩oh(ortis) II Hisp(anorum) ped(itatae). CONST. veteran. (CIL XVI 175) int. 7 (*a. 139*) *cohors* ⟨I Al⟩p(inorum) ped(itata) (*de eadem:* 179 ext. 9 [*a. 148*] pedit(ata) [*eadem nota:* 132 int. 2; *a. 216–247?*]. 112 int. 11 [*a. 160*]. CIL III 3318, 12 [*a. 163*]. INSCR. Année Épigr. 1910 n. 153. *al.*). INSCR. Année Épigr. 1972 n. 226 (*fere a. 200*) *cohortis* II Breucorum -ae. 1979 n. 492 (*a. 214*). *cetera exempla:* HYG. mun. castr. 4 si res exiget, -a c. quingenaria loco vexillariorum solet superponi (19 c. -a q. vel equitata. 23 c. secundae vel -ae q. super c. primas. *al. apud eundem*). 28 c. -a miliaria habet centurias X (30).

2. peditātus, -ūs *m.* *a* pedes (*cf.* equitatus). NOT. Tir. 45, 62. GLOSS. V 320, 13 -s: numerus peditum. V 344, 27–28 equitatus et -s: numerus [a]equit[at]um et peditum (*item* GLOSS.[L] Corp. A 333). *legitur in prosa oratione tantum, inde a* CATONE, *sed multo rarius quam* equitatus; *plur. deest.* [*vix recte trad.* CIC. Phil. 13, 44. *e confusione ortae sunt* GLOSS. -s: propagatio filiorum vel nepotum (*lemma* posteritas *subesse vidit Landgraf, Arch. Lat. Lex. 9, 1896, 406 conferens e. g. Gloss. IV 273, 35* [pae-

[Gatti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dopoiia *minus bene supplent edd.* GLOSS.[L] III Abstr. PE 8[e]. V Abba PE 57]).]

i. q. corpus vel numerus peditum: **1** *iuxta ponitur* equitatus: CATO orig. 83 *Poenus* mittit adversum illos ... -um equitatumque. CIC. Phil. 5, 6 tu civem sceleratum ... -u, e., copiis instrues? Att. 9, 13, 4 *Caesarem* ita paratum video -u, e., classibus, auxiliis Gallorum. fam. 7, 1, 2 armatura varia -us et e. 15, 4, 6. 15, 4, 7. CAES. Gall. 4, 34, 6 magna multitudine -us equitatusque. 5, 3, 4. 5, 38, 1. 5, 47, 5 omnes e. -usque copias (6, 7, 1. 7, 5, 3. 7, 76, 6). 6, 10, 1. NEP. Eum. 3, 6 ut e. potius dimicaret ... quam -u. SCHOL. Cic. Bob. p. 142, 30 e. -uque maximo et navalibus copiis instructus. **2** *iuxta ponitur* eques, equites: CATO orig. 99 aequo fronte, -u, equitibus atque alis cum hostium legionibus pugnavimus. CIC. Font. frg. 12 -us amplissimae copiae ..., equites numero plurimi. CAES. Gall. 7, 64, 2. civ. 2, 41, 2 -u ... ad speciem utitur, equites in aciem inmittit. BELL. Afr. 17, 1. 18, 1 cum e. Numidis ... -uque eiusdem generis. LIV. 22, 43, 4 ut relicto -u omni cum equitibus se proriperet. FRONTIN. strat. 2, 5, 38 TAC. ann. 13, 35, 2. 15, 11, 1 hinc -u, inde equite. AMM. 24, 2, 7. 31, 12, 11. **3** *exempla cetera*: CAES. Gall. 7, 70, 2 legiones ... pro castris constituit, ne qua subito inruptio ab hostium -u fiat. EPIT. Alex. 54 Porum ... habere ... pedit⟨at⟩um XXX milia ampliorem.

peditēlae *v.* pes (*sc.* pedes telae).

[pediter: pedester GLOSS. IV 136, 32 adn. 138, 32. *depravatum ex* pedites: pedestres, *cf. ibid.* 139, 36. 419, 25.]

?1. peditio, (-ōnis) *f.* *vox formationis mirae (an sec.* domuitio *?) vix recte traditur* VET. LAT. II Cor. 11, 26 (Ps. Tit. epist. l. 57) in pedicionibus multis (*gr.* ὁδοιπορίαις, ⟨ex⟩peditionibus *Bulhart, Rev. Bénéd. 62, 1952, 297*).

[2. peditio *v.* 1. pedito.]

1. pedito, (-ōnis) *m.* [*a* peditare; *cf.* commilito *a* (com)militare *et sim. al. (v. Leumann, Gramm. 1977, 361). sed qui* saltuosus *vel* saltare *scripsere, de verbo gr.* πηδᾶν *cogitavisse videntur. Fo.*] *i. q. saltator*: GLOSS. II 407, 19 πηδητής: pedit[i]o, saltuosus. 589, 31: -o: homo qui sal[u]tare potest.

2. pedito, -āre. [*a* pedes, *cf.* equitare (*Heraeus, Arch. Lat. Lex. 12, 1902, 47*). *seiungendum est a verbo* suppeditare, *de quo v. Leumann, Gramm. 1977, 548. Fo.*] *scribitur* pi- *in var. l.* NOT. Tir. [*francog.* piéter. *cf. Wartburg VIII 128 sqq. St.*] *i. q. pedibus ire*: GLOSS. II 400, 21 πεζεύω: -o. NOT. Tir. 45, 61 -at (*antecedit*: pedes, pedester, *sequitur*: peditatus).

deriv.: 1. pedito.

pēditum, -ī *n.* (*m.* -us *l. 41*). *a* pedere. GLOSS. II 413, 38 πορδή: -us, hoc -um (II 504, 60 GLOSS.[L] II Philox. PE 27). [*it.* peto *et var. dial.; francog.* pet; *prov.* pet; *cat.* pet; *hisp.* pedo; *port.* peido. *cf. M.-L. 6358. Battisti-Alessio IV 2880. Wagner II 264. Wartburg VIII 131 sqq. Corominas[2] IV 458. Machado[3] IV 331. St.*] [*de* ANTIDOT. Brux. 35 *v.* 2. pedum.] *i. q. ventris crepitus*: CATVLL. 54, 3 subtile et leve -um Libonis ... displicere vellem tibi. CHAR. gramm. p. 312, 21 (*ex Romano*) 'trit' ... significat ... 'crepitum polentarium' (*Plaut. Curc. 295*), id est -um (*cf. De Nonno, La gramm. dell'Anon. Bob., 1982, 84 sq.*).

pēdium *v.* paedium.

pedius, -ī *m.* *a* pes. *i. q. pars litterae scriptae, peciolum*: GLOSS.[L] II Philox. PE 35 -us: πόδιον τὸ τῶν γραμμάτων (*cf. supra p. 901, 62*).

1. pedo, -ātum, -āre. *a* pes. *i. q. adminiculis sustentare, pedamentis instruere* (*sc. vineam; non nisi p. p. p. vel gerund.*): COLVM. 4, 12, 1 putationem sequitur iam -andae vineae cura (4, 20, 1 -tam v. iugatamque sequitur alligatoris cura. PLIN. nat. 17, 164 *vineae* -tae simplici iugo aut conpluviatae quadriplici. 17, 165).

deriv.: pedamen, pedamentum; *cf.* 1. pedum.

compos.: impedo.

2. pēdo, pepēdī, -ere. [pēd- < *vet. indogerm.* *pezd- (*Leumann, Gramm. 1977, 205*), *cf. gr.* βδέω < *bzd- < *pzd-, πέζις < *pezdi-, *germ.* fist, *russ.* bzdet' (*Frisk, Gr. etym. Wörterb. I 230, III 168*). *similis radix* *perd- (*gr.* πέρδομαι) *in lingua Latina deperdita est. cf. p. 974, 60. 978, 36. Walde-Hofmann II 273. Fo.*] *inter perf. redupl.*: CHAR. gramm. p. 318, 24 -o -is pepedi πέρδομαι (pepidi *var. l.*). PHOC. gramm. V 434, 19 PRISC. gramm. II 22, 22. 460, 3 (*testatur mensuram* pepēdi *ut* 467, 20 [pepidi *var. l.*]). 515, 2 (pepidi *var. l.*). *inter verba tertiae coni.* EVTYCH. gramm. V 471, 13. *supinum non inveniri dicit* PRISC. gramm. II 520, 1. *gr. respondet* πέρδομαι CHAR. gramm. p. 318, 24. 469, 18 GLOSS. II 402, 3, πορδῶ GLOSS.[L] II Philox. PE 30. *legitur inde ab* HOR., *sed vox subauditur apud Cic. fam. 9, 22, 4* (*sc. in nom.* intercapedo; *cf. et Quint. inst. 8, 3, 46*). [*francog. vet. et med.* poire; *prov. vet.* peire; *hisp.* peer. *cf. M.-L. 6345. Battisti-Alessio IV 2818. Wartburg VIII 120. Corominas[2] IV 458. St.*]

i. q. crepitum ventris emittere (*ad rem cf. Adams, Latin Sex. Voc., 1982, 249*): HOR. sat. 1, 8, 46 (*loq. Priapus ficulneus*) displosa sonat quantum vesica, pepedi diffissa nate ficus. MART. 4, 87, 4 -ere Bassa solet (10, 15[14], 10 me coram -ere, Crispe, soles). 7, 18, 9 -ere te mallem (*sc. quam cunno strepere*): namque hoc nec inutile dicit Symmachus. 12, 40, 3 -is, dissimulo. 12, 77, 3 Aethon in Capitolio pepedit. 12, 77, 10 -it deciesque viciesque. GARG. MART. cur. boum 12 *medicamentum* intestinum ... movit, ut -ere non cesset *bos.* SCHOL. Iuv. 3, 108 ('si ... crepitum dedit') si -erit (pepedit *var. l.*).

deriv.: peditum, 2. pedum, pepedo.

compos.: ob-, suppedo.

3. pedo, -ōnis *m.* *a* pes. NOT. Tir. 58, 22[1] (*antecedit* conpedes, *sequitur* pedica). 58, 22[a]. *fort. huc trahas* PROB. cath. gramm. IV 10, 3 *nomina*, quae o habent in genetivo productam, ut -o -is, cerdo cerdonis (*inde* SACERD. gramm. VI 475, 11). [*i. q. pedes: it.* pedone; *francog. vet. et med.* peon; *prov. vet.* pezon; *cat.* pehó; *hisp.* peón; *port.* peão. *cf. M.-L. 6359. Battisti-Alessio IV 2821. Wartburg VIII 145 sqq. Corominas[2] IV 531. Machado[3] IV 326. St.*]

1 *i. qui pedes latos habet* (*fortasse respicitur cognomen* Pedo): GLOSS.[L] II Philox. PE 29 -o: πλατύπους. 34 -o: plancus, πλατύπους.

2 *aliter*: GLOSS. V 555, 54 -o: qui pedestri ordine vadit, seu animal oculos habens in pedibus, vel animal cornutum habens in pectore oculos, ut Augustinus dicit, in silvis habitans et in Octobrio mense igne sui gutturis incendit silvas.

cf. Onom.

?4. pēdo, (-ōnis) *m.* [*fort. a* pedunculus *retrograde formatum, voce q. e.* pedis *illo tempore iam abolita, v. p. 976, 73. Fo.*] *i. q. pedis, pediculus* (*si recte explicatur in codd.*): PRISC. gramm. II 108, 12 in o desinentia, si faciunt deminutiva, convertunt o in un et accipiunt culus ... ut 'tiro, tirunculus', ... '[L]-o[J] pedunculus' ([L] [J] -o ὁ φθ⟨ε⟩ίῳ *codd. duo*).

pedoclum *v.* 3. pediculus.

pedōcucullum, (-ī) *n.* (*an* -us *m. ?*). *vocem ex* 1. pedum *et* cucullus *compositam esse suspicatur Heraeus, Arch. Lat. Lex. 12, 1902, 79, ut insigne quoddam pastorum significetur, alii cum* pes *coniungunt intellegentes tegmentum pedis, calceamentum quoddam*: NOT. Tir. 97, 18 -um (-coculum *var. l.; antecedit* pedo, *sc. 1. pedum, sequitur* coculum pedo).

pēdoc(u)lus *v.* 1. pediculus. **pedocylium** *v.* podocylium.

pēdor *v.* paedor.

? pedornis. [*si recte trad., fort. e* pes *et* ornare *formatum est; cf.* tauri-formis, opi-paris, *quorum pars posterior cum verbis coniungi poterat. Fo.*] *significat genus calceamenti*: SCHOL. Iuv. 1, 111 pedules novos in bracis, quos -is dicunt (*emendationes propositas* pedurnos, udones, perones, pedanas, pedortes *affert Iahn in ed.*).

pēdorōs, pēdorūs *v.* paederos.

peduca *v.* pedica. **peducl-** *v.* pedicul-. **pēducōsus** *v.* pedicosus. **peducul-, pedugl-** *v.* pedicul-.

pedūlis, -e. *a* pes (*cf. Leumann, Adjektiva auf -lis, 1917, 5*). *scribitur* pet- *in var. l.* NOT. Tir. NOT. Tir. 58, 19 -e (*sequitur* pedale). *abl. plur.* -is *in var. lect. l. 62.* [*subst.: it.* pedule *'pars caligae, calceae, quae pedem tegit'; var. raet. occ.; cf. M.-L. 6362 et Faré, Postille. Battisti-Alessio IV 2821. St.*] [*vix recte coni. Scaliger* ENN. ann. 362 *pro* pedum.]

1 *adi., i. q. ad pedem pertinens*: VLP. dig. 34, 2, 25, 4 fasciae crurales -esque et inpilia vestis loco sunt, quia partem corporis vestiunt (*cf. p. 961, 49*).

2 *pro subst., i. q. tegmentum pedis, genus calceamenti*: **a** pedūles, -ium *m.* (*saepius iuxta ponuntur* caligae): SCHOL. Iuv. 1, 111 -es novos in bracis, quos pedornis dicunt. REGVLA mag. 81, 3 habeant ... in hieme ... bracas ... et fasciolas aut -es. 81, 30 in hieme ... ad nocturnos -bus utantur pelliciis propter frigdore pedum. BENED. reg. 55, 6 indumenta pedum, -es et caligas. 55, 12. 55, 19 quae sunt necessaria, id est cuculla, tunica, -es, caligas *eqs.* (*inde* GLOSS. V 414, 28 [*sine interpr.*]). GREG. TVR. vit. patr. 8, 5 (*antea*: de cappa *casulae* ... tegumen pedum aptabo) aptatis -bus pedes operuit. *ibid.* pedes cum -bus (-is *var. l.*) ignis pariter devoravit. ISID. reg. monach. 12, 2 *vestibus adicientur* -es et caligae. 12, 3 -es ... utendi in monasterio, quandiu hiemis coegerit violentia sive dum fratres gradiuntur in itinere *eqs.* GLOSS. I p. 163 -es: strapulas (*anglosax.*). III 120, 47 (*item* 224, 45) accepi -es, caligas, calciavi me (*gr.* ὑποδεσμίδας. *cf. supra p. 961, 49*). **b** pedūle, -is *n.* (*an huc l. 69?*): CHAR. gramm. p. 391, 30 (*v. supra p. 961, 33*). NOT. Tir. *l. 46.*

pedulla quae dicimus (*seq. lacuna*) ... Graecos appellare manifestum est FEST. p. 230 (πέδιλα q. d. nunc alutaciatos *suspicatur Lindsay, Gloss.*[L] *IV p. 338*[a]; pedilia *coni. alii*).

1. pedum, (-ī) *n.* [*fort. a* pedare *retrograde formatum, quasi* pedamentum (*Hartmann, Glotta 4, 1913, 153; sim. antea Doederlein, Walde*); *aliae opiniones apud Walde-Hofmann II 274. Fo.*] *a* pes *derivant gramm., v. infra sub 2.* *genus neutr. testantur*: PHOC. gramm. V 412, 15 GLOSS.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

V 509, 44. *inter indeclinabilia afferunt*: CHAR. gramm. p. 119, 11 suppetias, -um (pessum *vix recte Keil*). PHOC. gramm. V 412, 14. *cf.* SCHOL. Verg. Bern. ecl. 5, 88 -um accusativo tantum invenitur. *exstat tamen* -o *pro abl. l. 13. 25, ? pro nom. l. 29.* [*fortasse sard.* pedu *'surculus vitis'. cf. Wagner II 242. St.*]

i. q. baculum pastorale (*ad rem v. White, Farm Equipment, 1975, 209 sq.*): **1** *exempla varia*: VERG. ecl. 5, 88 sume -um ... formonsum paribus nodis atque aere (*explicationes v. sub 2*). DIOM. gramm. I 487, 1 (*describitur ornatus pastorum in theatro canentium*) in manu -um clavatum. SERV. ecl. 2, 31 *Pan καλαύροπα* habet, id est -um, propter annum, qui in se recurrit (*in sim. enumeratione insignium Panis*: PHILARG. Verg. ecl. 2, 32 rec. I Pan ... per -um tenuitatem aëris *significat*). SCHOL. Stat. Theb. 4, 301 'pastorali ... trunco' id est -o, quod armorum genus Homerus *ῥόπαλον* vocat. *-o utuntur peregrinantes*: SALV. eccl. 2, 41 *deus* -um de apostoli manu rapuit, *sc. interdicens discipulis usum virgae* (*Matth. 10, 10*). **2** *explicationes grammaticorum sim.* (*respicitur fere* VERG. *sub 1*): FEST. p. 210 -um baculi genus incurvum, ut Virgilius *eqs.* (*sim.* p. 249 *addens*: quo pastores utuntur ad conprehendendas oves aut capras a pedibus [*deinde miratur Verrium etiam in Enn. scaen. 213* procede, gradum proferre pedum *hanc vocem neque gen. plur.* pedum *intellexisse*]). SERV. ecl. 5, 88 (*inde* GLOSS. V 580, 14) virga incurva, unde retinentur pecudum pedes (*sim.* SCHOL. Bern. *ad l.* SCHOL. Veron. *ad l., addens*: aut adminiculum pedum [*affert Enn. scaen. 213*]. PHILARG. *ad l.* rec. I *et* II. GLOSS.^{L} I Ansil. PE 134. 135 GLOSS.^{L} Corp. P 260). GLOSS. II 337, 22 *καλαῦροψ, ποιμενικὴ ῥάβδος*: -um (527, 4 III 261, 49). GLOSS.^{L} IV Ps. Plac. P 22 -o: fuste pastorali capite incurvo. I Ansil. PE 136 -um: dicitur virga pastoralis, cui uncus additur ferreus, qua pedes tondendarum ovium capiuntur, et in se habet pares nodos aere decoratos quaeque aliter clava appellatur. GLOSS.^{L} Corp. P 253 ⌞-o vel paturum⌟: feotur (*anglosax.*; ⌞ ⌟ -um pastorum *suspic. Lindsay, confusionem vocum* -um *et* pedica *subesse putat Milani, v. supra p. 647, 47*).

compos.: pedocucullum.

2. pēdum, (-ī) *n.* [*a* pedere. *si vox prisca est, fort. e* *pezdo-m *orta et, quod ad genus apophoniamque attinet, cum gr. Fέργον comparanda est (v. W. Schulze, Kl. Schr. 1933, 81); sin recens, formatione parum perspicua. Fo.*] *i. q. peditum, crepitus ventris*: ANTIDOT. Brux. 35 omnem calamitatem umoris aut per ⌞-um⌟ digerit aut per urinam (⌞ ⌟ *cod.*, peditum *ed. Rose*). GLOSS. III 176, 62 *ποδή*: -um.

cf. Onom.

pēdunculus, (-ī) *m.* [*e* peduculus (*v.* 1. pediculus) *commutatum, cf.* curculiunculus, ranunculus *sim. et v. Heraeus, Kl. Schr. 1937, 140. Fo.*] *i. q. pedis, pediculus*: PRISC. gramm. II 108, 12 *v. p. 982, 26. ceterum exstat in codd. rec.* GLOSS. III 431, 60. *al.* (*v. Heraeus loco cit.*).

cf. 4. pedo.

pēdusculus, (-ī) *m.* [*e* peduculus (*v.* 1. pediculus) *commutatum, cf.* musculus, lepusculus *sim. Fo.*] *i. q. pedis, pediculus*: POL. SILV. chron. I p. 543, 38 nomina insectorum sive reptancium: ... cimix. pulix. -us. sexpedo *eqs.*

pef- *v.* peph-.

pēganinus, -a, -um, *πηγάνινος. i. q. confectum e pegano vel pegano addito, sc. de oleo* (*subst. omisso* TAB. cer.): TAB. cer. Dac. (CIL III p. 953) 15, 22 (*in indice rerum emptarum*) panem candid(um) ..., thus ..., -um ..., aceti ..., salem et cep(am) *eqs.* DIOSC. 1, 29 p. 20, 18 -um oleum clisteri additum hileos curat (*gr. 1, 30, 2 μετὰ πηγάνου ἑψηθέν*).

pēganirum (-ī- *?*), -ī *n.* (-ra *f. fort. l. 72*), *πηγανηρόν* (*πηγανερά*). *i. q. emplastrum ex herba ruta confectum*: ALEX. TRALL. 1, 146 faciunt bene et qu(a)e piganira vocantur (*sic ed.*, peganira *cod. Andecav.*, paganina *cod. Oxon., gr. II 241 ἡ πηγανερά*). *addas fort. fem.* -ra *l. 72.*

pēganum (-on), -ī *n.*, *πήγανον. vocabulum infra ubique perscripsimus, ut appareat, quomodo scribatur flectaturque.*

nomen graecum herbae rutae (*ad rem cf. André, Les noms de plantes, 1985, 191*): **1** *exempla varia*: Ps. APVL. herb. 90 l. 42 herba ruta hortensis ... a Graecis dicitur peganon, erifion. 116 l. 27 herba ruta silvatica ... a Graecis dicitur piganum agrium, Itali rutam montanam dicunt. PLIN. phys. Bamb. 57, 39 (*in compositione*) pigani *quantitas.* ALEX. TRALL. 1, 144 (*v. sub 2*). ORIBAS. eup. 2, 1 P 5 Aa p. 496 peganon: peganon ruta dicitur (*sim.* P 14 La). GLOSS.^{L} I Ansil. PI 64 (med. p. 57) pigano: graecum est, quod latine ruta vocatur. RU 220 (med. p. 71) ruta ... agrestis ..., quam Graeci peganon vocant. **2** *in iunctura* dia -um, *qua compositio medicamentorum indicatur* (*v. vol. V 1, 939, 9 sqq.*): PLIN.phys.Bamb. 48, 23 diapiganunc conveni(t) operiri de foris. ALEX. TRALL. 1, 144 et ⌞piganum, quod⌟ quidam dyapiganum appellant, satis in profundo potest flegmonem digerere per se vel aliis mixta (⌞ ⌟ peganisa, quam *cod. Andecav., ut fort. pertineat ad l. 54, cf. gr. II 233 πηγανερά*). ORIBAS. syn. 3, 193 Aa p. 888 diapeganum cyminum in aceto per triduo infusum *eqs.* 9, 7 Aa p. 282 emplastrum dia peganum (dapianum *Ab*).

pegaso, (-ōnis) *m.* *vox orig. inc. significare videtur genus histrionum*: GLOSS.^{L} III Abstr. PE 17 -o: homo iocularis (*inde in aliis gloss., v. Goetz, Thes. gloss., addas* GLOSS.^{L} Corp. P 364; *scribitur et* pegano, pesago).

pēgasus *v. Onom.*

pēgē *f.*, *πηγή. i. q. πηγή : t. t. med. de parte oculi* (*i. q. 'fons lacrimarum'?*): VINDIC. epit. alt. 5 *oculi* habent ... in osso ipso concavo ... fistolas tres: ⌞-e, ranter⌟ et rizoptalmon (pegerante *codd. et ed., emend. Breimeier coll. Polluce 2, 71* [*de angulis oculi agitur*] *οἱ μὲν πρὸς τῇ ῥινὶ ῥαντῆρες καὶ πηγαῖ*). *alia*: GLOSS. V 130, 35 -e: fons graece. GLOSS.^{L} I Ansil. PE 140 -e: fons.

cf. Onom.

peger *v.* piger. **[pegerante** *v. l. 7.*] *Gatti.*

pēgma, -atis *n.*, *πῆγμα. scribitur* pigm- PRVD. perist. 10, 1017 (*cod. B saec. VI*), -cm- *hic illic in codd. recentioribus. scripturam* peuma *reprobat* PROB. app. gramm. IV 198, 11. *de genere*: POMP. gramm. V 197, 13 hoc -a. *de formis*: CHAR. gramm. p. 65, 26 in genetivo ... singulari *nominum Graecorum in a exeuntium ος* Graecum in is Latinum mutamus, ut ... *πήγματος* -is (*sim.* PROB. nom. gramm. IV 215, 12 GRAMM. VI 277, 7). 65, 27 nominativum pluralem Graece proferemus, ... -ta (*sim.* GRAMM. VI 277, 8. *cf.* POMP. gramm. V 177, 13). *praeter acc. non leguntur casus obliqui exceptis his: gen. sing. l. 18. 56, abl. sing. l. 59, gen. plur. l. 52. legitur inde a* CIC. Att., PHAEDR., SEN. epist. [*fortasse val.* pielmă; *var. it. sept. et raet. 'favus', fortasse hisp.* pelmazo. *cf. M.-L. 6364. Wartburg VIII 153. Corominas*^{2} *IV 463 sqq. St.*]

i. q. constructio, compago: **1** *de machinamento, tabulato* (*fere ligneo, cf. l. 31. 45. 49, aliter l. 57; de -is ornatu v. l. 31. 38. 42. 53; rem tractat e.g. Fensterbusch, RE XIX 66 sq.*): **a** *usu vario*: CIC. Att. 4, 8, 2 nihil venustius quam illa tua -ta, postquam sittybis libros *dispositos* illustrarunt. VLP. dig. 33, 7, 12, 25 in emptione domus et specularia et -ta cedere, *sc. ut partem domus.* AVSON. 26, 10 p. 329 (*agit de pictura encaustica*) ceris inurens ... atriorum -ta. **b** *significantur apparatus vel ornamenta mobilia, quae in spectaculis variis adhibentur* (*in triumpho* Ps. RVFIN., *in taurobolio* PRVD.; *cf.* GLOSS.^{L} IV Plac. P 26 -a est genus machinamenti in theatris exhiberi soliti, quo arte mechanica scenici ludunt variis modis [*cf.* GLOSS. II 589, 11 V 575, 7]): PHAEDR. 5, 7, 7 *tibicen ludis* dum -a rapitur, concidit casu gravi. SEN. epist. 88, 22 machinatores, qui -ta per se exsurgentia excogitant et tabulata ... in sublime crescentia. PLIN. nat. 33, 53 Gaius princeps in circo -a duxit, in quo fuere argenti pondo CXXIIII. MART. epigr. 2, 2 ubi sidereus propius videt astra colossus et crescunt media -ta celsa via (*vel potius de machina aedificationis? rem tractat post alios Carratello, Giorn. Ital. Fil. 18, 1965, 129 sqq.*). 8, 33, 3 (*in descriptione phialae aureae tenuissimae*) fuerat nuper nebula tibi -a perunctum. IVV. 4, 122 *laudare* -a et pueros inde ad velaria raptos (*cf.* SCHOL. *ad l.*). SVET. Claud. 34, 2 *fabros quoque committebat velut gladiatores*, si automatum vel -a ... cessisset. HIST. AVG. Car. 19, 2 (*inter nova spectacula*) -a ..., cuius flammis scaena conflagravit (*ignis in scaena adhibitus esse videtur; cf. fortasse* CLAVD. 17, 325 mobile ponderibus descendat -a reductis inque chori speciem spargentes ardua flammas scaena rotet *impune*). SERV. georg. 3, 24 scaena de lignis ad tempus fiebat: unde hodieque consuetudo permansit, ut componantur -ta a ludorum theatralium editoribus (*eadem fere* SCHOL. Verg. Bern. *ad l.*). Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 7, 139 p. 836 *in Titi triumpho* maxime ... stupor erat ... -um fabricatio ..., multa enim in tertium nidum quartumve surgebat ..., multisque aurata veste circumdatis *eqs.* (*cf. ibid.* 147 p. 836 erat ... per singula -ta captae civitatis dux ... ordinatus). PRVD. perist. 10, 1017 (*praeparatur taurobolium*) tabulis superne strata texunt pulpita rimosa rari -is compagibus (*huc spectare videtur* GLOSS. I p. 299 -a est quoddam in scenis machinamentum ferreum instar rastri dentati, unde pulpitum terebrabatur videlicet ut superfusus sanguis hostiae in eodem scenae pulpito facilius per foramina acta -e defluens sacerdotem suppositum umectaret).

? **2** *in re medica legitur in serie compositionum* CHIRON 877 malagma -a. *μάλαγμα τὸ πῆγμα sc. καλούμενον explicare temptat Fischer in plagulis.* malagmae -a *Oder in indice, ut respiciatur confectio medicamenti, sed seriei melius conveniat* m. ⟨ad⟩ -a, *ut indicetur compago naturalis, sc. tumor vel callum sim.; an latet* pigma *sim. pro* phy(g)ma, *φῦμα?*

***?*pēgmaris** (-ā- *?*), -e *adi. a* pegma *formatione mira derivandum non legitur nisi in var. l. vix recipienda* SVET. Cal. 26, 5 gladiatores quoque -es (*v. supra p. 37, 28*).

pēgmatistēs, -is *m.*, *πηγματιστής. is, qui columbis pegmata, i. columbaria praebet* (*an de ipsa columba?*): PHYSIOL. rec. Y 48 sunt -es columbae (*gr. πηγματισταὶ περιστερῶν*). *ibid.* si ... omnes columbas mittat, ad -es (pegmanites, pecmanites *var. ll.*) neminem inducet (*sc. columba emissa ?*), solus rufus (*sc. columba rufa*) inducet omnes et placat (*gr. paulo aliter*).

pēgn- *v.* paegn-.

[Wenaweser]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

?**pegris,** -idis *f.* *orig. inc., si genuinum.* *nomen animalis marini, fortasse conchae*: PLIN. nat. 32, 150 (*inter peculiares maris*) purpurae, -es, pina, pinoteres (*emendationes propositae*: percides, pelorides *al.*).

[pēierārium *nonnisi e coni. falsa* LVCIAN. Cypr. epist. 22, 2, *v.* pignerarium.**]**

pēierātio, -ōnis *f.* *a* peierare. *i. q. actio peierandi, periurium*: SALV. gub. 4, 77 *apud deum* cum maximi sacramenti sit deieratio, necesse est maximi sit reatus et -o (perier- *codd.* A^1B, peier- A^2).

pēierātiuncula, -ae *f.* *a* peierare, *cf.* peieratio. *i. q. periurium parvum, minoris momenti*: PLAVT. Stich. 229 (*loq. parasitus*) *vendo* cavillationes, adsentatiunculas ac -as parasiticas (perier- *A*; periur- *P*).

pēiero** (*i.* peiie-) *et* periero, pēiūro, periūro, -āvī, -ātum, -āre. **[forma* peierare, *quam neque* per *neque* iūrare *continere posse apparet, derivanda est a* peior (*unde aetate posteriore denuo formatum est* peiorare, *v. p. 988, 16*). *at per similitudinem vocabulorum* periurus, periurium *notio corrumpendi ita coartata est, ut solum ius iurandum respiceretur* (*cf.* ius peieratum *p. 987, 19*). *itaque formae* perierare (*v. l. 44*) *et* periurare (*v. l. 48*) *ortae sunt, cum* peierare *ipsum non solum voces* periurus *et* periurium *affecerit* (*v. formas* peiurus, peiurium), *sed etiam composita verbi* iurare, *imprimis ea, quorum pars prior in e cadit, sc.* de-ierare (*vol. V 1, 403, 1 sq.*) *et* e-ierare (*vol. V 2, 314, 63 sqq. 67 sqq.*), *sed cf. etiam* co(n)ierat (*vol. IV 339, 68*). *v. Osthoff, Zur Gesch. des Perfects, 1884, 115; Leumann, Gramm. 1977, 546; alias opiniones apud Walde-Hofmann II 274. Fo.***]** *a* perpere iurare *derivat fortasse* ISID. orig. 10, 222 peiurus, quia perpere iurat, id est male iurat (*cf. l. 45*).

de formis et scripturis pe(r)ier- *et* pe(r)iur-: *1) testimonia grammaticorum*: SERV. Aen. 2, 195 'periuri' in verbo 'r' non habet: nam 'peiuro' dicimus corrupta natura praepositionis: quae res facit errorem, ut aliqui male dicant 'peiurus' (*sim.* ISID. orig. 10, 222. *cf.* GLOSS.^{L} I Ansil. PE 147 peiuro, -as, -at facit verbum, quamvis periurus nomen dicitur. GLOSS. V 575, 9 peiero verbum non habet r). PRISC. gramm. II 27, 16 transit u ... in e ...: 'deierat' 'peierat' pro 'deiurat' 'peiurat'. *2) indicia metrica de secunda syllaba: brevis est* (*ut exspectes formam* pe(r)ier-): PLAVT. Asin. 239 Bacch. 1030. 1042 Poen. 1242 CATVLL. 52, 3 HOR. carm. 2, 8, 1 PROP. 4, 3, 42 SEN. Phoen. 589 Tro. 612 LVCAN. 6, 749 STAT. silv. 4, 3, 5 MART. 6, 12, 2. 7, 20, 6 IVV. 13, 36. 91; *longa est* (*ut exspectes formam* pe(r)iur-): HOR. sat. 2, 3, 127 OV. am. 1, 8, 85. 3, 11, 22 CIRIS *l. 68.* CYPR. GALL. exod. 778 DRAC. Romul. 2, 93. *3) scripturae traditae*: peier-: DIG. (*cod. F saec. VI ubique, sc. quater*). CYPR. laps. 6 (*cod. S saec. V/VI*). LACT. epit. 59, 1 (*cod. B saec. V* [*sed* ira 16, 4 periur-], peior- *T saec. VI/VII*). VVLG. Matth. 5, 33 (*e. g. cod. F saec. VI med., M saec. VI*). RVFIN. Orig. in lev. 3, 4 p. 306, 27. 4, 5 p. 320, 26 (*cod. A saec. VI/VII*). *saepius in codd. rec.* (*ubi invenitur etiam* peger- *e. g.* AVG. c. Faust. 19, 3 p. 498, 20 ISID. orig. 10, 222). perier-: CIL XI 6711, 3 (*in fibula*). VVLG. lev. 6, 3 (*v. ed. comm. pontif.*; perperier- *cod. G, sec.* ISID. *l. 24?*). AVG. serm. 60 Rev. Bénéd. 58, 1948 p. 41, 122 (*cod. L saec. VI/VII*). PROSP. chron. I p. 454, 1076 (*cod. V saec. VII*). CONC. Aurel. a. 538 p. 118 l. 99 (*cod. K fere a. 600*). *saepius in codd. rec.* (*cf. e. g. Pauly in app. crit. ad* SALV. gub. 4, 76). periur-: TAB. Sulis 94, 6 (*saec. III/IV*). INSCR. Année Épigr. 1945 n. 97 (*Numid., saec. VI in.*). PLAVT. **(***cod. A ubique, sc. sexies* [*contra metrum* Poen. 1242; *sed cf. supra l. 8*]; *Palatini plerumque***)**. VET. LAT. Matth. 5, 33 (cod. 1. 4. 10. 12. *al.*). *passim in codd. rec.* peiur-: VET. LAT. lev. 19, 12 (Collect. Arian. hom. 8, 3). Matth. 5, 33 (cod. 5). *et in codd. rec.*

NOT. Tir. 30, 24 -at. 30, 24b -tus. *de genere: depon.* (*cf. vol. V 1, 403, 7*) *in var. l.* VVLG. prov. 30, 9 LEX Burg. lib. const. 45. *al.* *de notione*: CIC. off. 3, 108 non ... falsum iurare -are est, sed quod ex animi tui sententia iuraris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere periurium est. GLOSS. -o: *ἐπιορκῶ.* -at: qui mendo (*vel* mendacio) iurat. falsum iurat. -are: fallere. GLOSS.^{L} III Abstr. PE 146 -at: male iurat (*inde* I Ansil. PE 146 -at: iurat). *mire* GLOSS. III 78, 26 *ὁρκίζω*: -o. *legitur in versibus apud* PLAVT. (*duodecies*), *singulis vel binis locis apud* CATVLL., HOR., PROP., OV. am., SEN. *trag.*, LVCAN., STAT. silv., MART., IVV. *al., in prosa oratione inde a* RHET. Her., CIC., SEN. contr. **[***confunditur in codd. cum* perire *e. g.* VET. LAT. sap. 14, 28, peiorare *e. g.* AVG. serm. 60 Rev. Bénéd. 58, 1948 p. 41, 122. *contextu dubio* QVINT. decl. 388, 31 deo -at (ideo *unus e recc.*, deos *coni. Opitz*). *vix recte trad.* GLOSS.^{L} V Abba CON 88 continuatur: periuratur, congregatur (perduratur *vel* perpetuatur*?*). *e coni. probabili* CIRIS 155 (iura piasses *trad.*, peiiur- *Housman, unde* periur- *rectius Goodyear; alii alia*); *e coni. vix recta* PLAVT. Stich. 192 (ni perieraverit *Bugge*, ni vere perierit *A, sim. P*)**.]**

i. q. falsum iurare vel ius iurandum non servare (*cf. l. 56*), *ἐπιορκεῖν* (*quae vox respondet, ubi nihil aliud adnotavimus*). *pro subi. sunt fere homines, deus p. 986, 36,* Amor *p. 988, 7, res non nisi p. 986, 30. 58. 987, 42. part. praes. pro adi. p. 986, 30, pro subst. p. 986, 47. 987, 43; part. perf.* -tus *v. p. 987, 21. 71; ceterum legitur pass. impersonale p. 986, 35. 987, 30. 61. al. iuxta ponuntur vel opponuntur* adiuro *p. 987, 66,* deiero *l. 37. al.,* iuro *l. 22. 27. 34. 67 sqq. et saepius* (*v.* bene iuro *l. 60 sq.; cf. in explicationibus* falsum iuro *p. 985, 56. 58 sq.*, male iuro *p. 985, 24. 59*), fallo *l. 25. p. 987, 74. al.* (sciens fallo PAVL. dig. 12, 2, 26, 1), mentior *l. 18. p. 987, 3. 34. al.; sim. al.*

I *usu strictiore, sc. -at aliquis cum iure iurando* **(***saepius is, qui animo fallendi iurat [qui ius iurandum non servat e. g. l. 16. 24. 56. cf. p. 985, 56 sq.]. in re amatoria l. 25. 65. p. 987, 20. 21; de poena periurii v. l. 41. 49. 59. p. 987, 16. 59. 61***)**: **A** *absolute*: **1** *varia exempla* (*selecta inde a* SEN. *rhet.*): PLAVT. Asin. 322 pernegabo atque obdurabo, -bo denique. 570 ubi prensus in furto sies ..., ubi -aris, ubi sacro manus sis admolitus (*verba respondent priori catalogo scelerum* 562. *cf.* HOR. sat. 2, 3, 127 -as, surripis, aufers. LACT. ira 16, 4 qui ... fraudent, rapiant, -ent). Curc. 268 *si Iovi* incubare velint qui -verint, locus non praeberi potis est in Capitolio. *al.* RHET. Her. 4, 13, 19 cum istos, ut absolvant te, rogas, ut -ent, rogas (*de iure iurando iudicum cf.* APVL. met. 10, 8, 3 *non patiar* vos, qui iure iurando adstricti iudicatis, inductos servuli mendacio -are). CIC. Q. Rosc. 46 quid interest inter periurum et mendacem? qui mentiri solet, -are consuevit; quem ego ut mentiatur inducere possum, ut -et exorare facile potero (*de coniectura ex minore cf.* QVINT. inst. 5, 10, 87). 49. Rab. Post. 36 ubi semel quis -verit (*v. app. crit.*), ei credi postea, etiam si per pluris deos iuret, non oportet (*cf. Otto, Sprichw. n. 1094*). off. 1, 40 quos ... Hannibal Romam misit astrictos iure iurando se redituros esse, ... eos omnes censores ..., quod -assent, in aerariis reliquerunt. Ov. am. 1, 8, 85 nec, si quem falles, tu -are timeto: commodat ... numina surda Venus. SEN. contr. exc. 6, 8 (*de versu Virginis Vestalis*: moriar, nisi nubere dulce est) aut experta iuras aut inexperta -as. SEN. Phoen. 589 quid paterer aliud, si fefellissem fidem, si -assem? (*sim.* Tro. 612). MART. 6, 12, 2 iurat capillos esse, quos emit, suos Fabulla: numquid ... -at? STAT. silv. 4, 3, 5 *Hannibal* -ante bello Campanos quatit ... agros (*ad enallagen cf. 4, 6, 77* periuro ... ense superbus Hannibal). QVINT. inst. 5, 6, 2 qui *litigator ultro ius iurandum offeret*, ... aut vita se tuebitur, ut eum non sit credibile -turum, aut ipsa vi religionis. IVV. 13, 91 hic putat esse deos et -at. PLIN. paneg. 65, 2 *Caesar* iurat ... non ignarus ... nemini religiosius, quod iuraverit, custodiendum, quam cuius maxime interest non -ari (-are *codd.*). TERT. adv. Marc. 2, 26 p. 371, 23 sq. *deum per se iurantem alium deum non exsistere* -antem deprehendis an vane deierantem? sed non potest videri -asse, qui alium esse non scivit *eqs.* MIN. FEL. 24, 1 -ante Proculo deus Romulus *est* (*sim.* CYPR. idol. 4. *ad rem cf. p. 987, 43. 45 et Plut. Romul. 28, 1 ἔνορκον*). TAB. Sulis 94, 6 (*saec. III/IV*) nomina eorum, qui iuraverunt ad fontem deae Suli(s) ...; quicumque illic -verit, deae Suli ... sanguine suo illud *satisfaciat* **(***an dat. cum* -verit *iungendus, ut spectet ad B4? de vindicta divina cf. p. 987, 70 et* GREG. TVR. glor. mart. 102 *qui* scelus admiserit et ... ad hoc perductus fuerit templum ..., si -verit, protinus ultione divina perculitur**)**. QVEROL. p. 11, 22 tune ... verbis te absolutum esse credis? -at saepe, qui tacet. CLAVD. DON. Aen. 2, 155 p. 168, 15 *Sinon manus* -turus erexit ad sidera. AMBR. Cain et Ab. 1, 10, 43 deus ... iurantium iudex et ultor est -antium. VVLG. lev. 6, 3 *quae anima* rem perditam invenerit et infitians insuper -arit ..., convicta delicti reddet omnia **(**[*Vet. Lat. cod. 100* iuraverit iniuste *sec. gr. ὀμόσῃ ἀδίκως*]. *cf.* LEX Visig. 8, 2, 1 si post datum sacramentum -asse noscuntur, haec, quae amplius exegerint, in duplum ... cogantur exsolvere [*sim. postea*]. *de multa -andi v. etiam l. 62***)**. AVG. haer. 70 (*affert praecepta Priscillianistarum*) iura, -a, secretum prodere noli. c. mend. 9, 22 non ... tantum debuit praevalere *ira*, ut *aliquis* se facturum iuraret, quod aut saeviendo faceret aut -ando non faceret (*cf.* serm. 308, 1 ne deum offenderet -ando, deum offendit saeviendo *Herodes, cum filia Herodiadis caput Iohannis posceret*). serm. 60 Rev. Bénéd. 58, 1948 p. 41, 122 *non* cessat -are malitia. CONC. Aurel. a. 538 p. 118 l. 99 si quis clericus ... detegitur -asse, bienni temporis excommunicatione plectatur. BOETH. elench. soph. 180a35 contigit eundem simul bene iurare et -are? (*gr. εὐορκεῖν καὶ ἐπιορκεῖν. cf.* 180a39 qui iurat -turum, bene iurat -ans *eqs.*). LEX Sal. Merov. 48, 2 si ... cuicumque fuerit inculpatum, quod -asset, et ei fuerit adprobatum, *solidos xv componat* (*sim.* 131, 1). INSCR. Année Épigr. 1945 n. 97 (*Numid., saec. VI in.*) ego Masties dux ... nunquam -avi neque fide(m) fregi. CIL XI 6711, 3 (*in fibula*) tace; noli perier(are), ego te vidi alian saviare. *al.*

2 *respicitur praeceptum sacrae scripturae, quod prohibet periurium* (*sc. exod. 20, 16* [*cf. p. 987, 14*], lev. 19, 12 *p. 987, 68*): VET. LAT. Matth. 5, 33 (cod. 5. *al.* = VVLG.) audistis, quia dictum est antiquis: non -bis ...; ego autem dico vobis non iurare omnino. *huc spectant e. g.* IREN. 2, 48, 4 (*iuxta ponitur vetus et novum praeceptum ut*: CYPR. laps. 6 p. 240, 23 LACT. epit. 59, 1. *al.*). GREG. M. in I reg. 5, 165 qui ... iurare cavet, -are omnino non potest. *al., intercedente loco Iac. 5, 12*: AVG. serm. 180, 1 non ait apostolus ... 'ante omnia ... nolite -are', sed 'nolite iurare' (*sim. al. ibid.*). *praeceptum affertur in serie mandatorum*: DOCTR. apost. 2, 3 non

[Wenaweser]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

moechaberis, non homicidium facies ..., non -bis, non male loqueris *eqs.* FAVST. Aug. c. Faust. 19, 3. AVG. in euang. Ioh. 18, 11 quae sunt collyria *cordis*? noli mentiri, noli -are, noli adulterare. REGVLA mag. 3, 32 non amare iurare, ne forte -et (*sim.* BENED. reg. 4, 27). *al.*

B *accedunt additamenta varia, quibus indicatur*: **1** *quomodo* **-etur** (*significantiora; v. etiam infra l. 44. 63. 72*): PLAVT. Asin. 562 (*merita servi ironice laudantur*) ubi verbis conceptis sciens libenter -aris (*al. v. vol. IV 55, 7 sq.*). Pseud. 1057 -are me mavellem miliens quam *eqs.* (QVEROL. p. 11, 11 amplius quam m.). SEN. benef. 6, 8, 2 testis, dum aperte -at, etiam veris testibus abrogavit fidem. VET. LAT. sap. 14, 28 *idolorum cultores* -ant cito (*cf. l. 56*). Ps. CYPR. aleat. 9 p. 101, 13 qualis dementia aleatorum fidelium, ubi ... furacissimis vocibus -ant. QVEROL. p. 11, 20 iuravi saepe, fateor, quod, cum staret verbis, non staret fide. :: urbane igitur -asti: fieri hoc solet. CYPR. GALL. exod. 779 ne sacramenta sinistre -ans perhibe (*ad exod. 20, 16 οὐ ψευδομαρτυρήσεις*). LEX Visig. 2, 4, 14 *si* quisque praesumptuose -asse detegitur, ... centum flagella suscipiat.

2 *quid vel qua de causa* **-etur** (*generaliter l. 30*; *de condicione quadam, quae est causa -andi, l. 29*): **a** *acc. (nom. in struct. pass.): obi. indicat ipsum periurium* (*in fig. etym.* ius -tum *fere i. q. periurium* HOR.): PLAVT. Truc. 30 quid -andum est *in amore*! (pollicitandum *Enk*). HOR. carm. 2, 8, 1 ulla si iuris tibi -ti poena ... nocuisset umquam ..., crederem. *obi. indicat rem, ad quam periurium pertinet* (*cf. vol. VII 2, 671, 74 sqq.*): GREG. TVR. Franc. 8, 40 p. 407, 5 ut hoc scelus -ret, advenit (*spectat ad raptum vasorum negatum, cf. ibid.* l. 12 vasa ⌞qua⌟ -verat [*pro* quae; *var. l.* pro quibus]). Mart. 1, 31 (*verba custodis*) triantem illum, quem pauperes requirebant, -vi. **b** *praepos.*: de: MART. 7, 20, 6 *Santra gulosus non* erubescit -are de turdo. LEX Burg. lib. const. 45 de rebus incertis sacramenta plerumque offerre ... et de cognitis iugiter -are. in: VLP. *l. 58.* Ps. AMBR. trin. 33 in istis factis (*i. in paupertate, cf. l. 75*). ex: RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 3 qui docet quacumque ex causa -andum esse, *alienus est a fide Christi.* pro (*cf. l. 24; aliter l. 42*): RVFIN. Orig. in lev. 4, 5 p. 320, 26 (*spectat ad p. 986, 49*) si quis invenit *aliquid*, ... reddat nec -et pro eo. AVG. in psalm. 70, serm. 1, 17 l. 39 pro lucro vel pro timore damni ... mentiuntur, -ant. GREG. M. epist. 6, 31 l. 16 pro alterius honore. **c** *acc. c. inf.* (*copula deficiente* SVET., TERT.): PROP. 4, 3, 42 nutrix -at hiberni temporis esse moras, *sc. coniugis reditum remorantes.* SVET. Nero 28, 1 qui *consulares viri* regio genere ortam *Acten libertam* -rent. TERT. anim. 28, 3 qui ... se Pythagoram -vit. **d** *enunt. secund., sc.* quod (*cf.* quasi *988, 7*): VITA Nicet. 11 quod eos *decem solidos* non suscepisset, -are disposuit *debitor.*

3 *cui vel pro quo sim.* **-etur**: **a** *praepos.*: PLAVT. Asin. 293 si quid sceleste fecit, lingua *patrona* pro illo -at (TERT. nat. 2, 7, 4 *vos* contenti pro talibus etiam irrideri -antes [*nisi* pro t. *ad* irrideri *trahere mavis. ad rem v. l. 45. p. 986, 38*]). TERT. nat. 1, 10, 31 tam ... manifeste coram populo non -ret *Proculus* ..., nisi *deos* contemneret, quos deieraret. **b** *dat.* (*vix addas p. 985, 65*): PLIN. epist. 2, 20, 5 sibi (*v. l. 54*). PANEG. 6, 15, 6 genero. AVG. civ. 3, 2 p. 99, 15 videant, ne gravius sit tales deos (*i. paganorum*) credere quam diis talibus -are. GREG. TVR. Franc. 7, 33 p. 354, 3 *episcopus* ipsi *regi* et patri suo. 8, 2 p. 372, 12 (*rex ad episcopum*) tertio ... mihi -asti.

4 *per quem vel per quid* **-etur** (*cf. p. 986, 42*): **a** *praepos.*: per: CATVLL. 52, 3 per consulatum (*sc. speratum*) -at Vatinius. PLIN. epist. 2, 20, 5 *Verania* clamat moriens hominem ... perfidum ac plus etiam quam periurum, qui sibi per salutem filii -asset. TERT. nat. 1, 10, 33 facilius ... per Caesarem -antes punirentur quam per ullum Iovem (*cf.* apol. 28, 4 citius ... apud vos per omnes deos quam per unum genium Caesaris -atur [MIN. FEL. 29, 5 tutius per Iovis g. -are quam regis. *addas, si ἀπὸ κοινοῦ positum est*: VLP. dig. 12, 2, 13, 6 si quis ... in re pecuniaria per g. principis ... -verit, imperator ... fustibus eum castigandum dimittere rescripsit et ita ei superdici: *προπετῶς μὴ ὄμνυε*]). COD. Iust. 4, 1, 2 (*a. 223*) periculum ... corporis ..., etsi per principis venerationem fuerit -tum, inferri non placet. AVG. serm. 180, 7 quanto magis (*sc. quam per caput vel filios*) ... -at per ipsum deum (SALV. gub. 4, 77 quanto minore peccato *barbari* per daemonia -ant quam nos per d. *cf. l. 56*). Ps. AVG. quaest. test. 7, 1 non in mendacio nomen dei tui adsumes, ut -es per illud. in *c. abl.* (*acc.* GREG. TVR.): VET. LAT. III Esdr. 1, 48 adiuratus a rege ... ⌞in nomine domini⌟ -ans discessit ([⌞ ⌟ *om. pars codd., fortasse potius ad* adiuratus]. VVLG. lev. 19, 12 non -bis in n. meo [*Vet. Lat. cod. 104* non iurabitis *sec. gr. οὐχ ὀμεῖσθε. cf. l. 75*). GREG. TVR. Mart. 1, 31 super alium, qui in sanctam porticum -verit, *ultio divina processit.* **b** *acc.* (*nom. in struct. pass.; cf. vol. VII 2, 675, 46 sqq.*): OV. am. 3, 11, 22 quid referam ... -tos in mea damna deos? (MIN. FEL. 7, 6 quos impie ... -amus. *cf. p. 985, 66*). LVCAN. 6, 749 Stygias ... undas. PLIN. nat. 2, 21 alii in ipso Capitolio fallunt ac fulminantem -ant Iovem. VET. LAT. prov. 30,9 (Ambr. in psalm. 118 serm. 8, 38 = VVLG.) *ne* egestate compulsus furer et -em nomen dei mei (*gr. ὀμόσω*). SALV. gub. 4, 77 (*comparatur Iuppiter Christo*) ibi homo est mortuus, per quem iuratur: hic deus vivus, qui -atur (*postea*: cum deus non sit, per quem iuratur, non est periurium, cum -atur).

II *usu laxiore, sc. -at aliquis sine iure iurando, i. mentitur, affirmat rem non veram* (*nonnisi exempla certiora, huc trahas fortasse p. 987, 35*): PLAVT. Merc. 539 homo hercle -vit. Poen. 480 perge: optume hercle -as. DRAC. Romul. 2, 93 -at Amor, quasi nescius esset (*i. fingit se esse nescium*). *accedit enunt. secund. indicans rem, de qua quis mentitur, fallaciter agit* (*si recte explicavit Axer, Philologus 121, 1977, 230 sq.*): CIC. Q. Rosc. 12 quantum aequius et melius sit dari repromittique, si -es (sic petieris *Mommsen, alii alia*).

deriv.: peieratio, peieratiuncula.

compos.: expeiurare (*v. vol. V 2, 1629, 52 sqq.*), imperiuratus.

Wenaweser.

peiior *v.* 3. malus. **peil-** *v.* pil-. **peior** *v.* 3. malus.

⁂peiōro, -āre. *a* peior; *cf.* meliorare. **1** *trans., i. q. peiorem facere*: PAVL. sent. 2, 18, 1 homo liber, qui statum suum in potestate habet, et -are eum et meliorem facere potest (periurare *var. l.*, peiorem *dett., fort. recte*). CAEL. AVR. chron. 1, 4, 121 accidentia ... si temporaliter quidem videntur ... in resumptionem venire, totam tamen passionem -ant, *sc. curis medici ineptis* (-at *edd. inde a Rovillio,* tota ... passio -at *Drabkin, ut spectet ad 2*).

2 *intrans., i. q. peior fieri, sc. de morbis sim.*: **a** *part. praes.* (*in abl. absol. praeter l. 25*): CAEL. AVR. acut. 1, 12, 101 irrationabilis fortitudo -antis est passionis (1, 15, 129 quod ... crescit -ante p. 2, 14, 92 -ante p. augentur omnia supradicta. 3, 5, 50 -ante p. atque in exitium aegrotantis crescente [*opp.* levigata]. chron. 1, 1, 6. *al. apud eundem.* CASS. FEL. 40 p. 90, 22. 66 p. 160, 10. 76 p. 182, 5). 2, 1, 3 -ante morbo. *ibid.* strictura -ante. 2, 15, 95 ceteris omnibus -antibus signis. 2, 19, 121 -ante ventris fluore. chron. 5, 3, 55 -ante tumore. **b** *ceterae formae*: CAEL. AVR. chron. 1, 3, 59 aut ... aegritudo solvetur aut, si -verit, *eqs.* 1, 5, 173 quare -are necesse est et maiorem furorem fieri. *gerundium omisso subi.*: CAEL. AVR. acut. 1, 15, 140 oportuit ... passionem destrui, non pulsum optari maiorem, qui saepe -ando consurgit.

pēiūrium, pēiūrus *v.* periur-. **pēiūro** *v.* peiero.

peius *v.* 3. malus. **pela** *v.* pīla. **pelagia** *v.* pelagius.

pelagicus, -a, -um, *πελαγικός*. *scribitur* pelaic- *l. 38. 60, unde* pelac- *l. 52.* NOT. Tir. 73, 73 (pelaic- *var. l.*). [*fortasse a subst.* pelaica (*v. l. 59*): *var. it. mer., francoprov., prov., cat. cf. M.-L. 6370. Wartburg VIII 161. St.*] [*confunditur in codd. cum* pelagius, *v. illic.*]

i. q. marinus, ad mare pertinens: **1** *de deo quodam* (*in devotionibus saec. III Hadrumeti repertis; ad rem v. Jeanneret, La langue des tablettes d' exécration latines, 1918, 108; de deo Iao v. Ganschinietz, RE IX 698 sqq.; ceterum cf. p. 989, 8*): TAB. devot. Audollent 286 B, 12 adiuro te per eum, qui te resolvit temporibus (*sc. vitae*), deum -um aerium Iαω Iasdαω (*sim.* 291 B, 9. 292 B, 7. 293 A, 11. B, 8. 294, 13. Année Épigr. 1911 n. 6 B, 9).

2 *de animalibus marinis*: **a** pisces -i: PHILAGR. med. 3 p. 171, 16 *prohibendi sunt* p. -i et paludestres (pelasgici *ed. Mihaileanu, errore typothetae?*). 4 p. 175, 21 p. paludestres omnes et -os. HIPPOCR. vict. 2 l. 290 sq. hi p., *sc. sicci,* leviores sunt -is ...; -i vero ... fortiorem et profundiorem habent carnem (*gr. 2, 48 οἱ ... πλανῆται*). ORIBAS. syn. 4, 1, 10 Aa p. 4 -os ... p. ministrentur, si aspratiles desunt (*gr. πελαγίων ἰχθύων,* La pelacorum piscium). 4, 2, 3 Aa p. 6 -i omnes p. satis pacicymi sunt (*gr. οἱ κητώδεις τῶν ἰχθύων, sim.* La). 4, 5, 2 Aa p. 8 quae de mare sunt omnes -i p. (*gr. τὰ κητώδη. idem gr. respondet*: 4, 8, 1 Aa p. 9. 4, 10 Aa p. 10). **b** pisces *subintellegendum* (*cf.* GLOSS. V 384, 55 -us: piscis [*item* GLOSS.^{L} Corp. P 342]): ORIBAS. syn. 4, 1, 14 Aa p. 5 cytodes ..., id est -os, prohibendi sunt insalati (*sim.* La). 4, 14, 4 Aa p. 14 -i et aspratiles ... in bonis sucos et suabitate multa praecedunt alios (*sim.* La, *gr. οἱ πελάγιοι*). **c** *fem.* pelaica *pro subst.*: POL. SILV. chron. I p. 544, 18 -a (*inter nomina natantium. de forma et re v. Thomas, Romania 35, 1906, 186 et Schuchardt, Zeitschr. roman. Phil. 30, 1906, 725. cf. etiam p. 989, 10*).

?pelagīnum, (-ī) *n.* *nomen collyrii*: INSCR. ocul. Année Épigr. 1939 n. 6b Q. Post(umi) Hermetis pelagin(um) ad clarita(tem) (*a* pelagus *vel* pelagium *derivandum, sc. sec.* marinus, *nisi solvendum est* pelagi(o)n, *ut pertineat ad p. 989, 20*).

pelagius, -a, -um, *πελάγιος*. [*confunditur in codd. cum* pelagicus, *v. l. 73. 75.*]

i. q. marinus, ad mare pertinens: **1** *adi.*: **a** *de animalibus eorumve gregibus*: VARRO rust. 3, 3, 10 in eas *piscinas* -os greges piscium revocavit *aetas nostra luxuriosa* (COLVM. 8, 17, 8 animadvertimus intra septa -os g. *cf.* pisces -ii: COLVM. 8, 16, 8 harenosi gurgites ... -os melius pascunt [*opp.* planos]. 8, 17, 14 saxatiles aut -ii [pelagici, pelasci *codd.*]). PETRON. 109, 7 per antemnam -ae consederant volucres. PLIN. nat. 9, 85 *polypi* terreni maiores quam -i⟨i⟩ (-gici *var. l., cf. Arist. hist. anim. 525a15*

[Gatti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

οἱ πρόσγειοι τῶν πελαγίων). 32, 59 *ostrea* -a parva et rara sunt. **b** *de rebus variis*: PHAEDR. 4, 23, 7 redire in patriam ... cursu -o. PETRON. 55, 6 vers. 10 matrona ornata phaleris -is. PLIN. nat. 9, 109 *candorem* praecipuum custodiunt -ae *margaritae* (pelago *var. l.*). AVIEN. ora 164 -a est insula (*i. in alto mari sita ut* SERV. auct. Aen. 3, 209 -as i., *sc. Strophadas*). SYNON. Cic. p. 442, 14 ratis. navis. classis. carina. navigium -um; amnicum (*inde perperam* GLOSS. V 509, 50 -um carina: navigium amnicum [*item* GLOSS.^{L} V Abba PE 3]). **c** *de deis* (*cf. p. 988, 41*): CIL III 3066 (*a. 193*) templum Veneri -ae ... fecit. VI 8707 aedituo ab Isem -am.

2 *pro subst.*: **a** *fem.* pelagia, -ae *i.q. purpura, sc. genus concharum* (*cf. p. 988, 60; ad rem v. sub b*): PLIN. nat. 9, 131 purpurae nomine alio -ae vocantur.

b *neutr.* pelagium, -i: **α** *i.q. sucus purpurae* (*ad rem v. Steigerwald, Traditio 42, 1986, 16 sqq.; Forbes, Stud. in Anc. Technol. IV, 1964, 114 sqq.*): PLIN. nat. 9, 134 bucinum per se damnatur, quoniam fucum remittit: -o ad modum alligatur. 9, 135 in libras *tot* (*numerus periit*) vellerum bucini ducenae *librae* et e -o CXI. *ibid.* Tyrius *color* -o primum satiatur ..., mox permutatur in bucino. 9, 138 (*de pretio purpurae*) *nusquam* -i⟨i⟩ centenas libras quinquagenos nummos excedere. **β** *nomen collyrii* (*cf. p. 988, 63*): INSCR. ocul. (CIL XIII 10021) 24c M. C. Recti -um.

cf. Onom.

pelagizo, -āre, *πελαγίζω*. *i. q. pelagus percurrere, navigare per pelagus*: VET. LAT. prov. 30, 19 (Ps. Aug. solut. 27 l. 13, *sim. al.*) iter navis -antis (*gr. ποντοπορούσης, Ambr. fid. 5, 3, 41* navigantis, *Vulg.* in medio mari. *explicat* EPIPHAN. in euang. 15 p. 11, 9 navis semitae -antis non videntur. *locum cum sap. 5, 10 iungit* CHROMAT. in Matth. 42, 5 vestigium ... navis -antis inveniri non posse [-antibus *var. l.*]). GLOSS. III 433, 58 *ποντοπ⟨όρ⟩οι*: -antes. *Gatti.*

pelagus, -ī *n., πέλαγος*. *de origine*: SERV. Aen. 7, 231 -us, quod Graecum est (*item* PROB. nom. gramm. IV 208, 7. *al.*). ISID. orig. 13, 16, 10 -us ... est latitudo maris sine litore et portu, Graeco nomine *ἀπὸ τοῦ πλαγίου*, hoc est a latitudine dictus. *scribitur* -ll-: HIST. Apoll. (*hic illic in rec. A*). LEX Sal. Merov. 41, 13. NOT. Tir. 73, 72. 115, 67a.

de genere et formis: 1) testimonia gramm.: CAPER gramm. VII 111, 1 -us neutrale est nec habet pluralem (*sim.* MART. CAP. 3, 305 GLOSS. II 400, 45. *al.*). PROB. nom. gramm. IV 208, 4 inveniuntur ... II nomina *neutra,* quae ab hac ratione dissentiant (*sc. aliter ac 'pectus' sim. flectantur*), id est -us et vulgus, quae apud poetas masculino genere ponuntur *eqs.* (208, 18 *citat* CORN. SEV. *p. 990, 28*). DON. gramm. mai. 2, 5 p. 620, 5 alia sono masculina *sunt,* intellectu neutra, ut -us vulgus. PRISC. gramm. II 271, 17 Graeca, quae ... in *-ος* desinentia mutant o in u, secundae sunt declinationis ut ... *πέλαγος* -us -i. *2) usus auctorum: praeter l. 46. 47 sqq. 52. 55. 56 flectitur ut neutr. II^{ae} decl. in -us cadens* (*cf.* vulgus), *unde colligunt vocem graecam primo in sermonem vulgarem receptam esse* (*cf. Leumann, Gramm. 1977, 456*). *acc.* -us: LVCIL. 1291 ACC. trag. 394. CARM. CIL I^2 2662, 4 (*ca. a. 101 a. Chr.*) *et saepius* (*forma gr.* -os *in var. l. pro* -us PETR. CHRYS. serm. [*sexies, nisi* -os *est acc. plur., cf. ibid.* 50, 2 mundanos -os *in var. l.*] *et* VITAE patr. Iurens. 175); -um (*? sec. masc. in* -us, *v. l. 38 sqq.*): CORN. SEV. carm. frg. 1. VITR. 2, 8, 14 (*var. l.*). TERT. adv. Iud. 3, 13. VET. LAT. II Macc. 5, 21 (rec. L; -us rec. V). Marc. 9, 41 (Greg. Ilib. in cant. 2, 13). HIL. myst. 1, 35, 2 HIER. in psalm. 36. DIDASC. apost. 62, 32 omne -um. *al.* *genus masc. probatur attributis sim.*: PS. VICT. VIT. pass. 15 -us ... ausus fuit (ausum *var. l.*). CASSIOD. var. 8, 10, 9 furentem -um. Ios. antiq. 2, 340 -us ita quietus. IORD. Get. 9 is ipse immensus (-sum *var. l.*) -us. ISID. *supra.* *de abl.* -u IORD. Get. 4 *v. Mommsen in indice p. 174; de locat.* -i *v. p. 990, 51.* *plur. deest praeter* LVCR. 6, 619 -e multa (*forma gr., quae restituitur a quibusdam* 5, 35 CATVLL. 63, 16). CONC.^{S} I 5 p. 286, 25 -orum (*sec. gr.*). VEN. FORT. *p. 993, 49; cf. l. 47.*

de notione: ISID. *l. 30.* GLOSS. *πέλαγος. πόντος.* mare. *v. etiam vol. VIII 378, 9. X 2, 697, 60 sqq.* *sunt qui suspicentur* -us *vocem nautarum fuisse et mare apertum significavisse (cf. l. 44.69 sqq. p. 990, 5), sed in scriptis traditis legitur maxime in poesi inde a* PACVV., LVCIL., ACC., TRAG. inc. 251, CARM. CIL I^2 2662, CIC. Arat., CATVLLO, LVCR. (*saepe variandi causa, v. infra sub IIIA; ceterum poetae exceptis* MANIL., SIL., STAT. *voce vernacula* mare *saepius utuntur quam vocibus graecis* pontus *et* -us, *inter quas fere praeferunt* pontus [*aliter* CATVLL., VERG. Aen., LVCAN.]; *v. etiam sub* pontus). *in oratione soluta singulis vel paucis locis praebent* VARRO, BELL. Hisp., VITR., SEN. *rhet.,* SEN. *philos.* (*novies*), COLVM., PLIN. nat., QVINT. decl., TAC., *al., frequentant* MELA *et aetate infima* HIST. Apoll. [*var. dial. it.; sard. vet.* pelagu; *prov. vet.* peleg; *cat.* pelag, peleg; *hisp.* piélago; *port.* pego. *cf. M.-L. 6369. Battisti-Alessio IV 2823 sq. Wagner II 242. Wartburg VIII 160. Corominas^2 II 570. Machado^3 IV 332. St.*] [*dub. var. l.*: PLAVT. Persa 178 amas pol misera: id tuos scatet animus; ego istuc ⌞placidum⌟ tibi ut sit faciam (⌞ ⌟ *P, edd.*; -us *A, probat Woytek, 1982, ad l. notionem q. e. γαλήνη intellegens*). *vix recte trad.*: AVSON. 290, 1 p. 147 Capuam -o ... potentem (pol agri *vel* peregre *temptavit Peiper, alii alia*). *e coni. dub.*: CHART. lat. ant. X 417, 12 (*a. 83/86*) ⟨favente pel⟩ago.]

I *proprie*: **A** *usu sollemni fere i. q. mare* (*gr. respondet πέλαγος vel θάλασσα, nisi aliud adnotavimus; de syn.* mare, pontus *v. p. 989, 64 et sub IIIA. dicitur saepe de mari alto, aperto, vasto, e. g. l. 70 sq. p. 991, 18. 40. 57. 993, 68 sq., cf.* ISID. *p. 989, 31 et iuncturas* -us apertum: LVCIL. 1291 VERG. Aen. 5, 212 VITR. 5, 12, 3 LVCAN. 3, 533. *et saepius,* patens: VERG. georg. 2, 41, altum: LVCAN. 9, 312 AVIEN. orb. terr. 814. *al.*):

1 *non indicantur certa maria*: **a** *selecta quaedam de natura et qualitatibus maris*: **α** *de habitu, specie, sonitu*: Ⓘ *in statu sive leniter sive vehementer moto, agitato* (*in notionem q. e. mare procellosum vergunt maxime l. 32. 38; exempla selecta inde a* VERG.): PACVV. trag. 416 fervit aestu -us (SEN. Med. 942 dubium ... f. -us. AVIEN. Arat. 306 ferventis late -i. PRISC. periheg. 555). CATVLL. 63, 16 rapidum salum tulistis truculentaque -i (*cf.* HOR. carm. 1, 3, 11 truci commisit -o ratem [CARM. Inscr. Bulg. Beševliev 74, 5 *saec. IV*]). 63, 88 marmora -i (*cf. vol. VIII 411, 32 sqq. et* LVCAN. 9, 1003 -o ... spumante. ARNOB. nat. 4, 24 ex -i spuma). 64, 127 unde aciem ⟨in⟩ -i vastos protenderet aestus *Ariadne* (OV. epist. 16, 25. APVL. met. 5, 21, 3 aestu -i simile maerendo fluctuat *Psyche.* AVIEN. orb. terr. 967 ora Asiae, glaucus -i quam subluit aestus). LVCR. 5, 35 -i ... severa. VERG. Aen. 1, 154 -i cecidit fragor (STAT. Theb. 10, 94 Ps. QVINT. decl. 4, 16. *al.; cf.* STAT. silv. 2, 2, 50 -i clamore). 3, 555 gemitum ingentem -i ... audimus longe. 4, 52 dum -o desaevit hiems (*cf.* OV. epist. 7, 73 saevitiae ... -i. met. 14, 560 quam multa pericula saevo [saepe *var. l.*] pertulerint -o [LVCAN. 5, 569]. MELA 3, 21 -i saevientis [TAC. ann. 15, 46, 2 AMM. 16, 12, 51]). 6, 113 -ique minas caelique ferebat *Anchises* (LVCAN. 5, 578 SIL. 12, 157. CLAVD. 15, 370 [moras *var. l.*]. *al.*). CORN. SEV. carm. frg. 1 -um pontumque moveri. MANIL. 2, 90 haec seditio -us nunc sidere lunae mota tenet (*respiciuntur aestus maris alterni ut e. g.*: SEN. dial. 1, 1, 4 nudari litora -o in se recedente. MELA 1, 35 -i affluentis ac refluentis. SIL. 3, 58 -i ... labores luna movet [14, 348]. *al.*). SEN. Ag. 411 graviora -o damna quam bello tulit (*cf.* STAT. Theb. 5, 381 bello -oque laborant). 475 *venti* rapiunt ... -us infimo eversum solo. Phaedr. 1016 (*interpol.?*) tumidum ... monstro -us in terras ruit. COLVM. 8, 17, 10 -i violentia. LVCAN. 2, 199 -i ... furor (SIL. 14, 59. *cf.* LVCAN. 3, 195 -i ... furentibus undis. VAL. FL. 6, 355 -i rabies [SIL. 2, 290. *al.; cf.* DRAC. Romul. 8, 405 rabidum -us]. SIL. 11, 452 iras ... -i [CLAVD. 21, 290]). 5, 592 -i caelique tumultu (STAT. Theb. 1, 372). IVV. 12, 64 fatum ... valentius euro et -o. *al.* Ⓘⓘ *in statu tranquillo, placato*: VERG. Aen. 5, 870 caelo et -o ... sereno. CVLEX 345 placidum ... -us (SEN. Phaedr. 1010. *cf.* CLAVD. DON. Aen. 1, 170 p. 38, 28 placiditas ... -i). GERM. 404 timeto, ne pacem -i solvat violentior auster. SEN. Ag. 684 tranquillo ... credunt iterum -o (*cf.* Tro. 200 immoti iacent tranquilla -i. CLAVD. DON. Aen. 1, 155 p. 37, 31 -i tranquillitate. MACR. somn. 1, 15, 19 -i tranquilla libertas). Thy. 589 mitius stagno -us recumbit (*cf.* AVIEN. ora 171 ad stagni vicem -o silente). Tro. 994 non -o quies tranquilla veniet, saeviet ventis mare (*cf.* quies -i: LVCAN. 5, 442 saeva. STAT. silv. 2, 2, 26 mira. CLAVD. 3, 71 [*per oxymoron*] murmurat alti inpacata q. -i, cum *eqs.* ARATOR act. 2, 1072 rupta). LVCAN. 5, 702 fessum ... tumentes conposuit -us ventis patientibus undas. *al.*

β *indicantur variae partes maris* (*cf. 2a et IIIC*): VERG. Aen. 8, 333 me pulsum patria -ique extrema sequentem (*vix cum Donato* [*v.* SERV. *ad l.*] -i *pro locat. accipias*). 9, 81 -i petere alta. OV. hal. 83 in medias -i ... pergere sedes (*cf.* LVCAN. 8, 249 medio -i [CE 911, 3 *saec. IV/V.* GREG. TVR. glor. conf. 95]. IVV. 12, 77 -o ... medio [APVL. met. 11, 3, 2 CLAVD. DON. Aen. 1, 110 p. 34, 14]). MANIL. 5, 420 nunc summum scindens -us, nunc alta profundi *delphinus* (*cf.* PLIN. nat. 9, 35 *testudines capiuntur* in summa -i). LVCAN. 5, 457 *sol oriens* ima ... concussit -i (CLAVD. DON. Aen. 1, 105 p. 34, 9. *cf.* APVL. met. 4, 28, 4 profundum -i [IVLIAN. in Am. 9, 6 GREG. TVR. Mart. 1, 2. *al.*]). 9, 341 eminet in tergo -i ... agger. VAL. FL. 1, 353 hinc laevum (*sc. parte sinistra situm*) Telamon -us tenet (AVIEN. orb. terr. 647 l. curva -us *sulcare* ... alno [*gr. 481 σκαιὸν πόρον Ἀμφιτρίτης*]). STAT. Ach. 1, 223 -i sub valle sonora. *al.*

b *respicitur navigatio* (*huc spectant nimirum haud pauca supra l. 10 sqq. allata, e. g. 14 sqq. 32*): **α** *exempla varia* (*selecta inde a* VERG.; *breviloquentia quadam vergit hic illic in notionem q. e. navigatio, maxime p. 991, 10 sq.*): ACC. trag. 394 -us respargit, reflat *navem.* CARM. CIL I^2 2662, 4 (*ca. a. 101 a. Chr.*) classis ... missa ... per -us. CIC. Arat. 72 navi -oque vacato. VARRO frg. Serv. auct. Aen. 1, 108 *nautae* verentur in -o latentem insulam. BELL. Hisp. 40, 6 -us remis petere. VERG. Aen. 3, 69 ubi prima fides -o (RVT. NAM. 1, 205 explorata f. -i). 5, 8 ut -us tenuere rates nec iam amplius ulla occurrit tellus (LVCAN. 2, 725 -us iam, Magne, tenebas). 5, 617 taedet -i perferre laborem (SEN. Med. 611 labores. LVCAN. 9, 1016 belli -ique. SIL. 4, 53 -i terraeque. 6, 503. *al.*). OV. am. 3, 2, 48 nil mihi cum -o, me mea terra capit (*sim.* 3, 8, 49 *v. p. 994, 19.* Pont. 1, 5, 39). epist. 2, 100 exspectem -o vela ⌞negante tamen⌟ (*si recte coni. Palmer*

[Malsbary]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pro negata meo. *cf.* 13, 128 a patria -o vela vetante datis). 12, 118 *non* extimui ... credere me -o (trist. 2, 329 non ideo debet -o se c., siqua audet in exiguo ludere cumba lacu. MANIL. 1, 77 vitam. PETRON. 83 vers. 1 qui -o credit *eqs.*). MANIL. 4, 289 -i ... infectos sanguine fluctus (*spectat ad bellum maritimum ut e. g.*: VITR. 2, 8, 14 Artemisia ... in -um [-us *var. l.*] eduxit classem. LVCAN. 3, 560 artibus ... certas -i? 3, 762 -i decus addidit armis. *al.*). 4, 513 scrutari ... novum -us. SEN. Tro. 1048 ubi omnis terra descrescet -usque crescet (*describitur prospectus navigantium; cf. l. 40 infra et* RVT. NAM. 1, 439 processu -i iam se Capraria tollit). VAL. FL. 1, 632 linquite, terrae, spem -i. 2, 390 -o ... parari praecipitat *Iason.* SIL. 4, 713 -i rudis. 6, 356 doctus -i. STAT. Theb. 5, 476 ut stata lux -o (SCHOL. statuto die, quo abscederent Argonautae). silv. 3, 2, 63 quis ... aequor fecit iter ... -oque immisit hianti *homines*? IVV. 14, 277 aspice ... plenum ... trabibus mare: plus hominum est iam in -o. *al.* β *abl. loci, instr.* (*cf. p. 990, 51*; in *c. abl. l. 14. p. 990, 68*): VERG. Aen. 1, 364 portantur ... opes -o (*cf.* OV. epist. 4, 5 *litterae* terra -oque feruntur). 2, 179 *numen* -o ... secum avexere (*cf.* 3, 506 provehimur -o. 10, 165 -o ... vehatur [SIL. 15, 217]). 3, 124 linquimus Ortygiae portus -oque volamus. 3, 478 *Ausoniam* -o praeterlabare necesse est. 4, 546 *Teucros* rursus agam -o? 5, 212 Mnestheus ... prona petit maria et -o decurrit aperto. *al.* OV. trist. 4, 1, 51 partim -o partim ... terra ... sequi. MANIL. 1, 302. 3, 151 *si* fortunam ... petat -o. 5, 42 mutabit -o terras. LVCAN. 2, 88 *Marius* -o delatus iniquo. 8, 189 ut ... Hesperiam -o caeloque relinquas. SIL. 6, 325. 12, 362 dispersi -o ... Teucri. *al.*

c *respiciuntur dei vel nymphae maris*: VERG. Aen. 1, 138 imperium -i ... *Neptuno* sorte datum (5, 235 di, quibus i. est -i, quorum aequora curro). 9, 117 ite deae -i (SEN. Tro. 879. FLOR. Verg. 2, 5 [*sing.*]. *cf.* nymphae -i: VERG. Aen. 10, 231 OV. met. 4, 747. 13, 736 STAT. Ach. 1, 293 DRAC. Romul. 7, 146). OV. epist. 19, 145 deo -i (*i. Neptuno ut*: met. 2, 574. 6, 75. *plur.*: OV. met. 11, 247 deos -i vino super aequora fuso ... adorat. VAL. FL. 2, 512 STAT. Theb. 5, 288 Ach. 1, 48). met. 1, 331 rector -i (4, 798 HIST. Apoll. rec. A 12). 11, 392 numen adorandum -i est (fast. 6, 543 *Ino*, n. eris -i. OCTAVIA 709 SIL. 17, 50. *plur.*: CLAVD. rapt. Pros. 3, 4). VAL. FL. 1, 666 -o libat latices *Iason* et ... infit: 'di, quibus undarum ... imperium *eqs.*' (*cf. l. 30. 37 et* VAL. FL. 2, 610 -o vina invergens *eqs.*). SIL. 7, 414 aequoreae -o ... emersere sorores. APVL. met. 11, 5, 5 navigabili iam -o rudem dedicantes carinam ... libant ... sacerdotes. *al.*

d *exempla varia selecta*: CATVLL. 64, 185 *non* patet egressus -i cingentibus undis (*cf.* OV. met. 8, 185 *Daedalus* clausus erat -o). LVCR. 4, 432 in -o nautis ex undis ortus in undis sol fit uti videatur obire. 6, 619 -e multa et late *soli* substrata videmus. VARRO AT. carm. frg. 22, 1 -i volucres ([*cf. Arat. Phaen. 942* εἰνάλιαι]. VERG. georg. 1, 383. Aen. 3, 241 [*de Harpyiis*]). VERG. georg. 1, 142 -o ... trahit umida lina *piscator* (*item respicitur piscatus eiusque fructus*: MANIL. 5, 658 -i caedes. LVCAN. 4, 375 quaesitorum terra -oque ciborum ambitiosa fames. 10, 156 quod -us Nilusque dedit. IVV. 1, 135 optima silvarum ... -ique vorabit rex). Aen. 8, 691 -o credas innare revolsas Cycladas. TIB. 3, 10, 8 *mala* in -us ... evehat amnis. OV. hal. 94 gaudent -o *pisces.* MANIL. 1, 249 aeris atque ignis, terrae -ique iacentis (*sim. ponitur fere pro elemento*: LVCAN. 3, 681 -o diversa lues *sc. ignis. cf. IIIB*). 5, 219 *Caniculam* nascentem quam nec -i restinxerit unda (*item in descriptione sideris orientis*: AVIEN. Arat. 682. 696. 1150. *al.; occidentis*: LVCAN. 8, 159 iam -o ... Titan demissus. AVIEN. Arat. 1057. 1117. *al., cf. l. 40*). 5, 690 -i ... venenum (*i. sal; cf. B3*). VITR. 8, 2, 2 umores conglobati ex fontibus et fluminibus et paludibus et -o *fiunt nubes.* GERM. 358 *Andromeda* terretur monstro -i (*362* belua ... ponti). SEN. nat. 3, 28, 3 *in diluvio* -us in alieno constitit. COLVM. 12, 24, 1 aqua marina quam longissime a litore de -o sumenda est. LVCAN. 5, 50 -i ... potens ... Rhodos. SIL. 15, 221 Carthago ... -o circumflua (*al. v. vol. III 1145, 63 sq.*). STAT. Theb. 9, 516 -i crudelibus ibit praeda feris *Hippomedon*? Ach. 1, 220 -o solitam Thaumantida pasci. *et saepius.*

2 *indicantur certa maria*: **a** *varia, determinata*: α *per gen. vel adi. nominis proprii*: LVCIL. 1291 Rhodos Carpathium in -us se inclinat apertum (HOR. carm. 1, 35, 8 SERV. georg. 4, 386 CLAVD. 10, 136. *cf. Onom. II 205, 37 sqq.*). VARRO rust. 2, 1, 8 nominaverunt a capris Aegaeum -us (*al.; v. vol. I 945, 57 sqq.*). SEN. Herc. O. 660 -i dona rubentis (Oed. 120. *cf.* TERT. adv. Iud. 3, 13 Israel ... per Erythraeum -um transvectus. AMM. 22, 15, 2 rubrum [AVG. serm. 363, 2. *al.*]). Thy. 479 Ionio (MELA 2, 58. 115). epist. 14, 8 Siculum (MELA 2, 58). COLVM. 8, 16, 10 Tartesii. MELA 1, 109 Caspium. 2, 37 Myrtoum (ITIN. Anton. Aug. p. 526 *cf. p. 992, 5 et* LIB. gener. chron. I p. 108, 205 Myrti). 2, 74 Tuscum (2, 115. *cf.* AVIEN. orb. terr. 151 Tyrrheni [OROS. hist. 1, 2, 69]). 2, 123 Africum (PLIN. nat. 3, 83). PLIN. nat. 4, 58 Creticum (TAB. Peut. 8, 5). SIL. 14, 2 Ortygiae -us. STAT. silv. 4, 3, 57 maestum -us gementis Helles (*cf. p. 992, 6 et* AVSON. Mos. 287 Sestiacum). FLOR. Verg. 2, 2 Aegyptium (AMBR. hex. 3, 2, 11. EVSTATH. Basil. hex. 7, 2, 9 [*gr. p. 152*^{B} *κόλπον*]). APVL. mund. 6 p. 300 Hadriaticum (TAB. Peut. 8, 4. *al.; cf.* IORD. Get. 156 Adriae ... -us). AVIEN. orb. terr. 449 Euxinum (*cf.* PRISC. periheg. 64 Euxini ... -us [*gr. 55 πόντου*]. 138 Ponti -us [*gr. 146 πόντος*]). *al.* β *per circumscriptionem*: MANIL. 4, 652 Persica fluctus arva tenet, titulum -i praedatus ab isdem ... locis. SEN. Thy. 142 Myrtilus ... nobile reddidit mutato -us nomine (*cf. p. 991, 69*). LVCAN. 9, 956 qua -o nomen Nepheleias abstulit Helle (*cf. p. 991, 73 et* STAT. silv. 1, 3, 27 -us ... natatum).

b *oceanus eiusve partes* (*significantiora quaedam; omisimus ea, ubi* -us *notione generali positum et oceanum et interiora maria comprehendit, e. g.* MELA 1, 2. 20. 2, 86 Hispania ... -o undique cincta. *cf. etiam distinctionem l. 37 et* OROS. hist. 1, 2, 69 oceani Tyrrhenique -i. *huc trahere possis p. 991, 50 sqq.*): MANIL. 4, 595 natat tellus -i lustrata corona cingentis ... orbem. SEN. suas. 1, 2 immensum ... -us, totius orbis vinculum terrarumque custodia (IORD. Get. 9 is ipse immensus -us *habet* insulam ... Scandzam). SEN. nat. 3, 27, 1 utrum ... externum (extremum *var. l.*) in nos -us exsurgat (*antea*: oceani). 4, 2, 22 -us conquiescit (*antea*: Atlanticum mare). MELA 1, 11 *Seres et Indi* late patentes neque in hoc tantum -us effusi (*sc. in oceanum Eoum, cf.* 3, 61 India non Eoo tantum adposita -o, sed et ei, quod ... Indicum diximus [STAT. silv. 3, 3, 92 AVIEN. orb. terr. 67]. AMM. 23, 6, 13 *Ganges* in -us eiectatur australe). 1, 22 in Atlanticum -us. 3, 1 ingens infinitumque -us. 3, 89 dubium ... fuit, essetne ultra -us ... an ... sine fine se Africa extenderet. VAL. FL. 1, 7 o *Vespasiane,* -i cui maior aperti fama, Caledonius postquam tua carbasa vexit oceanus. SIL. 3, 51 proruptum exundat -us, caecosque relaxans oceanus fontis ... ingruit. 16, 195. AVIEN. ora 382 ab his *Herculis* columnis ...late patere -us. orb. terr. 50 una furenti natura est -o, -i sed nomina mille (*gr. 27 ῥόος Ὠκεανοῖο εἷς*). CHALC. transl. 25^{A} illud -us immensae ... magnitudinis verum mare. 25^{D}. PRISC. periheg. 1054 oceani ... -us (*gr. 1149 Ὠκεανὸν βαθυδίνην, Avien. orb. terr. 1356 sq.* in aequor oceani). *al.*

c *mare internum, mediterraneum* (*sc. totum; partes eius v. sub a*): MELA 1, 8 Tanais ... in ... Maeotida defluit et ex diverso Nilus in -us. 1, 9 quod inter ambas, *sc. Europam et Africam,* -us inmissum est. 1, 24 nostrum -us. 1, 101 exituri ... in Pontum -i (*sim. distinctione* AVIEN. orb. terr. 967). *al.* APVL. mund. 7 p. 304 *angustiae* inter Arabicum sinum et interioris ambitum -i. IVVENC. 1, 414 via trans -us longe (*cf. Kievits, 1940, ad l.*). MART. CAP. 6, 625 improvisum -us in usum *hominum* ... admisit *Hercules.* OROS. hist. 1, 2, 105 insulae ab Hellesponto usque ad oceanum per totum Magnum -us constitutae (*cf. 84* mare ... Magnum. *inde* IORD. Get. 4 in immenso maris Magni -u).

B *hyperbolice vel notione deflexa de aliis aquis*: **1** *per similitudinem*: **a** *de fluviis, sc. fere aqua abundantibus*: VERG. Aen. 1, 246 (*de Timavo*) it mare proruptum et -o premit arva sonanti (SERV. -o: aquarum abundantia. *cf. vol. VIII 379, 10 sqq.*). GREG. TVR. glor. conf. 22 *Ararim transiens* dimergitur ac ... -o operitur (*idem respicitur* glor. mart. 69 qualiter sub -o vivere potuisset *mulier* [*antea bis*: sub aquis]). Mart. 2, 17 *Ligerim transeuntes* nautae turbantur in -o. VEN. FORT. carm. 3, 13, 1 gurgite caeruleo -us Mosella relaxat et movet ingentes ... amnis aquas (*de eadem etiam* 10, 9, 12, *ubi abundantia aquarum in angustiis respicitur*). **b** *de sinu, freto sim.*: PROP. 4, 6, 17 Actia Iuleae, -us, monumenta carinae (*sc. sinus Ambracius, de quo* MELA 2, 54 sinus, qui ... grande -us admittit). MANIL. 5, 49 -us Xerxes facietque tegetque (*de Athone perfosso et Hellesponto*). **c** *de variis aquis*: SEN. Herc. f. 554 *apud inferos* stat nigro -us gurgite languidum. nat. 6, 7, 6 illic, *sc. intra terram,* ... potest recedere ac resurgere -us infernum. DAMAS. carm. 12, 1 *Christus* gradiens -i fluctus compressit amaros (*de lacu Gennesareth ut* ITIN. Anton. Plac. rec. A 7 Iordanis ... pertransit aquam [*pro abl.* aqua *?*] maris totum -um et exit in alio litore maris [-o *vel* palagus *codd.,* totum maris -um *rec. B*]).

2 *per synecdochen de aqua marina* (*cf. vol. VIII 389, 32 sqq.*): MANIL. 5, 582 caput eminet undas scindentis *monstri* -usque vomit (*Bentley*; movit, movet *codd.*) ... inque ipso rapidum mare navigat ore (*describitur cetus Andromedam petens, ut*: 5, 591 adnantem ... -usque ferentem, *i. impellentem.* 5, 603 efflat ... in caelum -us). LVCAN. 3, 629 ruptis -us compagibus hausit *navis.* STAT. Ach. 1, 244 ab aethere magno sublatum curru *Solis ascendentis* -us cadit. APVL. met. 11, 3, 2 simulacrum *Isidis* excusso -o ante me constitisse visum est.

3 *per metonymiam de sale*: MANIL. 5, 688 congeritur siccum -us (*cf. p. 991, 53*).

II *in imagine et translate* (*addimus comparationes p. 993, 3. 38. 49; plerumque accedit gen. explicativus, aliter p. 993, 24. 33. al.*): **A** *ponitur mero vel praevalente respectu copiae, quantitatis magnae*: **1** *elementorum vel rerum corporearum*: LVCR. 2, 550 quo pacto ... *corpuscula* coibunt materiae tanto in -o? APVL. Socr. 10 p. 142 *daemones* huc atque illuc vice navium in aëris -o ventis gubernantur. ITIN. Alex. 21 immensum ... -us harenarum. SIDON. epist. 3, 13, 9 (*de*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

homine crasso) sub uno velut exundantis abdominis -o. SEDVL. op. pasch. 2, 10 *cum in Bethlehem* vastum -us lacrimarum cerneres inundatione collectum. IORD. Get. 278 campus ... cruore madefactus ut rubrum -us *apparuit.* **2** *ceterorum (fere rerum incorporearum; dei l. 9, hominum l. 13. 14)*: VARRO ling. 9, 33 pauca excepta verba ex -o sermonis (*cf.* ENNOD. epist. 1, 1, 1 p. 1, 6 -us ... eloquii demonstrasti. CONC.^{S} II 5 p. 31, 2 [*de patribus Cappadociae*] verborum simul et cogitationum -us benedictum). IREN. 1, 14, 2 l. 66 -us litterarum (*irridetur doctrina Marcionis ut* 2, 1, 4 super pleroma alterum esse pleroma ... et super bythum aliud -us dei). HIER. in Ezech. 30, 1 l. 1215 latissimum disputationis -us brevi quasi picturae tabula demonstremus (RVFIN. symb. 16 in scripturis ... l. testimoniorum -us *patet*). PHILIPP. in Iob rec. brev. 40 p. 1465^{B} diabolus a -o humani generis tua virtute non eradicabitur (*cf.* CONC.^{S} II 5 p. 41, 24 constantiam totius ... -i rationalis fidelium populorum). RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 7, 2 *deus numquam* cessabit ⟨ut⟩ insuperabile quoddam ac sine fine substantiae -us (*Migne gr. 36, 317^{B} -oς οὐσίαϛ*). Orig. in exod. 6, 3 p. 195, 8 *angeli mali,* quos ... dominus ... in iudicii die ... poenarum -o teget (*cf.* GREG. M. in I reg. 2, 49 l. 1107 qui irae dei -us biberant). PRISC. gramm. II 2, 22 Herodiani scriptorum -us. *al.*

B *ponitur praevalente respectu periculorum, difficultatum, quae occurrunt*: **1** *eis, qui tamquam navigationem opus magnum et arduum incipiunt (vel continuant l. 26. 38 vel conficiunt l. 30. 35. 37)*: **a** *poetis, scriptoribus, oratoribus*: VERG. georg. 2, 41 ades ..., Maecenas, -oque volans da vela patenti. HIER. adv. Iovin. 1, 3 cum ... vix de portu egrediar ..., in medium me quaestionum -us subitus loquendi aestus abripuit. in Is. 13, 45 praef. l. 7 hoc, *sc. pericula metuere,* mihi in Isaiae -o naviganti accidere video (*sim. de scripturarum interpretatione*: PHILIPP. in Iob Migne suppl. 3, 327 -us scripturae huius ingrediens. SEDVL. epist. 1 p. 1, 5 qui ... tam immensum paschalis -us maiestatis ... parva tiro lintre cucurrerim. *al.*). SIDON. epist. 9, 16, 3 vers. 1 iam per alternum -us loquendi (*sc. et poeticum et pedestre*) egit ... mea cymba cursum. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 1 panditur ecce novum -us flatusque benigni ... traxere carinam. *al.*
b *variis*: HIER. epist. 58, 7, 2 haec ... ingredientem -us (*sc. vitam asceticam*) amicum amicus monui (*cf.* PETR. CHRYS. serm. 7, 2 enatasti ieiunii -os et in ipso portu ieiunii naufragasti [8, 1]). in psalm. 36 cum mundi huius -um transierimus (*cf. l. 46 et* RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 3, 5 *senex* incertum habitationis nostrae -us evadens prospicere iam portum ... sperat. AVG. in euang. Ioh. 49, 19 hanc vitam tamquam procellosum et periculosum -us transis. *sim. al.*). ENNOD. epist. 9, 9, 2 p. 234, 18 animum meum de quietis statione ad cogitationum -us expulisti. ARATOR act. 1, 982 synagoga ... stat perfida terris, iam -o currente fide (*i. in mundo propagata*).

2 *eis, qui tamquam mole quadam merguntur*: IREN. 4 praef. 1 *haereticos* non ... sinas ... ignorantiae praefocari -o, sed convertens eos in veritatis portum *eqs.* 4, 29, 2 cor Pharaonis indurabat, ut ... in infidelitatis praecipitaretur -o. OPT. PORF. carm. 29, 1 nudus, egens, Veneris naufragus in -o. PAVL. NOL. epist. 49,5 omnem hominem in huius mundi -o volutantem *miseratus est Christus.* AVG. grat. Christ. 45, 50 quid in eo -o, *sc. praesumptionis, superbiae,* vult mergi Pelagius, unde per petram liberatus est Petrus? VEN. FORT. vita Hil. 5, 16 quasi natans in -is ante fluctum eius *Hilarii* eloquentiae mergebatur *haereticus.*

III *stilistica quaedam*: **A** *iuxta ponuntur nomina affinia (afferimus potissima omittentes* altum, fluctus, fretum, salum, unda *al.; ceterum monemus in vocum variatione* -us *saepius sequi voces affines quam antecedere)*: **1** mare: LVCR. 4, 432 in -o (*436* maris. *sim. variat in contextu*: 6, 619 [*v. 612. 615*]. VERG. Aen. 3, 69. 5, 8. 10, 289 SEN. nat. 4, 2, 22 COLVM. 8, 17, 1. *al.*). VERG. Aen. 1, 246 *v. p. 992, 42.* 5, 212 *v. p. 991, 19.* OV. hal. 83 in medias -i ... sedes ... *et* maris ... profundum. SEN. Tro. 994 *v. p. 990, 46. al. iunctura abundanti* -us maris: *p. 992, 39. 56 (?), addas* PALLAD. hist. mon. II p. 360^{C} in m. -o navigantes (*gr. p. 49, 17 ἐν πελάγει, I 6 p. 271^{B}* in mari). *e contrario*: SEDVL. carm. pasch. 1, 139 turba pedestris intrat in absentis -i mare (*cf.* op. pasch. 1, 9 p. 183, 15 -o ... absente per -us *ire*). **2** pontus: VERG. Aen. 2, 205 angues incumbunt -o (*cf. 207* pars cetera pontum pone legit. *sim. variat*: 10, 378. *al.* OV. epist. 7, 55 met. 2, 273 MANIL. 2, 76. 4, 421. 5, 219 GERM. 358 *v. p. 991, 55. al.*). CORN. SEV. carm. frg. 1 *v. p. 990, 28.* SIL. 4, 713. *al.* **3** aequor: VERG. Aen. 2, 179 quod -o ... avexere (*176* temptanda ... aequora. *sim. variat in contextu*: 10, 165. *al.* OV. met. 15, 264 LVCAN. 5, 702. *al.*). 5, 235 *v. p. 991, 26* (*sim. iuxta ponitur* SEN. Tro. 879). LVCAN. 5, 612 -us mansisse loco; nam parva procellis aequora rapta ferunt *venti* (*Housman ad l.: 'opponuntur inter se* -us *hoc est mare universum et singulae eius partes'*). *al.*

B *distinguuntur aliae partes mundi*: **1** *terra*: **a** *voce q. e.* terra: VERG. Aen. 6, 83 -i defuncte periclis, sed terrae graviora manent. 10, 378 deest iam t. fugae: -us ... petamus? OV. am. 3, 2, 48 *v. p. 990, 74.* epist. 4, 5 terra -oque feruntur (trist. 4, 10, 107 [-o terraque *var. l.*]. MANIL. 5, 418 SEN. Med. 637 LVCAN. 1, 13. 4, 375. *al.; ordine inverso* -o terraque *sim.*: OV. trist. 3, 2, 7 LVCAN. 9, 304. *al.*). trist. 4, 1, 51 *v. p. 991, 20.* SEN. Herc. O. 1838 t. atque -i. Tro. 1048 *v. p. 991, 7 sq.* SIL. 15, 317 nunc -o nunc terra exutus *Philippus. al.* *plur.* terrae: VERG. Aen. 2, 800 *Troianos* in quascumque ... -o deducere terras. MANIL. 5, 42 mutabit -o terras. SEN. Ag. 399 -us an terras premit *Agamemnon*? MELA 2, 91 se in terras -us insinuat. VAL. FL. 1, 632 *v. p. 991, 9 sq.* SIL. 17, 594 et -o et terris fusa ... pestis. STAT. Ach. 1, 37 -o terrisque (CLAVD. rapt. Pros. 3, 315). *al.* **b** *aliis vocibus*: tellus: VERG. Aen. 5, 8 *v. p. 990, 70.* MANIL. 3, 652. 4, 595 *v. p. 992, 12.* DRAC. Romul. 8, 423 gladios tellure pavent -oque procellas formidant. ARATOR act. 2, 1171 -us tellusque furent. humus: OV. trist. 5, 3, 12 multa prius -o multaque passus humo. PRVD. c. Symm. 1, 297 quidquid h. quidquid -us mirabile gignunt.

2 caelum: VERG. Aen. 5, 870 caelo et -o (AVIEN. Arat. 1559 et c. et -o). 6, 113 -ique minas caelique (c. minas -ique *var. l.; cf.* OV. epist. 2, 19 caelo -oque [LVCAN. 9, 647 STAT. Theb. 1, 372. *al.; ordine inverso* -o caeloque *sim.*: LVCAN. 5, 592. 8, 189 CLAVD. 21, 290. *al.*]). SIL. 15, 714 cum -o caelum permiscuit Eurus. AVIEN. Arat. 1253 *Argo sidus* -o caelo descendit ab alto. orb. terr. 814 scire quot ... fluctus -o, quot sidera caelo. *al.*

3 *terra et caelum, aer sim. (cf. p. 991, 48)*: OV. am. 3, 8, 49 quid tibi cum -o? terra contenta fuisses! cur non et caelum tertia regna facis? met. 12, 62 in caelo ... -oque ... et tellure. VAL. FL. 1, 169 o quantum terrae, quantum cognoscere caeli permissum est, -us quantos aperimus in usus! SIL. 6, 503 terrarum -ique pati caelique labores. AVSON. 14, 3 p. 325 terrae -ique rapina ..., forsitan et caeli. PRVD. ham. 192 natura soli -ique polique. c. Symm. 2, 782 usum aeris, astrorum, -i, telluris et imbris (*cf.* DRAC. Orest. 964 aeris et -i terrae caelique potestas). *al.*

C *gen.* -i *pendet ex nominibus aquam significantibus (cf. p. 990, 18 et 993, 61)*: VERG. Aen. 5, 165 undas (OV. met. 12, 50 Pont. 1, 5, 39. MANIL. 5, 219 [*sing. ut* SIL. 15, 237. *al.*]. LVCAN. 3, 195. *al.*). OV. met. 2, 273 aquas (LVCAN. 4, 115 PRVD. apoth. 664 CORIPP. Ioh. 1, 356). MANIL. 4, 289 fluctus (DAMAS. carm. 12, 1 AVIEN. Arat. 1277. *al.; cf.* VEREC. in cant. 9, 16 l. 41 fluenta). OCTAVIA 129 fretis (AVIEN. orb. terr. 556 DRAC. laud. dei 1, 150). SER. med. 336 latices (704. *cf.* 869 lymphis).

*deriv.: cf. ?*pelaginum. *Malsbary.*

pelaicus *v.* pelagicus.

pēlamys (-is), -ydis (-idis) *f., πηλαμύς. de origine*: PAVL. FEST. p. 207 -ys genus piscis dictum, quod in luto moretur, quod graece dicitur *πηλός.* PLIN. *l. 51. de scriptura (v. Papendick, Fischnamen in griech.-lat. Glossaren, Diss. Königsberg, 1926, 22 sq.)*: pil- RVF. podagr., pal- GLOSS. III 17, 10 (*cf.* pale- *codd. SA* COLVM.). *praeter* -ys, -yd- *invenitur saepe* -is, -id-, *hic illic etiam* -us; -mes GLOSS. III 436, 57. *acc. plur.* -as RVF. podagr. *de notione: v. l. 37. 51. 61, adde* GLOSS. *πηλαμὺς ὁ ἰχθύς. πελαμύς. παλαμίς.* -es: *πολύπους (?).* [*var. it. mer. et sept., prov., cat. cf. Wartburg VIII 161. St.*]

nomen piscis, quod usu strictiore significat thynnum crescentem (ita e. g. l. 51, disting. thynnus, *sc. adultus l. 55. 63), usu laxiore de toto genere dicitur (e. g. l. 58 sqq.; ad rem v. Steier, RE VI A 720 sqq.; Leitner, Zool. Terminol. Plin., 1972, 193)*: VARRO Men. 403 (*de generibus et nominibus edulium*) -ys Chalcedonia. COLVM. 8, 17, 12 *piscibus iacentibus* praeberi convenit ... quicquid intestini -mis aut lacertus gerit. PLIN. nat. 9, 47 cordyla appellatur partus, ... limosae vere aut e luto -es incipiunt vocari et, cum annuum excessere tempus, thynni (*inde* 1, 9, 18). 9, 48 -es ... consectae in genera cybiorum dispertiuntur (*cf.* 32, 105 -um salsarum capitum cinis vel cybiorum [*inde* 1, 32, 33]. 32, 146 cybium ita vocatur concisa -ys, quae post XL dies a Ponto in Maeotim revertitur). 9, 49 cum thynnis ... et -es in Pontum ... intrant. 32, 107 -um capitis cinis. 32, 146 -ys pusilla, cum in Pontum a Maeotide exit, hoc nomen, *sc. cordylae,* habet. 32, 149 orcynus, hic est -um generis maximus. 32, 150 -ys, earum generis maxima apolectum vocatur, durius tritomo. 32, 151 sarda, ita vocatur -ys longa ex oceano veniens. *ibid.* tritomum -um generis magni. IVV. 7, 120 vas -um (SCHOL. piscium salsorum *vel* genus mali piscis). PS. CYPR. cena 123 sustulit ... -em Adam (*cf. gen. 2, 7* de limo). APIC. 9, 10, 8 ius in siluro, in -e et in thynno salsis. 10, 1, 13 ius in -e assa. RVF. podagr. 10 *inter pisces* non ... laudo ... -as.

pelandrion (-ē-*?*) *n. orig. inc.* pela- *codd. plerique,* phela-, phella- *singuli.* [*fort. var. it. mer.; cf. Alessio, Stud. Ital. 14, 1937, 311. St.*] *nomen herbae, q. e. 'Oenanthe phellandrium L.' (cf. André, Les noms de plantes, 1985, 191)*: PLIN. nat. 27, 126 -on nascitur in palustribus folio apii; bibitur semen eius propter calculos et vesicae incommoda (*inde* 1, 27, 101).

pelasgicus *v. p. 988, 48 et cf. Onom.*

FEST. p. 237 pilates lapidis genus, cuius meminit Cato (*sc.* orig. 102) ...: lapis candidior quam **†pelastes** (pilates *codd. Pauli*). *confertur gr. φελλάτης (φελλεάτας, φελλέτας), sc. nomen lapidis pumici similis, ut legendum videatur* pe(l)atēs, *v.* André, *Rev. Phil. 36, 1962, 32.*

[Gatti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pelbenis *v.* pellvenis. **pēlbis** *v.* pelvis.

pelecān(a), pelecānus *v.* pelicanus.

pelecīnos (-us), -ī *m. et* **pelecīnum,** -ī *n., πελεκῖνος (-ον?). de origine v. l. 10. scripturas codd. v. infra. de genere: masc. esse videtur l. 11. 13. 14. 15. 17, neutr. l. 20. 28; vix agnoscas fem. l. 11 sq. formae graecae: nom.* -os *l. 11. 13. 15 (bis), acc.* -on *l. 11, ?gen.* -o *l. 19. 21 (cf. l. 23).*

1 *nomen herbae, q. e. 'Securigera securidaca L.' (cf. André, Les noms de plantes, 1985, 191):* **a** *agitur de natura herbae:* PLIN. nat. 18, 155 lenti *nocet* herba securiclata, quam Graeci a similitudine -um vocant (pelicenum *var. l.; sim.* DIOSC. 3, 141 p. 434, 18, *ubi* -os). 27, 121 ⌞-on⌟ in segetibus diximus nasci, fruticosam (*sc. herbam?*) cauliculis, foliis ciceris *eqs.* (⌞ ⌟ -um *vel* pellecinom *codd.; inde* 1, 27, 95 -os [-um *var. l.*]). Ps. THEOD. PRISC. simpl. med. 67 hedysaron, quod appellatur -us *eqs.* (pellicenos *cod.*). DIOSC. 3, 141 p. 434, 16 de -o: -os erba est folia habens simile ciceris *eqs.* (*gr. 3, 130 πελεκῖνος*). GALEN. alfab. 216 ('de pelecino') -us *eqs.* (pell-, pelecinn- *var. ll.*). **b** *adhibetur in compositione medicamentorum:* MARCELL. med. 22, 12 antidotum ad epaticos sic: -i seminis *eqs.* PHILAGR. med. 4 p. 177, 8 pelicino drachm(as) VI (*var. ll.* -i, -u, policino, politrico *sim.*). p. 189, 2 si -um et emionitis herba ... misceatur (*item* ALEX. TRALL. 2, 147 [pelicinum *var. l.*]). p. 191, 8 -o drachm(as) VI. ORIBAS. eup. 4, 116 Aa p. 623 -i seminis ante conmixtione lavabis (*gr. 4, 114, 2 πελεκίνου σπέρμα,* La -us semen).

2 *genus horologii solarii (ad rem v. Soubiran in ed. Vitr., 1969, 258sqq.; Pattenden, Class. Quart. 29, 1979, 203 sqq.):* VITR. 9, 8, 1 Patrocles -um *dicitur invenisse.* CET. FAV. 29 multa variaque genera sunt horologiorum, sed -i (peligni *trad.*) ... magis aperta et sequenda ratio videtur; -um enim horologium dicitur, quod ex duabus tabulis ... lapideis superiore parte latioribus, inferiore angustioribus componitur *eqs.*

pelegr- *v.* peregr-. **pelemsia** *v.* pilema.

pelenum: vehiculum GLOSS. V 385, 15 (*item* GLOSS.^{L} Corp. PE 360). *orig. inc., fort. depravatum ex* pilentum.

pēles, pēlex *v.* paelex.

pelīas, *plur.* -ades *f., πελειάς.* SERV. ecl. 9, 13 lingua Thessala -es et columbae et vaticinatrices vocantur (*ad rem cf. Serv. auct. Aen. 3, 466*).

pēlica sive pelex: concubina GLOSS.^{L} V Abba PE 18. *forma vulgaris vocis q. e.* paelex, *v. Niedermann, Contributions à la critique ... des gloses lat., 1905, 33 sqq.*

⁂pelicānus, -i *m., πελεκάν (formae lat. e formis gr. obliquis ortae sunt, cf. l. 45). de origine: v. p. 996, 6. scribitur saepe* pelli- (*e. g.* VET. LAT. psalm. 101, 7 [cod. 300]), *ceterum* pele- (*e. g.* VET. LAT. 11, 18 *et* deut. 14, 18 [cod. 100]) *et* peleg- *vel* pelig- (EVCHER. form. 4 p. 23, 4 *addit. cod. S*). *acc.* -am VET. LAT. lev. 11, 18 (cod. 100, *cf. ibid.* deut. 14, 18 -a [*pro* -am*? gr. utrobique πελεκᾶνα, var. l. -νον, priore loco etiam -ναν*]).

nomen avium (ad rem v. André, Les noms d'oiseaux, 1967, 122 sq.; Capponi, Ornithologia lat., 1979, 363 sqq.): **1** *usu sollemni i. q. onocrotalus, ut videtur:* **a** *agitur de duobus generibus (quae confundi videntur l. 67 sq. p. 996, 1 sq. 6):* HIER. tract. in psalm. I p. 178 l. 31 sqq. (*ad* psalm. 101, 7, *v. infra l. 63*) duo genera dicuntur esse horum volatilium, *sc. -orum:* unum in aquis est, et esca eius pisces sunt; et unum in solitudine, et esca eius venenata animalia, hoc est serpentes ...; dicuntur ... latine onocrotali. EVCHER. instr. 2 p. 157, 7 sq. -us avis parva, quae solitudine delectatur; est et aliud -orum genus in Nilo paene cygnis simile ..., quidam ita et onocrotalos vocant. CASSIOD. in psalm. 101, 7 -us ... avis Aegyptia est, ciconiis corporis granditate consimilis ...; quae ... delectatione se solitaria consolatur; eorum unum genus dicitur esse quod stagnis inhabitat, aliud ... quod in desertis locis ... versatur. GLOSS. V 509, 52 duo genera sunt, unus aquatilis et alius in solitudine habitat.

b *cetera exempla:* **α** *respicitur potius avis, quae in deserto habitat (cf. p. 996, 2. 6):* VET. LAT. lev. 11, 18 (cod. 100) abominamini ... porphyrionem et -am et cycnum (*sim.* deut. 14, 18 [*ibid.; Vulg. utrobique* onocrotalum]). psalm. 101, 7 (Paul. Nol. epist. 49, 5, *sim. al. et* VVLG.) factus sum similis -o solitudinis. PHYSIOL. lat. rec. B (*sim.* rec. Y) 6, 2 (*narrat -i pullos cum parentibus litigantes occisos, deinde sanguine matris suscitatos esse*). PAVL. NOL. epist. 40, 8 in hoste vipereo conterendo -o solitudinis aemulemur (*cf. p. 996, 2*). AVG. in psalm. 101, serm. 1, 7 nascitur in solitudinibus, maxime Nili fluminis, in Aegypto (*deinde allegorice ad Christum refertur, cf.* EVCHER. form. 4 p. 23, 3 -us: dominus Christus in passione aut vir sanctus solitudini deditus). HESYCH. in lev. 11, 13 p. 911^{C} per -um ... animal amans solitudinem, figuravit eum, qui forsan amicis desolatus est aut cognatis aliorumque similium societate destitutus. PROSP. in psalm. 101, 7 (*comparatur praedicatori euangelii in infidelibus posito*). CASSIOD. in psalm. 101, 7 l. 254 -us designat eremitam atque solitarium. *al.* **β** *respicitur potius avis, quae apud Nilum flumen habitat (cf. l. 68):* PAVL. NOL. epist. 40, 6 accepi ... -um avem esse in Aegypto vel illis iuxta partibus usitatam, proximis Nilo flumini desertis oberrare, serpentibus vesci. HESYCH. in lev. 11, 13 p. 910^{C} (*ad p. 995, 61*) porphyrion et, quem Septuaginta nominant, -us et cycnus ... longi esse colli, trahereque cibum ex altitudine terrae atque aquarum dicuntur. ISID. orig. 12, 7, 26 -us, avis Aegyptia, habitans in solitudine Nili fluminis, unde et nomen sumpsit, nam Canopos Aegyptus dicitur. GLOSS. V 575, 13 -us avis Aegyptiaca est ciconis corporis (*mutilatum ex p. 995, 56*).

2 *i. q. porphyrio, sc. per confusionem ex p. 995, 61 ortam:* GLOSS. IV 557, 61 porphyrionem: -um (*item* V 322, 10. 380, 13).

pēlicātio, pēlicātor, pēlicātus *v.* pael-.

pelicēma, *plur.* -mata *n., πελέκημα. i. q. ramentum securi effectum:* ORIBAS. eup. 4, 54 La p. 572 -ta copressus et [cy]prinus simul ferbefactus (*i.* ferve-) inline totum corpus (*Aa brevius, gr. 4, 53, 10 πελεκήματα*).

pelicēn-, pelicīn- *v.* pelecinos.

pēlico *v.* paelico.

pelios, -a, -on, *πελιός. fere i. q. fuscus:* PLIN. nat. 10, 164 ardiolarum tria genera: leucon, asterias, -on (pellos *i. πέλλος edd. vet. sec. Arist. hist. anim. 609b22; cf. André, Les noms d'oiseaux, 1967, 34*).

pēlisquus *v.* piliscus.

pelix *f. e formis obliquis vocis gr. πέλεκυς prave restitutum videtur* DIOSC. 3, 141 p. 434, 19 *pelecini semen* velut assia (*i.* ascia) duo rostra habet, unde et pelecinos dicta est *herba,* quod assi(a) -x dicta est (*cf. gr. 3, 130 ὅμοιον πελέκει ἀμφιστόμῳ*).

pell- *v. etiam* perl-.

pella: sadulfelgae (*anglosax.*) GLOSS. V 382, 38 (*idem* GLOSS.^{L} Corp. P 315). *forma decurtata vocis q. e.* carpella, *cf. Milani, Rendiconti dell' Ist. Lombardo 113, 1979, 60.*

ἀπάτη: fallacia, delectatio, seductio, fallacitas, **pellacātio** GLOSS. II 233, 40. *cum* pellax, pellacia *coniungendum, si genuinum;* pellic- *dub. Heraeus in exemplari suo.*

pellācia, -ae *f.* [*coniungendum cum* pellicere *et fortasse inde derivatum (sed v.* pellax), *ut exspectes* *pel-licia (*cf.* dē-licia *et v. Leumann, Gramm. 1977, 292*), *quod sec.* fallācia *mutatum est in* pellācia (*v. Benedetti, I composti radicali latini, 1988, 123*). *Fo.*] *de notione:* SERV. auct. georg. 4, 442 'fallacia ...': legitur et '-a', id est fraus. SCHOL. Verg. Bern. georg. 4, 443 -a, astutia. GLOSS. V 630, 31 -ae: seductiones. *legitur apud* LVCR. *et inde ab* ARNOB. [*e coni. non necessaria pro* fallacia PROP. 1, 1, 19.]

i. q. actio pelliciendi vel status ad pelliciendum aptus, unde vergit in notionem q. e. fallacia: **1** *rerum homines allicientium:* LVCR. 2, 559 infidi maris insidias ... vitare velint neve ... credant, subdola cum ridet placidi -a ponti (5, 1004 nec poterat quemquam p. -a ponti s. pellicere in fraudem ridentibus undis). **2** *animantium fallacium:* ARNOB. nat. 2, 39 p. 111, 20 *deus* animas misit, ut ... discerent ... decipere ... et ad usum temporis -ae mobilitate formari? 4, 28 p. 235, 17 per omnes libidinum formas incestarum cupiditatum circumegisse -am (*spectat ad Iovem feminas fallentem ut:* 4, 35 p. 243, 19 ora immutare -ā. 5, 21 p. 275, 23 Iovialis monumenta -ae. *v. etiam p. 997, 25*). PRVD. ham. 637 sentio quam contra moveat *diaboli* -a litem. IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 2, 98 ne -ae magis quam constantiae crederetur, *si expositionem tuam praeterirem.*

deriv.: cf. pellacatio, pellax.

pellāciter *v.* pellax.

***?*pellagra,** -ae *f. hanc vocem hybridam e* pellis *et -αγρα formatam (cf.* podagra, mentagra) *subesse vocibus romanicis et gloss. infra cit. putat Niedermann, Festschr. Ernst Tappolet, 1935, 231 sqq.* [*it. dial.* pelagra, *it.* pellagra. *cf. Niedermann loco cit. Wartburg VIII 170 sq. St.*] GLOSS. III 604, 23 palagra: pustula rupta in cute.

pellandrion *v.* pelandrion.

pellārius, -ī *m. a* pellis, *ut exspectes* pelliarius; *cf. p. 997, 75.* [*formae, quas affert M.-L. 6373, potius sermoni docto tribuendae sunt. St.*] [*vix recte Laetus restit. pro* pelliaria VARRO ling. 8, 55.] *i. q. pellio:* FIRM. math. 4, 14, 13 *genitura quaedam* faciet -os coriarios caligarios. GLOSS.^{L} II Philox. PE 47 -us: *πελλοράφος. fort. huc trahendum:* CIL V 5928 P. Iulio Macedoni negotiatori sagar(io) et pell(ario) (*alii legunt* pelliario *vel* pellicario).

pellatēs *v.* pelastes.

***?*pellātor,** -ōris *m. si genuinum, a* pellere *formatione mira (an sec.* ap-, interpellator*?*). GLOSS. II 243, 32 *ἀπωθητής:* -r (pellatur: *ἀπωθηθῇ dubitanter proposuit Pokrowskij, Arch. Lat. Lex. 15, 1908, 381*). 589, 40 -r: compellens (pellicator *suspicatur Heraeus in exemplari suo*). *Gatti.*

⁂pellāx, -ācis *adi.* [*nonnulli subesse putant* *pel-lĕx (*a* pel-licere; *cf.* 2. il-lex *ab* il-licere), *quod sec.* fallāx *mutatum sit in* pellax (*Ernout-Meillet⁴ 347b*); *sed fortasse potius retrograde formatum a* pellācia, *quod paulo prius occurrit (v. illic). Fo.*] *de origine: derivatur a* pellicere VEL.

[Keudel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gramm. VII 65, 18 PRISC. gramm. II 140, 9. ISID. orig. 10, 204 (*aliter l. 8*); *v. etiam l. 7. 12. 17 sq.* *de scriptura*: pell- *testatur* VEL. *loco cit.* (*allato* VERG. Aen. 2, 90), perl- *exstat l. 11. 13.* *compar. deest, superl.* PS. AMBR. paenit. 22 MART. CAP. 4, 331. *de notione* (*v. l. 17 sqq.*): SYNON. Cic. p. 426, 16 fallax. -x. mendax. fictor. simulator. commentator. GRAMM. suppl. 283, 13 inter fallacem et -em hoc interest, quod fallax infidelis, -x verbis, dictus a pelliciendo, idest perverse loquendo (*sim. al.*). ISID. orig. 10, 224 -x dolosus et fallax, a pelle, id est vultu; foris enim, ut fallat, arridet, sed nequitiam intus gerit. GLOSS. -x: *δολιός. ἀπατεών.* fraudulentus, fallax, dolosus. perversa loquens. -is: per blanditias decipientis. persuasoris. callidi. astuti. *al.* GLOSS.^{L} I Ansil. PE 881 perlacis (*sc.* -es): astuti persuasores a pellic⟨i⟩endo, hoc est ab inducendo. II Abav. FA 44 fallax: inlecebr⟨os⟩us, perlax. [*confunditur in codd. hic illic c.* fallax, *v. infra.*]

i. q. pellacia usus, fallax (*distingui videtur l. 26*): **1** *-x est Vlixes*: VERG. Aen. 2, 90 *Palamedes* invidia postquam -is (fallacis *var. l.*) Vlixi ... superis concessit ab oris, *eqs.* (*cf. e. g. Hom. A 482 ποικιλομήτην. explicant* SERV.: -is per blanditias decipientis; pellicere enim est per blanditias elicere. SCHOL. Verg. Veron.: -is circumventoris vel etiam corruptoris a verbo quodam 'pellicio', id est circumvenio, sollicito, trado [*affert Lucr. 5, 1004*]). AVSON. 229, 4 p. 76 -is Lartiadae insidiis. HIER. in Ezech. 6 praef. l. 7 -is Vlixi venena. adv. Rufin. 3, 22 praecipitem -is (fallacis *var. l.*) Vlixi cursum. SIDON. carm. 9, 128 -i ... proditore. **2** *-es sunt alii* (*homines, dei, diabolus*): ARNOB. nat. 2, 7 p. 72, 13 homo quid sit aut unde sit, anceps varius mobilis -x multiplex multiformis. 5, 44 p. 303, 20 pro aureis imbribus, in quos idem *Iuppiter* se -x fraude induit perfida (*cf. p. 996, 47*). AVSON. 345, 22 p. 164 -x *est* Geta, ... fallaces Ligures. PS. AMBR. paenit. 22 p. 996^{A} *diabolus non* sinet te respicere ..., cum ... dulcedine te criminum -issimus avocaverit, et ... ita te pereundi suavitate decipiet, ut *eqs.* IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 3, 162 tu adeo -x esse voluisti, ut aliquam inter te et Manichaeum distinctionem facere nitereris. MART. CAP. 4, 331 ex illius *Dialecticae* hami fraude colligitur, quod circulatrix -issima ... comprobatur (*de eadem* 4, 423 [vers.]). **3** *-es sunt res*: PETR. CHRYS. serm. 17, 2 (*ad Marc. 5, 6 sq.*) *Christus* consuevit ... hostem, *i. diabolum,* libera virtute percellere nec factione -i (fallaci *var. l.*) inimicum suorum requirere possessorem (*antea*: fallax promissor). IORD. Rom. 352 -bus verbis inlectus.

adv. **pellāciter.** *i. q. modo pellaci*: RVFIN. Basil. hom. 5, 7 p. 1769^{B} cum -r nobis imago proponitur veritatis, instruitur autem fallentibus verbis mendacii dolus (*cf. gr. p. 401^{A} στροφαῖς κέχρηται λόγων*).

deriv.: cf. pellacatio. *Keudel.*

pelleāria, -ium *n.* *vox veriloquii causa ficta* ISID. orig. 12, 1, 30, *v. supra p. 116, 17.*

*?***pelleātus,** -a, -um. *a* pellis, *si genuinum, cf.* trabeatus, pilleatus *sim.* *i. q. pelle vestitus, pellitus*: PAVL. NOL. carm. 17, 251 (*de Dacis*) ille divitis multo bove -us accola ripae (*var. l.* pilleatus *probat Hartel*).

pellecebra (perl-), -ae *f.* *a* pellicere, *cf.* illecebra; *vocalis secunda sec. tertiam mutata esse videtur.* perl- *codd. Plauti* (*qua forma* PLAVT. *propter homoeoprophoron usus esse videtur*), pell- *codd. Non. p. 153, 19.* *non nisi metonymice, sc. per convicium, de meretricibus, quae pelliciunt*: PLAVT. Asin. 133 -ae, permities, adulescentum exitium. Bacch. 1166 probri -ae et persuastrices.

*?***pellectile:** mobile GLOSS. V 509, 51. *legendum est* suppellectile, *nisi est simplex ex hoc compos. enucleatum, cf. GLOSS.^{L} V Abba sv 114* supellectile: res mobiles.

1. pellectio, -ōnis *f.* *a* pellicere. *i. q. actio pelliciendi*: PASS. Polycarp. 4 hunc ... proconsul multis -bus sacrificare persuasit (*gr. πολλὰ ἐκλιπαρήσας*).

2. pellēctio *v.* perlectio.

pellector, -ōris *m.* *a* pellicere. *i. qui pellicit*: GLOSS.^{L} III Abstr. PE 23 -r: persuasor vel incitator (*item* GLOSS. IV 140, 22 [*scrib.* perl-]. 549, 38). V Abba PE 6 -r: persuasor.

pellego *v.* perlego.

PS. APVL. herb. 58 (*inter nomina herbae victoriolae*) alii dafne Alexandrina, alii **†pelleon,** alii Idaea *eqs.* (pelleonidea, -idia *trad., cf.* GLOSS. III 573, 45 pelleonidia i. victoriola). *latere videtur Πελλαῖον, cf. André, Notes de lexicogr. botan. grecque, 1958, 48.*

pellesuīna, -ae *f.* *a* pellis *et* suere, *cf. Leumann, Gramm. 1977, 328.* *i. q. taberna pellionis*: VARRO ling. 8, 54 (*antea*: vinaria, cretaria) *ἀνὰ λόγον* si essent vocabula, ubi caro venit, carnaria, ubi pelles, pelliaria ... diceretur, non laniena ac -a et sutrina.

pelleus, -a, -um. *a* pellis *veriloquii causa fictum* ISID. orig. 19, 24, 1 (*v. supra p. 133, 54*). [*vix recte trad.* SERV. Aen. 8, 282, *v. p. 1009, 4.*]

pellex *v.* paelex *p. 37, 51.*

pelliāria, -ae *f.* *a* pellis; *affertur tamquam vox ficta supra l. 70; itaque vix agnoscas* pelliarius *p. 996, 65.*

pellicānus *v.* pelicanus. *?***pellicārius** *v.* pellarius.

pellicātio, -ōnis *f.* *a* pellicere, pellicare (*v. l. 26*). GLOSS. II 286, 38 *εἰρων⟨ε⟩ία*: -o, cavillatio. 325, 27 *ἠπάτησεν*: pellexit, *ἀπὸ τοῦ* -o. *confunditur cum* paelicatio: GLOSS. II 144, 44 pelicatio: *εἰρων⟨ε⟩ία, ζηλοτυπ[ε]ία.*

pellicātor, -ōris *m.* *a* pellicere, pellicare (*v. l. 26*). PAVL. FEST. p. 204 -r: qui pellicit ad fraudem. *v. etiam supra p. 40, 26 sqq. 996, 71.*

pellicātus *v.* 1. paelicatus. **pelliceo** *v.* pellicio. **pellīceus** *v.* pellicius. *Fl.*

pellicio, -lexī (-licuī), -lectum, -ere. *a* per *et* lacio. *de origine*: VARRO ling. 6, 94 una origine illici et inlicis ... et -xit. GLOSS. II 325, 27 *ἠπάτησεν*: -xit, *ἀπὸ τοῦ* pellicatio. *de scriptura* (*cf. Neue-Wagener II 821*): pell- *attestantur* LVCIL. 381 -endu(s), quod est inducendus, geminat l (*sic Marx,* per l liciendo ... inducendo *trad.; cf. ad l.* VEL. gramm. VII 65, 17 'pellicere' malunt quam 'perlicere' *elegantiores*). QVINT. inst. 11, 3, 35 PRISC. gramm. II 50, 6; *codd. vet. variant, e. g.* pell- *A* PLAVT. Men. 343 (*si recte legitur*), perl- *V* LIV. 43, 18, 3. 45, 5, 1. *P* LIV. 26, 7, 6. *al.* NOT. Tir. 22, 10 perlicet (*v. Heraeus, Arch. Lat. Lex. 12, 1902, 41*). *formae coniugationis tertiae longe praevalent, cf.* PRISC. gramm. II 496, 23 -cio, -xi; *secundae coniugationi attribuunt* CHAR. gramm. p. 318, 2 -ceo, -ces, -xi *δελεάζω.* p. 476, 5. DIOM. gramm. I 367, 12, *cuius formae certae alibi rarissime inveniuntur, sc. praes. indic.* -ceo *p. 1002, 31,* -cet *l. 19. 37,* -cent VVLG. II Petr. 2, 18 (-cient *al. var. ll.*), *part.* -centes *ibid.* 2, 14 (-cientes, -cantes *var. ll.*). *formae primae coniugationis subesse videntur vocibus* pellicatio, pellicator (*v. Leumann, Gramm. 1977, 549*), *exstant fortasse* GLOSS.^{L} III Abstr. PE 19 pelicando (*v. supra p. 37, 48*) *et* GLOSS. II 286, 37 *εἰρωνεύομαι*: pellico, cavillor (*seq. l. 3; contra* pellico *inter verba tertiae coniug. affert* CHAR. gramm. p. 477, 27). *in stirpe perf. nota* -xere AMM. 31, 15, 8; *de forma rariore v.* PRISC. gramm. II 496, 27 '-cui' ... pro '-xi' veteres protulerunt (*affert l. 45 et 70 sq.*). *ceterum cf.* elicui. *de notione* (*v. etiam l. 11. 12. 60 sq. p. 997, 17 sq.*): LVCIL. 381 (*v. supra l. 14*) -endu(s), quod est inducendus (FEST. p. 242 *v. sub* pelliculatio. PAVL. FEST. p. 207 -xit: in fraudem induxit [*sim.* GLOSS.^{L} III Abstr. PE 22. *al.*]. *et saepius*). FRG. Bob. gramm. VII 543, 29 -xit: evocavit. GLOSS. -ere: blandiendo decipere (*cf. p. 1002, 31*). -xeris: persuaseris. -entes: meretricantes. -tum: suasum. -ti: inlecebrati vel seducti. *al.* GLOSS.^{L} V Abba PE 4 -et: illicit, seducit, circumvenit. *al.* *legitur inde a* LEGE XII tab., *sed admodum raro, sc. singulis vel binis locis (nisi aliud indicamus) apud* PLAVT., TER., PACVV., LVCIL., LAEV., CIC. (*ter*), VARRONEM, VARRONEM AT., NEP., LIV. (*19^{ies}*), PAVL. FEST., VAL. MAX., COLVM., PLIN. nat., SIL., QVINT., TAC. (*septies*), SVET. (*ter*), *al.* [*confunditur cum* pello LIV. 25, 24, 15 (*vix recte rest. Warburton* VELL. 2, 33, 1). *olim vulgo legebatur* -it *pro* polluit COLVM. 10, 201, *minus probabiliter* (*cf. Ash, comm. 1930 ad l.*). *dub. interpr.*: VARRO AT. carm. frg. 23 deinde ubi -cuit dulcis levis unda saporis (poll-, prol- *var. ll.*).]

fere i. q. attrahere (*qua re quis -at indicat abl. instr. saepe, ceterum e. g.* in *c. abl. p. 999, 8,* quia *p. 999, 5*): **I** *vigente vi locali -it is qui (id quod) aliquem (aliquid) inducit, ut locum mutet, se aliquo conferat*: **A** *in malam partem, sc. de actione dolosa, damnosa; -untur*: **1** *segetes, sc. quae arte magica sim. abducuntur*: LEX XII tab. (Serv. ecl. 8, 99) neve alienam segetem -xeris. PLIN. nat. 18, 41 ceu fruges alienas -ret veneficiis. **2** *homines vel animae eorum*: PLAVT. Men. 343 *meretrices* se applicant, agglutinant: si -xerunt, perditum amittunt domum. CIC. Flacc. 72 mulierem imbecilli consili ... -xit Decianus ad sese. LVCR. 5, 1005 nec poterat quemquam placidi pellacia ponti subdola -ere in fraudem ridentibus undis. CLAVD. MAM. anim. 1, 24 p. 85, 9 *anima* a summo bono, quod ei deus est, inlecebris -ta corporeis defluxit in corpus.

B *in neutram vel bonam partem; -itur*: **1** *homo*: TER. Phorm. 68 iter *domino meo erat* ... in Ciliciam ad hospitem antiquom; is senem per epistulas -xit modo non montis auri pollicens (DON. induxit. EVGRAPH. decepit, fefellit, induxit. SCHOL. Ter. p. 128, 19 suasit vel decepit). PANEG. 2, 32, 3 tua benignitate -tae ... Scythicae nationes ... confluebant. IORD. Rom. 348 Theodoricus ... Zenonis Augusti humanitate -tus Constantinopolim venit. **2** *ferrum, sc. quod lapide magnete attrahitur*: LVCR. 6, 1001 omnis causa patefiet, quae ferri -at vim (perliceatum *sim. var. ll.*).

II *evanescente vel evanida vi locali -it is qui (id quod) aliquem inducit ad quamlibet actionem vel alicuius favorem, sententiam sibi captat, conciliat*: **A** *exempla varia*: **1** *in malam partem, sc. de actione dolosa, damnosa* (*cf. e. g. p. 999, 23. 32. 41*): PACVV. trag. 171 regni alieni cupiditas -xit. LAEV. carm. frg. 18 nunc quaepiam alia te ... fulgens decore et gratia -cuit. CIC. Cluent. 13 *socrus* animum adulescentis ... -xit eis omnibus rebus, quibus illa aetas capi ac deleniri potest. LIV. 3, 44, 4 virginem ... Appius amore amens pretio ac spe -ere adortus. 8, 28, 3 -ere adulescentem sermone incesto. VAL. MAX. 4, 3 ext. 3 poti senis animum inlecebris -ere non *potuit meretrix.* COLVM. 11, 1, 14 vitiis eiusmodi -tus animus *vilici.*

[Stewart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

TAC. hist. 4, 15, 1 *Civilis* occultis nuntiis -xit Britannica auxilia. ann. 1, 2, 1 *Augustus* militem donis, populum annona, cunctos dulcedine otii -xit. 12, 3, 1 *Agrippina* crebro ventitando -it patruum *Claudium*, ut ... potentia uxoria iam uteretur (*antea*: inlecebris). 13, 45, 4 *Poppaeam Sabinam* Otho -xit iuventa ac luxu et quia flagrantissimus in amicitia Neronis habebatur. HIL. hymn. 3, 25 *corpus* Adae -xerat (perlex erat *trad.; -it diabolus ut*: in Matth. 3, 1 Adam ... -xerat et in mortem fallendo traduxerat. 3, 5 [*bis*]). VVLG. II Petr. 2, 18 *iniqui* -cent in desideriis carnis luxuriae eos ..., qui in errore conversantur (*gr. δελεάζουσιν ἐν ἐπιθυμίαις, Vet. Lat.* [*Aug. fid. et op. 24, 45*] inliciunt). *al.* **2** *in neutram vel bonam partem*: CIC. de orat. 1, 243 maiorem partem sententiarum sale tuo et lepore ... -xisti. NEP. Eum. 2, 3 *Eumenem* sibi Perdiccas adiunxerat ... non dubitans, si eum -xisset, magno usui fore sibi. AMM. 26, 6, 13 *milites* -ti spe praemiorum. MARCELL. med. praef. 7 ut lectorem ... poema -at et exoptatio blanda conciliet. CLAVD. MAM. anim. 2, 7 p. 128, 10 Platonem ... admiratione sui -tus testem saepe vocitavi. CASSIOD. inst. 1 praef. 9. *al.*

B *variis structuris indicatur, quam ad actionem, quem in statum quis -atur*: **1** ad (*cf. p. 998, 54*): LIV. 10, 11, 11 condicionibus -ere ... ad societatem armorum (*cf.* ad belli s.: LIV. 42, 37, 2 [perlig- *cod.*]. IVST. 22, 5, 5. 38, 3, 1). 23, 8, 7 Calavius filius ⌞-i ad vinum⌟ *non* potuit (⌞ ⌟ *Heerwagen*; perholaviniim *sim. trad.*). 23, 17, 4 ad voluntariam deditionem (TAC. ann. 11, 19, 2). *al.* PAVL. FEST. p. 204 ad fraudem. APVL. apol. 90, 1 Pudentillam carminibus et venenis ad matrimonium. LACT. inst. 2, 14, 2 ad vitia (IVLIAN. in Ioel 3, 4 l. 94). *accedit gerund.*: LIV. 21, 26, 7 accolas ... -it donis ad naves undique contrahendas fabricandasque. 23, 18, 1. 25, 24, 15 ut adloquio leni -rent hostes ad dedendam urbem (pellerent *var. l.*). SVET. Vit. 2, 4 Parthorum regem ... ad colloquium suum ... *et* ad veneranda legionum signa. *al.* **2** in *cum acc.* (*cf. p. 998, 55*): LIV. 4, 15, 6 cibo ... obiciendo ... populum in servitutem -i posse. 21, 19, 6 ut *legati Hispanos* in societatem -rent aut averterent a Poenis (37, 18, 2. 43, 18, 3). 35, 42, 2 *civitates* condicionibus in amicitiam -ere. SIL. 15, 70 (*Virtus ad Voluptatem*) quasnam iuvenem ... -is in fraudes ... vitaeque tenebras ...? SVET. Claud. 26, 3 inlecebris Agrippinae ... -tus in amorem. MART. CAP. 4, 335 (*loq. Dialectica*) me in latinam vocem -xit industria *Varronis* (*i. ad latine loquendum*). **3** ut (*aliter supra l. 3*): LIV. 26, 7, 6 Numidam ... donis -it, ut ... Capuam pervadat. 31, 27, 3 principes ..., ut fidei Romanorum se committerent, -ere est conatus. 45, 5, 1. TAC. ann. 3, 42, 1 Florus ... -ere alam equitum ..., ut ... bellum inciperet; paucique equitum corrupti *sunt eqs.* AVSON. 322, 71 p. 264. *al.* *?***4** *dat. fin.* (*ita Koestermann, comm. 1965 ad l., abl. instr. intellegunt alii*): TAC. ann. 4, 3, 3 *Seianus Liviam* ut amore incensus adulterio -xit. **5** *inf.*: AMM. 14, 11, 11 *tribunus quidam Constantium Gallum* adulabili sermone ... proficisci -xit.

in figura q. d. etymologica LVCR. 5, 1005 pellacia ... -ere; *ceterum in lusu verborum* TER. Phorm. 68 -xit ... pollicens.

deriv.: pellecebra, l. pellectio, pellector, pellicatio, pellicator, pellicuus; *cf.* pellacia, pellax, pelliculatio. *Stewart.*

⁂pellicius *et* **⁂pelliceus,** -a, -um. *a* pellis. *de scriptura: longe praevalet* -ius (*ita codd. antiquissimi* VET. LAT., *sc.* cod. 100 num. 4, 8. 10 sqq. 31, 20, codd. 3 *et* 4 Matth. 3, 4, codd. 10 *et* 13 Marc. 1, 6); -eus (*sec.* loreus, scorteus *sim.?*) *praebet* EDICT. imp. Diocl. 15, 61 G. (*lectura non prorsus certa, v. Journ. Rom. Stud. 63, 1973, 102*), *solum tradi videtur* PAVL. FEST. p. 332 TERT. adv. Val. 24, 3 AVG. trin. 12, 11, 16. SVLP. SEV. dial. 2, 10, 3 (*sed* -ius *ibid. antea et* 1, 4, 1). *al., ceterum maxime in codd. rec. et edd. vet. invenitur, v. e. g.* AMBR. in psalm. 118 serm. 11, 14, 1 VVLG. gen. 3, 21. *praeterea codd. praebent etiam* pellitius, pillicius, pellica. *al.* *de mensura*: -ĭc- *postulat notio adi. (cf. Leumann, Gramm. 1977, 301 sq.) testarique videntur linguae q. d. romanicae*; -ĭc- *exhibent fortasse* PAVL. PETRIC. Mart. 4, 525 VEN. FORT. Mart. 3, 374. GLOSS. III 194, 15 dermatina: pellic⟨i⟩a. 273, 9 *δερμάτινον*: -um. *legitur apud* PAVL. FEST. *et inde a* VET. LAT., TERT., *in versibus non nisi l. 58 sq.* [*subst.* pellicia: *val. vet.* peliça; *it.* pelliccia; *raet. or.* pelitse, *occ.* plitša; *francog.* pelisse; *prov. vet.* pelisa *et var. prov.; cat.* pelissa; *hisp.* pelliza; *port.* peliça. *cf. M.-L. 6375. Battisti-Alessio IV 2827. Wartburg VIII 162 sqq. Corominas² IV 537. Machado³ IV 333. St.*] [*dub. trad.* PLIN. nat. 28, 83 *sanatur* rabiosorum morsus ... ⌞vel -io⌟ bracchiali inserto (vel licio *edd. plerique*).]

I *usu sollemni i. q. e pelle confectus* (*sive ex omni sive ex praecipua parte; gr. respondet δερμάτινος, nisi aliud adnotavimus; iuxta pos.* cilicinus *p. 1000, 42. 50*, pilosus *p.1000, 30. 36, cf. p. 1000, 34*): **A** *de quibuslibet rebus* (*v. etiam* PAVL. *sub B1*): PAVL. FEST. p. 332 scrautum: -eum, in quo sagittae reconduntur *eqs.* VET. LAT. lev. 13, 52 (Aug. loc. hept. 3, 34) in omni vase -eo ([*cod. 100* quod erit ex corio, *Vulg. brevius. cf.* AVG. quaest. hept. 3, 51 *ad lev. 13, 49*: quid est, quod ait 'in omni vase operario pellis', nisi quod est 'ex pelle factum', hoc est 'in omni vase -eo']. num. 31, 20 [cod. 100 *al.*] omne vas -ium [*Vulg.* de caprarum pellibus]. *cf.* VVLG. lev. 13, 59 supellectilis -iae). num. 4, 8 (cod. 100) operient eam *stragulam* cooperimento -io (*sim.* 4, 10. 11. 12. 14 [*ibid.*]; *Vulg. ubique*: pellium). I reg. 5, 9 (Lucif. Athan. 1, 12) fecerunt sibi Gethaei sedes -ias, *sc. ob anos putrescentes* (*om. Vulg.; cf.* HIST. AVG. Heliog. 4, 4 quae *matrona* sella veheretur et utrum -ia an ossea an eborata). EDICT. imp. Diocl. 15, 61 G. cribrum -eum simulare (*gr. ἀπὸ δέρματος. disting.* cribrum textile). GREG. M. dial. 1, 4, 10 codices in -iis sacculis missos. VITAE patr. Iurens. 127 *Eugendus* -io ... superposito conquievit.

B *de vestimento, zona, calceamentis sim.*: **1** *apud scriptores paganos*: PAVL. dig. 34, 2, 24 (*agitur de vestimentis*) cum et tunicas et stragula -ia nonnulli habeant. PALLAD. 1, 42, 4 tunicas ... -ias cum cucullis et ocreas manicasque de pellibus *silvestri operi aptas* (*cf. Colum. 1, 8, 9* pellibus manicatis *eqs.*).

2 *in sacr. script. et inde apud ecclesiasticos*: **a** tunica -ia (*cf.* PALLAD. *sub 1*): VET. LAT. gen. 3, 21 (Aug. gen. ad litt. 11, 1 p. 334, 10 *al., sim.* VVLG.) fecit dominus deus Adam et mulieri eius ⌞t. -eas⌟ (⌞ ⌟ *ita testes plerique, v. ed. Beuron. ad l. p. 75 sq. 539; liberius e. g. p. 1009, 6 et Tert. adv. Marc. 2, 11 p. 350, 21* in scorteis vestibus). *in huius loci periphrasi*: TERT. cult. fem. 1, 1 l. 21 IREN. 3, 23, 5. AMBR. paenit. 2, 11, 99 tunicam ... -iam, non sericam. *al.* *in explicatione*: TERT. resurr. 7, 2 neque ..., ut quidam volunt, illae -iae t. ... ipsae erunt carnis ... reformatio (*cf. e. g.* FILASTR. 117, 2. AMBR. epist. 6, 33, 4 corpore amictus sum; ipsa est t. -ia *eqs.* HIER. epist. 51, 5, 2 [*Epiphan.*]. *v. etiam l. 44*). 7, 6 *carnem* -iae t., id est cutes superductae vestierunt. *in imagine adhibent*: HIER. epist. 128, 3, 1 *virgo* non quaerat -ias t. nuptiarum (*postea*: matrimonio [-nii *var. l.*] pelle circumdatus). AVG. conf. 7, 18, 24 infirmam divinitatem *Christi* ex participatione t. -iae nostrae. LAVRENT. paen. p. 91[C] (*peccator secum loq.*) euangelicam t. rursus in ⌞-ia⌟ commutavi (*abl. sing. intellegimus coll. vol. III 1989, 56 sqq.*). *al.* *ad vestitum monachorum spectant* (*cf.* AMBR. epist. extra coll. 14, 67): VITAE patr. Iurens. 63 *abbas* -ia semper pilosaque usus est t. VITAE patr. 5, 14, 7 fratres ... vestiti -eas t. (*gr. Cotelier p. 639[A] φοροῦντες δέρματα*). **b** zona -ia (*cf. l. 56*): VET. LAT. Matth. 3, 4 (cod. 3, *sim. al. et* VVLG.; *cf. locum geminum* Marc. 1, 6) Iohannes *Baptista* habebat vestitum suum de pilis camelorum et z. -ia circa lumbos eius (*cod. 1* zonam loream. *cf. Tert. idol. 19, 2* cingitur loro. *Iuvenc. 1, 324* zonae pellis). VVLG. IV reg. 1, 8 *Helias* vir pilosus et z. -ia accinctis renibus (*inde* IND. capp. bibl. IV reg. 1, 9 p. 59 cinctum zona pelicii). *pendent*: GAVDENT. serm. 2, 23 zona ... -ia circa lumbos mortificationem significat vitiorum (*sim.* HIER. in Matth. 3, 4. *al.*). CONSVLT. Zacch. 3, 4 p. 103, 33 lanarum mollitie habitus carens; zona perinde -ia cingebatur. *al.* **c** *cetera exempla* (*saepius de vestitu monachorum sim.*): EVAGR. vita Anton. 47 p. 911 vestimento cilicino intrinsecus, desuper -eo utebatur (*cf. p. 1002, 38*). HIER. vita Hilar. 3, 1 -eum ... ependyten. RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 12, 5 *homo* -iis circumdatur indumentis, crassiori quippe hac et mortali ... carne. Ps. AVG. serm. ed. Mai 43, 1 *Elisaeus* accepit ab eo *Elia* meloten -iam (*v. vol. VIII 627, 35. 58*). SVLP. SEV. dial. 1, 4, 1 senem in veste -ia (2, 10, 3 cum subulcum ... in -ia v. vidisset, 'en', inquit, 'Adam ... in v. -ea sues pascit' [*inde* PAVL. PETRIC. Mart. 4, 525 VEN. FORT. Mart. 3, 374]. GREG. TVR. vit. patr. 1, 5. GLOSS. -ia v.: indumentum de pelle factum). CONSVLT. Zacch. 3, 3 p. 102, 20 *eremitarum* vestitus ... aut -ius aut cilicinus est. ORIG. in I reg. 6 p. 11, 3 (*ad exod. 3, 5*) in calciamentis -iis designantur *indicia mortalitatis* (*antea*: calciamenta de pellibus mortuis). REGVLA mag. 81, 30 in hieme ... ad nocturnos pedulibus utantur -iis. ISID. orig. 19, 24, 1 dictum ... pallium a pellibus, quia prius super indumenta -ia veteres utebantur, quasi pellea. VITA Fulg. Rusp. p. 79 *Fulgentius episcopus* -io cingulo tanquam monachus utebatur.

II *in interpretatione nominum hebr.* (*apud* HIER. *ubique var. l.* -ius): HIER. nom. hebr. p. 6, 8 Er vigiliae sive -eus aut resurrectio *eqs.* (*sim.* p. 18, 10 [*inde* ISID. expos. in gen. 29, 4 -ius, qualibus tunicis induti sunt primi homines]. *cf.* p. 64, 17 Erodes -eus gloriosus [*item* ISID. orig. 7, 10, 6]). p. 16, 22 Behelfegor habens os -eum (*sim.* p. 48, 10. *cf. Philo mut. nom. 107 στόμα δέρματος*). p. 72, 28 Bosor ... aut carneus sive -eus. p. 78, 22 Iambres mare -eum sive mare in capite (*inde* ISID. orig. 7, 6, 45).

adhibetur pro subst.: neutr. l. 8. p. 999, 70, fort. etiam l. 37; fem. l. 55 (*nisi est neutr. plur.*).

pellico, -āre *v. p. 998, 25 sqq.* *Spoth.*

⁂pellicula, -ae *f.* *a* pellis *deminutive.* NOT. Tir. 99, 23. *de genere*: CYPR. GALL. lev. 41 -um (*p. 1001, 64*). GLOSS. III 432, 26 *διφθέραι* (*διδοραι cod.*): pellicola⟨e⟩. IV 436, 23 crustas: cortices, -as. *legitur inde a* LVCIL., VARRONE, CIC. [*var. dial. it. et hisp.; hisp.* pelleja *etiam i. q. meretrix. cf. M.-L. 6376. Wartburg VIII 164. Corominas² IV 537. St.*]

i. q. (parva) pellis (*vis deminutivi sollemnis apparet e. g. p. 1001, 20. 1002, 7, de particula pellis dicitur p. 1001, 32, ceterum saepius ironice rei magnae opponitur vel per contemptum adhibetur, e. g. p. 1001, 1. 7. 11. 16. 67 sqq. 1002, 1*): **I** *de cute animantium*: **A** *animalium*: **1** *de cute*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vivorum: LVCIL. 536 aries ... quantis testibus! ... putares -a extrema exaptum pendere onus ingens (*Marx vix recte ad B1b traxit, cf. I. Mariotti, Studi Lucil., 1960, 123*). TERT. pall. 3, 3 nec sucus est corpori ...: chamaeleon -a vivit. PELAGON. 182 *equi* -am, de qua pulmunculus fuerit abstractus ..., fortius resecato (*inde Veg. mulom. 2, 61, 1* pellem).

2 *de cute detracta*: **a** *exempla varia*: CIC. Mur. 75 *Q. Tubero* stravit -is haedinis lectulos Punicanos ..., quasi vero esset Diogenes ... mortuus *et non Scipio* (*in eadem re*: 76 his h. -is. *inde* VAL. MAX. 7, 5, 1 pellibus h. [*postea demin.*: in illis -is]). PAVL. FEST. p. 57 crepos, id est lupercos ... a crepitu -arum, quem faciunt verberantes (*cf. p. 1006, 61*). IVV. 1, 11 (*facta heroum deridentur*) furtivae ... aurum -ae (*i. vellus aureum*). TAB. Vindol. (Britannia 18, 1987, 141) missi tibi -as caprinas. VET. LAT. lev. 11, 32 (cod. 103) vestimento au⟨t⟩ -⟨a⟩ aut saccu⟨lo⟩ (*gr. δέρματος, cod. 100* coria, *Vulg.* pelles). ARNOB. nat. 5, 39 Ceres ... Nebridarum familiam -a cohonestavit hinnulae. HIER. epist. 130, 19, 1 cincinnatulos pueros ... peregrini muris olentes -a (adv. Iovin. 2, 8 *inter odores*). RVFIN. Orig. in gen. 2, 6 p. 37, 4 in Levitico ... lepra parietis et -ae et staminis inspici iubetur a sacerdotibus (*cf. Vulg. lev. 13, 48, quo loco agitur de lepra in pelle; cf. l. 57*). CE 209 *faber* caliculis (*i.* calig-) lana -is vitam toleravit suam. **b** *adhibetur in arte medica vel magica*: CELS. 8, 5, 1 linamenta ... molli -a cincta circumsutaque intus, *sc. in nares,* adigenda sunt ... aut grandis pinna ... molli -a circumdata. PLIN. nat. 28, 265 -a ex eo (*sc. vulpe*) collo induta galli *gallinas ineant.* 29, 113 limacis ... ossiculum ... in -a canina adalligatum *doloribus capitis medetur* (*item adhibetur ad remedia sim. alliganda*: 30, 99 in -a caprina. 32, 52 in -a agnina. 32, 139 in -a gruis. *al.* MARCELL. med. 8, 107 in lupina -a. 26, 13 in -a alutacia. PLAC. med. 15, 1 rec. *β* -a cervina. 17, 18 rec. *β* -a mulae. *al.*). PELAGON. 246 lana vel -a cervicem *cauteriatam* circumdato. 406 *equi apiosi* caput ... -a ... cooperies (*cf.* CHIRON 986 -am nigram involves). MARCELL. med. 6, 24 erinacei ... -a combusta. 19, 31 -ae caprinae ramenta. 34, 3 lanam sucidam ... genibus *impones* et, ne sucus emanet, -am lanatam superpones. ANON. de taxone l. 61 rec. *a* ex ea (*sc. taxonis*) pelle -am in calceis habeto, pedibus non laborabis (l. 57 rec. *β* -as). **c** *adhibetur ad hominem vestiendum vel calceandum*: AVR. Fronto p. 60, 12 -am de hostia, quam in apicem suum flamen ... inponit. VET. LAT. gen. 27, 16 (cod. 100, *sim.* VVLG.) -as (h)aedorum circumdedit super brachia (*gr. τὰ δέρματα τῶν ἐρίφων. inde* AVG. civ. 16, 37 p. 183, 29 haedinis sibi -is coaptatis). HIER. in Am. 3, 12 l. 326 apostoli absque calciamentis et ulla mortui animalis -a nudis pedibus iubentur incedere (*cf. Matth. 10, 10*). reg. Pachom. praef. 4 p. 6, 11 caprina -a, quam meloten vocant (*item est vestis monachorum*: 2 p. 13, 13. 81 p. 37, 9 [*gr. p. 178, 14 δέρμα*]. 91 p. 39, 12. 148 p. 55, 9. VITAE patr. 5, 7, 39 quotidie tollebat -am suam [*gr. Nau 1908 p. 279 n. 207 μηλωτάριον*]. *cf.* ISID. *infra et vol. VIII 627, 45 sqq.*). VITAE patr. Iurens. 63 tunica ... de diversis quadrupedum coaptata vel adsuta -is. ISID. orig. 19, 24, 19 *melotes* fiebat ... de -is melonum. **d** *est membrana, pergamenum*: PHILIPP. in Iob rec. long. 37 p. 743^{C} librorum -ae. AVG. epist. 15, 1 (*de epistula*) tu ... huic -ae ... ignosces (*syn.* membranas; *disting.* tabellae, chartae). trin. 3, 4, 10 signa litterarum conscripta -is (*antea*: membranas).

B *hominum*: **1** *proprie*: **a** *generatim*: PAVL. FEST. p. 328 in quo (*homine?*) tantum exilis -a cernitur. CELS. 5, 27, 13 *remedia, quae* summam -am exasperent (5, 28, 6^{B} si s. detracta -a est. 5, 28, 15^{D}. 6, 4, 1 emortua. 6, 4, 3 excisa). VET. LAT. lev. 13, 2 (Hesych. *ad l.* p. 929^{A}) homini cui facta fuerit in -a corporis eius cicatrix (*gr. ἐν δέρματι, cod. 100* corio, *Vulg.* in cuius carne et cute. *sim. al. ibid., sed postea etiam* pellis). ARNOB. nat. 2, 77 *martyrio* non vitam eripitis nobis, sed -is relevatis et cutibus nos. LACT. opif. 8, 8 noluit deus ... mollibus -is informare *aures.* Ps. HIER. epist. 34 (Corp. Christ. 69, 279) 4 quae *lepra* in ... vulneris loco crebra ac varia -a deputa[n]tur (*respicitur lev. 13, 18 sqq.; an ad l. 17?*). VICT. VIT. 2, 9 omnem -am capitis auferebant *tortores* (*postea syn.* pelle). **b** *speciatim de praeputio*: PORPH. Hor. sat. 1, 9, 69 curtos Iudaeos dixit, quia virile membrum velut decurtatum habeant recisa inde -a (*de eisdem*: SCHOL. Hor. gloss. *Γ* sat. 1, 9, 70 -a imminuti sunt. SCHOL. Iuv. 14, 104 sine -a sunt). HIER. adv. Iovin. 1, 21 p. 239^{B} si ... excisa -a iterum nasceretur (*antea:* praeputium). CYPR. GALL. lev. 41 -um demet veretri (*cf. lev. 12, 3*). MARCELL. med. 32, 48 veretro denudato, id est reducta -a (33, 31).

2 *tropice*: HOR. sat. 2, 5, 38 ire domum atque -am curare iube (*cf. Otto, Sprichw. n. 494*). PERS. 5, 116 sin tu ... -am veterem retines et fronte polito astutam ... servas in pectore volpem (*aliqua fabula videtur subesse*). MART. 3, 16, 6 (*ad sutorem prodigiosum*) te ... memento nunc in -a, cerdo, tenere tua (*cf.* PORPH. Hor. sat. 1, 6, 22 *p. 1004, 13*). AVG. epist. 93, 21 quid non audeat typhus morticinae -ae? (*cf. p. 1004, 32*).

II *transfertur*: **A** *ad scorta* (*fortasse eo quod similiter ac pelles adhiberi dicuntur, v.* PAVL. FEST. *infra; ceterum cf. p. 1000, 70 sq.*): VARRO ling. 7, 84 (*antecedentia v. p. 1007, 37*) in Atellanis licet animadvertere rusticos dicere se adduxisse pro scorto -am (*cf.* PAVL. FEST. p. 331 scorta appellantur meretrices, quia ut -ae subiguntur).

B *ad res, quae praebent speciem -ae similem*: **1** *de frugum putamine*: CELS. 5, 19, 12 *bacae aut nuci in emplastro imponendae* summam -am esse demendam. **2** *de variis membranis sim. in corpore animantium sitis*: PALLAD. 1, 27, 2 *pituita gallinarum* alba -a linguam vestit extremam. PELAGON. 290 de ventre pulli -am suspensam fumo siccabis et tritam cum vino dabis (*inde* VEG. mulom. 2, 116, 3. 2, 137. PLAC. med. 28, 5 rec. *β* in pulli ventriculo intrinsecus -a quae est, ex vino trita auricularum subcensionem emendat [fellicula *cod. unus*]. PLIN. phys. Bamb. 85, 6 -as de ventribus pullorum sicca(s)). PLIN. phys. Bamb. 19, 1 *remedium quoddam* -as membrane de ... oculo *leucomate affecto* tollit.

deriv.: pelliculo; *cf. fortasse* depelliculor.

pelliculātio, -ōnis *f.* [*sunt qui iungant cum* pelliculare, pellicula *suspicientes Catonem in usum p. 1001, 73 descriptum et in mores scortorum pellicientes iocari (v. Bögel, De nomine verbali lat. quaest. gramm., 1902, 150; Hanssen, Latin dimin., 1952, 131); sed ratione temporum notionumque perpensa videtur postulandum alterum verbum* *pellic-ulā- *sc. a* pellicere *derivandum (cf.* dē-pelliculārī *et v. Samuelsson, Glotta 6, 1915, 246; Pisani, Storia della lingua lat. I, 1962, 212). Fo.*] *i. q. actio pelliciendi*: FEST. p. 242 (*suppl. e* PAVLO) pelliculatio⟨nem Cato a pellicien⟩do, quod est inducen⟨do, dixit⟩ (*v.* CATO orat. 217).

pelliculo, -āvī, -ātum, -āre. *a* pellicula. GLOSS.^{L} II Philox. PE 50 *δερματῶσαι. i. q. pellicula tegere, membrana concludere*: COLVM. 12, 39, 2 deinde ... in alia vasa deliquare, *sc. passum,* et confestim opercula gypsare et -are (*sim. obi. subaudiendo* 12, 48, 3). 12, 48, 1 contectum vas -etur (12, 48, 5 vas operculatum. *cf.* 12, 58, 2 *fideliam* operculo contectam pellic⟨u⟩lato).

pelliculum *v.* pellicula.

pellicuus, -a, -um. *a* pellicere. GLOSS. Vatic. Reg. 203, 19 pelliceo id est blande decipio; inde -us -a id est deceptivus.

[pelliger, -a, -um *perperam affertur ex* VEN. FORT. carm. 9, 5, 5, *ubi lectio tradita* belligeri *acrosticho defenditur.*]

pellinus, -a, -um. *a* pellis. [*falsa var. l.* Ps. CYPR. cena 144 *pro* Pelinum.] *i. q. pellicius*: IVL. VAL. 3, 17 *in regione serpentibus plena* peronibus ... crura omnia pedesque muniri et femoralibus uti -is oportebat (*gr. p. 108, 8 δερματίνοις*). VITA Anton. 47 p. 57, 25 vestimentum ... sacceum autem intrinsecus, extrinsecus autem -um (*gr. δερμάτινον, Euagr. vita Anton.* pelliceo).

pellio, -ōnis *m.* *a* pellis. *abbreviatur* pell *l. 50. 52.* GLOSS. *δερματουργός, ἠνιοράφος. δερματοπώλης. δερματοράφος. βελονοράφος.* coriarius. GLOSS.^{L} II Philox. PE 51 *βυρσεύς, οβαποτροφος* (*obscurum*). GLOSS. II 307, 65 *παλαιοράφος:* -o veter[in]arius. *addas fort.* V 441, 32 [arte]pel-l⟨i⟩ones: gunnarii. [*olim coniecerat Haloander* TARR. PAT. dig. 50, 6, 7, *v. sub* pollio.]

1 *i. qui pelles tractat vel vendit* (*ad rem v. Schneider, RE XIX 1, 367 sqq.*): PLAVT. Men. 404 *navis quaedam est* quasi supellex -is, palus palo proxumust (*luditur fortasse cum nom. propr.* Pellio, *v. Sedgwick, Mnemosyne 4, 1951, 160 sq.*). INSCR. Année Épigr. 1975 n. 213 (*Neapoli; saec. I med.*) L. Plaetorio pell(ioni) (*cf. ibid.* 1972 n. 125 [*Canusii*] ⟨Pri⟩scus -o [*vix nom. propr., v. Solin, Arctos 20, 1986, 161*]. CIL XII 4500 Sex. Vibio ... Pamphilo viro pellio⟨ni⟩). CIL XIV 10 genio corporis pell(ionum) Ost(iensium) (4549, 2 [*saec. II ex.*] O. et Porte(nsium)). COD. Theod. 13, 4, 2 (*sim.* Iust. 10, 66, 1) fullones figuli plumbarii -es (*sc. enumerantur inter artifices muneribus vacantes*). VET. LAT. act. 10, 6 (cod. 5) *Petrus* hic est (h)ospitans aput Simonem -em (*sim.* 10, 32 [*ibid.; utrobique gr. resp. βυρσεύς, Vulg.* coriarius]). FIRM. math. 3, 11, 18 in Solis ... aut Lunae domo *constituti facient* aerarios ferramentarios statuarios -es coriorum infectores, ab igne aut ex ferro vitae subsidia quaerentes. HIST. AVG. Alex. 24, 5 -um, clausstrariorum, argentariorum, aurificum et ceterarum artium vectigal pulcherrimum instituit. **2** *i. q. seductor* (*per coniunctionem quandam cum verbo* pellicere, *cf.* pelliculatio? *an subest Matth. 7, 15 ?*): GLOSS. V 509, 53 -es seductores.

cf. Onom.

[pelliōn(i)ārius, -ī *m. non legitur nisi in inscr. falsa* CIL VI 482*.]

pellīris, -e. *a* pellis, *sc. pro* *pellīlis, *v. Leumann, Gramm. 1977, 350 sq.* *i. q. e pelle confectus, pellicius*: PAVL. FEST. p. 204 -em galerum, quia fiebat ex pelle. *Wirth.*

***pellis,** -is *f.* [*subesse potest* *pel-ni-, *cui proxime accedit germ.* *fella- *n.* < *pel-no-, *quae stirps fort. postea mutata est sec. alias voces partes corporis indicantes, quae in* -ni- *cadunt (cf.* clūnis, crīnis, pēnis *et v. Specht, Der Ursprung der idg. Dekl., 1944, 82). alias voces cognatas v. Walde-Hofmann II 276; Frisk, Griech. etym. Wb. II 499. Fo.*] *de origine*: ISID. orig. 11, 1, 78 -is, quod externas iniurias corporis tegendo pellat pluviasque et ventos solisque ardores perferat. *scribitur*: paellem VERG. ge-

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

org. 4, 302 (*M*); pelem INSCR. christ. Diehl 2399 (*saec. fere VI*); pille ORIBAS. eup. 4, 107 add. Aa p. 615. NOT. Tir. 99, 22. *genus fem. testantur* PHOC. gramm. V 418, 16 PRISC. gramm. II 161, 7. *de formis: abl. sing.* -i (*testatur* CHAR. gramm. p. 51, 30) *praebent* LVCR. 6, 1270 (*Lachmann,* -is *trad.*). APVL. apol. 22, 10. CIL II 2660e, 1 (*cf.* CIRIS 506, *ubi* -ia *vel* -em *codd.,* -i *Scaliger,* -e *edd.*); -e CIC. nat. deor. 1, 82 VERG. Aen. 2, 722. *et saepe. nom. plur.* -eis LEX vic. Furf. (CIL I^2 756) 16; *acc. plur.* -is AFRAN. com. 413. LVCR. 5, 1011 (-iis, -is *vel* -vis *codd.*). VARRO frg. Non. p. 21, 7. CAES. Gall. 4, 1, 10 (-es *edd. plerique*). *de notione*: PAVL. FEST. p. 332 *σκύτος* ... Graece -is dicitur. CHAR. gramm. p. 417, 12 corium. tergus. tergum. -is. tegumen. p. 460, 17. SERV. auct. Aen. 1, 211 quidam mox detracta coria -es dici, subacta autem et iam medicata coria appellanda tradunt (*sim.* ISID. orig. 11, 1, 79). Ps. SORAN. quaest. med. 55 quid est derma? -is aut cutis corporis. est enim nervosum corpus, cooperiens totum corpus decoris causa. ISID. orig. 11, 1, 78 cutis est, quae in corpore prima est ...; idem et -is, *eqs.* GLOSS. *δέρμα. δορά. δέρρις. κώδιον. μηλωτή. βύρσα.* -es: *δέρματα. διφθέραι.* de -bus: *περὶ σκυτίνων.* -is lanata: *μηλωτή, ἀρναχίς. ἀρναχὶς τὸ προβάτιον δέρμα. βαίτη. νάκη.* GLOSS.^{L} Corp. P 371 -is: fel (*anglosax.*). *al. legitur inde a* PLAVTO, ENN., CATONE *per totam latinitatem.* [*sive '-is lanata' sive 'cutis': val.* piele; *dalm.* pial; *it.* pelle; *sard.* pedde; *raet. or.* piel, *occ.* pel; *francog.* peau; *prov. vet.* pel *et var. prov.; cat.* pell; *hisp.* piel; *port.* pele. *cf. M.-L. 6377. Battisti-Alessio IV 2826. Wagner II 238. Wartburg VIII 164 sqq. Corominas^2 IV 537 sq. Machado^3 IV 333. St.*] [*confunditur in codd. cum* pes PAVL. FEST. p. 135 PLIN. med. 2, 27, 5 HIER. epist. 14, 2, 1. *al.* (*falsa var. l.* CIRIS 507, *falso trad.* CHIRON 694), pallium VVLG. num. 4, 6. 8, pelvis LVCR. 5, 1011 CHAR. gramm. p. 51, 30 (*falso trad.* PLIN. nat. 28, 146), pĭlus LACT. opif. 2, 2. *dub. trad.* PLIN. nat. 28, 98 (felle *temptat Mayhoff*); *var. l. fort. recta* CLAVD. 8, 486; *restit.* -e *pro* melle VEG. mulom. 2, 57, 2.]

I *usu sollemni de summo tegumento, superficie corporis animantium* (*tropice adhibetur saepius sub A2a, in imagine p. 1004, 32; de usu metonymico vel synecdochico v. p. 1004, 2. 54 sq.; gr. resp. δέρμα, nisi aliud indicavimus*). *quae animantia sunt plerumque quadrupedes (a glire usque ad elephantum) vel serpentes; ceterum occurrunt aves (p. 1005, 21.* PLIN. nat. 30, 141 *de grue. cf. l. 70), pisces l. 69, vituli marini p. 1006, 49 sq.; v. etiam p. 1007, 65 sqq.; de cute hominum sub A2, ceterum p. 1004, 70. 1007, 57. laxius de texto pilis confecto p. 1006, 22. variat cum* cutis *l. 52. p. 1004, 17 sq. 1007, 57* (*distinguitur p. 1004, 39*), tergus *p. 1007, 41,* vellus *p. 1007, 40, iuxta* corium *p. 1007, 34. 37* (*distinguitur p. 1007, 62*).

A *intellegitur pars corporis, sc. cutis inhaerens corpori vel modo detracta* (*in metamorphosi l. 48. 62. p. 1004, 18 sq.*): **1** *animalium*: **a** *cum respectu totius corporis* (*exempla selecta post* OV.): PLAVT. Aul. 564 (*de agno*) ossa ac -is totust, ita cura macet (*cf. p. 1004, 3*). CAES. Gall. 6, 27, 1 *alcium* est consimilis capris figura et varietas -ium. VARRO rust. 2, 1, 6 *veteres poetae* pecudes propter caritatem aureas habuisse -es tradiderunt. VERG. ecl. 2, 41 *capreolorum* sparsis etiam nunc -bus albo. georg. 3, 502 aret -is *equi peste morituri* et ad tactum tractanti dura resistit. 4, 302 *vituli.* HOR. epod. 17, 15 saetosa duris exuere -bus ... remiges Vlixei volente Circa membra. OV. ars 3, 77 anguibus exuitur tenui cum -e vetustas (*in eadem re*: met. 7, 237 -em posuere senectae. 9, 266 HIER. epist. 64, 12, 1. DRAC. laud. dei 1, 637 renascenti). met. 3, 64 *draco* squamis defensus et atrae duritia -is validos cute reppulit ictus. PHAEDR. 1, 24, 4 *rana bovem aemulans* rugosam inflavit -em. PLIN. nat. 8, 76 inulei -e. MART. 5, 60, 10 -em rodere qui velint caninam (*i. maledicenti maledicere studeant*). HYG. astr. 2, 20, 1 *Phrixi arietem* habuisse auream -em (*de eadem ibid. iterum; cf. B2b*). EPIST. Alex. p. 200, 15 cancri ... crocodillorum -bus contecti. EDICT. praef. urb. (CIL VI 1770) 12 *quibusdam pecoris partibus* lanio cedentibus reliqua caro cum -e et interaneis proficiat venditori. PALLAD. 4, 13, 2 *equi* -e propemodum solis ossibus adhaerente. VEG. mulom. 1, 9, 1 *elephanti* -is dura et aspera. VVLG. Iob 40, 26 numquid implebis sagenas -e eius *Leviathan*? *al.* **b** *cum respectu membrorum, partium corporis*: CIRIS 506 *Scyllae* crura nova macies obduxit squalida -e (*in metamorphosi ut* HOR. carm. 2, 20, 10 iam iam residunt cruribus asperae -es et album mutor in alitem). PAVL. FEST. p. 331 scortes, id est -es testium arietinorum (*cf.* PALLAD. 6, 7, 4 *castrandi iuvenci* testiculi stricta -e clauduntur atque ... deciduntur [*postea*: -bus ... strictis]). COLVM. 2, 3, 1 *boum* comprimat dorsum et -em revellat *eqs.* (*cf.* 6, 13, 2 cum -is *bovis* ... tergori adhaeret *eqs.*). 7, 7, 3 *capris hydropicis* sub armo -is leviter incisa perniciosum transmittat umorem. MART. 3, 77, 7 *quidam parum lautus edit* -e melandrya cana. SER. med. 664 avis, tremulis simulat quae -bus alas, *sc. vespertilio.* PELAGON. 267 in facie *opisthotoni* ... -is ipsa tensa et rigida (*inde* VEG. mulom. 2, 111, 1). *al.*

2 *hominum* (*Panis p. 1004, 40. usus rarus [in re medica non ante* SER. med. *invenimus], fort. ex usu sub 1 descripto translatus, cf. e. g. p. 1004, 3 et Adams, Indogerm. Forsch. 87, 1982, 94 sq.; dicitur imprimis de cute, quae a qualitate vel sede naturali aliquo modo alienata est*): **a** *cum respectu totius corporis* (*saepius tropice; interdum vergit in notionem corporis, cf. p. 1003, 60*): PLAVT. Capt. 135 ossa atque -is sum miser a macritudine (*sim. al. in descriptione maciei, v. p. 1003, 43 et vol. IX 2, 1095, 41 sqq.; cf. etiam* PRIAP. 32, 6 *puellae aridae* viscera ... per -em poterit videre haruspex. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 373 tenuem [*sc. ieiunantis ut* 4, 310 exesam. APON. 7, 42 extenuata]. GREG. M. in cant. 36 mortificata caro per paenitentiam quasi -is *est*). VARRO Men. 432 amiculam de lacte et cera ..., sine osse et nervis, sine -e, sine pilis *eqs.* LVCR. 6, 1194 *peste morituri* frigida -is duraque *est* (*item de cute morbo affecta e. g.* PERS. 3, 95 tu palles ..., surgit tacite tibi lutea -is. VET. LAT. thren. 3, 4 [cod. 177, *sim.* VVLG.] inveteravit carnem ⟨m⟩eam et -em meam *eqs.* SER. med. 497). HOR. sat. 1, 6, 22 in propria non -e quiessem *liberto natus senator factus* (PORPH.: ex proverbio sumptum est; eos namque, qui ... maiora ... adpetunt, solemus dicere non continere ⟨se⟩ intra pelliculam suam). OV. met. 6, 390 sine ulla -e micant venae *Marsyae cute spoliati* (*cf.* Ib. 551 dereptā [di- *var. l.*] pateant tua viscera -e. RVFIN. hist. 8, 6, 3. VICT. VIT. 3, 25 *ut in martyre* cutibus separatis -es corporis lateribus dorsoque videres ... pendere). 10, 494 *Myrrhae* duratur cortice -is. PERS. 4, 14 *Alcibiades* summa nequiquam -e, *i. specie,* decorus (*sed v. p. 1005, 72 sqq.*). VET. LAT. Iob 19, 26 (Ambr. Iob 1, 5, 15) novi ..., qui soluturus est me in terra resuscitare meam -em (*Ambr. in psalm. 118 serm. 10, 18, 1* corium, *Hier. interpr. Iob* cutis, VVLG. rursum circumdabor -e mea. *inde* INSCR. christ. Diehl 2399 [*fere saec. VI*]). Ier. 13, 23 (Ambr. hex. 6, 3, 15. *al., sim.* VVLG.) si mutabit Aethiops -em suam *eqs.* (*inde allegorice* APON. 1, 9 post mutatam Aethiopicam tenebrosa consuetudine criminum -em *eqs.*). Mich. 3, 3 (cod. 175, *sim.* VVLG.) principes Iacob ... comederunt carnes plebis meae et -es eorum ab eis detraxerunt. QVEROL. p. 45, 26 -bus ossibusque vestris, *sc. servorum,* eveniat quidquid optasti mihi! VVLG. Iob 10, 11 -e et carnibus vestisti me (*cf.* AVG. in euang. Ioh. 25, 15 *de* mortali, accincto pannis carnis ... et tamen obliviscenti qua -e vestitus sit). AVG. de mend. 18, 37 huius mortalitatis adhuc -bus involuti. *al. in imagine de homine utri comparando* (*subest usus p. 1007, 24 descriptus; cf.* follis *vol. VI 1, 1018, 4 sqq. et* uter *Hor. sat. 2, 5, 98*): AVG. in euang. Ioh. 41, 2 'semen Abrahae sumus ...' (*Ioh. 8, 33*); o -is inflata! c. Pelag. 4, 6, 15 p. 536, 20 (*de Pelagio*) quid remansit -i morticinae, unde possit inflari (serm. 304, 3 o -is m., quid tenderis?). **b** *cum respectu membrorum, partium corporis*: TIB. 1, 8, 46 *vetulae* cura est ... faciem dempta -e referre novam (*item faciei*: IVV. 10, 192 *senum* deformem pro cute -em pendentisque genas). PRIAP. 83, 29 *anui* vaga ... -e tectus ... araneosus obsidet forem *vaginae* situs. STAT. silv. 2, 3, 37 *Pan* hirtae sibi conscius ... -is. PORPH. Hor. sat. 1, 5, 100 quod -em in parte genitali Iudaei non habeant (*explicatur nomen* Apella [*sim. in* SCHOL.]. *cf. p. 1001, 60 et* PELAG. in Phil. 3, 3 unius membri -em *amputant Iudaei*). POTAM. tract. 1 l. 19 *Lazaro* inter ... costas -is tetra distenditur. AMM. 31, 2, 22 capitibus detractas -es (*cf.* PASS. Macc. 10, 7 -is capitis. PRVD. perist. 5, 535 raptam ... -em verticis. VICT. VIT. 2, 9 *v. p. 1001, 59*). HIER. epist. 14, 3, 3 laxis uberum -bus (*cf.* hom. Orig. in cant. 2, 3 p. 46, 11 meretricum mammae laxis -bus irrugantur. Ps. AMBR. act. Seb. 2, 6. *in imag.*: SEV. Aug. epist. 109, 1 *ut ubera tua* remotis -bus ... ipsa mihi viscera ... dignentur effundere). ISID. orig. 11, 1, 104 -is, in qua testiculi sunt. *al.*

B *intellegitur res a corpore separata, sc. cutis detracta* (*dicitur tam de -e lanata [e. g. l. 64; ipsam iuncturam v. p. 1008, 1 sq.] quam de corio subacto, e. g. p. 1006, 73*): **1** *exempla usum -is illustrantia* (*vox* -is *sive materiam, qua quid conficitur, significat [e. g. p. 1005, 38. 1006, 37. 1007, 24] sive pro re -e confecta ponitur [e. g. p. 1005, 58. 66. 1006, 61]. de usu agit* AVG. quaest. hept. 3, 50; *rem fusius tractant Hartmann, RE Suppl. IV 1178 sqq. et Schneider, RE XIX 369 sqq.*): **a** *-is est stragulum vel opertorium* (*v. etiam p. 1006, 40. 43. 54. 1007, 1*): **α** *sub- vel superstratum homini sedenti, iacenti* (*cernuanti* VARRO): PLAVT. frg. inc. 28 -bus periculum portenditur *ab anu ebria.* LVCIL. 1248 permixi lectum, inposui ... -bus labes. AFRAN. com. 413. VARRO frg. Non. p. 21, 7 *ludis Consualibus* -is bubulas oleo perfusas percurrebant ibique cernuabant (*seq.* coriis). NEP. Ages. 8, 2 stratum habuit ... tale, ut terra tecta esset stramentis neque huc amplius quam -is esset iniecta. VERG. Aen. 8, 177 *Euandrus* toro et villosi -e leonis accipit Aenean solioque invitat acerno (*item in lectulis convivalibus, sedibus sim.*: OV. met. 12, 319. PAVL. FEST. p. 114 in -e lanata nova nupta consedere solet [*in eadem re* SERV. auct. Aen. 4, 374]. VAL. MAX. 4, 3, 11 -bus haedinis pro stragulis *uti [sim., sc. de Tuberone*: 7, 5, 1 SEN. epist. 95, 72. *cf. p. 1001, 7]. al.; de cute hominis*: VAL. MAX. 6, 3 ext. 3 Cambyses ... iudicis e corpore -em detractam sellae intendi ... iussit). 8, 368 foliis et -e Libystidis ursae *effultus dormiebat Aeneas.* PROP. 3, 13, 35 *olim* inulei -is ... operibat amantes (*cf.* PRVD. c. Symm. 1, 118 sub -e fovere concubitus). PLIN. nat. 8, 226 talpae, quarum e -bus cubicularia vidimus stragula. SIL. 7, 288 IVV. 6, 7. PORPH. Hor. sat. 1, 6, 22 veteres in -bus *dormiebant.* CLAVD. DON. Aen. 7, 90 p. 18, 10 *Latinus* plebeio more iacuit in -bus, gravi quoque earum

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

odore contentus. DRAC. Orest. 140 pastor Egiste, plumea cui praestant post -es stramina lectum. *al.* β *superstratum equo*: VERG. Aen. 8, 553 *equus*, quem fulva leonis -is obit totum. 11, 770 *equus cataphractus*, quem -is aenis in plumam squamis auro conserta tegebat (SERV. pro linteo '-em' posuit). PRVD. psych. 179 (*seq.* villis). GREG. M. dial. 1, 4, 10 vervecum -bus pro sella utebatur. *al.*

b *-is induitur corpori animantium, ut sit vestis eiusve pars vel vestis loco adhibeatur* (*vocem q. e.* vestis *etiam* -es *comprehendere dicunt* VLP. dig. 34, 2, 23, 3. 34, 2, 25, 8 PAVL. sent. 3, 6, 79, *cf. etiam l. 39 sq. 41 sq.*): α *generatim*: Ⓘ *vox* -is *significat ipsam vestem* (*sive rudem sive arte praeparatam*): CATO orig. 113 mulieres opertae auro purpuraque; ... galbeos, lineas, -es, redimicula. CIC. de orat. 2, 70 (*est vestitus Herculis ut*: 2, 71. ELEG. in Maecen. 1, 79 clava ... cum -e. PAVL. FEST. p. 207. SEN. Herc. O. 1933 laevos operit ... lacertos. *al.; sim. vestiuntur alii*: VITR. 2 praef. 1 CVRT. 9, 4, 3 VAL. FL. 8, 123. *al.*). nat. deor. 1, 82 *Iunonem Sospitam non* vides nisi cum -e caprina (*cf.* PAVL. FEST. p. 85). LVCR. 5, 954 *prisci homines nondum* scibant ... uti -bus et spoliis corpus vestire ferarum (*-es sunt priscorum vestimenta*: 5, 1011. 1423. 1426 ARNOB. nat. 2, 66). CAES. Gall. 4, 1, 10 *ut* neque vestitus praeter -es habeant quicquam *Suebi* (*sim. est vestitus aliarum nationum e. g.*: 5, 14, 2. 6, 21, 5 VARRO rust. 2, 11, 11 OV. trist. 5, 10, 32. CVRT. 9, 10, 9 ferarum -bus tecti [MELA 3, 63 avium f.que. PLIN. nat. 7, 23. *al.*]. MELA 1, 41. VAL. FL. 6, 136 cinctum ... vagis post terga ... -bus. TAC. Germ. 46, 3. *et saepius*). *al.* VARRO rust. 2, 1, 4 *oves* ad corpus *hominum* vestitum et -es adtulerunt. 2, 11, 11. VERG. Aen. 2, 722 (*narrat Aeneas*) umeros subiectaque colla veste super fulvique insternor -e leonis succedoque oneri, *sc. Anchisae* (*per hendiadyoin explicandum, nisi spectat ad aβ, cf. Serv. auct. ad l.*). 7, 396 incinctae -bus *bacchantes* (*ad easdem spectant*: OV. met. 4, 6 pectora -e tegi. TAC. ann. 11, 31, 2 feminae -bus accinctae adsultabant ut ... Bacchae). 11, 679 cui -is latos umeros erepta iuvenco pugnatori operit (*Serv.*: id est lorica ... de corio. *cf. l. 42 sq. 44*). *al.* OV. trist. 3, 10, 19 -bus ... arcent mala frigora (*item* 5, 7, 49. *ceterum cf. e. g.* SEN. epist. 90, 16. COLVM. 1, 8, 9 *ventus, frigus pluviaque* prohibentur -bus manicatis [*sim.* 11, 1, 21]. IVV. 14, 187 summovet euros -bus inversis). PAVL. FEST. p. 207 lugentes ... diebus luctus in -bus sunt. *al., inter quae nota vestitum protoplastorum e. g.* AVG. serm. 362, 28 RVST. HELP. hist. testam. 7, *monachorum vel eremitarum e. g.* PALLAD. hist. mon. I 19 p. 296[B] (*pro gr. μηλωτή ut* VITAE patr. 5, 7, 14). GREG. M. dial. 2, 1, 8. Ⓘⓘ *vox* -is *significat materiam, unde vestis conficitur* (*certiora*): LVCR. 5, 1418 -is ... vestis contempta ferinae (*item gen. materiae* [*cf. e. g. l. 67. p. 1007, 28*]: QVINT. inst. 9, 4, 4 vestibus -ium tegmina ... mutari. COD. Theod. 14, 10, 4 indumenta -ium). SALL. hist. frg. 3, 105 vestes de -bus (ANON. de mach. bell. 15, 3. PRVD. ham. 423 squamosum thoraca ... de -e colubri. *al.*). FEST. p. 210 capitia ex -bus agninis facta (EPIST. Alex. p. 218, 24 AMM. 31, 2, 5). SIL. 4, 558 horret thorax Samnitis -bus ursae. TAC. Germ. 17, 1. PRVD. c. Symm. 2, 290 -bus insutis hirtos sumamus amictus. 2, 300 -e ... conpositam clamydem.

β *peculiaria quaedam*: Ⓘ *-is est tegimentum ovium*: VARRO rust. 2, 2, 18 *oves pellitae* propter lanae bonitatem ... -bus integuntur, ne lana inquinetur. 2, 11, 7. COLVM. 2, 21, 4 -bus oves vestiri. *al.* Ⓘⓘ *-is est vestimentum minus (v. et p. 1006, 6), quo teguntur: caput* (*huc fort. l. 43*): VERG. Aen. 7, 688 *Latini* lupi de -e galeros tegmen habent capiti (CLAVD. DON. *ad l.* p. 100, 26 rapta -is ex lupinis capitibus). OV. met. 12, 381 *Centaurus* tempora tecta gerebat -e lupi. PAVL. FEST. p. 204 (*v. sub* pelliris). MART. 12, 45, 1 (*ad calvum*) haedina tibi -e contegenti ... verticem. 14, 50, 2 (*de galericulo luctatoris*) condere -e comas. SVET. frg. p. 268, 4 galerum pileum ex -e hostiae caesae. VEG. mil. 1, 20 p. 24, 1 (*de pilleis*). 2, 16 galeas ad terrorem hostium ursinis -bus tectas. *pedes vel crura*: HOR. sat. 1, 6, 28 (*ironice de corrigiis novi senatoris*) nigris medium impediit crus -bus (SCHOL.: calciamentis, zangis, ocreis). OV. ars 1, 516 *ne* vagus in laxa pes tibi -e natet (HIER. epist. 22, 28, 3 ORIENT. comm. 1, 427). PLIN. nat. 32, 110 fibrinis ... -bus calceari (*sc. podagrae curandae causa ut*: PLAC. med. 2, 15 de vulpina -e interior pars calciamentorum fiat. *al., v. etiam p. 1001, 32. 1006, 46*). MART. 1, 49, 31 lunata ... -is, *sc. nobilium.* IVV. 3, 150 rupta calceus ... -e patet. PALLAD. 1, 42, 4 ocreas manicasque de -bus (*cf.* CORIPP. Ioh. 4, 499 *ocreas* vinxerat auro Parthica -is). *al.* *alia* (*de manica v. etiam l. 64. p. 1006, 56*): MART. 14, 66, 2 (*de mamillari*) -is mammas non capit ista tuas. IVVENC. 1, 324 zonae -is medium cinxere *Iohannem* (*cf. p. 1000, 32*). PS. AVR. VICT. orig. 13, 1 *Latini* -bus, quae eis integumento erant, sinistris manibus involutis *in proelium processerunt* (*cf. de gladiatore* DRAC. laud. dei 3, 196 dura sub -e lacerto). ⓘⓘⓘ *-is induitur dissimulandi, decipiendi causa*: HOR. sat. 2, 1, 64 *satiris* est Lucilius ausus ... primus detrahere ... -em, nitidus qua quisque per ora cederet, introrsum turpis (*spectat ad fabulam simiae vel asini -e leonina contecti ut* epist. 1, 16, 45 introrsum turpem, speciosum -e decora. *aliter p. 1004, 19*). SVET. Nero 29 *ut* ferae -e contectus emitteretur e cavea *eqs.* (*in eadem re*: AVR. VICT. Caes. 5, 7 PS. AVR. VICT. epit. 5, 5). APVL. met. 4, 14, 8 *ut latro* -e illa contectus ursae subiret effigiem (*4, 14, 6* corium; tergus). TERT. praescr. 4 l. 6 esse venturos sub -bus ovium rapaces lupos (*sec. Vet. Lat. Matth. 7, 15* [*cod. 4. al.*] vestitu ovium. *eodem spectant*: IREN. 1 praef. 2 ovilis -is superindumentum. *al.; v. vol. IX 2, 1191, 67 sqq.*). HIL. myst. 1, 21 *ut Iacob* manus ... atque cervicem *fratris* illigatis sibi hedorum -bus mentiatur (*sec. Vet. Lat. gen. 27, 16 [v. p. 1001, 35], unde et alia pendent, cf. e. g. ed. Beuron. ad l. p. 286 sq. 562*).

c *-is est pars tabernaculi, tentorii* (*fere plur., sing. in comparatione l. 16. cf. etiam sub d l. 49*): α *exempla varia*: LVCIL. 397 -es ... in ordine tentae *sunt.* PAVL. FEST. p. 12 quamvis -bus contegantur *tecta castrensia.* p. 38 tabernacula sunt dicta, licet ex tentoriis -bus fiant (HIST. AVG. Claud. 14, 3). VAL. MAX. 2, 7, 15 tentorium ex -bus. CVRT. 7, 8, 2 -bus tabernaculi adlevatis. VET. LAT. exod. 26, 14 (Aug. quaest. hept. 2, 177, 4; *sim.* VVLG.) facies operimentum tabernaculo -es arietum rubricatas. psalm. 103, 2 (cod. 300. *al.* = VVLG.) *deus* extendens caelum sicut -em (*gr. δέρριν. explicat e. g.* AVG. *ad l.* serm. 1, 8 l. 53 sub caelo, tamquam sub -e divinarum scripturarum). VVLG. cant. 1, 4 tabernacula Cedar, ... -es Salomonis (*item iuxta* tabernacula: Ier. 4, 20. 49, 29. *iuxta* tentorium: VVLG. Ier. 10, 20 Hab. 3, 7). *al.* *inde de tegimento tabernaculi, quod non est vera -is, sed textum pilorum*: VET. LAT. exod. 26, 7 (Rufin. Orig. in cant. 2 p. 124, 6) facies -es ex caprarum pilis operimentum super tabernaculum (*gr. δέρρεις τριχίνας, Vulg.* saga cilicina). β *locutio* sub -bus *sermoni castrensi propria*: CAES. Gall. 3, 29, 2 *ut* continuatione imbrium diutius sub -bus milites contineri non possent (*opp.* in hibernis). civ. 3, 13, 5 hiemare (FLOR. epit. 1, 12, 8 OROS. hist. 2, 19, 1. *cf.* hiemem agere: PANEG. 2, 8, 3. HIER. epist. 14, 2, 1 [*opp.* in paterna domo]. CLAVD. 21, 122. *al.*). BELL. Afr. 47, 5. CIC. ac. 2, 4 ut non multum imperatori sub ipsis -bus otii relinquatur. LIV. 5, 2, 7 durare (*opp.* sub tectis). 23, 18, 15 haberi (37, 39, 2 [*opp.* concedere in hiberna]. TAC. ann. 14, 38, 1). TAC. ann. 13, 35, 3. CELS. dig. 33, 10, 7 pr. (*e Labeone*) quae sub -bus usui forent. FRONTO p. 131, 7. 209, 8. AMM. 25, 12, 3 *Iulianus* quaedam sub -bus scribens. *al.* *inde explicandum* VVLG. I par. 17, 1 arca ... foederis domini sub -bus est (*sc. non in templo*).

d *-is adhibetur vario modo in re medica vel magica* (*cf. p. 1005, 61*): CATO agr. 73 -em anguinam ubi videris, tollito et condito ...; eam -em et far ... conterito cum vino, dato bubus bibant (PLIN. nat. 30, 148. CHIRON 936 corticem -is. *al.; ceterum teritur vel tunditur ad medicamenta conficienda*: COLVM. 6, 4, 3 PLIN. nat. 28, 233. *al.*). VERG. Aen. 7, 88 sacerdos ... caesarum ovium ... -bus incubuit stratis (*sc. somniandi causa; 94 sq.* stratis ... velleribus). COLVM. 2, 9, 9 nonnulli, *ut segetes proveniant*, -e hyaenae satoriam trimodiam vestiunt *eqs.* (*inde* PALLAD. 10, 3, 1). SCRIB. LARG. 80 *super strumas medicamento oblitas* -is lanata non nimium tonsa tegendi gratia imponenda est (*sim. adhibetur ad partem corporis tegendam*: PELAGON. 50, 2 lanatam -em ... superinponito [*inde* CHIRON 263 VEG. mulom. 2, 7, 1]. 301, 3. *al.*). 161 in duplici calceo -em caninam habere (*sc. podagrae curandae causa*). 172 (*medicamentum est ipsa -is adalligata ut* PLIN. nat. 28, 121. 30, 85. *al.*). PLIN. nat. 2, 146 pavidi ... *tutissima a fulminibus* putant ... tabernacula -bus *vitulorum marinorum* (*cf.* SVET. Aug. 90 fulgura ... expavescebat, ut semper et ubique -em vituli marini circumferret pro remedio). 28, 95 *hyaenae* dentes ... inligatos pecoris aut capri -e stomachi cruciatibus *prodesse* (*sim. -is est involucrum medicamenti vel amuleti*: 28, 98. 115. 29, 67. *al.* SER. med. 918 puniceae ... -i [*i. rubrae; vix de corio mali Punici*]. *al.*). 28, 150 -es *cervinae* ... substratae securos praestant ... somnos *a serpentibus* (*sim.* SER. med. 851. *al.; cf. etiam* PLIN. nat. 28, 154). 28, 157 *veneficiis resistere* -is e *lupi* cervice solida manica existimatur. *al.*

e *vario usu; -is adhibetur*: α *ad quemlibet finem*: CAES. Gall. 3, 13, 6 (*de Venetorum navibus*) -es pro velis alutaeque tenuiter confectae *sunt.* HOR. epist. 1, 2, 66 *canis* cervinam -em latravit in aula (*sc. -em fartam ad canes exercitandos, qui mos subesse videtur* MART. 6, 64, 31 [*in imag.*] vacua dentes in -e fatiges). OV. fast. 2, 31 -e Luperci omne solum lustrant (*item de verberibus, quae Lupercalibus adhibentur*: 2, 446 iussae sua terga puellae -bus exsectis percutienda dabant. PAVL. FEST. p. 57. 85 [*antea*: pellicularum]. VAL. MAX. 2, 2, 9 [*nisi de veste*]. PS. AVR. VICT. orig. 22, 1. *de aliis verberibus*: PAVL. FEST. p. 332. MART. 10, 62, 8 cirrata loris horridis Scythae -is). MANIL. 4, 181 *venator studet* postis ornare superbos -bus. PAVL. FEST. p. 135 -es ovillas, quibus galeas extergebant (*cf.* COLVM. arb. 15 -e aciem *falcis* detergeto [*in eadem re* PLIN. nat. 17, 265]). PHAEDR. 4, 1, 7 *asini* detracta -e sibi fecerunt tympana (*de Gallis ut* MIN. FEL. 24, 11 -es caedunt. *cf.* GREG. M. epist. 7, 29 l. 42 in tympano ... sonus ex -e sicca est [*sim.* past. 3, 22 p. 89[C]]). PLIN. nat. 33, 99 ut *argentum vivum* ... ab auro discedat, in -es subactas effunditur *eqs. al.* MART. 14, 184, 2 Ilias et ... Vlixes multiplici pariter condita -e latent (*de membranis ut*: 14, 190, 1. HIER. epist. 7, 2, 2 ut penuria chartae -bus pensaretur. *al.; cf. p. 1001, 45*). AVIEN. ora 106 navigia iunctis ... aptant -bus corioque ... percurrunt

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

salum. *al.* β *ad aliquid tegendum*: VARRO frg. Non. p. 541, 20 eadem (*sc. theatra?*) postea carbasineo magis ut -bus tegerentur. rust. 2, 9, 15 (*de collario clavulis instructo*) intra capita insuitur -is mollis, ne noceat collo duritia ferri (*sim. molliendi vel aptandi causa tegitur aliquid -e*: VITR. 10, 8, 1 *hydrauli* fundulis ambulatilibus ... -bus ... lanatis involutis. COLVM. 6, 2, 4). CAES. Gall. 2, 33, 2 *scuta viminibus texta* -bus induxerant (*cf.* VERG. Aen. 10, 483 clipeum ..., quem -is totiens obeat circumdata tauri [SERV. auct.: quidam '-is' humiliter dictum accipiunt]. LIV. 23, 19, 13 detractas ... scutis -es [*inde* VAL. MAX. 7, 6, 2]. PAVL. FEST. p. 332. *al.; de aegide, scuto Iovis*: SERV. Aen. 8, 354 aegida, id est -em Amaltheae caprae). civ. 3, 15, 4 ex -bus, quibus erant tectae naves, nocturnum excipere rorem (*cf.* PAVL. FEST. p. 70 *δέρρεις* Graeci appellant -es nauticas, quas nos vocamus segestria. HIER. in Ezech. 27,4 l. 780). OV. Ib. 319 *ut* insutus -e iuvenci ... praeda ferare. CVRT. 5, 12, 16 *rex Persarum captus* in sordidum vehiculum -bus undique contectum inponitur (*item tegitur vehiculum*: 5, 12, 20. *lectica*: MART. 11, 98, 11 -e veloque). PERS. 5, 140 *profecturus* iam pueris -em ... et oenophorum aptas (*de sarcinarum tegumento [nisi de veste]; cf.* PETRON. 102, 8. PAVL. dig. 33, 10, 5, 1 instrumenti viatorii *sunt* ... -es, quibus involvuntur vestimenta *eqs.*). HYG. astr. 2, 13, 4. 2, 15, 1. HIER. epist. 107, 12, 1 auri et -is Babyloniae vermiculata pictura (*de involucro libri, cf. fortasse* CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 194, 26 *epistulae*, quae habent -em). *al.* γ *ad aliquid recipiendum* (*cf. supra l. 11*): PLIN. nat. 12, 76 *ladanum dicunt* colligi ... inciso cortice et caprinis -bus excipi. HYG. astr. 2, 4, 2 ex -e eius *hirci* utrem *facere* (*sim. respiciuntur utres*: ANON. de mach. bell. 16, 2 [*sc. ascogefyri ut* 16, 4 lubrica -ium confectio]. AVG. gen. ad litt. 2, 9 p. 47, 21 et uter et vesica -is est. HESYCH. in lev. 13, 47 p. 949^{B} de qua -*e* ... uter forsitan aut cadus aut stratum ... fit. PETR. CHRYS. serm. 31, 5 utres -ium). AMM. 22, 4, 8 -is nitore (*sc. sacculi, quo margaritae servatae erant; cf.* GREG. TVR. glor. conf. 110 *negotiatoris* sacculum ex -e Phoenicea). *al.*

2 *cetera exempla*: **a** *varia* (*selecta inde a* PLIN.; *afferimus imprimis ea quae ad commercium sim. spectant*): CATO agr. 2, 7 *pater familias* oves deliculas, lanam, -es, plostrum vetus ... vendat. LEX vic. Furf. (CIL I^{2} 756) 16 *sacrificio facto* -eis coria fanei sunto (*cf.* VVLG. lev. 7, 8 sacerdos habebit -em *victimae*). CIC. Pis. 87 omni totius provinciae pecore compulso -ium nomine (*sc. armorum officinae causa*). VARRO ling. 7, 84 *meretricula* dicta a -e; ... dicimus scortea ea, quae e corio ac -bus sunt facta (*sim.* PAVL. FEST. p. 331). 8, 55 ubi -es *veneunt*. CVRT. 9, 8, 2 (*inter dona Indorum*) lacertarum ... ingentium -es. COLVM. 7, 4, 4 *Tarentini pecoris* -es ... maiore pretio quam alia vellera mercantibus traduntur. PLIN. nat. 37, 204 maximum est pretium ... in tergore -bus, quos Seres inficiunt, et Arabiae caprarum villo. *al.* LEX port. Zarait. (CIL VIII 4508; *a. 202*) 18 (*inter merces vectigales ut* MARCIAN. dig. 39, 4, 16, 7). EPIST. leg. pr. pr. (CIL XIII 3162) 2, 12 -em vit⟨uli⟩ marini (*inter dona*). VLP. dig. 32, 70, 8 et -es lanatae *continentur lana legata*. EDICT. imp. Diocl. 8, 1 sqq. L. *al.* **b** *agitur de vellere aureo* (*cf. p. 1003, 55*): ENN. scaen. 251 *Argonautae* petebant -em inauratam arietis (*al., v. vol. VII 1, 841, 65 sq.*). CATVLL. 64, 5 auratam ... -em (MANIL. 5, 377). VARRO rust. 2, 1, 6. MANIL. 2, 532 aurea Lanigero concessit sidera -is (SEN. Med. 361 MELA 1, 108. *al.*). 5, 33. VAL. FL. 5, 203 pandite, dives ubi -is micet (DRAC. Romul. 10, 33 dives ..., Phrixei velleris aurum, -is). 8, 114 rutilam. *al.* **c** *agitur de fabrica -is* (*quae pertinent ad confectionem certae rei v. sub 1; ceterum cf. C2b*): FEST. p. 364 *tentipellio* -es extenduntur (*item tractantur a sutore*: MART. 9, 73, 1 dentibus ... producere -es. 12, 59, 7). PLIN. nat. 13, 55 -es candidae conficiuntur *foliis rhois* (*item tinguntur*: 16, 124 *loti* cortice -es tingunt. 24, 94 *rubiā* -es ... perficiuntur. 37, 204. LACT. mort. pers. 5, 6 *Valeriano mortuo a Persis* derepta [direpta *trad.*] est ... cutis et exuta visceribus -is infecta rubro colore, ut in templo ... poneretur. *al.*). HIER. epist. 51, 5, 2 (*ex Orig.; ad gen. 3, 21*) numquid coriarius aut scortiarius erat deus, ut conficeret -es animalium *eqs.* HIST. AVG. Aurelian. 46, 1 ut aurum ... neque in tunicas neque in -es ... mitteretur. PALLAD. hist. mon. I 19 p. 298^{B} *monachorum* alter -ium, alter coriorum confectione sudabat (*gr. p. 96, 3 sq. βυρσεῖον et σκυτοτομεῖον*). *al.*

C *appendix: iuncturae selectae*: **1** *adiectiva selecta* (*multae species enumerantur* EDICT. imp. Diocl. 8, 1 sqq. L.): CATO agr. 73 anguinam (PLIN. nat. 30, 148. *item indicatur animal persaepe, v. e. g.* caprina *vol. III 360, 52 sqq.*, cervina *vol. III 945, 52 sq.*, fibrina *vol. VI 1, 643, 60 sq.*, haedina *vol. VI 3, 2488, 14 sqq.*, lupina *vol. VII 2, 1851, 37 sqq.*, murina *vol. VIII 1674, 12 sqq.*, ovilis, ovilla, ovina *vol. IX 2, 1189, 67 sq. 1191, 41 sq. 67 sqq.*). LVCR. 6, 1194 dura (HOR. epod. 17, 15 VEG. mulom. 1, 9, 1 DRAC. laud. dei 3, 196). VARRO rust. 2, 9, 15 mollis. VERG. Aen. 8, 553 fulva (CLAVD. 5, 79 carm. min. 18, 17. *item indicatur color e. g.* HOR. epod. 17, 22 lurida. sat. 1, 6, 28 nigris. PERS. 3, 95 lutea. PLIN. nat. 13, 55 candidae. VET. LAT. exod. 25, 5 [cod. 102] rubicundas et ... yacinthinas [VVLG. rubricatas ... ianthinas]. *sim. al.; cf. p. 1008, 19. 26*). HOR. carm. 2, 20, 10 aspe-rae (VEG. mulom. 1, 9, 1). OV. met. 12, 319 villosis (*cf.* VITR. 10, 8, 1 lanatis [*al. v. vol. VII 2, 916, 52 sqq. et 938, 11*]. STAT. silv. 2, 3, 37 hirtae [PRVD. cath. 7, 62]. VVLG. I reg. 19, 13 pilosam). OV. ars 3, 77 tenui (PAVL. PETRIC. Mart. 2, 373). MARCIAN. dig. 39, 4, 16, 7 (*interpol.?*) Babylonicae (EDICT. imp. Diocl. 8, 1 L. *al., cf.* MARCIAN. *loco cit.* Parthicae [CORIPP. Ioh. 4, 499]. EDICT. imp. Diocl. 8, 4 Foenicea [GREG. TVR. glor. conf. 110]. ANON. de mach. bell. 15, 3 Libycis. *al.*). MARCELL. med. 23, 77 alutaciam (*cf.* 25, 8 aluminatam). *al.*

2 *verba*: **a** *detractionem sim. describentia*: VERG. Aen. 11, 679 erepta iuvenco (*cf.* OV. met. 3, 53 derepta leoni [di- *var. l. ut* Ib. 551]. SEN. Herc. O. 1933 rapta leoni [VET. LAT. Mich. 3, 2 cod. 175. PRVD. perist. 5, 535. *al.*]. VET. LAT. Mich. 3, 2 [Hier. *ad l.*] diripientes [CORIPP. Ioh. 3, 165, *ubi* de- *Petschenig*]). PAVL. FEST. p. 98 detrahitur (VAL. MAX. 6, 3 ext. 3 e corpore. PHAEDR. 4, 1, 7 PLIN. nat. 9, 42. *al.; cf.* GREG. M. moral. 1, 55 hostiae subtrahimus). VVLG. Mich. 3, 2 tollitis. 3, 3 excoriaverunt. *al.* **b** *ad fabricam -is pertinentia* (*notabiliora*): CAES. Gall. 3, 13, 6 tenuiter confectae (PLIN. nat. 13, 55. EDICT. imp. Diocl. 8, 11 sq. L. infecta ... confecta [*item* 8, 13 sq. *al.*]. *cf. p. 1007, 62 et* PLIN. nat. 24, 94 perficiuntur. GREG. M. in cant. 32 factis -bus). VERG. georg. 4, 342 pictis (*cf.* PLIN. nat. 16, 124 tingunt [PLIN. phys. Bamb. 82, 11]. 37, 204 inficiunt [LACT. mort. pers. 5, 6]. *v. etiam l. 25*). OV. fast. 2, 31 secta (BOETH. in herm. comm. pr. 2, 13 p. 201, 6. 7. 8. 22. *cf.* OV. fast. 2, 446 exsectis). FEST. p. 364 extenduntur (*cf.* MART. 9, 73, 1 producere). SCRIB. LARG. 80 lanata non nimium tonsa. PLIN. nat. 33, 99 subactas (ISID. orig. 11, 1, 79. GLOSS.^{L} I Ansil. PE 199 subacta⟨e⟩ ... et medicatae). VET. LAT. exod. 26, 14 (cod. 102, *sim.* VVLG.) rubricatas (VVLG. exod. 35, 23. *al.*). AMM. 31, 2, 5 consarcinatis. ANON. de mach. bell. 16, 2 -bus arte Arabica mollitis. *ibid.* diligenter sutis (PAVL. NOL. epist. 49, 12 p. 400, 9. *cf.* PRVD. c. Symm. 2, 290 insutis [*v. vol. VII 2, 2054, 38, nisi pertinet ad* 2. insutus]. CYPR. GALL. gen. 132 consuit).

II *transfertur ad alia* (*vix huc p. 1006, 53*): **A** *de variis partibus in corpore animantium cuti comparandis* (*v. etiam p. 1007, 26*): MART. 7, 20, 11 (*inter cenarum reliquias*) excavatae -is indecens volvae. PLAC. med. 17, 1 rec. β *oculi aegroti* post inunctionem -es eiciunt (*cf. p. 1002, 12*). DIOSC. 2, 27 p. 192, 8 -e ventriculi *caponis* ... sicca tusa et bibita. **B** *de herba*: GLOSS. III 582, 57 finicio (*pro* phoenicia), i(d est) -is part⟨h⟩ica (*sim.* 590, 46. 624, 11).

deriv.: ? pellagra, pellarius, *?* pelleatus, pelleus, pelliaria, pellicius (-eus), pellicula, pellinus, pellio, pelliris, pellitus, *?* pellula.

compos.: centipellio, pellesuina, scytalosagittipelliger, suppellis, tentipellium, versipellis; *vix* 1. depello (*legendum videtur* depilo). *Spoth.*

pellitus, -a, -um. *a* pellis (*ita iam* PRISC. gramm. II 442, 3. *cf.* 562, 18). *legitur inde a* CIC., VARRONE, HOR., *non nisi forma positivi.*

I *i. q. pellem gerens, pelle instructus*: **A** *de eis, qui pelle induuntur*: **1** *de hominibus* (*saepius cum colore vituperandi, e. g. l. 48. 53. 56. 68*): **a** *spectat ad vestitum populorum alienorum*: CIC. Scaur. 45° postulabis, ut M. Aemilius cum sua dignitate omni ... sordidissimae ... genti ac prope dicam -is testibus condonetur? (*sc. Sardis, de quorum veste pellicia v. vol. VIII 433, 70 sqq. et cf.* LIV. 23, 40, 3 in Pellitos Sardos). OV. Pont. 4, 8, 83 -is ... Corallis. 4, 10, 2 -os inter ... Getas (ENNOD. opusc. 3, 67 p. 348, 2. *cf.* CLAVD. 8, 466 -a iuventus *Getarum*. 26, 481 crinigeri sedere patres, -a Getarum curia). PLIN. nat. 33, 143 Arelatensis equitis Romani filium paternaque gente -um. HIER. epist. 60, 4, 2 Bessorum feritas et -orum turba populorum (*huc spectare videtur* GLOSS.^{L} V Aa P 287 -orum: ⟨H⟩un⟨n⟩orum [*sim. ibid.* U 726]). CLAVD. 5, 85 (*de Rufino, de quo 5, 79* revocat in pectora pelles) maerent captivae -o iudice leges (VITAE patr. Iurens. 94, 5 mutari muriceos -o sub i. fasces). PAVL. NOL. carm. 10, 246 -is ... Bigerris (*cf. vol. II 1984, 5 sqq.*). RVT. NAM. 2, 49 *Stilichonis* satellitibus -is Roma patebat (SIDON. epist. 1, 2, 4). SIDON. carm. 7, 219 in media -i principis *Visigothorum* aula. epist. 7, 9, 19 ante -os reges vel ante principes purpuratos. *masc. pro subst.*: MAX. TAVR. 18, 3 unde enim barbaro auri ... monilia? unde -o serica vestimenta? **b** *spectat ad vestitum pristinae aetatis*: PROP. 4, 1, 12 curia, praetexto quae nunc nitet alta senatu, -os habuit rustica corda patres (*inde* LACT. inst. 2, 6, 15 centum -i senes). 4, 1, 25 -us ... arator. TERT. pall. 3, 4 *homo paradiso expulsus* -us orbi ut metallo datur (*cf.* PRVD. *sub II*). **c** *spectat ad vestitum ineptum*: SIDON. epist. 5, 7, 4 *delatores* novis opibus ebrii ... incedunt armati ad epulas ..., -i ad ecclesias, ... castorinati ad litanias (*ad rem v. Varro ling. 7, 84*).

2 *de pecore, sc.* ovis -a *i. q. ovis tecta* (*ita eam vocant e. g. Varro rust. 2, 11, 7 Colum. 7, 4 tit.; distinguitur fere* hirta; *ad rem v. Blümner, Privatalterthümer, 585 sq., Technologie I 92*): VARRO rust. 2, 2, 18 in o. -is, quae propter lanae bonitatem, ut sunt Tarentinae et Atticae, pellibus integuntur *eqs.* 2, 2, 20. HOR. carm. 2, 6, 10 dulce -is o. Galaesi flumen (PORPH. -as autem o. dixit, quod Tarentinae oves pellibus teguntur).

[Wirth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *de eis, quae naturaliter pelle praedita sunt*: NEMES. cyn. 316 *aves, quae* -os ... pedes stagnanti gurgite tingunt. ANTH. 682, 5 -e (*epitheta Panis enumerari videntur; cf. fortasse* SERV. Aen. 8, 282 quia Pan ... ⌞-us⌟ sit [*Thilo*, pelleus *trad.*]).

II *i. q. e pelle factus, e pelle constans*: PRVD. psych. 226 *paradiso expulsus* transfugit in orbem -osque habitus sumpsit ... Adam (pelliceos *unus e codd., sec. gen. 3, 21, v. p. 1006, 16 et cf.* TERT. *sub IA1b*). MACR. Sat. 7, 16, 7 vespertilio volat ... -is alis (*cf.* EVSTATH. Basil. hex. 8, 7, 6 vespertiliones ... feruntur ... in aere non plumis sed quadam membrana -a volare [*gr. p. 181*^{A} *ὑμένι τινὶ δερματίνῳ*]). DRAC. Romul. 8, 204 -as ... vestes *Paridis pastoris* (*opp.* purpura). PALLAD. hist. mon. I 42 p. 328^{C} *diaconus fatigatus* super -am se atque in solo stratam proiecerat plumam (*gr. p. 149, 1 δερμοτύλῳ*).

cf. Onom. (*v. p. 1008, 49*). *Wirth.*

1. pello, -āre. *verbum a grammaticis e compositis enucleatum videtur*: PRISC. gramm. II 435, 3 sunt alia *verba*, quae in compositione mutant coniugationes, ut ... pello pellis, compello compellis et compellas ...; sed in his (id est a pello compositis) significatio cum coniugatione variatur et fortassis ... pello pellis et pellas dictum est, sed nunc in usu simplex non est. EVTYCH. gramm. V 486, 18 pello ... pellas, quod simplex in usu non est, unde appello appellas, primae est *coniugationis*.

2.[⊠]**pello,** pepulī, pulsum, -ere. [pell- *oriri potuit aut ex* *peln- (*cf.* pepul-ī, pul-tāre *et praes.* sper-n-ere, ster-n-ere *sim.*) *aut ex* *peld- (*cf.* pulsus, pulsāre *?*); *v. Walde-Hofmann II 277; Leumann, Gramm. 1977, 213. stirpes praes.* *pel-n- *vel* *pl̥-n- *variarum notionum inveniuntur in umbr.* ampen-tu (*imperat.*) < *-pel-n- (*spectat ad hostiam caedendam, cf. Meiser, Lautgesch. der umbr. Spr., 1986, 165*); *gr. πίλνᾱμι 'admovere' (Frisk, Gr. etym. Wb. II 494; Strunk, Münch. Stud. zur Sprachwiss. 46, 1985, 235); avest.* pərən- *med. 'aggredi aliquem'* (*Strunk, Studia Gramm. Iranica, 1986, 445*). *de* *peld- (*germ.* *falt-) *'ferire' v. Seebold, Vergleichendes u. etym. Wb. der germ. starken Verben, 1970, 182. Fo.*] *de scriptura*: pepullit *var. l. in codd. med. aevi* LACT. Phoen. 43 AVIEN. Arat. 662. polsi *var. l.* TITIN. com. 182 (*v. p. 1010, 69.* pol si *dubitanter proponit Lindsay*). NOT. Tir. 50, 58 -it. 59 pulit. 60 -lsus. *de formis: de perf. redupl. agunt* CHAR. gramm. p. 318, 22. 337, 3 PRISC. gramm. II 460, 5; *sine redupl.* ISID. nat. 30, 1 pulseris (*si vera lectio*, comp- *codd. plerique*). NOT. Tir. 50, 59. *formarum creberrima est p. p. p., quae fere duas partes locorum occupat e. g. apud* CIC., CAES., VERG., OV., LIV., SIL., TAC. *legitur inde a* NAEV., PLAVTO, ENN., *frequentant* CIC., OV., LIV., PLIN. nat., TAC. [*confunditur in codd. hic illic cum compos.* compellere (ISID. *supra*), depellere (*e. g.* PLIN. nat. 7, 110 TERT. coron. 15, 3), expellere (*e. g.* PRVD. cath. 6, 133; *v. etiam p. 1010, 52. 56. 1014, 51*), impellere (TER. Hec. 485), repellere (*e. g.* CAES. civ. 3, 112, 7 OV. epist. 12, 165; *restit. p. 1012, 16. 1016, 63; cf.* pulsa *falso trad. pro* repulsa LIV. 45, 25, 7). -lsa faba *var. l. pro* puls fabata PLIN. nat. 18, 118. *falso trad.* CATVLL. 64, 320 (vellentes *vulgo*, pernentes *proponit Camps, Am. Journ. Phil. 94, 1973, 133*). PLIN. nat. 20, 101 *pro* pollere. *dub. var. l.* RHET. Her. 4, 54, 68.]

CAPVT PRIVS: *i. q.* ***impulsu*** *quodam efficere, ut aliquis (aliquid)* ***moveatur loco,*** *quem occupat vel occupare studet* (*saepe indicatur unde -atur, rarius quo, v. sub IIIA et B*): **I** *praevalente notione* ***amovendi, reiciendi,*** *avertendi* (*cf.* SYNON. Cic. p. 433, 16 eicere. abigere. removere. loco -ere. GLOSS. II 243, 34 *ἀπωθῶ*: expello, abstrudo, -o, depello): **A** *-untur* ***animantia*** (*hominum animi sim. p. 1010, 26. 1012, 23, animalia e. g. l. 59. p. 1010, 4 sqq., dei e. g. l. 70. p. 1010, 30 sq., daemones sim. p. 1010, 6 sqq.; adiecimus res varia ratione pro hominibus positas p. 1011, 3. 16 sq. 64. 1012, 32 sq. 1013, 57*): **1** *generatim*: **a** *proprie, sc. motu locali* (*indicatur unde saepe, indicatur quo modo e. g. l. 60. 63; exempla inde a* LIV. *selecta*): PLAVT. Amph. 269 (*loquitur Mercurius*) oportet ... hunc *Sosiam* ... malitia a foribus -ere. HOST. carm. frg. 2 greges pecuum ex hibernis pastibus -lsae. RHET. Her. 4, 48, 61 hirundines ... frigore -lsae recedunt (*cf.* LVCAN. 5, 711 Strymona ... bruma -ente relinquunt ... grues). CIC. Sest. 76 *Q. Cicero* -lsus e rostris in comitio iacuit (*cf.* 85 magistratus templis -bantur [de orat. 2, 197 *tribunum* vi -lsum e t. *esse*]). har. resp. 39 lapidibus optimos viros foro -is (Pis. 23 e foro [30]. LIV. 3, 11, 8 -lsi f. tribuni, fusa ac fugata plebes est). Mil. 38. parad. 27 ferro -lsis magistratibus. fin. 5, 48 ut pueri ... -lsi recurrant. Att. 11, 22, 2 *Sulla et Messalla* -lsi a militibus. VERG. Aen. 1, 385 (*Aeneas queritur*) Libyae deserta peragro Europa atque Asia -lsus (*cf.* SIL. 2, 413 orbatum classe suisque Aenean -lsum pelago [*i. in litus eiectum?*]). HOR. sat. 2, 3, 49 velut silvis, ubi passim palantes error certo de tramite -it. ELEG. in Maecen. 1, 24 *Astraea* bene praecinctos ... -lsa fugit. PROP. 2, 1, 70 *qui amorem mihi demere poterit*, a medio pectore *Promethei* -et avem. OV. epist. 1, 109 (*loq. Penelope*) inimicos -ere tectis. Ib. 622 *scelere contaminatos* a sacris (*sc. arcendo*). LIV. 21, 10, 6 (*Hanno ad Carthaginienses*) legatos ... in castra non admisit *Hannibal*; ... hi ... unde ne hostium quidem legati arcentur, -lsi ad vos venerunt (*de eisdem* SIL. 2, 23 *Hannibalis* affatu per inhospita litora -lsi. *item de legatis*: FLOR. epit. 1, 18, 20 ab urbe). SEN. Oed. 771 cum ... iuvenem senex curru superbus -ret (*nisi ad p. 1017, 74 coll. Soph. Oed. Tyr. 809 καθίκετο*). PLIN. nat. 18, 156 balneatores cum velint turbam -ere. 20, 38 *medicamentum* taenias -it (20, 54 t. et reliqua animalia interaneorum. *sim. saepius medicamenta -unt animalia noxia e corpore. cf. B3*). IVVENC. 2, 614 daemon si daemone -itur ([*cf. Vet. Lat. Matth. 12, 26 cod. 3. al.* eicit, *cod. 1* expellit]. PASS. Thom. 32. *cf. e. g.* PRVD. perist. 5, 90 *spiritus* -lsi ex latebris viscerum [AVG. civ. 10, 32 p. 458, 25 de hominum corporibus ac sensibus]). AVSON. 366, 5 p. 106 Stymphalidas -ulit volucres *Hercules* (*cf. Anth. Pal. 16, 92, 5 ἐξεδίωξεν*). HIER. epist. 54, 13, 1 (*admonet viduam*) cantor -atur ut noxius; fidicinas ... proturba ex aedibus tuis. PRVD. cath. 7, 127 *Ionas* monstri vomentis -itur singultibus. *al.* **b** *in imagine et translate removetur aliquis e statu quodam, avertitur ab actione* (*indicatur unde praeter l. 19. 31, sublucet e part. l. 35*): CIC. ac. 2, 141 de ... eo, *quod verum putas*, nulla ratione neque -i neque moveri potes. off. 3, 37 hoc ... deliberantium genus -atur e medio. OV. met. 2, 563 *cornix* tutela -lsa Minervae. 10, 486 (*Myrrha ad deos*) ambobus -ite regnis mutataeque mihi vitamque necemque negate (*cf.* SIL. 5, 374 iacet Appius hasta ad manes -lsus nostra. 9, 533 Hannibalem ... -i florentibus annis vita [PLIN. epist. 8, 4, 2 -lsum regia, -lsum etiam v. regem. APVL. Plat. 2, 18 ENNOD. dict. 18, 11 p. 478, 18]). VAL. MAX. 3, 8, 4 ne sententiā suā -retur (LACT. inst. 3, 16, 11 de s.). 4, 3 ext. 4 Alexander Diogenen gradu suo divitiis -ere temptat, celerius Dareum armis (*al. v. vol. VI 2, 2146, 72 sqq.*). SEN. dial. 6, 19, 6 *mortuus* ibi constitit, unde nil eum -at, ubi nihil terreat. nat. 2, 27, 3 (*de effectu tonitrus*) *attonitorum* mentem sonus ille caelestis loco -ulit (frg. 34 perturbatae mentis et sedibus suis -lsae. AVG. in euang. Ioh. 111, 3 *fidei interiora* cum penetrare mens invalida ... nequiverit, non sine amoris gemitu ... inde -atur, et patienter ferat *eqs.*). LVCAN. 8, 549 civilia bella (*voc.*), ... externa ... monstra -ite (*i. Aegyptios arcete*). PLIN. nat. 2, 23 *pars hominum Fortunam* -it astroque suo eventus adsignat. STAT. Theb. 9, 144 -ere coepto Hippomedonta. TERT. anim. 55, 2 habes ... illos cubito -ere, qui ... non putent animas fidelium inferis dignas. ARNOB. nat. 2, 64 patet ... omnibus fons vitae neque ab iure potandi quisquam prohibetur aut -itur. AVSON. Mos. 302 casus quem *Daedalum* fingere in auro conantem Icarios patrii -ulere dolores (*respicitur Verg. Aen. 6, 32 sq.*). COD. Theod. 11, 30, 30 qui ... provocationem non arbitrantur interponendam, a renovanda lite -antur. *al.*

2 *speciatim -untur*: **a** *familiares sim.* (*cf. p. 1014, 70*): **α** *amatores* (*procus* VERG.): TER. Eun. 215 (*adulescens ad servum*) istum aemulum ... ab ea *puella* -ito ([*Don.*: ab eius animo. *cf.* GLOSS. V 538, 55 abicito]. *spectat ad eundem aemulum* 1041 miles -etur [-itur *var. l.*] foras. 1080 neque istum metuas ne amet mulier: facile -as, ubi velis). VERG. Aen. 7, 579 *queritur Turnus* se limine -i. PROP. 3, 16, 9 peccaram semel et totum sum -lsus in annum. **β** *filii*: TER. Haut. 165 qui illum *filium* ad laborem ⌞hinc pepulerim⌟ (⌞ ⌟ *Bentley*, inpulerim *codd.*, inpepulerim *Kauer-Lindsay; cf. 134* eieci). OV. epist. 14, 112 (*Hypermestra*:) bella pater patruusque gerunt, regnoque domoque -imur: eiectos ultimus orbis habet. VAL. MAX. 5, 7, 2 celerius tu mihi, Caesar, omnes filios meos eripies quam ex his ego unum nota mea -am (*antea*: abdicare). QVINT. decl. 260, 17 liberos sublatos ... -ere domo et prohibere penatibus (*postea*: abdicatos). SVET. Cal. 44, 2 -lsus a patre. AVSON. 208, 2 p. 65 quem genetrix urbe, domo -ulit. **γ** *uxores*: Ov. epist. 9, 131 ⌞et -lsa⌟ (⌞ ⌟ exp- *falsa var. l.*) Aetolide Deianira ... uxor erit *Iole*. 17, 230 -lsa est Aesonia ... illa *Medea* domo (QVINT. decl. 338, 9 ea d., in quam virgo nupserat, -lsa [*338 them.* repudiata uxore]. TAC. ann. 4, 3, 5 -it d. Seianus uxorem). met. 2, 525 *Iuppiter* cur non ⌞et -lsa⌟ ducit Iunone *Callisto*? (⌞ ⌟ exp- *var. l.*). SEN. Herc. f. 4 (*loq. Iuno*) locum ... caelo -lsa paelicibus dedi. OCTAVIA 285 soror Augusti sociata toris cur a patria -itur aula? 672 cessit thalamis Claudia diri -lsa Neronis. VAL. FL. 2, 158. IVST. 9, 7, 12 -lsa Philippi matrimonio *Olympias* (28, 1, 4). HIST. AVG. Car. 16, 7.

b *hostes, sive ipso proelio repelluntur sive cladibus sim. e quadam regione cedere coguntur sive omnino vincuntur* (*quos colores infra non distinximus; ceterum cf. quaedam sub c et sub 1a [e. g. p. 1012, 2. 1009, 61 sqq.], in quibus homines -untur seditiose, tumultuose; iuxta ponuntur saepius verba fugandi, proturbandi [e. g. p. 1011, 7. 11], superandi e. g. l. 71. p. 1011, 2*): **α** *exempla varia* (*pauca selecta inde a* CAES.; *accedunt fere sola obi., aliter e. g. l. 73. p. 1011, 8*): NAEV. carm. frg. 62 quinam Saturnium populum -ulisti (*huc trahere suadet Leo, Sat. Vers, 1905, 49 adn. 1*). TITIN. com. 182 haec ... quasi Osculana pugna est ..., quia qui fugere -lsi hinc spolia colligunt (*vix iungas* -lsi hinc, *ut spectet ad γ*). CIC. Caecin. 42 saucii saepe homines ... non cedunt ...; at alii -untur integri. Manil. 8 *Mithridates* -lsus superatusque *regnavit* (*sim. -untur duces e. g.* CIC. Att. 8, 3, 7 CAES. Gall. 4, 16, 7). 26 exercitu -lso (CAES. Gall. 1, 7, 4 ab Helvetiis. 3, 20, 1. civ. 2, 32, 5 duos -lsos e., duos superatos duces. 3, 86, 1. 3 BELL. Afr. 95, 1 VELL. 2, 27, 6). CAES. Gall. 1, 31, 6 Haeduos ... magnam calamitatem -lsos acce-

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pisse (*item -untur gentes sim. e. g.* 1, 40, 5. 3, 28, 2 maximas nationes ... -lsas superatasque esse. VERG. georg. 3, 30 urbes Asiae domitas -lsumque Niphaten [*cf.* SERV.: per Niphaten ... populos iuxta habitantes accipimus]). 1, 46, 3 -lsis hostibus (4, 35, 1. 7, 68, 3 perterritis ... hostibus, quod equitatu [*abl. respectus*] ... erant -lsi. HIRT. Gall. 8, 48, 6. BELL. Afr. 69, 4 h. -lsos deterritosque. EPICED. Drusi 384 [*postea*: fugax]. LIV. 2, 65, 2. 3, 23, 6. 7, 8, 3 primum gradu moverunt h., deinde -ulerunt, postremo ... avertunt. *al.*). 1, 52, 6 cum hostium acies a sinistro cornu -lsa atque in fugam coniecta esset (LIV. 1, 37, 3. 10, 14, 16. *al.*). civ. 3, 112, 7 sic est pugnatum, ut aequo proelio discederetur et neutri -rentur (rep- *var. l.*). BELL. Afr. 31, 5 *adversariis* saepe a se fugatis, -lsis perterritisque. VERG. Aen. 11, 366 (*Drances ad Turnum*) pone animos et -lsus abi (*repetit Turnus de se ipso* 392 [*bis*]). 11, 731 reficit ... in proelia -lsos *Tarchon* (*item p. p. p. pro subst.*: LIV. 25, 11, 4 *ut* longius -lsos prosequerentur. *al.*). LIV. 3, 70, 10 sinistrum ... cornu ab Quinctio consule -i coeptum (31, 21, 15. 40, 32, 5. *al.*). PLIN. nat. 2, 148 spectata *sunt* arma caelestia ... inter se concurrentia -lsis, quae ab occasu erant. SIL. 12, 403 -ret Hostus si tantam labem (*sc. hostem exitiabilem*). *al.* *in imagine*: PLAVT. Trin. 308 sq. si animus hominem -ulit (perpulit *P*), actumst: animo servit, non sibi; si ipse animum -ulit, ... victor ... cluet. CIC. Att. 10, 7, 1 regnandi contentio est, in qua -lsus est modestior rex *Pompeius* (*opp.* vincit). SEN. dial. 1, 3, 3 *fortuna adversarium* ignavissimum quemque refugit, quasi dicat: '... levi comminatione -etur'. PETRON. 119 vers. 45 -itur a populo victus Cato (*sc. munus publicum petens, respicitur idem* vers. 48 non homo -lsus erat, sed in uno victa potestas *Romana*). PRVD. psych. 683 -lsa culparum acie.

β *indicatur quo modo* (*notabiliora selecta*): CIC. Caecin. 41 exercitus maximos saepe -lsos et fugatos esse dico terrore ipso impetuque hostium (CAES. Gall. 2, 24, 1 primo hostium i. [BELL. Afr. 69, 3 NEP. Dat. 6, 7 LIV. 30, 8, 7. 36, 38, 3 TAC. ann. 3, 20, 2. *al.*]. VAL. MAX. 5, 8, 4. *al.*). 43 vi -lsos ... exercitus (BELL. Afr. 52, 2 vi universae subitaeque hostium multitudinis. LIV. 7, 33, 8. 24, 42, 10. *al.*). Flacc. 57 armis (LIV. 10, 3, 2 VAL. MAX. 4, 3 ext. 4 TAC. hist. 3, 9, 2 VIR. ill. 78, 5). CAES. Gall. 1, 10, 5 compluribus ... proeliis (1, 44, 3 uno. civ. 2, 32, 3 nullo. LIV. 29, 28, 8 aliquot. SEN. contr. exc. 6, 5, 2 infelici. *al.*). BELL. Afr. 18, 5 nullo negotio (69, 3. *sim.* AVR. VICT. Caes. 39, 38 facili n.). VERG. Aen. 9, 519 -ere vallo, *sc. hostes*, missilibus certant. LIV. 25, 37, 13 valida impressione. TAC. ann. 6, 35, 1 ut conserta acies corporibus et pulsu armorum -rent -rentur. *al.* *in imagine*: CYPR. epist. 60, 2 prosiluerat adversarius ... Christi castra turbare; sed quo impetu venerat, eodem impetu -lsus est. PRVD. psych. 816 ferro -ulisse falangas culparum.

γ *indicatur unde* (*a qua actione l. 49; cf. p. 1013, 10 sqq.*):
genus conchyliorum, fortasse i. q. 'Psammobia vespertina L.' (*ad rem v. Steier, RE XVI 789 sqq.; Leitner, Zool. Terminol. Plin., 1972, 83; Renehan, Am. Journ. Phil. 98, 1977, 133 sqq.*): **1** *exempla varia*: LVCIL. 132 ostrea nulla fuit, non purpura, nulla -s. MET. PIVS ind. cen. (Macr. Sat. 3, 13, 12) cena haec fuit: ante cenam echinos, ostreas ..., -as, ... patinam ostrearum -um. HOR. sat. 2, 4, 32 (*versum secl. Clausen, v. Renehan, loco cit.*) murice Baiano melior Lucrina -s (SCHOL. in Lucrino sinu -es idest optimi murices nascuntur). PLIN. nat. 32, 147 chemae striatae, chemae leves, chemae -um generis, varietate distantes et rotunditate, chemae glycymarides, quae sunt maiores quam -es. MART. 6, 11, 5 tu Lucrina *ostrea* voras, me pascit aquosa -s. 10, 37, 9 fatuam ... cenare -a (*opp.* ostrea). PAP. Oxyrh. 2624 frg. 39 (*saec. II*) ⟨p⟩elorides ⟨...e⟩chinos *eqs.* TERT. cult. fem. 1, 6 l. 11 *concharum* genus ... nec -e gratius de sapore. SYMM. pater Symm. epist. 1, 2, 1 gratulor non magis ostreis et -bus abdomen quam pectus tibi eloquio esse satiatum. **2** *in medicina*: CELS. 2, 29, 2 *alvum movent* -es ... et omnes fere conchulae (*cf.* PLIN. nat. 32, 99 [*inde* 1, 32, 31] -es emolliunt alvum). SCRIB. LARG. 104 *non continentibus cibos* proderint ... murices, -es, vulva (*inde* MARCELL. med. 20, 9). CAEL. AVR. acut. 2, 37, 210 *cardiacis* damus -as. ORIBAS. syn. 9, 40 add. Aa p. 348 *quibus menstrua non sunt* dabis ex maritimis piscibus ad edendum ... peluredas.

cf. Onom. *Malsbary.*

pelōrius, -a, -um, *πελώριος.* *i. q. monstruosus, ingens*: PHILO quaest. in gen. 4, 200 (*ad gen. 27, 9*) duos ... pingues (h)aedos sumere -i corporis est.

pēlōsiōtās: animales, iumenta GLOSS.^{L} I Ansil. PE 240 *pertinet ad Onom.* (Pelus-), *cf.* HIER. c. Ioh. 19.

pelōsus *v.* pilosus. *Fl.*

pelta, -ae *f.*, *πέλτη.* *formam* -um *agnovit Lindsay apud* ISID. *l. 45.* *de notione*: PAVL. FEST. p. 207 -a genus scuti. NON. p. 555, 7 -ae: scuta Amazonica (*affert* VERG. Aen. 1, 490). SERV. Aen. 1, 490 -is: scutis brevissimis in modum lunae mediae (*sim.* SCHOL. Stat. Theb. 5, 145 scuta Amazonarum, quae -as appellant *eqs.* ISID. orig. 18, 12, 4 -um [-a *var. l.*] scutum brevissimum *eqs.*). GLOSS.^{L} IV Plac. P 31 est genus scuti in modum lunae semis vel magis tertiae aut quartae, quibus eaedem Amazones utuntur in pugna. III Abol. PE 9 -ae: Amazonum scutula parva (*sim. al., v.* GLOSS.). GLOSS. III 208, 57 *δεσμιαν* (*obscurum*). *de* V 385, 43 -am: auramdel *v. J. D. Pheifer, Old English Glosses ..., Oxford 1974, 115.* *legitur inde a* NEP., VERG., OV., LIV.

i. q. genus scuti (*de cuius forma v. l. 56. 68 sq.; ponitur ad formam aliarum rerum describendam l. 59. 73. 75; ad rem v. Lammert, RE XIX 1, 406*): **1** *est scutum virorum, Curetum* (*addubitatur an aptum sit ad virorum proelia l. 60. 62*): NEP. Iph. 1, 4 cum ante illum imperatorem maximis clipeis ... uterentur, ille e contrario -am pro parma fecit. VERG. Aen. 7, 743 *Campanis* aeratae ... micant -ae (CLAVD. DON. *ad l.* p. 104, 6 pro scutis -as habuerunt). LIV. 28, 5, 11 -a caetrae haud dissimilis est. PLIN. nat. 27, 139 -arum specie semine *cuiusdam herbae* incluso. STAT. Theb. 7, 174 (*Bacchus ad Iovem*) quid si ille (*sc. Mars*) tuos Curetas in arma ducat et innocuis iubeat decernere -is? 7, 270 vibrant ... sarisas saevaque difficiles excludere vulnera -as. VVLG. III reg. 10, 17 fecit ... Salomon ducenta scuta de auro puro ... et trecentas -as ex auro probato; trecentae minae auri unam -am vestiebant. II par. 23, 9 dedit ... sacerdos centurionibus lanceas clypeosque et -as regis David. GILD. Brit. 18 chron. III p. 34, 25 instructas -is ensibus hastis ... manus. VIRG. gramm. epit. 10, 6, 1 Aeneas ... -a fidens ... tuta. **2** *est scutum feminarum, imprimis Amazonum*: VERG. Aen. 1, 490 ducit Amazonidum lunatis agmina -is Penthesilea (*al. v. vol. VII 2, 1839, 71 sqq. et cf.* CLAVD. rapt. Pros. 2, 62 aduncis). OV. Pont. 3, 1, 96 (*ad uxorem*) non tibi Amazonia est pro me sumenda securis aut excisa levi -a gerenda manu. SEN. Herc. f. 545 detraxit *Hercules Antiopae* ... et -am et nivei vincula pectoris. Med. 214 armata -is ... cohors. PLIN. nat. 12, 23 *fici* foliorum latitudo -ae effigiem Amazonicae habet (SVET. Nero 44, 1 *expeditionem praeparans concubinas* securibus -isque A. *instruit.* MART. CAP. 6, 639 *Italia inferior* duobus promuntoriis -ae A. for-

[Schwind]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mam reddit [*ex Plin. nat. 3, 43, ubi*: parmae]. *cf.* STAT. silv. 5, 1, 131 Amazonia latus intercludere -a). VAL. FL. 5, 135 -ā latus ... nudata *Hippolyte.* 6, 375 Thoen, qua -a vacat, *ferit Gesander.* SIL. 2, 80 Thermodontiaca munita in proelia -a *regina Libyca* (*eiusdem*: 2, 167 gemmata ... lumina -ae). STAT. Theb. 12, 528 informes dominarum (*i. Amazonum*) sanguine -ae. SVET. Cal. 25, 3 ut *Caesoniam amatam* saepe chlamyde -aque et galea ornatam ... ostenderit. IVL. VAL. 3, 45 *Amazones* erudiuntur equis et -is.

deriv.: peltatus, peltifer.

peltāria *v. supra p. 116, 19.*

peltasta, -ae *m., πελταστής. non nisi plur. i. q. miles levis armaturae, qui pelta instructus est*: NEP. Iph. 1, 4 ille e contrario peltam pro parma fecit, a quo postea -ae pedites appellabantur, ut ... essent leviores. LIV. 31, 36, 1 *Philippus* caetratos, quos -as vocant, ... in insidiis abdiderat (*sim.* 33, 4, 4. *utrobique trad.* peltas, *corr. edd. vet.*; peltatos *Maurenbrecher supra vol. III 116, 25 sq. coll. l. 19, sed* LIV. *hic vocem graecam afferre videtur, quam alibi vertit, sc. 28, 5, 11 voce* peltatus [*v. l. 22*], *alibi voce* caetratus [*cf. e. g. 33, 8, 7 et 13 cum Polyb. 18, 24, 1 et 8*]).

peltātus, -a, -um. *a* pelta, *cf.* armatus, caetratus *sim. de notione*: GLOSS. V 564, 57 cetratos, quos -os vocant (*subesse videtur* LIV. *sub* peltasta *allatus*).

i. q. pelta instructus: **1** *de viris*: LIV. 28, 5, 11 *Philippus ducem quendam* cum mille -is – pelta caetrae haud dissimilis est – Chalcidem mittit (peltastis *Gronov, sed v. l. 15 sqq.*). **2** *de feminis, imprimis Amazonibus*: Ov. am. 2, 14, 2 quid iuvat immunes belli cessare puellas nec fera -as agmina velle sequi, si *eqs.* epist. 21, 117 (*loq. Cydippe*) non ego constiteram sumpta -a securi, qualis in Iliaco Penthesilea solo (*cf.* VAL. FL. 5, 613 prospice ..., quantum elata valeat -a securi *Euryale Amazon*). SEN. Ag. 218 -a Amazon (MART. 9, 101, 5). SCHOL. Stat. Theb. 5, 145 -um *agmen* (*v. vol. VII 2, 1840, 34*). CLAVD. 11, 33 -a ... cohors.

peltifer, -a, -um. *a* pelta *et* ferre, *cf.* armifer *sim. nec non πελτοφόρος. i. q. peltam ferens*: STAT. Theb. 12, 761 non cum -is ... haec tibi pugna puellis (*i. cum Amazonibus; opp.* cruda virorum proelia).

peltoclotis *v.* philtroclotis. **peltum** *v.* pelta. *Schwind.*

pēlvicula, -ae *f. a* pelvis *deminutive. i. q. parva pelvis*: VEL. gramm. VII 77, 6 sane basim et pelvim per i scribamus, quoniam et basicula et -a scribitur. NOT. Tir. 101, 64 (*inter vasa*) pulvicula (pelv- *var. l.; antecedit l. 49*).

***pēlvis** (pēluis), -is *f.* (*m. l. 50*). [pēlvis < *pēluu̯i-s *saepe comparatur cum ind. vet.* pālavī- *f., quae vox item vas significat, sed rarissima est neque invenitur in scriptis antiquis.* *pĕl- *inest aliis vocibus similis notionis, v. Walde-Hofmann II 278; Pokorny, Idg. etym. Wb. I 804; Frisk, Gr. etym. Wb. II 498. Fo.*] *de origine*: VARRO ling. 5, 119 -is pede⟨l⟩uis a pedum lavatione (*sim.* ISID. orig. 20, 6, 8. GLOSS.^{L} IV Ps. Plac. P 12 [pelluis *var. l.*]). VEL. gramm. VII 65, 18 a pelluendo -is et apud antiquos *τρισυλλάβως* pelluis, quae nunc in synaeresi -is dicitur (*cf.* NON. p. 543, 20 -is: sinus aquarius, in quo varia pelluuntur: unde ei nomen est [*affert p. 1022, 2. 39*). *scribitur*: pul- *l. 49. 52. 68. 69. p. 1022, 42*; pelb- CIL X 6, 6 (*lapis periit*). VET. LAT. Ioh. 19, 29 (cod. 2). HIST. AVG. Aurelian. 4, 4 (*cod. P ante corr.*). *al.* (*in var. l.*). NOT. Tir. 95, 16 -es. 101, 63 pulvis (pelvis *var. l.*). *de genere: masc.* PASS. Sus. I 11 -im ligneum. *de formis: testantur acc.* -im *et abl.* -i VEL. gramm. VII 77, 6 sq. CHAR. gramm. p. 58, 8. MART. CAP. 3, 302 (*cf. etiam* CAES. anal. frg. Char. gramm. p. 157, 1 [pulvim *cod.*]); *acc.* -im *etiam* EXC. Bob. gramm. I 544, 15 PRISC. gramm. II 329, 4; *abl.* -i *et* -e DIOM. gramm. I 306, 21. *formae traditae: acc.* -im: CATO agr. 10, 2. 11, 3 CAECIL. com. 134. LABER. mim. 94 (*sed* 83 -em). VARRO frg. Non. p. 547, 6 PASS. Sus. I 11, *in var. l.*: TERT. adv. Hermog. 19, 4. *al.*; -em: LABER. *l. 55.* CELS. 4, 31, 4. 6, 9, 7 (*bis*). APVL. met. 9, 3, 3 TERT. coron. 8, 3. VET. LAT. iud. 5, 25 (cod. 100). Ioh. 13, 5 (codd. 2. 3. 4. 5. *al.*; -im cod. 6). *al., in titulis*: CIL X 6, 6 (*lapis periit*). INSCR. christ. Diehl 2404d (*saec. V*). *abl.* -i: PLIN. nat. 28, 104. 31, 46. IVL. VAL. 1, 1 (*bis, in codd. epitomes, sed ibid.* 1, 2 -em). PASS. Sus. I 11 (*sed* I 20 -e); -e: CELS. 4, 24, 2 PETRON. 70, 8. VET. LAT. iud. 5, 25 (Verec. in cant. 9, 24). SORAN. p. 36, 10 GEST. Liber. 5. *adde l. 61. ceterum nota nom. sing.* -eis *p. 1022, 53;* -ba, -vea *l. 68 sq. mensuram trisyll. testatur* VEL. *l. 44* (*cf. l. 42 sq.*), *praebent* LABER. mim. 94, *fort. etiam* CAECIL. com. 134 LABER. mim. 83; *bisyll.* IVV. *quater,* AVSON. *al.; ad rem v. Leumann, Gramm. 1977, 132. de notione: v. l. 42 sqq. p. 1022, 4. 1019, 66, adde* GLOSS. *λεκάνη. νιπτήρ. λουτήρ. θερμόφυλαξ.* GLOSS. II 351, 32 *κόγχη*: concha, pulba. 589, 16 (*in serie* pe-) pulvea: vas rotundum in quo lavantur pedes. *legitur singulis vel paucis locis apud* CAECIL., CATONEM, LABER., VARRONEM, CAES., VALG. (*v. p. 1022, 41*), LIV., VITR., PAVL. FEST., CELS., SEN. *philos.*, PETRON., PLIN. *mai.*, IVV., VEL., *al.* [*confunditur in codd. cum* pellis PLIN. nat. 28, 146. 31, 46 HIST. AVG. Aurelian. 4, 4. *al.* (*restit.* SIDON. carm. 16, 14).]

i. q. vas latum patulumque (*conficitur fere metallis [aliter p. 1022, 5. 12. 50. 62]; impletur plerumque liquoribus, praecipue aqua; ad rem v. Hilgers, Lat. Gefäßnamen, 1969, 73. 248 sq.*): **I** *proprie*: **A** *adhibetur ad lavandum* (*v. etiam p. 1021, 42 sqq. 68. 69*): CAECIL. com. 134 -im sibi poposcit (*huc inseruimus sec.* NON. *p. 1021, 45*). IVV. 3, 277 ut *fenestrae* sint contentae patulas defundere -es (SCHOL. *ad l.* 1 -es: conchas, in quibus pedes lavant. 2 aut vasa fictilia, *ποδ⟨ά⟩νιπτρα*). VET. LAT. Ioh. 13, 5 (cod. 4, *sim. al. et* VVLG.) *Christus* misit aquas in -em et coepit lavare pedes discipulorum (*gr. νιπτῆρα. inde* TERT. coron. 8, 3 HIER. epist. 18A, 12, 1. INSCR. christ. Diehl 2404d [*saec. V*]. COMMON. patr. 4, 1. *al.*). HIST. AVG. Aurelian. 4, 4 (*inter auspicia imperii*) pueri ... -em serpentem plerumque cinxisse (*sim. lavantur infantes*: SORAN. p. 36, 10 in -e grandi). LIB. pontif. p. 68, 9 -em ex argento ad baptismum, pens⟨antem⟩ lib⟨ras⟩ XX (*item adhibetur in baptismo*: PASS. Sus. I 11 stans nudus super -im ligneum *Claudius baptizatur. ibid.* levato eo de -i [*sed ibid.* I 20 de -e]. *cf. infra l. 62*). **B** *adhibetur ad varios usus*: CATO agr. 10, 2 -im I (*item* 11, 3, *sc. inter instrumenta oleti et vineae*). LIV. 27, 37, 10 donum -is aurea facta lataque in Aventinum (*sim. est donum votivum*: CIL X 6, 6 -em aeream Corintheam). VITR. 8, 1, 4 *ad aquas inveniendas* fodiatur ... locus ... in eoque conlocetur ... scaphium ... aut -is (*sim. in eadem re*: PLIN. nat. 31, 46). CELS. 4, 24, 2 *puer lumbricis laborans* desidat subiecta calida aqua in -e (*in aliis curationibus*: 4, 31, 4. 6, 9, 7 [*bis*]). SEN. nat. 1, 3, 6 -es ... mille sereno die pone, *sc. aqua plenas, ut arcum pluvialem multarum solis imaginum confusionem esse demonstres.* 1, 12, 1 *ad solis defectionem observandam* ponimus -es, quas ... oleo ... implemus. PETRON. 70, 8 pueri ... attulerunt unguentum in argentea -e. PLIN. nat. 28, 104 sive lucernis sive -i (pulvi *vel* lui *fere codd.*) sive aqua *deorum colloquium eliciunt magi* (*sim. in arte magica*: 30, 14. IVL. VAL. 1, 1 [*bis*] *et* 1, 2 [*e codd. epitomes; gr. ter λεκάνη, cf. p. 1, 15 λεκανομαντεία*]). IVV. 6, 431 aurata Falernum -is olet. 6, 441 verborum tanta cadit vis, tot pariter -es ac tintinnabula dicas pulsari (*sim. pulsantur ut sonum reddant*: AVSON. 418, 25 p. 286). APVL. met. 9, 3, 3 ut *asino* aquae recentis completam -em offerrent potui. VET. LAT. iud. 5, 25 (Verec. in cant. 9, 24) *Iahel Sisarae* in -e potentium obtulit butyrum (*gr. ἐν λεκάνῃ ἰσχυρῶν*, cod. 100 in -em aquarum, *Vulg.* in fiala principum). 6, 38 (cod. 100) decucurrit ros de vellere, plena -is aquae (*gr. λεκάνη, Vulg.* concam. *inde* CYPR. GALL. iud. 305 SIDON. carm. 16, 14. *al.*). Ioh. 19, 29 (cod. 2) -is posita erat aceto plena (*gr. σκεῦος, cod. 4. al. et Vulg.* vas). *al.* **C** *cetera exempla* (*sc. ubi usus aut prorsus neglegitur aut parum constat; addas fort. exemplum a viro docto saec. XV e comoedia antiqua allatum, v. Sabbadini, Storia e critica di testi, 1914, 423*): LABER. mim. 83 voluit clipeum contra -em proici. 94 amore cecidi tamquam blatta in -im. VARRO frg. Non. p. 547, 6 quae *vasa* utilitas postularet: trulleum, matellionem, -im, nassiternam. VALG. carm. frg. 6 perfusam -em (*frg. fort. pedestre nomine Vallii trad.; aliter ed. Glorie, Corp. Christ. 133 A, 793*). PAVL. FEST. p. 248 praefericulum: vas aeneum sine ansa patens summum, velut -is. PLIN. nat. 9, 93 (*e Trebio Nigro; polypus ingens describitur*) caliculis urnalibus -ium modo. 28, 146 *fel taurinum utile est* in aere -busque aureo colore obducendis. CIL IV 10566, 11 (*in serie vasorum*) -i(s) cum basim. IVV. 10, 64 *e Seiani statuis* fiunt urceoli, -es *eqs.* (*contra* PRVD. perist. 10, 299 *affertur inter vasa, e quibus idola conficiuntur*). VLP. dig. 34, 2, 19, 9 vasa argentea ... veluti ... -es. PAVL. dig. 33, 10, 3 pr. suppellectili legata haec continentur: ... vasa aquaria, -es *eqs.* (*in re simili*: 33, 10, 3, 3 sent. 3, 6, 56). TERT. adv. Hermog. 19, 4 fecit figulus -im vel urnam. VVLG. Ier. 52, 19 -es (*inter ea, quae Chaldaei e templo tulerunt*). PRVD. epil. 16 aere ... expolita -is. INSCR. Année Épigr. 1976 n. 370 (*Brit.; in vase*) ⟨pe⟩lveis contub⟨e⟩rnio Messoris.

II *translate: in scripturis sacris*: HIER. psalt. sec. Hebr. 107, 10 (*loq. deus*) Moab lebes -is meae (*hebr.* סִיר רָחְצִי, *Aquila λέβης τοῦ λούτρου, LXX λέβης τῆς ἐλπίδος, unde Vulg.* lebes spei [*sim. loco gemino 59, 10, ubi psalt. sec. Hebr.* olla lavacri, *var. l.* olla -is]). *apud ecclesiasticos*: RVFIN. Orig. in iud. 8, 5 p. 515, 13 exprimo ... aquam de 'vellere' libri Iudicum (*v. supra l. 33*) et ... 'mitto' eam 'in -em' animae meae (*cf. supra l. 6*). PS. FVLG. RVSP. serm. 45 Rev. Bénéd. 29, 1912 p. 158, 19 -is illa totus mundus est et rotatum vas illius -is circuitus est orbis, ubi sumus (*spectat ad l. 6 ut*: GEST. Liber. 5 baptiza in -e ubi magister; -is illa non lignum, sed totus mundus est). VEREC. in cant. 9, 24 (*spectat ad l. 31*) -es potentium est primo noscendum libros esse sanctorum *eqs.*

deriv.: pelvicula. *Malsbary.*

ait consulem mihi **†pelum** cedere VARRO Men. 451 (pilum *Iunius [cf. Della Corte, Riv. Fil. Class. 20, 1942, 210]; coni. alii alia*).

? **pelusit:** distulit GLOSS. *obscurum* (de- *vel* prelusit *suspicatur Heraeus in exemplari nostro*).

pēminōsus, -a, -um. [*cf.* lūmin-, ōmin-ōsus *sim.; partem priorem nonnulli coniungunt cum ind. vet.* pāmán- *'scabies' (Walde-Hofmann II 234), quod fort. fieri potest, si* pēm- *legendum est neque ante sonum* m *aliquid excidit. Fo.*] *i. q. rimosus*: VARRO rust. 1, 51, 1 (*de area facienda*) *sit* solida terra pavita, maxime si est argilla, ne ⌞aestu -a⌟ ⟨si sit⟩, in rimis eius grana oblitescant (⌞ ⌟ae. rimosa, rumosa *var. ll.*; situ paeminosa NON. p. 163, 14,

[Fl.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

qui adi. ad grana *refert explicatque*: -um, mali odoris; a paedore dictum [*inde* GLOSS. V 646, 39 -um: fetidum, a pedore]).

pemma, -atis *n.*, *πέμμα. litteris graecis*: VARRO *l. 8 sq.*, GELL. [*legebatur olim e coni.* APIC. 7, 4, 4.] *operis pistorii genus (ad rem v. Hauri-Karrer, Lat. Gebäcksbezeichnungen, Diss. Zürich, 1972, 55 sq.): exempla varia: ?* LVCIL. 1368 panis, -a, lucuns, cibus qui purissimus multo est (*versum in* Varronis Men. 417 *ex Lucilio afferri coniecit Bücheler; cf. ibid.* 508 vinum, -a [remma *codd.*], lucuns nihil adiuvat). VARRO Men. 341 *πέμμασιν* ... cum *πέψει* societas infida (*antea*: bellaria. *explicat* GELL. 13, 11, 6, *v. vol. II 1805, 30 sqq.*). HIER. in Os. 3, 1 l. 35 pro -bus, quae LXX transtulerunt (*sc. Os. 3, 1 πέμματα, Hier. ad l.* coctiones) ... placentas latine possumus dicere vel crustula *eqs. in praeceptis medicorum*: PHILAGR. med. 1 p. 148, 16 (*inter cibos frigidos*) diversa -ta (pimm-, pomm-, pimin- *al. var. ll.*). 3 p. 166, 15 -bus pinguioribus et frigidis multum (pegma-, pema- *var. ll.; sim. inter cibos qui umores spissos nutriunt*: 4 p. 175, 24 -ta de melle et ydrea [*i. χίδρῳ*] facta. ORIBAS. syn. 4, 2, 1 Aa p. 6 que cum musto aut dulce et semula conficiuntur -ta [*sim.* La, *gr. πέμματα*]). RVF. podagr. 22 (*inter cibos acriores*) -ta omnes de caseo et mel et oleo factas.

PS. APVL. herb. 3 l. 50 Aegyptii **pempemthar** *dicunt herbam verbenacam* (pempeth- *var. l., de formis gr. v. app. crit.; ceterum cf.* GLOSS. III 573, 62 penpetan: verbena).

pempere *v.* phepere.

pemphigōdēs, (-is) *adi., πεμφιγώδης. i. quod fit cum pustulis*: PS. SORAN. quaest. med. 114 quid est pimfigodis febris? quibus consistente calore vesicularum ebullitiones fiunt per labia et ora (*gr. XIX 399 πεμφιγώδης*).

pemptus *vox obscura (subst.? adi.?) trad.* SERV. auct. Aen. 1, 30 Achillis statua ..., quae ... in extima auris parte elenchum more femineo habuerit. ⌞hic⌟ apud Cretam insulam -us vocatus est, ut veteres auctores tradunt (⌞ ⌟ *sc. elenchus, unio. an ipse Achilles?*).

pen- *v. etiam* paen- *et* poen-.

penārius *v.* penuarius. *Fl.*

⁑penātēs, -ium *subst. m. (de diis m. et f. v. p. 1026, 5. 41) vel adi. (v. p. 1027, 67; de sing. v. l. 47).* [*primo fuit adi.* penates (di -es *'dei in interiore aedium parte habitantes'*) *derivatum a subst.* pen-us (*sim.*) *'pars interior' similiter ac* penetrare, penitus; *v. Ernout, Philologica III 1965, 32. alii subesse putant* penus *'cibus' sim., sed cf. Weinstock, RE XIX 1, 417 sqq.; Ormanni, Penus legata, Studi in onore di E. Betti IV 1962, 666 sqq. si suffixum* -āti- *peregrinum est (cf. Leumann, Gramm. 1977, 346), vox* penates *ad aetatem priscam pertinere non potest. Fo.*] *de origine*: CIC. nat. deor. 2, 68 *et al. v. sub IA1. scribitur*: ⟨p⟩oen- CIL IX 259, 13 (*a. 395*); paen- VERG. Aen. 4, 21 (*codd. FG*). LIV. 44, 39, 5 (*cod. V*). NOT. Tir. *infra. notatur* p *e. g.* INSCR. numm. *infra p. 1026, 1 sq.* FERIAL. Cum. *p. 1025, 37*, penat CIL VI 2267, penati(bus ?) INSCR. Année Épigr. 1928 n. 122. NOT. Tir. 32, 96 paenates. 97 di paenates (*seq.* manes). *de numero*: FEST. p. 253 -is singulariter Labeo Antistius posse dici putat, quia pluraliter -es dicantur, cum patiatur proportio etiam penas dici, ut optimas, primas, Antias (*plurale tantum testantur* CHAR. gramm. p. 35, 1 DIOM. gramm. I 327, 30. *al., addit autem* PRISC. gramm. II 355, 14 invenitur tamen apud veteres eius singulare 'hic -is huius -is' [*nullo allato exemplo*]). *de formis: gen. plur.* -ium *passim* (*testatur* PRISC. gramm. II 355, 13), -tum SIL. 10, 94 *et* PRVD. c. Symm. 1, 195 *in fine hexametri, ceterum hic illic in codd., e. g.* PS. AVR. VICT. orig. 11, 3. 12, 5 AMM. 18, 5, 3. *de notione*: SYNON. Cic. p. 422, 17 domus. sedes. -es. aedes. sacra. arae. penetralia. foci. lares. di -es. di patrii. tectum. *eqs.* GLOSS. dii -es: *θεοὶ πατρῶοι. θεοὶ κατοικίδιοι.* dii domestici. -es: *πατρῷοι θεοί.* dii quasi domestici. dii immortales, domus vel focus sive parietes vel possessiones paterna⟨e⟩. domicilia, sacra. domus vel focus. focos vel ⟨c⟩ultores. deos cellariorum, quos pagani habuerunt. *al., v. sub IA et infra suis locis. legitur inde a* NAEVIO (*v. p. 1025, 17*), PLAVTO, LEGE Bant., TER., TRAG. inc. 243, INSCR. numm. (*v. p. 1026, 1 sq.*), CIC., CATVLLO; *saepe apud poetas* (*imprimis apud* VERG. Aen., SEN. *trag. et in* OCTAVIA, SIL., STAT.). *inter scriptores frequentant* LIV., VAL. MAX., TAC. [*confunditur in codd. cum* nepotes VERG. georg. 2, 514 (*restit.* VAL. FL. 1, 721. 3, 13). *e coni. pro* parentes *fortasse non necess.* CATVLL. 64, 404. *loco corrupto* SEN. dial. 7, 25, 4 (*varia temptaverunt varii*).]

significantur dei penitus insidentes (*sc. qui sunt in penore vel in penetralibus domus; ad religionem Graecorum aliarumque gentium spectant praeter scaenicos veteres e. g.* CIC. Deiot. 8 BELL. Afr. 91, 3 NEP. Them. 7, 4 VERG. Aen. 1, 704 TAC. ann. 15, 2, 1. *al., v. etiam p. 1026, 64 sqq.*). *ad rem v. imprimis Weinstock, RE XIX 1, 417 sqq.; Radke, Götter Altitaliens, 1965, 247 sqq., idem in: Enciclop. Virg. IV, 1988, 12 sqq.; Dubourdieu, Les origines ... du culte des Pénates, 1989.*

I *proprie* (*nonnulla ambigua inter I et II, e. g.* CIC. S. Rosc. 23 CATVLL. 9, 3 BELL. Afr. 91, 3): **A** *praemonenda, sc. de natura deorum -ium* (*rem fusius tractavisse videtur* HYG., *v. infra l. 43*): **1** *exempla ad nomen spectantia*: CIC. nat. deor. 2, 68 *non* longe absunt ab hac vi, *sc. Vestae ad aras et focos pertinentis,* di -es, sive a penu (*v. l. 8, cf. p. 1025, 27*) ducto nomine – est enim omne quo vescuntur homines penus – sive ab eo quod penitus (*v. l. 19. 23 sqq.*) insident; ex quo etiam penetrales a poetis vocantur (*sc. exemplis non traditis; cf.* PAVL. FEST. p. 208 penetralia sunt -ium deorum sacraria). VARRO frg. Arnob. nat. 3, 40 *v. l. 18.* FIRM. err. 14, 2 omne quod vescuntur homines penus vocatur: hinc et cella penaria, hinc et dii -es *eqs.* SERV. auct. Aen. 3, 12 qui *dii magni* ideo -es appellantur, quod in penetralibus aedium coli soleant; nam et ipsum penetral penus dicitur, *eqs.* (*cf.* ISID. orig. 8, 11, 99 *sub 3a*).

2 *loci potiores afferentes testimonia vetera*: ARNOB. nat. 3, 40 Nigidius -es deos Neptunum esse atque Apollinem prodidit (*v. infra l. 27*), qui quondam muris immortalibus Ilium condicione adiuncta cinxerunt; ... *idem exponit* disciplinas Etruscas sequens genera esse -ium quattuor et esse Iovis (*cf. infra l. 69*) ex his alios, alios Neptuni, inferorum tertios, ... hominum quartos ...; Caesius ... Fortunam arbitratur et Cererem, Genium Iovialem ac Palem ... (*sim.* SERV. auct. Aen. 2, 325); Varro qui sunt introrsus atque in intimis penetralibus caeli deos esse censet quos loquimur nec eorum numerum nec nomina sciri; hos Consentes et Complices Etrusci aiunt et nominant ...; nec defuerunt qui scriberent Iovem, Iunonem ac Minervam deos -es exsistere, sine quibus vivere ac sapere nequeamus et qui penitus nos regant ratione, calore ac spiritu (*cf.* SERV. auct. Aen. 2, 296 per quos penitus spiramus et corpus habemus et animi rationes possidemus. MACR. *v. infra*). SERV. auct. Aen. 1, 378 sane de diis -bus licet varias opiniones secutus sit Vergilius, omnes tamen diversis locis complexus est; nam alii, ut Nigidius et Labeo, deos -es Aeneae Neptunum et Apollinem tradunt, ...; Varro deos -es quaedam sigilla lignea vel marmorea ab Aenea in Italiam dicit advecta ... (*cf.* 3, 148. SCHOL. Verg. Veron. Aen. 2, 717 ligneis sigillis vel lapideis, terrenis quoque); idem Varro hos deos Dardanum ex Samothraca in Phrygiam, de Phrygia Aenean in Italiam memorat portavisse (*sim.* 3, 148); alii autem, ut Cassius Hemina, dicunt deos -es ex Samothraca appellatos *θεοὺς μεγάλους* (*cf. supra l. 9 et infra l. 51 sqq. p. 1026, 53*), *θεοὺς δυνατούς, θεοὺς χρηστούς* (*affert locos Vergilii*). MACR. Sat. 3, 4, 6 sqq. de dis ... Romanorum propriis, id est -bus, *eqs.* (*ex Nigidio, Labeone Varroneque similia affert ac* SERV. *supra; deinde*:) qui sint autem di -es ... Varro non exprimit; (8) sed qui diligentius eruunt veritatem, -es esse dixerunt per quos penitus spiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi possidemus: ...; Cassius ... Hemina ...; (11) ... Vestam, quam de numero -ium aut certe comitem eorum esse manifestum est, adeo ut et consules et praetores seu dictatores, cum adeunt magistratum, Lavinii rem divinam faciant -bus pariter et Vestae; ... (13) addidit Hyginus in libro quem de dis -bus scripsit, vocari eos ⌞*θεοὺς πατρῴους*⌟ (⌞ ⌟ *v. p. 1023, 56. 57. cf. p. 1028, 4*).

3 *alia exempla*: **a** *paganorum*: VARRO ling. 5, 144 *primum oppidum* stirpis Romanae Lavinium, nam ibi dii -es nostri (FEST. p. 329 *v. infra.* SERV. auct. Aen. 1, 270 ad quam *Albam* cum de Lavinio dii -es translati nocte proxima Lavinium redissent, atque eos denuo Albam Ascanius transtulisset et illi iterum redissent Lavinium, *eqs.* 3, 12 *v. infra. al.*). frg. Serv. Aen. 3, 12 ('-bus et magnis dis') unum esse ... -es et magnos deos (*addit* SERV.: nam et in basi scribebatur 'magnis diis'; potest tamen hoc pro honore dici, nam dii magni sunt Iuppiter Minerva Mercurius, qui Romae colebantur, -es vero apud Laurolavinium; *eqs. cf. etiam l. 33*). FEST. p. 329 Saonem ex Samothrace cum Aenea, deos -es qui Lavinium transtulerit, saliare genus saltandi instituisse (*sim. iam* VARRO [*supra l. 31 nec non* Macr. Sat. 3, 4, 7] *et al., v. etiam l. 33 sq.* SERV. auct. Aen. 3, 12 SCHOL. Verg. Veron. Aen. 2, 717). DIONYS. ant. 1, 67, 3 *τοὺς δὲ θεοὺς τούτους Lavinium ab Aenea allatos 'Ρωμαῖοι μὲν πενάτας καλοῦσιν* (*affert versiones gr., sc. Πατρῴους, Γενεθλίους, Κτησίους, Μυχίους, Ἑρκείους*). SERV. Aen. 2, 469 singula ... domus sacrata sunt diis, ut culina -bus (*cf.* SCHOL. Hor. sat. 1, 5, 38 *in culina coluntur* dii -es). 2, 514 -es sunt omnes dii qui domi coluntur (*sim.* ISID. *infra*). 3, 119 (auct.) *Neptunus et Apollo dicuntur* dii -es fuisse, quos secum advexit Aeneas (*sim. supra l. 27*), quamvis diversis locis alias opiniones aliorum secutus poeta de diis -bus diversa dixerit. 3, 134 (auct.) 'focos' pro '-es' posuit; at e contrario -es pro focis (*affert* 1, 704). SCHOL. Iuv. 4, 60 Romani ... cum diripuissent Albam, sacra sublata Roma⟨m⟩ transtulerunt et deos -es. MART. CAP. 1, 41 *in consilium caeleste advocantur* senatores deorum, qui -es ferebantur Tonantis ipsius quorumque nomina quoniam publicari secretum caeleste non pertulit, ex eo quod omnia pariter repromittunt, nomen eis consensione perfecit (*sc. 'di consentes', iuxta quos* 1, 45. *cf. supra l. 20*). ISID. orig. 8, 11, 99 -es gentiles dicebant omnes deos quos domi colebant; et -es dicti, quod essent in penetralibus, id est in secretis; hi dii quomodo vocabantur vel quae nomina habuerint, ignoratur. *al.* **b** *Christianorum* (*sc. deos paganos*

[Keudel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

oppugnantium; v. etiam FIRM. err. 14, 2 *sub 1*): TERT. nat. 1, 10, 20 privatos ... deos, quos lares et -es domestica consecratione perhibetis, domestica et licentia inculcatis venditando, pignerando pro necessitate ac voluntate. CYPR. idol. 4 sunt apud Romanos et victi -es, quos Aeneas profugus advexit (*cf. p. 1026, 49 et* AVG. civ. 1, 3 p. 7, 11 sqq. istis -bus victis Romam, ne vinceretur, prudenter commendare debuerunt? *eqs.*). ARNOB. nat. 3, 42 p. 199, 6 *dicitis*: etiamsi personaliter ignoramus qui sunt lares, qui sunt Novensiles, qui -es, esse illos tamen consensio ipsa vindicat auctorum et in numeris caelitum formam sui generis optinere. 3, 43 p. 200, 10. LACT. inst. 4, 28, 13 *superstitiosi vocantur*, qui parentibus suis superstites colebant imagines eorum domi tamquam deos -es. epit. 23, 3 *daemones* adhaerent ... singulis et sub nomine geniorum aut -ium domos occupant. *al.*

B *exempla ad cultum vel religionem spectantia* (*sc. deorum vel privatorum vel publicorum; ad imagines deorum -ium cf. etiam supra p. 1024, 28 sqq. infra l. 45. p. 1026, 2 sqq. 56. 65 sqq. 72; iuxta* lares, Vesta *sub IIIB*): **1** *varia*: NAEV. carm. frg. 3 postquam avem aspexit in templo Anchisa, sacra in mensa -ium ordine ponuntur; immolabat auream victimam pulchram. CIC. Catil. 4, 18 vobis *commendat patria* aras -ium, ... illum ignem Vestae sempiternum, *eqs.* (PORPH. Hor. epod. 2, 43 ara deorum -ium est focus. SCHOL. Iuv. 12, 113. *cf.* VAL. MAX. 5, 3, 3 altaribus ... -ium avulsum *profugum*). har. resp. 12 de deorum -ium Vestaeque matris caerimoniis. *al.* VARRO ling. 5, 54 (*sec. inscriptionem veterem*) in Velia, apud aedem deum -ium (frg. Non. p. 531, 20. R. GEST. div. Aug. 19 a. deum -ium in Velia ... feci [*gr. θεῶν κατοικιδίων*]. app. 2 [*gr. θεῶν πατρίων*]. LIV. 45, 16, 5 SOL. 1, 22). VERG. Aen. 1, 704 *famulis Didonis* cura penum struere et flammis adolere -es (CLAVD. DON.: ad quarum curam pertinebat procuratio cellarii et deorum -ium cultus). 5, 62 adhibete -es et patrios epulis et quos colit hospes Acestes. 8, 543 ignibus aras excitat *Aeneas ... et* larem parvosque -es laetus adit; mactat *eqs.* HOR. carm. 3, 23, 19 *manus rusticae pia* mollivit aversos -es farre pio et saliente mica. TIB. 1, 3, 33 patrios celebrare -es reddereque antiquo menstrua tura lari. LIV. 1, 1, 9 Latinum apud -es deos domesticum publico adiunxisse foedus filia Aeneae in matrimonium data (21, 63, 10 praetextam sumpturum *consulem.* 45, 14, 3 grates deis pro victoria a. suos -es ageret. *cf.* 30, 14, 2 *ut Masinissa* ad -es hostis sui nuptiale sacrum conficeret). FERIAL. Cum. Mart. 6 (Inscr. Ital. XIII 2 p. 279) supplicat⟨i⟩o Vestae, dis pub(licis) p(enatibus) p(opuli) R(omani) Q(uiritium). COLVM. 1, 8, 20 *pater familias* meminerit, cum e civitate remeaverit, deos -es adorare, deinde *eqs.* 10, 279. ASCON. Scaur. p. 24, 8 sacra publica populi R. deum -ium, quae Lavini fierent, opera eius *Scauri* minus recte casteque fieri (*ad sacra ibi agenda cf.* LVCAN. 7, 394. *v. supra p. 1024, 42*). ACT. ARV. a. 59 (CIL VI 2042) a 38 ⟨ante dom⟩um Domitianam dis -bus vaccam. MENOL. Colot. (Inscr. Ital. XIII 2 p. 287) Ian. sacrificant dis -bus (*item* Vall. Ian. *ibid.* p. 293). COD. Theod. 16, 10, 12 pr. nullus omnino ... sensu carentibus simulacris vel insontem victimam caedat vel, secretiore piaculo, larem igne, mero genium, -es odore veneratus accendat lumina, imponat tura, serta suspendat. *al.*

2 *per -es iuratur, fiunt vota, preces, invocationes sim.*: **a** *exempla auctorum* (*fortasse etiam* TER. Phorm. 311, *v. sub C1*): PLAVT. Merc. 834 di -es meum parentum, familiai Lar pater, vobis mando meum parentum rem bene ut tutemini. CIC. Sull. 86 vos, di patrii ac -es, qui huic urbi atque huic rei publicae praesidetis (*eadem formula orationis* dom. 144 patrii -es familiaresque, qui *eqs.*, vos obtestor), qui hoc imperium, qui hanc libertatem, qui populum Romanum, qui haec tecta atque templa me consule vestro numine auxilioque servastis, testor *eqs.* (Sest. 45 te ... patria, testor, et vos, -es patriique di, *eqs. cf.* obtestor: *l. 53.* VERG. Aen. 9, 258 per magnos ... -es Assaracique larem et canae penetralia Vestae obtestor, *eqs.* HOR. epist. 1, 7, 94 te per genium dextramque deosque -es obsecro et obtestor, *eqs.*). CIC. ac. 2, 65 iurarem per Iovem deosque -es, *eqs.* VERG. Aen. 5, 632 o patria et rapti nequiquam ex hoste -es, *eqs.* 7, 121 o fidi Troiae salvete -es: hic domus, haec patria est, *sc. Latio.* HOR. sat. 2, 3, 176 per divos oratus uterque *filius* -es. SEN. Herc. f. 495 umbrae Creontis et -es Labdaci et nuptiales impii Oedipodae faces, nunc solita nostro fata coniugio date (*de nuptiis cf. supra l. 33. 36*). LVCAN. 1, 196 o ... Tonans Phrygiique -es gentis Iuleae ... Vestalesque foci *eqs.* STAT. Theb. 11, 367 Argolicos per te *rogo*, germane, -es ..., per si quid in illa dulce domo, summitte animos. FRONTO p. 164, 25 apud lares -es deosque familiares meos et reddidi et suscepi vota et precatus sum, uti *eqs. al.* *per ironiam*: ARNOB. nat. 3, 43 p. 200, 6 adeste, adestote dii -es. **b** *in legibus, nummis, dedicationibus sim.* (*cf. p. 1024, 52*): LEX Bant. (CIL I² 582) 18 apud q(uaestorem) iouranto per Iovem deosque ⟨-es sese quae ex h(ace) l(ege) oport⟩ebit facturum *eqs.* (*restitutum sec.* 25. *cf.* LEX Vrson. [CIL I² 594] 81, 19 in forum ius iurandum adigito per Iovem deosque -es, *eqs.* Salpens. [CIL II 1963]1, 31 iuret per Iovem et divom Aug(ustum) ... et genium imp(eratoris) Caesaris Domitiani Aug(usti) deosque -es, *eqs.* [*sim.* 2, 3. Irnit. 3 B 24. *al.*]. *al., v. p. 1025, 59*). INSCR. numm. lib. rei publ. 307, 1a (*a. 108/107 a. Chr.*) p(enates) p(ublici) (*cum imagine Dioscurorum ut*: 312, 1 [*a. 106 a. Chr.*] d(ei) p(enates) p(ublici)). INSCR. Année Épigr. 1964 n. 160 (*Pompeis*) qui nostrum mentitur, eum nec di -es nec inferi recipiant. CIL VI 30991 (*lapis non exstat*) diis deabus -bus familiaribus et Iovi ceterisve diibus. INSCR. Année Épigr. 1956 n. 204 (*saec. III in.*) dis -bus, laribus militaribus, lari viali, Neptuno, *eqs.* DECRET. decur. Genus. (CIL IX 259; *a. 395*) 13 placet huic *patrono* tabulam ... offerri et aput -es domus huius dedicari. *al., v. e. g.* INSCR. Dessau 3594 sqq.

C *cetera exempla*: **1** *ad deos privatos spectantia* (*saepe iuxta* domus; *non raro vi affectiva respiciuntur numina intima sedis patriae, homini ibi nato propria [cf. IIIC]; fortasse huc trahas* CIC. *sub IIA1; exempla post* NEP. *selecta*): PLAVT. Merc. 836 (834 *v. sub B2a*) ego mihi alios deos -es persequar, alium Larem, aliam urbem, aliam civitatem. TER. Phorm. 311 ego deos -es hinc salutatum domum devertar; inde ibo ad forum *eqs.* (*nisi ad B2a, v.* DON. *ad l.* salutatum: adoratum prima post reditum prece. *cf. Plaut. Stich. 534* deos salutatum). CIC. Verr. II 2, 13 *Verrem* sacra deosque -es a maioribus traditos ex aedibus suis eripuisse (*in eadem re* 4, 17). dom. 1 arae, foci, di -es (106. 108. 143 Sest. 145 Deiot. 8. *al.* SEN. benef. 5, 15, 5. *item iuxta affinia* [*cf. et l. 13 sq. 25. 26. 28*]: prov. 35 in patriam, ... ad deos -es ... redire [Lig. 33 patria ... domus ... di -es. *al.* SALL. or. Cottae 3 sq. CIRIS 419 Ov. met. 9, 639 LIV. 3, 54, 8. *al.; cf. p. 1027, 31*]. *al.* LIV. 2, 40, 7 domus ac -es mei ..., mater, coniunx liberique [3, 54, 8. 30, 32, 10. *al.*]. 7, 4, 4 extorrem urbe, domo, -bus. *al. sim.*). 143 di -es ac familiares mei (*v. vol. VI 1, 247, 2 sqq.*). rep. 5, 7 sanctis -ium deorum Larumque familiarium sedibus. *al.* CATVLL. 9, 3 venistine domum ad tuos -es? BELL. Afr. 91, 3 *cum Iuba* orasset, uti se ad suos deos -es admitterent. NEP. Them. 7, 4 deos publicos suosque patrios ac -es. PROP. 1, 22, 1 qualis et unde genus, qui sint mihi, Tulle, -es, quaeris. LIV. 24, 26, 2 in sacrarium ad -es confugit *Heraclia* cum duabus filiabus virginibus. RVT. LVP. 1, 13 Simonem domo sua, ab suis diis -bus ... esse exturbatum (*cf.* CIC. S. Rosc. 23 *sub IIA1*). PETRON. 123 vers. 226 *fugiens* -es occultat gremio deploratumque relinquit limen. STAT. silv. 2, 1, 67 *puero mortuo* muta domus ... desolatique -es *eqs.* *al. (non multa), inter quae*: PORPH. Hor. carm. 2, 18, 26 ('pellitur paternos in sinu ferens deos') etiam sacra deorum -ium secum ferre. HIST. AVG. Pius 3, 5 somnio saepe monitus est penat⟨ib⟩us suis Hadriani simulacrum inserere. Aur. 18, 6 hodie ... in multis domibus Marci Antonini statuae consistunt inter deos -es. *-es ut tutores hospitii* (*potiora; cf. p. 1027, 9*): CIC. Verr. II 4, 48 *Verres* non dubitavit illud insigne -ium hospitaliumque deorum ex hospitali mensa tollere (CIL VII 237, 3 I. o. m. dis deabusque h. -busq(ue) ob conservatam salutem *eqs.*). VAL. MAX. 5, 3, 3 *v. p. 1025, 21.* VAL. FL. 3, 13 *Iason Cyzicusque* manibus ... datis iunxere -es (nepotes *trad.*). MART. 4, 64, 29 (*de domo hospitali*) credas Alcinoi pios -es (*nisi ad II*). *al.*

2 *ad deos publicos spectantia* (*huc referas nonnulla sub B allata inde a* NAEV., *e. g. p. 1025, 18 sqq. 22 sqq. 37. 40 sqq. 51 sqq. 71 sqq. et supra l. 1 sqq.*): **a** *a Troia in Italiam allatos* (NIGID., LABEONEM, VARRONEM, CASSIVM HEMINAM *v. supra sub A2*): VERG. Aen. 1, 68 gens ... Ilium in Italiam portans victosque -es (8, 11 inferre. CYPR. idol. 4 *v. p. 1025, 4.* CLAVD. DON. Aen. 1, 80 p. 31, 1. AVG. civ. 1, 3 p. 7, 11 sqq. *v. p. 1025, 5*). 1, 378 sum pius Aeneas, raptos qui ex hoste -es classe veho mecum (5, 632 *v. sub B2a*). 3, 12 feror exsul in altum cum sociis natoque, -bus et magnis dis (8, 679 [*vehuntur cum Augusto in classe ut olim cum Aenea*]. *al.; cf. p. 1024, 33*). *al.* PROP. 4, 1, 39 huc, *i. Romam*, melius profugos misisti, Troia, -es. SEN. benef. 3, 37, 1 complexus sacra ac -es deos religiosus senex *Anchises.* SIL. 1, 43. 7, 475. Ps. AVR. VICT. orig. 11, 3 simulacris deorum -um (12, 5 [*e Catone*]). PRVD. c. Symm. 1, 195 umbra -um. AVG. civ. 10, 16 p. 427, 25 effigies deorum -ium, quas de Troia Aeneas fugiens advexit, de loco in locum migrasse. *al.* **b** *varia exempla*: -es publici: *v. sub IIID inde ab* INSCR. numm. (*a. 108/107 a. Chr.*). *cetera*: SALL. or. Phil. 16 neque te provinciae neque leges neque di -es civem patiuntur. 20 advorsum deos -es manus armare. epist. Pomp. 1 advorsus vos, *i. senatum*, patriamque et deos -es (LIV. 6, 14, 8. *al.* TAC. ann. 11, 16, 3). VERG. Aen. 1, 527 ferro Libycos populare -es (*an ad II? non Romanorum ut*: SIL. 2, 604 prisca advectos Rutulorum ex urbe -es, *sc. effigies.* 13, 53 Iliacos. ARATOR act. 2, 700 *quos deos advena Paulus* muta metalla vocat, quorum discedit ab urbe religio pulsique fugam petiere -es. *al.*). HOR. carm. 3, 14, 3 Caesar Hispana repetit -es victor ab ora (*nisi ad 1*). TAC. ann. 15, 41, 1 delubrum Vestae cum -bus populi Romani *exustum* (*v. Koestermann ad l.*). SVET. Aug. 92, 1 palmam in compluvium deorum -ium (*sc. in Velia situm*) transtulit. Nero 32, 4 templis compluribus dona detraxit simulacraque ... conflavit, in iis -ium deorum, quae mox Galba restituit.

II *metonymice* (*certiora, quamvis hic illic vix ab I discernenda, imprimis apud* CIC.): **A** *respicitur domus, habitatio (quae voces iuxta ponuntur, item* tecta, sedes *sim.) vel eius pars intima* (*sc. locus, ubi -es collocan-*

[Keudel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tur, penetrale, ut fortasse l. 4 sqq. 9; ceterum cf. e. g. VAL. FL. 5, 569 medios [STAT. silv. 1, 3, 59]. STAT. Theb. 7, 468 imis. FLOR. *infra l. 18*): **1** *hominum* (*fortasse huc trahas* VERG. Aen. 1, 527, *v. p. 1026, 64*): CIC. Quinct. 83 *Quinctius* iam de fundo expulsus, iam a suis dis -bus praeceps eiectus. S. Rosc. 23 *S. Roscium* nudum eiecit domo atque focis patriis disque -bus praecipitem ... exturbat. Sest. 30 exterminabit cives ... a suis dis -bus, expellet ex patria. VERG. georg. 2, 505 hic petit excidiis urbem miserosque -es, ut gemma bibat, *eqs.* Aen. 4, 21 (*loquitur Dido*) sparsos fraterna caede -es. 8, 123 nostris succede -bus hospes (*1, 627* tectis ... succedite nostris. *cf.* OV. met. 5, 650 regis subit ille *Triptolemus* -es [GERM. 109 VAL. FL. 5, 569. *al.*]. fast. 4, 531 parvos initura -es [6, 603 STAT. Theb. 2, 66]. 6, 529 intrasse [SIL. 16, 208. *al.*]. *al. sim.*). 11, 264 regna Neoptolemi referam versosque -es Idomenei? (SEN. Tro. 912. *cf.* LIV. 6, 14, 7 eversos. VAL. MAX. 6, 3, 1c ab imis fundamentis eruti sunt. *al. sim.*). OV. met. 8, 637 ubi caelicolae parvos tetigere -es *Philemonis Baucidisque eqs. al.* MANIL. 2, 6 *Vlixi* ultima ... in patria captisque -bus arma (in *c. abl. ut*: VAL. MAX. 9, 1, 6. QVINT. decl. 337, 7 in quibus natus sum ..., in quibus sacri aliquid esse credimus. TAC. ann. 12, 2, 1. *al.* FLOR. epit. 3, 21, 14 in -bus [penetralibus *Graevius*] domorum suarum. Ps. CYPR. laud. mart. 15 [*verba circumstantium*] est illi societas in -bus coniux, *eqs.* COD. Theod. 7, 18, 16. *al.*). SEN. contr. 1, 1, 6 ecquid aperis mi -es tuos? exc. contr. 5, 5, 2 intra istorum -es (VELL. 2, 95, 1 VAL. MAX. 4, 1, 12. 8, 7 ext. 6 SEN. dial. 6, 16, 4 OCTAVIA 607. *al.*). *al.* VAL. MAX. 6, 8, 7 dissimulata fuga se -bus suis intempesta nocte subduxit. *saepius.* SEN. Herc. O. 579 in (ad *var. l.*) -es regios gressus feram (in *c. acc. ut*: clem. 1, 15, 3 in privatos -es [*postea*: in meam domum]. VAL. FL. 8, 37. *al.*). *et saepius, e. g.* COD. Iust. 11, 48, 6 (*a. 366*) colonos ... ad antiquos -es, ubi censiti atque educati natique sunt, ... redire compellant. *de aliis rebus pro domo habitis*: LIV. 44, 39, 5 tentorium suum cuique militi domus ac -es *est.* TAC. hist. 2, 80, 3 nota et familiaria castra in modum -ium diligebantur. *al.* **2** *aliorum*: VERG. georg. 4, 155 *apes* patriam solae et certos novere -es (*item animalium*: STAT. silv. 3, 5, 58 vernos non sic Philomela -es circumit amplectens. *al.*). OV. met. 1, 174 hac parte, *i. in via lactea*, potentes caelicolae clarique suos posuere -es. SIL. 6, 488 Stygios (STAT. Theb. 11, 464. *cf.* APVL. met. 6, 16, 3 usque ad inferos et ipsius Orci ferales -es). STAT. silv. 3, 1, 103 intro -es (*de templo ut* MART. 10, 28, 3).

B *accedunt vel praevalent alii respectus* (*significantiora quaedam*): **1** *respicitur familia, gens*: VAL. MAX. 9, 15, 2 *ut* sanctissimi -es *Augusti* et veri sanguinis memoria spoliarentur et falsi sordida contagione inquinarentur (*sc. filio substituto*). SIL. 7, 43 dilectus vetiti, privataque castra -es Herculei, *sc. Fabiorum*, implevere (*seq.* domo). 10, 133 *ni* excidat miseros cum stirpe -es. STAT. Theb. 10, 708 ne perge meos orbare -es. *al.* MART. 10, 33, 3 consoceri claros retinere -es. QVINT. decl. 321, 11. *al.* TAC. hist. 1, 15, 1 si te privatus ... adoptarem, et mihi egregium erat Cn. Pompei ... subolem in -es meos adsciscere, et tibi *eqs.* ann. 14, 61, 4 quia veram progeniem -bus Caesarum datura sit *Poppaea.* 15, 2, 1 videbar ... contra vetera fratrum odia et certamina familiae nostrae -es rite composuisse (COD. Theod. 9, 2, 3 *deducendo in carcerem* ad disponendas res suas componendosque maestos -es spatium ... tribuatur). *al.* **2** *magis respiciuntur domus vel familiae opes, bona sim.* (*fortasse huc spectat* COD. Theod. *sub 1*): VAL. MAX. 4, 4, 9 filiam ei nuptum dedit, cuius pecunia tam ieiunos -es videbat (*cf.* SEN. Phaedr. 209 tenues [*opp.* delicatas ... domos]. LVCAN. 5, 537 angustos opibus subitis implere -es). TAC. ann. 3, 34, 2 pauca feminarum necessitatibus concedi, quae ne coniugum quidem -es, adeo socios non onerent. **3** *magis respicitur patria, sc. civitas vel regio sim.: exempla huc vergentia* (*pauca selecta, cf. iam e. g.* CIC. *l. 7 supra*, VERG. *l. 31 aliaque ubi iuxta ponitur* patria *sub IC et sub IB, e. g. p. 1026, 20 sqq.*): VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 (*Athenienses quidam ad patriam*) Solonem ... cum Aristide et Phocione -es suos ingrata fugere coegisti. SIL. 2, 32 portisque focisque timebis, quae nunc externos defendis, Roma, -es, *sc. Saguntum.* 12, 601 non sponte ad nostros Poenum venisse -es; a portis fugit Capuae. STAT. silv. 3, 5, 12 Euboicos fessus remeare -es arguor et patria senium componere terra. *exemplum certius*: AVSON. 470, 33 p. 2 *Achilles et Hercules* Thessaliam Thebasque suos habuere -es: at meus *discipulus* hic toto regnat in orbe suo.

III *appendix ad I et II*: **A** *dicitur* 'dei -es' *aut* '-es' *sc. pro subst.*: **1** *forma sollemnis* dei (dii, di) -es (*hoc usu servari videtur adi. priscum, quamvis pleraque etiam per appos. subst. explicari possint, sed cf. p. 1028, 2 sqq.; raro ordine inverso* -es dei, *sc. p. 1028, 4, ceterum* CIC. rep. 5, 7 LIV. 1, 8, 9. 30, 32, 10. *al.*): **a** *sine alio adi.: apud auctores inde a* PLAVT. Merc. 834. 836 TER. Phorm. 311 TRAG. inc. 243. CIC. *saepe.* VARRO *quater.* BELL. Afr. 91, 3. SALL. *quinquies. al.* (*v. etiam sub 2*). *cf. fortasse* divi -es: CATVLL. 64, 404 (parentes *trad.*). HOR. sat. 2, 3, 176. *in titulis publicis fere ubique inde a* LEGE Bant., INSCR. numm. lib. rei publ. 312, 1 (*a. 106 a. Chr., sed v. sub 2*), LEGE Vrson., R. GEST. div. Aug., *in privatis e. g.* INSCR. Année Épigr. 1921 n. 100 (*Alatri, saec. I*). 1964 n. 160 (*Pompeis*), *nota p. 1026, 5. 41.* **b** *iuxta alia adi.* (*nisi spectant ad alios deos distinguendos ut lares*): CIC. Verr. II 4, 48 *v. p. 1026, 39.* Sull. 86 di patrii ac -es (Sest. 45 vos, -es p.que di. har. resp. 37 p. -esque di. NEP. Them. 7, 4. *al.*). dom. 143 di -es ac familiares mei (*al., v. vol. VI 1, 247, 4 sq.*). **2** -es *solum: apud auctores*: NAEV. carm. frg. 3 CIC. Catil. 4, 18 dom. 144 CATVLL. 9, 3. VERG. *25ies* (*nec non in app. Verg.*). HOR. *quinquies* (deos ... -es epist. 1, 7, 94. *v. p. 1027, 73*). TIB. 1, 3, 33. PROP. *octies.* OV. *saepe* (di -es: epist. 7, 77 [-es *var. l. non prob.*]). LIV. *saepe* (*aliter, sc.* di -es: 1, 1, 9. 1, 47, 4. 5, 30, 6. 30, 32, 10. 30, 33, 11. 45, 16, 5). MANIL. 2, 6. SEN. contr. *bis.* GERM. *bis.* VELL. *bis.* VAL. MAX. *saepe* (-es deos 6, 9 ext. 7, *ubi* deos *del. Perizonius*). SEN. *saepe* (-es deos benef. 3, 37, 1). CVRT. *quater.* COLVM. *ter* (deos -es 1, 8, 20). *apud posteriores ubi additur* 'dei, dii, di', *discernendi causa videtur dictum ab usu metonymico divulgato, e. g.* QVINT. decl. 290, 4 TAC. ann. 11, 16, 3 SVET. Aug. 92, 1 Nero 32, 4 CALP. decl. 24 PORPH. Hor. carm. 2, 18, 26. epod. 2, 43. ARNOB. nat. 3, 43 *bis.* LACT. inst. 4, 28, 13 FIRM. err. 14, 2. *al.* *in titulis*: INSCR. numm. lib. rei publ. 307, 1a (*a. 108/107*), *ceterum e. g.* CIL VI 582 XII 5413 CE 1168, 1.

B *iuxta ponuntur alii dei domestici*: **1** Lar, lares (*cf. Weinstock, RE XIX 1, 423, 30 sqq.*): PLAVT. Merc. 834 di -es meum parentum, familiai Lar pater (*item iuxta sing.* Lar: 836 VERG. Aen. 8, 543. 9, 258 TIB. 1, 3, 33 LIV. 1, 29, 4 GERM. 124 OCTAVIA 747 PLIN. paneg. 47, 6. *al.*). 836 CIC. dom. 108 Sest. 30 rep. 5, 7 R. GEST. div. Aug. 19. app. 2 (*gr.* ⟨*θεῶν π*⟩*ατρίων*). PROP. 2, 30, 21 OV. trist. 1, 3, 45 LVCAN. 7, 394 FRONTO p. 164, 25 TERT. nat. 1, 10, 20 ARNOB. nat. 3, 42 p. 199, 6 LACT. epit. 23, 3. INSCR. Année Épigr. 1987 n. 102 (*Romae, saec. IV²*). *al.* **2** Vesta (*cf. Radke, ANRW II 17, 1, 343 sqq.*): CIC. Catil. 4, 18 aras -ium, ... ignem Vestae. dom. 144 har. resp. 12 nat. deor. 2, 68 VERG. Aen. 9, 258. FERIAL. Cum. Mart. 6 (Inscr. Ital. XIII 2 p. 279). OV. met. 15, 864 TAC. ann. 15, 41, 1 CLAVD. DON. Aen. 2, 295 p. 188, 7. *al.*

C *indicatur, qui sint -es vel cuius proprii (sc. familiae vel genti coniuncti; exempla notabiliora tantum): per gen.*: PLAVT. Merc. 834 di -es meum parentum (*cf.* 836 alios). VERG. Aen. 7, 121 Troiae. OV. met. 8, 91 patriaeque (patriosque *var. l.*) meosque. FERIAL. Cum. (*v. sub IB1*) p(opuli) R(omani) (TAC. ann. 15, 41, 1). LVCAN. 1, 196 gentis Iuleae. *al.* *per attributa varia*: PLAVT. Merc. 836 *v. supra.* CIC. Verr. II 4, 17 patrios (*et saepe, v. p. 761, 3 sqq. 14 sqq.*). VERG. Aen. 1, 527 Libycos (*item cum adi. gentis*: 2, 747 Teucros. *al.* OV. epist. 9, 89 Threiciis. *al. sim.*). CIRIS 331 aliquos. PROP. 1, 22, 1 qui sint mihi ... -es (*sc. quae familia*). *al.* *per pron. poss.*: CIC. Quinct. 83 a suis dis -bus ... eiectus. Sest. 30. 95. *al.* CATVLL. 9, 3 BELL. Afr. 91, 3 SALL. or. Cottae 3 NEP. Them. 7, 4 VERG. Aen. 2, 293 PROP. 3, 7, 45. 4, 4, 33 OV. met. 1, 174. *et saepius.*

D *epitheta notabiliora* (*v. etiam sub C*): INSCR. numm. lib. rei publ. 307, 1a (*a. 108/107 a. Chr.*) p(enates) p(ublici) (312, 1 *a. 106 a. Chr.* FERIAL. Cum. Mart. 6 [Inscr. Ital. XIII 2 p. 279]. LIV. 3, 17, 3. 3, 17, 11 p. privatosque [22, 1, 6. 25, 18, 10. 45, 24, 12 IVST. 8, 3, 4. *cf.* LIV. 6, 14, 8 p. ac privatis]. VAL. MAX. 5, 1, 1f *de domo, sc. hospitio publico*). CIC. dom. 144 patrii -es familiaresque (*al. v. vol. VI 1, 247, 3 sqq.; cf. supra l. 5*). VERG. georg. 2, 505 miseros (SIL. 10, 133 STAT. Theb. 7, 512). 4, 155 certos (Aen. 8, 39). Aen. 8, 543 parvos (*fere de domo*: OV. met. 8, 637 fast. 4, 531 SIL. 1, 616 PLIN. paneg. 47, 6). 9, 258 magnos (LVCAN. 2, 384 *de domo*). CIRIS 419 caros (LVCAN. 7, 346. 8, 132 VAL. FL. 7, 145). HOR. carm. 2, 4, 15 iniquos. OV. trist. 4, 8, 9 veteres. SEN. clem. 1, 15, 3 privatos (*v. supra l. 45 sqq. et* TERT. nat. 1, 10, 20). OCTAVIA 163 sacros (607. 747 LVCAN. 1, 240. *cf.* COLVM. 10, 279 sancti). COLVM. 12 praef. 7 domesticos. *al.*

compos.: penatiger.

[penāticus, (-a, -um) *olim solvebatur* CIL V 4084 negotiator pent ('Pent(apolitanus)?' *Mommsen in indice p. 1192a*).**]**

penātiger, -a, -um. *a* penates *et* gerere. *i. q. penates gerens*: OV. met. 15, 450 -o Aeneae (*v. Bömer ad l.*). *Keudel.*

penātor, -ōris *m.* *a* penus. FEST. p. 237 -es qui penus gestant (*affert* CATONEM). *vocem a* CATONE *iocose formatam eos, qui penum quaerunt, significare suspicatur Till, Die Sprache Catos, 1935, 77 sq.* (*cf. p. Plaut. Pseud. 608; aliter* FEST. *supra*): CATO orat. 48 postquam na[ti]vitas ex navibus eduxi, non ex militibus atque nautis piscatores -es feci, sed arma (arum *cod.*) dedi.

penax *v.* pinax.

? **pencila:** lacerna vel stola GLOSS. IV 549, 53 (lucerna vel stella *var. l.; cf.* V 607, 43 pencina: lacinia vel stola. paenula *Graevius, fort. recte, cf. supra p. 68, 73*). *Fl.*

***pendeo** (pendo), pependī, pensūrus (penditūrus), -ēre (-ĕre, *v. p. 1029, 7 sqq.*). [*verbum intrans. in* -ēre *cadens iuxta verbum principale trans.* pendĕre, *cuius notio originaria fuit i. q. suspendere; cf.* iac-ēre (*intrans.*): iac-ĕre (*trans.*) *al. et v. Leumann, Gramm. 1977, 553. Fo.*] *abbreviatur* p *p. 1042, 49. 51.* NOT. Tir. 41, 64 -et. 65 pependit.

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

de formis: 1) de ratione, qua verba pendeo *et* pendo *separavimus: notionem peculiarem q. e. certum pondus habere iam aetate priore utrique verbo communem sec. formas distribuimus, v. p. 1042, 43. 1047, 34. cetera exempla sec. notiones separanda putavimus referentes ad* pendo, *quaecumque (usu fere transitivo) ad notiones aestimandi, solvendi, suspendendi pertinent, huc autem inserentes, quaecumque (usu intransitivo) notionem q. e. κρέμαμαι praebent. quare infra invenies praeter formas secundae coniug. etiam paucas tertiae coniug. (cf. l. 40 sqq.), quae usu intrans. occurrunt inde a* SORT. Sangall., SYMM. (*?*), AMBR., *sc.* pendit (*nisi est scriptura inversa q. d. pro* -et): SORT. Sangall. 6, 8 COMM. instr. 1, 35, 9. 2, 20, 9 VINDIC. gyn. 9 rec. P. PETRON. BONON. serm. l. 75 (*ante corr.*). ORIBAS. syn. 7, 5 Aa (=La) p. 136 VEN. FORT. carm. 1, 13, 15. 8, 3, 370 carm. app. 27, 10 VIRG. gramm. epist. 3, 27, 5. 4, 5, 2. ANTH. 83, 14 (*sed* 56, 2 -et, *nisi legendum est hic* fervet, *illic* fervit). GLOSS.^{L} II Philox. PE 86. *al.; in var. l. e. g.* HIER. tract. in psalm. I p. 278 l. 79 VVLG. exod. 38, 26 deut. 21, 23 PELAG. in I Tim. 1, 5. *al.; ceterae formae*: pendo SYMM. epist. 9, 37 (-eo *Seeck*). IVLIAN. epit. in psalm. 61, 6^{b}; pendimus AMBR. fug. saec. 6, 36 (-emus *var. l. ut* OPTAT. 3, 9 p. 93, 18); pendunt CE 468, 5. 1490, 1 (*v. p. 1031, 9*); pendat BENED. reg. 3, 5 (-eat *var. l.; sim.* 24, 2). ISID. nat. 45, 2 (-eat *var. l.*); pendant ORIBAS. syn. 4, 18 Aa p. 21; pendĕret COMM. apol. 248. *2) aliae formae notabiles: perf. redupl. testantur* PROB. cath. gramm. IV 34, 1 CHAR. gramm. p. 318, 3. *al., sine redupl. legitur* VET. LAT. Macc. II 6, 10 (rec. X). CHIRON 617. LEX Sal. Merov. 29, 2 rec. A (pendiderit *vel* penderit *codd.*). *part. fut.* pensurus AVG. serm. Rev. Bénéd. 45 p. 104, 93. *al.*, penditurus Ps. AVG. serm. erem. 19 p. 1266.

de notione et differentia: DIOM. gramm. I 373, 12 sqq. (*inter* verba, quae ex una positione diversos sortiuntur declinationum ordines et sensus) pendo pendis, quasi solvo poenas, pependi ...; huic additur 'e' littera et fit secundi ordinis sub alio sensu, quasi -o, id est in sublimi sum; ... 'ego -o' absolutivum *verbum est*, 'suspendo alium' activum *eqs.* (*sim.* PHOC. gramm. V 437, 27 PRISC. gramm. II 398, 17). BOETH. elench. soph. 177b37 iustos viros oportet pendĕre (*sc. poenas*), iustos viros non oportet -ēre (*sc. e patibulo; cf.* SCHOL. Lucan. ed. Web. 2, 313 pendo, do poenam; dum -o, suffero poenam; ⌞pendĕre vult iustus, sed vult -ēre malignus⌟ [*de hoc versu cf. Walther, Lat. Sprichw. u. Sent. des Mittelalters n. 21172*]). ISID. diff. 1, 476 inter -ent et pendunt: -ent suspensi, pendunt aliquid ponderantes. GLOSS. II 144, 53 -et: *κρέμαται.* 303, 27 *ἐξήρτημαι*: -o. V 131, 22 -ent: suspensi sunt. *v. etiam infra p. 1037, 4 sqq. 1038, 16. 27. 1039, 65. 1040, 49. legitur inde a* PLAVTO, ENN., CATONE *per totam latinitatem, deest e. g.* CAES., TAC. [*pleraque a* pendĕre (*cf. l. 1 sqq.*): *dalm.* piander; *it.* pendere; *sard.* pendere; *raet. or.* pendi; *occ.* pender; *francog.* pendre; *prov.* pendre; *hisp.* pender; *port.* pender. *cf. M.-L. 6383. Battisti-Alessio IV 2831. Wagner II 243. Wartburg VIII 173 sqq. Corominas^{2} IV 476. Machado^{3} IV 335. St.*] [*confunditur cum* perpendere SYMM. epist. 5, 5 (*perf.* pepend- *ut* CARM. de resurr. 289). VEN. FORT. vita Radeg. 30, 72, perdere EDICT. imp. Diocl. praef. 11 L., pondere *et* pandere PLIN. nat. 31, 58. *restituitur pro* imp- *p. 1038, 62. 65*, petere *p. 1039, 1*, ostendere *p. 1041, 9*, evidere CAEL. AVR. acut. 2, 14, 91 (*v. Bendz, 1990, ad l.*); *e coni. dub.* CARM. de resurr. 100 (-ere *Waszink*). *dub. vel falso trad.*: CHIRON 326 *iumentum aegrotum* -et (*an sec. p. 1036, 55 explicandum?* frendet *Bücheler*). GLOSS. IV 550, 9 (*pro* pendĕre *ut* V 131, 7. 319, 16). *v. etiam l. 13. loco manco vel corrupto*: SALL. hist. frg. inc. 22 FEST. p. 351. PLIN. nat. 31, 38 (*v. Serbat, 1972, ad l.*).]

exempla sic digerenda censuimus:

CAPVT PRIVS: *verbum intrans. i. q. suspensum esse*:

I *proprie; -ent vel res vel animantia*: **A** *potius eo, quod alicubi affixa sunt, haerent: p. 1030, 4 (cum respectu dependendi p. 1030, 5; mero respectu haerendi p. 1033, 34).* **B** *potius eo, quod inclinata sunt: p. 1033, 53.* **C** *potius eo, quod sublata, elevata sunt: p. 1034, 25 (in aere p. 1034, 28; loco celso p. 1036, 5; in aqua p. 1036, 35).* **D** *potius eo, quod parum firma sunt: p. 1036, 53.*

II *translate*: **A** *non indicatur, unde aliquis (aliquid) -at vel quo tendat: p. 1036, 74 (de eis, qui haerent dubitantes, solliciti, intenti p. 1037, 2; in sermone iuris p. 1038, 73; in sermone gramm. p. 1039, 36).* **B** *indicatur, unde aliquis (aliquid) -at vel quo tendat: p. 1039, 59 (c. colore exspectandi p. 1041, 15).*

III *appendix grammatica: p. 1041, 58.*

CAPVT ALTERVM: *c. obi. int. i. q. certum pondus habere: p. 1042, 43.*

CAPVT PRIVS: *verbum* ***intrans.*** *(cf. l. 30), fere i. q.* ***suspensum esse,*** *κρέμασθαι (quod gr. respondet, nisi aliud adnotatur)*: **I** ***proprie*** *(adduntur passim imagines, v. p. 1030, 14. 35. 39 sqq. 56. 72. 1032, 16 sqq. 27. 64. 1035, 17. 45 sq. 50. 1036, 38. 41. 70). variae rationes -endi multis locis aegre discernuntur interdumque quasi mixtae esse videntur; exempla tamen sec. colores praevalentes separare temptavimus (v. infra A-D et cf. adi.* pendulus *IA-D), quamquam haud pauca etiam aliter intellegi possunt. non secernimus colorem impendendi, minandi, quem invenias maxime l. 26 sqq. p. 1033, 38 sqq. 54 sqq. 1034, 58. 65; ceterum v. quae ad titulos A1 et C admonuimus.*

-ent vel res vel animantia: **A** *potius eo, quod alicubi* ***affixa sunt, haerent***: **1** *usu sollemni, sc. fere cum respectu deorsum -endi, dependendi (magis minusve evanescit, ut loci vergant ad 2 vel ad C, e. g. p. 1031, 40. 46. 1032, 9. 12 sqq. 19 sq. 1033, 20; contra notio dependendi sublucet hic illic sub C, v. e. g. p. 1034, 38. 1035, 68. 1036, 5)*: **a** *-ent res*: **α** *variae*: PLAVT. Capt. 908 (*loq. parasitus ludens cum usu p. 1032, 22 descripto*) quae -ent indemnatae pernae, is auxilium ut feram (*item -ent cibi in culina sim.*: MORET. 58 non illi suspensa ... carnaria ..., sed caseus ... *et* fascis -bat anethi. OV. met. 8, 648 terga suis ... tigno [IVV. 11, 82 crate]. *al.; huc spectat* AVG. serm. 11, 2 patrimonium eius *viduae pauperis* in clavo). ENN. ann. 152 hac noctu filo -bit Etruria (*eadem imagine*: OV. Pont. 4, 3, 35 omnia sunt hominum tenui -entia filo. AMM. 14, 5, 4. *cf. p. 1032, 17 et Otto, Sprichw. n. 662*). CATO agr. 23,3 facito, uti in doleo musti -at *fiscella resinae plena.* VARRO Men. 62. 69 ut novum cribrum novo paxillo -at. frg. Plin. nat. 36, 92. CIC. div. 2, 134. LVCR. 5, 295 -entes lychni (*cf.* PETRON. 30, 3 lucerna ... de camera. PEREGR. Aeth. 24, 7 candelae. PRVD. cath. 5, 141 lumina funibus. *sim. al.*). 6, 504. 6, 911 *lapis magnes* catenam saepe ex anellis reddit -entibus ex se (*913* demisso⟨s⟩. *cf.* AVG. civ. 21, 4 p. 494, 21 quasi catena -erat anulorum). VERG. Aen. 2, 546 *telum* summo clipei nequiquam umbone pependit (*sim. de sagittis non penetrantibus*: OV. met. 5, 68 sinuosa veste pependit. SIL. 10, 401 haerens loricae ... -et). 5, 393. 8, 227 *Cacus specum claudens* deiecit saxum, ferro quod et arte paterna -bat. HOR. carm. 3, 1, 18 destrictus ensis cui super impia cervice -et (dep- *Char. gramm. p. 355, 7. respicitur gladius Damoclis, de quo Cic. Tusc. 5, 62* impenderet. *item cum colore minandi*: PERS. 3, 40 -ens laquearibus ensis ... subter cervices terruit. HIST. AVG. quatt. tyr. 10, 2. *al.; ceterum de gladio*: LIV. 39, 42, 12 BVC. Eins. 2, 31). 3, 19, 20. epist. 2, 2, 15. PROP. 1, 16, 7 (*ianua queritur*) mihi non desunt turpes -ere corollae. 3, 3, 28. 4, 1, 15 *nondum* sinuosa ... -bant vela (*in theatro ut*: OV. ars 1, 103. *in navi*: VITR. 10, 3, 5 per altitudinem mediam mali. LVCAN. 8, 193. *in domo*: IVV. 6, 227. *al.*). OV. epist. 5, 53 -entia lintea malo (*cf.* VITR. *supra*). ars 3, 425 semper tibi -at hamus (*in imag., sc. occasionem nullam praetermittas. proprie*: met. 8, 855 -entia ... aera. hal. 35 praedam -entem. 38 -entem ... escam). met. 11, 475 -entes ... remos (*cf.* PAVL. NOL. epist. 29, 6 contractis ... velis aut remigio -ente *morantur*). *et saepius. -ent varia ex vel in libra, statera (in imag. praeter* VITR.; *cf. p. 1042, 45*): VITR. 10, 3, 4 *staterae* caput, unde lancula -et. SEN. nat. 4 praef. 16 *non* examinavi quidem diu (neque enim paria -bant), utrum ... an *eqs.* Ps. QVINT. decl. 12, 24 in hac lance publica causa ... -et (CLAVD. MAM. anim. 1, 8 p. 48, 5 hac tantum l. -bit, ut ... in adversarii ... sententiam ... transeam). RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 9, 1 *in die iudicii* omnia -bunt in statera iustitiae (*sequentia v. p. 1044, 2*). *al.*

β *ornamenta, vestes, instrumenta sim. in corpore animantium*: PLAVT. Mil. 1399 (*loq. coquus*) *moecho genitalia adimam,* ut faciam quasi puero in collo -ant crepundia. ENN. ann. 362 -ent peniculamenta unum ad quemque pedum. LVCIL. 511 trulleus ... huic *equo* ingens de naribus -et. CIC. Verr. II 4, 74 sagittae -bant ab umero (CLAVD. rapt. Pros. 2, 32 post terga). VERG. ecl. 6, 17 -bat cantharus ansa *e manu Sileni dormientis* (SIL. 7, 196 dextrā *Bacchi.* ARNOB. nat. 6, 25 in Liberi dextera). Aen. 7, 278 *equorum* pectoribus demissa monilia -ent (OV. met. 10, 113 demissa ... in armos ... collo *cervi*). 8, 277. 11, 577 (*de Camilla*) tigridis exuviae per dorsum a vertice -ent. HOR. sat. 2, 3, 299 respicere ignoto discet -entia tergo (*imaginem explicat* SCHOL.: a tergo, ex dorso -ere dicuntur vitia eorum, qui, cum aliorum notent, sua non vident). TIB. 2, 1, 4 *Bacchi* e cornibus uva -at (*cf.* PROP. 2, 30b, 39 *Cynthiae* capiti sacros patiar -ere corymbos *Bacchi*). LYGD. 4, 38 -bat laeva ... parte lyra (*cf.* POMPON. trag. 8 ex umeris ... chelys). PROP. 3, 6, 13 maestam teneris vestem -ere lacertis (OV. trist. 3, 13, 14 ex umeris. CLAVD. 24, 248 crure tenus). 4, 5, 51 *mancipiorum* titulus per barbara colla pependit. OV. met. 2, 733 chlamydem ..., ut -at apte, collocat (STAT. Theb. 4, 235 c. horrida -et). 11, 159 -ent circum cava tempora *Tmoli* glandes. *al.*

γ *fructus, vites sim. (mel p. 1031, 12; -ent fere in arboribus suis, hic illic, praesertim ubi agitur de vitibus, in arbore alieno vel in alio adminiculo; de eis, quae conservandi causa suspenduntur, l. 71. 73. p. 1031, 12)*: Ⓘ *uvae, vinum sim. (cf. l. 58)*: PLAVT. Trin. 526 *in agro malo* vinum prius quam coctumst -et putidum (CATO agr. 147 tit. lex v. -entis. 147). VARRO rust. 1, 8, 6 *viti uvam ferenti* subiciuntur ... furcillae, ne *uva* vindemia facta denique discat -ere in palma aut funiculo aut vinctu (VERG. ecl. 4, 29 incultis ... -bit sentibus. OV. am. 1, 10, 55 [*ad puellas*] carpite de plenis -entes vitibus uvas, *sc. praemia de divitibus.* PLIN. nat. 23, 10 quae decerptae diu pependere. ANTH. 471, 2 ab ulmo. *al.*). VERG. georg. 2, 89 arboribus -et vindemia (PLIN. nat. 14, 50. IVLIAN. dig. 19, 1, 25 qui -entem v. emit). OV. fast.

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3, 411 vitem -entem frondibus ulmi ([e f. *var. l.*]. SERV. auct. georg. 2, 89 [*v. p. 1030, 74*] nulla ... vitis in Italia est in arboribus posita, quae non -at). PLIN. nat. 14, 12. 17, 180 ut sustineatur iugo, non -at *palmes*. *al.*

Ⓘⓘ *alia*: CATO agr. 146 tit. lex oleae -entis (146,1 oleam -entem hac lege venire oportet *eqs.* 147. 148, 2. *cf.* IVLIAN. dig. 18, 1, 39, 1 qui fructum olivae -entis vendidisset). VARRO rust. 1, 59, 3 *mala punica* in arbore (DIRAE 17 ramis. COLVM. arb. 23, 2 peciolos, quibus -ent, intorqueto. *in comparatione*: CE 1542, 7 quomodo m. in arbore -ent, si(c) corpora nostra: aut matura cadunt aut cit(o) acerba ruunt [*item* 1490, 1, *ubi* -unt *lapis*]). VERG. ecl. 1, 37 in arbore poma (PROP. 1, 20, 35 sub arboribus. OV. met. 4, 331 arbore. SEN. dial. 4, 10, 6 PETRON. 82, 5 vers. 1. *al.*). AETNA 14 cum ... mella ... -rent foliis, *sc. saeculo aureo*. COPA 22 *in taberna* -et iunco ... cucumis (*de forma vel situ naturali*: COLVM. 10, 382 gracili capitis quae vertice -et. PLIN. nat. 19, 61 [*opp.* iacent]. 19, 66). OV. met. 4, 127 -entia mora. COLVM. 5, 6, 26 palmites, quibus proximi anni fructus pependit (PLIN. nat. 16, 107. DRAC. laud. dei 1, 188 [*198* pendula]. *part. praes.* fructus -ens, -entes: PLIN. nat. 17, 1 [*opp.* caducos]. LEX Manc. [CIL VIII 25902] 3, 21 fructus stantem -entem, maturum immaturum. AFRIC. dig. 47, 2, 62, 8 *vendere. al. apud iuris consultos*). PLIN. nat. 19, 61 cucurbitae (19, 73. SYMPH. 43, 1 sq. [*postea*: pendula]). 23, 1 Pomona partes ... medicas et -entibus dedit (*opp.* quae ... proveniunt supina tellure). *al.*

δ *partes corporis animantium* (*v. etiam infra l. 72 sq. et p. 1035, 68 sqq.*): Ⓘ *loco suo* (*sive naturaliter -ent sive senio vel morbo languentes, ut l. 26. 38, sive sauciae, ut l. 31 sqq. 35. 39. 41*): LVCIL. 536 *putares* pellicula extrema exaptum -ere onus ingens (*sc. testes arietis, cf. 535* haerere; *de testiculis viri morbo affectis*: MARCELL. med. 33 tit. 33, 61). CATVLL. 67, 21 languidior tenera cui -ens sicula beta numquam se mediam sustulit ad tunicam (*-et penis, cf.* FEST. p. 230. MART. 11, 51, 1 Titio columna -et). VERG. georg. 3, 53 *bovi* crurum tenus a mento palearia -ent (*al., v. supra p. 116, 33. 44*). Aen. 9, 331 secat -entia colla *aurigae dormientis.* 9, 755 illi partibus aequis huc caput atque illuc umero ex utroque pependit (*sc. gladio divisum ut*: AMM. 31, 7, 14 in utrumque umerum. *paulo aliter*: SEN. Ag. 901 -et exigua male c. amputatum parte. AMM. 16, 12, 53 capita discissa ... et -entia iugulis cohaerebant. *cf.* LVCAN. 10, 518 cervix male caesa pependit). 10, 341 dextera ... ex umero nervis moribunda pependit (SIL. 4, 210). OV. am. 2, 4, 41 -ent nivea pulli cervice capilli (met. 1, 497 collo. 10, 138 fronte. Pont. 3, 3, 17 super ora. *cf.* STAT. Theb. 6, 607 ab intonso -bat vertice crinis). met. 8, 805 -ere putares pectus *Famis* et a spinae tantummodo crate teneri. CELS. 8, 10, 3[B] *bracchium fractum mitellaque suspensum* supra cubiti alterius regionem -ere oportet. SEN. Herc. f. 766 inpexa -et barba *Charonis*. CVRT. 8, 10, 29 cum crus saucium -ret. *al.*

Ⓘⓘ *loco alieno, sc. a corpore abscisae* (*cf. p. 1030, 47*): VERG. Aen. 8, 197 foribus ... affixa ... ora virum ... -bant (*in specu Caci ut*: OV. fast. 1, 557 ora super postes affixaque bracchia -ent. *ceterum*: LVCAN. 2, 122 laceris -entia canis ora *Antonii* ferens). SEN. Herc. O. 864 (*votum Deianirae sese praecipitaturae*) -ant lacerae manus *in scopulis*. LVCAN. 2, 163 scelerum non Thracia tantum (*i. tot membra trucidata*) vidit ... stabulis -ere *Diomedis* ..., postibus Antaei Libye. 3, 667 bracchia ... -entia puppe, *sc. naufragorum ascendere temptantium, quorum lacertos hostes absciderunt* (*cf. l. 44*). SVET. Cal. 32, 2 (*de servo punito*) manibus abscisis atque ante pectus e collo -entibus. PRVD. perist. 11, 121. *al.*

ε *dona deis oblata, vota*: VERG. ecl. 7, 24 sacra -bit fistula pinu (TIB. 2, 5, 29 -bat ... pastoris in arbore votum ... f. sacra deo). Aen. 7, 184 sacris in postibus arma, captivi -ent currus *eqs.* (*inde* SIL. 1, 621. *item -ent exuviae, spolia*: SEN. Thy. 661. STAT. Theb. 9, 818 Triviae ... alto limine). TIB. 1, 1, 16 corona spicea, quae *Cereris* templi -at ante fores (GERM. frg. 4, 15 ante larem). PROP. 4, 3, 17 (*loq. uxor reditum mariti e bello exspectans*) omnibus heu portis *urbis* -ent mea noxia vota. PERS. 5, 31 bulla ... laribus donata pependit. STAT. Theb. 9, 195 *pellis leonis* antiquo ... -et gloria luco. 12, 490. MART. 12, 62, 10. *al.*

ζ *tabulae, edicta sim. proponendi, promulgandi causa* (*breviloquentia quadam pro subi. ponuntur res vel homines tabulis inscripti l. 66 sqq.; cf. p. 1030, 62*): OV. fast. 2, 529 in ... foro multa circum -ente tabella signatur certa curia quaeque nota. SEN. suas. 7, 1 proscriptionis tabula. ORAT. imp. Claud. (Chart. lat. ant. X 418) 2, 14 *accusatores lites producentes* relincunt eos *reos* in albo -entes et ... peregrinantur (SVET. Dom. 9, 2 apud aerarium). SVET. Claud. 9, 2 ad eas rei familiaris angustias decidit, ut ... lege praediatoria venalis -erit. TERT. adv. Marc. 4, 36 p. 545, 20 de recentibus Augustianis censibus adhuc tunc fortasse -entibus. HIST. AVG. Alex. 45, 2 itinerum ... dies *militibus* publice proponebantur, ita ut edictum -ret ante menses duos (*al., v. vol. V 2, 71, 27 sqq.*).

b *-ent animantia* (*anima p. 1032, 16, spiritus p. 1032, 69, bracchia complectentium p. 1033, 3 [ceteras partes corporis v. sub aδ], res pro hominibus positae p. 1032, 47. 53, homines pro rebus l. 66 sqq.*): α *vario usu* (*exempla selecta inde ab* OV.): PLAVT. Bacch. 793 (*senex dolo capiendus comparatur turdo*) -bit hodie pulchre, *sc. in trasenna* (*cf.* AVSON. 392, 4 p. 254 *turdus* -et ... nexus retibus). VERG. georg. 4, 257 *apes aegrae* pedibus conexae ad limina -ent (*cf. p. 1033, 29 et* VERG. Aen. 7, 67 examen *apium* ... ramo. COLVM. 9, 12, 2 *iuventus apium* in eius *alvei* aditu. *sim. al.*). Aen. 5, 511 *avis vinculis* innexa pedem malo -bat ab alto (COLVM. 8, 7, 1 in quo *loco* singulae cavèis angustioribus ... inclusae -ant a. *farciendae*). 9, 562 *Turnus hostem murum ascendentem secutus* arripit ipsum -entem et ... revellit. 12, 374 *Phegeus equis Turni obsistens* trahitur -etque iugis *eqs.* CIRIS 417 vincta tot assiduas -bo ... luces? (*queritur Scylla Minois navi alligata, ut vergat ad C3a, sed cf. de eadem* PROP. 3, 19, 26 -et Cretaea tracta puella rate). PROP. 4, 7, 17 per quam *fenestram* demisso quotiens ... fune pependi (PLIN. nat. 33, 75 qui caedit *rupes invias,* funibus -et, ut ... species ... alitum fiat; -entes *laborant* [*sim.* 37, 27]. HYG. astr. 2, 4, 5 tabula interposita -entes funibus se *iactare* [*i. oscillare*]). OV. met. 6, 136 (*Pallas ad Arachnen in araneam mutandam* [*v. l. 46 infra*]) -e ..., improba (*cf.* PLIN. nat. 10, 206 filum ... -entis *aranei*). SEN. Tro. 952 quam tenuis anima *Hecubae* vinculo -et levi (*cf. p. 1030, 15. simili imagine describitur vita incerta*: INSCR. Année Épigr. 1947 n. 31, 6 [*Aquinci, saec. III*] per varios casus tenuato stamine -es. *imagine fere evanida*: PS. QVINT. decl. 12, 27 deficit ... extremo iam spiritu -ens). PLIN. nat. 10, 196 *ut animalia pedum ministerio* teneant, premant, -ant *eqs.* *al.*

β *-ent qui poena vel morte afficiuntur*: Ⓘ *quilibet* (*cf. iocum p. 1030, 10; exempla selecta inde ab* OV.): PLAVT. Amph. 280 verberatus ... pependi perpetem *noctem* (*de servo ut*: Asin. 301 per pedes. 564. Cas. 390 pedibus. *al.* TER. Eun. 1021 Phorm. 220 AFRAN. com. 279). Cas. 1003. Pseud. 428 omnes -ant, *criminum* gestores linguis, auditores auribus. Trin. 247 (*in imag.*) *mulier amatorem dona poscens* -entem ferit. ENN. scaen. 363 *Atreus* summis saxis fixus ..., latere -ens. CIC. Verr. II 3, 57 pependit in arbore socius amicusque populi Romani (*antea*: suspendi; *huc spectat* 3, 66 -ere alios ex arbore). CATVLL. 64, 297 *Prometheus poenam* persolvit -ens e verticibus praeruptis. VERG. Aen. 6, 617 *quidam* radiis ... rotarum districti -ent (*sc. modo Ixionis*). 8, 669 te, Catilina, minaci -entem scopulo, *sc. in Tartaro*. OV. fast. 6, 707 Phoebo superante pependit (*sc. Marsyas; de eodem*: PLIN. nat. 16, 240 ex qua *platano*. STAT. Theb. 4, 186 satyro -ente). Ib. 300 (*syn.* suspensus). MANIL. 5, 552 cruce virginea moritura puella pependit (*de Andromeda ut*: 5, 565 -entia membra. 569 de rupe. 607 *v. p. 1037, 20.* 628 e scopulis). SEN. epist. 101, 12 patibulo -ere districtum (*antea*: suffigas). VET. LAT. deut. 21, 23 (cod. 100, *sim. al. et* VVLG.) maledictus ... omnis, qui -erit in ligno. LVCIF. moriend. 13 l. 63 interest, ex qua causa, non ex quo -am stipite (*item de martyribus e. g.* PASS. Macc. 11, 19 feriri -entis viscera. RVFIN. hist. 5, 1, 41 in ligno. PRVD. perist. 10, 491. *al.*). *al.* Ⓘⓘ *qui sibi mortem consciverunt* (*Arachne se occidere conata l. 46*): OV. rem. 18 laqueo collum nodatus amator a trabe sublimi triste pependit onus (*item de amatoribus*: met. 14, 738 onus infelix elisa fauce pependit *Iphis*. SEN. epist. 4, 4 ante amicae fores laqueo pependit). met. 6, 135 *Arachne a Pallade victa* laqueo ... ligavit guttura; -entem Pallas miserata levavit. PLIN. nat. 14, 119 *ubi* hominis mors laqueo -erit. MART. 4, 77, 5. 8, 61, 2 quaerit altos, unde -at, ramos. QVINT. inst. 8, 5, 22 (*antea*: se suspendisse, *ut* CALP. decl. 10). FLOR. epit. 3, 3, 17 ab arboribus. APVL. met. 3, 17, 5. 6, 30, 6 de quodam ramo. 9, 30, 7 e quodam tigillo constrictum iamque exanimem -ere. HIST. AVG. quatt. tyr. 15, 2 (*iocus de potatore, qui se suspendit*) amphoram -ere, non hominem. *al.*

Ⓘⓘⓘ *Christus crucifixus* (*pro Christo ponitur* vita *l. 54,* medicina *l. 60,* vitis *l. 63*): TERT. adv. Iud. 13, 11 lignum passionis Christi, unde vita -ens a vobis credita non est (*subest* VET. LAT. deut. 28, 66 [Iren. 4, 10, 2. *al., sim.* VVLG.] erit vita tua -ens ante oculos tuos *eqs., quod ad Christum referunt ecclesiastici*). adv. Marc. 4, 42 p. 564,13 -entem in patibulo Christum (ARNOB. nat. 1, 62. SVLP. SEV. chron. 2, 34, 3 [*abl. nudo*]. *al.*). IREN. 5, 18, 3 super lignum (PS. CYPR. mont. 7 in l. confixus inter duos latrones. HIL. hymn. 2, 13 ligno ... crucis. trin. 3, 10. AVG. conf. 9, 13, 35 medicinam vulnerum nostrorum, quae pependit in l. *et saepe*). IVVENC. 4, 662 cruci fixum -bat in arbore corpus. HIL. trin. 10, 48 in cruce (HIER. epist. 117, 2, 2. NICET. appell. 2 p. 4, 16 vitis, quae in c. pependit. AVG. civ. 22, 17 p. 594, 19. *et saepe; in imagine*: CAES. AREL. serm. 57, 4 [*loq. Christus*] gravior ... peccatorum tuorum crux est, in qua invitus -o). AVG. serm. 284, 6 in asperis clavis. *al.*

γ *-ent qui in aliis animantibus haerent aut ab illis tenentur*: Ⓘ *ore, osculo, labris: -ent osculantes*: LVCR. 1, 37 e ... tuo, *sc. Veneris,* -et resupini *Martis* spiritus ore. VERG. georg. 2, 523 -ent circum oscula *patris* nati. PETRON. 127, 4 ex cuius osculo -es. PS. QVINT. decl. 10, 3 ab huius osculis, ab huius feminae cervice -bat *filius*. VEN. FORT. carm. 8, 3, 370 ad ora. *-ent lactentes*: VERG. Aen. 8, 632 geminos huic *lupae* ubera circum ludere -entes pueros (VET. LAT. Macc. II 6, 10 [rec. X] *mulierum* infantes ad u. penderunt [rec. B uberibus, *rec. V* ad u. suspensis]. PRVD. apoth. 614 innupto ... ab u. Christus [*de eodem* PS. AVG. serm. erem.

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

19 p. 1266]. PETR. CHRYS. serm. 72, 2 ENNOD. opusc. 4, 8 p. 385, 6). Ⓘⓘ *bracchiis, manibus: complectendo*: VERG. Aen. 1, 715 *Cupido* complexu Aeneae colloque pependit (LYGD. 6, 45 -entia bracchia c. PROP. 3, 12, 22 OV. trist. 3, 5, 15. SEN. contr. 2, 6, 9 meretricem ⌞vidi -entem⌟ c. senis [defendentem *trad.*]. *al.; cf.* OV. fast. 2, 760 *Lucretia* de ... viri collo dulce pependit onus. HIER. epist. 14, 2, 3 ex collo ... nepos. DRAC. Orest. 60 per ... colla [229]). PROP. 4, 1, 43 *Anchises* in nati trepidus cervice pependit (OV. met. 1, 652 Inachus in ... cornibus et ... c. iuvencae. *accedit abl. nudus*: VAL. FL. 1, 259 *puer* cervice *patris.* 2, 427 *infra.* STAT. silv. 1, 2, 103). VAL. FL. 2, 427 Orphea ... cervice ... et gemino coniunx a Castore -et. ANTH. 429, 10 lateri (*si recte em. Toup,* lecto *trad.*) -at illa *Arethusa* meo. *al. alio modo*: PROP. 1, 20, 29 *Hylas* ⌞sub extrema -ens secluditur⌟ ala *Boreadum* (*-ere videtur sub extera alarum parte, quas prehendit, ut Boreades sibi instantes prohiberet; ad varias interpretationes cf. Scheidweiler, Hermes 88, 1960, 75 sq.;* sed e. -entes ludit in *Heinsius*). OV. epist. 9, 98 *Antaeus* inter laevumque latus laevumque lacertum *Herculis* praegrave compressa fauce pependit onus (*nisi ad p. 1035, 22*). SEN. nat. 4 praef. 16 non e manibus ullius supplex pependi (QVINT. inst. 1, 2, 7 *infantes molles de lectica descendentes* e m. utrimque sustinentium -ent). STAT. Theb. 6, 862 *luctatores* interdum diu -ent per mutua fulti bracchia (*sc. sese non moventes, ut conferre possis p. 1037, 3 sqq.*). Ⓘⓘⓘ *dentibus sim., sc. mordendo*: CARM. de bell. Aeg. 45 -ente ... cervicibus aspide *moritur quidam* (*item de serpente*: VET. LAT. act. 28, 4 [cod. 53 = VVLG.] -entem bestiam de manu *Pauli* [*huc spectant*: PRVD. c. Symm. 1 praef. 30 haerentem ... -entemque. ARATOR act. 2, 1172 digito]). LVCAN. 6, 549 *cadaverum* nervo morsus retinente pependit *Erictho.* PLIN. nat. 9, 132 -entes aviditate sua purpurae tolluntur, *sc. conchis aliis compressae.* SIL. 11, 246 *leo* -ens cervice *iuvenci* (*nisi ad p. 1036, 5*). ⓘⓥ *vario modo*: VARRO rust. 3, 16, 29 *apes* ante foramen *alvei* ut uvae aliae ex aliis -ent conglobatae. PLIN. nat. 8, 26 *venatores ex arboribus in elephantos* desiliunt; laeva adprehenditur cauda, pedes stipantur in sinistro femine; ita -ens *eqs.* POTAM. tract. 1 l. 115 quae pressura videntium! ... qualis in cervicibus praevenientium multitudo -bat!

2 *notione deflexa, sc. mero fere respectu haerendi, haesitandi* (*ad C vergunt l. 36 sqq.*): **a** *-ent res* (*an huc p. 1036, 25?*): VERG. Aen. 5, 206 *saxis* illisa ... prora pependit (*cf.* 10, 303 *navis* inflicta vadi dorso dum -et iniquo anceps sustentata diu *eqs.; paulo aliter p. 1036, 47*). PRVD. psych. 654 mons ... -entis aquae (*sc. in mari Rubro sec. exod. 14, 22* erat ... aqua quasi murus *ut*: EVCHER. laud. her. 9 minantes ... undarum -entium montes. ALC. AVIT. carm. 5, 592 -entis ... liquoris. CARM. de resurr. 289 pontus dei nutu pependit [perpendit *var. l.*]). **b** *-ent homines, qui cunctantes vel exspectantes alicubi morantur nec discedunt* (*usus cum notione p. 1037, 3 illustrata coniungendus videtur, cf.* SERV. *infra, sed in exemplis hic allatis locus morandi indicatur*): VERG. Aen. 6, 151 (*Sibylla Aeneam admonet*) iacet exanimum tibi corpus amici ..., dum consulta petis nostroque in limine -es (SERV.: sollicitus es). STAT. Theb. 3, 611 (*Capaneus belli cupidus ad Argivos responsa vatis exspectantes*) unius ... plebeia ad limina civis tot ferro accinctae gentes animisque paratae -emus? FLOR. epit. 1, 13, 15 *Galli* sex mensibus ... circa montem unum *Capitolii* -erunt ... omnia experti. PRVD. apoth. 686 (*sec. Ioh. 5, 3*) *aegroti* exspectant scatebras *piscinae* et sicco margine -ent. PAVL. NOL. epist. 43, 2 quasi properans et in profectionis ianuis -ens *tabellarius.*

B *potius eo, quod* ***inclinata*** *sunt*: **1** *de locis sim., sc. fere desuper imminentibus* (*aliter certe p. 1034, 1; saepe c. colore minandi; cf.* impendeo *vol. VII 1, 541, 52 sqq.; transfertur ad nubila l. 58, ad aedificia l. 60 sq. 74*): **a** *-ent saxa, montes sim.* (*saepe in speluncis*): TRAG. inc. 74 advenio ... per speluncas saxis structas asperis -entibus maxumis ([*imitatur* LVCR. 6, 195 speluncas *nubium* ... velut s. -entibus structas]. VAL. FL. 2, 332 -entia nigris fumant saxa iugis [*cf. Ehlers ad l.*]. AVIEN. orb. terr. 727 *speluncae* saxa ... curvo fornice -ent. AMM. 15, 10, 4. CASSIOD. var. 1, 25, 3 -enti saxo tornatas cameras). VERG. Aen. 1, 166 scopulis -entibus antrum (OV. epist. 10, 26 ⌞hinc⌟ s. raucis -et adesus aquis [⌞ ⌟ *i. ex monte,* nunc *var. l.*]. STAT. silv. 2, 2, 16). SEN. Phoen. 69 nudus hic -et silex. LVCAN. 1, 435 ardua ... gens habitat cana -entes rupe Cebennas (*nisi per enallagen intellegas* -ens gens, *ut pertineat ad p. 1036, 6*). IVV. 6, 650 clivo ... latus *montis* -ente recedit. CLAVD. 26, 348 fundamina ... -enti male fida solo *montis.* *al.* **b** *-ent ipsae speluncae, cavernae earumve tecta, limina* (*camera structa* SIDON.): VERG. georg. 4, 374 -entia pumice tecta *speluncae* (*inde* EPICED. Drusi 252). OV. am. 3, 1, 3 spelunca ... pumice -ens (SEN. nat. 6, 19, 2 speluncarum sub terra -entium vastitas). epist. 15, 141 antra ... scabro -entia tofo (met. 13, 810 vivo ... saxo. LACT. Phoen. 73). SEN. Herc. f. 719 hic vasto specu -ent tyranni *Ditis* limina. nat. 5, 15, 4 terrarum -entium habitus (*spectat ad specus subterraneos ut* 6, 20, 3 qua parte maxime -et). SIDON. epist. 2, 2, 5 camerae -entis. **c** *-et ripa, litus* (*cf. l. 62*): OV. ars 1, 620 -ens liquida ripa subestur aqua (AVSON. Mos. 20). met. 11, 233 (*de litore harenoso leniter declivi*) *sinus* litus habet solidum, quod ... non opertum -at alga. SEN. Tro. 842 ⌞Attica⌟ -ens Peparethos ora (ardua *Bentley*). LVCAN. 8, 798 qua terra extrema refuso -et in oceano. CLAVD. carm. min. 26, 44 *mons* aequora -enti margine summa ligat.

2 *de animantibus pronis* (*de manu inclinata* AVIEN.): VERG. Aen. 5, 147 *aurigae* proni ... in verbera -ent (*sim.* 10, 586. *augetur*: SIL. 8, 281 praeceps trepida -ens in verbera planta. 16, 386 ad colla ... protentus et in capita ardua -ens. *de Cynthia aurigam agente*: PROP. 4, 8, 21 spectaclum ipsa sedens primo temone pependit). CIRIS 348 *nutrix* maesta super morientis alumnae ... cubito subnixa pependit ocellos. LVCAN. 7, 369 -entes e summis moenibus urbis ... hortari in proelia matres (*cf.* 8, 590 prima -et ... anxia puppe *Cornelia.* STAT. Theb. 10, 457 e summo -ent cupida agmina vallo noscere quisque suos. Ach. 2, 25. QVINT. decl. 278, 11 sollicitus de muris). SIL. 16, 482 *spectatores curruum* -ent ... faventes unguibus (*16, 320* proni). AVIEN. Arat. 191 (*sidus Herculis describitur*) manus ... in verbera -ens erigitur (*Hyg. astr. 2, 6, 1* manu sublata ut feriens. *ceterum cf.* VEN. FORT. Mart. 1, 340 *quidam Martinum petens* -bat in ictum [*339* incumbens]). MART. BRAC. sent. patr. 49 *Silvanus abbas* factus in extasi -bat in facie sua (*sed Vitae patr. 5, 3, 15* cecidit *sec. gr. Cotelier p. 679 πίπτει*).

3 *de arboribus, rosis*: SEN. Oed. 537 *arbor* iam fessa cadens radice fulta -et aliena trabe. COLVM. 4, 17, 7 praecipitibus clivis velut -ens *vitis* plura praesidia desiderat. MELA 1, 72 *specus* viret lucis -entibus. STAT. Theb. 7, 223 sole malo tristique rosaria -ent (pallent *var. l.*) usta noto. PS. AVG. serm. ed. Mai 1, 2 -entes fornices *arborum.*

C *potius eo, quod aliquo modo* ***sublata, elevata*** *sunt, ut careant vel carere videantur fundamento* (*saepius accedit color mobilitatis, instabilitatis, maxime sub 3, ceterum e. g. p. 1035, 68. 70. 1036, 12. 21; hic illic per hyperbolen dictum videtur, e. g. sub 2b*): **1** *-ent ea, quae in aere, quasi in spatio vacuo posita sunt*: **a** *orbis terrarum in spatio mundi*: LVCR. 2, 602 aeris in spatio magnam -ere ... tellurem (OV. met. 1, 12 *nondum* circumfuso -bat in aere t. ponderibus librata suis. MANIL. 1, 173. SIL. 14, 346 haereat anne -at instabilis t. STAT. Theb. 8, 311 aere -entem vacuo. *al.*). CIC. ac. 2, 122 terra penitusne defixa sit et quasi radicibus suis haereat an media -at (OV. fast. 6, 270 nullo fulcimine nixa, aere subiecto tam grave -et onus. MANIL. 1, 195. 1, 201 [*v. l. 47*]. PLIN. nat. 2, 11 [*antea: aeris* vi suspensam]. *al.*). MANIL. 3, 50 *cum natura* circumfusis orbem concluderet astris undique -entem in medium. *agitur tantum de parte orbis*: MANIL. 4, 881 terrae ... subire -entis tractus (*ad zonas terrae a nobis aversas deorsumque spectantes refert Housman, quae supra vacuum positae 'proprie -entes appellantur'*).

b *caelum, mundus* (*cum notione minandi l. 44; opp. terra iacens vel sedens* SEN., PS. AVG., *aliter* MANIL.): *sustentatur vi naturali*: PANEG. in Mess. 23 -enti ... super claudantur ut omnia caelo (OV. met. 7, 580 *aegri* membra ... -entis tendunt ad sidera caeli *pestiferi.* PS. AVG. serm. ed. Mai 72, 1 cum universam fabricam ... perficeret *deus,* c. pependit, terra iacuit). MANIL. 1, 195 cum -at ipse mundus et in nullo ponat vestigia fundo ..., (201) terra quoque aerias leges imitata pependit. SEN. dial. 1, 1, 2 (*opp.* terrarum gravissimum pondus *sedet*). nat. 7, 14, 2. *fulcitur ab Hercule*: CLAVD. 21, 144 Hercule quondam sustentante polum melius librata pependit machina. rapt. Pros. 2 praef. 47 firmior Herculea mundus cervice pependit.

c *sidera sim.* (*addimus partes caeli l. 56; ad B vergit* HYG., *ad A fort. l. 53. 55*): MANIL. 1, 529 *non* cadere in terram -entia sidera caelo (1, 806 quae terram caelumque inter volitantia -ent [*de planetis ut* PLIN. nat. 2, 12]). 2, 396 astra ... -entia (DRAC. Romul. 10, 93 stellante polo). 2, 873 (*agitur de sortibus caeli*) praeceps haec, *sc. epicataphora,* illa, *sc. anaphora,* supina -ens (superna *var. l.*). HYG. astr. 4, 12, 7 caput Cephei -ens ad Pistricis occasum. TERT. Scap. 3, 2 ignes, qui super moenia Carthaginis proxime -erunt per noctem, quid minati sunt (PRVD. apoth. 625 -ent in nubibus ignes *stellarum*). AVIEN. Arat. 1082 *Piscem* medium -ere ... mediumque sub undas cedere (*gr. 573 ἴδοιο μετήορον*). PRVD. cath. 12, 58 verticem pueri (*i. Christi*) supra signum pependit imminens (*sec. Matth. 2, 9* staret). REGVLA mag. 50, 70 -ente adhuc sole. *al.*

d *nubes, pluvia, tenebrae sim.* (*nubes pulveris p. 1035, 3 sqq.; saepius c. colore minandi, e. g. l. 66. 68. 73*): VERG. georg. 1, 214 *tempus serendi est,* dum nubila -ent ([SERV. *ad 213:* quo imminent pluviae]. OV. met. 1, 268 late -entia n. GERM. frg. 4, 59 -entia tantum n. continua magis in statione manebunt. EPIST. Alex. p. 208, 22 -ente minaci n. *al.; cf.* nubes: SIL. 17, 358 [*loq. Iuno*] -enti n. resedi. VVLG. exod. 40, 35 desuper, *i. super tabernaculum* [*v. et p. 1035, 4*]. umbra nubium: PS. QVINT. decl. 12, 4). SEN. nat. 4, 3, 6 grando ... est ... suspensa glacies, nix [in] pruina -ens [congelatio]. COLVM. 10, 420 nube nova seritur, caeli -entibus undis (*cf.* PLIN. nat. 31, 31 *aqua,* quae subire potuerit ac -ere in aere. SIL. 6, 322 e nube ruinam -entem. AVG. civ. 22, 11 p. 587, 1. *v. etiam p. 1036, 25*). LVCAN. 7, 520 nox ... super campos telis conserta pependit (*sim.* SIL. 9, 326 caelum ... -ens

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

abstulit ingestis nox densa sub aethere telis. *ceterum*: DRAC. laud. dei 2, 533 *Christo mortuo* cardine sub gemino nox importuna pependit). 9, 457 *vento* pars plurima terrae tollitur et numquam resoluto vertice -et (*cf.* VAL. FL. 3, 500 quanta tollat se nubes atque aequore -at atro *curru Martis appropinquante. aliter*: SOL. 1, 96 ut *cursor* harenis -entibus nulla indicia relinqueret vestigiorum [*cf. l. 42 sqq.*]). *al.*

e *aedificiorum partes* (*alia ratione p. 1033, 60 sq. 74. 1036, 24 sqq. 65 sqq.*): VITR. 2, 8, 20 in -enti loco dissaeptio *craticiis est facienda.* 6, 8, 1 si in -entibus onera fuerint parietum ..., non poterunt habere perpetuam firmitatem. 7, 1, 1 *paries* non exeat ad summum ..., sed potius relaxatus supra se -entem habeat coaxationem. PLIN. nat. 2, 197 *terrae motibus* minus quatiuntur *oppida* ... cuniculis cavata multoque sunt tutiora in iisdem illis quae -ent (*opp.* solida). 18, 302 -ente tabulato extenuari granum (*antea*: suspendunt ... columnis. *cf. Colum. 1, 6, 16* pensilis horrei). STAT. silv. 1, 2, 152 -ent innumeris fastigia nixa columnis (*cf.* MART. 2, 14, 9 centum -entia tecta columnis [HIST. AVG. Alex. 26, 7 ut tota *basilica* c. -ret]. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 709. *cf. imaginem templi Christi* PRVD. apoth. 523). 1, 5, 28 unda ... innumero -ens transmittitur arcu (*item ad aquae ductum spectat*: RVT. NAM. 1, 97 aerio -entes fornice rivos). IVV. 7, 46 conducto -ent anabathra tigillo.

f *cetera exempla*: α *de animantibus (addimus res ad ea pertinentes l. 36. 39. 49. 52. 53, tempus l. 45), quae -ent fere eo, quod solum non tangunt, non tangere videntur, non in solo iacent*: Ⓘ *de volantibus* (*sed* volare *distinguit* CVRT.): OV. met. 2, 726 *Mercurius* aethere -ens. 4, 617 cum ... super Libycas *Perseus* victor -ret harenas (MANIL. 5, 593 ⌞caelo -ens⌟ iaculatur in hostem [*v. vol. VII 1, 72, 11*; semet caelo *Housman*]). 5, 676 *Pierides* per bracchia mota levatae aere -bant (*sim. in metamorphosi*: 6, 667 sq. *Procnes et Philomeles* corpora ... pennis -ere putares: -bant pennis. 7, 379 *Cygnus* factus olor niveis -bat in aere pennis. 8, 145. 11, 341. 12, 566). 8, 202 fast. 3, 863. MANIL. 4, 898 iacent animalia cuncta in terra vel mersa *sunt* vadis vel in aere -ent. 5, 296 -entem ... suo volucrem deprendere caelo (SIL. 11, 468 *Orpheo canente* posito ... volatu non mota v. captiva pependit in aethra. ALC. AVIT. carm. 1, 33). CVRT. 4, 15, 26 *viderunt* placide volantem aquilam ... diuque circa equum Alexandri -enti magis quam volanti similis apparuit. PLIN. nat. 9, 2 *avibus est* vita -entibus. 10, 111. 10, 114. STAT. Theb. 3, 505. silv. 2, 7, 4 -entis ... ungulae (*sc. Pegasi*). MART. epigr. 21, 6. IVV. 11, 107 effigiem ... venientis *ad Iliam* ... -entisque dei (*sc. Martis, explicat* SCHOL.: de aere -entis). *al. transfertur ad volatum vel ad iter aerium*: PLIN. nat. 2, 192 caelo ... adeo tranquillo, ut volatus avium non -ant subtracto omni spiritu qui vehit. ALC. AVIT. c. Ar. 26 p. 10, 29 viae ... -enti *Christi ascendentis* (VEN. FORT. Mart. 3, 425 *angeli*). Ⓘⓘ *de eis, quae quasi pedibus suspensis se movent aut manu suspensa agunt* (*sc. propter velocitatem aut prudentiam; fere in imag. vel comparatione; cf. etiam l. 5 supra*): PHAEDR. 5, 8, 1 (*effigies temporis describitur*) cursu volucri, -ens in novacula *eqs.* (*de homine similiter suspenso fortasse* SEN. nat. 6, 32, 10 in puncto fugientis temporis -o). SIL. 13, 327 -enti similis Pan semper et imo vix ulla inscribens terrae vestigia cornu. STAT. Theb. 6, 640 vix campus euntem sentit et exilis plantis intervenit aer raraque non fracto vestigia pulvere -ent (TERT. pudic. 10 p. 240, 3 [*ad psychicum*] funambule pudicitiae ..., qui tenuissimum filum disciplinae ... -ente v. ingrederis carnem spiritu librans). PANEG. 2, 3, 5 cicatrices ... manu -ente tractabo (*aliter p. 1036, 59*). HIER. c. Ioh. 2 quasi super ova et aristas inter theatrales praestigias *huius haeretici* -enti gradu incedere (*sim. de eo qui caute agit*: adv. Rufin. 2, 11. *cf. Otto, Sprichw. n. 165*). ⓘⓘⓘ *de aliis* (*de funambulis v. l. 50. p. 1036, 13*): OV. met. 9, 219 *Lichas ab Hercule in mare iactus* per aerias -ens induruit auras. STAT. Theb. 8, 110 (*Amphiaraus narrat, quomodo inferis inciderit*) per cava viscera terrae vado diu -ens (*sim. de cadentibus*: CLAVD. 28, 45 [*de figuris in templo Capitolino*] cernere Tarpeia -entes rupe Gigantas [*cf. Müller, 1938, comm. ad l.*]). 9, 285 *equus vulneratus* exsiluit ... alte vi mortis et aera -ens verberat. IVV. 6, 321 *Saufeia* tollit -entis praemia coxae (*i. Veneris pendulae, cf. p. 1051, 69*). AVIEN. orb. terr. 1006 exsilit omnis coetus *Bacchantium*, ut instabiles vaga -ent corpora dammae. HIST. AVG. quatt. tyr. 4, 3 cum ipse reclinis ac resupinus et curvatus in manus -ret potius quam iaceret (*sc. corpore figuram pontis q. d. efficiens*).

β *de rebus variis*: AETNA 108 ut *acervus saxis structus* crebro introrsus spatio ... -at in sese (*si sic legendum*). OV. am. 3, 2, 63 (*ad puellam in circo sedentem*) -ent tibi crura, *sc. gradum inferiorem non attingunt* (*cf. de pede*: GERM. 82 planta sinistra *Ophiuchi* in tergo *Scorpionis* residet, vestigia dextera -ent). MANIL. 5, 282 super ... ducere -entes orbes *molae, i. τὸ ἐπιμύλιον.* CELS. 6, 7, 9[B] tabula ... conlocatur media inhaerens, capitibus utrimque -entibus. MELA 3, 40 *Araxes* adeo citus, ut ... *in praecipiti* non declinet statim undam, sed ... evehat plus iugeri spatio sublimis et aquis -entibus semet ipse sine alveo ferens. PLIN. nat. 34, 148 simulacrum e ferro -ere in aëre *videtur magnetis lapidis effectu* (*inde* AVG. civ. 21, 6 p. 500, 4 ISID. orig. 16, 4, 2. *ceterum cf.* AMPEL. 8, 17 Victoria ferrea -ens sine aliquo vinculo). 36, 68 ut *naves* subirent obeliscum -entem extremitatibus suis in *Nili* ripis utrimque. STAT. Theb. 5, 369 totum ... notis certantibus aequor -et et arquato iamiam prope sidera dorso frangitur. *al.*

2 *-ent ea, quae loco celso posita sunt* (*sublucet notio sub A illustrata l. 7. 9. 30*): **a** *animantia* (*eorum audacia l. 15; ceterum cf. p. 1033, 27 sq. nec non 1034, 10 sqq.*): VERG. ecl. 1, 76 *capellas* dumosa -ere ... de rupe (OV. Pont. 1, 8, 51 rupe. HOMER. 888 in rupe. DRAC. Romul. 8, 408 praerupta de rupe. *cf.* MART. 13, 98, 1 capream de rupe. GREG. M. moral. 32, 4 *capra* in summis ... -ens montibus). Aen. 1, 106 *in tempestate* hi summo in fluctu -ent, his unda dehiscens terram ... aperit (*cf.* SEN. contr. exc. 8, 6, 2 [*loq. naufragi*] inter caelum terramque dubii pependimus). MANIL. 5, 655 *funambulus* -ens populum suspendet ab ipso (*de eodem simili lusu*: AVG. in psalm. 39, 9 l. 30 -ens te suspendit. *ceterum*: PRVD. ham. 367 per aerium -ens audacia funem. *cf. p. 1038, 1*). SEN. Herc. f. 146 -et summo ... ramo *luscinia* (*sim.* OCTAVIA 922 CVRT. 8, 9, 25). 155 *piscator* exesis -ens scopulis. epist. 118, 3 cum candidati in templis suis -ant (*si huc pertinet*). LVCAN. 2, 697 -entes deducunt carbasa nautae (SIL. 3, 129 arbore *navis*). 4, 47 irritus ... victor subducto Marte pependit (*sc. in summo monte, quem hostes iam reliquerant*). PLIN. nat. 36, 118 *populus* in machina -ens (*sc. in theatro Curionis; antea*: infida instabilique sede). STAT. Theb. 1, 332 scopuloso in limite. 10, 861 vacuo ... sub aere -ens *Capaneus moenia scalis ascendens.* MART. 5, 31, 3 *tauri* cornibus hic, *sc. puer saltans*, -et summis. *al.* **b** *res* (*maxime aedificia, oppida sim.; saepius hyperbolice dictum*): LVCAN. 4, 127 ima petit, quidquid -bat aquarum (*de fluctibus, qui terras inundaverunt, agi videtur; an sec. A2 intellegendum? alii ad p. 1034, 64 trahunt, sed pluviae iam desierunt*). PLIN. nat. 11, 138 *superbia* in corde nascitur, huc (*sc. in supercilia*) subit, hic -et. SIL. 1, 128 in aerio -ent ... vertice *Alpium* castra *Hannibalis.* 6, 645 excelso summi qua vertice montis devexum lateri -et Tuder (*cf.* OROS. hist. 6, 11, 21 *Vxellodunum* in editissima montis arce). MART. epigr. 1, 5 aere ... vacuo -entia Mausolea (*sc. basi alta elatum; cf.* CE 1552A, 48 [*saec. II[1]*] -ere columnas *mausolei excelsi*). AVSON. Mos. 284 -entes saxis ... villae. VAL. CEM. hom. 14, 5 p. 737[B] sublimior lectus sternitur, ut magis -ere quam iacere videatur.

3 *-ent ea, quae summa in aqua posita sunt* (*cf. etiam l. 11*): **a** *animantia (eorum spes l. 38), sc. natantes vel navigantes* (*cf. p. 1032, 9*): OV. epist. 18, 52 (*loq. Leander*) *corpus meum* dubia saepe pependit aqua. 19, 150 (*loq. Hero*) isdem corpus Leandri, spes mea -et aquis. MANIL. 5, 398 -entem ... in aequore piscem. 5, 430 *sub tempore Delphini natus* volitabit in undis; ... non onerabit aquas summisque accumbet in undis -bitque super. SEN. dial. 11, 9, 6 (*de fragilitate vitae*) in hoc ... proiecti mare ... numquam stabili consistimus loco, -emus et fluctuamur. COLVM. 1 praef. 8 *ut* terrestre animal homo ventorum et maris obiectus irae fluctibus -at (*fort. ad p. 1040, 39*). AVIEN. Arat. 315 *ut nauta* insano -ret ... profundo. **b** *res*: OV. met. 11, 746 -entibus aequore nidis. MANIL. 4, 288 navalis ... pugnas, -entia bella. CVRT. 4, 2, 9 naves ... -entes et instabiles (*item de nave*: LVCAN. 9, 337 pars sedet una ratis, pars altera -et in undis [*cf. p. 1033, 36*]. SIL. 17, 273 ratis ... fluctus supra vento librante pependit. Ps. QVINT. decl. 6, 4). MELA 3, 22 quam *insulam* -ere ... existimant. PLIN. nat. 37, 42 ut *glaesum* -ere videatur atque non sidere in vado. FLOR. epit. 4, 8, 4 *Sex. Pompei* penates in navi. SYMM. or. 2, 26 -entis machinae, *sc. pontis navalis.*

D *potius eo, quod* ***parum firma*** *sunt, ut nutare vel ruere videantur* (*v. quae ad C monuimus, ceterum cf. e. g. p. 1032, 14. 1038, 26*): **1** *de variis rebus vel animantibus*: COLVM. 6, 14, 2 ut bos *aeger* ⌞totus⌟ -ere videatur ([*Carroll, Latomus 33, 1974, 919 sq.*, lotus *fere trad.*]. *cf. fortasse p. 1029, 49 et* CHIRON 503 [*inde* VEG. mulom. 2, 140, 2] tussienti iumento -enti ne potionem adicies [*antea*: sustinere se non possunt]). ANTH. 83, 18 (*Dido ad Aeneam scribit*) quotiens revocata manus dubiumque (dubitansque *Maehly*) pependit, quid factura fuit trepidanti pollice (*simul spectat ad p. 1037, 2; aliter p. 1035, 52*). HIER. vita Malchi 1 dispositum ... per tabulata *navis* militem -ente gradu et labente vestigio stare firmiter assuescunt *duces* (*cf.* VAL. CEM. hom. 2, 3 p. 697[D] videbitis hominis illius, *sc. onere gravati ad superiora tendentis,* -entia retrorsum festinare vestigia [*opp.* pendula vestigia *hominis non onerati*]). **2** *spectat ad aedificia, quae irruere videntur* (*nonnulla vergunt ad B*): LVCAN. 1, 24 *post bellum* semirutis -ent ... moenia tectis. 1, 495 quatiente ruina nutantes -ere domus. IVV. 3, 196 -ente ... ruina. PRVD. c. Symm. 2, 725 male -entes ... turres (*de mole undae elatae*: DRAC. Romul. 8, 397 vastarum t. aquarum -et). AVG. in psalm. 96, 2 l. 6 in illo *lapide angulari* (*i. Christo*) solidetur, quod instabili motu nutabat; in illo incumbat, quod per incerta -bat. INSCR. Ital. X 2, 81, 4 (*saec. VI*) meritis (*i. sanctorum reliquiis*) tantum -bant putria tecta *ecclesiae.*

II ***translate*** (*imagines sub I inseruimus exceptis p. 1038, 28 sqq. 54 sqq.*):

A *non indicatur, unde vel quo aliquis (aliquid) -at, tendat* (*saepe autem, maxime sub 1, accedunt additamenta indicantia, quo respectu vel*

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

qua ratione aliquis suspensus sit, quorum quaedam vergunt ad B, e. g. l. 11 sq. 50. 57): **1** *de animantibus vel eorum animis (e. g. l. 72 sqq., de oculis p. 1038, 10), qui dubitantes, solliciti, intenti haerent, haesitant* (*cf. p. 1033, 20. 1036, 59*). *cf.* SYNON. Cic. p. 409, 19 fac, ut caream metu. fac, ne animus mihi -at *eqs.* p. 419, 30 cunctatur. haesitat ... fluctuat. incertus est. suspensus est. -et. GLOSS. V 382, 4 -ens: solli⟨ci⟩tus. *dicitur fere in malam partem, in bonam maxime l. 74. p. 1038, 6 sq. 10. subi. est res pro persona posita l. 58. 64. p. 1038, 5, tamquam persona inducta l. 59.*

a *accedit vox q. e.* animus: **α** *gen.* animi (*cf. p. 1040, 10*): PLAVT. Merc. 128 ego a. -o; quid illuc sit negoti, lubet scire me, ex hoc metu ut sim certus (*idem loq.* 166 nimis diu a. -o). TER. Haut. 727 in spe -bit a. CIC. leg. 1, 9. Tusc. 4, 35 malum metuit exanimatusque -et a. phil. frg. V 83 qui exspectat, -et a., quia semper, quid futurum sit, incertum est. Att. 8, 5, 2 exspectatione. 11, 12, 1 te -ere a., quamnam rationem sim Caesari allaturus profectionis meae. 13, 51, 2. 16, 12 et de te et de me. CAEL. Cic. fam. 8, 5, 1 qua tu cura sis ..., nescio; ego quidem vehementer a. -o. LIV. 7, 30, 22 *Campanis* sollicitis ac -entibus animi[s]. **β** *abl.* animo, animis: CIC. carm. frg. 12 a. -ens ... eventa timebat. Tusc. 1, 96 quodsi exspectando et desiderando -emus animis, cruciamur, angimur. MANIL. 5, 607 animo ... magis quam corpore -et *Andromeda ad rupem alligata* (*antea*: metuit. *cf. p. 1032, 36*). EDICT. imp. Diocl. praef. 11 L. *negotiatores sim.* senper -ere animi⟨s⟩. SYMM. epist. 8, 3 sollicitatus iamdudum litteris tuis -o a., quamdiu de te secunda cognoscam. 9, 37 -⟨e⟩o a. usque ad valetudinis tuae nuntium.

b *poenam, supplicium* (*cf.* Diom. gramm. I 373, 9 sq. -o -is, quasi solvo poenas. Serv. Aen. 6, 21 -ere autem solvere, quod, ut supra [*1, 136*] diximus, tractum est a pecuniaria damnatione): **α** *iunctura sollemnis* -ere poenas (poenam Ov. met. 10, 232 Sen. contr. 7, 8, 6 Clavd. Don. Aen. 6, 580 p. 585, 4. *al.,* satis poenarum *l. 22. cf.* Pavl. Fest. p. 208 -ere p. solvere significat, ab eo, quod aere gravi cum uterentur Romani, -so eo, non numerato debitum solvebant. p. 243 p. -ere in eo proprie dicitur, qui ob delictum pecuniam solvit, quia -so aere utebantur. Gloss.[L] II Philox. pe 80 -o p.: *δίκας τινύω. 85 τίνω τιμωρίας*): Ⓘ *exempla varia* (*selecta inde a* Val. Fl.): Plavt. Asin. 483 pro dictis vostris maledicis p. -entur mi hodie. Bacch. 425 ante solem exorientem nisi in palaestram veneras ... haud mediocris p. -res. Lvcil. 141 Tantalus ... ob facta nefantia p. -it. Rhet. Her. 1, 16, 26 neque indamnatam p. -ere oportuit. Cic. Tusc. 2, 23 *Prometheus* has ... p. -ens adfixus ad Caucasum. nat. deor. 3, 81 p. sceleris. Att. 11, 8, 1 maximas p. -o temeritatis meae (Sil. 7, 517 magnas ne -ret alti erroris p. patria). 11, 11, 1 nos stultitiae nostrae gravissimas p. -ere (Val. Max. 7, 5, 6 satis graves p. erroris sui -erunt *suffragia*). 15, 13[a], 2. Lvcr. 5, 118 immani pro scelere. Caes. Gall. 6, 9, 7 innocentes pro nocentibus. Sall. Iug. 76, 6 quas ... p. metuerant, eas ipsi volentes pependere. Alf. dig. 44, 7, 20. Ov. ars 2, 257. met. 4, 670 inmeritam maternae -ere linguae Andromedan p. iniustus iusserat Ammon. 10, 599 *certamine* victi -unt ... ex foedere p. Liv. 23, 3, 3 ut, quas quisque meritus est, p. -at (Cypr. epist. 43, 1). 26, 33, 2 satis -sum poenarum, tot veneno absumptis ... senatoribus, credebant (Lact. inst. 2, 7, 21). Vitr. 1, 1, 5. Sen. contr. 7, 8, 6 stupri. Vell. 2, 100, 5 quas in cuiuslibet uxore violata p. -issent, pependere, cum *eqs.* Val. Max. 6, 3, 9. 7, 2 ext. 17 *non* parvas p. ... erroris (Lvcan. 8, 647 p. non morte minores). 8, 1 damn. 2 addictas. 9, 15, 1 seras. Phaedr. 1, 27, 6 iniecta est illi *cani* divitiarum cupiditas, p. ut sanctae religioni -ret. Sen. Med. 660[a] patrio ... -et crimine p. epist. 71, 17 Regulum fidei p. etiam hostibus servatae -entem. Val. Fl. 7, 421. Sil. 2, 488 tot. Qvint. decl. 260, 26 *abdicati* -unt p. magnumque supplicium miseri luunt. Cypr. epist. 69, 8 p. 757, 5 divinitus percussi p. statim pro inlicitis conatibus -erunt (*sim.* unit. eccl. 18). Epit. Alex. 23 pro sceleribus. Lact. inst. 7, 11, 2 mors ..., in qua perennes p. et infinita tormenta pro peccatis suis -it *anima.* Cod. Theod. 10, 8, 4 debitas. Avg. civ. 20, 15 p. 442, 7 apud inferos. *al.*

Ⓘⓘ *poena indicatur*: Ⓐ *per abl.*: Ter. Haut. 728 Syrus mihi tergo p. -et (Liv. 31, 31, 7 legionem ... t. et cervicibus). Cic. Pis. 50 patriae disque immortalibus ... furore atque insania. Verg. Aen. 7, 595 sacrilego -etis sanguine p. (Ivst. 8, 2, 4 s. et caedibus suis). Ov. met. 10, 232 exilio ... vel nece (Val. Max. 5, 3, 2g). fast. 6, 512 quo possit p. -ere, *Ino* pignus habet. Fest. p. 318 morte. Val. Max. 1, 6, 6 maxima clade. 6, 1, 5 voluntario secessu conspectum patriae vitando. Apvl. met. 9, 42, 4 capite (*v. et l. 46 sq.*). Ⓑ *per alterum acc.*: Verg. Aen. 6, 20 -ere p. Cecropidae iussi ... septena quotannis corpora natorum (*cf.* Serv. *supra l. 1*). Ⓒ *per attributum* (*adi. generalia v. supra, e. g. l. 14. 15*): Ov. fast. 3, 845 capitis quae *lex* -ere poenas ... iubeat furta (*cf. l. 42 et* Avg. civ. 18, 5 p. 262, 15 capitalem ... poenam). trist. 3, 11, 35 -imus en profugi ... p. exilioque graves exiliique loco. Sil. 6, 683 seras tibi, Regule, p. Xanthippus digni -bat ... leti. Vet. Lat. II Thess. 1, 9 (Iren. 4, 27, 4) p. -ent interitus aeternas (*ceterae vers.* luent, dabunt, solvent, *Vulg.* p. dabunt in interitu, *gr. τίσουσιν*). Svlp. Sev. chron. 2, 30, 8 servitutis poenam.

β *cetera exempla*: Liv. 34, 61, 8 satis ... suppliciorum -sum esse (*cf.* Sen. contr. 7, 8, 6 utrum *supplicium* velit -ere [Val. Max. 1, 8 ext. 8 iusta s. 9, 11 ext. 4 apud inferos ... quae meretur s. -it. Sen. Oed. 947 nova s. Plin. nat. 29, 57 s. annua canes -unt. Tac. ann. 13, 32, 1. *et saepius*]). Fest. p. 344 aes ..., quod poenae nomine -itur. Lvcan. 2, 176 Marius *mactatus* ... -it ... piacula busto *Catuli* (*cf.* Adnot.: expendit. Comment.: persolvit). 2, 313 hac caede luatur quidquid Romani meruerunt -ere mores. Avg. civ. 13, 6 p. 563, 22 ita cum ... sit mors poena nascentis, tamen si pro pietate iustitiaque -atur, fit gloria renascentis. *al.*

c *debita varia*: Ov. medic. 3 cultus humum sterilem Cerealia -ere iussit munera. Plin. nat. 12, 18 vicenos dentes elephantorum grandes ... Aethiopas ... -ere solitos (*item -untur tributa sim.*: 12, 68 regi ... quartas partes *murrae.* Tac. ann. 2, 60, 4 copias frumenti et omnium utensilium. 4, 72, 1 ut in usus militares coria boum -rent. Amm. 31, 4, 4 pro militari supplemento, quod provinciatim annuum -batur. *al.*). Stat. Theb. 4, 393 bellum lacrimasque metumque cognatumque nefas, iniusti munera regni, -imus (*cf.* Schol.: quasi pro sacrificio bellum lacrimasque tibi -imus). 11, 223 dignas ... -ere grates haut mortale opus est (Pavl. Pell. euch. 18 expressas verbis ... -ere g.). Tert. apol. 10, 1 deos ... non colitis, et pro imperatoribus sacrificia non -itis (Cassiod. in psalm. 50, 18 pro peccatorum expiationibus -bantur). uxor. 2, 4 l. 1 viderit, qualiter viro officia -at (Ambr. exc. Sat. 1, 8 in unius necessitudinis gradu conplurium mihi necessitudinum o. -bas, ut *eqs.* 2, 13 defunctis. Pavl. Nol. epist. 39, 1 p. 335, 10 officia ... et eloquia litterarum). CE 376, 4 ut ... natus pia funera

[Gatti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nobis -ret. AMBR. exc. Sat. 2, 3 ut ... fratri nostrum -amus adfectum. PAVL. NOL. carm. 14, 122 cum sedula cura servitium ... tibi, *Felici,* -erit (SVLP. SEV. chron. 2, 15, 6 Iudaeos ... olim in Aegypto -isse s. *cf.* 1, 41, 2 servitutem). AVG. doctr. christ. 4, 57 vel in malis, quae -it *Ioseph tamquam poenas,* vel in bonis, quae rependit *fratribus.* SVLP. SEV. chron. 1, 24, 3 VIII annis captivitatem -erunt. MACR. Sat. 1, 7, 17 cultus, qui huic deo, *sc. Saturno,* -itur. *al.*

2 *obi. indicat id, ex quo obligatio nascitur* (*pro obi. accedit enuntiatum l. 11. 17; ceterum cf. ad hunc usum verbum* pensare): **a** *delictum commissum, factum quoddam, ut vergat in notionem expiandi* (*e coni.* SIL. 11, 9): VAL. FL. 1, 445 -it in arvis *Admeti* Delius, ingrato Steropen quod fuderat arcu (pendet *falsa var. l.*). 4, 478 (*loq. Phineus*) nec credite culpam saevitiae scelerumve mihi nunc crimina -i; fata loquax ... prodideram. STAT. Ach. 1, 659 ante ... quam saevo mea tu conubia -as funere (perdas *var. l.*). Ps. QVINT. decl. 3, 8 *miles, qui tribunum libidinosum necavit,* damnetur ..., et pudicitiam supplicio -at? ALC. AVIT. carm. 3, 120 (*deus ad serpentem, cf. gen. 3, 14*) reus -es, quod fecit uterque. 5, 215 dignis -ens periuria tellus, *sc. Aegyptus tenebris vexata* (*exod. 10, 22 sqq.*). CARM. de resurr. 333 tunc humana mali -et commissa propago. **b** *iudicium, ut vergat in notionem implendi*: TERT. resurr. 17, 5 *anima* sententiam -it concupiscentiae et cogitatus et voluntatis. **c** *bonum oblatum, ut vergat in notionem compensandi*: ORIENT. comm. 1, 168 quibus haec *bona domini* opibus, quibus et persolvere donis, vel quanto poteris -ere servitio?

3 *obi. supplendo*: PLIN. nat. 12, 65 aliubi pro pabulo aut pro mansionibus variisque portoriis -unt, ... iterumque ... imperii nostri publicanis -itur. TERT. apol. 48, 12 tunc restituetur omne humanum genus ad expungendum ... et ... -endum in immensam aeternitatis perpetuitatem. *addas fortasse*: AVR. VICT. Caes. 33, 31 patrono ... fisci in curiam perducto (perduci *trad.*) effossos oculos -isse ... constat.

C *i. q. suspendere* (*sc. usu sec. compos.* ap-, suspendere *novato, cum unum exemplum infimae aetatis vestigia notionis originariae* [*v. p. 1043, 19*] *servavisse vix credas*): LEX Sal. Merov. decr. Child. 3, 1 si *latro* de leviores personas fuerit, in loco -atur.

II *significatur qualitas rerum corporearum, i. q. certum pondus habere* (*exempla certa hic attulimus, v. etiam sub* pendeo *p. 1042, 44, ceterum cf.* appendo *vol. II 278, 25*): LEX par. fac. Puteol. (CIL I^2 698) 2, 22 quae caementa arda -at p(ondo) XV (LIV. 38, 38, 13 talentum ne minus p. octoginta Romanis ponderibus -at [*cf. Polyb. 21, 43, 19 ἐλκέτω*]). LVCR. 1, 361 tantundem -ere par est. MARCELL. med. de mens. p. 10, 18 cyathus -it dragmas X ...; mna ... -it dragmas Atticas centum (*e Plin. p. 1042, 54*).

p. p. p. pro adi. **pēnsus,** -a, -um. *compar. apud* PLAVT. (*?*) *et inde a* GELL., *superl. non legitur.*

1 *de eis, quae animo, ratione penduntur* (*cf. p. 1049, 48*): **a** *potius aestimando, sc. compar.* -ior *fere i. q. maioris ponderis, maioris pretii* (*cf.* 2. impensus): PLAVT. Stich. 118 (*interpol. ?*) utra sit condicio -ior, virginemne an viduam habere? GELL. 12, 5, 7 ut nihil quicquam esset carius -iusque nobis quam nosmet ipsi. LEANDER reg. praef. p. 93, 24 *ecclesiae* melior pars et -ior vos estis, *virgines.* **b** *potius examinando, ut sit fere i. q. bene ponderatus, consideratus*: FRONTO p. 236, 13 *hoc* neque mensum neque -um Fatorum lanificum duco ([lanificium *Ehrenthal*]. APVL. mund. 3 m. -aque distinctio est [*gr. 392a32 τεταγμένην*]). VLP. dig. 26, 7, 3, 3 si pater minus -o consilio hoc fecit (CYPR. epist. 56, 3 res tanta exigit maius et -ius ... c. [impensius *var. l.*]). COD. Iust. 4, 32, 18 (*imp. Diocl.*) indebitas usuras ... repeti posse -a ratione firmatum est (perpensa *var. l.*). SYMM. epist. 1, 43, 2 quaeso ipse de eo iudices examine -iore. 3, 74, 1 *virtutes tuas* si quis trutinet -iore iudicio (NOVELL. Valent. 2, 4 eventuum qualitas -ius facit esse i.). CLAVD. MAM. anim. 1, 2 p. 25, 6 sententia nequaquam -i sermonis. LEX Burg. lib. const. 55, 1 -iorem habentes de causarum actione tractatum (pentiorem *pars codd.*). *inde etiam de ingenio vel homine, qui animo aequo, considerate agit*: PHYSIOGN. 38 ingenium ... fidum, benignum, -um, gravitate praeditum (*gr. I p. 338, 3 εὔβουλα*). CLAVD. MAM. anim. praef. p. 18, 5 reticendi cautus et loquendi -us arbiter.

2 *de eis, quae libra, statera penduntur* (*sub verbo inseruimus p. 1043, 58. 64. 1046, 5. 7*): CLAVD. MAM. anim. 2, 4 p. 112, 10 illius non -i ponderis et immensurabilis mensurae et innumerabilis numeri, quae tria ... unus deus sunt.

p. p. p. neutr. pro subst. ✕**pēnsum,** -ī. *de origine* (*v. etiam p. 1050, 18*): ISID. orig. 16, 25, 3 pondus dictum eo, quod in statera libratum pendeat; hinc et -um. 19, 29, 4 -um mulierum a pendendo dictum, unde pensa et impensa. GLOSS.^{L} IV Plac. P 8 -um: cum n, a pendendo dictum. *al. scribitur*: pi- *in cod. B* PLAVT. Men. 796 *et p. 1049, 5. 9. 11. al.,* pes- CIL IV 1507, 2. 4 (*cf. l. 71. 74*). *abbreviatur* (*cf. p. 1049, 3*): p CIL IV 1507, 6. 8, pes *ibid.* 1. 3. *al.* NOT. Tir. 41, 66. *de genere et formis: neutr. testatur* Ps. ASPER *p. 1050, 18.* -u *pro* -um (*nisi pro* -o): *p. 1049, 11 sq. 41.* GLOSS. *τέλος. v. etiam l. 13. p. 1049, 44. 1050, 11. legitur inde a* PLAVTO, LVCIL., VARRONE, CIC., SALL., VERG. *per totam latinitatem.* [*it.* peso; *sard.* pesu; *raet. or.* pes, *occ.* pais; *francog.* poids; *prov.* pes; *cat.* pes; *hisp.* peso; *port.* peso; *i. q. sollicitudo: val.* păs. *cf. M.-L. 6394. Battisti-Alessio IV 2875 sq. Wagner II 253. Wartburg VIII 204 sqq. Corominas*^{2} *IV 503. Machado*^{3} *IV 355. St.*]

I *proprie de pondere, quod libra determinatur*: **A** *usu strictiore de quantitate lanae uno die tractandae* (GLOSS. II 436, 26 -um -a: *σταθμὰ τὰ διδόμενα ταῖς γυναιξί. cf. p. 1043, 58. legitur saepe plur. inde a* VERG., *indicantur numeri -orum l. 39; ad rem v. Hug, RE XIX 1, 498 sq.*): **1** *generatim* (*tribuitur -um imprimis ancillis, Herculi servienti l. 19. 30. 34. al.; hic illic ipsum opus, sc. lanificium sim. significatur, e. g. l. 18. 20. 26 sq. al.* [*cf.* GLOSS.^{L} Corp. P 289 -um: lanae opus]. *exempla selecta inde ab* OV.): PLAVT. Men. 796 *marito* dare ... -um postules, inter ancillas sedere iubeas, lanam carere (OV. epist. 3, 75 nos humiles famulaeque tuae data -a trahemus [*sim.* met. 13, 511 me data -a trahentem. fast. 2, 743 trist. 4, 1, 13]. ANTH. 221, 2 Alcidae). Merc. 397 ancilla ..., quae texat, quae molat, lignum caedat, -um faciat *eqs.* ([*inde* LVCIL. 736]. PROP. 4, 9, 48 feci ... Lydo -a diurna colo [*sc. Hercules Omphalae serviens ut*: LACT. inst. 1, 9, 7 epit. 7, 4]. QVINT. decl. 301, 13). 416 ea molet, coquet, conficiet -um. VERG. georg. 1, 390 nocturna ... carpentes -a puellae (HOR. carm. 3, 27, 64 erile ... carpere -um. PROP. 3, 6, 15 tristes sua -a ministrae carpebant. DRAC. Romul. 2, 61). 4, 348 fusis mollia -a devolvunt (*cf.* Aen. 9, 476 revoluta [PORPH. Hor. carm. 3, 12, 4 -a vel tramas revolvunt. DRAC. Romul. 2, 53]. CIRIS 446 gravidos -o devolvere fusos. CLAVD. 18, 276 niveam ... -is involvere lanam). Aen. 8, 412 famulas ... ad lumina longo exercet -o (*cf.* NICET. vigil. 1 l. 14 femina, quae -a et lanificium ad lucernam vigilanter exercet). TIB. 1, 3, 87 gravibus -is affixa puella (*v. et l. 32 sq.*). 2, 1, 10 lanificam -is imposuisse manum. 2, 1, 63 femineus labor, ... -a colusque. PROP. 3, 11, 20 *ut Hercules* dura traheret mollia -a manu (OV. epist. 10, 90 neve traham servā grandia -a manu. STAT. Theb. 2, 440 sorores anxia -a trahant. MART. 9, 65, 11 Lydia ... -a. *adde l. 16. 45 sq.*). 3, 15, 15 famulam -is oneravit iniquis. 4, 3, 33 noctibus hibernis castrensia -a laboro. 4, 7, 41 graviora rependit iniquis -a quasillis (OV. epist. 9, 78 [*Deianira ad Herculem*] aequa ... formosae -a rependis erae). OV. am. 1, 13, 24 lanificam revocas ad sua -a manum (CLAVD. DON. Aen. 11, 580 p. 505, 21 ad ... lanarum -a). ars 1, 694 -a quid in dextra ... habes? MELA 1, 57 *in Aegypto* forum ac negotia feminae, viri -a ac domus curant. CIL IV 1507, 2 sqq. Florentina pe(n)sa III, Amaryllis pe(n)s(a) v trama et stamen (*sequuntur alia nomina eorumque -a*). STAT. Theb. 9, 615 mollia gessi -a (*cf.* Ach. 1, 654 tibi -a manu ... gesto). IVST. 1, 3, 2 -a inter virgines partientem *Sardanapallum.* SYMM. epist. 6, 67, 2 residens aut obambulans inter -a et foragines puellarum. *al.* **2** *speciatim de lana, filis Parcarum, quibus hominibus sortem tribuunt* (*inde vergit in notionem sortis, fati e. g. l. 49. 50 sq. 52. 59*): EPICED. Drusi 240 Clothoque duasque sorores, pollice quae certo -a severa trahunt. SEN. apocol. 4, 1 vers. 7 mirantur -a sorores. 4, 1 vers. 11. 16 Phoebus ... nunc plectra movet, nunc -a ministrat *Parcis.* Herc. f. 181 durae peragunt -a sorores (CE 493, 8 [*saec. I/II*] crudelia -a). PETRON. 29, 6 tres Parcae aurea -a torquentes. CALP. ecl. 4, 139 di, ... *principi* mortale resolvite -um et date ... caelestia fila. STAT. Theb. 3, 206 sic dura sororum -a dabant. 3, 642 vidi ... Lachesin putri vacuantem saecula -o. 6, 48 fata recensens resque hominum duras et inexorabile -um ([*cf.* SCHOL. -um pro statutis fatorum posuit]. silv. 3, 3, 172 i. -um deficit. *cf.* MART. 9, 17, 2 Parcarum exoras -a). 8, 59 iterata ... -a sororum (*sc. cum Eurydice Orpheum sequeretur*). 8, 381 -um omne sororum scinditur. 8, 549 Stygii ... -i. MART. 4, 54, 9 nil adicit -o Lachesis. 4, 73, 3 ultima volventes ... -a sorores. 7, 96, 4 ruperunt ... -a deae (CE 1552 A, 4 [*saec. II in.*] rupto ... -o). 9, 76, 7 una soror ... festinatis incidit stamina -is. IVV. 12, 65 Parcae meliora benigna -a manu ducunt hilares (SCHOL. fata mitiora). EPIST. Alex. p. 215, 25 quod ... earum, *sc. Parcarum,* -a impedierim. *al.*

B *usu laxiore de pondere variarum rerum*: **1** *significatur potius qualitas generalis*: **a** *iuxta* mensura: VET. LAT. lev. 19, 35 (Lucif. Athan. 1, 4) non facietis iniuste in iudicio, in m. et in -o et in stateris (*gr. ἐν σταθμίοις, Vulg.* in pondere). VITAE patr. 5, 5, 34 ambobus aequaliter ad -um dabatur panis et ad m. aqua. PRISC. gramm. II 176, 2 umidorum ad m. vel ad -um pertinentium. **b** *cetera exempla*: VET. LAT. Is. 40, 12 (Rustic. Conc.^{S} I 4 p. 78, 35) *deus* montes -o statuit et statera colles (*gr. σταθμῷ, Vulg.* libravit in pondere). CASSIOD. var. 6, 18, 1 (*ad praefectum annonae*) -um et munditiam panis exigis. 7, 32, 3 *denarii* olim -o quam numero vendebantur. ORIBAS. eup. 1, 14, 6 p. 420 aliqui et per -a probaverunt *aquam* (*gr. σταθμῷ. sim.* syn. 4, 41, 6 La p. 44 aliqui ... per -a arbitrante *eqs.* [*gr. ut supra, Ab* ex pondere et levitate]. 4, 41 [42], 6 Aa p. 4, 29 absque -a [*acc. plur.?*] poterit iudicare *aquam*).

2 *in praeceptis, compositionibus sim. significatur potius quantitas, portio materiae adhibendae, quae indicatur*: **a** *certis mensuris* (*quae*

[Gatti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

scribuntur saepe notis casus incerti; mensura excidisse videtur Ps. Theod. Prisc. add. p. 347, 9 [*cf. Ps. Apul. herb. 15 l. 11*]): Plin. phys. Bamb. 57, 52 (*antecedit compositio medicamenti*) cum opus fuerit, dabis pens(um) *semidrachmam unam* (*item acc. vel nom.* -um: 82, 81 aloe munda ... -um tremisse(m) I *eqs.* Oribas. eup. 2, 1 C 12ª Aa p. 452 dandus est ... ¸pinsum *drachmae duae*¸ [*gr. 2, 1 K 41 ὁλκαὶ δύο tantum*]. syn. 1, 17, 1 Aa p. 54, 28 pulver dabis ... -um draumas duas [*gr. ὅσον δραχμὰς δύο,* La p. 55, 1 quantum -um duas sunt grammas]. *al. apud eundem*). Oribas. eup. 2, 1 D 2 La p. 464 *sucus* datur cum vino pinso triobolon (*gr. Δ 5 τριωβόλου σταθμός. item abl.* -o: syn. 1, 17, 19 La p. 57, 24 [*gr. πλῆθος*]. *al. apud eundem*). syn. 1, 17, 12 La p. 56, 16 datur ... pinsu *drachmae tres* (*gr. ὅσον, Aa* drag. III. *item forma* -u: 1, 17, 21 Aa p. 58, 9 [*gr. πλῆθος,* La -o]. *al. apud eundem*). **b** *modo generali*: Ps. Theod. Prisc. add. p. 321, 13 tantum -um piperis misces. Oribas. syn. 2, 57, 1 La p. 131, 3 aequale -o cera et oleo mittis *in medicamentum* (*codd. Li, St* pensa, *gr. ἴσον, Aa* equale). 3, 29, 1 p. 857 aristolocia rotunda ipsa -a mittis ([*gr. τὸ αὐτό*]. 8, 14, 4 La p. 223 iterum ... dabis i. -um [*gr. τὴν δραχμήν*]). 9 add. p. 400 das integra -a.

II *transfertur ad alia*: **A** *de eis, quae tamquam debita solvuntur, absolvuntur, aguntur*: **1** *de quolibet officio, opere faciundo* (*de munere rerum l. 30 et 37 sq.*): **a** *exempla varia*: Plavt. Bacch. 1152 (*loq. meretrix*) meum -um ego lepide accurabo, *sc. senem amplexando leniens.* Persa 272 (*loq. servus*) -um meum, quod datumst, confeci. Cic. de orat. 3, 119 me ... ad meum munus -umque revocabo. Varro rust. 2, 2, 1 nos nostrum -um absolvimus. Mela 3, 35 *in Sarmatia* arcus tendere, equitare, venari puellaria -a sunt. Plin. nat. 11, 78 ad alia -a dimitti. Fronto p. 207, 1 magnum ducem, ... -is p⟨arem⟩ propositis. Avr. Fronto p. 63, 7 meum -um explico. Tert. adv. Marc. 1, 1 p. 291, 9 *in Ponto* feminae ... -um securibus faciunt, malunt militare quam nubere. Zeno 1, 2, 19 *luna* cursus ambagibus carpit -a mundana. Amm. 14, 6, 17 praepositis urbanae familiae ¸sua -a¸ digerentibus (*restit. Haupt,* suspensae *trad.,* suos pense *Karau et Ulmann*). Hier. epist. 54, 11, 1 istud -um, *sc. scripturae legendae,* domino tuo redde. Avg. in euang. Ioh. 19, 1 hodie expleamus debitum -um, *sc. explicationis.* **b** *accedit gen. subi. vel explic.*: Cic. Verr. II 3, 109 meae diligentiae -um magis in Leontino agro est exigendum. Liv. 4, 52, 2 *Icilius tribunus* velut -um nominis familiaeque seditiones *ciebat.* Colvm. 3, 10, 7 peragere laboris sui -um. Apvl. mund. 30 omnia -um sui operis agnoscunt (Zeno 1, 6 o. mundani -a perpetuans *dies paschalis.* 1, 26). Chalc. transl. p. 44ᴰ divinae providentiae ... -um. Mart. Cap. 9, 919 (vers.) nec curare deorum -a. Regvla mag. 50, 73 *artificibus* deputato ad diem ... artis suae -o. Bened. reg. 49,5 augeamus nobis aliquid solito -u servitutis nostrae ([*var. l.* -o. *huc spectare videtur* Gloss. V 414,25 -o: censo]. 50,4 s. -um non neglegant reddere).

2 *de vectigali, tributo* (*cf.* Gloss. *εἰσφορά*): Greg. M. epist. 1, 42 l. 35 onera, quae super -um illata subtrahimus. 2, 50 l. 10 *ut* aliquantum eis *Iudaeis Christianis factis* -i relaxetur. 8, 3 l. 24 de humandis ... corporibus -a facere.

B *in locutionibus aestimandi significatur res bene ponderata, considerata, inde etiam res quae est magni momenti, gravis sim.* (*cf. supra p. 1043, 66. occurrit iuxta verba* esse, habere, ducere, *ante* Symm. *p. 1050, 6 sq. non nisi in sententiis negatis; usum fusius tractavit Steinthal, De interpol. Plaut., Diss. 1918, 77 adn. 1*): **1** *gen.* -i: **a** *gen. partitivus, sc. pendens e vocibus quantitatis*: **α** *iuncturis variis*: Plavt. Truc. 765 nec mi adeost tantillum -i iam, quos capiam calceos. Sall. Catil. 5, 6 neque id, *sc. regnum,* quibus modis adsequeretur ..., quicquam -i habebat (23, 2 neque dicere neque facere q. -i habebat. 52, 34 quibus si q. umquam -i fuisset. Liv. 26, 15, 4 *quibus* neque quid facerent, q. umquam -i fuisset [*sim.* 34, 49, 7]. Svet. Nero 34, 1 neque in divexanda *matre* q. -i habuit). Liv. 34, 31, 3 in me quoque vobis quid faceretis minus -i esse non mirarer. **β** nihil -i (*potius ad b? cf.* Synon. Cic. p. 435, 18 n. -i habens. nihil sancti. nihil reputans. nihil magni faciens. *eqs.* Gloss.ᴸ III Abol. NI 11 nihil -i: nihil diiudicati): Lvcil. 765 ni[hi]l parvi ac -i *est,* uti litteras doceas lutum (*si huc pertinet, cf. Marx ad l.*). Sall. Catil. 12, 2 n. -i neque moderati habere (*inde* Lact. inst. 6, 1, 8 n.... m. aut -i habent). Iug. 41, 9 n. -i neque sancti habere (Rvfin. apol. Orig. epil. 2 quam nihil his *haereticis* s., n. -i sit. Svlp. Sev. chron. 2, 50, 2 habuisse. Sidon. epist. 3, 13, 1 *impudicis* n. -i, nihil s. est. Greg. Tvr. Franc. 4, 12 p. 144, 1 in Cautino ... nihil s., n. -i fuit). Liv. 42, 23, 2 id illi, cui n. -i sit, facile esse. 43, 7, 11 quibus n. neque dicere -i sit neque facere. Sen. Phoen. 298 certant in omne facinus et -i n. ducunt. benef. 1, 9, 5. Qvint. inst. 11, 1, 29 tam in suscipiendis quam in agendis causis n. -i habere. Svet. Dom. 12, 1 n. -i habuit, quin praedaretur omni modo. Symm. epist. 1, 15, 3 prae tui amore n. habeo -i. Vita Iust. Lugd. (bhl 4599)1 *multitudini* in tumultu n. -i est.

b *gen. pretii, sc. pendens e verbis* (*huc fortasse l. 56 et 60 sqq.*): Val. Max. 2, 9, 3 *Flaminius non* -i duxerat isdem imaginibus ascribi *facinus inhumanum et victoriam magnam.* Tac. dial. 29, 1 nec quisquam in tota domo -i habet, quid coram infante domino aut dicat aut faciat (hist. 1, 46, 2 neque modum oneris quisquam neque genus quaestus -i habebat. ann. 13, 15, 3 ut ... neque fas neque fidem -i haberet. Symm. epist. 1, 73 dignum esse, quem -i habeas [*item* -i habere *aliquem*: 1, 75. 9, 34]. 3, 17, 1 ut in reliquum -i habeas amicitiae diligentiam).

2 *acc.* -um: At. Cap. Gell. 13, 12, 2 *ut* ratum ... -umque nihil haberet *Labeo,* nisi quod iussum sanctumque esse in Romanis antiquitatibus legisset.

C *usu peculiari de lance librae* (*nisi fallimur; cf.* Gloss. *σταθμός.* statera): Isid. sent. 3, 52, 4 omnis qui recte iudicat stateram in manu gestat, et in utroque -o iustitiam et misericordiam portat.

p. p. p. fem. pro subst. **pēnsa,** -ae. *de origine v. l. 17 sq. p. 1047, 70 sq. scribitur* pi- *l. 33. 40. 42. de genere et formis*: Ps. Asper gramm. suppl. 41, 11 (*inter subst. primae decl.*). 46, 27 sq. -a, expensa feminini generis sunt et dices pluraliter ... -ae, expensae; sed pensa et expensa de pensando dicitur, nam pensum et pensa, quae mulieres trahunt, neutri generis sunt. [*fortasse it.* pesa; *hisp.* pesa. *cf. Battisti-Alessio IV 2869. Corominas² IV 503. St.*] [*falsa var. l.* -as *pro* pensa Epist. Alex. p. 215, 25. *vix recte trad.* Graec. ad Ruric. epist. 1 *caritas* -am sciens et detrimenta non sentiens (pensum *vulgo,* pensa *suspicatur Engelbrecht*). *in versione corrupta* Oribas. syn. 4, 37, 3 La p. 40. *falso olim legebatur pro* impensam Edict. imp. Diocl. 7, 15. 16 L.]

1 *i. q. pondus*: **a** *significatur mensura ponderis*: **α** *certa*: CIL VIII 24609, 4 (*a. 362–64*) petunt pro⟨vincial(es) pro pen⟩sa una folle⟨s duo mil(ia) centum *exigi*⟩ (*agitur de -is ligni fisco inferendis ut ibid.* 12 ⟨viginti⟩ octo ligni -as ... ⟨aut ligni⟩ pondo quindecimmilia *eqs. suppl. et explicavit Callu, Antiq. Afric. 15, 1980, 273 sqq.*). *abiit in gr. πῆσα, v. Schilbach, Byz. Metrologie, 1970, 169 sq. et Byz. metrol. Quellen, 1970, 129 l. 5. al.* **β** *generalis*: Oribas. syn. 2, 57 Aa p. 131, 27 drauma et olcin una -a est. 2, 58 Aa p. 131, 4 app. crit. de mensuris et -is (La p. 132, 1 app. crit. pinsa, *gr. περὶ σταθμῶν*).

b *significatur qualitas rei pensae, sc. gravitas*: Vita Caes. Arel. 1, 37 argenteum discum, cuius -a ad sexaginta libras circiter iungebatur. Ven. Fort. vita Marcell. 5, 19 (*sanctus ferrum candens manu sustulit eiusque pondus recte indicavit*) in ipsa -a non *erravit.*

c *significatur quantitas, portio alicuius materiae adhibendae*: Oribas. syn. 2 praef. Aa p. 93, 3 -as et mensuras et coctiones *medicamentorum* dicere habemus (*cod. St* de pinsa et m.). 2 add. p. 146, 26 cyclaminu equali -a admixta (3 add. 54 p. 914 gummin, libanu et farina ... equale pinsa. Rvf. podagr. 27 centauria, ruta, aequali -a [*postea*: aequali pondere]. *cf. p. 1049, 14*).

2 *i. q. pensio* (*cf. p. 1049, 44*): Lavrent. eleem. p. 111ᴰ venit sator ille seminis colligere fructus pecuniaeque suae exigere -as (*respicitur Matth. 25, 19*).

adv. compar. **pēnsius.** [*posit. non nisi e coni. dub. p. 1049, 31; vix huc pertinet* 2. pensius.] *i. q. modo melius perpenso, accuratius, diligentius sim.*: Avson. 419, 67 p. 370; 438 nullus umquam superiorum aut dicenda -s cogitavit aut consultius cogitata disposuit. Symm. epist. 1, 34, 2 tecum haec -s aestimabis. 2, 34, 2 nihil hac aetate tractandum -s domesticis rebus. 5, 69 ea, *sc. Formiae,* nunc -s per moram cognita (Svlp. Sev. chron. 1, 35, 9 David, qui -s ingenium mali spectatum haberet et cognitum, *eqs.*). Epist. pontif. 339 Migne 20 p. 671ᴬ *militia caelestis* -s ponderanda est et ... repetitis ignibus exploranda. Boeth. c. Eut. 3, 39 -s subtiliusque *intueri.*

deriv.: pendeo, pensilis, pensim, pensio, penso, pensor, pensura, 2. pensus (-ūs); *cf.* pensibilis.

compos.: ap-, com-, de-, dis-, ex-, im-, per-, re-, suspendo; vilipendo; lanipendens, lanipend(i)a (-us), ?lanipens, libripens; 2. impensus; *cf.* com-, dispendium, stipendium. *Gatti.*

⁂pendulus, -a, -um. *cum* pendĕre *iungunt* Prisc. gramm. II 138, 7 Evtych. gramm. V 453, 31, *sed consideratis notionibus potius a* pendēre *derivandum videtur; ad formationem cf. e. g.* patulus. Gloss.ᴸ V Abba pe 63 -us: elevatus. Corp. p 210 -o: haldi (*anglosax.; sim.* 358). p 314 -us: ridusende (*anglosax.*). *compar. et superl. desunt, sed cf.* male -us Vincent. Ler. comm. 20, 6 Pavl. Petric. Mart. 5, 760. *legitur inde a* Varrone, Cvlice, Hor., *frequentant imprimis* Apvl. (*15ies; idem solus praebet compos.* ante-, de-, retropendulus) *et* Ven. Fort. [*var. it. mer. cf. M.-L. 6388 et Faré, Postille. St.*] [*contextu lacunoso*: Alc. Avit. hom. 21 p. 137, 17.]

I *proprie* (*addimus imagines p. 1051, 33. 35. 1052, 4*): **A** *de eis, quae dependent, deorsum pendent, eo quod alicubi fixa, religata sunt* (*indicatur, unde quis, quid pendeat, per praepos. p. 1051, 12. 14. 40, abl. p. 1051, 15. 24*): **1** *de partibus corporis et de ipsis animantibus* (*cf.* Calp. *sub 3*): **a** *naturaliter loco suo pendentibus*: Varro rust. 2, 9, 3 *canis*

[Schwind]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

non debet esse labris ... resimis superioribus nec -is subtus (*cf.* APVL. met. 3, 24, 5 labiae -ae *asini* [7, 3, 4]). OV. met. 7, 117 -a ... palearia *taurorum* (*cf. supra p. 116, 31 sqq.*). PLIN. nat. 14, 142 *ebrietate continua efficiuntur* pallor et genae -ae *eqs.* APVL. met. 5, 13, 3 undique -os crines (8, 27, 5. 9, 31, 1. ALC. AVIT. hom. 17 p. 125, 23 crinem. *cf.* APVL. met. 8, 24, 2 cincinnis ... -is). TER. MAVR. 113 *ad litteram A formandam* linguam ... necesse est ita -am reduci, ut *eqs.* (PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 33, 7 lingua antro oris -a). LACT. opif. 8, 8 *aurium pelliculae* -ae atque flaccentes. POTAM. tract. 1 l. 15 -o mandibularum rictu *mortui.* ORIENT. comm. 1, 425 -a ... rugis deformibus ora. SIDON. epist. 3, 13, 8 ventris inflexi -os casses. VEN. FORT. Mart. 3, 171 -a ... bracchia *mortui. al.* **b** *mortis vel poenae causa ex arbore, cruce, rupe pendentibus*: HOR. carm. 3, 27, 59 potes hac ab orno -um zona ... laedere collum. OPT. PORF. carm. 24, 33 (*nisi est medii aevi*) caro -a (*de Christo crucifixo ut*: HIL. trin. 10, 13 -i in cruce corporis. VEN. FORT. carm. 2, 3, 8 -us ipse cruce. *sim. de Petro*: ALC. AVIT. hom. 21 p. 138, 2 -us ligno). CLAVD. DON. Aen. 8, 195 p. 144, 15 ('ora virum ... pendebant *super specus Caci*') corruptio ... carnis -a. **c** *alia ratione pendentibus*: APVL. met. 5, 24, 1 per nubilas plagas -i comitatus extrema consequia (*sc. Psyche, quae effugientis Amoris crura retinens in auras tollitur*). LACT. inst. 3, 24, 8 -os istos antipodas caeli rotunditas adinvenit. SIDON. epist. 8, 12, 5 ne tibi -um tinguat volubilis sentina vestigium (*sc. e transtris pendens*). VEN. FORT. carm. 6, 5, 72 (*loq. mater*) *filia profecta* quae cervici insiliant -a membra meae?

2 *de ramis, fructibus*: CVLEX 52 -a proiectis carpuntur ... arbuta ramis *a capellis.* APVL. met. 7, 24, 4 vastissimae ilicis ramo -o. CYPR. ad Donat. 1 palmitum lapsus nexibus -is per harundines baiulas repunt. SYMPH. 43, 3 (*loq. cucurbita*) pendens commoveor ventis et nutrior undis; -a si non sim, non sum iam iamque futura. SERV. auct. georg. 2, 389 *Liberi* -us fructus. DRAC. laud. dei 1, 198 nutant -a poma (*cf.* VEN. FORT. carm. 6, 6, 8 mala).

3 *de rebus variis*: OV. epist. 1, 10 -a tela manus *Penelopes lassat* (*cf.* ENNOD. carm. 2, 2, 7 -a lassantur ... stamina *Parcarum*). CALP. ecl. 6, 44 -us apri dens (*in torque*). APVL. Socr. prol. 1 p. 106 -a et flaccida *vela oratoris* (*de velis navium*: RVT. NAM. 1, 616 GREG. TVR. Mart. 1, 11 p. 596, 1. *cf.* VEN. FORT. Mart. 2, 1 [*in imag.*] -a ... laxavi carbasa pinu). CARM. Diom. gramm. I 507, 17 ligare guttur -o cavum vinclo *se suspendendi causa* (*cf. l. 13 et* CLAVD. DON. Aen. 12, 600 p. 622, 23 funus suum -um fecit). CLAVD. carm. min. 49, 21 -a fila *piscatoris* (*cf.* SEDVL. carm. pasch. 5, 395 retia). SVLP. SEV. dial. 2, 3, 2 *Martinum* -o pallio circumtectum (*inde* VEN. FORT. Mart. 3, 123). SIDON. epist. 4, 20, 2 -i ex umero gladii.

B *de eis, quae aliquo modo sublata itaque suspensa sunt* (*nonnullis locis accedit notio instabilitatis, ut vergant ad D, e. g. l. 50. 51. 57. 68. 71. p. 1052, 9*): **1** *vario respectu*: **a** *de rebus: de tellure, rebus caelestibus*: ELEG. in Maecen. 1, 142 tellus, levis ossa teneto, -a librato pondus et ipsa tuum. OV. fast. 4, 386 -a caelestes Libra movebat aquas (*alii de sidere in occasum vergente cogitant, v. Voit, Würzb. Jahrb. 10, 1984, 140 adn. 9. item de sideribus*: AVIEN. Arat. 897 *Hydra* spiras -a torquet. DRAC. laud. dei 2, 6 sidera. *de sole*: VEN. FORT. carm. 7, 4, 2 -a ... rota). APVL. Socr. 10 p. 142 *nubes* -ae et mobiles huc atque illuc (*cf.* VEN. FORT. carm. app. 1, 96 nubila). HIL. in psalm. 135, 12 -a firmitate *terrae super aquas consistentis* (*spectat ad psalm. 135, 6* firmavit terram super aquam *ut* AVG. gen. ad litt. 2, 1 p. 34, 24 tegmina speluncarum, quae super aquas -a soliditate firmata sunt). ALC. AVIT. carm. 4, 627 -us ... umor (*i. arcus caelestis*). *de oppidis, aedificiis sim.*: MART. 4, 64, 33 -am ... Setiam (13, 112, 1 -a Pomptinos quae spectat S. campos [*nisi sec. Cl explicandum*]. *cf.* 10, 13[20], 2 -a ... patriae ... tecta). ALC. AVIT. hom. 28/29 p. 150, 8 -am interiecti pontis semitam. VEN. FORT. carm. 3, 14, 24 maioris numeri quo templa capacia constent, alter in excelso -us ordo datur. EVGIPP. Sev. 15, 1 *ecclesia* -a ... defixis in altum stipitibus sustentabatur. *de rebus variis*: CLAVD. 15, 474 *grues* -a ... parvis moturae bella colonis (*i. Pygmaeis; cf. p. 1036, 46*). EVSTATH. Basil. hex. 1, 9, 5 quomodo ergo, cum sit aqua fluida semperque ad decliviora contendere soleat, -a est et in neutram diffunditur partem? (*gr. p. 24[A] μένει ἀπαιωρούμενον*). CYPR. GALL. gen. 294 arca fluens clausum *Noe* munibat -a (*sim. de nave in tempestate*: PAVL. PETRIC. Mart. 5, 760 nutat in excelso ... male -a dorso). **b** *de animantibus*: COLVM. 10, 229 putator -us arbustis. MART. 8, 33, 16 tam leve nec bombyx -us urget opus. APVL. met. 2, 17, 4 super me sessim residens ac crebra subsiliens ... -ae Veneris fructu me satiavit (*de hac figura concubitus cf. p. 1035, 61*). flor. 2, 10 paulisper cunctabundo volatu paene eodem loco -a *aquila.* ALC. AVIT. carm. 5, 165 volatus -a committunt levibus corpuscula *muscarum* ventis.

2 *respicitur motus hominum vel Christi, qui fit quasi corpore sublato, pedibus suspensis* (*sc. per aerem vel supra aquam praeter p. 1052, 4 sqq. 12 sqq.; -i sunt homines vel eorum pedes, gressus sim. nec non via; homines alia ratione suspensos et animalia volantia v. sub 1b; sunt qui huc trahant* APVL. *sub A1c*): FIRM. math. 8, 12, 4 exercentes saltum -i corporis ruina *occidunt.* HIER. epist. 66, 3, 2 *Paula* maluit in humilioribus tuto pergere quam -o gradu in sublimioribus fluctuare (*item in imagine*: 121, 7, 3 -o g. sententiam temperavit *apostolus. proprie*: in Nah. 2, 8 l. 288 -o gressu calcabat undas *Petrus* [PS. MAX. TAVR. serm. app. 13 p. 870[C]. *al.*]). in Is. 18, 66, 24 l. 36 *Christus* -o super mare ambulavit incessu (PS. AMBR. trin. 29). PRVD. apoth. 666 *it per aquas* sola -us et pede sicco. cath. 9, 50 *Christo* mobilis liquor profundi -am praestat viam. CLAVD. 17, 324 *puer arcem ex hominum corporibus compositum ascendens* -a librato figat vestigia saltu (OROS. apol. 9, 9 Petrum ... -is incessisse v. *cf. l. 15*). VEN. FORT. carm. 5, 5, 28 homo (*i. Christus*) sidereum -us iit iter (*respicitur ascensio ut*: 8, 3, 234 -a ... planta [Mart. 2, 325]). *inde per hyperbolen*: VAL. CEM. hom. 2, 3 p. 698[A] facile illi, *sc. non onerato,* est ... in locis scrupeis -is haerere vestigiis (*cf. p. 1036, 64*). VEN. FORT. carm. praef. 4 per Alpem Iuliam -us montanis anfractibus *transire.*

C *de eis, quae inclinata sunt*: **1** *de locis, rupibus sim. aut declivibus aut imminentibus*: COLVM. 2, 17, 2 aspriora et -a loca (CLAVD. MAM. anim. 1, 2 p. 25, 2 *loca* cavo -a). CLAVD. 5, 507 dubio tibi -a rupes immineat lapsu (ENNOD. opusc. 4, 31 p. 390, 21 secessus, quem -a r. commendabat. *cf.* VEN. FORT. carm. 10, 9, 54 -a saxa). ORIENT. comm. 1, 121 imbribus arcendis confirmas -a tecta (*si huc pertinet*). DRAC. laud. dei 2, 355 (*de promunturio*) -a caeruleum non audet scindere tellus invasura fretum. ARATOR act. 2, 770 res est inimica saluti -a celsa sequi (*spectat simul ad IIA2*). VITAE patr. Iurens. 22 cultura loci ipsius -a collibus vel adclinis inter eminentes scopulos. **2** *de animantibus pronis* (*de arbore quasi animata* STAT.): STAT. silv. 2, 3, 54 *arbor Pana imitans* stagnis obliquo -a trunco incubat. APVL. met. 4, 12, 7 *anus* inopinato pulsu *latronem* nutantem ac -um ... praeceps inegit. POTAM. tract. 2 p. 1416[B] resupinatos sectores et -os, *sc. Isaiam serra secantes.* PS. AVG. serm. 205, 1 stabat Petrus ... -us, ... nutabat super ambiguam undam, ut posset indagare capturam. PAVL. PETRIC. Mart. 4, 507 *venatorum equitantium* -a ... pronas aequabant pectora frontes *equorum.*

D *de eis, quae nutant, vacillant, instabilia sunt* (*exemplа certiora; v. quae ad B monuimus*): STAT. silv. 4, 3, 28 axe vectus uno nutabat cruce (*i. temone*) -a viator. TERT. pall. 1, 3 *arietem machinam* armasse in oscillum -i impetus. SCHOL. Cic. Bob. p. 155, 2 *feriis Latinis* oscillare instituerunt, ut -is machinis agitarentur *homines* (*i. αἰώραις. cf. infra l. 63*). CLAVD. DON. Aen. 5, 65 p. 434, 2 angustum iter ac -um (*de fune funambuli; potius de actione euntis*: VAL. CEM. hom. 2, 3 p. 697[D] *onere gravatus* in diversam partem -i itineris ... per singula momenta iactatur). OROS. hist. 4, 15, 2 Sarnus late redundans -os et dissolutos campos reliquerat (*sim. de solo parum firmo*: 6, 2, 17 campi ... -o in profundum cinere putres [*huc spectare videntur* GLOSS.[L] Corp. P 210. 358 *p. 1050, 65 allatae*]. GILD. Brit. 109 chron. III p. 84, 37 arenarum -ae mobilitati *inaedificare domum*). PAVL. PETRIC. Mart. 5, 573 fundamina -a *aedis concussae.* DRAC. laud. dei 1, 701 *dei aspectu* terra ... ostendit -a motus. BOETH. cons. 2 carm. 4, 11 *arenae* -um solutae pondus *aedificii* ferre recusant. 4 carm. 6, 23 -us ignis surgat in altum.

II *translate*: **A** *non indicatur, unde quis, quid pendeat, sc. usu a IB vel D derivando*: **1** *respicitur status eorum, qui pendent eo, quod futura incerta sunt*: **a** *de hominibus eorumve affectione sim.*: **α** *in universum fere i. q. sollicitus*: HOR. epist. 1, 18, 110 neu fluitem dubiae spe -us horae. TERT. anim. 33, 11 ut -a expectatione sollicitudo fidei probetur semper diem *iudicii* observans, dum semper ignorat, cotidie timens, quod cotidie sperat (HIL. trin. 5, 3. 9, 67 -ae expectationis incerto mens sollicita [*sim.* HIER. in Matth. 24, 42 l. 656]. PS. AVG. serm. ed. Mai 150, 2 Herodes -a expectatione *magorum* frustra⟨tus⟩. *cf. l. 67 et* HILARIAN. curs. temp. p. 166, 6 -a sollicitudine in oratione ... intentus). VEN. FORT. epist. (carm. 10, 2) 1 *animus trepidans* -us spectat diuturne quod habeat et, ut habere coeperit, mox amittat. **β** *de spectatoribus, auditoribus fere i. q. attentus*: PROP. 4, 1, 18 nulli cura fuit externos quaerere divos, cum tremeret patrio -a turba sacro (*i. suspensa religione. alii turbam -am oscilla Compitalibus ex arboribus suspensa significare putant, ut spectet ad I, cf. e. g. Binder, Mus. Helv. 24, 1967, 110 sqq.*). DON. Ter. Hec. 192, 2 recte servavit reliquis partibus fabulae -um et attentum spectatorem. VIGIL. THAPS. c. Arian. 2, 1 ad quam rei probationem ... mens ita est -a expectatione suspensa, ut *eqs.* **b** *de rebus variis fere i. q. instabilis*: APVL. Socr. 4 p. 129 *homo fortuna* usque ad regni nutabilem suggestum et -um tribunal evectus. AVG. beat. vit. 28 tam -is nutantibusque his, quae bona putabat. VEN. FORT. carm. 6, 5, 2 *non* figit stabilem -a vita pedem (11, 25, 2 instabili ... gradu -a v. meat).

2 *respicitur status alia de causa instabilis, mobilis, incertus*: **a** *hominum, animae, fidei*: HIL. in psalm. 51, 13 incentivis circumagentium cupiditatum -am *animam* vagamque iactari (CASSIOD. in psalm. 21,

[Schwind]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

13 l. 282 *'vituli multi' sunt ii, qui* vagi ac -i ad iniqua consilia quibusdam saltibus efferuntur). 61, 8 *divitiae* rapiunt ingenia mentesque -as adprehendunt. HIST. AVG. quatt. tyr. 8, 1 Aegyptum ... totam didici levem, -am et ad omnia famae momenta volitantem. Ps. AVG. quaest. test. 115, 50 fide -a. VINCENT. LER. comm. 20, 6 dubii et male -i cordis afflictio. PETR. CHRYS. serm. 24, 2 l. 48 totum carnis nostrae -um, fluidum, resolutum constringi mandat continua zona virtutis (*sim. de carne hominis: ibid.* l. 54 si -a et sinuosa involucra eius tu providus viator adstringas). **b** *variarum rerum*: AVG. epist. 132 solida res est (*sc. litterae sanctae*) nec ... inane aliquid ac -um crepitat. CARM. de fig. 160 transcensus (*i. ὑπερβατόν*) porro est, cum intersita -a claudo.

B *per praepos. indicatur, unde quid pendeat, sc. usu a IA derivando*: APVL. Socr. 23 p. 175 *eruditione partum* nec a patre hereditarium est nec ⟨a⟩ casu -um nec a suffragio anniculum (Ps. PROSP. carm. de prov. 715 soluta est omnis ab ancipiti c. vis -a fati). AVG. beat. vit. 11 *beati bonum* semper manens nec ex fortuna -um *esse debet.*

neutr. sing. pro subst. l. 6.

compos.: altipendulus; *cf.* ante-, de-, pro-, retropendulus.

pēne *v.* paene. *Schwind.*

pēnelopele *v. vocem sequentem.*

pēnelops, (-pis) *m., πηνέλοψ. nomen avis cuiusdam (genus anatum significare videtur, cf. Capponi, Ornithologia lat., 1979, 394 sq.)*: PLIN. nat. 37, 38 in quo *lacu Africae vivunt* aves, quas meleagridas et -as vocat *Mnaseas. inde depravatum videtur* POL. SILV. chron. I p. 543, 18 penelopele (*inter nomina volucrium*).

[penene *fort. corruptum ex* bene ORIBAS. syn. 4, 32, 8 La p. 36 uva canina -e fortem frigdorem ... habet (*gr. δραστήριον, Aa* fortem *tantum*).**]** *Fl.*

penes** (penus *v. l. 39*) *praepos.* **[fortasse coniungi potest cum* penātēs, peni-tus. *sunt qui putent praepos. ortam esse ex locativo subst. cuiusdam* *penes- *'pars interior' (v. Walde-Hofmann II 280; terminatione caret etiam hibern. vet.* taig < *teges *'domui', dat. ex locativo). sed de stirpe* *penes-, *cui illam notionem adscribunt, parum constat; ceterum* -is *pro* -es *exspectes, qui exitus comparationem cum nom.* comes, dīves, mīles *sim. subicit. Fo.***]** *de origine*: FEST. *v. p. 1054, 3.* PAVL. FEST. p. 22 trahitur a penitus. *de scriptura*: paen- *postulatur* GRAMM. suppl. 294, 20, *exstat in* EPIST. imp. Valent. (Inscr. Ephes. Wankel 42) 22 *et saepius in codd., e. g.* IVLIAN. dig. 36, 1, 28, 16 *cod. F* (*bis* pae-, *bis* pe-). VET. LAT. Ioh. 6, 61 (cod. 4). HIL. ad Const. 2, 4, 2 *cod. B.* COD. Theod. 6, 35, 10 *cod. R. al.* penus (*forma vulgaris an scribarum neglegentiae tribuenda? cf. p. 1054, 29*): *p. 1054, 26. 1057, 61; addas fort. tit. mancum* INSCR. christ. urb. Rom. 17537. NOT. Tir. 20, 104 -s. 60, 13[c] -s ipsum. *inter praepos. cum acc. iungendas afferunt* SACERD. gramm. VI 429, 8 PROB. inst. gramm. IV 147, 12. *al.; dub. an agnoscas abl.* VET. LAT. Marc. 5, 26 (cod. 2) -s ea (*sc.* m *omissa ut al. in eodem cod.? cf. p. 1057, 61*). DON. gramm. IV 366, 10 quae *praepositiones* sunt, quae coniungi *aliis vocibus* non possunt? apud et -s (*sim.* DOSITH. gramm. 44, 3. *al.*). *mire inter adv.* DOSITH. gramm. 43, 8 -s et penitus non habent ex se comparativa nec superlativa (*cf.* DIOM. gramm. I 408, 7 [*v. app. crit. et Barwick, Remmius Palaemon ..., 1922, 120 sq.*]). *de mensura*: VLT. SYLL. gramm. IV 254, 13 -s duabus brevibus constat. *producitur* pē- DRAC. laud. dei 1, 567. 2, 603. *de notione: v. l. 62 sqq., addas*: DOSITH. gramm. 45, 1 *ἐντός.* GLOSS. *παρά. ἔνδον.* apud. -s eos: *παρ' αὐτοῖς.* -s me: *πρὸς ἐμαυτόν. παρ' ἐμοί.* aput me. -s quem: *παρὰ τίνι. παρ' ᾧ ὅ ἐστι παρὰ τίνι.* -s te: aput te. *legitur in poesi undecies apud* PLAVT., *ceterum singulis vel paucis locis admittunt* TER., LVCR., VERG., HOR., PROP., CALP., VAL. FL., SIL., IVV. *al., quinquies* SEN. *trag., novies* STAT.; *in oratione prosa occurrit inde a* QVADRIG., RHET. Her., CIC., VARRONE, *saepe apud* LIV. (*57[ies]*), TAC. (*40[ies]*), APVL. (*15[ies]; non in* met.), TERT. (*fere 120[ies]*) *et in sermone iuris; omnino deest e. g.* VITR., CELSO, PLIN. *min.*, FRONTONI, CYPR. (*sed quinquies in quattuor paginis praebet* CELERIN. Cypr. epist. 21), PEREGR. Aeth., AMM.

fere i. q. apud. item explicatur in GLOSS., *cf. p. 1055, 7 et codd. Pal.* PLAVT. Poen. 1188. *distinguitur*: PAVL. FEST. p. 22 'apud' et '-s' in hoc differunt, quod alterum personam cum loco significat, alterum personam et dominium ac potestatem. VLP. dig. 50, 16, 63 '-s te' amplius est quam 'apud te', nam apud te est, quod qualiterqualiter a te teneatur, -s te est quod quodam modo possidetur. *sim.* ISID. diff. 1, 57 DIFF. ed. Beck p. 75, 9. *in usu differentia apparet eo, quod* -s *primo fere ubique cum quodam respectu possessionis vel potestatis ponitur, v. infra sub IA et IIA1; sed aetate posteriore varios colores praepos.* apud *et* in *mutuatur, v. infra sub IB et IIA2, IIB. normam supra allatam ne iuris consulti quidem semper observant, cf. e. g. p. 1054, 37. 1055, 59 et* IVLIAN. dig. 36, 1, 28, 16, *ubi in eadem locutione ter legitur* -s consobrinam, *bis* apud consobrinam. *vocem fusius, sc. pluribus exemplis allatis ac paulo aliter ordinatis, tractaverunt Hirt et Wölfflin, Arch. Lat. Lex. 4, 1887, 88 sqq. 389 sqq.*

I -s *aliquem*: **A** *usu sollemni in locutionibus, quibus indicatur aliquid (raro aliquem) in potestate alicuius esse, in potestatem redigi, ad aliquem pertinere (cf. p. 1053, 63 sqq. et* FEST. p. 250 unde [*sc. e voce* penetrale] ... et -s nos *dicitur,* quod in potestate nostra est). *non distinximus, utrum id, quod in potestate alicuius est, sit eius proprium an alia ratione possideatur an eius fidei, tutelae, curae sim. commissum sit. accedunt insuper indicationes loci l. 15. 28; ceterum praepos.* -s *simul locum indicare potest, quamobrem suspicari licet nonnulla exempla ad meram vim localem vergere, v. e. g. p. 1055, 57. 59. aetate priore locutio praepos. iungitur fere cum* esse *verbisve similibus (cf. p. 1058, 25 sqq.), perraro cum verbis movendi (v. l. 16. 26. 47), sed etiam illic potius indicatur, in cuius potestate aliquid sit quam quo id veniat; inde ab* APVL., TERT. *liberius adhibetur.*

1 *possidet aliquis res corporeas (immobiles l. 39 sqq.; exempla selecta post* LIV.): PLAVT. Aul. 654 neque tui me quicquam invenisti -s. Trin. 733 quom eius rem -s me habeam domi (*cf.* 1146 thensaurum tuom me esse -s). *al.* CIC. Verr. II 3, 171 quod omnis frumenti copia ... -s istum esset redacta. 4, 67 quae sua *opera* -s illum essent. CAES. civ. 1, 87, 1 ut ... quae sint -s milites suos ... restituantur (*sim.* BELL. Alex. 70, 7). 2, 20, 8 quod -s eum est pecuniae, tradit **(***cf.* QVINT. decl. 269 pr. *pecuniam* -s se esse **[**LEX Irnit. V B 21. IVLIAN. dig. 12, 1, 20 -s accipientem maneret. SCAEV. dig. 33, 1, 21, 4. *al.***]**). SALL. Iug. 31, 9 divitias (*v. p. 1055, 44*). or. Lep. 7 spolia vostra -s illos. 23 praemia -s paucos (LIV. 2, 24, 2 -s eosdem pericula belli, -s quos p. TAC. ann. 15, 54, 4 -s unum). ALF. dig. 15, 3, 16 boves ... -s dominum *servi.* LIV. 3, 33, 8 -s praefectum iuris fasces ... erant (9, 8, 2 -s quem *consulem.* PAVL. FEST. p. 161). LEX colleg. aq. (CIL VI 10298) 4 quod ... penus sese, *sc. magistratum collegii,* venit. TAB. cer. Pomp. (Abh. Heidelb. Ak. 1989, 3, 26 sq.; *a. 37*) 5, 14 *legumina* reposita habeo -s me in horreis Bassianis publicis (*i. in parte horreorum a me conducta*; penus *ibid.* 3, 5, *sc. in versione vulgari eiusdem textus*). FRONTIN. strat. 4, 7, 22 claves portarum, quas -s se habebat (HIL. in Matth. 12, 3 [*in imag.*] -s se *Pharisaeos* clavem caelorum esse. CIL XII 3861, 10). STAT. Theb. 2, 430 te -s ... dotalis regia **(***cf.* APVL. apol. 102, 2 ut ... dotem ... -s me sineret [VLP. dig. 48, 20, 5, 1 -s maritum. *al.*]**)**. QVINT. inst. 9, 3, 80 -s quem sit patrimonium. IAVOL. dig. 15, 1, 33 -s eum videtur esse peculium (15, 1, 35 -s heredem. IVLIAN. dig. 15, 1, 12 AFRIC. dig. 19, 1, 30 pr. *al.*). EDICT. praet. dig. 43, 5, 1 pr. si hae *tabulae testamenti* -s te sunt **(**VLP. dig. 29, 3, 2, 8 [*syn.* apud]. *al.; cf.* HIL. coll. antiar. p. 160, 8 *epistulae* exemplum -s nos retinentes. VVLG. Tob. 5, 3 chirografum ... -s me habeo. AVG. enchir. 1, 3. *sim. al.***)**. POMPON. dig. 36, 1, 74 -s heredem fundum esse **(**AFRIC. dig. 23, 3, 50 pr. EPIST. imp. Valent. [Inscr. Ephes. Wankel 42] 22. *cf.* PAVL. dig. 39, 3, 9 pr. *praedium* -s emptorem. *sim. al.***)**. *al., maxime in sermone iuris.*

2 *possidet aliquis res incorporeas*: **a** *potestatem, munus, officium sim. (quorum loco ponuntur ipsae res tuendae, regendae e. g. l. 47. 49. 56. 75. p. 1055, 17. 18)*: **α** *pertinet ad deos (naturam eiusve elementa* VAL. MAX., APVL.), *qui praesunt alicui rei*: PLAVT. Poen. 1188 Iuppiter ..., quem -s spes vitae sunt hominum. Truc. 25 Venus, quam -s amantum summa summarum redit. VARRO frg. Gell. 16, 17, 2 -s quem *Vaticanum* essent vocis humanae initia. frg. Aug. civ. 7, 13 p. 290, 29 -s quem *Saturnum* sationum omnium dominatus est (*sim. ibid.* 7, 19 p. 298, 6 sq.). PROP. 3, 7, 57 di maris Aegaei, quos sunt -s aequora, venti. OV. fast. 1, 119 (*Ianus loq.*) me -s est unum vasti custodia mundi. PAVL. FEST. p. 56 *clavis* tutelam -s Portunum esse putabant. VAL. MAX. 1, 8 ext. 18 -s quam *naturam* ... gignendi labor consistit. SEN. Oed. 249 -s quem *Apollinem* iura ... poli. benef. 4, 8, 1 ratio -s illum *Iovem* est. epist. 90, 3 -s deos imperium esse (TERT. apol. 24, 3 -s unum). STAT. Theb. 8, 308 (*ad Tellurem*) te -s et pecudum gens mitis et *eqs.* 10, 631 silv. 2, 7, 5. APVL. mund. 27 p. 351 potestates ..., quae sint -s solem ac lunam (IVL. VAL. 1, 40 -s superos. LACT. inst. 2, 17, 10 -s unum. AVG. serm. 15 A, 6 l. 221). *al.*

β *pertinet ad homines (taurum p. 1055, 18)*: **Ⓘ** *in vita publica vel re militari*: RHET. Her. 4, 25, 34 imperium Graeciae fuit -s Athenienses (CIC. Verr. II 5, 40 -s te praetorium i. ac nomen. p. red. ad Quir. 21. rep. 1, 63 -s singulos. SALL. Iug. 14, 1. NEP. Them. 7, 2 *ephori,* -s quos summum erat i. VERG. Aen. 12, 59 LIV. 2, 2, 3. 6, 37, 4 i. -s illos *consules,* -s se *tribunos* auxilium tantum. *al.; cf. l. 71 et* TAC. hist. 2, 39, 1 honor imperii. IVST. 39, 1, 9 vis ... imperii. *sim. al.***)**. CIC. leg. agr. 2, 52 -s Cn. Pompeium omne iudicium et potestas (dom. 131. Scaur. frg. 1, 3 iudicia -s equestrem ordinem. SALL. Iug. 31, 20 regna ... iura iudicia ... -s paucos. *al.* LIV. 3, 53, 10. 23, 23, 4). rep. 1, 42 -s unum est omnium summa rerum (*ibid.* -s delectos. LIV. 35, 38, 1 APVL. mund. 30 p. 358. *cf.* summa consilii: CIC. rep. 2, 50. AMPEL. 50, 2 -s senatum. summa imperii: NEP. Eum. 11, 3 LIV. 3, 70, 1. 5, 34, 1. *al.; sim. al.***)**. 2, 62 -s principes tota res publica (NEP. Att. 8, 1 -s Brutos). fam. 4, 7, 3 -s quem est potestas **(**[*de Caesare ut* 9, 16, 3]. SALL. Iug. 26, 2 LIV. 8, 33, 17. *al.* VAL. MAX. 7, 3, 2 TAC. hist. 2, 39, 1. *al.; v. etiam l. 67***)**. SALL. Iug. 41, 7 -s eosdem aerarium,

[Peri]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3 *in animantibus* (*sc. hominibus praeter p. 1064, 11. 22*): **a** *spectat ad sedem animi, mentis, affectionum sim.* (*cf. p. 1064, 10*): α *forma '-ia cordis' sim.*: STAT. Theb. 9, 346 *vulnus* animae tota in -ia sedit (GELL. 9, 9, 15 [*v. infra*]. AVG. serm. 191, 3, 4. CASSIAN. inst. 6, 18 [-abilibus *var. l. ut*: conl. 7, 15, 2 in -bus a. libidinis iaculum fuisse defixum. 16, 22, 2]. CASSIOD. in psalm. 101, 10 l. 318. *cf.* ENNOD. epist. 7, 8, 2 p. 178, 2 inter -ia sua, *sc. animae*). silv. 3, 5, 56 *filiam* fixam ... animi -bus imis ... tenes (SYMM. epist. 2, 34, 2 sanctum -l a. tui nesciunt. AMBR. in Luc. 1, 12. *al.*). GELL. 9, 9, 15 gaudium ... in ipso -i cordis et animae vigens (IVVENC. 4, 7 *Iesus inspicit* -ia c. CHALC. comm. 224 *animae partem potiorem* Aristoteles asserit locatam esse in -bus c. ZENO 1, 36, 21. 2, 3, 11 *gestare* aliud ... in labris, aliud in -bus c. DAMAS. carm. 50, 5. *et saepe*). APVL. met. 3, 15, 5 religiosi pectoris ... -bus *committere secretum* (CHALC. comm. 220 vocem ... e -i p. id est corde mitti. ZENO 2, 24, 1 pectorum. RVFIN. Orig. in exod. 9, 4 p. 242, 14 [-abilibus *var. l. ut* CASSIAN. conl. 10, 10, 15 *deum* in parietibus domus tuae ac -bus tui p. conlocabis]. *al.*). IVVENC. 1, 505 tacitae mentis -ia (2, 220. *al.* CHALC. comm. 104 ratio est in intimis m. -bus residens. PAVL. NOL. carm. 6, 237 sacrae ad -ia m. AVG. c. acad. 2, 2, 3. *et saepe*). PS. AMBR. paenit. 10 p. 984[B] intra conscientiae -e (AVG. serm. 13, 7. CASSIAN. conl. 23, 17, 1 c. suae latebras ac -ia. *al.*). *al.* β *cetera exempla*: LACT. opif. 16, 6 videtur ... mens ... quasi ad secretum aliquod -e secedere. OPT. PORF. carm. 22, 24 (*spurium?*) in -e patroni ... quae possis. AMBR. in psalm. 118 serm. 10, 46, 1 noli extraordinariis cogitationibus ... contaminare -ia (*antea*: cor). AVG. catech. rud. 10, 13 intellectus delectat in -bus sincerissimus (-abilibus *var. l.*). conf. 10, 8, 15 magna ista vis est memoriae, ... -e amplum et infinitum (-abile *var. l.*). FAVST. REI. epist. 8 p. 208, 21 lucida pectora et perspicua -ia. ENNOD. dict. 7, 3 p. 443, 21 verba intra verecundum -e *continere* (*sim.* epist. 1, 25, 1 p. 36, 14. *al. apud eundem*). epist. 4, 17, 1 p. 111, 3 creditur enuntiatrix esse lingua -ium. *al.*

b *spectat ad varias partes corporis* (*in imag.* ENNOD.): GELL. 12, 1, 13 sanguis ille opifex in -bus suis omne corpus hominis finxit (*sc. in utero; cf.* SOL. 1, 62 -bus ... matris. PETR. CHRYS. serm. 141, 2 deus -e clausae carnis *intravit*). VET. LAT. prov. 26, 22 (Cassian. conl. 16, 18, 5) verba callidorum ... feriunt in -ia ventris ([*gr. εἰς ταμιεῖα σπλάγχνων, Vulg.* ad intima ventris]. IVVENC. 3, 394 [*de pisce*] pandantur scissi -ia v.). LACT. opif. 8, 14 ab intimis -bus capitis. IVVENC. 3, 150 erumpunt hominum ... quae -bus oris (*sec. Matth. 15, 11* de ore). CHALC. comm. 237 ex oculorum -i, quae appellatur pupula (PAVL. NOL. carm. 23, 221 inserto sub operta oculi -ia clavo *lucernae* [*cf. 174* luminis intima]). AVIEN. orb. terr. 1118 *dicunt* femori ... dirrupisse Iovem -ia, *ut pareret Bacchum.* AMBR. hex. 5, 4, 11 pulmo per thoracis laxiora -ia recipit spiritum. HEGES. 1, 44, 8 p. 120, 19 in ... interiora -ia descendant fidiculae quaestionum (*gr. 1, 635 σπλάγχνων*). PAVL. NOL. carm. 31, 319 *resurgentium* ossa ... medullatis -bus edere nervos *eqs.* ENNOD. epist. 9, 28, 2 p. 249, 21 (*in imag.*) epistolae ... lectio iam obductae cicatricis -ia rescindit. CASSIOD. in psalm. 129, 1 l. 58 *propheta* de imis -bus clamabat ad dominum (*subest Ion. 2, 2* de utero piscis). *al.*

II *usu peculiari* (*sc. vocis q. e.* penetrabilis *proprio*): **A** *i. q. penetrans*: LVCR. 1, 494 permanat calor argentum -eque frigus. 1, 535 manabile frigus ... *et* -em ignem, quibus omnia conficiuntur (2, 382 fulmineus multo -ior i. quam noster). PETR. CHRYS. serm. 72, 2 vos in utero adhuc -i voce compello (VEN. FORT. Mart. 4, 470 vox -is ad astra volavit). VEN. FORT. Mart. 2, 134 daemonicas ... species ... perspicuas habuit *Martinus* -is acumine visus. **B** *i. quod penetrari potest*: PETR. CHRYS. serm. 44, 2 sicut clavis aulae regalis, ubi primum patefecerit, -es reddit intimas ac multiplices mansiones. GLOSS. II 402, 1 *περάσιμος*: -is.

adv. **penetrāliter.** *i. q. modo penetrante* (*cf. adi. apud eundem l. 28 sq.*): VEN. FORT. Mart. 4, 597 *Fortunatum* fera delicti -r ulcera mordent.

Wirth.

penetrātio, -ōnis *f. a* penetrare. *significatur actio penetrandi*: **1** *respicitur actio localis*: APVL. flor. 18, 28 (*in imag.*) videntur haec sophistarum argumenta obversa invicem vice spinarum ... inter se cohaerere, paribus utrimque aculeis, simili -e, mutuo vulnere. AVG. c. epist. fund. 24 p. 222, 22 *Manichaeorum fabulosa* terra tenebrarum, quae terram lucis ... -e dissulcat. CAEL. AVR. chron. 5, 1, 20 est ... haec ustio *locorum aegrorum* leni -e moderata. gyn. 2, 94 apta ... loca -i ferramenti, *sc. embryulci* (*sim. bis ibid.; gr. p. 140, 28 καταπαρμόν, p. 141, 6 κατάπαρσιν*). EVSTATH. Basil. hex. 2, 7, 3 (*in creatione lucis*) aer ... acutam ... -em proprii fulgoris ubique per omnes suos terminos intendebat (*gr. διαδόσεις*). **2** *respicitur actio mentis, sc. intellegentis*: AVG. serm. 15, 3 l. 75 *deo omnia sapienter ordinanti gloria est*; nobis consideratio, admiratio ..., quia nulla -o.

penetrātor, -ōris *m. a* penetrare. *i. qui penetrat* (*accedit* per *l. 55, gen. obi. ceteris locis*): **1** *muros, domos* (*fortasse conferendum cum τοιχωρύχος*): AVG. epist. 262, 5 *quidam monachos ab uxore largissime donatos* non dei servos, sed domus alienae -es et ... *mulieris* captivatores et depraedatores putans *eqs.* **2** *varia, fere incorporea*: PRVD. ham. 875 *animarum oculis* viva acies, ... ignis traiector nebulae vasti et -r operti est. PAVL. NOL. carm. 23, 290 spiritus ille dei -r ubique per omnes naturas rerum, tenui subtilior omni. epist. 29, 2 ut *publicanus paenitens* (*Luc. 18, 13*) se foramini acus ... divinarum aurium -r insereret (*seq. Sirach 35, 21, v. p. 1068, 72*). AVG. serm. 46, 35 devote accipe aperta *scripturarum,* ut merito tibi pandantur obscura; quomodo eris -r obscurorum, contemptor manifestorum? PS. ORIG. in Iob 1 p. 431[C] (*ad Iob 1, 19* subito spiritus venit ab eremo *filios Iob necans*) tu ipse es aeris -r, diabolus.

f. **penetrātrix,** -īcis. *i. quae penetrat*: CASSIAN. conl. 7, 13, 1 *trinitas* universae intellectualis naturae efficitur -x. FAVST. REI. spir. 2, 1 p. 131, 24 *incorporea divinitas* sola sui operis -x occulta humani cordis ingreditur.

***penetro,** -āvī, -ātum, -āre. [*nonnulli verbum* penetrāre *ex adv.* penitus *exemplo vocum* intus *et* intrāre *formatum esse opinantur (v. Leumann, Gramm. 1977, 551 et l. 72. p. 1065, 3). sed cum adi.* penetr-ālis *fort. ortum sit e nomine quodam* *peno-t(e)ro-, *indidem et* penetrāre *derivare possis aeque ac* intrāre *ab* *ent(e)ro- (*cf.* intrā). *v. Muller, Altital. Wb., 1926, 330; Vetter (v. p. 1060, 51). Fo.*] *de origine*: EVTYCH. gramm. V 462, 15 ab adverbio intus vel intro verbum fit intro intras et ⟨a⟩ penitus item -o (*cf. p. 1065, 48. 1067, 70 et* SERV. auct. Aen. 9, 10 '-vit' ... bene, quia supra dixerat 'penitus'). *scribitur*: paen- PLAVT. Trin. 276 (*A*). VERG. Aen. 1, 243 (*M ante corr.*). *al.,* peni- CE 712, 2 (*lapis non exstat*) *et e. g. in cod. M*

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*saec. VIII*) IVVENCI *fere ubique.* NOT. Tir. 21, 3. *de mensura: syllaba secunda brevis est excepto* LVCR. 4, 613. *de notione*: FEST. p. 208 -are penitus intrare (CLAVD. DON. Aen. 1, 245 p. 56, 11 GLOSS.). NON. p. 374, 25 -are: cum vi ingredi, sicuti plerumque; -are: exire proripere (*affert l. 19*). GLOSS. *διέρχομαι. εἰσδύνω. ἐπεισέρχομαι. ὑπεισέρχομαι. καταρρυπῶ.* -at: *ἐνδύνει. διαπερᾷ, διέρχεται.* disrumpit. GLOSS.^{L} V Abba PE 64 -at: irrumpit, intrat, pertransit, ingreditur. *legitur inde a* PLAVTO (*octies, v. infra sub I*), LVCIL. (*p. 1067, 34*), NAEV. IVN., CIC.; *frequentant e. g.* LVCR., CVRT., TAC., IVVENC., AMM., PETR. CHRYS., GREG. M. [*confunditur in codd. cum* penetrale LVCR. 2, 414 PLIN. nat. 9, 17 STAT. Theb. 10, 635 PETR. CHRYS. serm. 90, 2. *loco lacunoso* FRONTO p. 129, 16; *loco vix sano* CONST. Sirmond. 10.]

I *i. q. (impetu quodam) inferre, inserere* (*sc. in interiora, in medium alicuius rei praeter l. 19*): **A** *reflexive* (*huc traximus obi. membri l. 18; indicatur quo* [*excepto* APVL.]): PLAVT. Amph. 250 perduelles -ant se in fugam. Bacch. 66 adulescens homo ⌞-em me⌟ huius modi in palaestram? (*i. in lupanar*; -are me *codd.*, me *del. Redslob*). Men. 400 neque huc umquam ... intra portam -vi pedem (*inde suppl.* 816). Trin. 276 quo illic homo foras se -vit ex aedibus? 294 quin prius me ad plures, *sc. inferos,* -vi? 314 ne -rem me usquam, ubi *eqs.* Truc. 44 intra pectus se -vit potio, *sc. amor* (*item de re*: BOETH. cons. 2, 3, 4 quae *remedia* in profundum sese -ent). GELL. 5, 14, 18 in eam *specum* me -o et recondo. 13, 10, 1 *Labeo* in grammaticam sese ... litterasque antiquiores ... -verat. APVL. met. 8, 29, 6 conferto gradu se -ant, *sc. in domum.*

B *mediopass.*: **1** *p. p. p.* -tus *i. q. illatus, immissus* (*apud* LVCR. *iuxta usum sollemnem*): LVCR. 4, 670 *corpora in fauces* -ta queunt sensum progignere acerbum (*notione sollemni* 4, 662 -ant ... fauces). 4, 1246 aut -are locos aeque nequit aut -tum aegre admiscetur muliebri semine semen *crassius.* VEN. FORT. vita Pat. 14, 42 -tum *in pueri corpus* venenum ... curavit antidoto. **2** *forma finita* (*cf. Flobert, Verbes déponents, 1975, 256*): APRING. in apoc. 1, 11 dum divinum auditur eloquium, dum imperia -antur.

II *i. q. (impetu vel vi) intrare vel ire ad, in, per aliquid vel aliquem* (*structuras varias sub A1a illustratas alibi non distinximus, ne res similes separentur, sed quantum potuimus per contextum indicavimus; ceterum v. appendicem*): **A** *respicitur motus localis* (*sive actione corporali sive incorporali [p. 1067, 48. 1068, 65] effectus; addimus imagines nonnullas, e. g. p. 1066, 15. 1067, 27. 46; aetate priore fere actio fortis, vehemens, audax significatur, qua plerumque obstaculum, difficultas, periculum sim. superatur; sed postea hic illic vergit in meram notionem intrandi, e. g. p. 1066, 50. 59; notionem transeundi non nisi p. 1066, 71 discrevimus, de notione accedendi v. l. 70 infra*): **1** *-ant animantes* (*addimus res quasdam more animantium -antes, sc. naves l. 50. p. 1066, 14. 43, epistulam p. 1066, 59, latrocinium l. 59, animum l. 61. p. 1066, 1. 74, vim divinam sim. sub bβ*): **a** *eundo, navigando, natando, serpendo, volando* (*dicitur saepe de aggredientibus, similiter de eis qui dolo insinuant p. 1066, 48. 70, ceterum e. g. de eis qui fuga sim. loca remota adeunt l. 51. 60. p. 1066, 2. 4. al.*): **α** *accedunt adv. indicantia, quo, quousque, ubi aliquis -et*: NAEV. IVN. Cypr. II. frg. 2 -at penitus thalamoque potitur (*sc. Paris Helenam adulterans?*). CIC. Verr. II 5, 97 quo, *sc. in portum Syracusarum,* ... populi Romani ... gloria illa navalis ... -are *non* potuit (*cf.* Att. 8, 14, 3 nescio quo -asse *Domitium recedentem*). 5, 98 eone pirata -vit ...? (*sc. in portum ut* NEP. Chabr. 4, 2. *ceterum*: LIV. 32, 10, 10 eo quoque. EPIST. Alex p. 217, 5 usque eo). PROP. 4, 8, 6 qua -at virgo, *sc. in specum Lanuvinum.* LIV. 34, 29, 8 *non* multum afuit, quin qua intenderant -rent *oppugnatores.* VITR. 10, 16, 10 intra (*cf.* VELL. 2, 120, 2 interius. PLIN. nat. 15, 80 intus). MELA 2, 83 hucusque. *al.*

β *accedunt praepos.*: Ⓘ in *c. acc.*: CIC. Verr. II 5, 96 *piratae* in ipsum portum -are coeperunt. Phil. 5, 37 *Antonius* in illam ultimam Galliam (13, 20. *cf.* 11, 32 Dolabellae latrocinium in Syriam. LIV. 40, 58, 7 in Dardaniam. VAL. MAX. 7, 3, 9 in Siciliam ... -vit *proscriptus.* CVRT. 9, 3, 13 in Indiam. *sim. al.*). rep. 6, 24 Romuli animus haec ipsa in templa -vit (*sc. in caelum*). CATVLL. 11, 2 sive in extremos -bit Indos *Catullus eqs.* OV. met. 3, 272 *Semele mortua* Stygias -bit in undas. trist. 5, 5, 53 victor ... in arces. LIV. 2, 12, 3 in hostium castra (4, 34, 2. 4, 39, 8. 25, 39, 2. 34, 46, 11). 32, 29, 2 non in urbem solum, sed in Capitolium -verat lupus (38, 5, 8. 38, 7, 4 SIL. 11, 229. *cf.* FRONTIN. strat. 3, 9, 5 in oppidum). *al.* MANIL. 1, 87 vagus in caecum -vit navita pontum. SEN. dial. 4, 12, 5 *urinator* in imum mare. CVRT. 5, 3, 17 donec in artissimas fauces -ret agmen. PLIN. nat. 6, 142 (*v. p. 1066, 8*). 9, 12 ballaenae et in nostra maria -ant. *al.* SIL. 5, 230 in medios -verat hostes. *al.* Ⓘⓘ ad (*indicatur plerumque locus, quem quis adit, consequitur, sed non intrat; cf. similem colorem p. 1066, 19. 58*): CIC. prov. 32 Marius ... non ipse (*sc. ut Caesar*) ad eorum *Gallorum* urbes sedesque -vit (VERG. Aen. 7, 207 Dardanus ... Phrygiae -vit ad u. 9, 10 OV. met. 15, 8 LIV. 35, 30, 8 CVRT. 3, 7, 6. VAL. FL. 4, 171 nuntius). Mil. 59 *Clodius* ad ipsos deos, *sc. ad mysteria Bonae Deae,* -arat (*cf. de eodem*: SVET. Iul. 6, 2 ad eam *Pompeiam*). Tusc. 1, 43 cum *animus volans* ad sui simile -vit. LIV. 9, 24, 3 *transfuga* ad vigiles Romanos. 23, 28, 6 *Hannibal* ad Alpes. 27, 48, 12 ea regione -ari ad hostem non ... posse. SEN. nat. 6, 8, 3 ad ulteriora *Nubiae.* CVRT. 3, 5, 7 ad Hellespontum *fugientes.* 4, 9, 14 praeter Armeniam -at ad Tigrin (*cf.* 4, 9, 17 ad ipsum alveum. TAC. ann. 1, 70, 5 ad amnem. EVTR. 6, 2, 2 ad Danuvium. *sim. al.*). 8, 14, 9 pauci *currus repulsi* ... -vere ad Porum. *al.* PLIN. nat. 6, 142 *Arabes* ad mare nostrum ... nec non et in media Syriae ad Libanum montem. CE 1109, 19 (*saec. I²*) non ego Tartareas -bo tristis ad undas (*cf.* VVLG. prov. 5, 5 ad inferos gressus illius *meretricis* -ant. MEROB. Christ. 22 *Christus* ad manes. *al.*). *al.* usque ad: LIV. 9, 36, 7 *speculatores* u. ad Camertes Vmbros. EVTR. 9, 8, 2 Hispanias. 9, 10 Ctesiphontem. *al.* Ⓘⓘⓘ *variae, indicantes: quo aliquis -et*: CIC. Verr. II 4, 107 Ditem patrem ferunt ... *Proserpina rapta* cum curru ... -asse sub terras. Tusc. 1, 45 angustias, per quas -vit ... Argo (IVVENC. 4, 72 *Pharisaei,* non sinitis quemquam -are per ardua lucis. PAVL. NOL. carm. 21, 549 portam -are per artam, *sc. in caelum*). LIV. 39, 31, 11 intra vallum -verunt (VITR. 2, 8, 14 i. murum. 10, 16, 9 fodiendo ... i. moenia. IREN. 2, 30, 5 *homines spiritales* i. Pleroma. IVLIAN. in Ioel 2, 4 l. 97 *locustae* i. urbium tecta). EVTR. 6, 10 usque Danuvium. AVSON. 153, 41 p. 9 -at super aera curru Elias. *unde aliquis -et*: CVRT. 6, 2, 14 nec dubitatur, quin Scythae, qui Parthos condidere, non a Bosphoro, sed ex Europae regione -verint.

γ *accedit obi. acc., quod indicat*: Ⓘ *potius quo quis intret, invadat*: Ⓐ *regionem sim.* (*gens pro regione ponitur l. 30 sqq.; ceterum cf. e. g. p. 1065, 58 sqq.*): LVCR. 2, 539 India ... vallo munitur eburno, ut penitus nequeat -ari (*cf.* VELL. 2, 40, 1 -tae cum victoria Media, Albani⟨a⟩, Hiberi⟨a⟩. 2, 47, 1 a C. Caesare ... bis -ta Britannia. VAL. FL. 7, 43 Asiam. TAC. Agr. 27, 1 Caledoniam. ann. 4, 44, 2 longius -ta *est* Germania. *al.*). VERG. Aen. 1, 243 Antenor potuit ... Illyricos -are sinus *eqs.* GRATT. 175 -are Britannos *canum emendorum causa* (*cf.* VELL. 2, 5, 1 -tis omnibus Hispaniae gentibus. ARNOB. nat. 2, 40 abditas ... nationes. *al.*). MANIL. 5, 641 extremum ... orbem. VELL. 2, 105, 1 ulteriora *Germaniae.* SEN. Herc. f. 235 *Hercules* -are iussus solis aestivi plagas. 831 mundi -are fundum (*cf.* OCTAVIA 555 *Amor* -at freta Ditisque regna. VET. LAT. sap. 24, 45 [*loq. Sapientia*] -bo inferiores partes terrae. AVG. in psalm. 87, 10 l. 7 dominus -vit inferna [GREG. TVR. Franc. 10, 13 p. 497, 1. *al.*]. SEDVL. carm. pasch. 5, 428 tartara post caelum -at *eqs. sim. al.*). MELA 2, 92 quo magis -atur, *sc. sinus* (*nisi est pass. impers.*). LVCAN. 8, 216 remotas Medorum -are domos Scythicosque recessus (CLAVD. 24, 157). PLIN. nat. 5, 11 Atlantem (*cf.* FLOR. epit. 3, 4, 6 Caucasum. AMM. 29, 5, 34 Caprarienses montes). 8, 50 *leo* virgulta silvasque (FRONTIN. strat. 1, 2, 2 Ciminiam s. TAC. Agr. 34, 2 s. saltusque. *cf.* SIL. 2, 442 saltus. STAT. silv. 4, 3, 133 lucos). VAL. FL. 4, 582 pontum. APVL. met. 6, 22, 1 Cupido ... caeli -to vertice magno Iovi supplicat (*cf.* IVVENC. 2, 125 *angeli* aethram. RVFIN. symb. 29 *Christus* caelorum secreta [NICET. appell. p. 5, 12 *mortuus*]. CE 1359, 2 [*a. 475*] regna beata poli. *sim. al.*). *et saepius.* Ⓑ *aedificia, urbes, castra sim.* (*cf. e. g. p. 1065, 64 sqq.*): VERG. georg. 2, 504 alii *ambitiose* ... -ant aulas et limina regum (*al. v. vol. VII 2, 1408, 78 sq.*). Aen. 7, 363 Phrygius -at Lacedaemona pastor (*sc. tamquam praedo; aliter, sc. de reditu in patriam*: SIL. 4, 365 Spartam -are deus negabat). VITR. 1, 5, 4 *contignatis rescissis defensores* non patientur reliquas partes turrium murique hostem -are. SEN. Herc. O. 1870 Stygias -are domos (STAT. Theb. 12, 199 APVL. met. 5, 14, 3. 6, 20, 2 d. Proserpinae. VET. LAT. II Tim. 3, 6 [cod. 75. *al.* = VVLG.] -ant d. et captivas ducunt mulierculas [*gr. ἐνδύνοντες*]. *cf. l. 39 et* SEN. Oed. 918 propero tecta -vit gradu [SIL. 13, 180]. APVL. met. 3, 23, 4 *bubones* larem. IVVENC. 1, 767 aedes). SIL. 1, 64 *Hannibal in somnio* -at Capitolia (*cf.* SERV. Aen. 8, 652 a Gallis ... etiam id -are cupientibus. AMBR. epist. 10, 73, 5 Capitolii secreta). 3, 651 Libycas -vimus aras. 15, 333 moenia *oppidi dediti.* STAT. silv. 4, 4, 4 (*ad epistulam*) ubi Romuleas velox -veris arces *eqs.* FLOR. epit. 3, 1, 14 urbem ... aditu arduo (VEG. mil. 4, 24 *cuniculis*). APVL. Socr. 18 p. 159 castra (Ps. CYPR. singul. cler. 18 [*in imag.*]. SERV. Aen. 9, 1). *al.* Ⓒ *varia*: SIL. 5, 184 mediam -are phalangem *hostium ... et* globos ... irrumpere (*cf.* CLAVD. 28, 473 *Diomedes* agmina Rhesi. SVLP. SEV. Mart. 4, 5 hostium cuneos). IVV. 5, 106 *piscis* solitus mediae cryptam -are Suburae. SER. med. 176 si ... incautas animal -verit aures. IVVENC. 1, 354 *Iesus baptizandus* -bat fluminis undas. AVSON. 325, 80 p. 113 Venus tantos -at secura tumultus *Amorem cruciantium.* PETR. CHRYS. serm. 82, 2 mulieres *ad sepulcrum Iesu tendentes* ... obscura -ant erumpentis aurorae. COD. Iust. 12, 5, 4, 4 (*imp. Leone*) *fugitivum* sacrum -asse cubiculum (*i. inter officiales ministrare*).

Ⓘⓘ *potius id, quod quis transgreditur, pervadit, perrumpit* (*exempla certiora; huc vergunt e. g. l. 41 sqq. 48. 58* [moenia]. *69; ceterum cf. similem colorem l. 14 sqq. p. 1067, 24 sqq. et sub B2b*): CIC. Tusc. 1, 43 ut *animus ascendens* -et et dividat omne caelum hoc, *sc. aerem* (VET. LAT. Hebr. 4, 14 [cod. 89. *al., sim.* VVLG.] *Christus* -vit caelos [*gr. διεληλυθότα, Ambr.*

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fid. 4, 17 pertransivit. *explicat e. g.* RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 85, 21 qui non in caelis sit, sed -arit et pertransierit omnes caelos]). carm. frg. 37 Croesus Halyn -ans (*gr. Arist. rhet. 1407a39 διαβάς. item -antur flumina*: TAC. ann. 2, 68, 1 vado. FLOR. epit. 2, 7, 10. 3, 10, 15 ponte facto. AMM. 25, 8, 2 obliquis meatibus. *al. apud eundem*). TAC. hist. 3, 71, 2 ambustas ... Capitolii fores (*cf.* CONC.^{S} I 5 p. 331, 26 *corpus Christi* -vit portas caelorum [*Migne gr. 26, 1065^{B} διέβη*]. ARATOR act. 1, 532 -ta ... ianua clausa [*sc. a Christo, cf. Ioh. 20, 26*]). FLOR. epit. 2, 7, 10 Chaonum montes Aonumque amnem ... et ipsa Macedoniae claustra. SOL. 52, 33 ut *serpentes* ... oceanum Indicum, quantus est, -ent (*cf.* IVST. 24, 4, 3 *Galli* Illyricos sinus [PRISC. periheg. 607, *pro gr. 608 περάσειας*]. RVT. NAM. 1, 221 *naves* fluctus *maris. al.*). PANEG. 11, 9, 4 Hannibalem ... Alpes -asse (*cf.* AMM. 18, 3, 9 *anseres volantes* montem ... Taurum). *al.* *-atur iter, quod quis permetitur, percurrit* (*sc. fere difficultatibus superandis; in merum verbum eundi abiit apud* IVVENC.; *ad obi. cf. p. 1069, 27, ceterum v. p. 1059, 72*): TAC. ann. 15, 27, 1 *Corbulo* iter L. Lucullo quondam -tum, apertis quae vetustas obsaepserat, pergit (AMM. 30, 3, 3 durata pruinis itinera ... -ari non posse. SVLP. SEV. epist. 2, 17 conscendere arduum illud i. *ad caelum* ac -are non potero. SEDVL. carm. pasch. 1, 181 *Helias* sidereum -vit i.). IVVENC. 1, 682 illam *viam* latam (*v. Matth. 7, 13*) -ant per prona catervae (PAVL. NOL. carm. 20, 359 spatiosam [*i. longam*] ignota regione).

δ *ponitur nude*: VITR. 2, 9, 12 *cupressi et pinus liquor amarus* non patitur -are cariem neque eas bestiolas, quae sunt nocentes. CVRT. 6, 4, 20 nullo ... hoste obvio -tum tandemque ad cultiora perventum est. TAC. hist. 3, 41, 1 tres cohortes ..., neque ad fallendum aptus numerus neque ad -andum (*sc. per hostes ut*: ℨ 59, 3 nuntii per varias fallendi artes -bant. 4, 28, 3). FRONTO p. 56, 13 qui in vestibulo artis obversati prius inde averterint quam -verint. AMM. 18, 7, 1 plebem omnem aegre -are post triduum posse (*sc. flumen; 'in provinciam' intellegunt alii*). VEG. mil. 4, 23 si -are temptaverint (*sc. per moenia*). EVSTATH. Basil. hex. 6, 6, 6 cum ... aliquid *robusti araneis* inciderit, ipsum quidem mox -at, textus vero perrumpit (*gr. διεκπίπτει*).

b *alio modo*: **α** *-ant homines, animalia: corpore, membris*: LVCIL. 73 in bulgam (vul- *trad.*) -are pilosam (*cf.* LVCR. 4, 1111 *amantes* -are et abire in corpus corpore toto *non possunt. v. etiam* PRVD. *sub β*). SOL. 27, 30 *serpentes quidam ex arboribus* vi maxima turbinati -ant animal *obvium velut sagittae.* *instrumento, telis sim.* (*cf. 2b*): SEN. nat. 3, 30, 3 *terram scrutantes* avaritia ... -are altius cogit (*cf.* PLIN. nat. 2, 158 -amus in viscera *terrae* auri ... venas ... fodientes). VET. LAT. II Macc. 11, 9 (rec. V) *Iudaei* non solum homines, sed et bestias ferocissimas et muros ferreos parati -are *fuerunt* (*gr. τιτρώσκειν. sim. agitur telis*: PRVD. psych. 294 dextera *Davidis* ... traiectam ... cavo -vit vulnere frontem. CLAVD. 21, 65 ferro -are leonem. CONSVLT. Zacch. 2, 6 p. 58, 23 lancea ... latus *Christi. al.*). CHIRON 34 altius ... si -veris urendo (*sim. de medico*: CAEL. AVR. chron. 2, 3, 68 *auris* cavernam *ferramento*). COLLECT. Arian. hom. 23, 5 (*in imag.*) *magistri* terebra doctrinae aliorum -ent aures. HEGES. 1, 35, 4 *Herodes in portu* -ta rupium vastitate stationes tutas conposuit. *al.* *alia ratione*: LVCAN. 6, 694 *Erictho* -at ... in Tartara linguā (*sc. precando; sim. voce, verbis*: SIL. 12, 211 *Hannibal* vocis ... vigore ... in aures. TRACT. in Luc. 5, 1 praece Ionas de profundo pelagi ... superna caeli regia -vit. PAVL. NOL. carm. 16, 16. MVTIAN. Chrysost. hom. 17 p. 349 -ans ubique per vocem illam tremendam sacerdos [*gr. p. 132 περιών*]. *cf. p. 1068, 65*). VVLG. Is. 54, 3 (*ad feminam sterilem*) ad dexteram ... et ad laevam -bis, *sc. propaginis multitudine.* **β** *-at deus, vis divina sim.: deus philosophorum, Christianorum* (*quaedam etiam ad B1 trahi possunt*): APVL. mund. 25 p. 344 summam illam potestatem ... *omnibus* opem salutis adferre ... *non* -antem atque adeuntem specialiter singula (*gr. 398a5 διήκουσα*). 38 p. 374 deus ... principia et fines et media rerum omnium -at (*gr. 401b26 περαίνει*). TERT. bapt. 4, 1 *spiritum dei, qui super aquas ferebatur,* -are et insidere facilem, *sc. in aquas.* AMBR. fug. saec. 6, 36 (*de deo*) hoc est bonum, quod -at omnia. off. 1, 13, 49 vim et maiestatem eius *dei* per omnia elementa -are, terras, caelum, maria. PETR. CHRYS. serm. 84, 3 clausi corporis arcanum et obseratum ... domicilium virginale ... divinitas ... -are *potuit.* *al.* *Iuppiter in fabula*: PRVD. c. Symm. 1, 78 *Iovem putabant* gremium -are puellae.

2 *-ant res* (*v. quae ad 1 monuimus*): **a** *quae sese diffundentes moventur, extenduntur, diffluunt sim.:* **α** *potius actione corporali, sc. fere vi naturali, suo impetu; -ant*: Ⓘ *res variae* (*fere naturales, aliter p. 1068, 10*): LVCR. 1, 223 quae *vis* res diverberet ictu aut intus -et (*cf.* 1, 529 penitus -ta *corpora*). 2, 414 primordia ... in nares (*de eisdem*: 4, 542 -ant aures. 4, 662 fauces. 4, 719 non -ant aut ... -antibus illis exitus ... datur. 6, 303 per auras). 2, 683 nidor ... -at, qua fucus non it in artus (OV. met. 12, 153 in aethera. CLAVD. 20, 451. *cf.* ARNOB. nat. 7, 28 p. 377, 11 nidorum ... qualitates). 4, 700 *odor* per saxea saepta non -at (CAEL. AVR. acut. 2, 9, 42 *sinapis* odore -ando. *cf.* VEG. mulom. 3, 12, 1 odoris ... fumus ... per os ac nares ingrediens -at ad *viscera*). *al.* CELS. 2, 14, 3 *cibus digestus* ad cutem. SEN. nat. 4, 7, 3 *sanguinis immolati vis* in altum. CVRT. 4, 3, 26 ubi loricam corpusque fervens harena -verat (inter loricam *Heinsius; cf. Mützell, 1841, ad l.*). COLVM. 5, 10, 4 *ut* minus frigoris minusque aestate vaporis per angustum os *scrobis* -et. PLIN. nat. 16, 236 radices eius *loti e Volcanali* in forum usque Caesaris per stationes municipiorum -ant (VEG. mulom. 1, 17, 14 longius). *al.* APVL. Plat. 1, 15 p. 213 ventrem hiris ... circumplexum ..., ne esculenta et potulenta sese (*sc. ventrem*) -rent. TERT. resurr. 46, 5 nisi illud, *sc. corpus,* -et *vita* (*cf.* PRVD. apoth. 921 *scintilla vitalis* novum ... figmentum). *al.* *de libro passim distributo*: SVLP. SEV. dial. 1, 23, 3 referam tibi ..., quo liber iste -arit. Ⓘⓘ *soni sim.* (*cf. l. 65 et p. 1067, 70*): LVCR. 4, 613 vox ... aures (OV. met. 12, 42 ad aures [SIL. 6, 513. CYPR. epist. 37, 4 ad dei a.]. HIL. in psalm. 54, 3 auditum *dei*). 6, 986 -are alio sonitus alioque saporem cernimus (ISID. nat. 30, 2 aures). VAL. MAX. 3, 8 ext. 1 quod ... ad unius tantum aures -verat. PLIN. nat. 16, 184 -ante rectis meatibus sono, *sc. per trabem.* PRVD. ham. 319 deus ... per ... cavernosos iussit -are meatus vocis iter. *al.* Ⓘⓘⓘ *lux, ignis sim.*: LVCR. 5, 698 *in aëre crassiore* iubar haesitat ignis nec -are potest facile atque emergere ad ortus (*de sole ut*: OV. met. 14, 793 -at ... in Tartara rimis lumen. COLVM. 3, 12, 2 sol ad radices [5, 9, 12 PLIN. nat. 17, 69. 32, 59 in vada]. PLIN. nat. 9, 109 *conchae* altius mersae quam ut -ent radii [EVSTATH. Basil. hex. 2, 4, 8, *gr. διιχνουμένη*]. *al.*). 6, 332 *fulmen* -at per rara viarum. 6, 953 vapos ... ignis, qui ferri quoque vim -are suevit (OV. met. 2, 260 ad ima fontis. VEG. mulom. 1, 42, 3). VITR. 2, 9, 14 qua possit ignis -are, *sc. laricem* (MANIL. 1, 854 terras. CHALC. comm. 21 est acutus et -ans). *al.* Ⓘⓥ *umores sim.*: LVCR. 3, 476 hominem cum vini vis -vit (*cf.* SEN. epist. 122, 6 *merum* ad nervos [VEG. mulom. 2, 21 per foramen illud *in corpus*]). 4, 1246 (*v. sub IB*) locos ... semen (VINDIC. med. 25 in tantum ..., ut *eqs.*). VITR. 2, 3, 4 cum *lateres pumicosi* non patiantur -are in corpus umidam potestatem. 2, 5, 2 umore -ante in *lapides* (CE 1421, 4 [*a. 379*] ut sacri sanguinis u. finitimas -ans adluat exuvias). SEN. nat. 3, 7, 3 in ea altitudine *terrae,* in quam ⌊pluvia⌋ non -at (*var. l.* aqua. *cf.* PALLAD. 1, 11 parietem ... perpluvia). 3, 26, 5 opinio est Alpheon ex Achaia eo usque, *sc. in Siciliam,* -are (*sim.* MELA 1, 54 *de Nilo*). COLVM. 4, 8, 2 aqua ... ad medullam *vitis* (arb. 8, 2 ne aqua ventusve -are possit). PLIN. nat. 7, 15 *hominum saliva* in fauces *serpentium.* 11, 220 venae in ... fimbrias ... tenuantur, ut -are sanguis non possit aliudve quam *sapor.* CALL. dig. 14, 2, 4, 2 *in navi* iacebant merces in angulo aliquo et unda -vit. *al.* Ⓥ *aer, venti sim.* (*v. etiam l. 35*): LVCR. 4, 894 aer ... per patefacta venit -atque foramina *corporis* (AMM. 17, 7, 12 *rimas terrae*). 6, 698 *ventum* -are mari penitus ... aperto, *sc. in Aetnam.* CVRT. 8, 9, 12 *aquilo* cohibitus iugis montium ad interiora *Indiae* non -at. PLIN. nat. 2, 121 austros in Aegyptum *non* -are (*antea*: attingens). 9, 17 in aquas ... -are vitalem hunc halitum (*cf. ibid.* in terras). 18, 306 si nullus spiritus -et *frumenta condita.* FRONTO p. 92, 17 cum gaudio semul altius -verat *labor,* ita ut cum sole ventus. *al.* Ⓥⓘ *dolores, morbi sim.* (*cf. p. 1069, 4*): LVCR. 3, 252 nec temere huc, *sc. ad ossa et medullas,* dolor usque potest -are ..., quin *eqs.* (FRONTO *v. p. 1069, 50*). 3, 471 -ant in eum *animum* contagia morbi (*cf.* VLP. dig. 21, 1, 4, 1 vitium corporis usque ad animum). OV. met. 7, 601 -ant ad viscera morbi (VEG. mulom. 1, 16, 1 in viscera). 10, 424 in artus ossaque ... tremor (*cf.* SIL. 6, 169 in artus horror). VITR. 2, 9, 12 cariem (*v. p. 1067, 23*). CELS. 5, 28, 3^{B} *ulcus* -ando usque ossa corpus vorat. 5, 28, 12^{A} *fistulae* aliae breves sunt, aliae altius -ant (5, 28, 12^{B} ad ossa. *al. apud eundem*). 6, 18, 4 *nigrities* alte. *al.* PLIN. nat. 17, 227 (*de vitibus*) in ulcus -at iniuria omnis a foris. SIL. 13, 296 *Virrius* dat -are medullas exitio. *al.* Ⓥⓘⓘ *loca, sc. fere maria vel montes, quae sese extendere dicuntur* (*in descriptione terrae; sim. describitur status extentus tamquam motus p. 1069, 35*): MELA 2, 55 *Hadria* vaste ... in latitudinem patens, qua -at tamen vastius (*de eadem*: PRISC. periheg. 96 extenditur ... ad boream -ans pelago [*gr. 96 ἔρπει*]. 374 qua ... trahitur vastissimus aestus atque sinum -ans Aquileium colligit undas [*gr. 381 σύρεται ... ἐς*]. 510). 2, 73 Alpes ... usque in Thraciam -ant (*item de montibus*: SOL. 38, 10 palam est terras eum *Taurum* continuare voluisse -to mari, nisi *eqs.* 52, 10). 3, 74. AVIEN. orb. terr. 180 inlapso -antur litora fluctu et rursum tellus init aequora. *al.*

β *potius actione incorporali*: Ⓘ *de eis, quae sermone pervulgantur* (*cf. p. 1067, 48 sqq.*): CIC. Arch. 23 quo ... *nostra* tela pervenerint, eodem gloriam famamque -are *cupimus* (SIL. 10, 425 quo nomina nulla Poenorum aut patriae -ret f. relictae. 14, 426. TAC. dial. 10, 2 in totam urbem. *al.; cf.* HIER. epist. 130, 6, 4 rumor orientis litora). PLIN. epist. 4, 12, 7 si *Marcellinus* cognoverit factum suum isto usque, *sc. ad te,* -asse. SVET. gramm. 3, 5 in provincias quoque grammatica -verat. VET. LAT. Sirach 35, 21 oratio humiliantis se nubes -bit ([*gr. διῆλθεν*]. ARNOB. nat. 6, 5 longinquitas, quo -are non possit ... o. CASSIAN. conl. 9, 4, 3 caelos. *cf.* ASTER. ad Renat. l. 239 invocatio ... sidera. VEN. FORT. Mart. 2, 297 -ante precatu). CYPR. epist. 20, 2 ad corroborandos *fratres inclusos* ... nos-

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ter sermo -vit. HIER. hom. Orig. in Luc. 7 p. 45, 20 in toto orbe ... doctrina *salvatoris.* CLAVD. carm. min. 22, 10 convicia caelum. 25, 64 quo non rumore secundo Palladii -vit amor *eqs.*? *al.* Ⓘⓘ *de eis, quae vario modo diffunduntur* (*in imagine morbi l. 7 sqq.*): PS. SALL. rep. 2, 8, 4 neque exercitus neque moenia obstant, quominus vi sua -et *avaritia.* LIV. 2, 53, 2 tumultus e castris et in urbem -at. 4, 9, 5 in domum quoque puellae certamen partium -vit. 39, 9, 1 huius mali, *sc. Bacchanalium,* labes ex Etruria Romam veluti contagione morbi. VELL. 2, 15, 1 id malum ... in omnes ... regiones. VAL. MAX. 4, 3 pr. quo istae ... pestes *cupidinum* -arunt, iniuria dominatur. PLIN. nat. 13, 23 mirum est hanc gratiam -asse et in castra (*sc. unguentorum ut*: 13, 24 ad Romanos). MACR. Sat. 1, 11, 2 audi ..., quanta indignatio de servi supplicio caelum -verit. *al.*

b *tela aliaque instrumenta ab homine mota* (*subi. est* ictus *l. 21; cf. p. 1067, 37*): OV. met. 12, 336 *iaculum* missum a dextra laevam -vit ad aurem. LIV. 21, 8, 11 si *ferrum* haesisset in scuto nec -asset in corpus. CELS. 7, 5, 1[A] in quas *sedes* illa *tela* -arunt (CVRT. 4, 6, 18 quam alte. 8, 14, 36 per medium pectus ... ad tergum. 9, 5, 24 in viscera. PRVD. psych. 677 [*in imag.*]). COLVM. 2, 4, 3 si *pertica* aequaliter ac sine offensatione -vit, *sc. in solum.* 2, 4, 6 *dens aratri.* 4, 24, 21 *si acies falcis* tardius -at, *sc. in vitem.* 9, 13, 12 *hebes ferramentum* non facile -et, *sc. in favos.* SIL. 4, 612 -antem cuspidis ictum. 9, 589. 10, 37 -ante per ilia corno. HIL. in Matth. 13, 9 *rete* mare -ans. AVIEN. orb. terr. 1119 quos *muros* ... non aries -are queat (*gr. 1005 ἀρραγέεσσι*). CHIRON 36 ut ipsae duritiae cauteriis -entur. VEG. mil. 1, 12 necesse est ..., ut vitalia -et, quicquid *punctim* inmergitur. 4, 22 *ballista* -at quodcumque percusserit. *al.* *obi. est spatium percursum* (*cf. p. 1067, 13*): ANON. de mach. bell. 18, 5 *ballistae* telum ... etiam Danubii ... latitudinem ... -are *valet.*

c *quaelibet res* (*sive motae sive immobiles*): CIC. Tim. 34 *astra* per caelum -antia (*gr. 39[d] ποφευόμενα. de sidere oriente vel occidente*: CVLEX 42 aetherias iam Sol -bat in arces. AVIEN. Arat. 1305 *Bootes* altum vix -at pelagus [*gr. 721 δύνει*]). CELS. 5, 26, 7 interest ... vulnus in summa parte sit an penitus -verit. COLVM. 4, 29, 10 vimen *arbori obstrictum,* cum inaruit, -at et insecat corticem. APVL. met. 6, 26, 6 *si te praecipitabis, silices* te -ante⟨s⟩ ... membratim dissipabunt. VINDIC. med. 36 quae *venae* pulmonem -ant.

B *respicitur quaelibet actio incorporalis* (*cf. p. 1067, 54. 1068, 65*): **1** *respicitur actio occupandi, sc. -ant ea quae (ii qui) invadendo vel sese extendendo aliquem (aliquid) usurpant vel consequuntur, aliquo perveniunt*: **a** *-atur homo eiusve animus*: **α** *vario modo; id quod -at indicatur per: acc. c. inf., ut* -are *sit quasi verbum impers.*: LVCR. 5, 1262 -bat eos, *sc. homines priscos,* posse haec *metalla* liquefacta calore *formari.* *subst. vel pron.*: CIC. Brut. 142 nulla res magis -at in animos *quam actio oratoris.* VAL. MAX. 5, 1 ext. 6 humanitatis dulcedo etiam in ⟨ef⟩ferata barbarorum ingenia. SIL. 16, 514 pavor in praecordia (TAC. ann. 6, 24, 3 p. et admiratio, *sc. senatores. cf.* VVLG. Esth. 9, 2 populos ... formido). STAT. Theb. 10, 635 Virtus ... ipsa capaces elegit -are viros. QVINT. inst. 11, 3, 14 *per auditum et visum* omnis ad animum -at adfectus. 11, 3, 67 pictura ... in intimos ... adfectus. TAC. ann. 1, 69, 3 id Tiberii animum altius -vit. 3, 4, 2 nihil ... Tiberium magis -vit quam studia hominum accensa in Agrippinam. 16, 21, 1 offensio. FRONTO p. 3, 7 dolor ... corpus aut animum meum (AVG. conf. 4, 8, 13 me facillime et in intima. *cf.* PRVD. perist. 3, 94 -bitur ... dolore animus). p. 92, 17 labor (*v. p. 1068, 45*). CYPR. domin. orat. 31 cludatur contra adversarium pectus ...; obrepit enim frequenter et -at (*sim. de diabolo, daemone*: IVVENC. 2, 722 in viscera. 3, 40 habitacula cordis. AVG. serm. 190, 2 per alterum *sexum* [*sc. Evam*] -vit, de utroque triumphavit. *al.*). PS. CYPR. singul. cler. 37 occasiones inpuras, quibus interiora pectoris -antur (*cf.* AMBR. in psalm. 37, 22, 1 temptatio quasi sagitta -at interiora hominis). *al.* **β** *verbis, oratione* (*cf. l. 42*): CIC. part. 123 uter (*sc. accusator an defensor*) ... definiendo describendoque magis ad sensum iudicis opinionemque -arit. SEN. epist. 94, 44 *admonitio rationibus fulta* altius -at. PS. SEN. mon. 171 facilius ... et altius -ant, quae molli via veniunt. QVINT. inst. 8, 3, 67 in adfectus minus -at, *qui brevius dicit.* TAC. ann. 14, 1, 3 *verba Poppaeae* lacrimis et arte adultera -antia. FRONTO p. 47, 20 ad animos ... audientium. IVVENC. 2, 792 *praecepta* animum. HIER. epist. 21, 13, 4 *carmina poetarum rhetorumque pompa* animam. NICET. psalm. 5 l. 18 *psalmus* -at animum. CONSENT. gramm. p. 3, 4 exempla ad sensus nostros. *al.*

b *-antur alia; indicatur, quatenus occupatio procedat vel quid occupetur*: **α** *modo generali* (*sc. per adv.*): CIC. de orat. 3, 168 quo avaritia -vit? (*de eadem*: PLIN. nat. 33, 3 quousque -tura a. *ceterum*: OV. ars 3, 291 quo non ars -at? VAL. MAX. 5, 4, 7 quo non -at aut quid non excogitat pietas?). TAC. ann. 2, 36, 1 hau⟨d⟩ dubium erat ... *senatoris* sententiam altius -are et arcana imperii temptari (3, 28, 3 *custodes legis Papiae* a. -bant urbemque et Italiam ... corripuerant). **β** *modo strictiore* (*sc. per praepos.* ad *exceptis* FLORO *et* IVVENCO): VAL. MAX. 2, 1, 2 quae consuetudo *cenandi* ex hominum convictu ad divina -vit. 2, 3, 1 ne talis notae, *sc. originis humilis,* contagio ad ipsius *Marii* quoque gloriae suggillationem -ret. 3, 3 ext. 7 *virtus* vivida ingenia ad se -are patitur. 7, 3 ext. 9 *Tusculani* non solum ad amicitiae nostrae ius, sed etiam ad communionem civitatis usque -arunt. 9, 1, 1 *balneorum* impensa ... ad suspensa ... *quasi* aequora. 9, 14, 2. TAC. ann. 15, 20, 1 una vox ... usque ad contumeliam senatus -verat. FLOR. epit. 3, 22, 2 *Sertorius* usque in Oceanum ... -vit consiliis. LACT. inst. 5, 2, 3 ad amicitiam iudicum miro ambitu -bat *avarus.* IVVENC. 2, 186 *nemo videre regnum dei poterit,* reddita ni -et nascendi exordia rursus (*sec. Ioh. 3, 3* natus ... denuo). *al.*

2 *respicitur actio cernendi, intellegendi*: **a** *-atur id, quod percipitur*: **α** *potius mente, ratione; -antur*: Ⓘ *varia*: CIC. ac. 2, 122 ut nulla acies humani ingenii tanta sit, quae -are in caelum, terram intrare possit (*item -atur caelum*: nat. deor. 2, 153 hominum ratio ... in caelum. PRVD. ham. 91 meditatio caelum. SACR. Leon. 673 *Stephanus* regna caelestia mente iam -ans [*cf. act. 7, 55*]. *v. et l. 21*). VAL. MAX. 5, 7 ext. 1 ad ipsam veritatem (SEN. benef. 1, 3, 8 in imam ... v.). SEN. benef. 7, 3, 3 *animo* etiam remota et solitudinibus interclusa -antur. TAC. hist. 4, 7, 1 suffragia ... senatus reperta, ut in cuiusque *petitoris* vitam famamque -rent. FIRM. math. 1, 7, 11 *Pythagoras* ad omnia sapientiae secreta -vit (5, 1, 3 ad caelestia s. PRVD. c. Symm. 2, 100 dei. FVLG. Virg. cont. p. 96, 6 sapientiae. *al.*). HIL. trin. 11, 45 sensu intellegentiae -antis. AVG. civ. 7, 5 p. 280, 22 mysteria doctrinae (FVLG. Virg. cont. p. 96, 2 sapientiae. *al.*; *cf.* PETR. CHRYS. serm. 92, 7 ad sacramentum partus virginei). 12, 15 p. 533, 15 altitudinem dei (enchir. 25, 98 gratiae. in euang. Ioh. 53, 7. *cf.* profunditatem: PROSP. in psalm. 118, 165 *legis.* resp. ad Gen. 8 p. 198[A] iudicii *dei* [FVLG. RVSP. praedest. 1, 27]. *sim. al.*). correpт. 8, 17 inscrutabilia iudicia dei. *al.* *pro obi. accedit enunt. interrog.* (*cf. l. 49*): AVG. gen. ad litt. 2, 14 p. 54, 2 quis igitur animo -at, quomodo illi tres *primi* dies transierunt ...? (*item c. indic.*: GREG. M. moral. 4, 46. 17, 44). GREG. M. epist. 8, 2 l. 5 nec -are ... facile valui, unde et quo iret *nubes* (*postea*: non intellexi). moral. 14, 41 cur ita flagellaretur, -are non potuit *Iob.* Ⓘⓘ *hominis animus, interiora*: VET. LAT. Hebr. 4, 12 (cod. 75. *al.*) *est* verbum dei ... -ans usque ad divisionem animae et spiritus artuumque et medullarum (*gr. διιχνούμενος, cod. 89. al. et Vulg.* pertingens. *explicat* MVTIAN. Chrysost. hom. 7 p. 283 et ipsa incorporea -at ...; totum per totum -at hominem). AVG. serm. 19, 2 *psalmista non* se palpabat, sed -bat et in se ipsum altius descendebat (*sim. homo in se ipsum -at*: 348, 2 -a interiora cordis tui. CLAVD. MAM. anim. 1, 22 p. 80, 26 quis potest memoriae ... antra -are? *al.*). PETR. CHRYS. serm. 50, 5 *Christum* pectoris tui -asse secretum. CASSIOD. in psalm. 113, 16 derisio ..., quae ipsas quoque culpas -are dignoscitur. *al.* Ⓘⓘⓘ *libri eorumve secreta* (*fere sacrae script.*): PS. MAR. VICTORIN. ad Iust. 1 ipse volvendo, quae dicuntur *in libello,* altioris inquisitionis secreto -a vel indaga. AVG. civ. 18, 28 p. 292, 24 Osee ... propheta, quanto profundius quidem loquitur, tanto operosius -atur. doctr. christ. 2, 117 omnia genera quaestionum, quae in litteris sanctis sunt. 3, 93 quae tecta sunt divinorum eloquiorum. in euang. Ioh. 50, 8 altior intellectus, qui a me non potest -ari; tamen quo usque -are potui *eqs.* gen. ad litt. 4, 1 p. 93, 10 voluntatem scriptoris ... -are, utrum praeterierint dies *eqs.* in psalm. 118, serm. 24, 7 disputatione alia -anda est *illa sententia.* VITA Hil. Arel. 26, 55 scripturarum interiora. *al.*

β *potius sensibus, sc. visu, auditu sim.*: SIL. 12, 569 *Hannibal* intrat urbem oculis ... et -ret in omnes spectando partes, ni *eqs.* CYPR. domin. orat. 4 *scimus* deum ... audire omnes et videre et maiestatis suae plenitudine in abdita quoque et occulta -are (*item de deo*: AVG. serm. 93, 14 acies divina -at altiora. COMM. apol. 128 -at totum oculis. instr. 2, 18, 9 inspector, -at qui singula corda. *al.*). PRVD. apoth. 12 *deum patrem* nulla acies ... -vit acumine visus. PS. AVG. categ. 5, 27 quae nostri sensus -are non possunt. *al.*

b *-atur id, quod perceptioni obstat* (*cf. p. 1066, 71*): AVG. epist. 173A p. 648, 18 *ut* sine ulla obscuritate, quae -ari a tardioribus non potest, ... probetur *eqs.* FVLG. Virg. cont. p. 98, 7 altiori scientia -tā caligine. BOETH. cons. 3, 8, 10 *si* Lyncei oculis homines uterentur, ut eorum visus obstantia -ret.

III *usus peculiares:* ? **A** *i. q. (cum impetu) exire, evolare* (*cf. fort. p. 1065, 19, sed indicatur tantum unde, non quo*): CIC. carm. frg. 22, 12 vidimus ... draconem terribilem Iovis ut pulsu -ret ab ara (*cf. Hom. B 310 βωμοῦ ὑπαΐξας*). ? **B** *i. q. perpetrare*: DIOSC. 5, 113 p. 215, 14 *cerussa* sola ... accepta homicidium (-io *var. l.*) -at (*lapsu scribae?* perpetrat *ed. princ. [v. vol. VI 3, 2870, 30 sq.]; exstant sim. in legibus medii aevi, e. g. Edict. Roth. 14* siquis homicidium ... -verit [perpetraverit *var. l.*]. *376*).

appendix syntactica (*ad II*): **1** *indicatur, quo aliquis -et, quid vel quis -etur* (*adv. v. sub 3*): **a** *per praepos.*: **α** in: *c. acc.*: *v. p. 1065, 57; ceterum*: LVCIL. 73 bulgam. LVCR. 2, 414 nares. 3, 471 eum *ani-*

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mum. 4, 1111 corpus. Cic. Brut. 142 animos. ac. 2, 122 caelum. *et passim; cf.* in ... usque: Cic. nat. deor. 2, 153 Plin. nat. 16, 236; usque in: Mela 2, 73 Flor. epit. 3, 22, 2. *c. abl.*: Pass. Perp. 21, 7 *gladius* in ... corpore (corpora *var. l.*). Hier. *p. 1069, 1.* Oribas. eup. 4, 37 Aa p. 554 in alto. β ad: *v. p. 1065, 70. 1069, 75; ceterum*: Cic. part. 123 sensum. Ov. met. 7, 601 viscera. 12, 42 aures. 12, 336 aurem. 14, 793 ima fontis. *et saepe; cf.* usque ad: *p. 1066, 11, adde* Cels. 2, 14, 3 Sil. 6, 581 Tac. ann. 15, 20, 1. *al.*; ad ... usque: Val. Max. 7, 3 ext. 9 Cvrt. 4, 3, 10 Mart. Cap. 6, 618. γ *alias*: intra: *v. p. 1066, 17.* per: *v. p. 1066, 14, adde* Lvcr. 1, 223. 4, 700. 730. 6, 303. 332 Cic. Tim. 34 Cvrt. 8, 14, 36 Colvm. 5, 10, 4 Sil. 10, 37. *al.* sub: Cic. Verr. II 4, 107. subter: Mela 1, 54 Prvd. perist. 11, 166. super: Avson. 153, 41 p. 9 Pavl. Nol. carm. 16, 36. usque: Cels. 5, 28, 3[B]. 7, 7, 7[A] Evtr. 6, 10.

b *per casus*: α *acc.*: *seorsum tractavimus p. 1066, 23, ubi legitur in poesi inde a* Cic., Lvcr., Verg., *in oratione prosa inde a* Cic. *p. 1066, 74,* Vitr., Vell., Plin. nat.; *in ceteris capitulis invenitur primo maxime in poesi (sc. apud* Lvcr. [*decies*]. Manil. 1, 854 Sil. 13, 296 Stat. Theb. 10, 635, *postea saepius), in oratione prosa, si excipias* Liv. *p. 1069, 8, non ante* Sen. *p. 1070, 18 raroque usque ad* Apvl., *sc. p. 1067, 56 sqq. 1068, 3. 1069, 33. 49. 51, postea crebrescit, ita ut aetate infima verbum multo saepius c. acc. quam cum praepos. iungat e. g.* Petr. Chrys. *et praepos. omnino desint apud* Greg. M. β *dat.*: Lvcr. 3, 808 sibi. Chiron 57 stillicidium ... his locis nervis vel cerebro.

c *per enunt. interrog.: v. p. 1070, 28.*

2 *indicatur unde aliquis (aliquid) -et per: praepos. p. 1066, 21. 1070, 67. abl. p. 1068, 41.*

3 *accedunt adverbia sive locum sive mensuram -andi indicantia (pauca selecta, ceterum cf. p. 1065, 47)*: alte: Cels. 5, 28, 11[E]. 6, 18, 4 Cvrt. 4, 6, 18; *compar.* altius: Cels. 7, 4, 1[A], *adde p. 1067, 38. 1068, 53. 1069, 61 sq. 73. al.* eo: *p. 1065, 51 sqq. 1068, 34.* Cels. 5, 28, 12[C]; *cf.* eodem: Cic. Arch. 23. intus: Lvcr. 1, 223 Plin. nat. 15, 80 Anthim. 35 Oribas. eup. 4, 37 La p. 554; *cf.* intro: Chiron 84. penitus: Naev. Ivn. Cypr. Il. frg. 2 Lvcr. 1, 529. 6, 698 Cels. 5, 26, 7. quo: *p. 1065, 49. 51. 1068, 67. 1069, 9. 69 sqq. al.*

4 *indicatione loci subaudienda vel absolute ponitur: inde a* Lvcr., *sc. formis finitis e. g. p. 1067, 71. 1068, 21. 1069, 5. 18. 19 sq., part. praes. e. g. p. 1067, 71. 1068, 16. 1069, 20. 64, inf. e. g. p. 1068, 18. 35. 37; quaedam collegimus p. 1067, 22.*

5 *varia notabilia: pro subi. est acc. c. inf. p. 1069, 41. gerund. pro part. praes. vel fut. p. 1067, 75.* Ven. Fort. carm. 3, 21, 13 ad caelos -anda ... talenta. *part. praes. vergit in vim adi. maxime p. 1060, 14. 1068, 26.* Ps. Mar. Victorin. ad Iust. 10 sunt ... tenebrae ... non solidae, non -antes.

deriv.: penetrabilis, penetratio, penetrator (-trix); *cf.* penetralis.

compos.: impenetratus, perpenetro. *Spoth.*

⁂pēnicillus, -ī *m. et* **⁂pēnicillum,** -ī *n.* (-ci(l)le *et* -ci(l)is *v. l. 60 sqq.*). *a* peniculus *deminutive, cf. Strodach, Latin dimin., 1933, 53. 55. de origine*: Cic. fam. 9, 22, 2 caudam antiqui 'penem' vocabant, ex quo est propter similitudinem '-us'. *scribitur*: penicell- Veg. mulom. 2, 17, 3 Marcell. med. 28, 3. *al. in var. l.* (*cf.* penecill- Chiron 532; *in var. ll. et* penicill-, pennicill- *sim.*); pinicill- *fortasse* CIL IV 1787. Pallad. 4, 1, 3 (*variat cum* penicell-, punicill-. *cf.* pinicell- Gloss. III 604, 36 [*in var. l. e. g.* Soran. p. 53, 11. *cf.* pinnicell- *vel* pinnicill- *e. g.* Soran. p. 60, 4]); pensull- Pavl. sent. 3, 6, 63 (*codd. M et P, saec. VI vel VII*). *notatur* (*sc. in* Inscr. ocul.): p CIL XIII 10021, 147d (*?*), penc *ibid.* 101b, peni Année Épigr. 1985 n. 676c, pencill *ibid.* 1932 n. 3d, penicil CIL XIII 10021, 106b. 146d. *al.*, penicill Année Épigr. 1933 n. 137b. 1985 n. 676a, pniclm CIL XIII 10021, 145c. *de genere et formis: masc. praebent* Cic., Plin. nat., Pavl. dig., Soran., Cass. Fel., Isid., Gloss., *neutr.* Cels., Scrib. Larg., Petron., Qvint., Gloss., *saepe in inscr. forma heteroclitica* penicil(l)e (*nonnisi in* Inscr. ocul., *e. g.* CIL XIII 10021, 25a. *cf.* penicilli Année Épigr. 1977 n. 508c) *falso e compendiis* penicil(lum) *et* le(ne) *conglutinata esse videtur (cf. p. 1073, 26), inde* penicillem CIL XIII 10021, 112c. 118b; penicilem *ibid.* 89a. *de notione*: Gloss. *σπογγεῖον. σπογγάριον. σπόγγο⟨ς⟩. σπογγιά. legitur apud* Cic., Cels., Colvm., Scrib. Larg., Petron., Plin. nat., Qvint., *apud posteriores praecipue in libris artis medicinalis et in* Inscr. ocul., *non in poesi; cf.* peniculus. [*var. dial. it.; francog.* pinceau; *prov. vet.* pinsel *et var. prov.; cat.* pinzell. *cf. M.-L. 6390. Wartburg VIII 188. Corominas² IV 533. St.*] [*confunditur in codd. cum* peniculus Svlp. Sev. Mart. 19, 3 Isid. orig. 12, 6, 62 (*falso trad.* Plavt. Rud. 1008; *falso ed.* Inscr. Année Épigr. 1973 n. 141, *cf. Bruun, Eranos 87, 1989, 146*).]

I *usu originario i. q. instrumentum (sc. caudae comparandum), quo quid detergetur vel inducitur, cf.* peniculus. *de forma et materia instrumenti saepe parum constat; spongiam testantur* Plin. nat. 9, 148 *genus spongiarum* tenue densumque, ⌞ex quo -i⌟, Achillium vocatur (*sec. Arist. hist. anim. 548b1 sq.*, ⌞ ⌟ *induxit* Plin.; *cf. l. 54. 67 et* Gloss. *p. 1071, 64, quibus locis potius significatur instrumentum quam genus quoddam spongiarum, ut volunt alii*); *saetas* Plin. nat. 28, 235 (*cf. et* Cic. *p. 1071, 49*); *lanam* Ps. Theod. Prisc. add. p. 286, 32. *iuxta pos.* (*sc. ad B*): linamentum Cels. 6, 8, 2[B]. 8, 5, 1 l. et ... pellicula ... aut aliquid ex ... -o (8, 9, 1[H]. *al.; cf.* linum 7, 4, 4[C]), papyrus Cels. 5, 28, 12[K], glomus staminis Scrib. Larg. 142, spongia Chiron 532 Soran. p. 53, 11. *epitheta notabiliora*: aridus Cels. 8, 5, 1, calidus *infra l. 69 sq.* (*cf.* tepidus Theod. Prisc. eup. faen. 32), expressus *infra l. 61 sqq. et* Cels. 2, 10, 18 Scrib. Larg. 142, mollis Plin. nat. 31, 131 Soran. p. 69, 10 Theod. Prisc. eup. faen. 32 Cass. Fel. 29 p. 50, 9, tinctus *l. 58 sqq.* (*cf. etiam p. 1073, 5 et* intinctus *l. 47 sqq.*), tectorius Plin. nat. 28, 235. *accedit abl.* -o *ad verba pingendi*: pingere Cic. ad Q. fr. 2, 14, 2 Plin. nat. 35, 123. 147. *al.*, describere Ambr. Iac. 2, 12, 58; *detergendi*: abstergere Scrib. Larg. 228 Ambr. obit. Valent. 41 Ps. Vigil. Thaps. c. Marivad. 1, 38 p. 378[A], detergere Cels. 3, 10, 4. *al.* Colvm. 12, 18, 5 Ambr. bon. mort. 5, 17, extergere Apon. 3, 45, tergere Avg. serm. 181, 8.

A *adhibetur in arte pingendi, sc. ad colorem inducendum*: **1** *proprie* (*metonymice l. 30 sqq.*): Cic. orat. 74 *pictor, cum Agamemnonis* luctum -o non posset imitari, caput *eius obvolvit.* Plin. nat. 1, 35, 39–41 qui encausta cauterio vel cestro vel -o pinxerint (*describitur* 35, 149). 28, 235 *in ambustis prodest* saetarum ex his *apris* e -is tectoriis cinis cum adipe tritus. 33, 120 pingentium ... *minii* plenos ... abluentium -os. 35, 31 *Sinopidis* usus ad -um aut si lignum colorare libeat. 35, 123 *Pausias* pinxit et ipse -o parietes. 35, 147 *Iaia quaedam* et -o pinxit et cestro in ebore imagines. *al.* Qvint. inst. 2, 21, 24 desiderat instrumentum ... opifex, ut caelator caelum et pictor -a. Pavl. sent. 3, 6, 63 instrumento pictoris legato colores, -i, cauteria *debebuntur* (*cf. p. 1074, 17*). Avg. epist. 9, 4 aleatores tesseris et pictores -o *irascuntur. metonymice pro arte ipsa* (*huc vergit l. 25, fortasse et l. 21*): Plin. nat. 35, 60 *Apollodorus* primus ... gloriam -o iure contulit (*cf.* 35, 61 *Zeuxis* audentem ... iam aliquid -um ... ad magnam gloriam perduxit). 35, 112 *pictores* minoris picturae celebres in -o. **2** *in imagine*: Cic. ad Q. fr. 2, 14, 2 (*spectat ad poema componendum*) *Britanniam* pingam coloribus tuis, -o meo. Ambr. Iac. 2, 12, 58 quo -o sermonis mei describam formae ... et animarum similitudinem?

B *adhibetur in medicina, sc. fere ad aegrotam partem purgandam vel tuendam, medicamentum inducendum sim.* (*aliquid ex -o, sc. spongia l. 43 sqq.; ceterum cf. etiam l. 23. p. 1073, 6 et usum deflexum sub II*): **1** *proprie, tractantur*: **a** *variae partes corporis*: Cels. 2, 10, 18 *sanguine misso* deligandum ... brachium superimposito expresso ex aqua frigida -o. 3, 10, 4 *detergenda lingua* -o est ex aqua calida (*postea*: ubi -o detersa est). 5, 28, 12[K] *medicamento illini* vel papyrum intortum vel aliquid ex -o in modum collyrii adstrictum (7, 10. 8, 5, 1 ex arido -o. 8, 9, 1[H]. *cf.* 7, 4, 4[C] ex -o tenuia quaedam *demittere in fistulam* [*postea*: id, quod ex -o est, aliquo medicamento illinitur]). 6, 8, 2[B] si addita in narem per linamentum aut -um ea compositio est. Scrib. Larg. 142 -um intinctum et non nimis expressum ex alterutro eorum *medicamentorum* ano adpositum ... habere vel ... glomus staminis ([*fere item* Marcell. med. 28, 3]. Ps. Theod. Prisc. add. p. 286, 32 de lana -um i. ac melle e.). 228 quod *exulceratae eminentiae* destinatum erit tollere, ... specillo oblinetur ..., -o abstergetur. Plin. nat. 20, 162 *cuminum* propter colum illinitur ... ⌞in -o⌟ fervens, adprimitur fasciis (*Mayhoff,* vel -os *aut* vel -us *codd.*). 31, 131 Trogus auctor est circa Lyciam -os mollissimos nasci in alto, unde ablatae sint spongeae, Polybius super aegrum suspensos quietiores facere noctes. 34, 126 suspendit epiphoras -o fronti inpositum *chalcanthum.* Veg. mulom. 2, 153, 3 *v. p. 1074, 5.* Soran. p. 53, 11 mulieres spongiis vel -is ... locum matricis ... defricent (*gr. p. 103, 2 σπόγγους tantum*). p. 60, 4 -o aqua calida tincto faciem vaporare ([*gr. p. 110, 29 σπόγγου*]. p. 69, 10 -us mollis aceto t. ... in orificium matricis adponitur [*gr. p. 120, 11 σπογγάριον. cf. Cael. Aur. gyn. 2, 48* spongia]). *al.* **b** *oculi*: Cels. 6, 6, 1[L] -o potissimum uti expresso, si levior impetus *oculorum* est, ex aqua, si *eqs.* (6, 6, 9[B]. Cass. Fel. 29 p. 50, 9 *egestiones* oculorum ... molli -o detrahere ex aqua calida e.). 6, 6, 8[B] medicamentum ... ⟨in⟩ oculos -o ad id ipsum facto infusum. 6, 6, 8[E] caput atque oculos *inflammatos* ... -o detergere. 7, 7, 6[B] exigua -a interponenda *inter palpebras.* Plin. nat. 31, 125 mollissimum genus earum *spongiarum* -i; oculorum tumores sedant ex mulso inpositi, iidem abstergendae lippitudini, utilissime ex aqua (*inde* Isid. orig. 12, 6, 62. *cf.* Plin. med. 1, 8, 1). 34, 113 *collyrium abluere* -is calidis (Chiron 74 oculum clusum -o c. diu vaporaveris [*inde* Veg. mulom. 2, 17, 3]). Chiron 532 spongiam mollem aut -um super alligato et ... ocularem *imponito.* Svlp. Sev. Mart. 19, 3 oculum ei Martinus -o contigit pristinamque ei sanitatem ... restituit. Theod. Prisc. eup. faen. 32 praemundatis ... oculis molli et tepido -o.

2 *in imagine*: Apon. 3, 12 animae morbos medendo ... ferramen-

[Bruun]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

torum exemplis necnon disciplinae -o 'fasciculus murrae' (*cant. 1, 12*) efficitur Christus ecclesiae.

C *usu vario vel non satis perspicuo*: **1** *proprie*: COLVM. 12, 18, 5 (*in vasis picandis*) *pice infusa vas* -o detergitur. PETRON. 21, 1 puella -o, quod et ipsum satyrio tinxerat, Ascylton opprimebat. CIL IV 1787 redde -um! EDICT. imp. Diocl. 36, 122 L. (*inter varias res; spectat fortasse ad B, vix ad II*). PALLAD. 4, 1, 3 *vitis* ligaturae ... -o ... debet frequenter umor adfundi (*Geopon. 4, 12, 17 σπόγγον*). EVSTATH. Basil. hex. 4, 7, 4 *nautae* vapores exhalantes de pelago suscipiunt -is atque ... *sitim* consolantur (*gr. σπόγγοις. cf. p. 1074, 2*). **2** *in imagine*: AMBR. bon. mort. 5, 17 (*spectat ad Is. 49, 16*) non detergeamus -o neglegentiae depicta animae nostrae firmamenta muralia. obit. Valent. 41 non ... velut -o quodam sermonis mei vestras abstergebo lacrimas (Ps. VIGIL. THAPS. c. Marivad. 1, 38 p. 378[A] [*sec. apoc. 21, 4*] *Christus* pro se patientium lacrimas misericordiae -o abstergit). AVG. serm. 181, 8 quae *peccata* cotidiano orationis -o tergantur (*cf.* APON. 3, 45 *convertitur* flagellorum ... sulcatio in -is delicatissimis, quibus anima ab omni peccatorum sorde extersa *eqs.*).

II *i. q. collyrium oculorum, sc. usu ab IB1b derivato* (*cf. imprimis p. 1072, 63. 67; non nisi in* INSCR. ocul. [*vix huc spectat l. 6*]; *exempla selecta, plura v. in indice CIL XIII 3 p. 606. ad rem v. Bayer, RAC I 972 sqq.*): CIL XIII 10021, 25a -e at impetum (44b ad i. lippit(udinis) ex ovo [*item* 118b]. INSCR. Année Épigr. 1932 n. 3d ad i. lippitu(dinis). 1953 n. 144). 32c -e ad omne(m) lipp(itudinem) (76b ad l. 112c ad omnem l. INSCR. Gall. Wuilleumier 556a collyrium -um ad l. *al.*). 48a Messoris -um. 49b ⟨p⟩enicille ex ovo (82c -um authemer(um) ex ov(o). 89a. *al.*). 101b collyr(ium) pen(i)c(illum) (*cf. l. 24*). 106b penicil(lum) lene ex ovo (124a. CIL VII 1312b. *al.*).

?**pēnicula** *v. vol. VII 1, 1617, 11 et X 2, 729, 77.*

pēniculāmentum, -ī *n.* *a* peniculus. *de notione*: NON. p. 149, 27 -um a veteribus pars vestis dicitur (*demonstrat exemplis sub 1 allatis; inde* GLOSS. V 645, 23 -um: vestis. *cf. p. 1074, 26*).

1 *i. q. pars vestis, sc. caudae comparanda*: ENN. ann. 362 pendent -a unum ad quemque pedum. CAECIL. com. 133 volat ..., anhelat, -um ⌞e[t] pallio⌟ datur (⌞ ⌟ *Bücheler, sc. explicans* -um *ex pallio factum* [*cf. l. 33*], tenet palliolatim *Ribbeck*). LVCIL. 565 ⌞-o vero⌟ reprehendere noli (⌞ ⌟ *Dousa,* penulamento vere *trad., v. Marx ad l.*). ?**2** *i. q. veretrum: non nisi e coni. l. 41.*

?**pēniculāns,** -antis *trad.* ARNOB. nat. 5, 11 p. 263, 10 patrem illum Liberum ... ⌞-antem decurtantem cantherios⌟ (*textum trad. defendere temptat Colombo, Riv. Fil. Class. 13, 1935, 392, intellegens part. verbi a* peniculus *derivandi explicansque* 'peniculos nectens'; peniculamenta d. cantheriorum *vulgo,* peniculatum d. cantherium *Kroll*).

?**pēniculāris** *v. vol. VII 1, 1617, 10.*

pēniculus, -ī *m.* (*f. et n. v. infra*). *a* penis (*cf.* FEST. p. 230 penem antiqui codam vocabant ...; et -i, quis calciamenta tergentur, quod e codis extremi⟨s⟩ faciebant antiqui, qui terge⟨re⟩nt ea. *cf. etiam infra l. 54 sqq.*). *scribitur*: paen- SEDVL. carm. pasch. 5, 255 (*codd. MT, saec. VII*), -cull- SCHOL. Ter. Bemb. Eun. 777; *ceterum in codd. med. aevi etiam* pinn- (*v. l. 50*), pign-, pin-, poen- *et* -col-. *de genere:? fem.* MARCELL. med. 7, 3 pinniculam (7, 7 pinniculum; *sc. scriptura et partim genere sec.* pinna *mutatis? v. Liechtenhan, Sprachl. Bemerkungen zu Marcell. Empir., 1917, 50*). *vix huc spectat vol. X 2, 729, 77 sqq.; neutr.* PAVL. FEST. *et* GLOSS.; *cf. p. 1074, 14.* *de notione*: FEST. p. 230 'peni pinxit bubulo' (*Naev. com. 102*) significat -o grandi, id est coda. PAVL. FEST. p. 208 -i (-a *var. l.*) spongiae longae propter similitudinem caudarum appellatae (*inde* GLOSS. spongia. *σπογγάριον*). *legitur apud* PLAVT., TER., FEST. *et inde a* MARCIANO, AMM., *in poesi non nisi apud* SEDVL.; *cf.* penicillus. [*it.* pennecchio. *cf. M.-L. 9702. Battisti-Alessio IV 2835. St.*] [*confunditur in codd. cum* penicillus (*v. p. 1071, 69*), *cum* periculum PAVL. FEST. p. 208 SIDON. epist. 7, 3, 1 ENNOD. opusc. 2, 2 p. 288, 9. *falso trad. pro* pediculus *p. 978, 14; e coni. pro* pinnaculum VITAE patr. Iurens. 72, *v. p. 1094, 29.*]

1 *i. q. instrumentum, quo quid detergetur vel inducitur* (*huc referri potest et l. 55, cf. p. 1072, 3*). *conficitur sive ex cauda (sc. saetis) sive ex spongia, cf.* penicillus (*materiam saetarum testatur* FEST. *l. 45, spongiae* PAVL. FEST. *l. 55* [*cf.* GLOSS.]; *liquore satiatur e. g. l. 69. p. 1074, 2; ad rem v. etiam Hug, RE XIX 1, 497; in comparatione l. 69. p. 1074, 2, in lusu verb. p. 1074, 6*): **a** *vario usu* (*in medicina p. 1074, 5, cf. l. 72*): PLAVT. Rud. 1008 te ..., itidem quasi -us novos exurgeri solet, ... exurgebo quidquid umoris tibist (penicillus *trad., corr. Guietus*). TER. Eun. 777 -on pugnare, qui istum huc portes, cogitas? (*postea*: sine sanguine hoc non posse fieri: qui abstergerem volnera? *explicat* SCHOL. Ter. Bemb. -um dixit ⟨spon⟩giam ⟨latinae, nam spongos graecae dicitur⟩ [*item spongiam intellegit* SCHOL. Ter. p. 109, 8; *inde* GLOSS.[L] V Aa PE 313. *al.*]). AMM. 15, 5, 4 -o serie litterarum abstersa solaque incolumi relicta subscriptione alter ... superscribitur textus. 19, 8, 8 *cento in puteum demissus* aquasque hauriens ad -i modum facile sitim ... exstinxit (*ipso -o potus praebetur*: SEDVL. carm. pasch. 5, 255 unus de plebe ... -o infusum calamo porrexit acetum [*sec. Matth. 27, 48, ubi* spongiam *ut op. pasch. 5, 21*]). PELAGON. 348 -um in fuste ligato, sic linas totum corpus (*inde Veg. mulom. 2, 153, 3* penicillo. *cf. Hippiatr. gr. I p. 269, 11 ξυλοσπόγγιον*). *apud* PLAVT. Men. *in lusu verborum cum nomine parasiti q. e.* Peniculus (*explicatur 77* iuventus nomen fecit Peniculo mihi, ideo quia mensam, quando edo, detergeo): 286 quem tu parasitum quaeris ... meum? :: Peniculum. :: eccum in vidulo salvom fero. 391 quis iste est -us? qui extergentur baxeae? (*cf.* FEST. *p. 1073, 45*).

b *in arte pingendi* (*cf. p. 1073, 54. fortasse pro arte ipsa l. 21; adhibetur in medicina l. 18*): **α** *proprie*: PLAVT. Mil. 18 legiones difflavisti spiritu quasi ventus folia aut -us tectorium (*trad.* -um, *corr. Ussing, sc.* tectorium *pro subst. accipiens*; paniculum *edd. plerique, sed v. supra p. 217, 76 sqq.*). MARCIAN. dig. 33, 7, 17 pr. pictoris instrumento legato cerae, colores ... legato cedunt, item -i *eqs.* (*cf. p. 1072, 29*). MARCELL. med. 7, 3 *medicamento* caput inlinito ... per -am pictoris (7, 7). SIDON. epist. 7, 3, 1 hac temeritate Apellen -o, caelo Phidian, malleo Polyclitum muneraremur (*antea*: silvis ligna transmittere). AVELL. 231, 12 quidam nobilis arte pingendi cum equum -o vellet explicare *eqs.* **β** *in imagine*: ENNOD. dict. 21, 2 p. 483, 20 -o fucata mendacii ... elocutio (epist. 1, 16, 5 p. 28, 6 si ficta sunt quae scribis et -o decorata m. *cf.* opusc. 2, 60 p. 306, 18 fallaciae -o depicta verba). 3, 24, 4 p. 89, 19 excusationem veritatis coloratam -o. opusc. 2, 2 p. 288, 9 *loquela* -o artis est colorata.

?**2** *i. q. pars vestis*: GLOSS. V 131, 16 -um: palleolum (paenula *pro* -um *dubitanter Goetz, sed cf.* peniculamentum).

deriv.: peniculamentum, ?peniculans, ?penicularis, penicillus.

cf. Onom.

pēnigena *v. p. 1097, 2.*

pēnis, -is *m.* (*cf. l. 40*). [*quamquam apud antiquos notione caudae adhibebatur* (*v. infra l. 62 sqq. 72 sqq. et cf.* pēniculus, pēnicillus, pēnītus), *tamen fort. e* *pes-ni-s (*cf.* FEST. p. 205 pesnis: pen[n]is, *nisi pertinet ad* penna) *ortum esse et cum gr. πέος, ind. vet.* pásaḥ (< *pes-os) *'membrum virile' coniungi potest (Walde-Hofmann II 281). ceterum confertur hethit.* píš-na *'vir' (Neu-Otten, Indog. Forsch. 77, 1972, 181 sqq.), cuius vocis suffixum item sono* n *formatum est, sed suffixum* -ni- *praebent etiam* pellis < *pel-ni- *aliaque vocabula partes corporis significantia. Fo.*] *de origine*: FEST. p. 230 dictus est forsitan a pendendo. *scribitur* poe- *in codd. med. aevi, e. g.* GLOSS. V 321, 57. *de genere: fem. falso testatur* EXC. Bob. gramm. I p. 553, 29 (*interpol.?*) haec -is *τὸ αἰδοῖον, perperam afferens* SALL. *p. 1075, 54.* *de formis: nom.* -e GLOSS.[L] II Philox. PE 71 (*cf. l. 48*), -es GLOSS. II 220, 18. *al.*, -ix GLOSS.[L] III Abol. PE 26. *al.; abl.* -i NAEV. com. 102, -e CATVLL. 15, 9. 25, 3 SALL. Catil. 14, 2 HOR. epod. 12, 8. *al.* *plur. non nisi* PAVL. FEST. p. 208. GRAMM. suppl. 297, 28 renes, -es, dies *eqs.* (*nisi sing. vel adv.* penes *intellegere mavis*). *de notione et differentia* (*cf. l. 61 sqq. 67*): PROB. app. gramm. IV 199, 31 sq. inter paene et -e hoc interest, quod paene adverbium significat, -e vero novissimam (fortissimam *var. l.*) partem corporis esse demonstrat (*inde* ISID. diff. 1, 477 turpissima [novissima *var. l.*] pars corporis). GLOSS. *αἰδοῖον, πρόσθεμα. κήδαλον.* natura, pudenda vel membrum virile. natura hominum. GLOSS.[L] Corp. P 297 res pudenda. 351 natura, pudenda, virilia. *al.* *legitur fere singulis vel binis locis apud* NAEV., CALP. hist. (*v. l. 72*), CIC., CATVLL., SALL., AVGVSTVM (*cf. p. 1075, 70*), HOR. epod., PRIAP. (*quinquies*), FEST., PHAEDR., PERS., MART. (*octies*), IVV., *al.* (*duodecies in* SCHOL. Iuv.). [*confunditur in codd. cum* pes PHAEDR. 1, 29, 7, *cum* panis HIER. in Am. 2, 4 l. 110; *restit. pro* poena ARNOB. nat. 5, 18 p. 272, 4 (*cf. l. 39*), penus GLOSS.; *falso trad.* PETRON. 136, 6 vers. 2, *pro* penes GLOSS.[L] I Ansil. PE 357. *dub.* CIL IV 1618 (prolibo pen(em) in ma(nu) *temptavi, v. Class. et Mediaev. 39, 1988, 217 sq.*; *προλείπω* pen(ates) inma(turus) *intellexit Wordsworth*).]

I *notione aetatis priscae propria i. q. cauda:* *notionem testantur*: CIC. fam. 9, 22, 2 caudam antiqui '-em' vocabant ... at hodie '-is' est in obscenis ([*cf. infra l. 74*]. *inde* FEST. p. 230 [*sim.* PAVL. FEST. p. 208] '-em' antiqui codam vocabant [id est veretrum *perperam addit* GLOSS.[L] V Abba PE 41 *sec. notionem sollemnem, cf. ibid.* 81]). *exstat unum exemplum, sc. de instrumento pingendi*: NAEV. com. 102 lares ludentis -i pinxit bubulo *Theodotus* (*locum explicat Fest. p. 1073, 54*).

II *notione sollemni et usu inde derivato*: **A** *proprie de membro genitali marium* (*falso et feminis tribuit* SCHOL. *p. 1075, 19, cf. p. 1075, 43; per prosopopoeiam p. 1075, 48; in compar. p. 1075, 16*): **1** *de colore et usu vocis*: CIC. fam. 9, 22, 2 (*antecedentia v. sub I*) at vero Piso ille Frugi in annalibus suis queritur, adulescentes '-i deditos' esse; quod tu in epistula appellas suo nomine (*sc. mentulam*), ille tectius '-em'; sed quia multi, factum est tam obscenum quam id verbum, quo tu usus es. FRONTO p. 146, 1 (*ad* SALL. *p. 1075, 54*) quod si ita haec verba ... dixisset 'quique

[Bruun]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-e ⟨manu, ventre⟩ ...' inaudita obscenitas ... appareret (*sc. ordine verborum inverso, antea*: postremum verbum, quamquam parum pudicum, non indecorum *est*). AVG. dialect. 7 (*item ad* SALL.) in illo *vocabulo* (*sc.* -e) turpitudo rei ... decore verbi significantis operitur, in hoc (*sc.* mentula) *autem* sensum utriusque (*sc. et vocabuli et rei*) deformitas feriret. *vox q. e.* -is *quamvis obscena tamen minus sordida fuisse videtur quam* mentula, *cf.* CIC. *et* AVG. *supra; ceterum eo apparet, quod* mentula *vitatur ab omnibus scriptoribus, cum* penis *praebeant* HIST. AVG. *l. 41 nec non* SCHOL. Iuv.; *nota etiam usum inscr. Pomp.* (-is *2/*mentula *18*) *et poetarum*: CATVLL. -is *2/*mentula (M-) *8*, HOR. epod. *1/-*, PRIAP. *5/26*, PERS. *2/-*, MART. *8/49*, IVV. *2/-*. *de aliis syn. et euphemismis, e. g.* fascinum, membrum, nervus, veretrum, verpa, *v. sub singulis vocibus et Adams, Latin Sex. Voc., 1982, 9 sqq.; cf. André, Vocab. latin de l'anatomie, 1991, 167 sqq.*

2 *exempla usum illustrantia*: **a** *in universum*: **α** *respiciuntur homines*: CATVLL. 15, 9 a te metuo tuoque -e infesto pueris ..., quem tu qua lubet ... moveto. 25, 3 cinaede Thalle, mollior ... -e languido senis ([*in serie comparationum*]. SER. med. 675. *cf. l. 19*). HOR. epod. 12, 8 *amatoris* -e soluto indomitam properat *vetula* rabiem sedare (PORPH. *cum* -is languit. *falso explicat* SCHOL. -em tam mulieris quam viri posuit). PRIAP. 37, 3 cum -is mihi forte laesus esset (*explicatur tabella votiva. antea*: pictum ... membrum ..., unde procreamur, *postea*: mentulam). PERS. 4, 35 hi mores! -emque arcanaque lumbi runcantem populo marcentes pandere vulvas. CE 231, 3 (*Pompeis*) non ideo tenuerunt *Vibii* in manu sceptrum pro mutunio itidem, quod tu factitas cottidie in manu -em tene(n)s (*cf. p. 1074, 59*). MART. 2, 51, 4 si quis nimio -e superbus erit. 3, 82, 17 *servus* domini bibentis ebrium regit -em. 6, 23, 1 stare iubes nostrum semper tibi, Lesbia, -em (*postea*: mentula). 7, 82, 1 Menophili -em ... fibula vestit (*cf.* 9, 27, 12 cuius *drauci* refibulavit turgidum faber -em. *ad infibulationem spectat et* SCHOL. Iuv. 6, 379 quos *circellos* tragoedi ... in -em habent, ut coitum non faciant, ne vocem perdant). 10, 55, 1 arrectum ... Marulla -em pensavit digitis *eqs.* 11, 74, 1. IVV. 6, 337 *omnes* noverunt ..., quae psaltria -em maiorem, quam sunt duo Caesaris Anticatones, *ad Bonam Deam intulerit, sc. Clodius* (SCHOL. Iuv. 6, 369. 11, 158). 9, 43 agere intra viscera -em legitimum (*cf. 34* longi mensura ... nervi). PORPH. Hor. epod. 8, 17 ('num minus nervi rigent') cum nihil te hoc adiuvare possit ad erigendum mihi -em. SACERD. gramm. VI 462, 3. ARNOB. nat. 5, 18 p. 272, 4 *deos Conserentis* scribit Flaccus in humani -is similitudinem versos obruisse ⟨se⟩ cineri ([*postea*: nervis]. 5, 28 p. 286, 6 *Bacchus* ramum validissimum ... humani speciem fabricatur in -is, figit super aggerem tumuli *amatoris sui* et ... insidit [*explicat consuetudinem paganam phallos subrigendi. cf. l. 60*]). HIST. AVG. Comm. 10, 9 habuit et hominem -e prominentem (prominente *pars edd.*) ultra modum animalium, quem onon appellabat (*cf. et l. 51*). SCHOL. Hor. epod. 8, 18 virilem -em fascinum dixit (*aut* virilem *per abundantiam dixit aut* -em *et mulieri attribuit ut supra l. 19*). SCHOL. Iuv. 3, 96. 6, 238 ('praeputia duxit') manu sua -em fricat sibi. 6, 375. 6, 513 ('obscaeno ... minori') minorem -em habet. 9, 32. 10, 205. MARCELL. med. 7, 20 ad loca vero pudenda, id est ad -em sive ad podicem. 33, 2. 33, 35 (*syn.* veretrum). *al.* *est quasi pro persona*: PRIAP. 83, 5 nec viriliter iners senile -is extulit caput (*unde in allocutione* 19 at, o sceleste -is, o meum malum, ... noxiam lues). **β** *respicitur animal, sc. asinus* (*cf. l. 42*): PHAEDR. 1, 29, 7 *asinus* demisso -e (*var. l.* pede) *ad aprum*: ... simile est hoc rostro tuo.

b *est quasi instrumentum libidinis*: CALP. hist. 40 -i deditos (*v. p. 1074, 72*). SALL. Catil. 14, 2 quicumque impudicus adulter ganeo manu ventre -e bona patria laceraverat. PERS. 4, 48 si facis, in -em quidquid tibi venit (*ludit cum locutione q. e.* in mentem venire). HIER. in Am. 2, 4 l. 110 avarus aurum, gulosus ventrem, libidinosus -em ... colit.

c *est insigne demonstrans vim genitalem, fertilitatem* (*cf. l. 37 sqq.*): **α** *de phallo Priapi* (*cf. infra l. 73*): CE 193 (*saec. I*) custos sepulcri -e destricto deus Priapus ego sum (*cf. l. 39*). MART. 6, 16, 1 tu qui -e viros terres et falce cinaedos. PRIAP. 6, 2 sum ligneus ... Priapus et falx lignea ligneusque -is. 18, 1. 40, 3 *pathica* cingit ... -em tibi, sancte, corona. INSCR. Suppl. epigr. Gr. II 533 (*in tit. biling., sub Priapi herma, saec. III; gr. periit*) ⟨posuit⟩ me Samius utroque in⟨tuentem, hunc en⟩ormem -em ut osten⟨derem orbi⟩. **β** *de phallo mimorum*: SCHOL. Iuv. 6, 65 ('longum') -em ut habent in mimo (*perperam, cum* longum *adv. sit, v. vol. VII 2, 1643, 69 sqq.*).

B *translate*: *de homine ipso, sc. pars pro toto* (*cf.* mentula *vol. VIII 783, 17 sqq.*): SVET. vita Hor. p. 46, 1 *Augustus Horatium* inter alios iocos 'purissimum (putissimum *Lambinus*) -e⟨m⟩' et 'homuncionem lepidissimum' appellat (*v. Fraenkel, Horace, 1957, 19 adn. 4*). *de poculo, sc. formam -is habente*: SCHOL. Iuv. 2, 95 ('vitreo bibit ille Priapo') in vitreum -em; quos appellant drillopotas.

deriv.: peniculus, 3. penitus.

cf. Onom. *Bruun.*

pēnīsus *v. supra p. 66, 62 sqq.* **penitē** *v. p. 1084, 5.*

1. ⁽ˣ⁾penitus *adv.* [*adv. eodem modo ac* funditus *e subst.* pen-(us *sim.*) *derivatum est et primo i. q. e parte interiore significavit, cf. l. 50 sq.; de suffixo* -tus *v. Leumann, Gramm. 1977, 500, de hypostasi q. d., per quam adi.* 2. penitus *ortum est, v. eundem p. 269. Fo.*] *de origine*: PROB. inst. gramm. IV 153, 7 *inter adverbia,* quae ex se fiunt (*sim.* CLEDON. gramm. V 22, 21). CLEDON. gramm. V 63, 21 'paene' *facit* '-s' (*cf. l. 49*). *v. etiam p. 1024, 5. 1064, 72. 1065, 3. 1071, 32.* *scribitur*: paen- VERG. georg. 2, 290 (*cod. M ut* 4, 43). Aen. 2, 487 (*cod. P*). 3, 673 (*cod. F*). LIV. 44, 39, 6 (*cod. V*). HIL. trin. 6, 39. 10, 2 (*cf. Smulders in praef. ed. p. 71* sq.*). *et saepius.* poen- CARM. de resurr. 138 (*cod. W saec. VII*). GREG. TVR. Franc. 2, 37 p. 86, 9 (*cod. saec. VII ex.*). *al.* *de nota* pñt *v. Lindsay, Notae Latinae § 222.* NOT. Tir. 21, 2. *de formis: compar. et superl. deesse dicit* DOSITH. gramm. 66, 16 (*de* CHAR. gramm. p. 246, 4 sqq. *et* DIOM. gramm. I 408, 7 *v. Barwick, Remmius Palaemon ..., 1922, 120 sq.*); *agnoscit* PRISC. gramm. III 502, 36. *formas exstantes v. sub* penite *p. 1084, 11 sqq.* *augetur saepe adverbiis*: CIC. Verr. II 2, 169 bene. Cluent. 4 tam (LVCAN. 4, 297 STAT. Theb. 4, 413). Mil. 68 ita (SVLP. SEV. dial. 2, 12, 1 EVSTATH. Basil. hex. 3, 5, 9). carm. frg. 11, 71 adeo (MART. 1, 89, 5). LVCR. 3, 273 prorsum. VITR. 8, 3, 2 alte. 8, 6, 14 nimium. *de mensura*: VLT. SYLL. gramm. IV 250, 10 -s constat tribrachy. PRISC. gramm. III 78, 1 *inter adverbia* in 'us' correptam *terminantia.* *de notione: v. infra, maxime l. 39 sqq. 48 sqq., ceterum p. 1079, 50. 53. 54. 56. 57. 70 sq.* *legitur singulis vel binis locis apud* PLAVT. (*v. l. 65*), PACVV., ACC., HOST., TRAG. inc., NAEV. IVN., Q. SCAEV., SISENNAM, RHET. Her., *deinde passim; frequentant* CIC. (*paene centies*), LVCR. (*28ies*), VERG. (*25ies*), AETNA (*13ies*), LVCAN. (*19ies*). SIL. (*21ies*), STAT. (*34ies*), TAC. (*19ies*), *postea e. g.* DECL. in Catil. (*sexies*), PEREGR. Aeth. (*septies*), AVG. (*fere 300ies*), COD. Theod. (*fere 90ies*) *et* Iust. (*fere 170ies*), SALV. (*75ies*); *contra singulos tantum locos praebent e. g.* CAES., NEP., PROP., PETRON., PLIN. nat., MART., *tres* TERT., *quattuor* CYPR. [*confunditur in codd. cum* pedibus AETNA 141 (*restit.* HIST. AVG. Prob. 20, 4), peritus VVLG. II reg. 14, 14 COD. Iust. 10, 49, 2. 12, 29, 3, 4. *al.; contextu lacunoso vel corrupto*: AETNA 182 EPIST. imp. inc. (CIL III 6866) 1; *vix recte vel falso trad.*: CIC. leg. 2, 57 SIL. 7, 516 FRONTIN. strat. 1, 4, 12. AVSON. 4, 1 p. 322 (*v. p. 1083, 58*); *e coni. dub.* SEN. suas. 6, 2.]

I *exempla notionem illustrantia: fuit primo adv. locale, sed magis magisque vergebat in adv. modale, qui usus facile oriri potuit e. g. iuxta verba amovendi sim. (v. IIC) vel cognoscendi sim. (v. IIB). utrumque agnoscunt* PRISC. gramm. III 502, 28 cuius significationis est? hic localis, alias qualitatis: significat enim 'prorsus' vel 'intima parte'. GLOSS.ᴸ II Philox. PE 72 *ἔνδον, παντελῶς.* *quantum e schedis nostris apparet, usus localis aetate posteriore rarus est, modalis longe praevalet, e. g. in* PEREGR. Aeth., VVLG., COD. Theod. *et* Iust. *vocem fusius tractavit Cavenaile, Les Études Class. 11, 1942, 27 sqq.; de singulis scriptoribus egerunt varii, cf. e. g. Janssen, L'expressivité chez Salvien ..., 1937, 83 sqq. et studia ibi p. 87 adn. 3 laudata.*

A *adv. locale*: **1** *usu sollemni ponitur cum respectu interioris vel imae partis, ut significet fere i. q. ex interioribus aut in interioribus aut in interiora. cf.* DOSITH. gramm. 62, 2 *ἐνδοτέρω*: -s. ISID. orig. 15, 4, 4 -s, hoc est 'pene intus'. GLOSS. *ἐνδοτέρω, κατὰ βάθος. ἔνδον.* intus. interius. introrsus. *adv. rarius respondet quaerenti 'unde?' (l. 65. p. 1077, 27. 54. 74. 1078, 10. 37. 57. al., cf. verba nonnulla sub IIC collecta), saepius quaerenti 'ubi?' (l. 68. 70. p. 1077, 6. 20. 56. 59. 1078, 55. 67 sqq. et saepe, cf. verba sub IID collecta) vel 'quo?' (l. 66. p. 1077, 21. 48. 57 sqq. 1078, 10 sqq. et saepe, cf. verba sub IIA et B collecta). iuxta verba percipiendi sim. nonnumquam non ad eum qui percipit, sed potius ad partem interiorem rerum perceptarum spectat, v. p. 1077, 22. 1079, 25. 30; per similem figuram explicari potest fort. p. 1078, 70. exempla, ubi* -s *ponitur iuxta alias voces locum indicantes, infra seorsum tractavimus, v. l. 73. p. 1077, 19. al.* (*exceptis illis, ubi talia iunguntur particula copulativa, e. g. l. 68. p. 1077, 15. 23. 33. 48. 69. 1078, 37. al.*). *disting. vel opp. ea, quae exteriora, superficiem sim. significant, e. g. l. 68. 1077, 72. 1078, 1. 20. 36. 48. 64. 1079, 25. 29. al.*

a *proprie et in imagine (ita p. 1077, 18. 36. 68. 1078, 17. 42); respiciuntur partes interiores*: **α** *domus, speluncae sim.*: Ⓘ -s *ponitur solum*: PLAVT. Pseud. 132 ipse egreditur -s (intus *pars edd., cf. vol. VII 2, 102, 43 sqq.*). NAEV. IVN. Cypr. II. frg. 2 penetrat -s thalamoque potitur (*sc. Paris Helenam adulterans?*). Q. SCAEV. Gell. 4, 1, 17 ex eo, quod non in promptu est, sed intus et -s habeatur, penus dicta est. LVCR. 4, 329 *quae* retro parte interiore latebunt ..., quamvis torte -sque remota *eqs.* CIC. nat. deor. 2, 68 *penates* -s insident. VERG. Aen. 2, 487 -s ... cavae plangoribus aedes femineis ululant. 8, 242 -s patuere cavernae *Caci.* MELA 1, 74 *specus* ducit ausos -s alteque admittit. GELL. 14, 6, 2 recondo me -s. *al.* Ⓘⓘ -s *ponitur iuxta alias voces locum indicantes*: LVCR. 6,1254 -s ... casā contrusa iacebant corpora *morientium.* LIV. 1, 40, 5 cum ... clamor ... -s in regiam pervenisset. SIL. 5, 20 *Thrasymennum* -s fovere sub antro Naides.

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

13, 422 -s ... abdita ... sedebat in antro (*sim.* STAT. Theb. 3, 613). IVVENC. 2, 760 adytis -s consistere regni.

β *terrae, rupium, saxorum*: Ⓘ -s *ponitur solum* (*exempla selecta inde a* VERG.): TRAG. inc. 154 aurum -s abditum. RHET. Her. 4, 6, 9 fontes ... -s absconditos. CIC. Verr. II 5, 68 (*de lautumiis*) saxo ... -s exciso. ac. 2, 122 terra -sne defixa sit ... an media pendeat. LVCR. 6, 698. 6, 809 terrai -s scrutantes abdita ferro. 6, 865 -s frigescit terra (sonitus *trad., corr. Lachmann*). VARRO ling. 5, 136 *rastris* -s eradunt terram. VERG. Aen. 1, 200 vos et Scyllaeam rabiem -sque sonantis accestis scopulos (*aliter* SERV.: aut 'valde sonantes' accessistis, aut 'valde accessistis', id est 'iuxta'). 8, 243 -s vi terra dehiscens. AETNA 118 esse sinus -s. VITR. 8, 6, 14 sin ... nimium venae *aquae* -s fuerint. SEN. Oed. 577 terra ... gemuit ... -s. nat. 6, 20, 3 liquore -s accepto. CVRT. 7, 3, 10 *quidam* vites et arbores ... obruunt -s (*sc. terra admota, ut* -s *indicet statum effectum*). COLVM. 3, 11, 3 non -s nec ⟨in⟩ profundum radices agunt, sed per summa terrae dispergunt. MELA 3, 62 aurum -s egestum. LVCAN. 4, 223 -s fugiente metallo. 9, 426 *Libyca terra* non aere neque auro excoquitur, ... pura et -s terra est. *al.* *in imagine*: QVINT. inst. 1, 3, 5 -s inmissis radicibus *scientiae.* Ⓘⓘ -s *ponitur iuxta alias voces locum indicantes*: PACVV. trag. 99 est ibi sub eo saxo -s strata harenā ingens specus. ACC. trag. 62 di ⌞in terram infernam⌟ -s depressum altis clausere specis (*Lindsay,* interdum inferam *trad.*). LVCR. 4, 268 duritiem -s saxi sentimus in alto. VERG. georg. 2, 290 altior ac -s terrae defigitur arbos. 4, 43 *apes* -s ... repertae pumicibusque cavis exesaeque arboris antro. AETNA 481 exustus -s venis ... umor *lapidis.* VITR. 2, 6, 1 (*de Vesuvio*) -s ignis et flammae vapor per intervenia permanans *eqs.* (*sunt qui adi. intellegant*). 2, 6, 6 -s ab imo ... adusto *saxo.* 8, 3, 2 *fontes* ab inferioribus locis -s orti. *ibid.* alte -s. COLVM. 3, 18, 4 -s in terram *deprimere.* MELA 2, 1 aurum terra -s egestum. 2, 83 piscem e terra -s erui. *al.*

γ *aquarum* (*respicitur profundum; quae spectant ad superficiem, regiones maris sim. v. sub δ*): Ⓘ -s *ponitur solum*: CIC. progn. frg. 3, 2 mare, cum subito -sque tumescit. SEN. contr. 2, 1, 13 ventis -s agitata sunt *maria.* MELA 3, 88 ut *lacus quidam* folia ... non innatantia ferat, sed pessum et -s accipiat. LVCAN. 3, 701 *ubi* -s deduxerat hostem, ... summas remeabat in undas. 5, 604 abstrusas -s ... harenas. 9, 312 plenior alto olim Syrtis erat pelago -sque natabat. VAL. FL. 5, 106 (*in imag.*) *navigantes insulam* cita -s condunt ... carina. SIL. 3, 53 vada ... -s permota. 17, 242. STAT. Theb. 8, 272 -s ... oceani mugire domum. 8, 361 -s cessere fugatae Nereides. *al.* Ⓘⓘ -s *ponitur iuxta alias voces locum indicantes*: ACC. trag. 401 Triton fuscina evertens specus supter radices -s undante in freto *eqs.* VARRO Men. 209 cetarios ... escendere in malum alte, ut -s per aquam perspiciant pisces. VERG. Aen. 9, 713 *saxea pila* -s ... vadis inlisa recumbit. LVCAN. 2, 668 *decidere* in fundum -s stagnantis Averni. STAT. Theb. 9, 363 *alcyon* -s ... occulta sub undis. silv. 3, 2, 32.

δ *regionum, locorum*: Ⓘ -s *ponitur solum*: LVCR. 2, 539 India ... *elephantis* munitur ..., ut -s nequeat penetrari. SEN. suas. 1, 4 rudis ... natura -s recessit, *sc. in oceanum.* MELA 1, 49 *Aegyptus* ab hoc litore -s immissa. 3, 74 *sinus Arabicus* init -s introrsusque (*item de sinibus maris*: TAC. Agr. 10, 6 mare ... influere -s *in Britanniam.* AVIEN. orb. terr. 141). STAT. silv. 3, 3, 27 (*de Orco*) -s via longa patescat. 4, 4, 6 qua -s stagnum ... coercet ripa (*nisi ad β vel γ, cf. Coleman, 1988, ad l.*). TAC. Germ. 41, 1 *Hermunduris* non in ripa *Danuvii* commercium, sed -s atque in ... provinciae colonia. Ⓘⓘ -s *ponitur iuxta alias voces locum indicantes*: LVCR. 6, 723 exoriens -s media ab regione diei (*sc. Nilus ut* 6, 735 -s de montibus altis crescat). 6, 1141 *morbus* -s veniens Aegypti finibus ortus. POLLIO Cic. fam. 10, 33, 3 -s in Lusitania legiones ... conlocaram (*cf. iuxta* in *c. acc.*: NEP. Alc. 9, 1 -s in Threciam se ... abdidit. VERG. Aen. 12, 256 in nubila fugit *aquila.* LIV. 27, 20, 8. 37, 23, 1 *promunturium* prominet -s in altum [*cf. 2aβ*]. 44, 39, 6. *al.* MELA 2, 16. *al.*). VERG. Aen. 6, 679 -s convalle virenti inclusas animas *mortuorum* (*sed* SERV.: valde virenti). 12, 263 *Aeneas petet* fugam -sque profundo vela dabit. LIV. 36, 17, 11 intra (*sc. rupes*) -s retractis castris. MANIL. 4, 615 (*de Hellesponto*) ⌞-s ... freto⌟ ... truditur invitum *mare* (pontus ... fretum *codd.*). SEN. dial. 6, 3, 1 *Drusus* intraverat -s Germaniam. GELL. 12, 13, 18 quae *insulae* -s esse intra aequora ipsa oceani dicuntur. *al.*

ε *corporis* (*sc. animantium; equi lignei l. 70*): Ⓘ *proprie*: Ⓐ -s *ponitur solum* (*exempla selecta inde a* SEN.): LVCR. 2, 948 -s motus vitales impediuntur. 3, 273 -s prorsum latet haec *quarta* natura subestque (*quasi in imag., cf. Bailey, 1947, ad l.*). 3, 582 ex imo -sque coorta ... animae vis *morientis emanat.* VERG. Aen. 2, 19 -s ... cavernas *equi lignei* ... uterumque armato milite complent. 12, 390 teli ... latebras rescindant -s (*item respicitur vulnus*: CELS. 5, 26, 7 interest ..., vulnus in summa parte sit an -s penetraverit. SEN. dial. 1, 6, 9 vulnere -s impresso). Ov. met. 2, 753 -s traxit suspiria (*item* SIL. 1, 530. *cf.* STAT. Theb. 12, 713 aera ... -s ... ducens). CELS. 3, 1, 5 morbus cum -s insedit (*item de morbo sim.*: 5, 26, 31[E]. 6, 15, 1 [*disting.* in summa parte *et* paulo altius]. APVL. apol. 51, 3 SER. med. 289). 5, 28, 11[D] -s ... condita suppuratio est. SEN. Ag. 891 *Aegisthus* haurit ... dextra latus nec -s egit: vulnere in medio stupet (*cf.* Tro. 49 -s actum *ferrum.* 1155 Thy. 722). Oed. 356 (*de extis*) cor marcet aegrum -s. CVRT. 7, 5, 5 *aestu* ora visceraque -s uruntur. APVL. met. 8, 22, 7 *formicae* morsiunculis -s inhaerentes, *sc. corpori.* TER. MAVR. 260 *litteras* aliquas faucibus exilire ab imis, *γάμμα* ut -s ... sonat. *al.* Ⓑ -s *ponitur iuxta alias voces locum indicantes*: SISENNA Miles. frg. 9 ut eum -s utero suo recepit. LVCR. 3, 585 -s ... mota loco sunt fundamenta *corporis morientis.* 4, 547 -s voces ... corpore nostro exprimimus *eqs.* 6, 594 frigus ... -s cum venit in artus (STAT. silv. 1, 4, 56. *cf.* SIL. 7, 626 -s ... in viscera adegit ferrum. STAT. Theb. 10, 124 in ... oculos -s. CLAVD. 18, 52). Ov. epist. 11, 41 ut -s nostris ... visceribus crescens excuteretur onus. fast. 5, 403 -s ... recepta ossibus et toto corpore pestis *veneni* erat. SIL. 1, 173. 6, 273 alvo -s demersa phalarica sedit. STAT. Theb. 8, 533. MARCELL. med. 1, 71 naribus -s *medicamentum obstipare.*

ⓘⓘ *in imagine* (*notabiliora selecta*): Ⓐ *spectat ad sedem affectuum, animum, mentem* (*cf. etiam l. 51 sqq.*): CATVLL. 66, 23 quam -s maestas exedit cura medullas (*cf.* SEN. Herc. O. 450 *amor* -s sedet fixus medullis. Phaedr. 282 non habet ... plaga frontem, sed vorat tectas -s medullas. APVL. met. 8, 7, 7 in pectore, immo vero -s in medullis *lugere* [*opp.* vultu]. CLAVD. 28, 78). VERG. Aen. 6, 737 -s ... necesse est multa *vitia* diu concreta ... inolescere. 7, 374 -s ... in viscera lapsum ... malum. CIRIS 164 -s concepit in ossa furorem. GELL. 1, 15, 3 sententiarum -s conceptarum altitudinem (*antea*: non ex ore, sed ex pectore). CARM. de resurr. 36 *euangelii imbrem* in animas hominum -s ultroque fluentem. BOETH. cons. 4 carm. 3, 37 *venena* -s meant ... *et* mentis vulnere saeviunt. Ⓑ *spectat ad varias res*: CIC. Catil. 1, 31 periculum ... residebit et erit inclusum -s in venis atque in visceribus rei publicae. LVCAN. 1, 31 nulli -s descendere ferro contigit, *sc. in viscera Romae.* GELL. 18, 4, 2 *non* primam tantum cutem ... sententiarum, sed ... medullam verborum ... eruere atque introspicere -s. PRVD. c. Symm. 1, 17 (*de moribus*) latebram tabentis vulneris alte inpressam -sque ... peresam. CLAVD. 19, 13 abluto -s respirant nomine *Eutropii* fasti.

ζ *quarumlibet rerum*: Ⓘ -s *ponitur solum*: LVCR. 1, 529 corpora (*i. atomi*) ... *non* possunt ... -s penetrata retexi (*opp.* extrinsecus icta). 1, 537 res ... *igni* -s temptata. 4, 73 *res emittunt corpora* ex alto -sque (*opp.* de summis. *sim.* 4, 199). 4, 270 *imago in speculo* -s semota videtur. Ov. am. 1, 12, 11 minio -s medicata *cera.* LIV. 21, 36, 8 iumenta ... nivem ... -s perfringebant. VITR. 2, 3, 2 *lateres* possunt -s siccescere (*inde* CET. FAV. 10 p. 296). 2, 9, 9 *aesculus* recipiens -s per foramina liquorem. *al.* *in imagine*: LVCR. 1, 145 praepandere lumina menti, res quibus occultas -s convisere possis. MANIL. 2, 766 eruta ... abstrusā -s caligine fata. QVINT. inst. 6, 2, 25 -s ipsa huius, *sc. nunc tractandi,* loci aperire penetralia. Ⓘⓘ -s *ponitur iuxta alias voces locum indicantes*: LVCR. 4, 695 -s fluere atque recedere rebus odores. 6, 1037 -s qui in ferrost abditus aer (VITR. 2, 9, 12 liquor, qui inest -s in corporibus *arborum.* AVIEN. Arat. 1779 fomes in igni marcescit -s [*disting.* summa *et* interius; *gr. 1043 ἔνδοθεν*]). APVL. apol. 16, 3 quando se imago eodem speculo tum recondat -s, tum foras exserat.

b *translate*: α *spectat ad sedem affectuum, animum, mentem* (*cf. supra l. 17 sqq.; saepe iuxta verba insidendi, inferendi [v. sub IIA et D]; iuxta verba sentiendi e. g. l. 55. 64, fere i. q. ex animo l. 57. 70*): Ⓘ -s *ponitur solum* (*specimina paucissima*): CIC. S. Rosc. 53 amorem illum *paternum* -s insitum. Cluent. 171 hunc ... acerbe et -s oderat. leg. 1, 26 -s reconditos mores *in ore effingere.* carm. frg. 27, 1 cor ... meum -s turgescit tristibus iris. Q. CIC. Cic. fam. 16, 8, 1 te -s rogo, ne *eqs.* HOR. carm. 1, 13, 8 quam lentis -s macerer ignibus. SEN. contr. 2, 6, 13 sententias ..., quae auditorem diligentem -s adficerent, ... neglegentem transcurrerent. SEN. Thy. 261 tumultus pectora ... quatit -sque volvit. SIL. 9, 460 *Pallas ira* ignescens -s. STAT. Theb. 9, 629 (*Atalanta somnio territa*:) cur -s, ... cur -s magnoque interpretor omine quercum? QVINT. inst. 6, 2, 33 *Vergilius* -s ultimi fati ⟨con⟩cepit imaginem. TAC. ann. 1, 52, 2 multa ... memoravit *Tiberius,* magis in speciem verbis adornata quam ut -s sentire crederetur. GELL. 7, 16, 13 quod ... -s deperiret *Catullus Lesbiam. al.* Ⓘⓘ -s *ponitur iuxta alias voces locum indicantes*: CIC. Verr. II 5, 139 *causa* in animo sensuque meo -s adfixa atque insita (Balb. 4 insederit. GELL. 15, 2, 5 inessent. *iuxta dat. vel abl.* animis, animo: CIC. Catil. 1, 27 ea -s a. vestris mentibusque mandate. har. resp. 55. QVINT. decl. 267, 2 -s animis ac mente impetrasse [*i. ex imo animo vestro, cf. p. 1076, 55; lacunam suspic. Leo*]. TAC. Agr. 45, 4. PLIN. epist. 1, 5, 11 a. meo -s *haerere.* paneg. 62, 2). har. resp. 57 *dedecora* in eo *Clodio* -s defixa atque haerentia. Mil. 68 tibi ita -s ... suspicio *inhaeret* (*item iuxta dat. pers.*: MART. 1, 89, 5 -s sedit ... tibi morbus *animi.* TAC. 15, 5, 3 infixum erat). de orat. 2, 122 quod non in memoria mea -s insederit (*cf.* QVINT. inst. 10, 1, 19 memoriae -s adfigere).

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Tusc. 3, 3 poetae ... ediscuntur et inhaerescunt -s in mentibus (*cf.* CATVLL. 62, 14 -s ... tota mente laborant. QVINT. inst. 2, 7, 3 mente -s *accipere.* 12, 1, 25 virum ... artes -s mente complexum). *al.* OV. epist. 19, 156 o -s toto corde recepte mihi, *Leandre.* SEN. Med. 903 -s ... pectore ex imo impetus ... hauri (*cf.* INSCR. christ. Diehl 417, 2 coniunx ... toto -s pectore fixa meo). QVINT. decl. 321, 23 quae *via* -s in cogitationibus sedeat. APVL. met. 5, 8, 2 ut ... praecordiis -s nutrirent invidiam.

β *spectat ad alia*: Ⓘ -s *ponitur iuxta alias voces locum indicantes*: CIC. Verr. II 2, 169 bene -s in istius *Verris* familiaritatem sese dedit *quidam* (ad Q. fr. 1, 1, 15 qui in tuam f. -s intrarit. *cf.* Cluent. 36 se ... in Asuvi consuetudinem -s immersit). Font. 43 introspicite -s in omnis rei publicae partes (*cf.* Sull. 11 nondum -s in re p. versabar. prov. 40). Manil. 7 quae *macula* -s iam insedit ... in populi Romani nomine. de orat. 1, 87 haec ... esse -s in media philosophia retrusa atque abdita (*cf.* leg. 1, 17 -s ex intima philosophia *haurire*). 1, 96 ut ... -s in eam ipsam ... disputationem paene intumam perveniretis. 2, 149 ut *animus* -s insinuet in causam (Att. 7, 12, 3 demittamne me -s in c. *Pompeianorum*? *cf.* de orat. 2, 319 *principium orationis* -s ex ea causa, quae tum agatur, efloruisse). ac. 2, 32 *natura* in profundo veritatem ... -s *abstrusit.* MANIL. 4, 877 in ... ipsos -s mundi descendere census, *sc. mente.* VAL. MAX. 4, 1 ext. 1 se Pythagorae praeceptis ... -s inmergit. MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 20 (*ad Ioh. 1, 1*) Romani *πρὸς τὸν θεὸν* 'apud deum' dicunt quasi '-s intus', id est 'in dei existentia'. AMM. 21, 14, 1 nondum -s mersus in somnum. Ⓘⓘ -s *ponitur solum: spectat ad arcana dei, deorum* (*cf. l. 22*): MANIL. 4, 309 -s ... deus (*i. natura caeli*), non fronte notandus (*cf. Bühler, Hermes 87, 1959, 479*). STAT. Theb. 4, 413 *auspiciis sim.* deos non ... tam -s, ... quam ... manes elicitos patuisse refert *Teiresias.* MAR. VICTOR. aleth. praef. 17 tu mens et sacrae -s substantia mentis. *cetera exempla*: GELL. 2, 12 tit. lex ... speciem habens primorem iniquae ... legis, sed ad usum et emolumentum salubritatis -s reperta. BOETH. in herm. comm. sec. 6, 13 p. 444, 2 *ut* -s atque altius sit veritas constituta.

2 *usu peculiari vel deflexo*: **a** *ponitur iuxta praepos.* ad (*cf.* -s in *e. g. p. 1077, 56 et* usque ad): α *iunctura significare videtur locum fere remotum vel abditum, quem quis attingit* (*respectu interioris partis saepius evanido vergit in notionem q. e. longe [cf. b] vel in vim modalem, ut sit fere i. q. prorsus* [*v. maxime* TAC. hist. *et* CENS.]): CATVLL. 95, 5 *carmen* Zmyrna cavas Satrachi -s mittetur ad undas. CAES. Gall. 6, 10, 4 Suebos ... -s ad extremos fines se recepisse. LIV. 10, 2, 4 *Cleonymus Hadriam navigans* -s ad litora Venetorum pervenit. 28, 1, 2 Hasdrubal ... ad Oceanum -s Gadesque concesserat (*sim.* 28, 2, 15). CELS. 5, 28, 14[D] radicula ..., quae -s descendit ad carnem. TAC. hist. 2, 12, 1 possessa ... maiore Italiae parte -s usque ad initium ... Alpium. ann. 2, 56, 1 *Armenia gens* -s ad Medos porrigitur. CENS. 1, 4 (*in imag.*) *animi opes,* quae ad deorum ... aeternitatem -s accedant. *dub. an huc pertineant*: APVL. met. 1, 13, 6 *saga* immissā dexterā per vulnus illud ad viscera -s cor ... scrutata protulit (*sunt qui* -s *cum sequentibus iungant*). EPIST. Alex. p. 194, 11 si me ... in Bactriacen perduxissent ⌊-s⌋ ad abditos Seres (⌊ ⌋ -sque remotos *var. l.*). β *iunctura indicat, quorsum aliquid promineat*: SIL. 14, 72 (*de promunturio*) versi -s Pelopea ad regna Pachyni ... saxa (*cf. p. 1077, 58*).

b *solum positum vergit in notionem q. e. longe, procul* (GLOSS. longe. *non nisi apud poetas, sc. fere epicos; huc fort.* CIC. carm. frg. 3 longe -sque): VERG. ecl. 1, 66 veniemus Oaxen et -s toto divisos orbe Britannos (*nisi ad B, cf.* SERV. -s: omnino). Aen. 1, 512 *partem Teucrorum* turbo dispulerat -sque alias avexerat oras (SERV. longe ... remotos). 1, 536 *Troes* nimbosus Orion ... -s ... procacibus austris perque undas ... perque invia saxa dispulit. 6, 59 -s ... repostas Massylum gentis (SERV. longe remotas, avias). 9, 1 ea diversa -s dum parte geruntur *eqs.* (SERV. valde diversa, id est longius remota). 11, 623 *Troiani* fugiunt -sque datis referuntur habenis (*alii cum* datis *iungunt, ut spectet ad B; simili ambiguitate*: LVCAN. 9, 490 [*interpol.?*] *ventus* saxa tulit -s discussis proruta muris). VAL. FL. 5, 166 -s ... recusso aequore. STAT. Ach. 2, 20 alno insiluit -sque ... propinquis abripitur terris. 2, 92 longas -s quaesisse per undas Scyron. CLAVD. 3, 240 -s regione remotas ... ire vias (*sim.* carm. min. 30, 84). *iteratur*: OV. met. 2, 179 summo despexit ab aethere terras ... Phaethon -s -sque patentes (*sc. geminatione intensiva, cf.* longe longeque *vol. VII 2, 1651, 64 sqq.; alii situm imum remotumque respici putant, cf. var. l.* iacentes).

B *adv. modale, quod indicat aliquid agi vel fieri ita, ut plene perficiatur, nihil excipiatur vel relinquatur; est fere i. q. radicitus, funditus, unde abiit in notionem q. e. prorsus, omnino* (*cf.* PRISC. gramm. III 87, 27 *adverbia* intentiva, ut 'valde, nimium, prorsus, -s, omnino'. GLOSS. *καθ' ὅλου. παντάπασιν. παντελῶς*): **1** *praemonenda varia de usu et notione: ponitur saepe iuxta verba amovendi sim. (v. IIC) vel iuxta voces negatas, negationes sim. (v. 3a et 4 et e. g. p. 1082, 75 sqq. 1083, 13 sqq.); ceterum saepe occurrit iuxta adi.* omnis, totus *sim., v. maxime sub 3b, addas p. 1080, 20. 23 et* CIC. de orat. 1, 53 Brut. 306 Tusc. 5, 5 VERG. Aen. 8, 148. 9, 141 VAL. MAX. 8, 7, 6 SEN. Herc. f. 351. *al.* *in notionem q. e. acute vel diligenter vergit iuxta verba inspiciendi, cognoscendi (v. IIB), ceterum e. g.* VAL. FL. *l. 24.* TERT. *l. 26.* *fere pro syn.*: funditus CIC. nat. deor. 1, 119 (*cf. 118*). RVFIN. hist. 4, 2, 5, prorsus *l. 38.* GREG. TVR. glor. conf. 108 p. 817, 21, ex toto OPTAT. 7, 1 p. 163, 17, omnino HIL. in psalm. 64, 11 OROS. apol. 31, 5 sq., ex omni parte *l. 30.* *in versionibus respondent varia* (*pauca selecta; v. etiam l. 43. 50. 73. p. 1081, 14. 21. 25*): HIER. hom. Orig. in Ier. 11 p. 668[A] -s ei non credunt (*Migne gr. 13, 413[B] τέλειον ἀπιστοῦσι. cf.* CONC.[S] I 2 p. 104, 28 ut nullum laborem -s sustineret [*gr. I 1, 4 p. 16, 17 παντελῶς, alia vers. I 5 p. 335, 2* omnino]. I 3 vers. Tur. p. 129, 22 -s destruet [*gr. I 1, 7 p. 97, 15 εἰς τέλος*]. *sim. al.*). hom. Orig. in Luc. 21 p. 126, 9 -s excludendus (*gr. πάντῃ ut* CONC.[S] II 2, 2 p. 38, 7 -s amputatur [*gr. II 1, 2 p. 161, 25. aliae vers. p. 58, 23 et 101, 30* omnino]. *al.*). *al.* *disting. vel opp.*: sensim *l. 20,* modice. *l. 27.* POMP. gramm. V 164, 10, ex parte *l. 31. 47.* PELAG. in II Cor. 2, 5 p. 239, 20. *al.*

2 *pertinet ad verbum vel ad totum enuntiatum* (*specimina paucissima; huc spectant pleraque sub IIC collecta*): HOST. carm. frg. 7 obit -s (*contextus deest*). CIC. Arch. 2 ne nos quidem huic uni studio, *sc. oratoris,* -s umquam dediti fuimus. fin. 1, 49 se ipsos -s perdiderunt. ac. 1, 28 materiam ipsam totam -s commutari. off. 2, 27 sensim hanc consuetudinem ... iam antea minuebamus, post vero Sullae victoriam -s amisimus. Att. 1, 17, 6 vidi enim, vidi -sque perspexi *eqs.* fam. 5, 13, 3 rei publicae -s diffidere. LVCR. 1, 226 *aetas* -s peremit ... materiem omnem. VAL. MAX. 1, 8, 1 hostiles copias -s fuderunt (*sim.* 3, 2 ext. 5). VAL. FL. 3, 377 -s causas ... docebo. STAT. Theb. 6, 884 -s fractum obtritumque cadaver. TERT. castit. 9, 1 si -s sensus eius *Pauli* interpretemur. PANEG. 4, 9, 3 quod *prudentia tua* ... cupiditates vel exstingueret -s vel modice temperaret. EVTR. 10, 17, 2 ea pacis condicio non -s reprehendenda foret, si *eqs.* HIL. in psalm. 64, 11 volentes desinere nec -s desinentes. HIST. AVG. trig. tyr. 3, 10 qui possit -s approbari. HIER. hom. Orig. in Ier. 9 p. 650[A] qui -s a pietate discedunt et ex omni parte religioni adversantur. in Is. 17, 60, 1 l. 97 ex parte completa et -s explenda. *et saepe.*

3 *pertinet ad adi. vel adv.* (*iuxta compar. l. 55, iuxta superl. l. 49. 55 sqq.*; -s notus *v. sub IIB*): **a** *varia* (*multis inest vis negativa, privativa, peiorativa*): α *exempla certiora*: VARRO ling. 8, 64 *'alpha', 'beta' eqs.* non esse vocabula nostra, sed -s barbara. VAL. FL. 1, 668 di, quibus ... magno -s par regia caelo. DECL. in Catil. 30 quam *lucem ingenii* ... singularem atque inusitatam -s arbitrabantur. 93 deliram -s ac prorsus caecam. VLP. dig. 13, 7, 11, 3 (*interpol.?*) hae *usurae* -s illicitae sunt. 38, 17, 2, 26 -s egenis filiis (AVG. serm. 47, 30 l. 959 dives ...; vidua ...; pauperior ...; -s pauper et e.). SOL. 30, 33 *non* -s invictus. ARNOB. nat. 7, 19 inferorum -s cassum esse nomen et vacuum. EVTR. 10, 3, 2 civilitatis -s expers (AMM. 14, 9, 5. EVSTATH. Basil. hex. 3, 5, 9 [*gr. παντάπασιν*]. *al.*). HIL. trin. 10, 2 l. 33 -s ab auditu veritatis alieni (FILASTR. 152, 4 COD. Theod. 7, 2, 2. AMM. 22, 9, 12 originis -s alienae. *al.*). VEG. mulom. 2, 125, 1 insanabilis -s. HIER. epist. 57, 2, 2 -s ignarus (RVFIN. Greg. Naz. orat. 9, 9, 2. *al.*). hom. Orig. in Ier. 9 p. 649[B] vina ... non -s meraca, sed ex parte aliqua temperata (*gr. p. 87, 21 οὐκ ἄκρατον tantum*). SVLP. SEV. dial. 2, 10, 5 miseri -s et stulti. POMP. gramm. V 145, 3 frequenter -s. 204, 24 apertissime -s. PALLAD. hist. mon. I 2 p. 257[C] -s deserta ... loca (*gr. p. 25, 3 ἡ πανέρημος*). PRISC. gramm. III 31, 2 non -s irrationabiliter. CE 1437, 1 sanctorum exuviis -s confine sepulchrum. *al.* β *exempla ambigua, sc. quae etiam sec. A explicari possunt* (*sive incertum est, quo* -s *pertineat, sive etiam cum adi. iunctum vi locali intellegi potest*): PROP. 1, 16, 17 ianua vel domina -s crudelior ipsa. LIV. 6, 28, 2 Philippum ... ad intima -s regni abisse (*cf.* SIL. 4, 685 imo -s de gurgite tractos ... latices). VELL. 2, 27, 1 dux Samnitium, vir ... -s ... Romano nomini infestissimus. SEN. Phaedr. 933 in *terrae* recessu -s extremo abditus. STAT. silv. 2, 4, 18 auditas ... memor -s dimittere (dem- *var. l.*) voces sturnus. CYPR. ad Donat. 3 alta haec *vitia* et profunda -s radice sederunt. HIL. hymn. 1, 22 -s credulus.

b totus -s, omnis -s *sim.* (*intercedunt aliae voces l. 69; quaedam etiam ad 2 trahere possis, e. g.* LIV., DECL., ARNOB.): LIV. 8, 9, 11 terror ... signa primo Latinorum turbavit, deinde in totam -s aciem pervasit (HIST. AVG. Gall. 3, 1 toto -s orbe terrarum [*item* Claud. 6, 3 Aurelian. 37, 7. 41, 7 CONST. Sirmond. 8]. PS. VIGIL. THAPS. trin. 1, 31 in toto -s libro. *al.*). DECL. in Catil. 85 o crudelissimum hominem et ab omni -s humanitate derelictum (ARNOB. nat. 1, 20 ab omni -s coetu exterminare mortali. HIST. AVG. Valer. 6, 7 de omni -s orbe. Prob. 15, 3. OROS. hist. 5, 16, 4 ex omni -s exercitu. POMP. gramm. V 301, 20 omnes ... sic legunt -s. PRISC. Anast. 243 omni -s ratione. *et saepius*). COD. Theod. 11, 1, 23 a cunctis -s (SALV. eccl. 2, 70). SVLP. SEV. dial. 3, 7, 2 universam -s liberavit ... regionem (SALV. gub. 7, 67). EVSTATH. Basil. hex. 3, 5, 7 integra -s defectione (*gr. ἐν τῇ παντελεῖ*).

4 *pertinet ad negationes, pronomina negata* (*sc. negationem confirmans; ex contrario negatione ipsum* -s *negatur e. g. l. 28. 47*): **a** -s non

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*ordine inverso l. 7. 13*): PAVL. dig. 37, 2, 1 (*interpol.?*) nomen ... ita deletum ..., ut -s legi non possit (SERV. gramm. IV 430, 20 -s non possunt ... intellegi. VEG. mulom. 2, 88, 1 HIER. in Ier. 5, 66, 10. *al.*). LACT. inst. 2, 9, 17 rationem -s non videbant. PEREGR. Aeth. 6, 1 via ... illic -s non est (AVG. c. epist. fund. 40 p. 246, 17. *al.*). 19, 7 civitas aliam aquam -s non habet (HIER. in Gal.* 5, 18 p. 413[C]. POMP. gramm. V 221, 13 *id* omnino non habet rationem -s. *al.; cum negatione abundanti*: ANTHIM. 77 buter ... sale nec -s non habeat). COD. Theod. 3, 30, 6, 1 usurae -s non petantur. SERV. Aen. 1, 11 deos humana -s non curare. VEG. mulom. 1, 28, 5 fracturas ... uri -s non debere (FAVST. REI. grat. 1, 16 p. 50, 11. *al.*). HIER. epist. 28, 2, 2. AVG. civ. 10, 28 p. 446, 25 inde ... abscedant aut eo -s non accedant. ARNOB. IVN. ad Greg. 1 p. 385, 23 gradum -s in totum non figas. VICT. VIT. 2, 60 utique non ... -s. VITAE patr. 5, 15, 26 -s non comedo (*gr. Cot. p. 534[B] var. l. οὐδὲ ὅλως, Paschas. verba patr. 36,1* nullo umquam cibo reficior). *et persaepe.* **b** -s nullus *aut* nullus -s (ullus *c. negatione l. 24 sqq.*): COD. Theod. 14, 4, 1 vacatione nulli -s tribuenda. PEREGR. Aeth. 20, 8 -s nullum Christianum inveni, sed totum gentes sunt. PASS. Thom. 5. HIER. epist. 51, 1, 5 (*Epiphan.*). VVLG. Esth. 13, 7 (*adnotatio Hieronymi*) apud nullum -s ... interpretum. RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 15, 4 deitatis substantiam in nullo -s separare (CONC.[S] II 3, 2 p. 106, 22 in n. -s discordare [*gr. II 1, 2 p. 94, 18 τὸ σύνολον*]. PAP. Tjäder 34,63 [*a. 551*]. *al.*). CASSIAN. c. Nest. 3, 7, 6 nullam omnino -s ... esse distantiam. CASSIOD. Ios. antiq. 4, 127 nulla pestis -s (*gr. παντελής*). *et persaepe, e. g. plus vicies in* COD. Theod. *cf.* RVFIN. hist. mon. 1 p. 400[D] nec ullo -s sermone respondens (CASSIOD. Ios. antiq. 2, 7 [*gr. ὅλως*]. *al.*). SALV. gub. 3, 47 sine ulla -s reverentia (COD. Iust. 1, 2, 14, 1 [*a. 470*]. 1, 49, 1, 5 [*a. 475*]).

adipes, quibus pectus obvolvitur, et -a (-ae *var. l.*) iecoris offeruntur (*ad lev. 7, 30 sq. spectare videtur; cf. additamentum codicum aliquot in* VVLG. lev. 3, 16 *vel* 17 adipes, quibus pectus advolvitur et -ae iecoris *eqs.*). 64, 1, 4 (*spectat ad lev. 3, 15 vel 7, 4 simulque ad vocis notionem propriam*) voluptas et concupiscentia ... consistit in iecore; huius -am in diversa volitantem et per oculorum fenestras erumpentem foras sacerdotes offerunt deo.

γ *alia*: PS. SORAN. quaest. med. p. 366, 27 (*nasus describitur*) quae ... dextra laevaque sunt, -ae vocantur (*item* ISID. orig. 11, 1, 48, *addens*: ab alarum similitudine. *cf. p. 1094, 25*). ISID. orig. 11, 1, 46 -a summa pars auris, ab acumine dicta; pinnum enim antiqui acutum dicebant (*sim.* GLOSS. V 576, 2 GLOSS.^{L} I Ansil. PI 159).

b *de ora, lacinia vestimenti*: VET. LAT. I reg. 15, 27 (Aug. civ. 17, 7 p. 220, 12) tenuit Saul -am diploidis eius *Samuelis abeuntis* et disrupit eam (*cf.* 24, 6 [Aug. civ. 17, 6 p. 218, 26] abstulit -am chlamydis [*gr. et alias vers. v. p. 1091, 43 sqq.*]).

c *de herba pinnae simili* (*ad rem v. El Ghamrawi, Lexikogr. Studien über die latein. Pflanzennamen, Diss. München, 1967, 26 sq.*): DIOSC. gr. Vind. 4, 134 (*inter nomina herbae q. e. ἀδίαντον vel καλλίτριχον, cuius folia ὅμοια πτέριδι sunt*) Ῥωμαῖοι κιγκινάλις, οἱ δὲ πίννουλας. 135 (*inter nomina herbae q. e. ἀδίαντον ἕτερον*) Ῥωμαῖοι καπιλλάρεμ, οἱ δὲ πίννουλαμ.

?**pinnus,** -a, -um. *fortasse fictum a grammaticis ad explicandam vocem* bipennis (*ubi v. plura*). *in codd. et* pi- *et* pe- *invenitur. i. q. acutus*: QVINT. inst. 1, 4, 12 a '⌞-o⌟', quod est acutus, securis utrimque habens aciem 'bipennis' *derivata est* (⌞ ⌟ *sic cod. A,* pinna *vel* penna *ceteri*). CASSIOD. in psalm. 73, 5 -um ... antiqui acutum dicebant (*item* ISID. orig. 11, 1, 46, *addens*: unde et bipinnis et pinna [*sim.* 19, 19, 11. *inde* GLOSS.^{L} I Ansil. PE 410 *et* CE 365, *ubi trad.* cennum]. *sim.* GLOSS.^{L} IV Plac. B 11. V Abba BI 41. GLOSS. V 576, 2. 608, 31). ISID. orig. 17, 7, 31 pinus arbor ... ab acumine foliorum vocata; -um enim antiqui acutum nominabant. GLOSS.^{L} Corp. P 430 pin⟨n⟩am: acutam. *? n. pro subst.*: ISID. diff. 1, 469 inter ⌞pennas et pinnas et -um⌟: ... -um extremitas ferri acuti (⌞ ⌟ = GLOSS.^{L} I Ansil. PE 275). *Schwind.*

penpeplos *v.* penpleplos. **penpetan** *v. supra p. 1023, 22.*

penphi i(d est) policanum GLOSS. III 574, 22. *latet nomen Aegyptium herbae Proserpinacae seu polygoni, cf. Diosc. gr. Vind. 4, 4 στεμφίν, Ps. Apul. herb. 18 l. 27* setempin (*var. l.* pemfie).

penpidulum. *nomen gallicum herbae quinquefolii*: PS. APVL. herb. interpol. 2 l. 32 adnot. Galli -um *dicunt* (*var. l.* pinpedonum, *Diosc. gr. Vind. 4, 42 πομπέδουλα. de formis v. Belardi-Poli, Aspetti ling. della viticoltura insubre, 1975, 27 sq.*).

?**penpleplos.** *nomen graecum herbae victoriolae*: PS. APVL. herb. interpol. 58 l. 10 adnot. Graeci -os *dicunt* (*corruptum esse ex gr. εὔπεπλον* [*Diosc. gr. Vind. 4, 146*] *putat André, Lex. des termes de botan., 241*).

pēnsa *v.* pendo *p. 1050, 14.*

pēnsābilis, -e. *a* pensare. *i. quod potest pensari, compensari*: AMM. 31, 13, 11 (*de pugna apud Hadrianopolim*) haec numquam -ia damna.

pēnsāria *v.* pinsaria.

pēnsātio, -ōnis *f.* *a* pensare. GLOSS. II 436, 30 *σταθμός*: haec ponderatura, hoc pondus, -o, hoc pensum. 589, 34 -o: mensura[m]. GLOSS.^{L} III Abstr. PE 46 -es: librationes (*item* GLOSS. IV 550, 7. *v. etiam p. 1100, 15*). [*de* PETRON. 136, 12 *v. p. 1104, 11.*]

i. q. actio pensandi (*metonymice de re pensa sub 3*): **1** *respicitur compensatio, exaequatio*: **a** *exempla varia*: PAVL. FEST. p. 102 hostimentum: beneficii -o. PETRON. 141, 6 *stomacho promittere* pro unius horae fastidio multorum bonorum -em. **b** *in sermone iuris*: IVLIAN. dig. 10, 2, 52, 2 -e ultro citroque condemnationis facta. GAIVS dig. 13, 6, 18, 4 iure -is. *ibid. si* iudex -is rationem non habeat. PAPIN. dig. 24, 3, 39 *viri uxorisque* paria ... delicta mutua -e dissolvuntur. 31, 67, 3 eadem *ratio* tacitam inducit -em (comp- *var. l.*). 31, 67, 4 admissa propter heredes virilium portionum -e. VLP. dig. 3, 5, 7, 2 si post examinationem reprobatae fuerint -es (16, 2, 7, 1 [comp- *utrobique var. l.*]).

2 *respicitur consideratio, examinatio* (GLOSS. II 301, 16 *ἐξάγιον*: -o. 441, 36 *συλλογισμός*: haec computatio, -o): QVINT. decl. 332, 7 quantum -e (-i *var. l.*) constet, numerari potest *eqs.* (*v. Winterbottom ad l.*). AMM. 16, 12, 33 si hoc, *sc. persecutio,* -e moderata fiat et cauta. VIRG. gramm. epit. 3, 3 ad metrorum nos -em ordo provocat scribendi (penseacione, persanationem *codd.*).

3 *respicitur solutio, unde abiit in notionem q. e. vectigal, tributum* (GLOSS.^{L} III Abol. PE 16 -es: tributa [*item* II Abav. PE 33 Corp. P 294 GLOSS. V 319, 59]): VET. LAT. II Macc. 3, 6 (rec. P) ut multitudo -um esset innumerabilis *in aerario templi* (*rec. L al.* vectigalium, *V* copias, *gr. διαφόρων*).

pēnsātor, -ōris *m.* *a* pensare. [*falsa var. l.* PLIN. nat. 33, 43; *e coni. vix recta* VIRG. gramm. epist. 3, 33, 4.]

i. qui pensat, examinat sim.: **1** *aestimatione, mente*: AVG. beat. vit. 31 Sallustius, lectissimus -r verborum. SCHOL. Pers. 1, 128 'sordidus': nullius verbi -r, moribus scilicet sordidus. **2** *libra, instrumento*: GLOSS. II 594, 7 stationarius: -r staterarius. GLOSS. ed. Mai, Class. Auct. VII p. 573 -es: pensiculatores.

pēnsātūra, -ae *f.* *a* pensare. *i. q. actio pensandi, mensura*: VIRG. gramm. epit. 4, 1, 1 *omnis poeta* nosse debet ..., quod metra in quacumque -a fona (*i. verba*) sint.

[pēnsē *v.* pendo *p. 1049, 31.*]

χρεμαστόν: **pēnsibile** GLOSS. II 355, 6. *cf. c.* pendĕre, pensilis (*v. l. 36; an cum* pendēre*?*).

pēnsiculātē *v.* pensiculo.

pēnsiculātor, -ōris *m.* *a* pensiculare. *i. qui pensiculat*: GLOSS.^{L} III Abstr. PE 42 -es: libratores (*item* V Aa P 311. I Ansil. PE 380 [pensationes alibi] -es: libratores. Corp. P 248 GLOSS. IV 550, 8). GLOSS. V 510, 1 -r: librator. *v. etiam l. 5.*

pēnsiculo, -ātus (sum, *v. l. 26*), -āre. [*propter significationem a* pensare *derivatum videtur; cf.* gesticulari, pandiculari (*fort. c.* gestire, pandere *iungenda*) *et v. Samuelsson, Glotta 6, 1915, 239; aliae opiniones apud Mignot, Verbes dénomin., 1969, 320 sq. Fo.*] *i. q. subtiliter, scrupulose pensare, examinare* (*cf. Haas, Die Sprache 3, 1957, 152*): GELL. 13, 21, 11 'tres' illic, 'tris' hic (*sc. Verg. Aen. 10, 350 et 351*); -a utrumque modulareque: reperies suo quidque in loco sonare aptissime. APVL. flor. 9, 8 unumquodque dictum acriter examinatis, sedulo -atis, ad limam et lineam certam redigitis *eqs.* Socr. prol. 1 p. 105 scripta ... -atis et examinatis. *depon.*: ANIAN. Chrysost. hom. 3, 3 quid igitur aiunt quidam diligenter ista *verba* -ti? (*Migne gr. 57, 35 τῶν ἐξηταχότων*).

adv. **pēnsiculātē.** *i. q. accurate, considerate*: GELL. 1, 3, 12 quae a Theophrasto -e atque enucleate scripta sunt (pensim *var. l.*).

deriv.: pensiculator. *Gatti.*

pēnsilis, -e. *a* pendĕre (pensus) *derivatum videtur (cf.* fictilis, missilis *al.; v. Leumann, Adjektiva auf* -lis, *1917, 68), sc. notione originaria verbi servata (v. p. 1043, 19). scribitur* pis-, pins- *p. 1101, 63 sq.* NOT. Tir. 41, 74 -e. *abl. sing.* -e PS. THEOD. PRISC. add. p. 330, 24 VEN. FORT. Mart. 4, 79. *compar. et superl. desunt.* GLOSS.^{L} II Philox. PE 61 -is: *χρεμαστός* (*vice versa*: GLOSS. II 355, 1). *legitur inde a* PLAVTO, VARRONE, *in poesi non nisi apud* HOR., IVV., PRVD., VEN. FORT. [*var. it. mer.; var. prov. vet.; pro subst.: fort. sard.* pesile *'series fructuum suspensorum'; 'stillicidium': raet. occ.* pensla; *'podium': var. francoprov.; 'pars domus calefacta, fornax': francog.* poêle, *var. francoprov. cf. M.-L. 6392. Wagner II 253. Wartburg VIII 201 sqq. St.*] [*loco lacunoso*: CE 469, 9 aedes pen⟨silibus ...⟩. *e coniectura dubia*: DONATIO Tiburt. p. CXLVII[a] 46 vela linea rosulata -ia (pansila *cod.*) aventia arcus II.]

i. q. suspensus (*inde de eis, quae olim pependerunt vel ad pendendum destinata sunt [v. maxime l. 55 sqq., ceterum l. 71. p. 1101, 8, fort. etiam p. 1101, 63]; per enallagen de eis, quae pertinent ad res suspensas l. 69. p. 1101, 18. 23; disting.* suspensus *l. 73*): **I** *de eis, quae deorsum pendent, dependent e loco, ubi alligata, fixa sunt*: **A** *ab hominibus suspensa; -es sunt*: **1** *homines* (*ad morem fructus suspendendi spectat* PLAVT.): PLAVT. Poen. 312 suspende te. :: siquidem tu es mecum futurus pro uva passa -is. Pseud. 89 restim volo mihi emere. :: quamobrem? :: qui me faciam -em (pendulum *codd. Porph. Hor. sat. 2, 2, 99*). PRVD. perist. 10, 452 scindunt ... milites ... -is latus viri (*sc. Romani martyris ex eculeo pendentis, cf. 109 sq.*).

2 *uvae aliique fructus suspensi*: **a** *conservandi causa* (*v. etiam 3a et* PLAVT. *sub 1*): VARRO rust. 1, 68 -ia, ut uvae, mala et sorba, ipsa ostendunt, quando ad usum oporteat promi (*inde* IND. capp. Varro rust. p. 6, 24 de uvis et malis et sorbis -bus). HOR. sat. 2, 2, 121 -is uva secundas et nux ornabat mensas (PLIN. nat. 15, 67. 23, 11 [*disting.*: in palea servatae]. CAEL. AVR. acut. 2, 37, 209 paleales u. vel -es, quae iamdudum fuerint siccatae. chron. 2, 7, 107 uvarum fabrilium vel -ium siccatarum acinos). **b** *portandi causa*: ISID. expos. in num. 15, 8 (*ad num. 13, 24*) botrus uvae, quem in ligno -em medio de terra repromissionis duo advexere vectores (*postea*: pendens e ligno).

3 *res variae*: **a** *quibus fructus suspenduntur* (*cf. 2a*): VARRO rust. 1, 59, 3 in oporotheca ... manere putant satis commode ... mala cotonea struthea in -bus iunctis (*tabulas cratesve pendentes et inter se iunctas intellegit Keil, comm. 1891, ad l., sed neque de textu neque de re prorsus constat*). PLIN. nat. 14, 16 durant aliae *uvae* per hiemes, -i concamaratae nodo (*i. in camera suspensae*). **b** *cetera exempla*: VITR. 9, 8, 1 ex his generibus *horologiorum* viatoria -ia uti fierent, plures scripta reliquerunt. PLIN. nat. 34, 14 lychnuchi -es in delubris (*cf.* DOSITH. gramm. 68, 13 -is lucerna, suspensum animum [CHAR. gramm. p. 407, 22. *inde corr. Goetz* GLOSS. V 663, 66, *ubi trad.* prosilit]). APVL. met. 7, 18, 4 (*loq. asinus*) *puer* spinas acerrumas ... in fascem tortili nodo constrictas caudae meae -em

[Schwind]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

deligavit cruciatum. AMM. 29, 1, 31 sacerdos -em anulum librans aptum ex ... filo. SERV. georg. 2, 389 (*de oscillis suspensis*) 'mollia': -ia (*mira explicatio, sed cf. infra l. 6 et 55*). SORAN. p. 40, 20 naucella (*i. cunabula*) -is sit ita, ut primo leviter moveri incipiat (*gr. p. 83, 17 κρεμαμένης. cf.* p. 60, 9 *oportet aegrotam* in -i lecto ... exagitare [*gr. p. 111, 6 κρεμαστοῦ*]. CAEL. AVR. acut. 2, 6, 31 utendum ... domestica molli ac -i gestatione. chron. 2, 14, 209 lectulo). *n. pro subst. de ornatu pendenti*: PLIN. nat. 37, 194 ut *gemmae quaedam* equis regum in oriente frontalia ac pro phaleris -ia facerent. *addas fort.* GRAN. LIC. 26, 15 appellat⟨i⟩ flexuntes a genere -ium quod reg⟨i⟩um vocabant (pniidilium *vel* phiid- *cod.*).

B *naturaliter pendentia*: VARRO rust. 2, 3, 2 sub rostra duas ut mammulas -es habeant *caprae,* quod eae fecundiores (*cf. n. pro subst. de membro virili* [*nisi de totis genitalibus*]: PRIAP. 52, 7 *Priapi socii* pulcre -bus peculiati). LACT. inst. 3, 24, 1 miratur aliquis hortos -es inter septem mira narrari (*v. l. 26*), cum philosophi et agros et urbes et maria et montes -es faciant? (*sc. terram globum esse existimantes*). 'libertas -is' *fere pro* 'libertas pendendi': PLIN. nat. 19, 70 cucurbita ... omni modo fastigatur ...; libertate vero -i concessa iam visa est novem pedum longitudinis.

II *de eis, quae sublata, elevata sunt*: **A** *substructionibus variis fulta*: **1** *de aedificiis eorumve partibus vel de oppidis*: VAL. MAX. 9, 1, 1 C. Sergius Orata -ia balinea primus facere instituit (*postea*: suspensae caldae aquae. *cf.* PLIN. nat. 9, 168 -es ... balineas [*inde* MACR. Sat. 3, 15, 3]. *per enallagen*: PLIN. nat. 26, 16 -i balinearum usu. *agitur de balneis hypocausi calefactis, cf. Vitr. 5, 10, 2* suspensurae caldariorum. *v. etiam l. 42. 45*). CVRT. 5, 1, 32 super arcem *Babylonis,* vulgatum Graecorum fabulis miraculum, -es horti sunt, summam murorum altitudinem aequantes ...; saxo pilae, quae totum onus sustinent, instructae sunt *eqs.* (PLIN. nat. 19, 49. 36, 94 [*v. infra*]. LACT. inst. 3, 24, 1 [*v. sub IB*]. *ad rem cf. e. g. Diod. 2, 10, 1 ὁ κρεμαστὸς καλούμενος κῆπος. aliter l. 48*). COLVM. 1, 6, 16 in nostris regionibus, quae redundant uligine, magis illam positionem -is horrei ... probamus (12, 52, 3 *sit* -e h., quo importentur fructus: idque tabulatum simile esse debet granario. *ad rem v. Plin. nat. 18, 302* suspendunt granaria lignea columnis). PLIN. nat. 36, 83 *Sostratus* architectus ... -em ambulationem Cnidi fecisse traditur (*ad rem v. Vitr. 5, 1, 1* ambulationes in contignationibus *porticuum* faciunt). 36, 94 (*inde* 1, 36, 20) *inter mirabilia mundi* legitur et -is hortus, immo vero totum oppidum, Aegyptiae Thebae, exercitus armatos subter educere solitis regibus (*cf.* 36, 104 *urbis Romae* cloacas, opus ... maximum, subfossis montibus atque ... urbe -i subterque navigata). CIL XIII 6746 (*a. 217*) tabularium -em a solo fecit. AMM. 31, 13, 15 *cum* a parte -i domus sagittis incesserentur (*antea*: casam ... secunda contignatione fabre munitam). CIL VI 29830 (= 36613) aquae -es (*in pictura aedificia ad flumen vel ad mare sita repraesentante haec adscripta sunt aedificio cuidam, fort. balneis*). *pro subst. de parte domus* (*neque de genere neque de subst. omisso* [pars? conclave?] *constat*): GREG. TVR. Franc. 8, 18 p. 385, 20 *Werpinum* inclusum ... in -em domus interemunt (*significari videtur conclave calefactum hypocausi, cf. Wartburg, loco p. 1100, 41 cit.*). **2** *spectat ad machinas mobiles*: PLIN. nat. 19, 64 *cucumis* nullo ... non die contigit ei *Tiberio,* -es eorum hortos promoventibus in solem rotis holitoribus (*ad rem v. Colum. 11, 3, 52*). 36, 120 *per theatrum versatile a C. Curione* quaeritur tribuniciis contionibus gratia, ut -es tribus quatiat (*cf. 118* in machina pendens *populus*).

B *ab hominibus portata*: IVV. 1, 159 *veneficus* vehatur -bus plumis atque illinc despiciat nos? (*i. lectica supra nos elevatus, cf.* SCHOL. *ad l.* 1 lectica plumis strata. *vix recte ibid.* 2 in altum extructis *et* SERV. Aen. 8, 666 'plumas -es' dicimus et molles significamus [*cf. supra l. 2*]). AMM. 28, 4, 18 *si* per foramen umbraculi -is radiolus irruperit solis.

C *varia ratione ita suspensa, ut non in fundamento iaceant, quasi in aëre pendeant*: APVL. met. 5, 20, 4 nudo ... vestigio -em gradum p⟨a⟩ullulatim minuens (*i. furtim abiens. cf.* DYNAM. vita Max. 20 l. 549 gressu -i). AMM. 17, 4, 15 (*de erectione obelisci*) *funibus* colligatus mons ipse ... paulatimque ⌊id arduum per inane⌋ protentus diu -is ... cavea *circi* locatur in media (⌊ ⌋ in per arduum inane *trad.*). PS. THEOD. PRISC. add. p. 330, 24 coriandri grana XI cum aqua pisile crebro destillato (ORIBAS. syn. 3 add. La p. 916 [*nisi est medii aevi*] mittis ex ipso puteo aquam pinsilem quantum sufficiat ad panicum coquendum. *nescio an hac iunctura, quae etiam in praeceptis medii aevi invenitur, aqua putei ab aqua salienti fontium distinguatur*). VEN. FORT. Mart. praef. II 10 (*de nave in tempestate*) liquidi campi -e transit iter. 4, 79 *ampulla vitrea e fenestra delapsa* servatur, volitans quasi -e pluma aut subvecta levis geminis descenderet alis.

pēnsilia, -ium *n. pro subst. l. 13. p. 1100, 56. 67*; pēnsilis, -is *f. (?) l. 45.*

deriv.: cf. pensibilis. *Schwind.*

pēnsim *adv.* *a* pendĕre; *cf.* pensius *p. 1050, 47.* [*var. l.* GELL. 1, 3, 12 *v. p. 1100, 29.*] *i. q. modo perpenso, considerate*: PS. AVG. serm. Rev. Bénéd. 80, 1970 p. 56, 21 qui ... distribuit, paulatim et -m porrigit manum; qui autem dispersit totum *eqs.* (*spectat ad psalm. 111, 9* dispersit, dedit pauperibus). *Fl.*

pēnsio, -ōnis *f.* *a* pendĕre. *de origine*: VARRO ling. 5, 183 ab ... aere pendendo dispensator ...; et in⟨de⟩ prima -o *eqs.* (*v. l. 27*). PAVL. FEST. p. 208 pendere poenas solvere significat ab eo, quod ... penso *aere* ..., non numerato debitum solvebant; unde etiam -es dictae. *de prosodia*: -sio- *ut unam syllabam profert* CE 1247, 3, *alibi disyllabum est.* *de notione* (*v. et l. 60. p. 1103, 43 sq.*): GLOSS. -o: *ἀναφορά, ἐνοίκιον* (*ἀποφορά suspicatur Goetz sec.* II 242, 29). *τέλος. ἔκτισις. καταβολὴ ἡ ἀπόδοσις.* resolutio. pretii persolutio. pretium vel exsolutio. *al. legitur inde a* CIC., VARRONE, BELL. Afr., LIV., VITR., *saepe in sermone iuris, in versibus non nisi* CE 1247, 3 *et apud* MART., IVV., CYPR. GALL. [*it.* pigione; *sard.* pesone, peyone. *cf. M.-L. 6393. Battisti-Alessio IV 2915 sq. Wagner II 253. St.*] [*confunditur in codd. cum* pensatio VITR. 10, 11, 2 IVLIAN. dig. 23, 4, 22, possessio NOVELL. Valent. 13, 5; *loco lacunoso* FRONTO p. 208, 4; *dub.* GLOSS. II 589, 35 -o: vas minus *eqs. (per contaminationem e glossis ἀναφορά et ἀμφορά ortum suspicatur Heraeus); falso* ex -e *olim legit Maehler* CHART. lat. ant. XI 467, 14, expendio *nunc Marichal.*]

i. q. actio pendendi vel res pendenda (*imagines v. l. 51 sqq. p. 1103, 38. 56 sqq.*): **I** *de solutione pecuniae* (*fere certis intervallis praebenda; potius de pecunia solvenda e. g. l. 43. 61. p. 1103, 2; de die solutionis l. 50; latius de qualibet restitutione debitorum* DON. Ter. Phorm. 53, 4 tribus modis debitum pecuniarium solvitur: -e, spectatione, numero): **A** *usu sollemni*: **1** *respiciuntur solutiones particulares, quae ad exaequandam summam debitam praestantur*: **a** *solvitur pecunia*: CIC. Q. Rosc. 51 cum altera -o solvenda esset, non tum cum prima (Att. 12, 8 fam. 6, 18, 5. VARRO ling. 5, 183 p. -o et ... secunda aut quae alia. *al.; adduntur alia ordinalia*: CIC. Att. 11, 4ª altera. 11, 23, 3 tertiam -em *dotis* [16, 2, 1 ex t. -e, quae est Kal. Sext.; ex qua -e *eqs.; v. l. 32*]. 11, 25, 3 secunda [*v.* VARRO *supra*]. FRONTO p. 190, 3 -es plurimas, ad quartam usque [*cf. l. 37*]). fam. 16, 24, 1 ut expedita sit -o Kal. Ian. (*item indicatur tempus solvendi*: LIV. 31, 13, 2 ex pecunia, quam ... mutuam dederant, tertia -o debebatur eo anno. VLP. dig. 40, 7, 3, 13 trimam -em. *cf. l. 29*). BELL. Afr. 90, 3 bis miliens sestertio his *Vticensibus* imposito, ut per triennium sex -bus ... solverent (*additur cardinale ut*: LIV. 29, 16, 3 tribus [*postea*: primam praesentem ..., duas]). LIV. 7, 27, 3 in -es aequas triennii, ita ut quarta praesens esset, solutio aeris alieni dispensata est (*item additur spatium, intra quod solutiones fieri debent*: 30, 37, 5 *Carthaginienses* decem milia talentum argenti discripta -bus aequis in annos quinquaginta solverent. 33, 30, 7 dimidium praesens, dimidium -bus decem annorum *dare* [*cf. Polyb. 18, 44, 7 κατὰ φόρους*]. 36, 4, 7 stipendium, quod pluribus -bus in multos annos deberent, praesens omne daturos. *al.; cf. l. 34*). 33, 42, 3 ultimam -em pecuniae ... persolvi. 38, 11, 8 de pecuniae summa, quam penderent, -busque eius. *al.* FRONTO p. 193, 10 *quidam decurionatum adeptus* -bus inferre pecuniam debuit; quater intulit. POMPON. dig. 13, 7, 8, 3 antequam omnium -um dies veniret (*i. ante diem ultimae -i statutam*). VLP. dig. 35, 2, 47 pr. integrae -es annuae (36, 2, 12, 4). 36, 2, 5, 6 isdem ... diebus, id est isdem -bus heredi praestabitur legatum. PAVL. dig. 12, 1, 40 non soluta pecunia statutis -bus. *al.* *significatur potius dies solutionis* (*vix addas l. 48*): POMPON. dig. 13, 7, 8, 3 omnibus -bus praeteritis, etiamsi una portio soluta non sit, pignus potest venire. **b** *metaphorice, sc. solvuntur vel praebentur alia*: CIC. Phil. 2, 113 (*in Antonium facete*) ista tua ... coniunx ... nimium diu debet populo Romano tertiam -em, *i. mortem etiam tertii mariti.* SEN. benef. 2, 22 qui grate beneficium accipit, primam eius -em solvit. epist. 29, 10 (*de sententiis, quas singulis in epistulis se missurum promisit*) si pudorem haberes, ultimam mihi -em remisisses.

2 *respiciuntur solutiones, quibus pro certo tempore satisfit obligationi fere diuturnae, permanenti, ut -es identidem repetendae sint* (*sive de actione sive de instituto* [*ita e. g. l. 64*]): **a** *de vectigali, tributo sim.* (*cf.* GLOSS.^{L} II Philox. PE 74 -um: *τῶν συντελ⟨ε⟩ιῶν*): PLIN. nat. 16, 32 *coccum ilicis* -em alteram tributi pauperibus Hispaniae donat. 19, 56 (*spectat ad* macelli vectigal *et* portorium *herbarum*) cum credatur -o ea pauperrumis, *eqs.* SVET. Vesp. 23, 3 (*respicitur* urinae vectigal) pecuniam ex prima -e *eqs.* AVR. VICT. Caes. 9, 6 *Vespasianum constat* novas ... neque aliquamdiu postea habitas vectigalium -es exquisivisse. 39, 31 -bus inducta lex nova. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 428 p. 632 *Herodes* municipia levavit annuis -bus (*gr. εἰσφοράς*). PS. AVG. serm. ed. Mai 73, 3 redde domino pluenti -em, *sc. decimam* (*vergit ad p. 1103, 68*). CYPR. GALL. gen. 1462 quintarum -o frugum (*cf. Vulg. gen. 47, 24* quintam partem regi dabitis). OROS. hist. 5, 1, 12 quod illis, *sc. maioribus,* erat debita -o servitutis, nobis est libera conlatio defensionis (*spectat ad 5, 1, 10* pacem petentes tributa obtulerunt). SEDVL. op. pasch. 2, 26 deferens -em, *sc. didragmata templo debita* (*cf. carm. pasch. 3, 318* tributa). COD. Theod. 4, 13, 7 ex reditibus rei publicae ... duae partes totius -is (*agitur de vectigalibus*). 7, 21, 3 pr. ut ... negotiator a -is auratiae instituta summa ... *non* subtrahatur (16, 2, 36 pr. CASSIOD. var. 2,

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

30, 3. *de eadem re*: Cod. Theod. 13, 1, 18 lustralem ... -em). 11, 1, 27 (*de annona et tributis*) annua solutione debitas inferre ... -es. 11, 7, 11 inlatio fiscalium -um. 11, 28, 4 glebalem -em. 13, 6, 7 pr. ad -em ... functionis *navicula*riae (*item* 13, 6, 7, 1). 16, 8, 29 Iudaeorum primates ..., quaecumque ... -is nomine suscepere, cogantur exsolvere (*seq.* anniversarius canon). Ennod. opusc. 1, 70 p. 280, 14 *Vandalis* pro annua -e satis est amicitia *Theodorici*. Cassiod. var. 1, 26, 3 compendium -is. 2, 26, 4 si -em huius tituli siliquatario praestat, monopolium quoque negotiator exerceat.

al. sim. de eo, quod servus domino quotannis solvere debet: Common. patr. 4, 1 -em, sicut solent servi dare dominis suis (*gr. Cotelier p. 570^B τὴν μισθοφορίαν, cf. Vitae patr. 5, 15, 31* mercedes). *ibid.* -em servitutis meae. *ibid.* -em per singulos annos adimplere eis. *al. ibid.*

b *de solutione pro rebus conductis, locatis sim. facienda* (*distinctiones inter varias species non semper servantur, et si publica quaedam locantur, vectigali similis fit solutio; universalia quaedam*: Gaivs dig. 39, 5, 11 neque partus nomine neque fructuum neque -um neque mercedum ulla donatio facta *est*. Vlp. dig. 19, 2, 9, 1 an ex locato teneatur conductor, ut pro rata temporis, quo fruitus est, -em praestet. Cod. Theod. 9, 27, 7 *-em solvunt e. g.* procurator, praepositus gynaecei, tabularius, susceptor, colonus):

α *pro agris, pascuis, solo sim.*: Colvm. 1, 7, 1 *dominus a colonis* avarius opus exigat quam -es. Iulian. dig. 23, 4, 22 fundum ... certa -e colendum locaverat (*seq.* mercedes eius fundi). Scaev. dig. 7, 1, 58 pr. utrum -o heredi fructuariae solvi deberet. Vlp. dig. 5, 3, 27, 1 -es, quae ex locationibus praediorum urbanorum perceptae sunt (*de eadem re*: 19, 1, 13, 11 Pavl. sent. 5, 36, 2. *al.*). 19, 2, 19, 1 (*pro pascuis ut*: Cod. Theod. 7, 7, 1. 2 graviorem -em. *iterum ibid.*). Pavl. dig. 6, 1, 74 qui in alieno solo superficiem ita habet, ut certam -em praestet. 7, 1, 59, 1 -es ... locatorum agrorum. Schol. Iuv. 3, 15 mercedem: -em (*sc. Iudaeis impositam ut* 6, 542). Cod. Theod. 16, 5, 54, 5 *conductores adiuvantes haereticos* tantum -e poenae nomine cogantur inferre, quantum in conductione pensitare consuerunt (*in re simili* Greg. M. epist. 4, 26 l. 20 *rusticus paganus* tanto -is onere gravandus est, ut *eqs.*). Cod. Iust. 1, 2, 14, 4 (*a. 470*) praedia ... cum fructibus seu -bus et accessionibus totius medii temporis vindicentur. Ps. Ioh. Med. hom. 19 p. 786 susceptores ... consuerunt ... a conductoribus -es accipere. Cod. Iust. 11, 66, 2, 2 (*Valentiniano Valente impp.*) rationem reddere -is. Inst. Iust. 3, 24, 3 -o sive reditus. Cassiod. var. 5, 39, 6 modus ... -is (*emendat Gaium, qui inst. 3, 145 praebet* vectigal. *antea*: solaria). Pap. Tjäder 1, 51. *al. in imag.*: Ennod. opusc. 7, 1 p. 411, 9 fructuosa plantaria ..., unde annuas divina iussa capiant -es. β *pro aedificiis* (*sive habitandis sive aliter utendis; opp.* agraria *l. 55; per prosopopoeiam* Ivv.): CE 1247, 3 (*saec. I? mortuus loq.*) podagram careo nec sum -bus arra. Mart. 3, 30, 3 fuscae -o cellae. 3, 38, 6 tota (*anni?*). 7, 92, 5. 12, 32, 3 bima. Ivv. 9, 63 *clientis pauperis* -o clamat 'posce' (Schol. *ad l.* 1 tributum. 2 aut quod ⟨in⟩ conducto maneat). Lex horr. (cil vi 33747) 6 -e soluta (*item pro horreis*: 10 [*suppl.*]. 11 Scaev. dig. 20, 4, 21, 1 Pavl. dig. 19, 2, 56. Cod. Theod. 11, 20, 3 ex horreis, balneis, ergasteriis, tabernis, domibus, cenaculis, salinis ... vel his, quae in memoratis locis sub -is locatione retinentur, ... unius anni ... a locorum dominis -o conferatur [*antea*: aedificiorum pensitatio]. CIL VI 37795, 7). Svet. Nero 44, 2 iussit ... inquilinos privatarum aedium atque insularum -em annuam repraesentare fisco (*item pro insulis*: Vlp. dig. 13, 7, 11, 5 Pavl. dig. 19, 2, 56. *al.*). Schol. Iuv. 3, 166, 1 'magno hospitium': care manetur -e. Cod. Theod. 13, 4, 4 sine -e. Avg. serm. 356, 10 domus *xenodochii* ... -em praestat (*cf.* Greg. M. epist. 1, 42 l. 210 -es xenodochii). Op. imperf. in Matth. 38 p. 840 qui agrum locat, ut agrariam recipiat, aut domum, ut -es recipiat *eqs. al.*

tropice: Ambr. Abr. 1, 5, 35 Helisaeus *filium hospitae resuscitans* ... solvit hospitii -em. Avg. in psalm. 38, 21 l. 19 (*ad hominem, qui apud deum inquilinus est*) non conductor domus accessisti certa -e ad certum tempus (*postea*: gratis manes). Petr. Chrys. serm. 140, 6 ut *Maria deo gravida* pacem terris ... pro ipsa domo exigat -em, pro ipso utero mercedem conquirat. γ *pro mutua pecunia* (*sc. de usuris solvendis*): Pavl. dig. 22, 1, 12 per singulas -es, si condicione data usurae non solverentur, *eqs.* (*ibid. bis*). *ibid.* eius -is nomine, quae egressa est diem praestitutum (*seq.* non illatarum suis temporibus ... usurarum). *ibid.* sequentium -um. Hist. Avg. Alex. 26, 2 usuras feneratorum contraxit ad trientes -es.

δ *pro variis rebus*: Pavl. dig. 39, 4, 11, 5 (*de solutionibus, quas publicani fisco praestant ut*: Hermog. dig. 39, 4, 10, 1). Interloc. praef. vig. (cil vi 266) 10 ut *a fullonibus aerario* -es non dependerentur (*pro usu aquae solutas suspicatur Mommsen ad l.; de eadem re* 16 ⟨num⟩quam haec loca -es pensitasse. 33. Cod. Iust. 11, 63, 1, 2 [*a. 319*] *coloni* pro modo ... superfluae inrigationis ... emphyteuticariis possessoribus -es accessionesque praebeant. Cod. Theod. 14, 15, 4 pr. -es aquae molarum [*sed Gothofredus: 'moduli aquarum, quibus aqua expenditur'*]). Cod. Iust. 12, 50, 22 (*imp. Leone*) in profectione ... animalium dominis, qui ea solent accepta mercede locare, praebenda -o *eqs. al.*

B *usu peculiari de fructu vel reditu fundi* (*si recte interpretamur; vix addas alia a quibusdam huc relata, e. g.* Cod. Theod. 11, 20, 3 Salv. gub. 5, 30): Pallad. 1, 8, 1 ita ... aestimanda *aedificii* ... est magnitudo, ut, si aliquis casus incurrerit, ex agro, in quo est, unius anni aut ⟨ut⟩ multum biennii -e reparetur.

II *de pondere*: Vitr. 10, 3, 4 *staterae* aequipondium ... paulo et inpari pondere amplissimam -em (*sc. oneris lanci impositi*) parem perficit. 10, 11, 2 (*agitur de ballistis*) -es *saxorum mittendorum* (*contextu non satis dilucido*).

III *de compensatione* (*cf. remunerationem beneficii p. 1102, 55*): Petron. 136, 12 *fabis perditis* iacturae -em anserem obtuli (pensationem *Bücheler, cf. p. 1099, 56*). Lex met. Vipasc. I 3 eius temporis, *quo in balineo lavari non potest,* pro rata -em conductor reputare deb⟨eto⟩ (*summam pecuniae solvendae minui putat Domergue ad l., tempus prolongari Flach, Chiron 9, 1979, 435 sq.*).

appendix iuncturarum potiorum (*sc. ad I pertinentium*): **1** *iuncturae verbales*: **a** *per casus solos*: α *per acc.* (*nom. in struct. pass.*): Ⓘ *solvere sim.*: Cic. Q. Rosc. 51 solvenda (Sen. benef. 2, 22. Lex horr. [cil vi 33747] 6. 11 Scaev. dig. 7, 1, 58 pr. Vlp. dig. 7, 4, 29 pr. *et saepe. cf. p. 1105, 11 et* Liv. 33, 42, 3 persolvi [Greg. M. epist. 1, 42 l. 29. 39. 2, 36 l. 10]. Vlp. dig. 14, 3, 5, 13 exsolvendam [Pavl. dig. 19, 2, 56]). fam. 16, 24, 1 expedita sit. Svet. Nero 44, 2 repraesentare fisco. Fronto p. 190, 3 dependit (Interloc. praef. vig. [cil vi 266] 10. *cf.* 16 pensitasse. Cassiod. var. 2, 30, 3 aliquid -is impendat). Scaev. dig. 7, 1, 58 pr. inferri (Pavl. dig. 19, 2, 54 pr. Common. patr. 4, 1. *al.; cf. p. 1105, 12 et* Symm. epist. 5, 87 ferre. Avg. serm. 356, 15 offerens. Cod. Theod. 11, 20, 3 conferatur [13, 1, 18. Novell. Theod. 25, 2 in rationes publicas. *al.; addas fortasse l. 42*]. Sedvl. op. pasch. 2, 26 deferens [Pap. Tjäder 1, 51 Common. patr. 4, 1. *ibid. bis*]). Vlp. dig. 19, 2, 9, 1 praestet (Pavl. dig. 6, 1, 74 Schol. Iuv. 6, 542 Avg. serm. 356, 10. *al.; cf.* Cod. Iust. 11, 63, 1, 2 [*a. 319*] praebeant [12, 50, 22 pr.; *imp. Leone*]). 19, 2, 19, 6 dederit (35, 2, 47 pr. Common. patr. 4, 1 [-em *subaudiendum*]. *cf.* Ps. Avg. serm. ed. Mai 73, 3 redde). *ibid.* prorogavit. Pap. Tjäder 1, 51 transmittat. Common. patr. 4, 1 ingessisti. *ibid.* adimplere. Ⓘⓘ *accipere, exigere, imponere sim.*: Cic. Att. 11, 23, 3 petet (Mart. 7, 92, 5 Vlp. dig. 19, 2, 19, 1. Cod. Iust. 4, 65, 24 [*a. 293*]). fam. 6, 18, 5 exigam (Colvm. 1, 7, 1 Scaev. dig. 40, 7, 40, 5. *al.; cf.* Cod. Iust. 4, 32, 14 [*a. 234*] redegit). Pompon. dig. 39, 2, 39, 2 percipienda (Scaev. dig. 7, 1, 58 pr. *al.; cf.* Papin. dig. 12, 6, 55 acceperit [Vlp. dig. 22, 1, 36. *al.*]. Op. imperf. in Matth. 38 p. 840 recipiat. Ennod. opusc. 7, 1 p. 411, 9 capiant. Common. patr. 4, 1 suscipere [Regvla mag. 86, 24]). Frg. Vat. 288 celebratae. Cod. Theod. 1, 5, 13 conferantur (*nisi ad l. 27; sim. ambigue*: 15, 1, 41 sublatae). 7, 7, 2 inponi (15, 1, 41). 11, 16, 17 cogendarum. 14, 15, 4 pr. postulare. Cypr. Gall. gen. 1462 inditur ... populo. Ⓘⓘⓘ *varia*: Cic. Phil. 2, 113 debet (Liv. 31, 13, 2 Scaev. dig. 19, 2, 61 pr. *et saepius*). Sen. epist. 29, 10 remisisses (Vlp. dig. 19, 2, 5. 19, 2, 15, 4. Cod. Iust. 4, 65, 19 [*a. 293*]. *sim. mutatur -o*: Cod. Theod. 7, 7, 2 ampliari. 11, 28, 4 removeri. Cod. Iust. 11, 71, 5, 5 [*Theodosio Valentiniano impp.*] concedere. Cassiod. inst. 1, 32, 2 adiectarum. *cf.* Cod. Theod. 5, 15, 14 inconvulsa [*sc. a conductoribus*]). Pavl. dig. 12, 1, 40 statutis (*cf.* Cassiod. var. 1, 16, 2 constitutas).

β *per dat. vel abl.*: Pavl. dig. 19, 2, 54, 1 -bus satis non fecit (Cod. Iust. 3, 32, 25 [*a. 294*]. 4, 10, 3 [*a. 286*]. *cf. l. 59*). *ibid.* paruerit. Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 1, 428 p. 632 municipia levavit ... -bus.

γ *per nom.* (*sc. pro subi.*): Vlp. dig. 19, 1, 13, 11 ei cedent (*cf.* Pavl. dig. 20, 4, 13 tibi accessuram). 22, 1, 12 egressa est diem praestitutum.

b *per praepos.*: Liv. 7, 27, 3 in -es aequas ... solutio ... dispensata est (*cf.* 42, 5, 9 solutionem in ... -es distribuit. Vlp. dig. 36, 2, 12, 4 testatoris *legatum* in ... -es ... dividentis [Marcian. dig. 36, 2, 20]). Lex horr. (cil vi 33747) 10 pro ⟨-b⟩us satis ... ⟨non fece⟩rit.

2 *iuncturae nominales*: **a** *-o determinatur*: α *adiectivis* (*plerumque attributivis; v. etiam p. 1102, 26 sqq. 74*): Liv. 7, 27, 3 aequas (Vlp. dig. 33, 1, 3, 1. *ceterum non nisi abl.*: Liv. 30, 37, 5. 38, 9, 9. 38, 38, 13 Vlp. dig. 33, 1, 3 pr. Oros. hist. 4, 11, 2. *cf.* Vlp. dig. 33, 1, 3, 2 inaequis. *ibid.* inaequales). *ibid.* praesens (29, 16, 3). Svet. Nero 44, 2 annuam (Vlp. dig. 35, 2, 47 pr. Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 1, 428 p. 632. *al.; cf.* Mart. 12, 32, 3 bima. Vlp. dig. 40, 7, 3, 13 trimam. 43, 32, 1, 4 semenstrem. *ibid. bis.* Cod. Theod. 11, 20, 4, 1 biennali [*ibid. bis*]. 13, 1, 18 lustralem). Cod. Iust. 3, 32, 25 (*a. 294*) sollemnibus. Hist. Avg. Alex. 26, 2 trientes.

β *substantivis*: Liv. 7, 27, 3 triennii (*item additur spatium temporis e.g.*: 33, 30, 7 decem annorum. Vlp. dig. 19, 2, 19, 6 totius anni. *ibid.* residui temporis. Pap. Tjäder 1, 51 indictionis). 33, 42, 3 pecuniae (38, 11, 8 eius *p.*). Plin. nat. 16, 32 tributi (*cf.* Frg. Vat. 288 functionum [Cod. Theod. 13, 6, 7 pr.]. Avr. Vict. Caes. 9, 6 vectigalium). Mart. 3, 30, 3 cellae (*item indicantur res conductae*: Papin. dig. 12, 6, 55 insularum [Vlp. dig. 13, 7, 11, 5. *al.*]. Cod. Iust. 4, 24, 2 [*a. 222*] domūs [Greg. M. epist.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

4, 19 l. 6. *al.*]. VLP. dig. 36, 2, 12, 5 habitationis. PAVL. dig. 7, 1, 59, 1 locatorum agrorum. HERMOG. dig. 39, 4, 10, 1 vectigalium. COD. Theod. 14, 15, 4 pr. aquae. *al.*). AMBR. Abr. 1, 5, 35 hospitii. AVG. serm. 356, 15 quadraginta solidorum. CYPR. GALL. gen. 1462 quintarum ... frugum. OROS. hist. 5, 1, 12 servitutis (COMMON. patr. 4, 1). CASSIOD. var. 2, 26, 4 huius tituli, *sc. monopolii.*

b *gen.* -is, -um *pendet e subst.*: POMPON. dig. 13, 7, 8, 3 dies (VLP. dig. 20, 1, 14 pr. PAVL. dig. 49, 14, 50). GAIVS dig. 39, 5, 11 nomine (SCAEV. dig. 19, 2, 61 pr. PAVL. dig. 19, 2, 24, 4. *al.*). VLP. dig. 19, 2, 19, 3 portionem (COD. Theod. 11, 20, 4, 1 mediam ... p. *cf.* COD. Theod. 15, 1, 18 in tertia -is parte). PAVL. dig. 19, 2, 54, 1 de solutione -um. COD. Theod. 7, 7, 1 augmenta. 7, 21, 3 pr. summa. 11, 7, 11 inlatio. 11, 20, 3 sub -is locatione (*i. locatione, cui per -es satisfit*). CASSIOD. var. 1, 26, 3 compendium. GLOSS.^{L} II Abav. VI 25 actor vel exactor (GLOSS. V 612, 55. 632, 2).

deriv.: pensiuncula. *Spoth.*

[pensita: pensonata GLOSS. V 575, 21 (*corruptum*; pensitata persoluta *Heraeus*).**]**

pēnsitātio, -ōnis *f.* *a* pensitare. SYNON. Cic. p. 433, 26 usurae. mercedes. -es. tributa. GLOSS. -o: *συντέλεια.* -em: *τὴν καταβολήν, τὴν εἰσφοράν.* *legitur inde a* PLIN. nat., *imprimis in constitutionibus imperatorum.*

1 *i. q. compensatio* (*cf.* pensare *sub II*): PLIN. nat. 19, 103 *Ascalonias cepas* seri ... iussere Graeci ... serius ... ac, cum germinent, transferri, ita crassescere et ⌞properare cum⌟ praeteriti temporis -e (⌞ ⌟ *Mayhoff*, cum properare *codd.*).

2 *i. q. praestatio sollemnis* (*cf.* pensitare *sub I; saepius genus et modus -is explicatur per adi., sc.* annua, fiscalis, publica, sollemnis *al.; indicatur materia -is per gen. l. 36. 41. 52* [fiscalium]. *56, adi. l. 58, cf. praepos.* in *l. 40, causa per praepos.* pro *l. 31. 54, gen. l. 69*): **a** *-o fisco publico solvitur, i. q. vectigal, tributum*: α *pro variis*: PAPIN. dig. 19, 1, 41 in venditione *domus* super annua -e pro aquae ductu ... nihil commemoratum est. COD. Iust. 5, 12, 27 (*a. 294*) pro rebus ... hereditariis successores ... sollemnibus -bus parere debent (4, 31, 13 [*Diocl.*] debitum, quod s. publicarum -um debueras nomine). COD. Theod. 11, 36, 12 in causis -um debitorumque fiscalium. 13, 1, 5 negotiatores ... ad necessitatem -is adhibeas (*cf.* 13, 1, 9 -em auri, quod negotiatoribus indicitur. 16, 2, 15, 1 negotiatorum munia et -es). 13, 5, 32 solaciis pro mercedula praestitis ex tributariae -is inmunitate, *sc. nauarchis. al.* β *pro praediis, fundis sim.*: EDICT. imp. Carac. (Inscr. Maroc. Gascou 100) 15 praesumo ... annuas -es sive in frumento seu in pecunia ... daturos *vos* (COD. Theod. 11, 1, 18 annonae urbis ... a. -em solvendo. *cf.* NOVELL. Theod. 26, 1 *quod* in canonem cecidit et anniversaria debet -e persolvi). COD. Iust. 4, 37, 2 (*aet. Diocl.*) pretium *praedii* ... numeratum et sollemnibus -bus ... satisfactum esse (COD. Theod. 11, 1, 31 integro canoni et inlibatae -i s. ... provideri). PANEG. 5, 12, 4 *remissione ista* nihil est, quod ... timendum ... sit, quod aliquid virium venturis -bus neget (necet *codd., corr. Livineius*). EPIST. imp. Constant. (Année Épigr. 1937 n. 232) 14 ut ... milites ... quinque[m] capita (*i. capitationes*) ... a prestationibus sollemnibus annonariae -is excusent eademque immunia habeant (*cf.* annonae *l. 41*). COD. Theod. 5, 11, 8 *possessores* sciant ad integrae iugationis -em se esse cogendos. 11, 1, 12 pro fiscalibus -bus ad integram glebae professionem ... obnoxius (11, 7, 12 ad solutionem f. -um. *cf.* 16, 2, 15, 2 -es fiscalium [*antea*: ad pensitanda fiscalia]). 11, 3, 2 (*a. 327*) *possessionum* onera ac -es publicae (11, 3, 3 pro his agris. 11, 19, 2 NOVELL. Marc. 2, 6). 14, 4, 2 possessor, cui -is utriusque (*sc. sive porcorum sive pecuniae*) copia est indulta. 14, 25, 1 *magistratus* aenei frumenti -i obnoxii ... ad eiusdem aenei frumenti -em teneantur. COD. Iust. 11, 62, 2 (*a. 321?*) patrimonialis fundi -em aurariam seu frumentariam (*cf. l. 40 et 55*). 11, 71, 1, 2 (*a. 380–383*) -o canonica (*cf.* PS. ASCON. Verr. p. 258, 17 omne genus -is in hoc capite positum est: canonis, oblationis, indictionis). *al.*

b *-o aliis solvitur*: MARCIAN. dig. 33, 1, 24 (*ex rescr. Sev. et Carac.*) *rei publicae Sardianorum* videri perpetuam -em reliquisse testatorem per quadriennium, non in primum quadriennium *tantum.* VVLG. II par. 21, 3 dedit *rex filiis* ... multa munera argenti et auri et -es cum civitatibus munitissimis. PAVL. NOL. epist. 39, 1 aliis reditus de patrimoniis -e sollemni praebeantur, nobis ... reditus ... in litterarum vestrarum humanitate numeratur. SVLP. SEV. chron. 2, 8, 3 cum diurnam -em *cibi potusque,* quae idolo inferebatur, clam ipsi absumerent *sacerdotes.* COD. Theod. 11, 20, 3 exigua ... aedificiorum -o (*postea*: locorum ... pensio).

pēnsitātor, -ōris *m.* *a* pensitare. *i. qui attente (verba) considerat*: GELL. 17, 1, 3 verborum -es subtilissimi, *sc. qui Ciceronem reprehenderunt* (*cf. p. 1106, 73 sqq.*).

pēnsito, -āvī, -ātum, -āre. *a* pensare. *inter frequentativa affert* GELL. 9, 6, 3, *sc. verbum a* pendeo, pensus *derivans.* *legitur ternis locis apud* CIC. *et* PLIN. nat., *singulis apud* LIV. *et* CVRT., *paulo saepius in saec. II et in* COD. Theod., Iust.; *in versibus non nisi* CE 24, 5 MART. CAP. 1, 92. [*variat in codd. cum* penso PAVL. NOL. epist. 34, 8 CONC.^{S} I 5 p. 94, 27; *e coni. dub.* PHILO quaest. in gen. 4, 168 (*v. infra p. 1108, 67*).]

fere i. q. (saepe vel attente) pensare (*vi frequentativa evanida poni videtur l. 36. 44; v. et sub II*): **I** *i. q. sollemniter solvere, inferre* (*cf.* GLOSS.^{L} II Philox. PE 77 -ant: *τελοῦσιν. indicatur, quotiens fiat pensitatio e. g. l. 15. 33; quanta sit pensitatio, indicatur numeris fere distributivis l. 15 sqq. 50. 55. 56*): **A** *-ant homines* (*Christus l. 23, Mercurius l. 45*): **1** *vectigalia, tributa sim.* (*cf. B2*): **a** *proprie*: CIC. Manil. 16 qui vectigalia nobis -ant (RVFIN. Orig. in Rom. 9, 29 p. 1229^{B} potestatibus saeculi ... tributa non reddere nec v. -are [*respicitur Rom. 13, 7* reddite ... debita]). CVRT. 9, 7, 14 quod stipendium Arachosiis utraque natio -bat (SVLP. SEV. chron. 2, 19, 6 grave Romanis s. -ans *Antiochus.* 2, 25, 3 regibus Syriae ... s. -verant *Iudaei*). PLIN. nat. 12, 17 in tributi vicem regibus Persidis ... centenas phalangas *hebeni* tertio quoque anno -asse Aethiopas (*cf.* 12, 80 singula milia talentum annua turis -asse Arabas regibus Persarum. SVLP. SEV. chron. 2, 21, 4 trecenta argenti talenta annua). COD. Iust. 11, 62, 1 (*a. 315*) quae fisco -anda sunt (*cf.* 11, 1, 35 nostro aerario). COD. Theod. 11, 1, 7 ut nulla cuiquam -andi pro his qui aufugerint necessitas imponatur (*antea*: ad exsolvenda fiscalia). 11, 16, 8 ut ... iubeamus inferri merito -anda (*item n. pl. gerund. pro subst.*: 11, 24, 6, 1). 16, 2, 15, 2 *clericos* ad -anda fiscalia perurgueri. CONC.^{S} I 5 p. 94, 27 *Christus* dominantibus tributum -at (pensat *var. l.; respicitur Marc. 12, 17; gr. I 1, 2 p. 44, 21 ὑπόφορος ... γίνεται, alia versio p. 286, 17* fit subditus potestatibus. *sim.* I 5 p. 155, 11. 15 [*gr. I 1, 6 p. 129, 7 συντετέληκε, 129, 11 ὑπόφορος ἦν. ad obi. cf. l. 11*]). *al.* **b** *in imagine*: RVFIN. Orig. in Rom. 9, 30 p. 1230^{C} *si Christus morte* solvit ... tributum, quanto magis nos necesse est ista tributa carnis expendere et ... vectigalia -are (PAVL. NOL. epist. 28, 1 p. 241, 9 commercia litterarum, quibus mutuam visitationem animis ... nostris tamquam vectigal officii debiti -amus. 44, 4 p. 374, 16 *largiens* inopi spiritale v. -at). PAVL. NOL. epist. 24, 3 p. 204, 13 stipendium quasi precariae mansionis domino -ans de ... servitute. 28, 6 p. 246, 23 *Felix,* cui ... spiritu cotidie, lingua (*i. carminibus*) autem quotannis -o ... voluntariae servitutis tributum.

2 *alia* (*translate vel in imagine l. 43. 48*): VET. LAT. II Macc. 4, 27 (rec. P) Menelaus ... repromissas ... regi pecunias nullo ordine -bat ([*gr. οὐδὲν εὐτάκτει, rec. V* de pecuniis ... nihil agebat]. PS. ASCON. Verr. p. 240, 1 *sectores pro bonis condemnatorum* p. ⟨populo⟩ -bant). COD. Iust. 4, 54, 5 (*imp. Gord.*) ut ... pretii tardius exsoluti tibi usuras -ret *emptor.* 8, 16, 5 (*a. 233*) quae *praemia* pro coronis athletis -anda sunt. AMBR. epist. 5, 24, 8 ut Laetus ... agrum susciperet et certum numerum frumenti vini olei sorori quotannis -ret (*cf. l. 33*). PAVL. NOL. epist. 34, 8 p. 309, 26 huiusmodi possidete patrimonium, *sc. thesaurum caelestem,* quod in centenos fructus vobis creditor, *sc. deus, caelestis trapezita,* -et (penset *var. l.*). MART. CAP. 1, 92 (vers.) quae parens probitas *Mercurii* munera -et *Iovi.* COD. Theod. 12, 1, 29 ne ... in ordinem veniant senatorium, priusquam cunctas functiones civicis honoribus -verint. 16, 5, 54, 5 quantum in conductione -are consuerunt *conductores domus nostrae.*

B *-ant res*: **1** *pecunia* (*sc. quae usuras reddit*): CIC. Verr. II 3, 165 fueritne tibi quaestui *pecunia publica,* -aritne tibi binas centesimas? **2** *loca, praedia sim.* (*pro quibus vectigalia -antur; sine obi.* CIC.): CIC. leg. agr. 3, 9 *praedia,* quae -ant (*opp.* immunia). INTERLOC. praef. vig. (CIL VI 266) 16 ⟨num⟩quam haec loca pensiones -asse (*antea*: ut pensiones non dependerentur). PAP. Tjäder 10–11, 1, 12 (*a. 489*) insulam Melitam ducent⟨os⟩ solidos -antem (CASSIOD. var. 8, 23, 2 massas ... tot s. -antes. GREG. M. epist. 2, 1 l. 10 *terrulam* s. unum et tremissis duos -are). CASSSIOD. var. 5, 39, 6 quantum nostra praedia constiterit -are.

II *i. q. (sollicite) pondus exigere, aestimare, examinare* (*cf.* GLOSS. -are: extimare. *vis frequentativa explicatur vel augetur adverbiis* multum *l. 65,* diu *l. 65. p. 1107, 8, aliis l. 67. p. 1107, 5. 9 [cf. gen. pretii l. 72], evanuit p. 1107, 24*): **A** *iudicio mentis* (*auris l. 68; cf. imagines sub B1*): **1** *sine comparatione* (*notio colloquendi accedit l. 75*): **a** *considerantur res variae*: LIV. 4, 41, 3 imperatoria consilia ... *et* consulares artes ..., quae -anda quoque (*sc. non modo gerenda*) magnis animis ... essent. PLIN. epist. 1, 8, 9 nos... multum ac diu -tus amor liberalitatis ... avaritiae vinculis eximebat. SVET. Aug. 66, 4 amicorum ... suprema iudicia (*i. testamenta*) morosissime -vit. GELL. 13, 21, 23 *oratores* solam aurem secuti sunt suis verba modulis -antem. MIN. FEL. 36, 9 *deus* in adversis unumquemque ... examinat, ingenium singulorum periculis -at. TERT. apol. 5, 1 apud vos *gentiles* de humano arbitratu divinitas -atur (*cf.* adv. Marc. 2, 2 p. 334, 9 de arbitrio sensus sui -antes deum). SIDON. epist. 4, 14, 4 si futura magni -as, scribe clerico, si praesentia, scribe collegae. **b** *considerantur scripta*: PLIN. epist. 4, 14, 6 malui omnia *scripta mea* a te -ari quam electa laudari. 7, 17, 7 quae scripsi ... aliis trado adnotanda notasque eorum, si dubito, cum uno rursus aut altero -o. GELL. 1, 4, 1 scripta

[Malsbary]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... antiquiora ... curiose spectabat et aut virtutes -bat aut vitia rimabatur *rhetor quidam.* 9, 9, 12 *Probus* in legendis -andisque veteribus scriptis bene *callidus.*

2 *ita, ut duo vel plures quodam modo inter se comparentur*: **a** *per interrog. obliquam*: TAC. ann. 3, 52, 3 Tiberius saepe apud se -to, an coerceri tam profusae cupidines possent, num coercitio plus damni in rem publicam ferret *eqs.* (*cf.* 12, 17, 2 diu -to, Mithridatisne rebus extremis an patrio regno consuleret). PLIN. epist. 4, 15, 8 *ut* circumferres oculos ac diu -res, quem potissimum eligeres. 7, 9, 3 sedulo -are, quid tu, quid ille (*sc. scriptor, quem imitatus es*) commodius *scripserit.* **b** *per bina obi.*: SVET. Iul. 30, 5 *Caesarem* -tis ... suis et inimicorum viribus usum occasione rapiendae dominationis. GELL. praef. 18 *lectores* et rationes rerum et auctoritates hominum -ent, quos illi *scriptores* quosque nos secuti sumus. 11, 13, 10 *monui,* ut vim ipsam rerum virtutemque verborum prius -retis. **c** *per praepos.* cum: GELL. 1, 9, 11 novicios philosophorum sectatores cum veteribus Pythagoricis -ans. 1, 13, 5 incommoda ... cum emolumento spei -anda esse.

B *libra, lance sim.* (*cf.* GLOSS. σταθμίζω. -at: librat. *imago lancis sublucere videtur hic illic etiam sub A2*): **1** *in imagine, sc. vita hominis -atur*: PLIN. nat. 7, 44 vitam aequa lance -bit, qui semper fragilitatis humanae memor erit (CE 24, 5 [*aet. Sev.*] dea Syria, *i. Iulia Domna,* l. vitam et iura -ans). **2** *proprie, sc. vi quasi originaria -antur res corporeae*: Ps. AVR. VICT. orig. 22, 2 lapidem, quo lana -ari solebat. GREG. TVR. Mart. 1,11 p. 595, 24 facto mane, quae posuerant, -bant (*quae antecedunt v. infra p. 1108, 3*).

deriv.: pensitatio, pensitator.

pēnsiuncula, -ae *f.* *a* pensio *demin.* *i. q. pensio parva* (*in imagine*): COLVM. 10 praef. 1 faenoris tui ... reliquam -am percipe, *sc. librum.* *Malsbary.*

1. pēnsius *v.* pendo *p. 1050, 47.*

2. pēnsius *adv. compar.* GLOSS. II 266, 35 δαπανηρότερον: -s, sumptuosius. GLOSS.^{L} II Philox. PE 82 -s: δαπαν[ν]ηρῶς. *notio cum* impendere *congruit itaque fort. retrograde formatum ab* impense, impensius. *Gatti.*

***pēnso,** -āvī, -ātum, -āre. *a* pendĕre. *scribitur* pins- ANTHIM. 3 (*var. l.*). ORIBAS. eup. 2, 1 D 4 Aa p. 464 (pens- Ab). syn. 7, 22 add. Ab p. 160 (pens- Aa). *cf. l. 49 sq.* *abbreviatur part. praes.* pens LIB. pontif. p. 48, 2 sq. 5 sqq. *et saepissime ibid.* (*perscribitur* 47, 13. 48, 4). GLOSS. -at: σταθμίζει. ἐξισοῖ, ἀντελλογεῖ καὶ σταθμίζει. librat. *legitur singulis locis apud* SALL. *et* HOR., *quinquies apud* OV., *novies apud* LIV., *deinde frequentius per totam latinitatem, imprimis aetate posteriore, adamatur a* GREG. M. (*plus 600^{ies}, maxime c. notione sub IA2 allata*). [*it.* pesare; *sard.* pesare; *raet. occ.* pser; *francog.* peser; *prov. vet.* pesar, *var. franco-prov., prov., vasc.; cat.* pesar; *hisp.* pesar; *port.* pesar; *i. q. cogitare (a sermone docto non alienum): it.* pensare; *sard.* pensare; *raet. or.* pensá, *occ.* penser; *francog.* penser; *prov. vet.* pensar, *var. prov.; cat.* pensar; *hisp.* pensar; *port.* pensar. *cf. M.-L. 6391. Battisti-Alessio IV 2836, 2869. Wagner II 243, 252. Wartburg VIII 189 sqq. Corominas^{2} IV 503 sq. Machado^{3} IV 337, 354 sq. St.*]

[*confunditur cum* pensitare (*v. p. 1106, 2*), pinsare MANIL. 5, 166 CALP. ecl. 3, 83 (*falso trad.* PLAVT. Merc. 416. *cf. l. 35 et p. 1113, 1*), compensare HIER. epist. 39, 8, 2 in Philem. 18 p. 614^{C}. *cf. p. 1112, 71,* repensare FLOR. epit. 3, 15, 6, prensare AVG. conf. 1, 8, 13 (*restit.* CORIPP. Ioh. 6, 214); *e coni. vetere* STAT. silv. 2, 6, 50; *falso trad. pro* disp- SEN. contr. 4 praef. 1, sperare PETR. CHRYS. serm. 71, 11.]

I *cum notione metiendi, ponderandi sim.*: **A** *transitive, sc. cum obi. rei pondere determinatae* (*ipsius ponderis l. 70*): **1** *usu originario spectat ad pondus libra metiendum*: **a** *proprie* (*hyperbolice p. 1108, 4; c. abl. instr. l. 72. p. 1108, 6; norma, ad quam -atur, indicatur per abl. l. 67 sq., praepos.* ad *l. 69; c. acc. mensurae l. 75*): **α** *-atur aurum, aes, argentum* (*cf. l. 73*): LIV. 38, 24, 8 ut centurionem -antem aurum occiderent (SIL. 1, 624 -ti ... improbus auri arbiter ensis [*sc. quem iecit Brennus in trutinam. de eadem re* 4, 153]). PAVL. FEST. p. 72 dispensatores dicti, quia aes -antes expendebant. GREG. TVR. Mart. 4, 40 *triante aureo* adsumpto -toque unius solidi appensus est pondere. LEX Sal. Merov. 44, 2 tres erunt, qui solidos -are vel probare debent (*antecedit p. 1109, 41*). **β** *-antur herbae, fructus sim., sc. in re medicinali*: COLVM. 12, 53, 2 sint ... his portionibus -ta ea[t], quae infra subicimus, *sc. pondera herbarum* (*cf.* PS. THEOD. PRISC. add. p. 358, 24 haec aequis ponderibus -bis [ORIBAS. eup. 2, 1 D 4 Aa p. 464]). MARCELL. med. 20, 126 cydonea ... -bis ad pondo tria. PS. APVL. herb. 40 l. 3 malvae ... libram -tam. *al.* **γ** *-antur varia*: SEN. nat. 3, 25, 5 si aquae et eius rei, quam contra -bis, par pondus erit. MART. 10, 55, 2 Marulla penem -vit digitis. EPIT. Gai 2, 9, 1 quae omnia (*sc. frumentum, vinum, argentum sim.*) numerando aut -ando aut metiendo ... damus, ut *eqs.* HIPPOCR. mul. 1 l. 41 -ans multo graviorem inveniet lanam (*gr.* στήσας). DRAC. Romul. 9, 216 *veneat* tantum, quantum -bitur Hector *mor-*

tuus. DVB. NOM. gramm. V 579, 11 omne ... quod -atur in liquidis, *sc. vinum, mel sim.* VITAE patr. 6, 4, 18 panem ... -tum accipiens, aquam ... ad mensuram. GREG. TVR. Mart. 1, 11 p. 595, 21 partem pallii ... -tam super ... sepulcrum posuerunt (*sequitur p. 1109, 55*). *al.* *hyperbolice*: PALLAD. hist. mon. I 2 p. 260^{C} *deus* non opus habet a te mensuram cognoscere ..., nam qui montes lance -vit *eqs.* (*gr. p. 30, 20 σταθμίζων, sec. Is. 40, 12* libravit ... in statera. *sim.* II 5 p. 350^{D}).

t. t. gramm.: **1** *de vocabulis vel pedibus versuum vel totis versibus i. q. quinque syllabas habens* (*hic illic m. vel n. pro subst., e. g. l. 40. 44*): PS. BASS. gramm. VI 308, 27 *paeonibus* his adiciunt multi unum -um, quem Cicero dochmium vocat. 309, 4 (*agit de compositionibus*) ex trochaeo et -o, cuius media longa est (*sim.* 309, 13 ex tribrachy et -o *eqs.* 311, 16. *al.*). PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 48, 25 ex disyllabis et trisyllabis -i ... pedes formantur (49,6. 35. DIOM. gramm. I 475, 8 *sunt pedes* heteroploci -i triginta duo [*sim.* 481, 13]. *al. v. vol. VI 3, 2680, 78 sqq.*). 49, 13 (*v. supra l. 15*). 49, 22 in -is copulandis. 49, 36 in -is coniugationibus (*cf.* POMP. gramm. V 123, 18 -arum *syzygiarum*). 74, 24 dimetrus herous ... novissimalis, qui -os dicitur 'terruit urbem' (*de eodem* 161, 30 -on epodon). VLT. SYLL. gramm. IV 263, 27 tetrasyllabon ex -o fecit (*sim.* PRISC. gramm. III 113, 5). SCHOL. Opt. Porf. carm. 15, 1 *versus* quartus ex -is *partibus orationis constat.* **2** carmen -um *i. q. carmen e versibus -is compositum*: PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 116, 5 carmen ... continuum -um (120, 8). 162, 17.

⁂pentateuchus (-um), -ī (*de genere v. l. 54 sqq.*), *πεντάτευχος. scribitur in codd. etiam* -that-, -thath-, -tath-, -teuc-, -theuc-; -tich- ISID. (*iuxta* -teuch-). *litt. graecis* HIER. epist. NOT. Tir. 107, 88a -um. *masc. (vix neutr.) l. 62. 64. 71, in var. l. iuxta fem. (cf. gr.) l. 63 (bis), neutr. l. 68* (*addas fort.* NOT. Tir. *supra et* GLOSS.[L] I Ansil. PE 394). [*falsa var. l. pro* octateuchus CASSIOD. in psalm. 3 l. 16.]

i. q. tomus quinque libros continens: **1** *usu sollemni de libris prioribus veteris test.*: TERT. adv. Marc. 1, 10 p. 303, 3 *non* a -o natales agnitionis *dei* supputabuntur. PS. CYPR. pasch. 12 in similitudine -i ... anni v *adiecti sunt Abrahae.* HIER. epist. 53, 8, 2 hucusque Moyses, hucusque -*oς*. praef. Vulg. pent. p. 63 translatum ... -um (*item* adv. Rufin. 2, 25 l. 8, *ubi var. l.* translatam). Ios. p. 3, 1 tandem finita (finito *var. l.*) -o ... ad Iesum filium Nave manum mittimus. AVG. catech. rud. 3, 1 totum -um ... memoriter reddere. GREG. ILIB. in cant. 5, 8 legem, i. e. -um, scilicet quinque libros Moysi (*sim.* EVCHER. instr. 2 p. 161, 20 EPIPHAN. Avell. 244, 95). FAVST. REI. spir. 2, 7 p. 147, 8 sicut in -i volumine frequentatur. ISID. orig. 6, 2, 1 sq. in quinque voluminibus, quod pentatichum nominatur; (2) pentateuchus autem a quinque voluminibus dicitur (*sim.* GLOSS. II p. XIV). *al.* **2** *de aliis libris*: PAVL. NOL. epist. 4, 2 (*ad Aug.*) cum hoc -o tuo contra Manichaeos me satis armaveris (*4, 1* in quinque libris).

pentathetos, -on, *πενταθετος. i. q. ex quinque substantiis compositus*: ORIBAS. syn. 3, 7 Aa p. 851 emplastrum pentathe⟨t⟩on (3 add. La p. 894 e. pinthateu. 9, 54 add. Aa p. 385 pentateon e.).

pentāthlum, -ī *n., πένταθλον.* NOT. Tir. 107, 88 -um (*restit. Kopp,* pentadium, pantadium *codd.*). PAVL. FEST. p. 211 -um antiqui quinquartium dixerunt (-athium *codd.*).

pentāthlus, -ī *m., πένταθλος. scribitur in codd. etiam* penth(a)l-, penanthl-. *i. qui quinque artibus certat, quinquertio*: PLIN. nat. 34, 57 *Myron* fecit ... Delphicos -os (*item de statuis*: 34, 68 Spintharum -um. 34, 72 aereum -um). GLOSS. III 302, 50 -i: *πένταθλοι.*

pentatomon *n., πεντάτομον. inter nomina herbae q. e. quinquefolium affertur* PS. APVL. herb. interpol. 2 l. 34 adn.; *latet formis corruptis* DIOSC. *p. 1116, 12 et* GLOSS. III 573, 59 pentachomon quinque folia.

pente, *πέντε v.* penta *et* diapente *vol. V 1, 952, 72 sqq.*

pente- *v. etiam* penta-.

pentēcontarchus, -ī *m., πεντηκόνταρχος* (*quod gr. respondet*) *et* **pentēcontarcha,** -ae (*v. l. 14*) *m., πεντηκοντάρχης. scribitur in codd. saepius sine* h; *vario modo depravatur in* GLOSS. *litt. gr.* AVG. *acc. plur.* -as HIER., -*ovς* AVG. *i. qui quinquaginta viris praeest* (GLOSS. -us: quinquagenarius): VET. LAT. exod. 18, 21 (cod. 104) ⟨co⟩nstitues ... tri⟨bunos et cen⟩turiones ⟨et penteconta⟩rcos et decu⟨riones⟩ (*item* 18, 25 [*Vulg. bis* quinquagenarios]. *sim.* I Macc. 3, 55 [rec. V *et* cod. 109; *aliae vers.* evocatos *vel* quinquagenarios]). HIER. epist. 121, 5, 7 duos -as militum ignis absumpserat (*sec. IV reg. 1, 10 sq., ubi Vulg.* quinquagenarius). AVG. quaest. hept. 4, 1 appellavit ... -*ovς* super quinquagenos *constituendos* (-os *var. l.*). *Fl.*

[pentēcostālis *perperam afferunt lexica nonnulla ex* TERT. idol. 14.]

pentēcostas, -adis *f., πεντηκοστάς* (*in gr. non legitur; sec. πεντηκοστή pro πεντηκοντάς formatum videtur*). *spatium quinquaginta dierum* (*sc. pascha sequentium; cf. p. 1119, 63*): HIL. in psalm. 118 gimel 7 p. 381, 17 (*vetus test. typologice explicatur*) *propheta* iubelaei quinquagesimi anni legem explet, sed -is (pentecostes *recc.*) remissionem ac renovationem obtinere festinat.

⁂pentēcostē, -ēs *f.* (*de n. vel m. v. l. 39, de indecl.* pentecosten *v. sub IB2, de numerali infra l. 66. 72*), *πεντηκοστή. ad numerum gr. referunt*: HIER. in Is. 2, 3, 3 l. 47 AVG. c. Faust. 32, 12 EVCHER. instr. 2 p. 154, 9. CASSIOD. Ios. antiq. 3, 252 (*additur*: quam Hebraei asartha vocant). *sim. al., cf. p. 1119, 54. 67. scripturae codicum* (*afferimus antiquiora*): -ti- CANON. Turner II p. 290 rec. III SACR. Leon. 187 tit. REGVLA mag. 27, 33. *et saepius,* -chost- AMBROSIAST. in Rom. 14, 5, 1a rec. γ, -const- REGVLA mag. 27, 33. 35, -sthe- HEGES. 5, 44, 1 p. 393, 2 VVLG. I Cor. 16, 8. *abbreviatur fort.* INSCR. Tun. Merlin 383 d(e)p(ositus) s̄c̄ p̄c̄ (sanctis paschalibus *vel* sancta -e *proposuit Merlin*). *?neutr. vel masc.*: PETR. CHRYS. serm. 85[bis] ad sanctum -en (*sim.* CASSIOD. hist. 5, 3, 4 [sanctam *edd.*]). *cf. l. 48 et var. l.* sancti HIER. epist. 100, 17, 2 (*Theophil.*). *legitur inde a* VET. LAT., TERT., IREN., *sc. in oratione prosa.*

I *exempla sec. formas et iuncturas quasdam notabiliores digesta* (*fere textum editionum sequimur non indicantes var. ll., quae multis locis exstant, sc.* -en *pro* -es, -e *pro* -en *al.; praevalent formae gr.; latinae intellegendae sunt l. 47. 50. 60, fort. etiam l. 62*): **A** *formae variae*: **1** *nom.*: -ē: VET. LAT. II Macc. 12, 32 (rec. P). TERT. bapt. 19, 2. *al.* -ēs (*nisi est gen., sc. voce* dies *subaudienda*): AVG. serm. 265, 8 solemnis futurus -es. PS. AVG. quaest. test. 95, 2 p. 167, 16 (*cf. ibid.* l. 17, *sed* l. 10 -e). EVCHER. instr. 2 p. 154, 9. **2** *gen., sc.* -ēs (-is *non nisi* PS. MAX. TAVR. serm. 49 p. 631[C]): *iuxta* dies: VET. LAT. act. 2, 1 (cod. 5. *al.* = VVLG.) *implentur* dies -es (*item iuxta plur.*: AMBR. in Luc. 8, 25 HIER. vita Pauli 16 CANON. Turner *p. 1119, 10.* GREG. M. in I reg. 1, 31). 20, 16 (cod. 5) in die -es (*sim.* cod. 51). TERT. bapt. 19, 2. PS. CYPR. rebapt. 6 p. 76, 1 postremo die -es. 17 p. 90, 33 ipso die -es. AMBR. apol. Dav. I 8, 42. *et saepe. iuxta alia subst.*: TERT. orat. 23 p. 196, 29 spatio -es. COLLECT. Arian. serm. 7, 1 -es consecrata sollemnitas (HEGES. 5, 44, 1 p. 393, 2 RVFIN. Greg. Naz. orat. 4, 5, 1. *al.*). HIER. epist. 96, 20, 4 -es festivitas (RVFIN. Orig. in num. 25, 4 p. 239, 18 RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 39, 15. *al.*). 100, 17, 2 (*Theophil.*) septem ebdomadas sanctae -es. **3** *acc.* -em (-en *v. sub B*): VET. LAT. Tob. 2, 1 (cod. 62) in -em. HESYCH. in lev. 23, 9 p. 1084[B]. HYD. chron. II p. 30, 189 per pascha et -em. **4** *abl.* -ē (*an* -ē*?*): *exempla varia*: TERT. bapt. 19, 2 in -e (*item*: IREN. 3, 17, 2 COLLECT. Arian. serm. 5, 6. *al.*). HIER. epist. 22, 35, 8. c. Lucif. 8 omni -e. IND. capp. bibl. act. CT 4 p. 6 de -e (*item*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 4 tit. ALC. AVIT. hom. 11 tit. *al.*). *al. iuxta abl.* die (*per appos., nisi est numerale*): IND. capp. bibl. act. V 3 p. 7 completa die -e. HESYCH. in lev. 5, 14 p. 841[A] die -e, id est quinquagesima. FASTID. serm. 4 die -e. FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 28, 5 die quoque -e, cum *eqs.*

B *forma* -ēn: **1** *est acc. sollemnis*: **a** -en *solum*: VET. LAT. II Macc. 12, 32 (rec. L. *al.*). TERT. coron. 3, 4. *et passim.* **b** diem -en (*per appos., nisi est numerale; cf. p. 1119,8*): VET. LAT. act. 20, 16 (cod. 50) diem -en fieri in Hierosolymis (*sim.* VVLG.). AVG. serm. 272 B, 2 coll. Morin p. 381, 21 diem -en ... celebramus (PS. AVG. serm. ed. Mai 99, 1. SACR. Leon. 204 diem -en sacratissimum [Gelas. 642]). GREG. ILIB. de arca

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

32 in diem -en. *ordine inverso*: Avg. serm. 8, 17 l. 461 -en diem festum. Max. Tavr. 40, 1 hanc -en diem (44, 1).

2 *inde abiit in vocem indecl. (cf. p. 1118, 40); ponitur* -en, *ubi exspectes*: **a** *nom.*: Victorin. Poetov. fabr. mund. 8 -en concluditur (-e *edd.*). Rvfin. hist. 3, 8, 6 die festo, qui -en appellatur. Ps. Avg. quaest. test. 95, 3 Evagr. Pont. sent. mon. 39. 40. 42 rec. A. Petr. Chrys. serm. 139, 7 Cassiod. Ios. antiq. 3, 252. *al.* **b** *gen. (quaedam etiam per appos. explicari possunt, e. g. l. 15 sq. 18): iuxta* dies (*cf. 1b*): Vet. Lat. act. 2, 1 (Max. Taur. 44, 4) *complentur* dies -en. Ind. capp. bibl. act. A 3 p. 6 diebus -en (*item* Canon. Turner I p. 142 sq. rec. II *et* III [rec. I -es]. *iuxta abl. sing.*: Possid. indic. p. 200 de die -en. p. 205 Qvodv. prom. 2, 30, 65 Leo M. serm. 76, 3. *al.*). Gest. Liber. 7 veniens ... dies -en. *al. iuxta alia subst.*: Leo M. serm. 75, 5 ad venerationem -en. Canon. Turner I p. 25 rec. I quarta septimana -en (rec. II -es). II p. 290 rec. II quarta ebdomada -en (rec. II -es, rec. IV *et* V septimana -es). Sacr. Leon. 215 tit. in dominicum -en (Gest. Liber. 8. *cf. ibid.* in dominica -en [Sacr. Gelas. 637 tit.]). Gest. Liber. 8 sabbato -en. Greg. Tvr. Franc. 5, 11 p. 206, 10 noctem sanctam -en (*cf. supra p. 315, 26*). Greg. M. epist. 9, 26 l. 8 extra -en tempora. *al.* **c** *abl.*: Vet. Lat. Tob. 1, 22 (*vel* 2, 1; cod. 148. *al.*) in -en die festo nostro (Filastr. 149, 3). Filastr. 149, 4 pro -en. Ps. Avg. quaest. test. 95, 2 eodem die, id est -en. Greg. Ilib. de arca 30. Leo M. serm. 75 tit. de -en (Sacr. Gelas. 624 tit. *al.*). Bened. reg. 15, 2 a -en (41, 2). *al.*

II *exempla notionem illustrantia: est sollemnitas quaedam Iudaeorum et Christianorum, sc. quinquagesima q. d. (gr. respondet πεντηκοστή)*: **A** *significatur ipsa dies sollemnis, sc. quinquagesima post pascha, vel proximum circa eam tempus (ita adhibetur e. g. l. 16.54)*: **1** *Iudaeorum*: **a** *exempla varia*: Vet. Lat. Tob. 1, 22 (*vel* 2, 1; cod. 62) in -em die festo nostro, qui sanctus est a septimanis (*sim.* cod. 109. *al.; Vulg.* cum esset dies festus). II Macc. 12, 32 (rec. L) venerunt Hierosolima die sollemni septima⟨na⟩rum instante; set post -en *eqs.* (*sim.* recc. X, V, P; *rec. B* quinquagesimum diem [*sim. rec. M*]). Heges. 5, 44, 1 p. 393, 2. Hier. in Is. 2, 3, 3 l. 15 septem hebdomadarum ..., id est -es celeberrima festivitas est. Avg. quaest. hept. 5, 25 (*ad deut. 16, 10* diem festum septimanarum) haec -e iussa est observari. serm. 272 B, 2 coll. Morin p. 381, 22 Iudaei quare celebrant -en? nam et ipsi habent -en *eqs.* 272 B, 4 *ibid.* p. 383, 31 *Iudaei* die -es acceperunt legem digito dei scriptam. *al.* **b** *spectat ad illam -en, quae post resurrectionem et ascensionem Christi acta est*: Vet. Lat. act. 1, 5 (Aug. c. Cresc. 2, 14, 17; *sim. al. apud eundem et* cod. 5) *spiritum sanctum* ⌞accepturi estis⌟ non post multos dies hos ⌞usque ad -en⌟ (*om. gr. [praeter cod. 5] et Vulg.*). 2, 1 (Aug. c. epist. fund. 9 c. Fel. 1, 5) in illo tempore, quo subpletus est dies -es (*gr. ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς -ῆς. cf. l. 66. hinc pendent* Iren. 3, 17, 2 l. 26 Ps. Cypr. rebapt. 6 p. 76, 1. *al.*). Filastr. 140, 2 festivitatis *dies ...*, in quo *Christus* ascendit in caelum circa -en *eqs.* (*cf. l. 59. p. 1120, 1*). *al.*

2 *Christianorum (celebratur memoria rerum sub 1b allatarum; ad rem v. Leclercq, Dict. d' Arch. Chrét. et de Lit. XIV 260 sqq.)*: Vet. Lat. act. 20, 16 (cod. 50, *sim. al. et* Vvlg.) diem -en fieri in Hierosolymis (*inde pendent* Iren. 3, 14, 2 l. 54 -en agere. Pavla Hier. epist. 46, 8, 2 ut ... faceret -en). I Cor. 16, 8 (cod. 75. *al.* = Vvlg.) permanebo ... Ephesi usque ad -en (*inde pendet* Ambr. in Luc. 8, 25 -en celebrat). Tert. coron. 3, 4 immunitate *ieiunii* a die paschae in -en usque gaudemus. Conc. Ilib. (Migne 84, 306) canon. 43 ut cuncti diem -es celebremus. Peregr. Aeth. 25, 6 una tantum die dominica, id est quinquagesimarum per -en. Filastr. 149, 3 ieiunia ... celebrantur in natale ..., in pascha, ... in ascensione, ... in -en (*deinde explicat: ab ascensione* usque ad -en diebus decem aut postea). Avg. serm. 260 C, 6 coll. Morin p. 338, 8 in sacramento -es. Evagr. Pont. sent. mon. 39 rec. A cras -en *erit.* Ps. Avg. serm. 185, 1 -es ... curatur hodie ... non quod hac die, sicut plerique putant, ad caelos salvator ascenderit, *sed quia spiritus descendit.* Itin. Theod. 18 quae vitis in -en fructum dat (*cf.* Anton. Plac. rec. A 14 inde [*sc. ex hac vite*; in die *var. l.*] -en mustum *proponitur*). *et saepius.*

B *significatur spatium quinquaginta post pascha dierum (qui usus illo sub A2 descripto antiquior fuisse videtur, cf. Boeckh, Jahrb. f. Liturgik u. Hymn. 5, 1960, 1 sqq.)*: **1** dies -es (*plur. praeter* Tert.): Vet. Lat. act. 2, 1 (cod. 5) cum inplerentur dies -es, erant simul omnes *apostoli* (*sim.* cod. 50. *al. et* Vvlg.; *Vigil. Thaps. trin. 12, 147* dies quinquagesimae. *cf. l. 42 supra*). Tert. bapt. 19, 2 ⌞paschae⌟ diem significat et -es, qui est proprie dies festus (⌞ ⌟ *c. antecedentibus iungit Evans in ed., 1964; ad rem cf. l. 74 sqq. et Bastiaensen, Vocab. liturg. dans l'Itin. d' Égérie, 1962, 136*). Ambr. in Luc. 8, 25 -es omnes quinquaginta dies ut paschae celebrandos (*sed pergit*: quia octavae ebdomadae initium -en facit). *al., v. l. 10. p. 1118, 51.* **2** *cetera exempla (addas e. g. l. 14 sq. 18. p. 1118, 60. 64)*: Tert. bapt. 19, 2 -e ordinandis lavacris laetissimum spatium est, quo et domini resurrectio inter discipulos frequentata est et gratia spiritus sancti dedicata *eqs. ibid.* sic venturum *Christum,* quemadmodum et in caelos conscendit, utique in -e. idol. 14, 7 excerpe singulas sollemnitates nationum et in ordinem exsere: -en implere non poterunt. orat. 23 p. 196, 29 spatio -es. Victorin. Poetov. fabr. mund. 8 septem septimanae, quibus -en concluditur. Hier. epist. 22, 35, 8 -e (-en *var. l.*) cenae mutantur in prandia. Favst. Aug. c. Faust. 32, 3 septem dierum hebdomadas, id est -en, quam ... Moyses ... *sacrificiis imbuit,* vos aeque colitis. *al.*

pentef- *v.* pentaph-. *Spoth.*

pentelōris, -e. *e πέντε et* lorum *coaluit. i. q. quinque lora habens*: Hist. Avg. Aurelian. 46, 6, *v. vol. V 1, 1185, 69 sqq.*

penterēmis, -is *f., vox hybrida e πέντε et* remus *compos., vix agnoscenda est l. 15. 16.*

pentēris, -is *f. a gr. πεντήρης. titulorum nota* V (CIL X 3523 XI 77. *al.*) *huc vel ad* quinqueremis *pertinet.* Not. Tir. 110, 5. *i. q. navis quinqueremis*: Bell. Afr. 62, 5 -es duas ... cepit (penteremes *sim. var. l.; sed 63, 3* quinqueremi). Alex. 47, 2 capit ... pentere[me]m unam, triremes duas (quinqueremis *quater apud eundem*). Isid. orig. 19, 1, 23 -es et ⟨h⟩exeres, quinos vel senos ordines habentes.

deriv.: penterus.

pentērus, -a, -um. *a* penteris. *i. q. ad penterem pertinens*: Tab. cer. (Année Épigr. 1922 n. 135; *saec. II*) 5 *a Titω Μεμμιω Μοντανω μιλιτε πεντηρω Αυγιστι.*

penteschēmatistus *v.* penta-.

pugna **† pentetronica** Plavt. Poen. 471 *corruptum videtur* (ptenanthropica *Ritschl, alii alia*). *Fl.*

†penthēmimerēs (-ēs), -is *f.* (*n.*), *πενθημιμερής (vim adi. originariam servant e. g. p. 1121, 8. 29). scribitur in codd. e. g.* pent(h)emim- Serv. gramm. IV 465, 19. 466, 11. *al.*, pent(h)imim- Serv. gramm. IV 465, 19 Serg. gramm. IV 480, 1. *al.*, pentimem- Serv. gramm. IV 457, 9 Avdax gramm. VII 333, 4. *al.; litt. graecis* Qvint. inst. 9, 4, 78 Ter. Mavr. 1673. *de genere et formis: fem. probatur per adi. vel pron.*: Ter. Mavr. 1791 (*seq.* quae *ut*: Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 79, 21). Fortvn. gramm. VI 284, 25 finitam. Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 65, 18. *al.; nom. sing.* -ēs *e. g.* Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 79, 21 Avson. 393, 89 p. 249, -is Ter. Mavr. 1725 (*vix gen.*). 1940. Avson. 350, 6 p. 207, 38 (*var. l.* -es). *al.; acc. sing.* -en *e. g.* Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 65, 30 Serv. gramm. IV 457, 9, -in Ter. Mavr. 1791, -im Fortvn. gramm. VI 284, 25. *neutr. probatur per adi. vel pron.*: Fortvn. gramm. VI 303, 8 (-im *vel* -em *codd., sed seq.* quod, *cf. infra l. 68*). Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 108, 27 geminato. *al.* Diom. gramm. I 519, 32 iambico. *al.; nom. vel acc. sing.* -ēs Qvint. inst. 9, 4, 78 (*graece ut*: Ter. Mavr. 1673). Fortvn. gramm. VI 291, 15. *al., nom. vel acc. plur.* -e Fortvn. gramm. VI 291, 14 (-i *trad.*). 296, 3 Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 105, 8. *al. ceterum abl. sing.* -i *e. g.* Fortvn. gramm. VI 302, 2. 304, 3 Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 182, 30, -e *e. g.* Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 108, 27 Diom. gramm. I 519, 32. *legitur apud* Qvint. (*graece*), Ter. Mavr., Fortvn. *aliosque grammaticos,* Avson., Schol. Hor.; *in hexametris* (Ter. Mavr.) *et hendecasyllabis* (Avson.) *ita ponitur, ut vox ipsa membrum penthemimericum claudat.* [*dub. trad.* Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 142, 23 (penthemimericis *Keil*). *falso trad.* Ter. Mavr. 2578 (*v. sub* pentameris). *restituendum fort.* Schol. Hor. carm. 4, 7 pr., *v. vol. VI 3, 2613, 83.*]

i. q. πενθημιμερής (sc. τομή) vel πενθημιμερές. respiciuntur quinque semipedes metrici, plerumque dactylici vel spondiaci (in versu heroo, pentametro, asclepiadeo [p. 1121, 4 et saepe. cf. sub 2c], elegiambo [Fortvn. gramm. VI 303, 27. *al.*], *hendecasyllabo [p. 1121, 11. 17] aliisque), sed iambici e. g. p. 1121, 23, trochaici* Schol. Hor. carm. 2, 18 praef. *et infra p. 1121, 26.*

1 *explicationes potiores et notionis et nominis (non distinximus, utrum ad 2a an ad 2b spectent)*: Qvint. inst. 9, 4, 78 quod duobus pedibus et parte *πενθημιμερές* a Graecis dicitur. Ter. Mavr. 1673 cum post duos pedes relicta syllaba est ..., hoc *πενθημιμερές* medium de quinque vocatur; hanc et tomen dixere (Fortvn. gramm. VI 291, 15 -es quasi *τῶν πέντε τὸ ἥμισυ* [*cf. p. 1121, 3*]; habet enim prima pars duos pedes et syllabam partem orationis finientem. *sim.* Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 65, 2. Diom. gramm. I 497, 11 sq. -es est semiquinaria, ... et ideo -es vocatur, quia quinque semipedes dividit. Serv. gramm. IV 457, 9 -en esse *eqs.* [*unde* Gloss.^{L} I Ansil. pe 398 pentemirenesse]. Avdax gramm. VII 333, 6 Gramm. VI 645, 26). Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 101, 31 heroo dimetro, cui syllaba adiecta in novissimo erit, quod -es vocatur. 120, 13 heroi versus primam incisionem, quam -en tomen vocant, in qua prior sit spondeus, secundus dactylus, dehinc syllaba *eqs.* (148, 34 ut prior sp., secundus d. adiuncto semipede -en tomen compleant. *sim.* 183, 9 [*de discrimine -is heroi et elegiaci*]). 142, 20 duobus pedibus et semipede versus heroi, quae -es tome dicitur *eqs.* (*sim.* Fin. Metr. gramm. VI 240, 3). 169, 20 -es, id est hemistichium pentametri. Frg. Bob. gramm. VI 623, 15 *caesura* -es ..., id est in secundo et dimidio ... pede. 624, 7 sq. utraque

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pars pentametri constare debebit duobus pedibus et dimidio, id est syllaba, unde et -es a quibusdam nominatur, quandoquidem sit -es pars caesi versus, quae duos pedes et dimidium habeat, quasi *τῶν πέντε ἥμισυ* (*cf. p. 1120, 62*).

2 *exempla varia selecta*: **a** *significatur potius pars versus, quae quinque semipedibus constat*: TER. MAVR. 1791 *in pentametro vitioso* syllaba, quae sequitur *duos spondeos,* nec -in verbi cum fine relinquit ... nec *eqs.* 1940 si -is talis praemissa tome sit, quae primo spondeon habet, mox dactylon addit (PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 65, 7 geminata ... -es t. versum pentametrum complet. 120, 13 *hexametri* incisionem, quam -en t. vocant, ... *si fine hexametri conectas,* propagabis ... hendecasyllabum formae alterius. *et saepius apud eundem; aliter l. 30*). FORTVN. gramm. VI 291, 14 ut media caesura *pentametri* duo -e dividat. 296, 3 *asclepiadeum primum* habet duo -e, primum acatalectum, secundum catalecticum. 302, 2 *colon* compositum est ex -i et bacchio. AVSON. 350, 6 p. 207, 38 convenire ut possit *in centone* ... -is cum reliquo anapaestico. 393, 86 p. 248 qui *hendecasyllabi* -en habent priorem (393, 89 p. 249. *cf. l. 11*). PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 105, 14 duo dactylica si coniungas -e, fit elegium (144, 2. SERV. gramm. IV 466, 29 archilochium constat -i dactylica et dimetro iambico. *al.*). 110, 25 duo cola, quae -e diximus. 124, 1 dimetro ... anapaestico ... sive heroo -i (*cf.* SERV. gramm. IV 465, 19 elegiacum constat de -i prima heroica, secunda dactylica [471, 28 -e heroico et dimetro iambico. *al.*]). DIOM. gramm. I 519, 32 constat *versus* ... ex -e iambico et tribus trochaeis (SERV. gramm. IV 466, 11 dactylica et iambica. 466, 14. 17. *al.*). FRG. Bob. gramm. VI 621, 5 monometrum *trochaicum* hypercatalectum, quod -es sive pancration appellatur. *al.* **b** *significatur potius caesura semiquinaria* (*sc. post quinque semipedes posita; in enumeratione caesurarum v. vol. VI 3, 2613, 67 sqq.*): TER. MAVR. 1725 quas *partes versus* -is possit disiungere forma. PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 65, 2 quarum *incisionum* prima -es tome dicitur (79, 20 *trimeter iambicus* tomas ..., id est divisiones versuum, recipit -en et hepthemimeren. 107, 33 semipede, qui superest ad -en tomen. *aliter l. 8*). 65, 30 plures incisiones, id est -en et hepthemimeren (*cf. l. 31 et* SERG. gramm. IV 480, 1 in caesuris -e et hepthemimere). EXPLAN. in Don. gramm. IV 524, 4 syllaba catalectica, quae facit et -en. *al.* *per confusionem quandam (fort. e l. 34) ortum*: GRAMM. VI 638, 9 -es est syllaba catalectica, quae ... complet partem orationis (*nisi* syllaba *abl.*). **c** *significatur versus asclepiadeus* (*non nisi apud* DIOM., *fortasse quod duo -e insunt [cf.* FORTVN. *supra l. 14] vel quod -e dividitur*): DIOM. gramm. I 518, 33 *metrum asclepiadeum* dicitur -es (*cf.* 519, 25 alter *versus odes* asclepiadeum *metrum* habet et -es appellatur [*sim. al.*]). 521, 27 *haec ode* per quaternos versus scanditur, sed tres -es, unum qui *eqs.* (*cf.* 522, 10 scanditur per binos versus, quorum unus est tripodia dactylica, alter -es. *sim. al.*). 527, 27 *ode* duos -es ... habet. *et saepe.*

⁑penthēmimericus, -a, -um, *πενθημιμερικός* (*in gr. non legitur; cf.* dipenthemimericus). *scribitur in codd. med. aevi imprimis* pentememi- (*e. g.* SACERD. gramm. VI 502, 12), *item* pentimem-, pentamem-. *i. q. ad penthemimeren pertinens* (*respiciuntur pedes dactylici sive spondiaci praeter l. 52. 55. 56*): SACERD. gramm. VI 507, 20 sq. choerilium metrum ... constat -a caesura et syllaba et altera -a (508, 5. *al.*). 512, 8 ad -um duplex archilochium pentametrum. 517, 13 archilochium -um ... hypercatalectum ... constat ... duobus dactylis et syllaba. 538, 5 antispasticum -um dochmiacum aeschylium fit antispasto, hippio secundo et disyllabo. 543, 21 ex dipodia dactylica -a. *al. apud eundem.* *pro subst. de parte versus:* *neutr.*: SACERD. gramm. VI 543, 27 praeponitur -um dactylicum et subiungitur iambicum (545, 4. 8. 12 [*fem. in var. l.*]). 545, 3 -o iambico (*fem. in var. l.*). *fem.* (*cf. var. ll. supra*): SACERD. gramm. VI 544, 3 -ā dactylicā.

pentheus, penthiacum *v. Onom.* *Spoth.*

pentorobinus, -a, -um, *πεντοροβινος* (*nisi est formatio lat.; in gr. ὀροβινος tantum legitur*). *i. q. quinque grana habens* (*non nisi f. pro subst., sc. nomen herbae alibi* pentorobos *vocatae*): ISID. orig. 17, 9, 48 *paeoniam* quidam ... vocant ... -am a numero granorum.

pentorobos (-on), *acc.* -on *m.* (*n.*), *πεντόροβος.* *nomen graecum herbae q. e. paeonia, glycyside:* *locos v. supra p. 76, 11 sqq. 22 sq.; ad rem v. André, Les noms de plantes, 1985, 191.*

pentrea *v.* petraeus (petraea).

penu *v.* 1. penus *p. 1123, 5 sq.*

pen(u)ārius, -a, -um. *a* 1. penus. *de scriptura*: CAPER gramm. VII 93, 3 cella penaria non pinaria dicendum (pin- non pen- *var. l.*). -nuar- *praebent inscr. (v. sub 2) et cod. F Dig. (quater), alibi in codd. praevalet* -nar-, *hic illic invenitur etiam* paen-; penur- *v. p. 1122, 14. 18.* *abbreviatur* penuar CIL IV 5638. 5645. *al.* NOT. Tir. 100, 54 -um. *legitur in oratione prosa tantum inde a* CATONE, CIC. [*confunditur in codd. c.* p(a)enuria *p. 1122, 8, cf. p. 1122, 14. 18. de* CHAR. gramm. p. 140, 19 *v. supra p. 188, 67 sq.*]

i. q. ad penum pertinens: **1** *de receptaculis*: **a** cella -a (*cf.* GLOSS.[L] II Philox. PE 91 -a c.: *ταμεῖον. adde p. 1121, 69; adi. postponitur exceptis l. 2. 5*): CIC. Verr. II 2, 5 M. Cato ... c. -am rei publicae nostrae ... Siciliam nominabat; nos vero experti sumus ... Siciliam nobis non pro -a c., sed pro aerario ... fuisse (*sim. de regione*: CASSIOD. var. 12, 22, 3 urbis regiae c. -a). Cato 56 boni ... domini referta c. vinaria, olearia, etiam -a est. VARRO ling. 5, 162 -am *c. appellarunt,* ubi penus *condebant.* SVET. Aug. 6 *Augusti* nutrimentorum ... locus ... permodicus et c. -ae instar (penuriae *var. l.*). VLP. dig. 33, 9, 3, 8 *si* frumentum ... in c. -a habuit, penori legato continebitur. 33, 9, 3, 11 (*v. sub b*). FIRM. err. 14, 2. SIDON. epist. 2, 2, 9 *triclinio matronali* continuatur vicinante textrino c. -a *eqs.* GREG. TVR. glor. mart. 47. **b** *c. aliis subst.*: VLP. dig. 33, 9, 3, 11 vasa quoque -a *continentur penu. ibid.* alia ..., quae horrei -i vel cellae -ae instruendae gratia habentur. EPIT. Alex. 70 naves ... -as (penurias *cod.*). **c** *pro subst.*: *masc.*: PAVL. FEST. p. 211 penora dicuntur res necessariae ad victum cotidianum et locus earum -us. *neutr.* (*hucine p. 1121, 72?*): GILD. Brit. 71 chron. III p. 66, 23 Helias ... iniquorum terrae imbres adimens ..., ac si fortissimo penurii clustello ... obseratos (*si recte huc traximus; vix ad* paenuria). GLOSS. II 347, 33 *κελλαριόν.* 451, 25 *ταμεῖον τὸ ἰδιωτικόν.* 531, 40 *δαπαν⟨ο⟩θήκη.*

2 *de rebus, quae in penu servantur, servari possunt* (*nisi fallimur; non nisi in inscr. amphorarum*): **a** *iuxta subst.*: CIL IV 2596 (= 5621) liquamen (*?*) penuar(ium) exscell(ens). INSCR. Mainz. Zeitschr. 4, 1909, 21 n. 26 oleu(m) ... penuar(ium) excell(ens). **b** *cetera exempla* (*sc. n. pro subst., nisi subst. aliquod supplendum in inscr. mancis*): CIL IV 5638 excel(lens) penuar(ium) (5646 [*?*]. *cf. l. 23. 24*). 5643. 5645 ve(tus) penuar(ium) (9370. INSCR. Année Épigr. 1975 n. 556 [*e Britannia*]). 10286 (*?*). INSCR. Année Épigr. 1988 n. 862 (*e Gall. Narb.*) penuar(ium) Iuniorum.

3 *de homine, qui curam penoris habet* (*m. pro subst.*): GLOSS. II 347, 31 *κελλάριος*: -us. 451, 28 *ταμιοῦχος*: -us.

pēnul- *v.* paenul-.

pēnūria *v.* paenuria. **penur-** *v. p. 1121, 71.* *Fl.*

1. ⁑penus, -ūs (-ī) *f.* (*m.*) *et* **⁑penus,** -oris *vel* penum, -ī *n.* [*prisca et usitata significatio 'copia ciborum sim.' (v. p. 1123, 56) etiam vocibus* penator, pen(u)arius *inest, sed notionem q. e. 'pars interior (domus)' continent voces* penetralis, 1. penitus *al., fort. et locutio* -us Vestae (*p. 1125, 16; v. Dubourdieu, Les origines ... du culte des pénates, 1989, 13 sqq.*). *quae duae notiones cum haud facile coniungi possint, fort. de duabus radicibus* *pen- *cogitandum est. sunt qui comparent* pen(-us) *'copia (ciborum)' cum lituan.* penas *'cibus, pabulum'; de origine alterius* *pen- *adhuc nil dici potest. obscurae sunt etiam generum stirpiumque differentiae (v. l. 54 sqq. et cf. vocem* pen(u)arius *vestigia duarum stirpium praebentem). Fo.*] *de origine v. p. 1123, 58.* *de scriptura*: GRAMM. suppl. 294, 20 per e solam scribendum. PRVD. perist. 2, 159 *cod. B et hic illic in codd. med. aevi, ubi etiam* poe-. *abbreviatur* pen PAP. mil., *v. p. 1124, 59.* NOT. Tir. 21, 1. *legitur saepius apud comicos* (*novies apud* PLAVT.), *iuris consultos (inde ab Aelio Cato p. 1124, 1), gramm., ceterum perraro.* [*fortasse calabr.* penu. *cf. Faré, Postille 6394b. St.*] [*confunditur in codd. c.* penis POMPON. Atell. 41a (*falso trad.* GLOSS.[L] V Aa P 314a), pinus DON. gramm. mai. 2, 5 p. 620, 8 (*restit.* VITR. 10, 3, 5), plenus PRISC. gramm. II 170, 20. *dub. an huc pertineat*: INSCR. christ. urb. Rom. 17537 (*a. 406*). *e coni. dub.*: TERT. adv. Hermog. 3, 7 ARNOB. nat. 7, 17.]

I *de genere et formis*: **A** *doctrinae gramm.* (*addimus* PAVL. dig. *sub 1b*): **1** *de genere*: **a** *duo genera testantur*: GELL. 4, 1, 2 et 'hoc -us' et 'haec -us' et 'huius -i' et '-oris' veteres dictaverunt. DON. gramm. mai. 2, 5 p. 620, 8 nomina incerti generis inter masculinum et femininum, ut ... '-us' (*aliter l. 62*). **b** *tria genera testantur*: PAVL. dig. 33, 9, 4, 3 nomen ... -us mihi traditum est omnibus generibus dictum. NON. p. 219, 30 sqq. -us generis feminini (*affert p. 1124, 14*) ...; masculini (*affert p. 1123, 36. 38*) ...; neutri etiam lectum est aput plurimos, quorum auctoritas non probatur (*cf. l. 70 sq.*). DON. Ter. Eun. 310 et 'hoc -us' et 'hic -us' ⌞et 'haec -us'⌟ veteres dixerunt (⌞ ⌟ *om. cod. unus; aliter l. 57*). CHAR. gramm. p. 94, 21 sqq. SERV. Aen. 1, 704. PRISC. gramm. II 260, 17 teste Donato et Capro. *al.*

2 *de decl. et formis*: GELL. 4, 1, 2 (*v. sub 1a*). CHAR. gramm. p. 94, 21 sqq. -us quo modo debeat declinari incertum est (*teste utitur* PLAVTO, *sc.* Pseud. 178 [*masc.*]. 228 [*neutr.*]. VERG. Aen. 1, 704 [*fem.*] *formationemque gen.* [-i *vel* -oris] *in medio relinquit*). 177, 18 sqq. (*ex Romano*) -u Pomponius (*affert p. 1124, 15*) ...; -us -i, si femininum; -oris ut pecoris, si ⟨generis⟩ neutri sit, ut quidam putant. SERV. Aen. 1, 704 a masculino et a femenino genere quarta est declinatio, a neutro tertia. CLEDON. gramm. V 40, 13 'haec -us huius -us', 'hic -us huius -i'. PHOC. gramm. V 427, 28 (*inter ea, quae in plurali deficiunt*) 'hoc -um' (*sed v. B2*). PRISC. gramm. II 170, 14 'hic' et 'haec' et 'hoc -us' et 'hoc -um' (*cf.* 261, 6). III 445, 12 sq. 'hic' et

[Stirnemann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

'haec -us huius -i' et 'hoc -us -oris' et 'hoc -um -i' et 'hoc -u huius -u' *inveniuntur* (*sim.* Ps. Prisc. gramm. II 192). Schol. Pers. 3, 73 ab eo, quod est '-us' facit 'huius -oris, ab hoc -ore', ab eo quod est '-um' 'huius -i, ab hoc -o'. *al.*

B *usus auctorum* (*saepe legitur IV^a decl.* [*inde a* Plavto; *neutr.* -u *nusquam probatur, sed cf. l. 1 et falsam var. l.* Gell. 4, 1, 17], *aliquanto rarius III^a; rarae sunt formae certae II^ae decl., sc. nom.* -um, *abl.* -o; *variant etiam singuli auctores, si fides codicibus habenda est, cf.* Plavt. *l. 12. 42,* Cic. *l. 40. 42,* Vlp. [*bis* -ui, *ter* -ori *in eodem frg., v. l. 24. 26*]. *genus indicavimus, ubi attributo vel pron. determinatur; e formis elucet neutr. l. 17. 21. 40. 47. al.*): **1** *sing.*: **a** *nom.*: **α** -us: *masc.* (*cf. l. 16*): Plavt. Pseud. 178. *?neutr.*: Plavt. Pseud. 228 (*accedit* omne [*masc., sc.* omne *pro* omnis *intellegit Leo, Plautin. Forsch. ²306 sq.*]; *neutr. testatur* Char. gramm. p. 94, 21 sqq.). *fem.*: Q. Scaev. Gell. 4, 1, 17 Lvcil. 1205. 1350 Alf. dig. 32, 60, 2. Labeo dig. 33, 10, 12 (*bis*). Gell. 4, 1 tit. 4, 1, 9 Vlp. dig. 33, 9, 3, 2. *al. generis incerti*: Cic. part. 107 nat. deor. 2, 68 Varro ling. 5, 162 Fest. p. 250. *al.* **β** -um: Pomp. dig. 33, 6, 2 (*bis*). Pavl. dig. 33, 9, 4 pr. Gloss.

b *gen.*: -ī: Plavt. Pseud. 608 Trin. 253. Non. p. 51, 3 (*v. infra l. 59*). -ūs: Alf. dig. 32, 60, 2 (*bis*). Vitr. 10, 3, 5. Papin. dig. 45, 1, 115, 2 (*fem. ut*: Pavl. dig. 33, 9, 4 pr.). Pavl. dig. 33, 9, 4, 3. -oris: Ivlian. dig. 36, 2, 19 pr. Gell. 4, 1, 23 (*e Sabino*). Scaev. dig. 33, 9, 7. *al. in dig.* Non. p. 51, 3 (*v. l. 59*). CIL VI 9671, 2.

c *dat.*: -orī: Gell. 4, 1, 21 (*e Sabino*). Vlp. dig. 33, 9, 3, 5. 8. 9 (*abl. intellegunt Neue-Wagener I 367. 848, sed v. Voc. Iurispr. Rom. I 986, 31 sqq.*). -uī: Vlp. dig. 33, 9, 3, 3. 7 Schol. Hor. sat. 2, 5, 80 -ū: Greg. Tvr. vit. patr. 2, 1 (-uī *fort. var. l.*).

d *acc.*: **α** -um: *generis incerti*: Plavt. Capt. 771. 920 (*masc. ex A restituit Leo, loco cit.; neutr. P, testatur* Prisc. gramm. II 170, 14). Men. 120. 801. Ter. Eun. 310 -um omnem (omne *var. l.; masc. intellegit* Don. *ad l., fem.* Prisc. gramm. II 163, 11 sqq. [*inde* Schol. Ter. p. 59, 3], *nisi series exemplorum ab eo laudatorum turbata est*). Lvcil. 519 (*nisi* omne *pertinet etiam ad* -um). Cels. dig. 33, 10, 7, 1. *et saepe.* *neutr.* (*cf. etiam l. 29. 32*): Afran. com. 329 (*accedit* erile, *neutr. testatur* Prisc. gramm. II 170, 14; erilem *Leo, loco cit.*). Pavl. dig. 36, 2, 24, 1 (*nisi est masc.; fem. var. l.*). Hist. Avg. Heliog. 6, 7. *masc.* (*cf. et l. 28. 30. 35*): Pompon. Atell. 41a (*masc. testatur* Non. p. 219, 30, *sed codd. eius praebent* aliam ... -um; *cf. eandem discrepantiam* Novivs Atell. 16a). *fem.* (*cf. etiam l. 31. 37*): Verg. Aen. 1, 704 (*v. p. 1124, 64*). Gell. 4, 1, 17. Scaev. dig. 33, 9, 7 (*bis*). Pavl. dig. 33, 9, 4, 4. *al.* **β** -us: Cic. top. 27 Hor. epist. 1, 16, 72 Fest. p. 237 Gell. praef. 2.

e *abl.*: -ū: Plavt. Capt. 472 (*generis incerti ut*: Cic. nat. deor. 2, 68 Alf. dig. 32, 60, 2 Vitr. 6, 7, 4 Fest. p. 161 Pers. 3, 74. Gell. 4, 1, 20 [*ex Aelio Cato*]. *et saepius*). Pompon. Atell. 183 ([-o *var. l.*]. *fem. ut*: Sidon. epist. 2, 14, 2). Prvd. c. Symm. 2, 919 ([-o *var. l.*]. *masc. ut*: Cassiod. var. 8, 31, 5). -ō (*cf. l. 44. 45*): Ivlian. dig. 36, 2, 19 pr. (*fem.*; -ore *var. l.*). Macr. Sat. 1 praef. 2 (*masc.* [*an neutr.?*]). -ore (*cf. l. 46*): Caes. Strab. or. frg. Prisc. gramm. II 170, 22.

2 *plur.* (*non nisi nom. vel acc.*): -ora: Pavl. Fest. p. 211 Colvm. 12, 4, 3. 4. 5; *addas fort.* Gloss.^{L} II Philox. pe 73 -usa (-ora *ed. Steph. in marg.*). -ūs: Pavl. Nol. carm. 24, 812. *?*-a: Gloss. V 128, 13 -a: cellaria (*vix nom. sing.*).

II *de notione et usu*: **A** *respiciuntur potius alimenta, cibi*: **1** *usu strictiore de summa rerum ad victum pertinentium, quae conduntur in cellario, cella penuaria patris familias* (*ecclesiae p. 1124, 22sq., Vestalium p. 1124, 24. est fortasse usus originarius, certe antiquus, cf. exempla* Plavti *et disputationes iuris consultorum sub aβ*): **a** *loci ipsam vocem tractantes*: **α** *agitur de origine vocis*: Q. Scaev. Gell. 4, 1, 17 *v. l. 72.* Non. p. 51, 3 -i vel -oris (sic enim a plurimis declinatum est) proprietatem docti veteres hanc esse voluerunt, quod, quae in ea sunt, quasi penitus et in penetralibus recondantur. Agroec. gramm. VII 123, 29 -um et penetrale eo, quod ... penetrari raro soleat. **β** *quaeritur, quid ad -um pertineat* (*cf.* Cic. part. 107 cum ex testamentis quid sit -us ... quaeritur [*sim.* Qvint. inst. 7, 3, 13]. *quaestionem fusius tractant* Gell. 4, 1 Vlp. dig. 33, 9, 3 Pavl. dig. 33, 9, 4): Q. Scaev. Gell. 4, 1, 17 (*cf.* Vlp. dig. 33, 9, 3 pr.) -us est ..., quod esculentum aut posculentum est, quod ipsius patris familias ⟨aut matris familias⟩ aut liberum patris familias ⟨aut familiae⟩ eius, quae circum eum ... est et opus non facit, causa paratum est. *ibid.* (*sed Sulp. Rufo tribuit Mommsen, Ges. Schr. II 79*) quae ad edendum bibendumque in dies singulos prandii aut cenae causa parantur, '-us' non sunt; sed ea potius, quae ... longae usionis gratia ... reconduntur, ex eo quod non in promptu est, sed intus et penitus habeatur, '-us' dicta est. Cic. nat. deor. 2, 68 est ... omne, quo vescuntur homines, -us (*inde* Firm. err. 14, 2. *sim.* Pavl. Fest. [*v. p. 1122, 15*]. Evgraph. Ter. Eun. 310, *qui addit*: quidam ... pulmentaria hoc sermone significata voluerunt; ut Virgilius [*affert l. 64 infra*]). Gell. 4, 1, 20 Cato Aelio placuisse ... thus quoque et cereos in -u esse *eqs.* 4, 1, 21 *Sabinus* etiam, quod iumentorum causa apparatum esset, quibus dominus uteretur, -ori attributum dicit *eqs.* 4, 1, 23 ex his ..., quae promercalia et usuaria isdem in locis ⟨essent⟩, esse ea sola -oris putat, quae satis sint usu annuo. Serv. Aen. 1, 704 cellarium est paucorum dierum ..., -us vero temporis longi est. Gloss. *ὅσα εἰς πόσιν καὶ βρῶσιν συναθροίζεται.* apparatus ciborum, pulmentarium vel quicquid ad usum pertinet, id est cellarium. *al.*

b *loci usum vocis illustrantes*: **α** *exempla varia*: ① *sing., sc. collective:* Plavt. Capt. 920 dicam, ut *erus* sibi -um ali⟨um⟩ adornet (aliud ornet *P*). Pseud. 178 nisi mihi -us annuus hodie convenit *eqs.* (*leno ad meretrices; sim.* 228). 608 procurator -i. Ter. Eun. 310 (*filius erilis ad servum*) in cellulam ad te patris -um omnem congerebam. Lvcil. 1205 magna -us parvo spatio consumpta peribit. Afran. com. 329 *vobis* cordi est ... dextra in -um erile. Pompon. Atell. 41a. 183 quo pacto caream tam pulchra -u? Novivs Atell. 16a. Caes. Strab. or. frg. Prisc. gramm. II 170, 22 propinquos ... -ore volebamus privare. Varro ling. 5, 162. Vitr. 6, 7, 4 *Graeci* hospitibus ... instruebant triclinia ..., cum -u cellas. Fest. p. 237 penatores: qui -us gestant (*nisi ad 2a*). Pers. 3, 74 quod multa fidelia putet in locuplete -u. Avson. 320, 28 p. 17 conduntur fructus geminum mihi semper in annum; cui non longa -us, huic quoque prompta fames. Prvd. perist. 2, 159 *pauperes* adsuetos ali ecclesiae matris -u (*cf.* Ennod. opusc. 3, 32 p. 338, 24 ut nec ... commissam -um exhauriret *episcopus*). c. Symm. 2, 919 -u pro virginis ulciscendo *famem ortam esse dicunt, qui Vestalibus victum negatum esse vituperant.* Fvlg. serm. ant. 24 Cassiod. var. 1, 17, 4 CE 2107 A, 5. ② *plur., sc. cum respectu singulorum alimentorum*: Colvm. 12, 4, 3 priusquam -ora contingant, ablui *debent ministri* (*antea*: pocula vel cibi). 12, 4, 4 ne situ -ora mucorem contrahant (*agitur de salgamis ut* 12, 4, 5).

β *ponitur iuxta alia bona, opes*: Plavt. Capt. 472 *parasitis* sunt verba sine -u et pecunia. 771 Iuppiter ..., maximas opimitates ... offers mihi: ... pompam, -um, potationis saturitatem. Men. 120 *uxori* ancillas, -um, lanam, aurum ... praebeo (*sim.* 801). Trin. 253 raptores panis et -i. Cic. top. 27 mancipium, pecudem, supellectilem, -us et cetera (Sidon. epist. 8, 4, 1 *villa* super -um vel supellectilem ... *libris* large *referta. cf. l. 41*).

γ *respiciuntur hereditates, legata* (*e dig. afferimus selecta; huc spectant pleraque sub aβ allata; ad rem cf. e. g. Ormanni, Penus legata, Studi in onore di E. Betti IV 1962, 579 sqq. 666 sqq.*): Lvcil. 519 legavit quidam uxori mundum omne -umque (1350 uxori. Alf. dig. 32, 60, 2. Labeo dig. 33, 10, 12 interest, -us et supellex ea quae in urbe sit an urbana legetur. *et saepius*). Alf. dig. 32, 60, 2 cum probaretur ... *testatorem* partem -us vendere solitum esse, constitutum esse, ut ex eo, quod ad annum opus esset, heredes legatario darent (*sim.* Pavl. dig. 7, 8, 15 pr. 33, 9, 4, 2. *cf. supra l. 5. 11. 20 sq.*). Cels. dig. 33, 10, 7, 1 (*res ad cottidianum usum paratas enumerat*) -um argentum vestem ornamenta *eqs.* Ivlian. dig. 36, 2, 19 pr. uxori meae -um heres dato *eqs.* (36, 2, 19, 1 Papin. dig. 45, 1, 115, 2. *al.*). Scaev. dig. 33, 9, 7 eam solummodo -um deberi, quae in caenaculo esset. Vlp. dig. 5, 3, 25, 16 -um hereditarium ebibit. 33, 9, 32 -us esculenta (33, 9, 3, 3. *cf.* 33, 9, 3, 4 poculenta). *al.*

2 *usu laxiore et respectu condendi saepius evanescente spectare videtur*: **a** *ad quaelibet alimenta* (*cf.* Gloss. -usa: *βρωτὰ καὶ ποτά. hucine l. 19 supra?*): Vitr. 10, 3, 5 *navem* inmanibus mercis et -us ponderibus oneratam (pinus *trad.; cf. p. 1122, 14, nisi spectat ad alimenta nautarum ut* Pavl. dig. 4, 9, 4, 2 *quarum rerum* vectura non debetur, ut vestimentorum, -oris cottidiani). Hor. epist. 1, 16, 72 *avaritiae deditus* portet frumenta -usque *tamquam servus.* Svet. Nero 11, 2 (*inter missilia populo sparsa*) multiplex -us. Pap. mil. Fink 2 col. XXXIII 15 (*a. 222*) *milites missi* ad pen(um) comp(arandum) (*item* col. XXXV 19). Avson. 290, 1 p. 147 Capuam ... cultuque -uque potentem (*cf.* Cassiod. var. 8, 31, 5 ut *regio* ... et propriis fructibus ... exuberet et peregrino -u compleatur). CIL VI 9671, 2 negotiator -oris et vinorum. **b** *ad apparatum conviviii, ornatum mensae sim.: locus ambiguus* Verg. *et inde pendentia*: Verg. Aen. 1, 704 intus famulae, quibus ordine longam cura -um struere (longo *var. l.; cf. l. 21*). *usu strictiore explicant*: Clavd. Don. *ad l.* p. 137, 19 procuratio cellarii. Pap. Corp. 3, 196 (*v. Koenen, Zeitschr. Pap. Epigr. 11, 1973, 222. 230*). Gloss.^{L} I Ansil. pe 409 -um struere: cellarium pr⟨a⟩eparare. *ipsa fercula ponenda intellegere videntur* Sil. 11, 277 *a ministris* struitur -us (Verg. *imitatur ut* Macr. Sat. 1, 24, 22 moderator ..., cui cura ... struendi -um). Evgraph. *p. 1123, 75.* Gloss.^{L} I Ansil. pe 411. *iunctura aliter utitur* Pavl. Nol. *p. 1125, 40.* *cetera exempla*: Paneg. 2, 13, 4 ad -um regiam flagitare remotorum litorum piscem, ... alieni temporis florem. Schol. Hor. sat. 2, 5, 80 ('iuventus ... studiosa culinae') *proci Penelopes* magis studebant -ui quam veneri. Alc. Avit. epist. 27 quae *expensa hospitii praebendi* -u adhuc frigente animis tuis calet (*si recte huc traximus*).

[Stirnemann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3 *metaphorice*: **a** *de rebus incorporeis, quae mentem alunt*: GELL. praef. 2 *digna memoratu* annotabam eaque ... quasi quoddam litterarum -us recondebam (*inde* MACR. Sat. 1 praef. 2). SYMM. epist. 1, 96 non ... mihi ex ore ieiuno tributa laudatio est, sed de facundiae -u boni iudicii fructus adrisit. BOETH. in top. Cic. 1 p. 270, 6 ex disciplinarum liberalium sumptum -u ... pignus (*nisi ad B2, cf. p. 272, 42* de memoriae ... promptuariis). **b** *de pane et vino eucharistiae*: PAVL. NOL. epist. 32, 16 (vers.) *in secretario basilicae* veneranda -us ... conditur.

B *respicitur potius locus, ubi conditur aliquid* (*respectu condendi minus manifesto sub 1a; sunt qui notionem localem originariam putent, v. p. 1122, 36*): **1** *proprie de conclavi aedium*: **a** *in aede Vestae* (*cf. p. 1061, 52 sqq. 1123, 61; ad rem v. Latte, Röm. Religionsgesch. 109 sq., Weinstock, RE XIX 1, 441, 1 sqq.*): FEST. p. 161 *seria,* quae est intus in aede Vestae in -u exteriore (*cf.* p. 250 ⟨-us v⟩ocatur locus intimus in aede Vestae tegetibus saeptus, qui ... circa Vestalia aperitur [*suppl. e* PAVLO]). SERV. auct. Aen. 3, 12 ipsum penetral -us dicitur, ut hodie quoque -us Vestae claudi vel aperiri dicitur (HIST. AVG. Heliog. 6, 7 in -um V. ... inrupit).

b *in cuiuslibet aedibus, i. q. cella penuaria*: α *exempla notionem testantia*: SCHOL. Cic. Clun. p. 273, 24 (*ad Verr. II 2, 5, quod v. p. 1122, 3*) -um notum est cellarium dici, id est cellam domi constitutam, quam opportunam faciat domino victus cotidiani depromptio. CHAR. gramm. p. 460, 8 -us: *ταμεῖον κελλάριον* (*sim.* Exc. Bob. gramm. I 552, 31). SERV. auct. Aen. 2, 508 -um dicimus locum, ubi conduntur, quae ad victum sunt necessaria. GLOSS. *ταμιεῖον τὸ ἰδιωτικόν.* β *exempla usum illustrantia* (*sec. A intellegere possis l. 28. 31. 32, contra illic notione locali accipi potest e. g. p. 1124, 20*): SCHOL. Hor. gloss. *Γ* carm. 3, 28, 7 'horreo': -u, prom⟨p⟩tuario. CLAVD. 18, 194 vastare -um neglectaque ... arcae claustra remoliri. SIDON. carm. 22, 219 deliciis redolent ... apotheca -usque (*cf.* epist. 2, 14, 2 horreis apothecisque seu -u impleta). ENNOD. carm. 2, 41, 1 (*tit.* ante cellarium) nulla -um laxat mentis pressura sinistrae. GREG. TVR. vit. patr. 2, 1 *tributa tritici vinique* -u inferebantur imperiali. 3, 1 aperite ... -um.

2 *metaphorice de quolibet loco, quo cibi vel alia conduntur* (*cf. l. 6 supra*): AVSON. 248, 3 p. 82 Diogenes, cui pera (parva *trad.*) -us, cui dolia sedes (*cf. Hier. adv. Iovin. 2, 14 p. 304*^{C} peram pro cellario *habuit*). HIER. in Eph. 4, 25 p. 510^{B} (*sec. Matth. 25, 10*) in thalamum sponsi et -um regis *inducere* (*i. in penetralia sapientiae christianae, cf.* PAVL. NOL. carm. 24, 812 *ut* reseres ... regales -us). PAVL. NOL. carm. 19, 577 hanc sibi praedo -um sceleris ... struxerat, *sc. praedam tunicae sinu condens.* epist. 33, 2 euangelicos ... cibos ... desiderans ... pauperis amici egenam -um pulsas. CASSIOD. Ios. antiq. 18, 312 p. 540 eis *civitatibus* veluti -u ... utebantur (*gr. ταμιείῳ*).

deriv.: penator, pen(u)arius; *cf.* penetralis, penetro, 1. penitus.

2. penus *v.* penes. *Stirnemann.*

pēōn *v.* paean (paeon) *p. 28, 20.* **pēōnia** *v.* paeonia.

ὑπερεύχομαι: **† peorto** GLOSS. II 464, 12 (porto *var. l.,* peto *ed. Stephani*; superopto *suspicatur Heraeus in exemplari suo*).

*?***pepēdo,** -ere, *praes. redupl. a* pedo, pepedi *formatum praebet fort.* GLOSS. II 402, 3 *πέρδομαι*: pedo, -o (*nisi mero errore pro* pepedi, *sed v. Heraeus, Kl. Schr. 128 sqq.*).

pepenilla *v.* pimpinella.

peper *v.* piper. **peper-** *v. etiam* piper-.

[peperacium *affertur ex* Ps. DIOSC. Vind. 1, 2, *ubi πίπερ ἄπιουμ legendum videtur.***]**

pepercitum *v.* parco *p. 392, 16.*

pravus, insolens, ... **peperezator** GLOSS. I p. 82, 27. *obscurum* (*p. p. p. verbi q. e.* *perperizo *subesse putat Heraeus, Kl. Schr. 137 adn. 1*).

pepero *v.* 2. pario *p. 399, 29 sqq.*

pepertum *v.* parco *p. 329, 16.*

pephōsmenos, *πεφωσμένος.* *i. quod tostum est*: ORIBAS. syn. 3, 119 Aa p. 874 opiu pefosmenu *aliquantum* (*cf.* 3, 117 La p. 873 opiu pefurmene [performio Li; *om.* Aa *ut vid.*]). *solum ponitur de substantia quadam*: ORIBAS. syn. 7, 51 add. Aa p. 199 superspargenda sunt pulvera ..., pefosmenes et gummen ... aequalia pondera.

pephyrmenos, *πεφυρμένος latet fortasse* ORIBAS. syn. 2 add. As Ab p. 145, 37 cyminu ⌞peformino⌟ tritu partes tres (⌞ ⌟ *om.* Aa). *cf.* perfermenu.

pepiesmenos, *πεπιεσμένος.* ORIBAS. syn. 3, 139 Aa p. 877 colluvium pepihismenon vocatur (La pepiamenon, *gr. πεπιεσμένον*).

si te **† pepigat** haec modo scenatili VARRO Men. 304 (pepugerit *L. Müller,* pigebit *Turnebus, alii alia*).

pepigendus *v.* pango *p. 205, 39.* **pepītās** *v.* pituita.

peplis, *acc.* -in *f. et* **peplion,** (-i) *n. et* **peplus,** -ī *m.* (*f.*), *πεπλίς, πέπλιον, πέπλος.* *scribitur* pephl- PLIN. nat. 20, 210, plep- *in var. l.* HIPPOCR. *conspectus formarum: nom.* -is, *acc.* -in PLIN., PS. APVL., GLOSS.; *nom./acc.* -ion DIOSC. *l.* ❚❚, CAEL. AVR.; *abl.* -io HIPPOCR., CAEL. AVR. *ter; nom.* -us *vel* -os, *gen.* -i *vel* -u (*nisi est nom.*), *dat./abl.* -o, *acc.* -on DIOSC. (*nota* de -os *l.* ❚❚).

nomen herbarum variarum (*ad rem v. André, Les noms de plantes, 1985, 192; cum Diosc. gr. inter πεπλίς* [*4, 167, v. infra sub 1*] *et πέπλος* [*4, 168, v. infra sub 2*] *distinguat, utraque est* -is *apud* PLIN., -us *apud* DIOSC.); *significari videntur*: **1** *'euphorbia peplis' L.*: PLIN. nat. 20, 210 (*cf.* 1, 20, 81) est et porcillaca, quam -in vocant (*cf.* GLOSS. III 574, 19 -in i(d est) portulaga). DIOSC. 4, 163 p. 80, 14 sqq. de altera -o: -us aut andragne agresti, Ippocrates vero -ion dixit (*deinde fusius describitur*). **2** *'euphorbia peplus' L.* (*an 'euphorbia retusa' L.? cf. Berendes, Des Pedanios Dioskurides ... Arzneimittellehre, 1902, 462*): PLIN. nat. 27, 119 (*cf.* 1, 27, 93) -is, quam aliqui sycen, alii meconion, alii mecona aphrode vocant, ex una radice tenui fruticat *eqs.* (*sim.* DIOSC. 4, 162 p. 80, 4 de -os: -os aut siceni⟨a⟩ *eqs.*). HIPPOCR. mul. 1 l. 285 curatur enim sic: surclum, scamonia vel -io, quia purgantes *eqs.* DIOSC. 4, 51 p. 28, 20 frutex *paronychiae* est similis -o. 4, 163 p. 80, 18 sqq. (*bis* -u, *semel* -i). CAEL. AVR. acut. 2, 19, 115 emolliendus est venter aut helleboro nigro aut -io (*in re simili ibid. iterum et* chron. 3, 1, 11 -ion. 4, 6, 89). **3** *'euphorbia paralias' L.*: PS. APVL. herb. interpol. 109 l. 19 *herbae* titimalli species sunt septem: ... alia paralios sive titymallus, ⌞-is, titymallis, paralion, meconion⌟ *appellatur* (⌞ ⌟ *desunt apud Diosc. gr. 4, 164, 1*). **4** *'daphne laureola' L.*: DIOSC. 4, 141 p. 64, 8 dafnoides aut petalon aut camedafne aut -on dixerunt (*gr. 4, 146 εὔπεπλον, sed πέπλον, πέπλιον var. ll.*).

peplos *v.* peplis.

1. peplus, -ī *m. et* **peplum,** -ī *n., πέπλος.* *in libris inveniuntur var. ll.* popul- MANIL. 5, 392, peple- *et* plep- SOL. 52, 20, pleb- IVVENC. 2, 391, paebl- *et* plebl- SERV. (auct.) Aen. 1, 479. 480. *de genere et formis: praevalent formae ambiguae; masc. certum*: CIRIS 21 (*probatur attributo ut* AVSON. Mos. 419 CLAVD. 10, 123). TERT. pall. 4, 10 (*acc. plur.* -os *ut* LACT. inst. 2, 4, 15 [-on *cod. B*]). EPIT. Alex. 120 (*nom.* -us *ut* GLOSS.^{L} V Abba PE 26); *neutr. certum*: CIRIS 30 -a (*item* DRAC. Orest. 51 Romul. 8, 617, *cf. gr. πέπλα*). SERV. Aen. 1, 480 (*nom.* -um *ut* SCHOL. Stat. Theb. 10, 56 MART. CAP. 1, 40. *al.*). MART. CAP. 5, 426 -o ..., quod. pepl- *producitur* VERG. Aen. 1, 480 *et saepe, brevis est* PLAVT. Merc. 67 PERVIG. Ven. 21 AVSON. Mos. 419. *al.* *legitur aetate priore raro et fere usu strictiore (v. IB1a) apud* PLAVT., VERG., *in* CIRI, *apud* STAT., TERT. *al., usu laxiore apud* MANIL., SOL., IVVENC. *al. (cf. l. 45 sq.); octies apud* MART. CAP. [*olim legebatur* SER. med. 220 (plumbum *codd. et edd. rec. coll. Plin. nat. 25, 155*). *var. l. vix recta pro* telae *vel* tela SYMPH. 17, 2.]

β *in sermone artium*: Ⓘ *medicinae; spectat ad usum vel effectum singularum substantiarum*: Ⓐ *iuxta verba dandi, sumendi, tractandi*: CELS. 3, 20, 6 castoreum, si venter adstrictus est, mixtum cum scamonea; si non est, -r se ipsum cum aqua dandum est (5, 27, 12[A] SCRIB. LARG. 111. 119 cumini ... semen -r se, ut est. 184 malva ... data -r se vel cum urtica *eqs. al.*). 4, 15, 3. 4, 16, 2 acetum acre -r se sorbere. 5, 17, 2[B] arida medicamenta -r se teruntur; deinde mixtis iis instillatur ... acetum (*de pluribus seorsum terendis ut* 6, 6, 3. 6, 18, 2[G] SCRIB. LARG. 45. *de singulis*: SCRIB. LARG. 239. 244. *al.*). 5, 26, 30[C] -r se impositum siccum linamentum (8, 4, 10 PLIN. nat. 20, 160. *al.*). 6, 7, 2[A]. COLVM. 2, 14, 3 *vetus amurca* -r se ... adhibita. *al.* SCRIB. LARG. 23 *cummi* utuntur ... -r se vel cum collyrio. 56 haec -r se contundi iubebis, deinde cetera seorsum trita commisceri in unum. 179 vino mero ... et -r se et cum pipere ... poto (181. 185. *al.* PLIN. nat. 28, 250. *al.*). *al.* Ⓑ *cetera exempla*: CELS. 3, 22, 14 medicamentum etiam est vel plantaginis sucus -r se. 5, 28, 11[E] quae et -r se et mixta idonea sunt. 6, 7, 2[D] -r se quoque hyoscyami sucus satis proficit. SCRIB. LARG. 24 facit hoc *medicamentum* -r se (135. 158. *cf.* 25 facit bene et -r se mel Atticum purum [158. 249. *al.*]). 83 *acetum* -r se magnifice solet prodesse (244 -r se solanum vel cum pane. *al.*). *al.* PLIN. nat. 20, 249 lini semen cum aliis quidem in usu est, sed et -r se ... emendat. 22, 109 *mel despumatum* oculis -r se inutile. *et saepe.*

ⒾⅡ *grammaticae*: FEST. p. 214 'perfacul' antiqui et -r se 'facul' dicebant. p. 261 'quam mox' significat 'quam cito'; sed si -r se ponas 'mox' *eqs.* (SCAVR. gramm. VII 15, 19 *littera q* -r se posita. 23, 2 CHAR. gramm. p. 147, 11. *al.*). p. 305 *verbo omisso* -r se 'super' significat ... 'supra' (QVINT. inst. 8, 6, 43 PRISC. gramm. III 121, 10. *al.*). QVINT. inst. 9, 4, 36 longae -r se ... syllabae. 10, 2, 13 -r se soni tantum sunt *verba. al.* TER. MAVR. 698 duae fient seorsae syllabae -r se breves (*sc. in voce* qui). PROB. inst. gramm. IV 49, 10 *vocales* -r se proferuntur (49, 28 MAR. VICTORIN. gramm. 3, 6. 8. *al.*). *et saepius.*

2 *recentiora*: **a** -r se *absolute i. q. solum, tantum* (*cf. Löfstedt, Komm. 335 sq.*): CLEM. ad Cor. 19, 1 non -r se nos, sed et qui ante nos fuerunt in saeculo (*gr. οὐ μόνον ἡμᾶς*). PEREGR. Aeth. 47, 3 in ea provincia pars populi et gr⟨a⟩ece et siriste novit, pars etiam alia -r se gr⟨a⟩ece. **b** -r ipsos *i. q. -r se*: COMM. apol. 155 *deus* iustos ,-r ipsos cernit ad actus, (*'secernit ad iudicium extremum' Dombart*).

D *ponitur fere pro abl. mensurae*: MANIL. 1, 591 *circulus antarcticus* brumalem -r partes quinque relinquit ([*cf. 588* binis summotus partibus]. 1, 594 [*interpol.?*] sic -r tricenas [tibi -r binas *trad.*] vertex a vertice p. divisus. 3, 414 -r totidem ... decrescent sidera p. [3, 434 breviantur]). LACT. Phoen. 8 nostros montes ... -r bis sex ulnas eminet ille locus.

E -r *praedicativum, sc. ita positum, ut e. g.* '-r umbram' *sit i. q. 'pro umbra' vel 'velut umbra'* (*v. Bulhart, Wien. Stud. 68, 1955, 58 sq., cuius exemplis pauca addidimus arcentes* EVCHER. instr. 1 p. 112, 21 [-r *i. q. 'ab'*] *et exempla p. 1150, 53. 1151, 21 allata*): **1** *exempla ambigua*: AMPEL. 2, 2 quem *taurum* Iuppiter a Neptuno fratre -r gratiam abduxit (AVR. VICT. Caes. 35, 8 scripta ... tribunis quasi -r g. *prodidit* [*utrumque fortasse vi modali dictum, cf. alia vol. VI 2, 2221, 10 sqq. allata*]). TERT. adv. Marc. 3, 10 p. 392, 25 sq. si creator meus -r rubum quoque et ignem, idem postea -r nubem et globum cum homine congressus est (*nisi vi instrumentali explicandum*). **2** *exempla certiora* (*apud ecclesiasticos et medicos*): HIL. in psalm. 118 aleph 6 p. 362, 15 *lex* -r umbram futurorum sancta est (FILASTR. 32, 6 Christum ... quasi -r [*om. unus e codd.*] u. putative passum fuisse [*sim.* 42, 3. *cf. 44, 2* qui non videbatur ... vere, sed erat umbra]. RVFIN. Orig. in lev. 12, 2 p. 455, 7 -r u. ... et imaginem. AVG. civ. 17, 8 p. 225, 9. in psalm. 86, 2 l. 34). 129, 6 p. 651, 16 sqq. scit se ... Paulus -r interiorem et exteriorem hominem dissidere: -r interiorem quidem hominem delectatur lege, -r exteriorem vero hoc, quod non vult, agit *eqs.* (*respicitur Rom. 7, 22 ut* AVG. c. Faust. 24, 2 p. 721, 8 Paulus ... interiorem hominem -r spiritum mentis, exteriorem vero in corpore ... vult intellegi). FILASTR. 40 Christum ... quasi -r fantasiam apparuisse, id est veluti umbram, humano generi (AVG. serm. 6, 1 *deus* -r creaturam visibilem ... vel -r vocem ... vel -r ignem ... vel -r angelum [*opp.* -r substantiam suam *et* -r se ipsum]. PLAC. med. 8, 1 -r fantasma. Ps. ORIG. hom. in Matth. 1, 6 p. 245, 15 *deus* -r angelum). AVG. serm. 293E, 1 coll. Morin p. 246, 9 *Christus* -r hoc (*quod scriptum est Ioh. 1, 3*) aequalis patri, -r hominem minor patre (vera relig. 86 vita eius in terris -r h.). Ps. ORIG. tract. 9, 2 si domini nostri passionem -r imaginem retro olim demonstratae similitudinis velitis attendere. DIOSC. 1, 2 p. 5, 7 *acori radix* ad mulierum menstrua -r fumentum (*i.* fom-) utilis (1, 3 p. 5, 20. 1, 6 p. 7, 22; *gr. 1, 2, 2. 1, 3. 1, 7, 4*: *εἰς ἐγκάθισμα*).

CAPVT QVARTVM: *vi distributiva.* *usui locali p. 1137, 53 sqq. descripto aut usui temporali (cf. p. 1142, 57) multa affinia esse vix negantes huc traximus ea, in quibus certa ratio distribuendi sim. apparet* (*cf. e. g.* LIV. 42, 63, 5 [*vi locali*] *et* 28, 19, 9 [*vi distrib.*]). *exempla variorum colorum collecta invenies e. g. vol. V 1, 1119, 16 sqq. 1598 55 sqq. 1608, 27 sqq. sub I et III fere iuxta verba dividendi, sub II iuxta quaelibet verba.*

I *indicatur, inter quos homines (quas res) aliquid dividatur* (*hucine p. 1164, 25. 26?*): LIV. ANDR. trag. 3 praeda -r participes aequiter partita est. LIV. 38, 23, 10 praedam ... cum cura, ut quam aequissima esset, -r milites divisit. FRONTIN. aq. 79, 2 reliquae quinariae sescentae nonaginta novem intra urbem dividebantur -r regiones II VIII IX XI XII XIII XIV in castella viginti (*praeter numeros isdem verbis*: 80, 2. 81, 2. 82, 2. 83, 2. 84, 2. 86, 3). SVET. Dom. 9, 3 divisis -r veteranos agris. *al.; in arte computandi (ut vergat ad II): v. supra p. 526, 9 sqq.* (*aliter p. 1165, 75*).

II *significatur potius regula vel modus, quo aliquid distribuitur, disponitur, compositum est, agitur*: **A** *usu vario*: **1** *indicatur, quibus portionibus aliquid fiat vel tribuatur*: **a** *sine numero*: CATO agr. 140 *opus* cotidie -r partes facito (*saepe, v. p. 458, 31 sqq.*). VARRO frg. Plin. nat. 18, 348 si plenilunio -r dimidium pura erit *luna*. LIV. 28, 19, 9 electis -r manipulos viris. MANIL. 2, 758 verbi ... -r membra legendi (LVCAN. 4, 629 explicuit -r m. virum. 6, 756 nec se ... paulatim -r m. levat). SEN. suas. 6, 19 *Cicero* -r artus sublatus. CELS. 6, 9, 6 baca hederae ... dentem findit isque -r testas excidet. LVCAN. 2, 119 te sparsum -r viscera, Baebi, *eqs.* PLIN. nat. 34, 170 *plumbum* uritur ... -r lamnas minutas. FRONTIN. grom. p. 1, 14 ager -r strigas et -r scamna divisus et adsignatus est (LIB. col. II p. 255, 17 in centuriis [p. 257, 5. 26]. *cf.* LIB. col. I p. 230,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

6 in lacineis et -r strigas [p. 230, 8 -r centurias et strigas. p. 230, 16. 236, 8]. p. 231, 9 -r centurias et scamna [LIB. col. II p. 259, 19. 260, 10]. *sim. al.*). TAC. hist. 1, 79, 2 ubi -r turmas advenere *Sarmatae* (ann. 14, 34, 2 -r catervas et t. exsultabant. *cf. infra l. 72 et* TAC. ann. 3, 74, 1 quia ... plures -r globos incursaret *hostis*). TRAIAN. Plin. epist. 10, 117 *invitatio* quasi -r corpora, non viritim singulos ... contrahit. *al.*

b *accedunt numeri* (*fere distributivi*): **α** singulus: Ⓘ *attributive*: SALL. hist. frg. 1, 44 ut -r s. artus exspiraret (*agitur de morte M. Marii praetoris ut* SEN. dial. 5, 18, 1 paulatim et -r s. a. laceravit. *cf.* FLOR. epit. 3, 21, 26 ut -r s. membra moreretur). PROP. 4, 8, 87 mutato -r s. pallia lecto. PLIN. nat. 12, 83 quae dis -r s. micas dantur (*opp.* acervatim). QVINT. inst. 11, 3, 100. *al.* Ⓘⓘ *cetera exempla* (*sc. praedicative vel sine subst.*): -r singula (*aliter p. 1154, 64*): GERM. 215 nec totam ille *Equus* ... formam -r s. reddit. COLVM. 8, 17, 12 ne -r s. enumerem. SIL. 2, 404 *arma* lustrat ... oculis. STAT. Theb. 4, 548 mone. FRONTIN. aq. 89, 2 ire *sc. dicendo*. VET. LAT. Ioh. 21, 25 (cod. 6. *al.* = VVLG.) quae si scribantur -r s. (*gr.* καθ' ἕν). Hebr. 9, 5 (cod. 89 = VVLG.) non est ... dicendum -r s. (*gr.* κατὰ μέρος). *al.* -r singulos: VET. LAT. I Cor. 14, 31 (cod. 89, *sim.* VVLG.) potestis ... -r s. omnes prophetare (*gr.* καθ' ἕνα). CHIRON 524 cum -r s. lapides demiseris *in vas* (*inde* VEG. mulom. 2, 28, 5 -r vices s.). RVFIN. hist. 7, 28, 1 quos longum est enumerare -r s. *al.*

β *alii*: CELS. 4, 19, 4 *aqua* -r binos ternosve cyathos bibatur (VET. LAT. Marc. 6, 7 [cod. 5] misit eos *discipulos* -r b. [*gr. δύο δύο, var. l. ἀνὰ δύο, Vulg.* binos]. I Cor. 14, 27 [cod. 89] sive lingua quis loquitur, -r b. aut ut multum tres [*gr.* κατὰ δύο, Ambrosiast. -r duos, *Vulg.* secundum duos]). COLVM. 3, 17, 1 *surculum* -r gemmas quinas vel etiam senas partiti. 11, 2, 13 ab uno fabro dolari ... debet -r quadratos pedes viginti, *sc. singulis diebus*. MARCELL. med. 17, 1 prodest et scilla ... -r ligulam unam semel in die sumpta.

2 *indicatur, pro quibus singulis quaedam portio tribuatur, aliquid fiat*: **a** *sine numero*: SALL. Iug. 91, 1 cottidie pecus exercitui -r centurias ... distribuerat. LIV. 42, 1, 11 singula iumenta -r oppida ... imperabant. MANIL. 2, 322 *orbis pleni* ter denae (triginta *codd.*) ... partes -r sidera (*i. pro singulis signis zodiaci, ut*: 3, 492 ex hac tricenas summa -r s. partes distribues). COLVM. 3, 3, 12 vicena milia malleorum -r vineae iugerum ... pangimus (3, 5, 4 -r totum i. seminum milia *tot.* PALLAD. 10, 4). 3, 16, 2. PALLAD. 3, 31 *myrtorum bacas* vino miscent octo cotularum mensuram -r amforam vini (11, 14, 7 unum quiatum). 4, 8, 1 paleas fabae binos -r maiorem arborem qualos ... adfundunt. 5, 4, 1 ita ut terna grana -r scrobem ... ponantur. VEG. mulom. 1, 13, 6 ut ... -r sextarium vini ... praedicti medicaminis singula ... coclearia ... commisceas. 1, 18 *potionis* heminas singulas -r caput animalium dari (*al., v. vol. III 406, 56 sqq.*). CASSIOD. var. 10, 27, 2 *frumentum* -r solidum ⟨ad⟩ viginti quinque modios distrahi (12, 27, 2). hist. 1, 1, 6 pro metrico poemate -r versum uno aureo donans Oppianum (*Sozom. praef. 6* κατὰ στίχον).

b *accedunt numeri*: **α** singulus: MANIL. 3, 284 hora novo crescit -r s. signa quadrante (3, 499 tricenas dabis ex illa *summa partium* -r s. s.). PAVL. FEST. p. 378 viritim dicitur dari, quod datur -r s. viros. COLVM. 4, 18, 1 centenae stirpes -r s. hortos semitis distinguantur. LVCAN. 10, 364 (*Ptolemaei praefectus ad collegam*) meque tuumque caput -r s. forsitan illi *Cleopatrae* oscula donabit. FRONTIN. aq. 25, 5 diametro -r s. *modulos fistularum* adiectione singulorum quadrantum crescente. PALLAD. 6, 14 -r olei libras s. dena lilia ... infundere (7, 10). Ps. ASCON. div. in Caec. p. 196, 6 ut ... duodenos -r modios s. exegerit (*Cic. div. in Caec. 30* in m. s.). VVLG. Iob 1, 5 offerebat holocausta -r singulos ([*Hier. interpr. Iob* secundum numerum eorum]. *item masc. pro subst.*: RVFIN. Orig. in exod. 6, 3 p. 194, 19 BENED. reg. 40, 3. *al.*). AVELL. 218, 5 singulas ... capsellas -r singulorum apostolorum reliquias fieri debere. *al.* **β** *alii*: SVET. Claud. 21, 2 circenses ... commisit ... interiecta -r quinos missus venatione. PALLAD. 2, 17 unciam foliorum -r olei unam libram mittis (CASSIOD. var. 4, 47, 3 -r u. equum centum solidos ... inferre [5, 5, 2]. *cf.* Ps. GARG. MART. med. p. 209 -r unumquemque modium *musti aliquantum costi addendum est*). *ibid.* -r uncias decem vini ... heminam *mittis* (11, 10, 1 [*sec. Colum. 12, 52, 10* in singulos modios]).

3 *indicatur quaelibet dispositio* (*nonnulla vergunt ad p. 1166, 6*): **a** *ordinatur, componitur populus, coetus animantium* (*eorum pugna* LIV.; *proxime accedunt supra l. 3sq.*): LIV. 22, 5, 7 *pugna* ordinata -r principes hastatosque ac triarios. PAVL. FEST. p. 54 populus Romanus -r centenas turmas divisus erat (TAC. ann. 2, 52, 1 *milites* -r vexilla et t. componere. 15, 29, 2 eques compositus -r t. et insignibus patriis). SEN. epist. 95, 24 agmina exoletorum -r nationes coloresque discripta. TAC. Germ. 6, 4 acies -r cuneos componitur. hist. 4, 66, 1 iuventute ... -r cohortes composita (4, 78, 1 consistunt -r c. et manipulos. *al.; cf.* ann. 2, 78, 2 desertores -r manipulos componit). ann. 3, 4, 1 populus -r tribus, *sc. ordinatus. al.* FLOR. epit. 1, 1, 15 iuventus divisa -r tribus. Ps. ORIG. tract. 14, 17 dividit Gedeon tre-

centos illos viros -r centenos (*cf. Vulg. iud. 7, 16* in tres partes). 14, 20 distribuit centenos viros -r tres classes. HIER. epist. 22, 35, 1 *coenobitae* divisi sunt -r decurias atque centurias. **b** *ordinantur argumenta scriptorum, poetarum* (*huc fortasse l. 28. 30; cf. e. g. p. 1163, 14. 1165, 10*): MANIL. 2, 151 astrorum varia est natura notanda carminibus -r utrumque genus (*i. sexum; aliter* PLIN. nat. 1, 10, 13 digestio avium -r genera. 1, 18, 10–29 naturae -r g. frumenti [*sine verbo ut*: 1, 26 reliquae -r g. medicinae. 1, 31, 28]. 18, 183 reliqua cultura tradetur -r g. frugum. *al.*). 5, 27 quae *sidera* mihi per proprias vires sunt cuncta canenda. 5, 201 *canum* mores numerare -r urbes (*sc. patrias*). PLIN. nat. 1, 9, 14 digestio aquatilium -r species (SVET. Aug. 9 *vitae* partes singillatim neque -r tempora, sed -r sp. exsequar). 1, 16, 30–31 arborum natura -r situs. 1, 30, 8–53 medicinae -r morbos digestae. 1, 37, 77 comparatio naturae -r terras, ... rerum -r pretia. *al.* FRONTIN. aq. 77, 2 ut erogationem ... -r nomina aquarum ... et -r regiones urbis digeramus (*sim.* 78, 4. *cf. p. 1162, 60*). *al.* **c** *dīsponitur aliquid in area quadam*: LIV. 28, 20, 4 clavos -r modica intervalla figentes (*al., v. vol. VII 1, 2296, 65 sqq.*). COLVM. 3, 13, 4 nonnulli ... omnem vitem -r denos pedes in quincuncem disponunt (3, 15, 1 linea -r totidem p., quot destinaveris ... spatiis, purpurā ... insuitur. 5, 3, 6 si *vinea* in longitudinem -r quaternos p., in latitudinem -r quinos p. fuerit disposita [*antea syn.* inter quaternos p.]. 5, 3, 7 -r senos p. eundem vitibus locum ... ordinare. *al.*). 3, 20, 4 quin -r species digerendae vites disponendaeque sint in proprios hortos. 3, 21, 9 qui genera -r hortos separat. 8, 3, 9 *canales plumbei* -r spatia palmaria modicis forantur cavis.

d *cetera exempla*: OV. epist. 10, 67 Crete, centum digesta -r urbes. MANIL. 2, 453 divisas hominis -r sidera partes (4, 807 divisa ... tellus). SEN. nat. 4, 13, 3 *vina* -r sapores aetatesque disponere (PLIN. nat. 11, 219 arteriarum pulsus ... discriptus). PLIN. nat. 2, 119 veteres quattuor *ventos* omnino servavere -r totidem mundi partes. 11, 87 *scorpionibus* in novem genera discriptis -r colores. 18, 220 quadripertita anni distinctione ... -r incrementa lucis.

B *cum vocibus temporis* (*saepe spectat ad actiones repetitas vel gradatim exsequendas*): **1** *indicatur, quibus temporibus aliquid, recurrat, repetitur*: **a** *accedunt numeri sim.*: **α** omnis: CIC. Att. 4, 3, 3 se -r (super *codd.*) o. dies comitiales de caelo servaturum (LIV. 3, 11, 3. -r o. dies: EPIST. imp. Aug. Suet. Aug. 71, 3 FEST. p. 329 SEN. contr. 4 praef. 1 PLIN. nat. 10, 157 MART. 3, 10, 2. *al.*). LIV. 25, 6, 7 -r o. annos prorogatum imperium (COLVM. 2, 16, 2 TAC. ann. 6, 25, 3. 11, 22, 2. *al.*). MART. 8, 44, 8 curris -r o. tertiasque quintasque *horas* (*i. cottidie, cum iudicia incipiunt vel finiuntur*). **β** singulus (*cf.* PRISC. gramm. III 322, 24 sqq. illi *'καθ' ἡμέραν' καὶ 'καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν'*; nostri 'in dies' et '-r singulos dies' et 'in annos' et '-r singulos annos' et 'in horas' et '-r singulas horas'): MANIL. 3, 321 *signa zodiaci* paribus spatiis -r s. lustra resurgunt (*i. -r circuitus. aliter, sc. -r quinquennia*: SVET. Aug. 27, 5 -r s. l. collegam sibi cooptavit). 3, 560 docui -r s. tempora (*i. annos, menses, dies sim.*) vitae quod ... genus veniat. PAVL. FEST. p. 56 qui *clavus* figebatur ... -r annos s. (PLIN. nat. 11, 184. 17, 208 [*cf. Colum. 5, 6, 23* omnibus annis]. TAC. ann. 2, 36, 2. 14, 21, 2. *al.*). SEN. dial. 11, 13, 4 nec -r s. horas gladium exspectant (FIRM. math. 1, 4, 6 -r dies s. h.que. Ps. PHILO antiq. 25, 11. *al.*). COLVM. 11, 2, 98 quid uni iugo boum ... -r s. dies praestari satis sit (PLIN. nat. 18, 325. SVET. Cal. 22, 3 quae *hostiae* generatim -r s. d. immolarentur. FRONTO p. 46, 12 'cotidie' foret, si singulas epistulas -r d. s. scripsisses. *al.; nota* VVLG. num. 28, 24 -r s. d. septem dierum). SVET. Iul. 1, 2 ut ... prope -r s. noctes commutare latebras cogeretur. *al.*

γ *alii*: HOR. carm. saec. 21 certus undenos deciens -r annos orbis ut cantus referatque ludos. PLIN. nat. 2, 215 -r octonos quo⟨s⟩que annos ad principia motus ... revocantur *aestus maris*. CASSIOD. var. 12, 16, 4 expensarum ... notitiam -r quaternos menses ad scrinia nostra ... destinabis. hist. 9, 39, 2 quod luna -r octo annos cum sole concurrat (*Sozom. 7, 18, 13* διὰ ὀκταετηρίδος). Ios. antiq. 13, 234 p. 377 -r septem *annos* hunc *annum vacationis* observant *Iudaei*, sicut in septimis diebus (*gr.* κατὰ ... ἑπτὰ ἔτη).

b *sine numero*: **α** *varia*: SALL. Iug. 99, 1 signa ..., uti -r vigilias solebant, canere. HOR. carm. 3, 22, 6 quam *pinum* -r exactos ... annos verris ... sanguine donem (*sim. cum attrib.*: epist. 2, 1, 147 recurrentes ... -r a. [PORPH.: -r anniversaria sacrorum]. -r annos: TAC. Germ. 26, 3 ann. 1, 8, 4. *sing.* -r annum: VET. LAT. Luc. 2, 41 [Hier. virg. Mar. 4 p. 187^{C}; *gr.* κατ' ἔτος, cod. 3. *al. et* VVLG. -r omnes annos]. FILASTR. 140, 4. 141, 2. *al.; cf.* APVL. met. 3, 11, 3 -r annua reverticula). CELS. 3, 14, 2 -r triduum, id est tertio die et quinto et septimo. COLVM. 9, 14, 18 *observare* -r anni tempora (PLIN. nat. 10, 171). TAC. hist. 5, 6, 3 *sanguine* feminae -r menses exsolvuntur. ann. 6, 24, 1 factorum dictorumque eius *Drusi* descripta -r dies (APVL. met. 8, 3, 3 HIST. AVG. Comm. 6, 7 mutabantur ... praef(ecti) praet(orio) -r horas ac d.). *al.* **β** *forma* -r tempus *i. q. suo (quoque) tempore*: VET. LAT. IV Esdr. 5, 46 interroga matricem mulieris ...: decem si paris, quare -r t.? (*opp.* in unum; *syn.* secundum

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tempus). 5, 48 qui seminati sunt super eam *terram* -r t. 13, 57 quae *mirabilia* -r t. faciebat *deus.*

2 *indicatur spatium temporis in quo aliquid disponitur*: Ov. fast. 1, 1 tempora ... Latium digesta -r annum (SEN. benef. 4, 5, 2 tot varietates ciborum -r totum a. *plur.* -r annos: Ov. Pont. 1, 4, 9 mea -r longos si quis mala digerat a. *cf.* PETRON. 115, 14 opes ... -r mille a. disponite). COLVM. 6, 7, 2 *quattuor sextarii* pari mensura -r quadriduum dispensati dantur.

3 *indicantur tempora, secundum quae aliquid disponitur, distribuitur, computatur* (*saepe a scriptore, cf. A3b*): MANIL. 3, 449 capienda tibi est mensura diei ... noctisque -r horas. COLVM. 11, 2, 3 -r dimidios menses exsequi quodque negotium, *sc. praeceptis* (11, 3, 15 *praecepta serendi* -r m. digeramus). PLIN. nat. 1, 17, 30 operum surcularium -r tempora anni digestio (18, 49 frumenti ... genera -r t. satu divisa. SVET. *p. 1164, 11*). GELL. 15, 18, 7 cum ... non -r annos, sed -r dies singulos res gestae scribuntur.

4 *in locutionibus quae indicant, quotiens aliquid fiat intra certum tempus*: **a** *accedunt numeri*: VAL. MAX. 2, 7, 15 p. 92, 4 *milites* quinquagenos -r singulos dies ... percuti iussit (PLIN. nat. 13, 57 *ficus Aegyptia* septeno ... numerosa partu -r s. aestates. SVET. Vesp. 20 quamvis ... inediam ... unius diei -r s. menses interponeret). VVLG. III reg. 10, 22 semel -r tres annos. **b** *sine numero*: PLIN. nat. 8, 45 leaenam primo fetu parere quinque catulos ac -r annos singulis minus (18, 146 sexies evenit -r a., cum minimum, quater. *sing.* -r annum: PALLAD. 5, 1, 3 sexies [*sec. Colum. 2, 10, 28* sexiens anno]. VVLG. lev. 23, 41 septem diebus. deut. 16, 16 tribus vicibus. *al.*). 29, 129 *lapillos* singulos detrahunt -r dies (30, 86 singulis coclearibus sumptis. *sing.* -r diem: PALLAD. 1, 30, 4 tribus -r d. vicibus. vet. med. 9, 2 ter [*sec. Colum. 6, 9, 1* ter die]. 42, 3 secundo. HIST. AVG. Comm. 11, 5 lavabat -r d. septies. VVLG. Ios. 6, 11 semel. Dan. 6, 13 tribus temporibus [*cf. 6, 10* t. t. in die]. *al.*). THEOD. PRISC. eup. faen. 49 bis -r mensem (CASSIOD. var. 2, 9, 2 ut alterum solidum -r m. ... accipiat).

C *in arte computandi indicatur, quotiens certa pars tribuenda sit, ut totum quoddam efficiatur* (*sc. de multiplicatione; v. et. p. 1169, 61*): **1** *accedunt verba*: BALB. grom. p. 96, 9 ducis longitudinem -r latitudinem: facit embadon (*al., v. vol. V 1, 2156, 1sqq.* [*excepto* QVINT. inst. 1, 10, 44, *v. p. 1136, 65*]). p. 96, 10 longitudinem -r latitudinem metiemur, deinde -r crassitudinem: et sic efficit pedes solidos (*cf.* GROM. Bubnov p. 529, 13 hoc [*sc. VII*] mensuro -r cathetum, id est -r XXIV, erunt ... ped(es) CLXVIII). CENS. 11, 8 hi ... dies quadraginta -r septem illos initiales multiplicati fiunt dies ducenti octoginta (*al., v. vol. VIII 1598, 30sqq.*). **2** *sine verbo*: BALB. grom. p. 96, 15sq. in ea *centuria* pedum IICCCC -r IICCCC, passus CCCCLXXX -r CCCCLXXX, actus XX -r XX, cubita MDC -r MDC (*fere item* LIB. col. I p. 245, 5sqq., *ubi additur*: perticas CCXL -r CCXL, agnas DC -r DC *eqs.*). VET. LAT. exod 27, 18 (Aug. quaest. hept. 2, 177, 13 p. 221, 7) longitudo ... atrii *cubitorum* centum -r centum (*gr. ἑκατὸν ἐφ' ἑκατόν, Vulg.* occupabit ... cubitos centum). HYG. mun. castr. 2 *pedaturam* mutabimus, ut quis (quibus *Lenoir*) fuit CXX -r CLXXX, sic sit XC -r CCXL ... vel LX -r CCCLX ...; XXX enim pedes -r DCCXX cohors una (unum *trad.*, ⟨in⟩ unum *Lenoir*) occupat. VVLG. Ezech. 43, 16 *altare* duodecim cubitorum in longitudine -r duodecim cubitos latitudinis quadrangulatum aequis lateribus (*sim.* 43, 17). AVG. doctr. christ. 3, 121 decem -r decem centum sunt *eqs.* in euang. Ioh. 25, 6 l. 23 quinque -r quinque, id est quinquies quini *eqs.* (MART. CAP. 7, 735). MART. CAP. 7, 740 dyas -r dyadem facit tetradem. GROM. Bubnov p. 523, 2 longitudo -r latitudinem, id est XV -r XV, fit CCXXV. p. 523, 4 orthogoni cathetum -r basim, id est V -r XII, fit LX. *al. cum pron. refl.*: FAV. EVL. 8, 3 viginti -r se cum efficiant quadringentos (⟨ducti⟩ -r se *mavult Sicherl, Beitr. z. Kritik u. Erklär. des Fav. Eul., 1960, 688*).

III *indicatur, in quas partes aliquid dividatur* (*sine verbo* SOL.): MANIL. 2, 741 *dodecatemorium* -r quinque notatur partes (3, 405 -r tres id divide p. SEN. Thy. 60 membra -r p. eant discerpta. OCTAVIA 797 membra ... diducta. COLVM. 4, 24, 2 vitis ... -r quattuor divisa p. QVINT. inst. 5, 11, 30 -r minutissimas ista p. secuisse. PALLAD. 2, 15, 4. *al.; cf.* QVINT. inst. 3, 11, 21 -r tam minutas ... particulas ... concidere). 3, 384 -r duo partitae ... divortia (*i. hemisphaeria*) terrae. 3, 534 tempora ... -r numeros ... aevi divisa (*i. in annos, menses, dies, horas*). TERT. anim. 16, 1 Plato bifariam partitur animam, -r rationale et irrationale (*cf.* FIRM. err. 5, 4 *anima* -r tres contrarias separata dividitur [*textum traditum def. Bauer, Wien. Stud. 71, 1958, 156*]). SOL. 1, 42 tres menses -r tricenos dies. IREN. 3, 16, 8 *sententia haereticorum* -r multa dividens filium dei. ARNOB. nat. 1, 65 p. 63, 18 dilacerare ... eum ... -r viscera. IVST. 5, 10, 10 -r multa membra civitas dissipata (PROB. Verg. ecl. 6, 78 laceratum. VVLG. III reg. 18, 33 divisit ... bovem. *al.*). HIER. epist. 15, 1, 1 tunicam ... minutatim -r frusta discerpit (61, 4, 3 linguam ... -r partes et f. lacerandam. AVG. serm. 341, 2 verbum dei ... conciditur. *al.*). AVG. serm. 341, 2 verbum ... hominis non dividitur -r syllabas. VICT. VIT. 3, 48 linteamina ... -r fila consciderunt. *al.; in arte computandi*: MART. CAP. 7 749 viginti semel -r pares dividi possunt. BOETH. arithm. 1, 5 p. 14, 28 *par numerus* potest in duo aequalia dividi ..., porro autem et -r inaequalia, ut ... denarius in III et VII. *al.* (*aliter p. 1162, 63*).

CAPVT QVINTVM: ***vi deflexa*** (*quae ad vim localem spectant v. p. 1140, 46*): **I** *fere i. q. secundum* (*cf. p. 1135, 74. 1141, 70. 1163, 65 praecipue iuxta subst. praecipiendi, qui usus non longe abest a vi causali vel ab illo vol. VII 2, 1363, 38 sqq. descripto; cf. etiam locos sacr. script., ubi κατά quadam ambiguitate ponitur [cf. Bauer-Aland, Griech.-dt. Wb. NT 826 sq.], ut verss. lat. et -r et* secundum *vel* iuxta *praebeant, v. Wordsworth-White ad* act. 3, 17. 22 Rom. 11, 5, *ed. Beuron. ad* Eph. 3, 3. 4, 22 I Petr. 1, 3. *sim. in* CASSIOD. hist. *ponitur pro κατ' οὐσίαν et* -r substantiam [7, 4, 12. 7, 12, 6] *et* secundum s. [1, 13, 7. 5, 34, 30. 31]): VET. LAT. lev. 24, 12 (Rufin. Orig. in lev. 14, 1 p. 478, 20) ut iudicarent de illo -r praeceptum domini (*Vulg. aliter; gr. διὰ προστάγματος, quae iunctura isdem verbis vertitur in* cod. 100: num. 9, 18. 20 [*Vulg. utrobique* ad imperium]. 9, 23 [VVLG. -r verbum]. Ios. 15, 13 [*Vulg.* sicut praeceperat]. 17, 4. 19, 50. 21, 3. 22, 9 [*Vulg. ubique* iuxta imperium *sim.*]. *al.*). HIL. trin. 4, 11 l. 17 *filium esse* facturam ... -r id, quod Paulus ... dixerit (*sc. Hebr. 1, 4*). FAV. EVL. 16, 1 tribus -r sui naturam ter triplicatis efficitur alius cybus. HIER. reg. Pachom. p. 13, 4 *Pachomius* fundavit conversationem coenobiorum ... -r mandatum dei (*cf. sim. contextu p. 53, 3* iuxta imperium dei). Ps. HIER. in Rom. 43 -r quam *legem* praevaricatus est Cain (COMM. instr. 2, 1, 5 -r legem vivere). AVG. c. acad. 1, 9, 24 p. 21, 27 -r illam definitionem perfectum esse hominem, qui *eqs.* **II** *fere i. q. post* (*v. Löfstedt, Verm. Stud., 1936, 200*): AMM. 30, 4, 13 in quas *foveas fallaces iudiciorum* si captus ceciderit quisquam, non nisi -r multa exsiliet lustra (*sunt qui malint* post). MVTIAN. Chrysost. hom. 11 p. 309 *consuetudo dei* est, ut non celeriter exhibeat promissa, sed -r multum tempus ([*gr. p. 89 διὰ μακροῦ τοῦ χρόνου*]. ACT. Petr. 17 p. 65, 22 -r m. t. accepit dormitionem [*'id est διὰ πολλοῦ χρόνου, nisi forte* ... post *pro* per *scribendum' ed.*]). **III** *varia notabilia*: IVVENC. 1, 563 (*respicitur Matth. 5, 44*) quin ego praecipiam semper blando esse -r omnes obsequio (*i. 'erga omnes', quod ex usu distrib. vel illo p. 1138, 68 descripto explicare possis*). CLAVD. 1, 11 his neque -r dubium pendet Fortuna favorem (*vi modali? cf. p. 1037, 62 sq.*). HYD. chron. II p. 30, 189 *quidam* moritur -r pascha et pentecostem (*'scribendum* inter' *Mommsen; ad p. 1143, 65 trahas, si* pascha et pentecoste *quasi unum tempus indicat*). ITIN. Anton. Plac. rec. A 9 in ipso *rore* cocuntur omnes confectiones -r xenodocia (*i. 'pro xenodociis', nisi 'ubique in xenodociis', ut ad p. 1138, 68 pertineat*). CE 526, 7 crudum indignumq(ue) nefas et triste -r omnes (*i. 'super omnes'? an 'omnibus, pro omnibus'?*).

***apendix ad partem priorem*:** **I** *de collocatione*: **A** *ponitur inter subst. et attrib.*: **1** *antecedente attributo*: **a** *adi. vel num.*: **α** *in poesi* (*saepe intercedunt etiam aliae voces, sc. inter attrib. et praepos. praeter* LVCR. 6, 714, *utroque loco fortasse* PROP. 3, 14, 5, *v. p. 1140, 54*): NAEV. trag. 53 faventem -r fretum. PLAVT. Trin. 834 caeruleos -r campos (TIB. 1, 4, 45 undas). PACVV. trag. 272 ardua -r loca agrestia (VERG. Aen. 11, 514 a. montis -r deserta). TRAG. inc. 182 axena Ponti -r freta. CATVLL. 4, 18 tot -r impotentia freta (VERG. catal. 10, 17 georg. 3, 47 Aen. 7, 228. *al.*). 64, 2 liquidas Neptuni ... -r undas (VERG. Aen. 6, 202 aëra [Ov. met. 11, 194]. *al.*). 101, 1 multas -r gentes et multa -r aequora (LVCR. 1, 1029. 5, 95 VERG. georg. 2, 208. *et saepe*). CINNA carm. frg. 9 Genumana -r salicta (*cf.* VERG. catal. 14, 3 Romana -r oppida. Aen. 3, 295 Graias ... -r urbes. *sim. saepe*). LVCR. 1, 1018 magnum -r inane (1, 1103. *al.* VERG. ecl. 6, 31 Aen. 1, 602. *al.*). 2, 202 vacuum -r inane (6, 838 VERG. georg. 2, 54, *al.*). 2, 266 totum -r corpus (3, 17 LAVREA epigr. 9 VERG. ecl. 8, 9. *et saepius*). *et saepe.* **β** *in sermone pedestri*: CIC. Quinct. 10 summam -r iniuriam. Verr. I 49 aliquot iam -r annos (PLIN. nat. 36, 70). Sull. 52 totam -r urbem (PLIN. nat. 34, 164). Phil. 9, 5 multos -r annos (CAES. civ. 3, 64, 3 TAC. ann. 12, 12, 3. 16, 3, 1). LIV. praef. 5 tot -r annos (5, 21, 7 t. -r dies. TAC. ann. 2, 2, 2. 6, 24, 1. 12, 36, 1. *al.*). 10, 25, 18 quot -r duces. TAC. hist. 2, 87, 2 flagitiosa -r obsequia. *et saepius apud eundem* (*v. Gerber-Greef, Lex. Tac., 1088*).

b *gen.* (*in poesi praeter l. 67; v. et l. 49. 51*): ENN. ann. 516 campi -r caerula laetaque prata. CIC. Arat. 130 caeli ... -r loca. LVCR. 5, 712 signorum ... -r orbem. CAES. Gall. 1, 28, 1 quorum -r fines (LIV. 9, 24, 12. 10, 44, 8. *al.*). VERG. georg. 1, 366 noctis ... -r umbram (*item* Aen. 9, 314). 3, 9. 4, 555 liquefacta boum -r viscera. Aen. 10, 477 CARM. de bell. Aeg. 1, 6. Ov. fast. 4, 186 urbis -r medias ... vias. *al.*

2 *sequente attributo*: **a** *adi. vel pron.* (*in poesi praeter p. 1167, 3*): ENN. ann. 187 arbusta -r alta (VERG georg. 3, 412. 535 *al.*). LVCR. 2, 146 aera -r tenerum (*item* VERG. Aen. 9, 699). 2, 561 aevum ... -r omnem (5, 356. 398. 784 VERG. georg. 1, 482 Aen. 2, 498. *al.*). *al.* VERG. georg. 3, 109 aera -r vacuum. Aen. 5, 188 socios ... -r ipsos (SEN. apocol. 15, 1

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vers. 5). 7, 810 mare -r medium (12, 452. HOR. sat. 2, 3, 57 ignes -r m. fluviosque ruentes. *al.*). *al.* HOR. carm. 3, 27, 43 fluctus ... -r longos (PROP. 2, 26, 29). OV. rem. 706 signa ... -r sua. *al.* LIV. 9, 43, 15 aciem ... -r mediam. *al.* **b** *gen.*: LVCR. 2, 173 res -r Veneris. 5, 1382 cava -r calamorum. VERG. Aen. 4, 671 culmina -rque hominum ... -rque deorum. 7, 234 fata -r Aeneae iuro dextramque potentem. HOR. epod. 17, 2 regna -r Proserpinae. PROP. 2, 20, 15 ossa ... -r matris. OV. trist. 1, 9, 11 radios -r solis. *al.* (*sc. in poesi*).

B *postponitur* (*non nisi in poesi praeter* VITR. 10, 13, 8, *ubi* quae -r *codd.*, -r quas *Callebat*): PLAVT. Poen. 13 vocem, quam -r vivis. Stich. 71 gratiam -r (a patre *P*). CINNA carm. frg. 14 (*p. 1144, 37*). LVCR. 4, 597 haec loca -r (5, 770 loca ... inimica -r). 6, 1264 viam -r. MANIL. 3, 521 signa -r. *sequitur alter acc.*: LVCR. 6, 1160 noctem -r saepe diemque. VERG. georg. 3, 276 saxa -r et scopulos *eqs.* (STAT. Theb. 4, 313). Aen. 5, 663 transtra -r et remos *eqs.* (*item* STAT. Theb. 5, 404). STAT. Theb. 5, 522 stagna -r arentesque lacus *eqs.* 9, 552 silv. 1, 3, 60.

C *separatur per hyperbaton (negleximus ea, ubi praepos. una cum attributo separatur, e. g.* PLAVT. Epid. 323 -r illam tibi copiam ... licet. *de pron. pers. in formulis iurandi v. p. 1157, 65), inseruntur*: **1** *particulae*: PLAVT. Asin. 19 -rque illam ... uxorem tuam (Capt. 246. *al.* ENN. ann. 556 TER. Andr. 290. 540. *et saepe, in sermone ped. e. g.* CIC. nat. deor. 2, 137 CAES. civ. 3, 108, 5). HOR. epod. 17, 3sq. -r et Dianae ... numina, -r atque libros *eqs.* (SIL. 7, 282 [= 8, 165] -r et terras et lati stagna profundi. STAT. Theb. 3, 137 -r et arma et corpora. 8, 434, 10, 476. 12, 232 -r et invia saxa lapsurasque trabes *eqs. al.*). OV. am. 3, 11, 45 -r o lecti socialia iura (met. 14, 372 -r o tua lumina). epist. 3, 103 -r tamen ossa viri (met. 2, 80. 5, 612 t. et. STAT. Theb. 2, 541). **2** *enunt. relat.* (*cf. p. 1158, 39sqq.*): OV. epist. 15, 107 -r tibi, qui numquam longe discedit, Amorem ... iuro. **3** *subst.*: VAL. FL. 2, 178 patriae ... -r ignes culmen agi (*v. Leo, Gött. gel. Anz. 159, 1897, 964*).

D *repetitur per anaphoram*: **1** *bis*: PLAVT. Asin. 18sq. -r ... -rque (TER. Andr. 538sqq. LVCR. 3, 586sq. CAES. civ. 3, 108, 5. *al.; cf.* -rque ... -rque: VERG. ecl. 10, 23. *al.* TIB. 1, 4, 25sq. *al.*; -rque ... -r: VERG. Aen. 10, 313sq.). Pseud. 485 (= 527) -r ... atque -r (LVCR. 6, 949sq.). 705[b] -r ... -r (CIC. Verr. II 3, 102 dom. 68. *al.* CAEL. Cic. fam. 8, 16, 1. Q. CIC. pet. 29 LVCR. 1, 1075. *et saepe.*). Trin. 153 -r ... et -r (TER. Andr. 326 CIC. Quinct. 68 Flacc. 96. *al.* CATVLL. 101, 1 LVCR. 4, 620sq. *al.; cf.* et -r ... et -r: CIC. Verr. II 3, 156 fam. 16, 7 ad Q. fr. 2, 11, 2). RHET. Her. 3, 14, 25 aut -r ... aut -r (CIC. inv. 1, 51 Catil. 4, 8 rep. 3, 33 SALL. Catil. 39, 6. *al.; cf.* -r ... aut -r: RHET. Her. 4, 40, 52 CIC. inv. 2, 48). *sim. al.* **2** *ter*: PLAVT. Capt. 245sq. -r ...et -r ... -rque (*cf.* Mil. 451sq. -r ... -rque ... -rque [Ov. epist. 13, 159sqq.]. TER. Andr. 289sq. -r ... -r ... -rque. *sim. al.*). Epid. 198sq. -r ... -r ... -r (L. CRASS. or. frg. Cic. de orat. 2, 242 CIC. Quinct. 90. *al.* SALL. Iug. 14, 25 VERG. Aen. 4, 314sqq. *al.*). CIC. inv. 1, 44 aut -r ... aut -r ... aut -r (2, 147). Mur. 45 et -r ... et -r ... et vero etiam -r (*cf. l. 41 et* CIC. fam. 15, 2, 1 -r ... et -r ... et -r. HOR. epod. 17, 2sqq. -r ... -r et ... -r atque). *sim. al.* **3** *saepius quam ter*: PLAVT. Poen. 417 sqq. -r ... -rque ... -rque ... -rque ... -rque ... -rque (*cf.* OV. am. 3, 11, 45 sqq. -r ... -r ... -rque ... -rque. epist. 3, 103 sqq. -r ... -rque ... -rque. met. 7, 852 sqq. Pont. 2, 8, 27 sqq.). RHET. Her. 4, 45, 59 -r ... -r ... -r ... -r (Ov. trist. 2, 53 sq.). CIC. Sest. 2 non -r ..., non -r ..., sed -r ..., -r. *al.*

E *regit plura membra*: **1** *anteponitur seriei membrorum, sc. pendent*: **a** *duo membra*: PLAVT. Capt. 727 -r deos atque homines. Cas. 670 -r omnes deos et deas. Men. 616 -r Iovem deosque omnes. *et passim.* **b** *tria membra*: PLAVT. Pseud. 42 -r ceram et linum litterasque (Rud. 635 ENN. ann. 39 LVCR. 5, 1375 *al.*). CIC. inv. 1, 102 -r vim, manum, opulentiam (*per asyndeton ut*: top. 75 LVCR. 3, 217. *al.*). Mil. 4 -r vestram fidem, virtutem sapientiamque. Deiot. 8 -r fidem et constantiam et clementiam tuam. LVCR. 1, 340 -r maria ac terras sublimaque caeli. *al.* **c** *plura membra*: RHET. Her. 3, 2, 3 -r exercitus, classes, arma, tormenta, evocationes hominum et alias huiusmodi res. CIC. Verr. II 2, 50 -r Theomnastum et Aeschrionem et Dionysodorum et Cleomenem. Caecin. 7 -r tutelam aut societatem aut rem mandatam aut fiduciae rationem. LVCR. 1, 17 -r maria ac montes fluviosque ... frondiferasque domos avium camposque. 3, 691 -r venas, viscera, nervos ossaque. OV. met. 1, 117 -rque hiemes aestusque et ... autumnos et ... ver. 2, 80sqq. *al.*

2 *ponitur ἀπὸ κοινοῦ apud membrum alterum bimembrorum*: **a** *apud subst.* (*in poesi; Baehrens, Beitr. z. lat. Syntax, 1920, 257 vix recte agnovit* AMM. 24, 4, 8 par⟨s⟩ silvarum densa, alii -r paludes [par⟨s per⟩ *edd.*]): VERG. Aen. 6, 692 quas ego te (-r *var. l.*) terras et quanta -r aequora vectum accipio. 7, 296 medias acies mediosque -r ignes invenere viam. 7, 543 caeli convexa -r auras (*v. app. crit. et* SERV. *ad l.*). 8, 143 non legatos neque prima -r artem temptamenta tui pepigi (SERV.: ut te aut -r artem aliquam aut -r legatos probarem). OV. hal. 81 tumulosque ... camposque -r omnes. SIL. 4, 179 hasta viri femur et pariter -r ... ilia sedit equi. STAT. Theb. 4, 643 geminumque nefas miserosque -r enses. 10, 714 i (-r *unus e codd.*) Danaas acies mediosque -r ... enses. AVIEN. Arat. 966 circulus *tropicus* ima calentis pectora -rque alvum ... Leonis succedit (*gr. 493 ὑπὸ στῆθος καὶ γαστέρα*). *al.* ?**b** *apud pron. relat.* (-r *deest demonstrativo*): MANIL. 3, 290 -r quot creverat astrum Lanigeri stadia aut horas, tot Libra recedit (tot *pro abl. haberi mavult Housman*). **c** *apud pron. demonstr.* (-r *deest relativo*): SEN. contr. 7, 2, 8 -r illos reum gradus ducere, quos potest ... evadere. SEN. nat. 2, 40, 2 fulmen -r id foramen, quod (quo *cod. unus*) ingressum est, redit et evadit. **d** *in comparatione*: TERT. adv. Val. 25, 2 *ut* semen illud spiritale quasi -r canalem ⌞animam⌟ derivaretur (*pro* -r animam, *v. Löfstedt, Sprache Tertullians, 1920, 64*).

II *exempla propter enallagen quandam notanda; ubi exspectes adverbium vel adi. praedic. ponitur*: **A** *adi. attrib.* (*saepe de motu per transversum facto, ut res percursa quasi pro re mota poni possit*): LVCR. 2, 213 transversos ... volare -r imbris fulmina. 2, 217 corpora ... deorsum rectum -r inane feruntur (LVCAN. 9, 694 *luna* -r recta cucurrit signa [*'recta linea -r zodiacum' Housman*]). OV. met. 2, 129 *p. 1137, 30.* MANIL. 4, 859 bina -r adversum caelum fulgentia signa (*pro 'in adversum -r c.', cf. 850* contraria fulgent). HOMER. 336 amplexus -r mutua corpora iunctis incubuit ([*pro 'mutuo -r c.', nisi praeferas var. l.* amplexu ... iuncto]. *al., v. vol. VIII 1738, 19. 24*). STAT. silv. 2, 2, 30 -r obliquas erepit porticus arces (*pro 'obliqua -ra.'; adde p. 1137, 25*). **B** *neutr. adi. pro subst.* (*sim. iuncturas sine gen. v. p. 1154, 50; ceterum cf. vol. VIII 597, 69sq.*): LIV. 9, 35, 7 equites Romani praevecti -r obliqua campi (*pro 'oblique -r campum', sim.* 27, 18, 10 -r tumuli o. SIL. 15, 139 -r obliquum caeli).

PARS ALTERA: *cum aliis formis.*

CAPVT PRIVS: *cum casibus*: **I** *cum abl.* (*saepius per contaminationem, e. g. l. 61. 65; in struct. mixta iuxta acc. l. 53. p. 1169, 5.; confusio cum* pro [*sc. compendio perperam soluto?*] *subesse videtur l. 51. 69, cf. p. 1166, 38*): **A** *exempla certiora*: **1** *formae plur.*: **a** *in* -bus: *in titulis*: Lex locat. Puteol. (Année Épigr. 1971 n. 88) 2, 34 -r quaestoribus. INSCR. Année Épigr. 1974 n. 570 (*e Moesia; a. 209*) -r quibus. ACT. Arv. a. 219 (CIL VI 2067) 16 -r calatoribus ministrantibus et -r pueros praetextatos. CIL VIII 3455 -r fratribus. *apud auctores*: VET. LAT. act. 2, 43 (cod. 50) -r manibus apostolorum (cod. 51. *al. et* VVLG. -r apostolos). CHIRON 153 -r naribus (154. 171. 335. 354. 963 *bis* [*acc. praebent cod. Basil. ubique et* VEG. mulom. 1, 5, 1. 2, 37]). 239 -r omnibus membris (GREG. TVR. Franc. 1, 30 p. 23, 18 [omnia *var. l.*]). 353 -r alternis diebus (432 pluribus. *al.*). Ps. APVL. herb. 82 l. 7 -r parietibus (parietes *var. l.*) aut mac[t]eriis aut aggeribus. GREG. TVR. glor. mart. 6 -r diversis mundi partibus. Mart. 3, 7 -r quattuor mensibus. ORIBAS. eup. 1, 10 tit. Li p. 415 -r singulis temporibus (syn. 1, 6, 12 La p. 42, 11. *al.*). syn. 1, 3, 5 Aa p. 35, 15 -r manibus. GREG. M. epist. app. 5 l. 8 -r tribus horis (tres horas *var. l.*). PASS. Matth. 27 p. 257, 32 -r multis precibus. GROM. p. 308, 12 -r montibus saxuosis. p. 311, 15. 345, 21. **b** *in* -is (*cum formis in* -bus *iuncta v. supra*): *in titulis*: CE 699, 10 (*saec. VI[1]*) -r s(ae)clis (parentis *mavult Bücheler*). 1599, 1 vix(it) xx -r annis (*sim.* CIL VIII 24430). CIL III 1743 Sabinus -r suis fecit (*per confusionem cum* pro?). *apud auctores*: VET. LAT. Hebr. 9, 5 (cod. 75) -r singulis (VVLG. *acc.*). SERM. Caspari p. 212, 14 -r speluncis et cavernis terrae (speluncas et cavernas *ed.*), -r sepulcris (sepulchrum *var. l.*, sepulcra *ed.*) et monumenta mortuorum. EPIST. pontif. 348 (Migne 20, 791[C]) -r litteris (AVELL. 83, 206). EPIPHAN. in euang. 58 p. 158, 14 -r idolatriis et peccatis diversis. GREG. TVR. Mart. 1, 2 p. 589, 8 -r aridis tabulis. ORIBAS. eup. 2 praef. 2 Ab p. 425 -r agris (Li *acc.*). syn. 1, 2, 5 La p. 33, 20 -r urinis. 1, 14, 2 La p. 52, 16 -r ipsis locis. *al.*

2 *formae sing.*: **a** *in* -o (*nisi spectant ad B, sc.* -o *cum* -u(m) *confuso*): *in titulis*: CIL VIII 4203 *et* 4204 (*a. 160*) -r leg. III Aug. D. Fonteio Frontiniano ... dedicante (*contaminantur locutio praepos. et abl. abs. 'aliquo* dedicante'). X 3344, 9 (*a. 159*) -r quo (VIII 16566). INSCR. Année Épigr. 1964 n. 251 (*a. 181; e Dacia*) p(er) Qui(ntio) Prisciano et Iuli(o) Marco, IIviri quinquennales. ACT. Arv. a. 184 (CIL VI 2099) III 21 -r M. Vstio Narcisso kalat⟨ore⟩. a. 218 (CIL VI 2104) A, 5 -r eodem Avitianum promagistr(um). a. 225 (CIL VI 2107) 26 -r Porc Prilologo calat (Porc(ium) Philologum calat(orem) *edd.*). CIL IX 4972 (*a. 215*) -r cur. r. p. L. Egnatio Marciano. XIV 461 (*a. 239*) -r Q. Veturio *eqs.* XI 6417 ⌞-r⌟ cuius beneficio et benignitate inpar fui (*exspectes* pro, *cf. p. 267, 64sqq. vol. VII 1, 520, 59sqq.*). XIV 1357 -r gradu hereditario. CE 296 (= 1908), 6 toto -r orbe. INSCR. christ. urb. Rom. 12493 -r innocentia sua aut -r cibo aut -r potu. Diehl 3863 -r d(e)o et -r tremenda die iudicii. *al.* *in frg. chartac.*: PAP. Corp. 214, 2 (*a. 170*) -r procuratore ... Matidio. 199 b et c, 2 (*a. 398*) p(er) Sergio actuario (*item* 199a, 5). *apud auctores*: VET. LAT. exod. 32, 13 (cod. 100) iurasti -r te ipso. Luc. 10, 32 (cod. 3) -r eodem loco.

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Hebr. 7, 11 (cod. 75) -r sacerdotio. CLEM. ad Cor. 45, 2 -r spiritu sancto. Ps. CYPR mont. 1 p. 104, 13 -r novo testamento (*acc. var. l., item locis sequentibus*). 3 p. 107, 6 -r angelo. 6 p. 110, 17 -r quo. 9 p. 113, 17 -r Pontio Pilato. PEREGR. Aeth. 2, 5 -r giro (3, 6. 19, 10). 7, 2 -r heremo (*seq.* -r heremum). 9, 5 -r biduo totum (PLIN. phys. Bamb. 9, 21). 25, 11 -r triduo (CHIRON 44. 49. 55. 61. *et saepe* [*paulo rarius* -r triduum, *quod solum praebet* VEG. mulom.]. Ps. APVL. herb. 6 l. 9. 15 l. 11. *al.*). 27, 7 -r toto anno. CHIRON 291 -r quatriduo (558 [-duum *cod. Basil., item* 283 *cod. uterque et* VEG. mulom. *quater*]). IORD. Get. 285 -r castro (*acc. var. l., ut omnibus locis sequentibus*). GREG. TVR. Franc. 2, 3 p. 43, 25 -r Christo. 2, 33 p. 81, 1 -r aquaeducto. vit. patr. 16, 4 -r trium annorum curriculo. ANTHIM. 14 p. 9, 13 -r ipso. 14 p. 9, 15 -r isto cibo. *al.* **b** *in* -e (*neutr.*): *in titulis*: CIL X 3344, 6 (*a. 159*) -r multo tempore (CE 708, 2 *a. 539*). *apud auctores*: VET. LAT. Luc. 18, 5 (cod. 3) -r tempore ([*gr. εἰς τέλος, Vulg.* in novissimo]. CHIRON 181. IORD. Rom 1 longo -r t. [longa -r tempora *var. l.*]. ORIBAS. syn. 1, 6, 12 Aa p. 42, 11 -r longo t.). CHIRON 354 -r ore ([orem *cod. Basil.*]. ANTHIM. praef. p. 2, 1 [os, ora *var. ll.*]. RVF. podagr. 26 tit. *al., v. vol. IX 2, 1073, 21. 24sq.*). **c** *in* -i: *in titulo*: CIL VIII 11217 (*aet. Diocl.*) -r instantia felici. *apud auctores*: GREG. TVR. Franc. 5, 18 p. 220, 10 -r omnipotenti deo (*acc. var. l.*). ORIBAS. syn. 9, 46, 1 Ab *et* La p. 363 -r matrici.

B *exempla minus certa, sc. suspecta propter m mobile*: **1** *in* -a: *in titulis*: CE 1968, 7 (*a. 336*) -r genitoris vita. INSCR. christ. Diehl 1721 (*a. 485*) -r Marispalla. INSCR. Dessau 1308 (*a. 525*) -r Thracia. INSCR. christ. Diehl 805 (*a. 539/40*) -r Africa. 2055 (*ca. a. 580*) -r i(n)stantia (CIL VIII 11217. 22774). INSCR. christ. urb. Rom. 12493 (*v. p. 1168, 71*). *apud auctores*: PEREGR. Aeth. 8, 1 -r media Ramesse. 9, 7 -r Palaestina. 28, 1 -r tota septimana (37, 8 *bis*). 39, 1 -r epiphania (49, 3 -r pascha vel -r e.). CHIRON 700 -r altitia. 997 -r calda et oleo. SORT. Sangall. 29, 7 -r aliqua persona. HERM. Pal. vis. 4, 1, 2 -r via Campana. *al.* **2** *in* -ĕ (*masc. vel fem.*): *in titulis* (*cf. p. 1168, 70. 73. al.*): INSCR. Ost. Thylander A 83 (*aet. Hadr.*) -r fronte pedes XL in agro *eqs.* (A 148 [*aet. Hadr.*]. *cf. p. 1137, 11*). christ. Diehl 1112 (*saec. V*) -r inquisitione. CIL VI 32042 (*a. 538*) -r Oriente. X 7196 (*a. 570*) -r indi(c)tione quarta (X 100). VI 30948 -r voce. X 5409 -r quorundam insecutione sive compulsione. *apud auctores*: VET. LAT. Iudith 5, 14 (cod. 109) -r nocte (GREG. TVR. Franc. 5, 26 p. 232, 13). Rom. 2, 12 (cod. 75) -r lege. II Cor. 1, 1 (cod. 75) -r voluntate. I Tim. 2, 15 (cod. 75) -r filiorum creatione. PEREGR. Aeth. 1, 2 -r valle illa (5, 1 media). CHIRON 658 -r rigore. 936 -r vetustate. EVSEB. EMES. serm. 2, 39 -r assumptione. *al.* **3** *in* -u (*cf. l. 1. p. 1168, 70*): *in titulis*: INSCR. christ. urb. Rom. 12493 (*v. p. 1168, 71*). Diehl 4772 -r occasu. *apud auctores*: VET. LAT. I Macc. 1, 37 (rec. L) -r circuitu ([circuitum *var. l. ut* 4, 60]. 12, 27). **4** *in* -ē (*cf. p. 1168, 72*): VET. LAT. Tob. 12, 12 (cod. 86) -r diae (Iudith 5, 14 [cod. 109] -r die. PEREGR. Aeth. 34 -r tota die [43, 9]).

II *cum nom. iungi videtur hic illic errore scribae vel lapidarii* (*cf. p. 1168, 64*): TAB. cer. Pomp. (Abh. Heidelb. Ak. 1989, 3, 26sq.; *a. 37*) -r Hessucus ser (-r Hesychum servum *ibid.* 5, 4, *sc. in vers. emendata eiusdem textus*). OSTRAC. Bu Njem Marichal 77, 3 (*a. 259*) -r kamellarius Iassucthan (*sim.* 78, 3 [*a. 259*]. *nom. sing. intellegit Adams in plagulis, acc. plur. Marichal*). CIL III 7791 -r Antiochu sacerdos. 10515 -r Siti ... doretus patrem (*'debuit esse* ...: -r Sit⟨tium Theo⟩doretu⟨m⟩' *Mommsen*). 14184, 27 (*aet. Alex.*) -r L. Apronius Pium.

CAPVT ALTERVM: *cum indeclinabilibus*: **I** *cum numeris* (*notabiliora tantum*): **A** -r ter *i. q. ter* (*locutionem inventam ad vertendum gr. ἐπὶ τρίς e locis sacrae scripturae fluxisse in usum fere magicum docet Löfstedt, Late Latin, 1959, 85 sqq.*): VET. LAT. act. 10, 16 (cod. 5. *al.* = VVLG.) factum est -r ter (11, 10 [*ibid., gr. utroque loco ἐπὶ τρίς*]). PLIN. med. 3, 15, 8 adiuret -r ter panem et salem (ter -r *cod. unus*). PHYSIOL. rec. Y 8 *aquila* tingit se -r ter (*gr. 6 τρίς* [*ἐπὶ τρεῖς var. l.*], *rec. B* trina vice). DIOSC. 2, 57 p. 201, 9 hoc -r ter facis (*gr. 2, 76, 9 τρίς*). ACT. Petr. 28 p. 75, 31 Simon ... inclinans se -r ter *eqs.* (*v. Löfstedt, loco cit.*). *in arte computandi*: GREG. M. in Ezech. 2, 8, 11 octo ... -r ter ducunt, *ut fiant XXIV* (tria *var. l.; antea*: octo ter ducimus). **B** -r quatuor *i. q. quater*: CHIRON 625 ab utrisque pedibus -r q. mittere *sanguinem* curabis. 626 et mero et oleo crura -r q. saturabis.

II *cum adverbiis*: TERT. pall. 2, 6 ut ... urbes de urbibus -r ubique orbis (urbes *trad.*) pangerentur. VITAE patr. 6, 4 36 transire -r inde (*gr. Cot. p. 620*^{C} *διὰ τῶν ἐκεῖ*). VEN. FORT. carm. praef. 3 *quos* famae radii -r quaqua traxerunt. [*in titulo falso*: INSCR. Année Épigr. 1967 n. 546 (*cf.* CIL I^{2} 2, 4 p. VIII) dirutis -r usquequaque ... moenibus.]

compos. infra sequuntur, addas pellicio. *v. Kamptz.*

1. ⁸pēra, -ae *f., πήρα. scribitur*: pira GLOSS. IV 553, 44; poera GLOSS.^{L} V Aa p 756. *de notione*: PAVL. FEST. p. 42 *Graeci* -am, in qua cibum recondunt, cibis⟨im⟩ appellant. p. 223 phascolia appellant Graeci, quas vulgus -as vocat (pernas *codd.*). PORPH. Hor. sat. 1, 6, 106 mantica -a est (SCHOL. Hor. sat. 1, 6, 106 mantica: -a vel averta ..., alii involucrum; vel -a, quam dicunt bistaciam [*cf. vol. II 2012, 24* bisaccium]). AVG. serm. 101, 6 hoc est -a, quod est sacculus. GLOSS. -a: *χώρυκος. χωρυκίς.* sacculus. zaberna. GLOSS.^{L} I Ansil. PE 455 sportella. *legitur apud* PAVL. FEST. *et inde a* PHAEDRO, PETRON. [*hinc derivatum langob.* (*tic.*) piraka *'pera'. cf. M.-L. 6397. Wartburg VIII 215. St.*]

i. q. sacculus, mantica, cf. πήρα (*quod gr. respondet, nisi aliud adnotavimus; in nomen vestimenti vergit sub 1bδ; ad rem v. Wotke, RE XIX 1, 563 sq.*): **1** *proprie* (*sensu obsceno fortasse l. 12, fere per prosopopoeiam l. 28*): **a** *generatim adhibetur a quibuslibet* (*praesertim a viatore paupere; saepe iuxta ponitur* baculum *vel* virga): PETRON. 11, 4 *Ascyltos* lorum de -a solvit. CIL IV 2416 ⟨t⟩u ⟨t⟩uo patri cacanti confregisti -am (*an latet sensus obscenus? cf. πηρίς*). VET. LAT. Iudith 10, 5 (cod. 131. *al.*) -am implevit pulente *eqs.* (*Vulg. brevius. de eadem*: 13, 10 [*ibid., sim.* VVLG. 13, 11] *ancilla* misit illud *caput Holofernis* in ⌞-am escarum suarum⌟ [-am suam cod. 151. *al.*]. 13, 15 [*ibid., sim.* VVLG. 13, 19]). LACT. inst. 4, 15, 16 quinque panes et duos pisces in -a se habere dixerunt *Christo discipuli.* VVLG. IV reg. 4, 42 vir ... *detulit* panes ... et frumentum novum in -a sua. RVFIN. Adamant. 1, 10 *ex Aegypto exeuntibus* virgae sint in manibus ⌞et -ae super dorsum⌟ (*libere affert exod. 12, 11 ubi* ⌞ ⌟ *desunt*). MARCELL. chron. II p. 85, 453, 3 -am sibi creditam cum sacro capite *Iohannis Baptistae* (*antea*: in mantica). OP. imperf. in Matth. 2 p. 638 *magis* proficiscentibus ... neque esca neque potus defecit in -is eorum.

β *usu vario*: Ⓘ *pertinet ad vitam vel fortunam hominum* (*civitatis sim. l. 28. 33; cf. imaginem p. 1178, 26 et usum absolutum p. 1178, 56*): Ⓐ *respicitur quaelibet pars vitae*: Sall. hist. frg. 5, 5 -tis septuaginta annis armatus equom insilire (Ov. Pont. 1, 2, 143 praeteritos sine labe -egimus a. CE 1948, 2 barba deposita -ens tertium et vicesimum a. Lact. Phoen. 59. *al.*; *subi. est deus*: Mart. 10, 38, 3 quos cum Sulpicia tua iugales indulsit deus et -egit annos). Verg. Aen. 3, 493 vivite felices, quibus est fortuna -ta iam sua. Hor. sat. 1, 6, 94 aevum remeare -tum (Avson. 167, 8 p. 34 ruris cultu ... omne a. -ens. Verec. satisfact. 7 totum luctificis -am miser actibus a. [pergam *var. l.*]). 2, 4, 22 salubris aestates -et, qui *eqs.* carm. saec. 27 Parcae, ... bona iam -tis iungite fata (Lvcan. 4, 361 turba haec sua fata -egit). Paneg. in Mess. 112a (*interpol.?*) *Nestor* longae -it dum tempora vitae ([saecula *trad.*]. Ov. ars 2, 665 -tum t. Pont. 4, 9, 88 quo ... modo -am t. dura. Val. Max. 5, 5 pr. infantiae. Cod. Iust. 2, 7, 13, 1 [*a. 468*] reliquum t. vitae. *al.*). 181 languida non noster -it labor otia (Ov. met. 1, 100 mollia securae -bant o. gentes. Manil. 4, 157). Priap. 77, 13 salax ... quondam nunc vitam -o ... abstinentem (Ov. trist. 4, 8, 41 procul patria. Pont. 2, 7, 49 sine labe -ta est. Amm. 28, 4, 2 v. paene omnem ... per ... amores ... -erat. Avg. civ. 13, 19 p. 582, 3 pie iusteque. *al.*). Prop. 2, 24b, 19 nox ... in amore -ta (Ov. am. 1, 2, 3 vacuus somno noctem ... -egi. CE 2058, 1 [*Pompeiis, titulus lacunosus*] cum domina). *al.* Ⓑ *respicitur finis vitae* (*formarum act. subi. est sive ipse homo, e. g. l. 42 sqq. 47. 55, sive causa externa mortem efficiens, e. g. l. 45. 51. 52; ceterum cf. p. 1177, 7. 1181, 9*): Ov. met. 10, 36 cum iustos matura -erit annos *Eurydice* (CE 1612, 3 [*saec. III*] ter quinos bis singulos -egi a.). 15, 485 postquam ... regnumque aevumque -egit *Numa* (Tac. Agr. 44, 3 longissimum). Sen. Herc. O. 770 Clotho ... fata Herculis timet -ere (Mart. 4, 18, 5 cum *glacies decidens* ... -isset miseri *pueri* crudelia f. Ps. Qvint. decl. 1, 9 ad latus tuum f. hominis -untur. Avson. 259, 3 p. 186 *Tiberius* Capreis ... f. -egit. 313, 1 p. 407 CE 172, 4. *cf. p. 1180, 48 et* Inscr. christ. Diehl 3428, 3 fatorum seriem felici sorte -egi). epist. 32, 5 liber *est,* qui vivit vita -ta ([perfecta *var. l.*]. 77, 8. Mart. 1, 78, 8 Romana vitam ... morte -egit. CE 658, 3 [*a. 345*] modica(m). Cassiod. chron. II p. 158, 1293. Inscr. Année Épigr. 1951 n. 30 cuius fata et manes v. -erunt). Sil. 4, 164 seminecum letum -it gravis ungula pulsu. 9, 321 morte -ta (Stat. Theb. 3, 94. Ps. Qvint. decl. 2, 17 ut in uno statim ictu m. tota -atur. Plin. epist. 3, 14, 2. *al.*). 13, 685 -ta est illa suprema dies (*cf.* CIL VI 25022 fatalem diem celeriter -isti). Stat. Theb. 11, 562 -tis manibus. *pro vita sim. ponuntur ipsi homines*: Prvd. ham. 803 omnibus una subest natura, sed exitus omnes non unus -it.

Ⓘⓘ *exempla cetera*: Moret. 1 iam nox hibernas bis quinque -erat horas. Vitr. 9, 1, 7 *planetae* non aeque -unt numerum dierum in singulis signis (Macr. Sat. 1, 14, 4 *de sole*). Ascon. Corn. p. 48, 23 per quas contentiones totius tribunatus eius tempus -tum est. Calp. ecl. 5, 45 dum -it vernum Iovis inconstantia tempus (Porph. Hor. carm. 4, 6, 39 per lunae cursum videntur tempora -i ut per solis). *al.*

c *-ere iter, cursum sim.* (*nonnulla proxime accedunt ad IIA1; color finiendi manifestus est e. g. l. 66. 68. p. 1180, 7 sqq.*): α *quodlibet iter*: Verg. Aen. 6, 384 iter inceptum -unt (Cypr. Gall. Ios. 480 Drac. Orest. 639. *c. aliis attrib.*: Hor. sat. 2, 6, 99 *mures* propositum -unt i. Prop. 3, 10, 32 natalis ... tui sic [*sc. in thalamo*] -amus i. Ov. Pont. 1, 4, 32. 1, 10, 6 -it soliti vena tenoris i. 4, 10, 54 [*de flumine*]. Sen. nat. 6, 8, 3 longum. Plin. nat. 6, 103 totum ... i. duodecimo die -itur. Plin. epist. 6, 25, 1 commune. *al.*). Plin. nat. 6, 99 per euripos ... -itur *navigatio.* 6, 102 navigant Nilo Coptum ..., qui cursus ... -itur xii diebus (8, 160 -to legitimo c. *in circo.* Homer. 1070. CE 1908, 9 [*saec. IV/V*] laetus itineris -e c.). 10, 59 *grues* gyros ... indecoro cursu ... -unt. Ivv. 5, 21 *cliens* sollicitus, ne tota salutatrix iam turba -erit orbem. Svet. Dom. 4, 3 quo facilius centum missus (*i. equorum certamina*) -rentur, *sc. uno die.* Tert. adv. Iud. 4, 8 circuitu -to, *sc. circa Iericho* (*Ios. 6, 3 sqq.*). *al.* β *iter vitae* (*in imagine; cf. p. 1179, 18 sqq.*): Verg. Aen. 4, 653 quem dederat cursum fortuna -egi (Vet. Lat. II Tim. 4, 7 [Serm. Migne suppl. 4, 2034] c. bonum -egi [*gr. τετέλεκα, cod. 75. al. et Vulg.* consummavi]. CE 681, 11 [*saec. IV/V*] c. cum pace -egit. Inscr. christ. Hisp. 390 [*a. 560*]). Ov. epist. 15, 59 inceptum -it fortuna tenorem. Sen. epist. 77, 3 cum eam viam simus ingressi, quam -ere non est necesse (Hil. in psalm. 118 aleph 2 p. 359, 23 via haec non solum ineunda est, sed etiam -enda). 99, 12 cui ante lassitudinem -tum est iter (Val. Fl. 1, 788 -tum lucis i. CE 1068, 1 [*saec. I*] i. vii annis ego iam fatale -egi. Val. Cem. hom. 19, 4). *al.* γ *cursum siderum, temporum* (*cf. IIA1b et p. 1179, 58 sqq.*): Ov. fast. 1, 188 -at coeptum dulcis ut annus iter (trist. 4, 7, 2 *sol* -egit i. 5, 10, 6 annus. Val. Fl. 7, 408 nox). Manil. 3, 517 *luna* -it ... menstrua cursum (Vitr. 9, 2, 1 *luna* c. itineris sui. Chalc. comm. 83 *planetae* c. suos. *al.*). Vitr. 9, 1, 11 *planetae* circinationes -unt (9, 1, 14). Sen. Herc. O. 1512 (*Hercules moriens ad solem*) -e nunc, Titan, vices solus *sine me* relictus (*cf.* Arnob. nat. 2, 37 *hominibus sublatis* vicissitudines suas non -ent sidera?). Val. Fl. 1, 283 septem Aurora vias totidemque -erat umbras. *al.*

d *-ere causam, litem* (*fere in iudiciis; addidimus imagines l. 23. 30; color finiendi manifestus est l. 33. 37. 38. 40; -ere reum v. infra sub B2*): Varro ling. 6, 30 cum lege qui⟨d⟩ -itur. Hor. sat. 1, 10, 26 cum dura tibi -enda rei sit causa Petilli (Ov. epist. 21, 152 bene promissi c. -ta mei est. met. 15, 36 -ta est c. prior crimenque patet. Ascon. Mil. p. 45, 4 -ta utrimque c. Petron. 137, 9 vers. 6 *dives* -at causas sitque Catone prior. Tryph. dig. 5, 2, 22, 2 c. -egi et victus sum. Cod. Iust. 3, 1, 13, 8 ab initio. 7, 63, 5, 4 usque ad finem. *cf. p. 1177, 36*). Liv. 10, 46, 16 iactari ... magis quam -i accusatio eius poterat (Tac. ann. 2, 31, 3. Plin. epist. 6, 31, 6 *maritus* admonitus ut -ret a. *uxoris adulterae,* -egit invitus. Evstath. Basil. hex. 9, 4, 15 a. latratu -entes *canes*). Sen. contr. exc. 6, 5, 2 *in iudicio* omnia ... legitima -ta sunt. Val. Max. 6, 1, 7 intercedere, quo minus pudicitiae quaestio -retur. Orat. imp. Claud. (Chart. lat. ant. X 418) 2, 6 qui *iudices* intra rerum agendarum dies incohata iudicia non -erint (Qvint. decl. 250, 2 incohata. *al.* Svet. Vesp. 10 Pavl. dig. 4, 8, 32, 9). Ascon. Corn. p. 51, 23 *ut* arbitrium de libertate *non* -re⟨tur⟩. Plin. epist. 6, 13, 4 -ta *re* (*opp.* integra re *ut* 8, 14, 16). Gaivs inst. 1, 184 quo auctore legis actio -retur (Cod. Theod. 4, 20, 4 intra annum ... institutam -at a. Novell. Valent. 35, 14. Lex Burg. Rom. 38, 2 intra annum ... et moveat et -at a. *al.*). 4, 141 cum quid iusserit fieri *praetor* ..., *non* statim -tum est negotium. Lex Burg. Rom. 31, 2 intra quinquennium debere et proponi et -i 'de non numerata pecunia' (*i. actio de n. n. pecunia*). *al.*

e *-ere sacra, ritum sim.* (*cf. p. 1177, 56. 1178, 35*): Priap. 70, 4 sacro ... -to (*item abl. absol.*: Ov. fast. 6, 629 s. de more -tis. Liv. 40, 6, 5 Homer. 278. Ivv. 12, 86 rite [CE 868, 1 *saec. II²*]. *aliae formae*: Ov. fast. 5, 444 pure s. -ta putat. *al.* Val. Max. 1, 1, 15 uti ab his *matronis* s. Cereris -i possent. 5, 4 ext. 4. Sen. dial. 7, 26, 7 rite. Plin. nat. 30, 63). Ov. met. 2, 627 *Apollo Coronidi mortuae* iniusta ... iusta -egit (*sc. exsequias sim. ut*: Manil. 1, 883 [iusta *Bentley*; fata *trad., quod vix sec. p. 1179, 44 explicari potest*]. Plin. nat. 2, 248. Dict. 4, 13 funeri). Ib. 97 -am rata vota sacerdos (Avson. 426, 4 p. 382, 7 Hecuba ... -it v. cum matribus. CE 873, 1 v. susceptа -egi. Inscr. Ital. X 2, 81, 13. *al.*; *paulo aliter p. 1178, 51*). Liv. 1, 24, 9 sua item carmina Albani suumque ius iurandum per ... sacerdotes -erunt (*cf.* Petron. 117, 6 post -tum sacramentum). 2, 8, 8 *consul morte filii non turbatus* precationem -it. 5, 46, 3 omnibus sollemniter -tis (*cf.* 27, 31, 9 sollemni Nemeorum -to [Stat. Theb. 8, 208. Plin. paneg. 64, 1 sollemnia comitiorum. Serv. Aen. 6, 231 tumuli. *al.*]. Val. Max. 1, 1, 1 cum sollemni ritu -endum *est aliquid.* 1, 1, 11). 22, 11, 1 rebus divinis -tis (31, 5, 7 rite. Svet. Tib. 44, 2). *al.* Pavl. Fest. p. 40 festa, quae in compitis -bant. Val. Max. 5, 10 ext. 2 cum *Xenophon* sollemne sacrificium -ret (Act. Arv. a. 80 [cil vi 2059] 8 ad -endum s. *ibid.* a. 81 [cil vi 2060] 17 s. -to. 24. Apvl. met. 11, 22, 7 matutino -to s. *al.*). *al.*; *apud Christianos e. g.* Optat. 6, 1 p. 145, 9 in -endis mysteriis (Pavl. Med. vita Ambr. 23 -egit sacerdos divina m. Act. Archel. 40, 7). Conc. Matisc. a. 585 p. 242 l. 137 post -tam missa(m).

f *-ere* bellum (*in imagine l. 74, p. 1181, 1*): α *potius cum colore finiendi*: Ov. fast. 2, 482 multa ... Romulea b. -ta manu. Sen. Tro. 1168 b. -tum est. Lvcan. 4, 354 nec cruor effusus campis tibi, *Caesar,* b. -egit. 9, 851 pro Caesare pugnant dipsades et -unt civilia b. cerastae. 10, 391 nox haec -et civilia b. *al.* Tac. hist. 3, 78, 3 duces ... -tum b. putant. Flor. epit. 1, 11, 15 intra quindecim dies coeptum -tumque b. 2, 16, 4 uno proelio -tum erat b. 4, 2, 53 -tum esse cum Pompeio ... ⌞b.⌟ (*om. cod. B, ut spectet ad p. 1177, 2*). *al.* β *potius cum notione agendi, gerendi*: Ov. fast. 3, 5 manibus -i fera b. Minervae. Lavs Pis. 193 (*de ludo latrunculorum*) callidiore modo tabula variatur aperta calculus et vitreo -untur milite b. Sil. 15, 682 *Nabis* armatus -bat b. veneno (*i. sagittis*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

venenatis). HIL. in psalm. 128, 1 omnia passionum b. -enda sut. AVG. civ. 5, 22 p. 234, 18 b. Punicum primum per viginti et tres annos -tum est. CASSIOD. var. 10, 31, 4 saepius b. -egimus. *al.*

B *in malam partem*: **1** *usu vario*: **a** *-untur animantes* (*cf. infra l. 61*): α *irritando, vexando*: CAEL. Cic. fam. 8, 8, 1 totum Sempronium usque eo -o, ut ... illam fabulam narrem *eqs.* β *infirmando, viribus exhauriendis*: PRIAP. 34, 4 quae *puella* quot nocte viros -egit una, tot *eqs.* (*v. Adams, Latin Sex. Voc., 1982, 196*). CHIRON 243 supra modum -tum esse iumentum (*sc. labore ut ibid.* 335. 550). γ *morte* (*cf. p. 1177, 7. 1179, 39. 55*): MART. 5, 37, 16 quam *puellam* ... lex amara fatorum sexta -egit hieme. 7, 47, 6 (*de quodam paene mortuo*) lacrimis iamque -tus eras (*si recte trad.; cf. vol. VII 2, 838, 56 sq.; 'fleri desieras' intellegit Heraeus*). SYMPH. 93, 3 (*loq. mulier, quae geminos peperit*) tres animas habui ...: discessere duae, sed tertia paene -egit (me *subaudiendum vid., cf. Shackleton Bailey, Towards a Text of the Anth. Lat., 1979, 41*).

b *-untur res, quae consumuntur, tolluntur* (*certiora; cf. p. 1176, 43*): PERS. 6, 22 bona dente grandia ... -it puer *prodigus* (*cf.* MART. 5, 70, 4 plenum ... centies Syriscus in ... popinis ... -egit). PLIN. nat. 9, 183 ut *stella marina* omnia ... contacta adurat, omnem cibum statim -at. IVV. 5, 93 *gulae aviditate* omne -tum est et iam defecit nostrum mare (*nisi ad IIA1*). DRAC. laud. dei 2, 634 (*de Sara*) vis materna -ta.

2 *in iudiciis -itur reus, adversus quem actio re vera et usque ad finem exercetur*: (*aliquem*) reum -ere: OV. trist. 1, 1, 24 -ar populi publicus ore reus. Pont. 4, 6, 30 (*ad oratorem*) posse tuo -i ... ore reos. LIV. 4, 42, 6 si reum -o. SEN. contr. 10, 1, 2 reum ... me -e, perora. VAL. MAX. 5, 4, 4 Carbonem ... postulavit -tumque reum iudicio adflixit. 9, 11, 3 Ps. QVINT. decl. 9, 1. TAC. ann. 4, 21, 2 *Piso* receptus est reus neque -tus ob mortem opportunam. PLIN. epist. 3, 9, 4 *proconsulem* reum -erunt. 3, 9, 30. 35. 36. VLP. dig. 48, 5, 2 pr. PAVL. dig. 48, 16, 6, 2 AVSON. 415, 18 p. 274. *cetera exempla*: VAL. MAX. 6, 2, 4 alterum lege -egit, alterum professione. IVLIAN. dig. 48, 5, 5 ut *accusator* prius adulterum -at, tunc mulierem (*antea*: adulterum an adulteram prius accusare). PAVL. dig. 48, 5, 32 qui intra quinquennium, quem postulaverat, non -erit.

II *spectat ad motum localem*: **A** *accedit obiectum, quod indicat*: **1** *spatium, locum percurrendum* (*-ere iter, cursum sim. v. sub IA2c*): **a** *exempla varia*: OV. epist. 15, 65 *frater* agili -it freta caerula remo (*navigando ut*: PETRON. 119 vers. 4 freta pulsa carinis iam -bantur. AMPEL. 7, 1 Atlanticum, quod commerciis ... -itur. EVSTATH. Basil. hex. 7, 6, 12 quantum spatii velificando -erint [*gr. διέδραμον*]). VITR. 9, 1, 15 quae *formica* ... orbem rotae -at (VAL. FL. 1, 566 *terrarum* orbe -to, *sc. a Baccho*). 10, 9, 1 *ut rota* certum modum spatii habeat -tum. PLIN. nat. 18, 177 in arando versum -i *oportet* nec strigare. STAT. Theb. 5, 574 longus vix tota -egit membra dolor (peredit *Lachmann*). 6, 109 grassante Noto ... -egit flamma nemus. MART. 10, 20, 4 brevis est labor -tae altum vincere tramitem Suburae. Ps. QVINT. decl. 1, 13 *non* tota tibi penatium sacra -enda sunt. PLIN. epist. 3, 1, 7 -tis septem milibus passuum (VLP. dig. 50, 16, 3 pr. viginti m. passuum in dies singulos. VEG. mil. 1, 9 PRVD. perist. 3, 62). *al.* **b** *de sideribus* (*cf. p. 1180, 11*): OV. met. 13, 618 cum sol duodena -egit signa. MANIL. 3, 422 solstitium summo -it cum Phoebus Olympo (*nisi ad p. 1177, 33*). 3, 545 quod tardius illa *astra*, haec citius -ant orbem. 4, 460 *parte Cancri* decima ... -ta (4, 482. 490. 5, 67). GERM. 460 qui ... circulus altos ... -it tractus. frg. 2, 13 *luna* hoc -it spatium (PLIN. nat. 2, 44 CHALC. comm. 70. *al.*). PLIN. nat. 2, 38 *Venus* signiferi ... ambitum -it ... diebus *tot.* STAT. Ach. 1, 136 sub axe -to (*i. sub caelo occidentali*; probato *var. l.*).

2 *corpus transfossum* (*sunt qui huc trahant p. 1177, 22*): OV. epist. 4, 119 Theseus *Antiopae* latus ense -egit. VAL. FL. 1, 146 ardenti -it Clanis Actora quercu. STAT. Theb. 10, 265 multo ... -ti ense iacent.

3 *eum qui (id quod) movetur*: **a** *proprie; -itur aliquis* (*aliquid*): α *agitando, persequendo*: SEN. epist. 58, 2 (*de insecto*) quem Graeci oestron vocant pecora -entem (*an ad l. 4 sqq.?*). *obi. subaudiendo* (*nisi ad B*): OROS. hist. 1 prol. 3 *canes* exspectatione suspendi, donec ad -endi licentiam ... mittantur. β *carminando, pectinando*: IVV. 2, 54 -ta ... vellera. γ *fodiendo* (*cf. vol. I 1374, 62 sqq.*): VEG. mil. 4, 5 *fossis altis* opus subterraneum -i ... prohibetur. δ *permiscendo* (*cf.* peragito): PLIN. phys. Bamb. 19, 5 fel cum vini pari mensura mixtum in modum mellis -tum.

b *in imagine*: α *de rebus, quarum forma imagine motus describitur*: STAT. Ach. 1, 314 cui *iuvenco* nondum toto -untur cornua gyro. TAC. Germ. 42, 1 ea ... Germaniae velut frons est, quatenus Danuvio -itur (*sunt qui legant* praecingitur, *sed cf. vol. I 1374, 75 sqq.*). β *de hominibus*: RVFIN. hist. 5, 1, 54 per omnia tormentorum genera quasi quodam eos circulo -entes (*gr. διῆγον*). AVG. serm. 270, 3 p. 1240 agimur et -imur cursu temporum (*cf. p. 1179, 6*).

B *sine obi. fere i. q. motum continuare, promoveri* (*cf. vol. I 1372, 18 sqq.; hucine p. 1181, 62?*): VITR. 9, 3, 1 *sol* perficit solstitiale tempus et -ens pervenit ad caput ... Leonis. 9, 8, 14 (*describitur motus horologii*) ab Ariete ... ad summa Cancri puncta ... foramen ⌞sui⌟ tympani versationibus -ens (seu *codd.*; se *Rose, 1899, ut spectet ad A3*; ⟨men⟩ses *Soubiran*). *ibid.* a Cancro cum proclinat et -it per Leonem ... ad *Libram.*

p. p. p. perāctus, -a, -um *pro adi. e. g. p. 1176, 50. 61. 67. 1178, 31. 1179, 25. 1181, 64, neutr. pro subst.: plur. p. 1177, 19 sq., sing.* PLIN. epist. 6, 5, 3 quae *oratio praepostera* ... castigaret -um, cui potuisset occurrere.

deriv.: peractio. *compos.*: semiperactus. *Peri.*

peragrāns, peragranter *v. p. 1185, 27. 32.*

peragrātio, -ōnis *f.* *a* peragrare. *i. q. actio peragrandi* (*locus peragratus indicatur saepius per gen., per adi.* MART. CAP. *sub 2*): **1** *animantium*: CIC. Phil. 2, 57 quae fuit ... *Antonii* -o itinerum, lustratio municipiorum! (*cf. p. 1233, 41*). fin. 2, 109 *bestiae quaedam* cursu et -e laetantur. ARNOB. nat. 5, 35 -o cum his *facibus* orbis (*spectat ad Cererem filiam quaerentem*). HIL. in Matth. 24, 5 'Pharisaei, hypocritae, qui circuitis mare et aridam' (*Matth. 23, 15*); maris et terrae -e significat in totis orbis finibus eos esse Christi euangelio obtrectaturos. MART. CAP. 6, 655 victor orbis *Alexander*; nam easdem -is et victoriae metas habuit quas Liber et Hercules. **2** *corporum caelestium* (*inde etiam animarum l. 21*): CHALC. transl. p. 44[A] *non* habet ullum certum ducem talis -o, *sc. animarum errantium* (*gr. περίοδος. antea*: circuitus). comm. 59 caelestium ignium ortus ... -esque cum certis exaltationibus et ... descensionibus. 70 solis -bus (*male vertit Theon. Smyrn. p. 136, 10 τὰς πρὸς τὸν ἥλιον συνόδους*). 83 *quarundam stellarum tarditas* provenit ex amplissimorum orbium -bus. MACR. somn. 1, 6, 57 *sol* a tropico verno usque ad auctumnale tropicum septimi signi -e perducitur. MART. CAP. 1, 5 annua -e zodiaca *Mercurii.* 8, 879 circa solem -e mundana volvuntur *Mercurius et Venus.*

peragrātrix, -īcis *f.* *a* peragrare. *i. quae peragrat*: MART. CAP. 6, 588 (*loq. Geometria*) ne indecenter squalentior -x ... *caelum* rurali respersura pulvere credar intrasse (*postea*: permeatam ... admensamque tellurem; *cf. 581* viatrix infatigata).

peragro, -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* ager; *cf. Leumann, Gramm. 1977, 564.* *scribitur* peregr- AMPEL. 16, 2. NOT. Tir. 37, 30 -at. *formae depon.* (*cf.* pervagari) *traduntur p. 1183, 22. 52.* *de prosodia*: SERV. Aen. 1, 384 -o: 'per' habet accentum; ... muta enim et liquida quotiens ponuntur metrum iuvant, non accentum. *syllaba secunda pro brevi est* (*sc.* -a-gr-) ACC. praetext. 10. CIC. Tusc. 2, 20 (vers.). LVCR. 1, 74 (*verbo posito post penthemimeren ut* 1, 926. *al.*). IVVENC. 4, 142, *pro longa* (*sc.* -ag-r-) LVCR. 2, 355 (*in fine hexametri ut saepe*). SEN. Phoen. 13 (*in metro iambico ut* PRVD. cath. 6, 116. 7, 39). *de notione*: SYNON. Cic. p. 439, 28 perlustrat. -at. perambulat. percurrit. pervagatur. GLOSS. *διαβαδίζω. περινοστῶ.* per diversa[s] vado. -are: percurre⟨re⟩. -vi: perambulavi. GLOSS.[L] II Abav. PE 46 -at: agrum gyrat. Philox. PE 97 -at: *περιέρχεται, περινοστεῖ.* *legitur inde ab* ACC., CIC. (*24ies*), LVCR. (*quinquies*), NEP., VERG. (*quater*), LIV. (*27ies*); *in poesi post* VERG. *raro* (*saepius* lustrare), *sc. fere singulis locis apud* SEN., VAL. FL., SIL., OPT. PORF., IVVENC. *al.* [*confunditur in codd. cum* perarare *vel* pererrare MANIL. 4, 223, *cum* peragere MART. CAP. 6, 581 EVSTATH. Basil. hex. 4, 4, 9. *al.* (*restit.* AMPEL. 7, 1 COD. Theod. 6, 29, 6. *al.*).]

i. q. locum, regionem obire sive lustrando, vagando sive percurrendo, transeundo (*nota iuncturam* agros -are *l. 67. p. 1183, 51 [cf. iuxta pos.* agrare *p. 1184, 31,* peregrinare *p. 1183, 3. 1185, 13]; -antur loca ab agro aliena, e. g. p. 1183, 3 et sub IB*). *praeverbium vi distributiva poni videtur maxime, ubi adeuntur homines, sc. alius post alium, v. p. 1183, 74. 1184, 15, ceterum e. g. p. 1184, 5. 14. locus indicatur plerumque per acc., ceterum per abl. p. 1183, 13, praepos.* ad *p. 1185, 22,* circa RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 217, 21 (*cf. p. 1183, 32*), per *p. 1183, 16. 33. 1184, 64. al.,* super *p. 1183, 20, adv. p. 1184, 62. 67. 1185, 11 (cf. enunt. relat. p. 1183, 22); subaudiendus est vel omnino omittitur p. 1183, 12. 1184, 8. 35. 56. 1185, 16. 20. al.*

I *proprie* (*in imagine p. 1183, 38*): **A** *itinere terrestri* (*pro subi. sunt animantia vel res ad ea pertinentia; flumen p. 1183, 19; famam v. sub IIB1*): **1** *non ita, ut certus locus via recta petatur* (*cf. opp.* recto itinere LIV. 38, 45, 9): **a** *-atur qualibet ratione causaque* (*huc inseruimus etiam exempla, quorum ratio minus manifesta aut mixta est*): ACC. praetext. 10 *Galli campos* voce canora fremitu -ant minitabiliter. CIC. har. resp. 24 Matrem Magnam ... accepimus agros et nemora cum quodam strepitu ... -are. Tusc. 2, 20 (vers.; *loq. Hercules*) terris ... ultimis, quas -ans undique omnem ecferitatem expuli (*cf. Soph. Trach. 1061 ὅσην ... γαῖαν ... ἐκόμην. item de Hercule*: APVL. apol. 22, 10 lustrator orbis ... cum terras -ret. TERT. nat. 2, 14, 4 PORPH. Hor. carm. 3, 3, 9 LACT. inst. 1, 9, 1). 5, 97 cum *Ptolemaeo* -anti Aegyptum comitibus non consecutis cibarius in casa panis datus esset *eqs.* div. 1, 94 *Arabes* campos et montes hieme et aestate -antes (*sim. de gentibus vagis*: AVIEN. orb. terr. 420 Germania ... Hercyniae -ans confinia silvae [*gr. 286 παραθρώσκοντες*]. AMM. 31, 2, 4

[Schwind]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Huni vagi montes -antes et silvas). off. 3, 1 *otii causa* urbe relicta rura -antes. VERG. Aen. 1, 384 (*loq. Aeneas*) Libyae deserta -o. SEN. contr. exc. 6, 1, 2 si peregrinandum *est,* una urbes -bimus. INSCR. Année Épigr. 1933 n. 74 (*Dalm.; saec. I*) mult⟨a per⟩agratus ego terraque marique ... hic iaceo (*sim.* CE 1267, 1). PLIN. nat. 30, 11. SIL. 13, 591 (*in descriptione Orci*) Cerberus hic ruptis -at ... Tartara vinclis. TAC. ann. 3, 59, 3 litora et lacus Campaniae ... -antem *Drusum* (*i. otiose illic ambulantem*). SVET. Aug. 60 provincias -anti *Augusto* (*item de imperatore provincias obeunte*: 93 in -anda Aegypto. Tib. 40 HIST. AVG. Hadr. 13, 5. 23, 1 -tis sane omnibus orbis partibus. *al.*). FLOR. Verg. 1, 9 quae ... loca quasve regiones -asti? (*antea*: ut ... huc et illuc vager). 2, 4 toto orbe -to (*sc. curru alato Triptolemi; antea*: terras pervolitavit). FRONTO p. 193, 18 errantibus ... -are facilius est quam pervenire. APVL. mund. 4 p. 297. IVVENC. 4, 142 desertis ... Christum -are (*sec. Matth. 24, 26* in deserto est). HIL. c. Aux. 3 vicos et castella gentesque fere omnes terra ac mari ... -antes *apostoli* (*praedicandi, doctrinae pervulgandae causa ut*: coll. antiar. p. 55, 26 Athanasius -ans per diversas partes orbis terrarum. OPTAT. 2, 7 p. 44, 8 numquid ... -vimus terras? [*sec. Matth. 23, 15, v. p. 1182, 17*]. VVLG. act. 19, 1. AVG. in psalm. 90, serm. 2, 8 l. 49 SEDVL. carm. pasch. 3, 24. *al., cf. p. 1185, 5*). AMM. 22, 15, 9 *Nilo* orbem -anti. SYMPH. 35, 2 *capra* culmina ... -ans super ardua. ROMVL. fab. 65, 22 rec. vet. (*lupus ad canem*) ubicumque volo, -o (*inde fortasse interpolatum*: 40, 8 rec. gall. lupus, ubi vult, -at [-atur rec. vet.]). *al.*

b *-atur quaerendi causa* (*addidimus venantes; cf. gentes vagas p. 1182, 74, ceterum huc vergunt l. 68. p. 1184, 5*): CIC. Verr. II 4, 106 *Ceres Proserpinam investigans dicitur* orbem -asse terrarum (*cf.* ARNOB. nat. 5, 27 dii vestri ... orbis -ant vastitatem). LVCR. 2, 355 *bos* saltus orbata -ans *vitulum quaerit.* VERG. georg. 4, 53 *apes* continuo saltus silvasque -ant ... *et* metunt flores. Aen. 4, 72 *cerva vulnerata* fuga silvas saltusque -at Dictaeos (*sc. dictamnum quaerens? ita intellegunt*: PACIAN. paraen. 11, 1. SERV.: -are ... est circumire inquirendo *eqs.* [*sim.* GLOSS.^{L} III Abstr. PE 88]. ISID. orig. 17, 9, 29). 10, 723 impastus stabula alta leo ... saepe -ans. LIV. 1, 4, 8 *Romulum Remumque* venando -are saltus (circa s. *var. l.; sim. de venantibus*: MANIL. 4, 223 silvas ... -ant. SEN. Phoen. 13 qua -to celer per saxa monte iacuit Actaeon). SEN. benef. 7, 15, 1. VAL. FL. 6, 301 *pater filium e proelio abducere cupiens* iterum belli diversa -at (*antea*: lustrans agmina). APVL. met. 7, 25, 4 pastores ... perditam sibi requirentes vacculam variasque regiones -antes (*cf.* PS. AVR. VICT. orig. 6, 3 vicinis regionibus -tis *a pastore boves quaerente. in imag.*: AVG. serm. 46, 14 omnia -o ; revocabo errantem, *sc. a fide*). CONC.^{S} II 3, 2 p. 20, 13 -antes atria ... quaesivimus *episcopum* (*p. 20, 7* circumeuntes, *gr. II 1, 2 p. 10, 2 et 8 περιελθόντες*). *al.*

c *-atur bellandi, populandi causa* (*cf. p. 1182, 66*): **α** *-ant quilibet duces, milites*: CIC. Mur. 11 *Asia a Murena* in militari labore -ta *est.* prov. 33 has *regiones et gentes Galliae* noster imperator nosterque exercitus et populi Romani arma -arunt (LIV. 43, 9, 7). Marcell. 5 (*ad Caesarem*) disiunctissimas terras citius passibus cuiusquam *non* potuisse -ari, quam tuis ... victoriis lustratae sunt (LIV. 26, 41, 23). de orat. 2, 258 Asellus omnis se provincias stipendia merentem -asse *gloriabatur* (LIV. 27, 24, 7 totam p. PANEG. 11, 4, 4. AMM. 31, 16, 7 p., quas -vere licenter *Gothi*). LIV. 7, 12, 6 populabundi Tarquinienses fines Romanos ... -vere (7, 20, 9 populatione [32, 31, 1]. 43, 5, 4 hostiliter). 30, 17, 5 Numidiam omnem egregia victoria -tam. 31, 40, 6 -tis hostium agris (33, 37, 3). *al.* VELL. 2, 97, 4 *Tiberius* ⌞-tus⌟ ... victor omnes partes Germaniae ... perdomuit eam (pervagatus *Ruhnken*). SEN. dial. 6, 14, 3 Caesar ... Britanniam. PLIN. paneg. 14, 1 cum orbem terrarum non pedibus magis quam laudibus -res (FLOR. epit. 2, 1, 2 bellis victoriisque. *cf.* FIRM. math. 1, 7, 33 -to orbe atque possesso). PANEG. 3, 6, 2 *Iulianus* inaudita regionum fluviorum montium nomina exercitu victore -verat. MARCELL. chron II p. 98, 512, 4 *orthodoxorum agmina* totam -ant civitatem *eqs. al.* **β** *-at Alexander eiusve exercitus*: NEP. Eum. 8, 2 phalanx Alexandri Magni, quae Asiam -arat. LIV. 35, 12, 11 -tus ... orbis terrarum victoriis eius gentis. 35, 14, 7 ultimas oras. 45, 9, 6 *Macedonum gens* Arabas ... Indiamque ... -vit (IVST. 12, 7, 12). CVRT. 3, 5, 6. 6, 2, 18 Indos atque ultima Orientis (9, 10, 12). 10, 1, 17.

d *-atur visitandi, inspiciendi, explorandi, discendi sim. causa* (*huc vergunt l. 8. 15 supra*): CIC. Scaur. 25 -vi ... vallis Agrigentinorum atque collis, *sc. ut querellas aratorum cognoscerem.* Mil. 74 *Clodius* cum architectis et decempedis villas multorum hortosque -bat. Phil. 2, 100 te -tis veteranorum coloniis stipatum armis rettulisti *Romam* (*sim. sociorum conciliandorum causa*: LIV. 21, 19, 11 nequiquam -ta Hispania. 21, 20, 9). Brut. 315 a me Asia tota -ta est cum summis quidem oratoribus, quibuscum exercebar (*inde* TAC. dial. 30, 3). fin. 5, 50 *a Pythagora, Platone, Democrito* propter discendi cupiditatem ... ultimas terras esse -tas (*cf.* 5, 87 [*sim.* VAL. MAX. 8, 7 ext. 3] Plato Aegyptum -vit, ut *eqs.* [*postea*: lustravit, pedibus obiit]. *visitantur ipsi docti*: PLIN. nat. 25, 13 -tis ... Aegypti magis. HIER. epist. 53, 1, 2 Pythagoras Memphiticos vates ... laboriosissime -vit). LIV. 27, 8, 18

consul provinciam -bat, ut viseret agros cultaque ... notaret. 39, 23, 3 *consulem* -antem ... propter quaestiones utrumque litus Italiae. 45, 28, 6. PLIN. nat. 6, 63 reliqua inde Seleuco Nicatori -ta sunt (*sc. India usque ad ostium Gangis, cf.* SOL. 52, 2 *India* aliorum ... regum diligentia -ta). 37, 45 *quidam in Germaniam missus ad glaesum comparandum* commercia ea et litora -vit. SENT. leg. Aug. pr. pr. (Année Épigr. 1904 n. 161; *ca. a. 125*) 3 -tis adque inspectis ... locis *eqs.* PAVLA Hier. epist. 46, 11, 1 tanta in ipsa urbe (*i. Hierosolymis*) orationum loca, ut ad -andum dies sufficere non possit. COD. Theod. 13, 11, 15 universa loca quae possidet ... -ari patietur (*sc. a censitore ut* 13, 11, 17). MART. CAP. 6, 581 crepidas -andae telluris causa ... gestabat *Geometria* (*-atur terra permetiendi causa ut*: 6, 609. 703. COSMOGR. 1, 2* omnis orbis terrae ... a dimensoribus *Romanis* -tus est [*sim.* IVL. HON. cosmogr. B 1*]). PALLAD. hist. mon. I 3 p. 263^{C} *abbatem quendam* universa ... monasteria -antem (*gr. p. 37, 4 κυκλεύοντα. cf.* I 33 sanctos viros -vit ac vidit *Melania* [*gr. p. 134, 15 κυκλεύουσα*]). *al.*

2 *ita ut recta via ad locum certum perveniatur* (*exempla pauca minus dubia; ceterum cf. etiam B1 et e. g. l. 37*): LIV. 32, 13, 6 *Philippus in regnum se recipiens* obvias urbes *Thessaliae* raptim -vit (*sim.* 41, 23, 14 *Perseus* Thessaliam ... -vit [*de eadem re 41, 22, 6* per ... Thessaliam ... in regnum rediit). AMPEL. 16, 2 cum *Alexander* ... Africam -asset usque ad Iovem Ammonem. AMM. 25, 4, 13 *Iulianum milites Gallicanos* -tis spatiis regionum extentis per ... Assyriam ad usque confinia traxisse Medorum. 30, 5, 15 *Valentinianus* -ta fluminis ripa ... Brigetionem pervenit.

B *vario itinere; -antur*: **1** *regiones caelestes sideribus* (*vento l. 34*): CIC. Tim. 32 annus *est,* ubi sol suum totum confecit et -vit orbem (*gr. 39^{c} περιέλθῃ*). CHALC. comm. 74 *planetes* zodiacum, exteriorem orbem, -are *videntur* ([*cf. Theon. Smyrn. p. 148, 9 κατὰ ... φέρεσθαι*]. MACR. somn. 1, 19, 16). 80 -to ambitu *quodam* (*sc. sole ut ibid. iterum* [*cf. Theon. Smyrn. p. 156, 2 sqq. διεληλυθέναι et περιελθών*]. *planetis*: 83. 112). PS. MAR. VICTORIN. verb. script. 5 *sol et luna* -antes cyclum orbis. 6 cum *sol* -ans agrando delato spatio horas mutet. *ibid.* luna ubi -arit, vespera esse agnoscatur (*syn.* gressum fecerit). PRVD. cath. 7, 39 sol -ans sidera. DRAC. Romul. 10, 401 (*ad Lunam*) mense -as, quod Phoebus ... explicat anno. *al. sim. de vento*: VET. LAT. eccles. 1, 6 (Ps. Mar. Victorin. verb. script. 5) gyrans gyrando -at spiritus (*gr. πορεύεται, Vulg.* pergit).

2 *maria, flumina sive navibus percurruntur sive pedibus transeuntur* (*v. etiam p. 1183, 56*): CIC. fin. 2, 112 *Xerxen* maria pedibus -antem, classibus montes (*de eadem re*: AMM. 22, 8, 4 iunctis pontibus Xerxes m. pedibus -vit. *ceterum*: AMPEL. 7, 1 *mare* commerciis totius generis humani -atur [peragitur *cod.*]). SVET. Cal. 37, 2 *naves,* quibus discumbens de die inter choros ac symphonias litora Campaniae -ret (FLOR. epit. 2, 7, 6 tota Graeciae l. veluti triumphanti classe -vit. IVST. 12, 10, 1). FLOR. epit. 3, 10, 16 omnibus terra marique -tis ([captis *var. l.*]. *cf. p. 1183, 4. 15 et* FLOR. Verg. 2, 4 spatia caeli ..., maris ..., terrarum). AMM. 17, 13, 27 furor hostilis ... nunc cavatis roboribus, aliquotiens -ans pedibus flumina. OROS. hist. 6, 19, 6 *Agrippa* -to ... Peloponnensium sinu Mothonam urbem ... expugnavit.

II *in imagine et translate*: **A** *de animantibus eorumve animo, sensibus sim.*: **1** *qui perscrutantur, investigant vel intuentur aliquid sive animo sive sensibus* (*cf. l. 69 sq.*): **a** *mundum, naturam rerum, caelum sim.*: LVCR. 1, 74 omne immensum -vit mente animoque (*sc. Epicurus ut*: CIC. fin. 2, 102 qui innumerabilis mundos ... mente -visset). 2, 676 *totam naturam* consimili mentis ratione -ans invenies *eqs.* SEN. dial. 12, 20, 2 *animus* -tis humilioribus, *sc. rebus naturalibus,* ad summa perrumpit. epist. 78, 26 rerum naturam -anti (*antea*: res percensentem). GELL. 6, 16, 6 (*de helluonibus, qui terra marique cibos conquirunt*) -antis gulae et in sucos inquirentis industriam. LACT. inst. 4, 2, 3 -tis et exploratis omnibus. opif. 16, 9 *animus est* tantae celeritatis, ut uno temporis puncto caelum omne conlustret, ... maria pervolet, terras et urbes -et *eqs.* (*sim.* AVG. in euang. Ioh. 20, 12). PRVD. cath. 6, 116 ut spiritu sagaci caelum -et omne (*sc. Iohannes in visione ut* ham. 913 sensuque oculisque -ans ... venturis solibus annos). AVG. ord. 1, 8, 25 quid enim non ambiunt, qua non -ant oculi amantum *pulchritudinis*? *al.* **b** *alia*: CIC. de orat. 1, 222 *orator* ita -at per animos hominum, ita sensus hominum ... pertractat, ut *eqs.* (*sc. perscrutans quid sentiant sim.*). HIER. vir. ill. 45, 6 -ta omni scriptura (*sc. legendo ut*: PAVL. NOL. carm. 24, 830. AVG. c. Faust. 12, 27 Christus mihi ... ubique illarum scripturarum -anti ... occurrit). PAVL. NOL. carm. 27, 483 tempus *est* in hanc transire oculis -antibus aedem.

2 *qui tractant aliquid carmine, oratione, scriptis* (*accedit color perscrutandi* CIC.): LVCR. 1, 926 (= 4, 1) avia Pieridum -o loca nullius ante trita solo (*de poeta novam rem adeunte ut*: OPT. PORF. carm. 9, 16 *Apollo,* tua, si licet ire, -ans mens iuga celsa petet). CIC. Cael. 53 possum omnis latebras suspicionum -are dicendo, ... reperietur *nihil.* MELA 1, 24 -tis ... omnibus, quae id mare, *sc. Nostrum,* attingunt, legere etiam illa quae cingit oceanus. PANEG. 10, 2, 6 virtutis tuae, *Maximiane,* vestigiis colligendis

[Schwind]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... ripas -bo Rheni et litus oceani. HIER. in Eph. 3, 14 p. 487[B] singula -are.

3 *qui agunt alio modo*: IREN. 1, 4, 5 cum ... -asset omnem passionem *Enthymesis* (*gr. διοδεύσασαν*). CYPR. epist. 55, 24 p. 642, 23 quasi possit ... totum orbem novi conatus obstinatione -are, *sc. Novatianus novam ecclesiam disseminans.* RVFIN. Orig. princ. 1, 6, 3 singulis ... caelestium virtutum officiis quadam eruditionum specie -tis *angeli lapsi iterum ad aeterna pervenire possunt.*

B *de rebus*: **1** *quae diffunduntur, pervulgantur* (*cf. part. l. 27*): CIC. Balb. 16 cuius *Pompei* res gestae omnes gentes ... -assent (*cf. p. 1183, 54*). Mil. 98 qua fines imperii populi R. sunt, eā non solum fama iam de illo *interitu Clodii,* sed etiam laetitia -vit. Brut. 51 ut semel e Piraeo eloquentia evecta est, omnes -vit insulas atque ita peregrinata tota Asia est, ut *eqs.* LVCIF. moriend. 4 l. 46 (*ad Constantium*) tua novella praedicatio et recens religio ... adhuc limitem Romanum -are non valuit. AMBROSIAST. in I Thess. 1, 9 sic -asse dicunt famam introitus *Pauli,* ... ut *eqs.* (*postea*: ad omnes ... in circuitu pervenerat). AVG. serm. 218, 8 per ... orbis partes -tura sacramenta *Christi.* BACHIAR. repar. laps. 21 p. 1059[B] per quot terrarum tractus ... famae turpis opinio -vit. AVELL. 158, 11 facti huius testimonio -ante. VITA Caes. Arel. 1, 40 miraculi magnitudo ... provinciam cunctam fidelium ... nuntiis -vit. EPIST. Austras. 45, 1 *gloria patriarchae* sic loca singula percurrens implevit, ut etiam ad nos Germaniam -ret. **2** *cetera exempla*: LACT. inst. 7, 15, 11 *propinquante huius saeculi termino* -bit gladius orbem metens omnia. MART. CAP. 6, 683 *a Lycia* incipit mons Taurus paene mediati orbis conscius, quem -ret, nisi maria restitissent.

part. praes. **peragrāns,** -antis *pro adi.* *i. quod gliscit, se diffundit*: FILASTR. 156, 2 virtus ignea -s appellatur *Seraph* (*subesse videtur explicatio sollemnis huius nominis, cf. e. g. Hier. nom. hebr. p. 50, 24* Seraphim ardentes vel incendentes). Ps. VIGIL. THAPS. trin. 6, 4 limitem iustitiae ubique adversus omnes hereses -es custodire.

adv. **peragranter.** *i. q. modo peragrantium*: AMM. 14, 1, 6 (*de delatoribus*) ⌊hi -r⌋ et dissimulanter honoratorum circulis assistendo ... quidquid noscere poterant *Caesari nuntiabant* (⌊ ⌋ himeragranter *trad.*).

deriv.: peragratio, peragratrix; agro.

compos.: imperagratus. *Schwind.*

peralbus, -a, -um. *a* per *et* albus. *scribitur* -alv- GROM. *i. q. penitus albus, candidus*: APVL. met. 1, 2, 1 equo ... -o. 5, 28, 2 avis -a illa gavia. GROM. p. 306, 22 lapis alva silicinea, si -a fuerit, Galliensis nuncupatur; si mixta vena habuerit *eqs.*

[peraltus, -a, -um *in var. ll. pro* prae- *v. vol. X 2, 380, 56 sq.; frustra* -a *pro* per alta *legit Columna* ENN. ann. 187).]

peramāns, -antis *adi.* *a* per *et* amans. *i. q. amantissimus*: CIC. Att. 4, 8[a], 3 homo -s semper nostri fuit *Fabius Luscus.*

adv. **peramanter.** *i. q. amantissime*: CIC. fam. 9, 20, 3 hos laetos victores, qui me ... perofficiose et -r observant.

inde fortasse **peramo,** -āvī, -ātum, -āre. *i. q. valde amare* (*sc. vi praeverbii intensiva ut in* perdolere *al.*): STAT. silv. 4, 5, 24 mea carmina ... Caesareo -vit auro *Pallas* (peraravit *edd. vet.,* decoravit *Markland,* redimivit *Bährens, cf. Coleman, 1988, ad l.*). *Thome.*

perambulātio, -ōnis *f.* *a* perambulare. *i. q. actio perambulandi*: DON. Ter. Ad. 715 ('*quaerendo* perreptavi ... oppidum') tardus incessus non -o, sed perreptatio dicitur.

perambulo, -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* ambulare. *scribitur* -bol- VET. LAT. Matth. 12, 43 (cod. 9). NOT. Tir. 90, 39 -at. SYNON. Cic. p. 439, 28 perlustrat. peragrat. -at. percurrit. pervagatur. GLOSS. *διαβαδίζω. διαπορεύομαι. περιοδεύω.* *legitur raro apud* PLAVT., CATVLL., VARRONEM, HOR., OV., SEN. *utrumque, al., saepius in script. sacris.*

fere i. q. ambulando peragrare (*praeverbium ponitur vi locali sub 1, vi distributiva sub 2, c. notione perficiendi saepius sub 3, hic illic fortasse vi evanida, v. p. 1187, 9. 27; disting.* ambulare *p. 1187, 30; de motu otioso, securo e. g. l. 65. p. 1186, 45. 47. 71; gr. respondet διέρχομαι vel διαπορεύομαι, nisi aliud indicavimus*): **1** *de eis, qui (quae) intra quoddam spatium circumeunt, vagantur*: **a** *inspiciendi, investigandi causa*: α *proprie*: PLAVT. Most. 809 qualubet -a aedis (*815* otiose perspecta). SEN. contr. 2, 7, 8 peregrinas urbes in honorem pudicitiae ignotae -at. PLIN. epist. 8, 20, 3. FRONTO p. 229, 17 *Hadrianum* orbis terrarum non regendi tantum, sed etiam -andi diligentem. VET. LAT. I Macc. 16, 14 (recc. L, X, V) -ans civitates (*rec. B* circuibat. *sim.* II Macc. 3, 8 [recc. L, X; *rec. V* peragraturus, *gr. utrobique ἐφοδεύειν*]). Luc. 11, 24 (cod. 6. *al.* = VVLG.) immundus spiritus ... -at per loca arida quaerens requiem (*sim.* Matth. 12, 43 [cod. 9]). EPIST. Alex. p. 212, 7 totum ... nemus. PEREGR. Aeth. 5, 12 omnia loca. 23, 8 facultatem -andi, quae desiderabam. VVLG. II reg. 24, 2. CASSIOD. hist. 6, 33, 8 pater ... filium requirens ... plateas cunctas -bat et vicos (*Theodoret. 3, 14, 7 περιῄει*). GREG. M. moral. 2, 65 (*p. 1186, 45*).

β *in imag.*: TYCON. reg. praef. p. 1, 8 prophetiae immensam silvam -ans. AVG. catech. rud. 12, 5 etiam illa, quae propter nos retexere non opus est, -are debemus *alterius erudiendi causa.* conf. 5, 3, 4 *sapientes curiosi* -ant secretas semitas abyssi (*sec. l. 49 infra, quod ita explicat* AVG. in psalm. 8, 13 l. 31 *curiosi* -ant semitas maris, id est, inquirunt in profundo huius saeculi temporalia. l. 36 non ... ambulant ..., sed -ant dixit ostendens pertinacissimum studium).

b *puniendi, nocendi causa*: VET. LAT. lev. 26, 33 (cod. 100) interficiet vos -ans gladius (*gr. ἐπιπορευομένη, Vulg. aliter*). psalm. 76, 18 (cod. 136) sagittae tuae -ant (*an i. q. transfigere sim.? cf. Vulg.* transeunt). 90, 6 (cod. 300. *al.* = VVLG.) non timebis ... a negotio -ante in tenebris (*inde* AMBR. patr. 5, 26 HIER. adv. Pelag. 2, 20). sap. 14, 31 peccantium poena -at semper ⌊in⌋ iniustorum praevaricationem (⌊ ⌋ *om. codd. nonnulli; gr. ἐπεξέρχεται*). I Macc. 15, 4 (rec. L, *sim.* X; *loq. rex*) volo ... procedere per regionem, ut -em eos, qui *eqs.* (*gr. μετέλθω, rec. B* ut circueam eos et puniam, *rec. V* ulciscar in eos). DIDASC. apost. 63, 25 verbum domini sicuti ... ignis -ans et consumens (*sec. Ier. 23, 29*).

c *bellandi, populandi causa*: VET. LAT. I Macc. 3, 8 (recc. L, B) -vit in civitatibus Iuda (rec. V -vit civitates). 5, 66 (rec. L, *sim.* V) -bat Marisan (*rec. B* circumibat regionem M.). 15, 41 (recc. L, V) ut egressi -rent viam Iudaeae (*gr. ἐξοδεύωσιν, rec. X* ambulabat in fines, *rec. B* conculcarent vias). *al. in eodem libro.*

d *praedicandi, benefaciendi causa* (*dicitur maxime de Christo apostolisque*): VET. LAT. II Macc. 9, 17 (rec. L, *sim.* X, V) *Antiochus moribundus pollicetur se* locum omnem habitabilem -turum et pronuntiaturum dei potestatem (*gr. ἐπελεύσεσθαι, rec. B* circuiturum). Luc. 8, 1 (cod. 2) -bat per civitates ... praedicans (*gr. διώδευεν, cod. 3* circuibat, *Vulg.* iter faciebat. *sim.* 13, 22 [*ibid.; cod. 4. al. et Vulg.* ibat]). act. 11, 19 (cod. 51 = VVLG.) -verunt usque Phoenicen (*cod. 5* transierunt). 18, 23 (cod. 51 = VVLG.) -ans ex ordine ... regionem. 20, 25 (cod. 5. *al.; loq. Paulus*) vos omnes, inter quos -vi praedicando regnum domini (*Vulg.* transivi). *al. in* act. HIER. in Zach. 1, 8 l. 298 -vimus terram *eqs.* (*sec.* VVLG. Zach. 1, 10 sq., *quod ad apostolos refert* HIER.). GREG. M. moral. 18, 50 per quorum *praedicatorum* ... praesentiam gentilitatem circumiens mundum -vit universum *Christus. al.* *accedit inf.*: AMBROSIAST. in Gal. 2, 2, 1 *Paulus* -bat ... fundare et roborare ecclesias.

e *qualibet causa vel ratione*: α *-ant animantia*: Ⓘ *proprie*: terram, terras: VARRO rust. 1, 2, 3 vos, qui multas -astis terras, ecquam cultiorem Italia vidistis? VET. LAT. gen. 13, 17 (Ambr. Abr. 2, 7, 39. *al., sim.* VVLG.) -a t. in longitudinem et in latitudinem, quia tibi dabo illam (*gr. διόδευσον. sim. -at futurus possessor*: Ios. 19, 51 [cod. 100] abierunt -are t. [*gr. ἐμβατεῦσαι, Vulg.* partiti ... sunt t.]). AMBR. Abr. 2, 7, 40 (*sec. l. 40*) ab Indiae ... litoribus usque ad Herculis ... columnas. VVLG. Iob 1, 7 (*loq. satan*) circuivi t. et -vi eam (*colorem investigandi intellegit* GREG. M. moral. 2, 65 non transvolasse, sed -asse *eqs.*). *al. in* VVLG. *alia*: HOR. epod. 17, 41 tu, *Canidia,* pudica, tu proba -bis astra sidus. carm. 4, 5, 17 tutus bos ... rura -at. PHAEDR. 2, 5, 14 -ante laeta domino viridia. HYG. astr. 2, 4, 3 Atticorum fines. VET. LAT. psalm. 8, 9 (cod. 300. *al.* = VVLG.) *pisces* -ant semitas maris. Ps. PHILO antiq. 28, 8 advenerunt ... et -bant. 40, 3 (*loq. filia Iepthae*) ut ... permeem in collibus et -em petras. VVLG. Iob 22, 14 circa cardines caeli -at *deus. al.* Ⓘⓘ *in imag.: spectat ad morem vivendi* (*vergit ad p. 1187, 17*): VET. LAT. psalm. 38, 7 (cod. 300. *al.*) in imagine -at homo (*Vulg.* pertransit. *cf.* HIER. in psalm. 115). 67, 22 (Aug. epist. 149, 10, *sim. al. et* VVLG.) deus conquassabit capita inimicorum, verticem capilli -antium in delictis (*audacius* verticem *pro obi. verbi* -are *accipit* AVG. *intellegens nimis superbos quasi per verticem ambulantes*). 100, 2 (cod. 306. *al.* = VVLG.) in innocentia. Bar. 4, 2 (codd. 133. 188) -a ad splendorem *legis* (*gr. διόδευσον, Vulg.* ambula per viam). *al.* *spectat ad inconstantiam*: HIER. tract. in psalm. II p. 421 l. 56 sqq. (*ad l. 11 supra*) *psalmista* non dixit stante, sed -ante: quia haeretici ... semper mutantur atque -ant.

β *-ant res* (*sive corporeae sive incorporeae; per prosopopoeiam* HOR.): HOR. epist. 2, 1, 79 recte necne crocum floresque (*i. scaenam*) -et Attae fabula (*cf. Brink ad l.*). OV. epist. 9, 135 frigus ... -at artus. MART. 9, 38, 7 (*de pilario*) securos ... -at artus *parma.* VET. LAT. psalm. 103, 26 (cod. 400) illic, *sc. in mari,* naves -ant (*Vulg.* pertransibunt). Bar. 6, 61 (*de nubibus*) -are universum orbem (*gr. ἐπιπορεύεσθαι*). Luc. 5, 15 (cod. 4. *al.* = VVLG.) -bat ... magis sermo de illo (*cod. 3* divulgabatur).

2 *de eis, qui ambiendo ab alio ad alium (locum) se conferunt* (*certiora; huc vergunt alia, maxime l. 27. p. 1187, 11*): CATVLL. 29, 7 *cinaedus* ille ... superbus et superfluens -bit omnium cubilia. SEN. benef. 6, 16, 2 eos, quos -at *medicus.* dial. 10, 14, 3 *clientes,* qui per officia discursant, ... cum omnium limina cotidie -verint *eqs.* ITIN. Anton. Plac. rec. A 16 -antes monasteria multa.

3 *de eis, qui (quae) recta via, itinere certo aliquo tendunt* (*certiora,*

[Schmitz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cetera v. sub 1): **a** *respicitur potius locus peragratus, permensus*: α *proprie*: VET. LAT. Luc. 6, 1 (cod. 2) ut -rent per segetem (*cod. 4. al. et Vulg.* transiret). 19, 1 (cod. 10. *al.* = VVLG.) *Iesus* ingressus -bat Hiericho (*cod. 5* pertransiebat, *cod. 3* circuibat). ZENO 1, 34, 3 ut ... aequoris terga ... et -ret pariter et evaderet *Petrus* (*sec. Matth. 14, 29* ambulabat super aquam). VVLG. Iudith 5, 12 ut ... pede sicco fundum maris -ando transirent *Israhelitae.* SIDON. carm. 23, 93 -tum Romanis legionibus Niphaten *montem.* epist. 3, 3, 3 interiectis aequoribus *campi* in adversum -tis. ITIN. Anton. Plac. rec. A 37 -antes per heremum ... venimus ad locum, ubi *eqs.* (*cf. 36* ambulantibus). β *in imag., sc. -antur sermone tractanda*: AVG. conf. 9, 10, 24 *colloquendo* -vimus gradatim cuncta corporalia.

b *respicitur potius via sequenda vel iter confectum*: α *proprie*: Ps. MAR. VICTORIN. verb. script. 3 quando ... totum mundum *simul* inluminaret *sol,* non erat quod -ret (*syn.* peragrare). CASSIOD. Ios. antiq. 5, 66 persequens ... eos multum -vit (*gr. ἐπὶ πλεῖστον ἐξῆλθε*). MVTIAN. Chrysost. hom. 6 p. 277 cum multam viam -assent *Iudaei* (*gr. p. 54 διανύσαντες*). β *in imag.*: Ps. CYPR. mont. 15 viator diabolus -ans viam (vineam *var. l.*) saecularem (AVG. in euang. Ioh. 34, 10 cum ... -verimus v. et ad ipsam patriam venerimus. Ps. MAX. TAVR. hom. 65 p. 386^{A}. *cf.* REGVLA mag. them. 4 -bamus iter vitae). MVTIAN. Chrysost. hom. 2, 2 p. 245 *ecclesia inter humilia et elata* medio calle -at (*gr. p. 21 μέσην ὥδευσεν ὁδόν*).

c *respicitur potius finis, quo quis perveniat*: α *proprie*: VET. LAT. gen. 12, 6 (Ambr. Abr. 2, 3, 8) -vit Abra[ha]m usque ad locum Sychem (*gr. διώδευσεν, Vulg.* pertránsivit A. terram). psalm. 41, 5 (cod. 136) -bo in tabernaculo (*corr. ex* -culum; *Vulg.* transibo). ANON. Vales. 11, 51 -vit Theodericus ... Mediolanum (*nisi vi praeverbii evanida, cf. 53* ambulavit M.). ITIN. Anton. Plac. rec. A 45 -vimus usque ad sanctum Mennatem. β *in imag.*: PETR. CHRYS. serm. 54, 1 (*spectat ad l. 3*) quare -bat et non ambulabat? quia quod Moyses ambulaverat, -bat Christus *eqs.* EPIPHAN. in euang. 18 p. 15, 18 (*ad Matth. 4, 18* ambulans ... iuxta mare) *Christus* -bat de terrena ad caelestia.

d *respicitur potius motus, cursus continuatus*: α *-ant res*: VET. LAT. Ios. 15, 3 (cod. 100) *finis* -a[n]t Senna et ascendit in Ezeb per Cades Barnae et -at Asron *eqs.* (*gr. ἐκ(περι)πορεύεται, Vulg.* pertransit ... pervenit. *an i. q. praeterire?*). Ps. AVG. quaest. test. 85 a Ioram ... coeptum malignum ... -vit usque ad Oziam (*antea*: continuavit impietas). Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 3, 389 p. 726 (*obsessi se invicem interficere decreverunt*) cui obtigerit *sors,* manu sequentis occumbat atque ita omnium fortuna -et (*gr. διοδεύσει*). β *-ant homines*: Ps. MAX. TAVR. hom. 27 p. 285^{B} cum -rent magi, stella ... antecedebat eos (*cf. Matth. 2, 9*). AVELL. 225, 5 (*loq. legati*) 'si non vultis facere, *sc. libellos emendare,* venimus, salutavimus vos, -amus.' discesserunt post ista verba. CASSIOD. Ios. antiq. 5, 60 die noctuque -ans (*gr. ἀνύσας*). REGVLA mag. 56, 15 -ante solacio laico (*sc. laicis iter continuantibus, cum fratres spiritales remorentur*). VITAE patr. 6, 3, 10 cum ... -asset *solitarius* tres dies. 6, 3, 11 p. 1009^{A}. PALLAD. hist. mon. II 10, 5 -ans ... diebus novem pervenit ad locum (*gr. p. 49, 19 διοδεύσας*).

e *respicitur actio absolvenda*: VET. LAT. exod. 30, 13 (Ambr. epist. 1, 1, 3) quotquot -ant visitationem (*i. censentur; gr. παραπορεύωνται, Vulg.* qui transit ad nomen).

indiculus structurarum; accedunt: acc. indicans locum, quem aliquis -at, passim inde a PLAVTO, *indicans viam sequendam sub 3b, locum attingendum l. 27, actionem sub 3e, personas adeundas p. 1186, 15. 72, tempus l. 46. abl. loci l. 21, temporis l. 47. praepos.*: ad *l. 32* (*potius vi modali p. 1186, 58*), circa *p. 1186, 51,* in *c. abl. l. 26. p. 1186, 19. 55 sqq. al.* (*c. acc. p. 1186, 13*), inter *p. 1186, 31,* per *l. 2. 9. al.,* usque (ad) *l. 24. 28. 37. p. 1186, 29. inf. p. 1186, 35. nude ponitur p. 1186, 9 sq. 50. 68 et saepius.*

deriv.: perambulatio. *Schmitz.*

peramīcus, -a, -um. *a* per *et* amicus. *i. q. amicissimus*: ITIN. Alex. 23 quae *gentes* nomini alienae nostratium, sibi mutuo -ae sunt.

adv. **peramīce.** *i. q. amicissime*: CIC. Att. 14, 12, 2 nobiscum hic perhonorifice et -e Octavius (amice *var. l.*).

perāmitto, -mīsī, -ere. *a* per *et* amittere. *i. q. funditus amittere*: PETR. CHRYS. serm. 166, 6 qui totum quidquid in homine lex urguere poterat -sit.

peramo *v. p. 1185, 47.*

peramoenus, -a, -um. *a* per *et* amoenus. *i. q. valde amoenus*: TAC. ann. 4, 67, 2 *Capreis est* aestas in favonium obversa et aperto circum pelago -a. HIER. vita Hilar. 31, 4 hortulum -um. *Thome.*

peramplus, -a, -um. *a* per *et* amplus. *compar. p. 1188, 3. cf. p. 1188, 6.* [*vix recte ed. Maurin. pro* amplum GREG. M. moral. 27, 10.] *i. q. valde amplus, amplissimus*: CIC. Verr. II 4, 109 sunt ea *simulacra* -a atque praeclara, sed non ita antiqua (*opp.* modica amplitudine. *cf.* 4, 110 signa duo sunt, ... pulcherrima ac -a). AVR. Fronto p. 72, 14 mihi -am anxietatem et summam aegritudinem ... litteris his tuis misisti, ne *eqs.* CONC. Rei. a. 439 (Corp. Christ. 148) add. Hisp. l. 14 -ioribus id est metropolitanis civitatibus. ISID. orig. 9, 2, 57 *Saraceni* -am habitant solitudinem.

adv. compar. **peramplius.** *i. q. maxime* (*compar. pro superl.*): EVGIPP. epist. ad Prob. p. 2, 12 nec immerito vicarii *Petri ... Augustinum* compastoralis officii socium ... -ius dilexerunt.

peramus *v.* pyramis. *Parker.*

perancipitis *traditur ante lacunam* AMM. 29, 5, 36, *ut dubites utrum sit* per ancipitis *an pertineat ad* peranceps.

perangustus, -a, -um. *a* per *et* angustus. *i. q. valde angustus* (*plerumque spectat ad unam dimensionem, sc. latitudinem; aliter maxime* IVST. *sub 2*): **1** *de viis sim.* (*de fretu* CIC.): CIC. Verr. II 5, 169 -o fretu *Siculo* divisa servitutis ac libertatis iura. CAES. Gall. 7, 15, 5 quod *urbs* ... flumine et palude circumdata unum habeat et -um aditum (SALL. Iug. 92, 5 CVRT. 3, 4, 7. *per enallagen*: IVL. VAL. 3, 10 *diversoria* aditibus -a). LIV. 22, 4, 2 via tantum interest -a, *sc. inter lacum Trasumennum et montem* (CLAVD. DON. Aen. 9, 380 p. 240, 15). CVRT. 7, 11, 2 *petra* undique abscisa et abrupta semita -a aditur. AMM. 18, 8, 11 civitatem ... uno ... ascensu -o meabilem. CYPR. GALL. num. 611 *angelus* restitit calle -o ([*cf. Vet. Lat. num. 22, 26 cod. 100* in loco angusto]. *in imag.*: VIGIL. THAPS. c. Eutych. 1, 1 *haeresis* laqueos dextra laevaque tetendit, ut -um et nimis arduum commeantibus itineris c. reliquerit). **2** *de variis rebus*: CELS. 7, 7, 7^{B} *in angulo oculi* difficilior est *curatio,* quoniam -um est, in quo versari manus possit. IVST. 7, 1, 2 *Emathiae* sicuti incrementa modica, ita termini -i fuere. PHYSIOGN. 51 *nares* -ae (*gr. 32 στενούς*). SIDON. epist. 2, 2, 13 edulibus terminatis excipiet te deversorium ..., interiecto consistorio -o. Ps. HIL. epist. ad fil. 5, 2 purpuram -am vestis *muliebris* habeat, non ... purpura ipsa diffundatur in vestem (*cf. e. g. Hier. epist. 22, 13, 5* purpura ... in veste sit tenuis). *de rebus in angustum adductis, arte astrictis*: CELS. 8, 10, 3^{B} *mitella* latitudine ipsi bracchio, -is capitibus collo inicitur.

adv. **perangustē.** *i. q. admodum anguste, presse* (*cf. vol. II 64, 80 sqq.*): CIC. de orat. 1, 163 ut Crassus haec, quae coartavit et -e refersit in oratione sua, dilatet nobis atque explicet.

peranno *v.* perenno. *Morelli.*

perantiquus, -a, -um. *a* per *et* antiquus. *in tmesi* GELL. 12, 6, 1, *ubi scribitur* -cum (*v. etiam p. 1190, 19*).

i. q. valde antiquus (*augetur interiectione* hercle *l. 47. de iis, quae [qui] ipsa antiquitate commendantur e. g. l. 43, minus valent l. 52*): **1** *de rebus*: **a** *corporeis*: CIC. Verr. II 4, 4 sacrarium magna cum dignitate ... a maioribus traditum -um. 4, 99 signum ... Cereris -um (*cf.* 4, 109 *simulacrum Cereris* -um, omnium illorum, quae sunt in eo fano, multo antiquissimum [*opp.* non ita antiqua]). VVLG. Ios. 9, 5 calciamenta ... -a, quae ad indicium vetustatis pittaciis consuta erant. **b** *incorporeis*: GELL. 12, 6, 1 nuper invenimus per hercle anticum, perquam lepidum ... aenigma. SIDON. epist. 8, 16, 4 (*de stilo suo*) unde ... nobis illud loquendi tetricum genus ac -um?

2 *de hominibus, sc. priscis*: CIC. Brut. 41 Themistocles ..., ut apud nos, -us, ut apud Athenienses, non ita sane vetus (*cf. 39* senes). rep. 1, 58 *si homines* non veteres reges habere voluerunt, utor neque -is neque inhumanis ... testibus (*antea*: nec nimis antiquos). *Werner.*

perapertus, -a, -um. *a* per *et* apertus. *i. q. apertissimus*: PETR. CHRYS. serm. 40, 4 (*de passione Christi*) est ... causa lucens, utilitas ... -a.

perapplico, -uī, -āre. *a* per *et* applicare. *fere i. q. applicare* (*vi praeverbii minus perspicua*): PASS. Thom. 34 *femina quaedam nobilis* mutato habitu -uit se, ubi ... Thomas ... praedicabat (applicuit *var. l.*).

perappositus, -a, -um. *a* per *et* appositus. *i. q. bene appositus, idoneus*: CIC. de orat. 2, 274 sunt ... illa subabsurda, sed ... saepe ridicula, non solum mimis -a, sed *eqs.*

perārdeo, -ārsī, -ārsūrus, -ēre. *a* per *et* ardere. *i. q. funditus, usque ad finem ardere* (*accedit* penitus EVSEB. GALLIC.): SCHOL. Hor. carm. 3, 4, 76 ('nec peredit impositam celer ignis Aetnam') Aetna ... Encelado superpositus, quem ad poenae perpetuitatem non -ere commemorat *Horatius.* PAVL. NOL. carm. 26, 406 *flamma* pulsa ... de nostri rapiendo culmine tecti, comminus in tuguri vicina strage -sit. EVSEB. GALLIC. hom. 29, 5 quasi penitus -surum et in nihilum redigendum hominem (*spectat ad psalm. 91, 8* exurentur peccatores sicut fenum). VEN. FORT. virt. Hil. 12, 34 *cereus* ardens corruit, ita ut super mafortem quo cecidit sine laesione aliqua -ret.

perārdēsco, -ere (*perf.* -ārsī *v. l. 68*). *a* per *et* ardescere. *i. q. penitus ardescere*: RVRIC. epist. 2, 34 p. 419, 7 in desiderium tui vehementius -ens.

[Thome]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

perarduus, -a, -um. *a* per *et* arduus. *i. q. valde arduus*: Cic. Verr. II 3, 166 mihi ... hoc -um est demonstrare. Ps. Avg. serm. ed. Caillau 1, 28, 2 o quam tenui semita ⟨ad⟩ molem ... fidei ducimur ..., o quam -a et praerupta! Cassiod. inst. 1, 27, 2 opus ... necessarium, sed considerata difficultate -um.

perārēsco, -uī, -ere. *a* per *et* arescere, *cf.* peraridus. *i. q. peraridum fieri*: Varro rust. 1, 49, 1 herba, cum ... aestu arescit, subsecari falcibus debet et, quaad -at, furcillis versari; cum -uit, *eqs.* Colvm. 4, 24, 5 si ... trunci pars senecta solis adflatu -uit. 11, 3, 58 nec patiendum est, ut -at *semen ceparum,* ut totum decidat. 12, 15, 4 offas *fici* ... patiuntur siccari; deinde cum -uerunt, *eqs.* Plin. nat. 33, 104 *lapidis triti* flos ... in sole siccatur, non ut -at.

perargūtus, -a, -um. *a* per *et* argutus. *i. q. valde argutus*: Cic. Brut. 167 L. Afranius poeta, homo -us, in fabulis quidem etiam ... disertus. *spectat ad sonum*: Apvl. met. 10, 18, 4 tintinnabulis -is. flor. 13, 2 *aves* occipiunt carmine, scilicet galli expergifico, ... hirundines -o.

perāridus, -a, -um. *a* per *et* aridus. *i. q. valde aridus*: Cato agr. 5, 8 *frondem* condito non -am, pabulum ovibus (*inde* Plin. nat. 16, 92). Colvm. 2, 18, 1 ut neque -um neque rursus viride colligatur *faenum.* 3, 11, 9 *solum* siticulosum et -um. 4, 31, 1 -a loca ... genistam postulant. arb. 6, 1 si non -os habet truncos et flecti potest *vinea.* Pavl. Nol. carm. 19, 470 cum stuppa -a ... conderet ... consumpto lumen olivo.

perārius *v.* pirarius.

perarmo, -ātum, -āre. *a* per *et* armare (armatus). *legitur p. p. p. apud* Cvrt. (*m. pro subst. l. 29*), *ceterae formae inde a saec. IV. i. q. bene armare: -antur homines*: Cvrt. 4, 9, 6 instructo exercitu ac -to. 4, 9, 23 *dux Persarum,* qui ... *Tigrim transeuntes* haud dubie oppressurus fuit incompositos, in ripa demum ⌞ad iam⌟ -tos adequitare coepit (⌞ ⌟ etiam *trad.*). Potam. subst. 7 fustibus, quibus minuta blasphemantium popularitas -atur (*spectat ad Matth. 26, 55*). Oros. hist. 5, 19, 5 Marius cum ... equestrem ... ordinem -are adversus Sullam ... adtemptasset. *-atur deus*: Prvd. cath. 6, 86 *Christi* manum potentem gladius -at anceps (*spectat ad apoc. 1, 16* de ore eius gladius utraque parte acutus exiebat). 7, 93 *dei censura offensa* dextram -at romfeali incendio. *-atur planta*: Prvd. cath. 8, 43 *campus,* ubi ... *non* germen sudibus -at carduus horrens. *Thome.*

peraro, -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* arare. Not. Tir. 68, 44 -at (*cod. unus per coni., def. Kopp*; praearat, *quod alibi non legitur, cett.*). [*de* Stat. silv. 4, 5, 24 *v. p. 1185, 49, de* Tert. cult. fem. 1, 5 l. 18 *p. 414, 73.*]

i. q. arando, sulcando permeare vel perficere (*praeverbio inest vis localis vel notio perficiendi [ita l. 49 sqq.]; ad rem rusticam pertinet sola imago l. 64*): **1** *scribendo* (*cf.* exarare [*vol. V 2, 1184, 52 sqq.*], *quod dactylis parum aptum est; inscribuntur tabulae ceratae praeter l. 55 et fort. l. 50*): **a** *c. acc. obi.*: tabellas, *sc. in quibus scribitur*: Ov. am. 1, 11, 7 (*ad ancillam*) accipe et ad dominam -tas ... t. perfer. ars 3, 485 *ne fraus vestra noscatur,* ancillae ... ⌞manu -ate⌟ t. (⌞ ⌟ manus ferat arte *trad.*). *-antur ipsa scripta*: Ov. ars 1, 455 (*437* cera vadum temptet) blandis -etur littera verbis exploretque animos *amicae* (trist. 3, 7, 1 vade salutatum, subito -ta, Perillam, l.). met. 9, 564 talia ... -antem plena reliquit cera manum *Byblidos.* Sidon. epist. 5, 17, 10 scriba, qui pugillarem iuxta tenebat, ... vocato ... epigramma composui: '...'; ... vix suprascripta -verat, *eqs.* **b** *sine obi.*: Sedvl. op. pasch. 1, 1 *cum poetae* priscorum ... temporum gesta ... papyro ... calamo -ante contradant.

2 *vario modo*: **a** *-atur os, frons* (*sc. rugis, cicatricibus sim.*): Ov. met. 14, 96 *Iuppiter gentem Cercopum in simias mutans* rugis -vit anilibus ora. Sidon. carm. 7, 239 ferro -asse genas vultuque ... cicatricum vestigia defodisse *in planctu.* epist. 3, 13, 7 cerebrum (*i. calva*) crebra vibice -tum, quod ... cicatricibus *tegitur.* *p. p. p.* -tus *fere pro adi. q. e. rugosus*: Ps. Avg. serm. 3, 3 totum corpus *Sarrae* sulcatur in rugas, fit -ta fronte et exhausta senectute. **b** *cetera exempla*: Sen. Med. 650 ite nunc, fortes, -ate pontum *carina.* Qvodv. fer. 1, 10 (*in imag.*) quinque iuga *boum, sc. sensus corporis,* terram versant, quando ... animam carnemque -ant (parant, peractam *var. ll.*), ut uberes fruges *spiritales* ... subsequantur. Sidon. carm. 5, 242 vultibus *Francorum* undique rasis pro barba tenues -antur pectine cristae. *Werner.*

perascendo, -endī, -ēnsum, -ere. *a* per *et* ascendere. *i. q. usque ad finem ascendere*: Regvla mag. 10, 87 his omnibus humilitatis gradibus a discipulo -sis (*sim.* 10, 92).

perasper, -era, -erum. *a* per *et* asper. *i. q. admodum asper*: Cels. 5, 28, 14[B] (*genus ulceris describitur*) ad cutem tenue, supra latius, subdurum et in summo -um. Ivl. Val. 3, 51 quorum locorum dextra ... -is inviisque montibus recta est (*var. l.* per asperos *eqs.; gr. p. 129, 9 ὄρος ὑψηλόν*).

perassiduus, -a, -um. *a* per *et* assiduus. *i. q. maxime assiduus*: CE 712, 12 (*saec. VI ex.*) quibus *verbis* d(omi)ni resonant praeconia semper atque -is concentibus aethera plaudent.

perassus, -a, -um. *a* per *et* assus. *i. q. penitus assus*: Plin. phys. Bamb. exc. 95 assaturas caprinas -as manducet.

perastutulus, -a, -um. *a* per *et* astutulus. *i. q. valde astutus*: Apvl. met. 9, 5, 4 mulier callida et ad huius modi flagitia -a.

perāticum, -ī *n., περατικόν. nomen arboris, sc. genus bdellii*: Plin. nat. 12, 35 aliqui -um vocant ex Media advectum *bdellium.*

pērātim *v. l. 24.*

perattentus, -a, -um. *a* per *et* attentus. *i. q. valde vel plane attentus*: Cic. Verr. II 3, 10 superiore omni oratione -os vestros animos habuimus.

adv. **perattentē.** *i. q. attentissime*: Cic. Cael. 25 animadverti ... audiri a vobis ... L. Herennium -e. *Thome.*

*?***peratticus,** -a, -um. *a* per *et* Atticus. *i. q. valde Atticus, sc. stilo Attico quam maxime praeditus*: Fronto p. 20, 8 pro Polemone rhetore, quem mihi tu in epistula tua ... exhibuisti Tullianum, ego in oratione ... philosophum reddidi, nisi me opinio fallit, -um (perāticum A^1 [*sim. corruptelam Tac. dial. 18, 4 confert Heraeus*], *corr.* A^2, *sed perperam suprascr.* peripate(ticum); ⟨hy⟩peratticum *von Leutsch*). *v. Leijenhorst.*

*?***pērātus,** -a, -um. *a* pera, *si genuinum. legitur loco coniecturis vexato* Plavt. Epid. 351 -um ductare (*i. pera obvolutum tamquam parricidam? opp.* follitum ductitabo; *var. l.* paratum; peratim *et* follitum *Camerarius; v. Leo, Kl. Schr. I 36 sqq. et Duckworth, 1940, ad l.*).

*?***peraudio** *v.* peraurio.

*?***peraufero,** -ferre. *a* per *et* auferre. *i. q. funditus auferre*: Chiron 110 deformitas ... et cinesis causae ⌞-rri⌟ non potest (⌞ ⌟ *def. Heraeus, Arch. Lat. Lex. 14, 1906, 120*; ⟨sem⟩per *vel* ⟨sae⟩pe auferri *Bücheler*).

peraugeo, -xī, -ēre. *a* per *et* augere. *i. q. valde vel usque augere*: Ivlian. epit. in psalm. 67, 3[b] hoc quoque -xit *psalmista,* ut tabescere iam velit quos fugere petierat (*antea*: augenter totum *dixit*). Verec. in cant. 2, 21 l. 74 firmitas eius *fidei* in nobis cottidie -etur. *Thome.*

perāvolo, -āre. *a* per *et* avolare. *i. q. avolare* (*praeverbium iuxta* prorsus *abundare videtur*): Vincent. Ler. comm. 20, 4 (*homines discernuntur tamquam frumentum paleaque in area*) *levissimi* illico prorsus -ant.

*?***peraurio,** -īre. *si genuinum, iocose fictum pro* perhaurire, *ut sit i. q. auribus percipere* (*cf. Brüch, Glotta 26, 1938, 157*): Plavt. Mil. 34 (*parasitus de milite se iactante*) *haec* auribus ⌞-enda⌟ sunt, ne dentes dentiant (⌞ ⌟ *C,* peraud- *ceteri*). *Fl.*

perbacchor, -ātus sum, -ārī. *a* per *et* bacchari. **1** *vi praeverbii temporali, i. q. bacchando peragere*: Cic. Phil. 2, 104 quam multos dies in ea villa turpissime es -tus! ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur. Ps. Cic. in Sall. 10 postea quam ille *Clodius* suum annum in re publica -tus est omniaque, quae commoverat, pace et otio resederunt. **2** *vi praeverbii locali, i. q. bacchando pervagari*: Arnob. nat. 5, 7 p. 256, 15 *Attis* furiarum ... plenus -tus iactatus proicit se tandem et ... genitalia sibi desecat. Clavd. 26, 242 (*in serie portentorum*) passim ... crematas -ta domos nullis incendia causis. *Parker.*

perbāsio, -āre. *a* per *et* basiare. *i. q. vehementer basiare* (*an vi praeverbii locali i. q. basiis quasi obducere? vim distributivam accipiunt alii; 'basiis conficere' intellegit Ehlers; cf.* perosculari): Petron. 41, 8 circumeuntem puerum sane -amus.

perbeātus, -a, -um. *a* per *et* beatus. *i. q. plane beatus*: Cic. de orat. 1, 1 -i fuisse ... illi videri solent, qui in optima re publica *eqs.*

perbellē *adv.* *a* per *et* belle. *i. q. bellissime*: Cic. Att. 4, 4[a], 1 -e feceris, si ad nos veneris. fam. 16, 18, 1 (*ad Tironem*) si me amas, quod quidem aut facis aut -e simulas.

διαπολεμῶ: **perbello** Gloss. II 273, 36. *a* per *et* bellare, *i. q. bellum peragere.*

[perbellus, -a, -um *non nisi in textu a Gagneo interpolato* Mar. Victor. aleth. 1, 151 (*Migne 61, 942[A]*).**]** *Thome.*

perbene *adv.* *a* per *et* bene. [*e coni. dub.* Cic. fam. 13, 16, 1 (per me *codd.*; -e *Schütz,* optime *Manutius, alii alia*). *olim legebatur* Liv. 45, 3, 6, *ubi* p(opuli) R(omani) bene *solvendum esse vidit Madvig.*]

i. q. modo perbono, ratione optima: **1** *pertinet ad verba*: **a** *describit modum agendi vel statum quendam*: Plavt. Aul. 186 (*ad avarum*) ain tu te valere? :: pol, ego haud -e a pecunia. Men. 1141 prandi -e, potavi atque accubui scortum. *i. q. diligentissime, accuratissime*: Cic. Brut. 108 -e Latine loqui ... litteratiusque quam ceteri (perbelle *var. l.*). Avell. 95, 32 -e gestam synodum Calchedonensem, qua Eutyches *reiectus est* (*opp.* male gestam). **b** *indicat potius iudicium loquentis de ac-*

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tione quadam: Liv. 24, 32, 1 *Syracusani* quidam ... palam ferre -e detectam in Leontinis esse avaritiam et crudelitatem Romanorum.

2 *pertinet ad adv.* (*nisi cum tota locutione iungendum, sed cf.* bene *vol. II 2126, 72sqq.*): Epist. Claud. Terent. (Pap. Corp. 251) 47 scias domo perb⟨e⟩ne omnia recte esse.

3 *solum ponitur* (*sc. in exclamatione*): Plavt. Rud. 164 euge, euge, -e; ab saxo avortit fluctus ad litus scapham. *Hajdú.*

[perbenemeritus *olim legebatur* Inscr. christ. Gall. I 150, *sc. monogrammate Christi falso pro nota* p *accepto.*]

perbenevolus, -a, -um. *a* per *et* benevolus. -beniv- *edd. quidam.* *i. q. valde benevolus*: Cic. fam. 14, 4, 6 Pescennius est -us nobis.

perbenignē *adv.* *a* per *et* benigne. *per tmesin* Cic. *i. q. benignissime*: Ter. Ad. 702 magis te, *pater,* quam oculos nunc ego amo meos. :: quid? quam illam? :: aeque. :: -e. Cic. ad Q. fr. 2, 8, 2 *Pompeius* per mihi benigne respondit. Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 2, 37 p. 658 Archelaus ad genua Caesaris accedit ocius; quo -e a Caesare erecto *eqs.* (*gr. μάλα φιλοφρόνως*).

perbeo, -āre. *a* per *et* beare. *i. q. beatissimum reddere*: Primas. in apoc. 7, 12 l. 516 quorum omnium participatione bonorum Christi ecclesiam -ari gaudemus.

Perbibesia, -ae *f.* *a* perbibere *iocose formatum.* *nomen terrae fictae*: Plavt. Curc. 444 (*loq. parasitus*) Rhodiam atque Lyciam, Perediam et -am ... subegit solus *miles* (perreh diam et per heblesiam *sim. codd., sed* Fest. p. 214 perediam et bibesiam Plautus finxit ..., cum intellegi voluit cupiditatem edendi et bibendi). *Thome.*

perbibo, -bibī, -ere. *a* per *et* bibere. [*confunditur in codd. maxime cum* perhibere, *v. infra.*]

i. q. bibere ita, ut vel res bibenda omnino consumatur, tota recipiatur vel is, qui bibit, penitus afficiatur, impleatur (*distinguitur* perfundi *l. 54; passim c. obi. rei bibendae, absolute vel obi. subaudiendo l. 35. 40; accedit* bene *l. 40*): **1** *evacuando, extrahendo sim., i. q. ebibere* (*in imag. apud* Plavt.): Plavt. Stich. 340 (*loq. servus qui cucurrit*) perii, quoi medullas (-am *P*) lassitudo -it. Marcell. med. 22, 28 (*antecedit compositio potionis*) calidum dabis, donec totum triduo -atur. Regvla mag. 27, 11 ut antequam bibant, orent, et postquam -erint, reorent (*item* 27, 29. 32 [biberint *ubique var. l.*]). 30, 1 postquam sera omnes -erint caldos (*sc. potus*; biberint *var. l.*).

2 *in se recipiendo, i. q. imbibere*: **a** *corporaliter, sc. de eis quae imbuuntur, implentur liquore* (*vento* Aetna): Cato agr. 130 ligna amurca cruda perspargito et in sole ponito, -ant bene. Aetna 321 unda ... graves ubi -it euros. Ov. met. 6, 397 terra caducas concepit lacrimas *lugentium* ac venis -it imis. Pavl. Fest. p. 109 inbutum est, quod cuiuspiam rei sucum -it. Sen. epist. 71, 31 quemadmodum lana quosdam colores semel ducit, quosdam nisi saepius macerata ... non -it, sic ... ingenia *eqs.* Colvm. 7, 4, 8 liquamine tonsa ovis imbuitur, atque ubi per triduum delibuto tergore medicamina -it *eqs.* Galen. alfab. 289 (de vino) oportet diu perfricare, *sc. membra vino oleoque uncta,* quousque totum corpus ⌊illud⌋ -at (⌊ ⌋ *om. codd. Lucc. et Paris.*). **b** *incorporaliter, sc. de animantibus* (*mente* Lact.), *qui penitus afficiuntur variis rebus* (*imagine servata maxime apud* Ov., Moys., Lact.; *cf. comparationem l. 44*): Ov. Ib. 231 *Eumenides pueri* guttura ... imbuerunt ...; -it inde suae rabiem nutricis alumnus. Sen. Herc. O. 557 (*Deianira ad Amorem*) *Hercules* -at formam mei. dial. 3, 16, 3 -isti nequitiam et ... visceribus inmiscuisti. epist. 36, 3 colere virtutem, -ere liberalia studia, non illa, quibus perfundi satis est, sed haec, quibus est tingendus animus. 94, 11 hoc ... persuasi mihi et -i (perhibui, prohibui *fere trad.*). Qvint. inst. 1, 1, 12 *puer sermonem* Latinum ... -et. CE 2126, 2 *virgo mortua* cunctas artes -it. Moys. Cypr. epist. 31, 1 illas *litteras tuas* animo sitiente -imus et voto esuriente suscepimus. Lact. inst. 2, 2, 16 mentes eorum penitus fucum stultitiae -erunt (perhiberunt, perviderunt *var. ll.*; sucum *edd. plerique*). Hier. epist. 107, 4, 6 difficulter eraditur, quod rudes animi -erunt (praeb- *var. l.; v. Otto, Sprichw. n. 1770*).

deriv.: Perbibesia.

perbito, -bītī, -ere. *a* per *et* baetere. Pavl. Fest. p. 215 -ere Plautus pro perire posuit. Non. p. 153, 22 -ere: perire (*inde* Gloss. V 645, 47). [Plavt. Capt. 690 perbitat *e coniectura Scaligeri afferunt lexica quaedam.*] *i. q. perire* (*apud comicos non nisi in exsecrationibus, minis sim.* [*cf.* pereo] *et in fine versus adhiberi videtur, v. Sheets, Am. Journ. Phil. 102, 1981, 74 sqq.*): Liv. Andr. trag. 27 puerum ... ancillae subdam lactantem meae, ne fame -at. Plavt. Pseud. 778 eum cras cruciatu maximo -ere (Rud. 495 utinam ... malo c. ... -res. Enn. scaen. 212 quo[s] ... c. -ret *parricida*). Pacvv. trag. 287 me -ere, illis opitularier quovis exitio cupio. Titin. com. 17 iam pridem egressa ⌊aut⌋ -res (ut *var. l.,* tu *Neukirch*). Fest. p. 170 ⟨num⟩ero (*i. cito*) -erint.

perblandus, -a, -um. *a* per *et* blandus. [*perperam pro* praeblandus *legebatur olim* Ivvenc. 1, 702.] *i. q. valde blandus* (*per ironiam* Cic. Rab. Post.): Cic. ad Q. fr. 1, 2, 8 *in provincia administranda* successorem habes -um. Rab. Post. 21 auctor videlicet -us reperiendus fuit, qui hominem ... avarissimum exoraret, ⟨ne⟩ HS bis miliens ... contemneret. Liv. 23, 10, 1 prima eius *Hannibalis apud Campanos* oratio -a ac benigna fuit.

adv. **perblandē.** *i. q. modo perblando, amicissime*: Macr. Sat. 1, 2, 16 quos *hospites advenientes* cum aspexisset *Praetextatus* obviamque processisset ac -e salutavisset.

perbonus, -a, -um. *a* per *et* bonus. peroptimus (*sc. compos. e* per *et* optimus?) *v. suo loco, adv.* perbene *supra p. 1190, 66.* [*e coni. dub.* Cic. dom. 50, *ubi* (in) bonis ille vir *trad.* (-us *Peterson, alii alia*).]

i. q. valde bonus, optimus (*minus valet quam* optimus *l. 15*): **1** *de animalibus* (*in imagine*): Plavt. Merc. 526 (*senex ad meretricem*) ovem tibi eccillam dabo, *sc. senem* ...; eam si curabis, -ast, tondetur nimium scite. **2** *de rebus*: Plavt. Most. 673 non in loco emit -o (*sc. aedes*). :: immo in optumo (Stich. 617 tibi ... locum condi p⟨erbon⟩um, ubi accubes [*si recte suppl. Gilleland, Am. Journ. Phil. 98, 1977, 355*; parvolum *Petersmann*]. *in imagine*: Cic. Att. 6, 1, 3 quoad mecum rex fuit, -o loco res erat). 692 prandium uxor mihi -um dedit. 764 isti umbram aestate tibi esse audivit -am. Cic. Verr. II 4, 38 -a toreumata. Flacc. 71 agros habent et natura -os et diligentia culturaque meliores. Petron. 77, 4 (*Trimalchio domum suam laudat*) habet ... ostiarii cellam -am. Grill. rhet. p. 12, 26 ratio ... rerum -arum est. Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 5, 532 p. 764 monumenta ... peroptimo marmore liberaliter fabricata (*gr. 4, 532 πάνυ καλῆς*).

?**perbreviātus,** -a, -um. *a* per *et* breviatus (breviare). *i. q. valde breviatus*: Lib. gener. chron. I p. 137, 361 quae a nobis -a inquisitione declarata sunt (*sic ed. Frick, Chron. min., 1892, 70*; per breviata *ed. Mommsen,* per nimiam inquisitionem *var. l.*).

perbrevis, -e. *a* per *et* brevis. *in tmesi*: Cic. Cluent. 2 (*v. sub 1b*). *legitur saepius apud* Cic., *ceterum perraro.* [Ov. trist. 4, 10, 70 *legendum videtur*: tempus per breve nupta fuit (-e *Heinsius, v. Axelson, Unpoet. Wörter, 1945, 37 sq.*).]

i. q. valde brevis, brevissimus: **1** *spectat ad tempus*: **a** *de ipso tempore eiusque partibus*: Cic. Q. Rosc. 30 -i tempore, qui ne in novissimis quidem erat histrionibus, ad primos pervenit comoedos (Verr. II 3, 22. Manil. 16 una excursio equitatus -i t. totius anni vectigal auferre *potest.* Liv. 41, 20, 9 -e t. regni eius fuit. Ambrosiast. in I Cor. 7, 29 rec. γ [breve *rec.* α]. *cf. l. 31*). Liv. 28, 35, 11 *Scipione in Africam misso* -is aevi Carthaginem esse. CE 1868, 2 (= Inscr. Alger. 2195) -i disces mora, *quis hic sepultus sit* (2174, 2 [= Inscr. Alger. 2248] -i disces hoc m.). -i *subst. omisso vergit in vim adv.*: Cic. Verr. II 5, 142 pro mortuo sublatus -i postea est mortuus. div. 1, 53 ut -i convalesceret. fam. 6, 12, 3 id erit -i.

b *in dicendo, scribendo*: α *de dictis, scriptis*: Cic. Cluent. 2 *orationis* altera pars ... per mihi brevis et non magnae in dicendo contentionis fore videtur. fam. 2, 1, 1 a te ... bis terve summum et eas *litteras* -is accepi (3, 10, 2. 4, 15, 1. Balb. Cic. Att. 9, 13ª, 1). Avg. retract. 2, 7, 1 *libri* -es (breves *var. l.*). *in sermone gramm.*: Virg. gramm. epit. 4, 2, 2 (*agit de metris*) prosa ... sunt -ia (per brevitatem *var. l.; antea opp.* perextensa). 15, 3, 8 sincolla hoc ⟨est⟩ -is *forma dictionis,* ... cum totus versus ... in uno continetur fono (*opp.* perlonga). β *metonymice de oratore brevissime dicente*: Cic. Brut. 158 idem (*sc. Crassus*) et perornatus et -is.

2 *spectat ad locum*: **a** *strictius de rebus non longis*: Epiced. Drusi 388 huic hosti -e Pontus iter. Liv. 32, 15, 6 iter ... spatio -i.

b *laxius de rebus parvis*: Ivl. Val. 1, 27 videt insulam ... -em rex (*sc. Pharum*). Avg. in psalm. 39, 2 non vides -es (teneros *pars codd., edd. rec.*) agnos capitibus pulsare ubera matrum, ut lacte satientur? Physiogn. 22 oculi stantes -es avarum ... declarant (breves *var. l.; gr. p. 309, 6 μικροί*). 47 aures -es tamquam praecisae ad stultitiam referuntur (*gr. p. 380, 8 λίαν μικρά*).

adv. **perbreviter.** *i. q. valde breviter* (*spectat ad modum dicendi*). Cic. dom. 40 haec ..., quae ego nunc -r attingo (rep. 2, 9). de orat. 2, 235 quid sentiam, -r exponam. *Hajdú.*

perbullio, -iī, -īre. *a* per *et* bullire. *scribitur* perv- Diosc. *i. q. valde vel penitus fervere*: Antidot. Brux. 36 posteaquam -ierit, facies potionem (*de vino ut*: Diosc. 5, 28 p. 177, 15 hoc faciendum est, quamdiu -ierit [*gr. 5, 7, 2 ἐκζέσῃ*]). *Thome.*

perca, -ae *f., πέρκη.* Gloss. *praebent etiam* porca *et* persa. Gloss. *πέρκα ὁ ἰχθύς. πέρκη. χάννος* (*v. Papendick, Fischnamen in griech.-lat. Glossaren, Diss. Königsberg, 1926, 41*). [*var. it. sept.; francog.* perche; *prov. vet.* perca *et var. francoprov., prov.; port.* perca. *cf. M.-L. 6398. Battisti-Alessio IV 2845. Wartburg VIII 216. Corominas² IV 487. Machado³ IV 340. St.*]

nomen piscis et fluviatilis et marini, i. q. πέρκη (*inter* communes amni ac mari *affert* Plin. nat. 32, 145, *cf.* Avson. *infra; ad rem v. post alios*

[Schmitz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Capponi, comm. ad Ov. hal., *1972, 484 sqq.*): Ov. hal. 112 lupi -aeque tragique (*inter pisces marinos in scopulis morantes; inde* Plin. nat. 32, 152). Plin. nat. 9, 57 -ae et saxatiles omnes (*inter pisces, qui hieme speluncis conduntur itaque raro capiuntur*). 32, 107 -ae salsae e capite cinis *adhibetur in medicamento* (*sim.* 32, 126. 130. *ceterum ad usum in medicina spectat* 32, 116 tertianis mederi dicitur et spondylus -ae adalligatus). Avson. Mos. 115 nec te, delicias mensarum, -a, silebo, amnigenas (-os *trad.*) inter pisces dignande marinis (*deinde laudatur caro eius*). Vindic. med. 7 (*inter animalia sanguine carentia*). Apic. 10, 1, 14 ius in -am. Hippocr. vict. 2 l. 288 (*inter pisces siccos*). Anthim. 39 tructa et -a aptiores (*sc. ad comedendum*) sunt ab aliis piscibus.

percaedo, -caesum *v.* percido.

percalco, -ātum, -āre. *a* per *et* calcare. [*dub. var. l.* Hier. epist. 14, 2, 3 licet in limine pater iaceat, -to perge patre (*var. l.* per calcatum perge patrem *probant edd., cf. vol. III 137, 25 sqq.*).]

1 *proprie fere i. q. pedibus calcantibus proterere* (*vi praeverbii intensiva? an locali l. 18, cf. l. 14?*): Epist. Alex. p. 218, 17 *elephanti non incurrebant in nos*; alioquin crudelissime -ti eramus (-cultati, -culsi *var. ll.*, proculcati *Heraeus in exemplari suo*). Vet. Lat. Is. 63, 2 (Cypr. epist. 63, 7) rubicunda sunt vestimenta tua, et indumenta tua velut calcatione torcularis pleni et -ti (*gr. ληνοῦ ... καταπεπατημένης, Vulg.* sicut calcantium in torculari). **2** *in imagine fere i. q. penitus implere, sc. alimentis inculcandis* (*cf.* inculco *vol. VII 1, 1066, 10 sqq.*): Regvla mag. 1, 21 postquam ex utraque nimietate cibi et potus -ti usque ad vomitum fuerint *monachi vagantes.*

percalefacio, -factum, -facere. *a* per *et* calefacere. *scribitur* -calf- Vitr. 8, 1, 5 (*var. l.*; -calef- *alibi*). [Scrib. Larg. 156 *v. sub* praecalefacio.] *i. q. penitus calefacere* (*fere p. p. p.; aliae formae l. 36. 37*): Lvcr. 6, 178 omnia motu -ta vides ardescere. Varro rust. 1, 27, 2 glaebis a sole -tis, *sc. vere* (Vitr. 8, 2, 3 aer). Vitr. 1, 4, 3 *ferrum* in fornacibus ab ignis vapore -tum ... mollescit (8, 2, 4 caelum *in balineo. cf.* 8, 1, 5 *igni* -ta terra et adusta. 8, 3, 19 *saxa silicea* ab igni ... -ta. Val. Max. 9, 12, 4 multo ... igni -to cubiculo). 8, 2, 5 *qui venti* -ti ab regionibus fervidis adveniunt. 8, 2, 9 frigida aqua, cum incidit percurrens in ardentem locum, effervescit et -ta egreditur per venas extra terram. 8, 3, 3 aeneum vas ... cum ignis vehementi fervore tangatur, -fieri cogit aquam. 8, 3, 4 sulphurosi fontes nervorum labores reficiunt -faciendo. Val. Max. 3, 8 ext. 6 Alexander ... aestu et itineris fervore in Cilicia -tus Cydno ... corpus suum inmersit.

percalēsco, -uī, -ere. *a* per *et* calescere. *i. q. penitus calescere* : Lvcr. 6, 281 ubi -uit venti vis (*antea*: mobilitate calescit *ventus*). 6, 686 *ventus* ubi -uit calefecitque omnia circum saxa furens. Ov. met. 1, 418 postquam vetus umor ab igne -uit solis. Sen. Thy. 170 qua *siti* cum -uit sanguis *Tantali* et igneis exarsit facibus.

*?***percalidus,** -a, -um. *si genuinum, a* per *et* calidus, *i. q. valde calidus* : Oribas. eup. 1, 9, 3 Ab p. 412 hec omnia in aqua decocta -a (*ita G,* procalida *Ab, gr. et Li brevius. cf. similem confusionem Plin. phys. Bamb. 85, 6* aqua an⟨e⟩tata procalida, *sed* -a *rec. Flor.-Prag. [ed. Wachtmeister] 2, 20, 7*).

percallēsco, -uī, -ere. *a* per *et* callescere. *formae stirpis praes. non exstant, sed vis incohativa apparet maxime l. 53. 61.*

1 *spectat ad callum, i. q. penitus durum vel brutum fieri, sc. toto animo quasi callo obducto*: Cic. Mil. 76 usu iam obduruerat et -uerat civitatis incredibilis patientia.

2 *spectat ad calliditatem* : **a** *intrans. i. q. callidissimum fieri* : Cic. de orat. 2, 147 ubi eum locum (*ex quo argumenta ducuntur*) omnem cogitatione saepseris, si modo ⌊usu⌋ rerum -ueris, nihil te effugiet (⌊ ⌋ usum *var. l., sed cf. vol. III 166, 14 sqq. IV 4, 38 sq.*). **b** *trans. i. q. penitus noscere* : Gell. 1, 22, 7 disciplinas ... Tubero stoicas, dialecticas -uerat. 13, 10, 1 in grammaticam sese ... penetraverat Latinarumque vocum origines rationesque -uerat *Labeo.* 17, 17, 2 duarum et viginti gentium ... linguas -uit *Mithridates.* 20, 1, 20 quis ... disciplinae suae leges tam ... docte callet, quam leges tu nostras decemvirales -uisti?

percallidus, -a, -um. *a* per *et* callidus. *i. q. valde callidus* : Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 1, 529 p. 641 (*de notario*) homo ... cuiuslibet manus literas imitari -us (*gr. δεινὸς μιμήσασθαι. de inf. cf. vol. III 172, 20 sq.*). *Schmitz.*

percandēfacio, -ere. *a* per *et* candefacere. *i. q. penitus candefacere* : Vitr. 8, 3, 1 cum in imo *terrae* ... ignis excitatur, ardore -it terram, quae est supra.

percandidus, -a, -um. *a* per *et* candidus. *i. q. valde vel penitus candidus* (*sive potius de candore sive potius de colore* [Cels.]): Maecen. carm. frg. 2, 3 beryllos neque ... nitentes ⟨nec⟩ -a margarita quaero (praec- *var. l., cf. vol. X 2, 393, 7 sq.*). Pavl. Fest. p. 14 argennon: argentum -um. Cels. 5, 19, 24 est ... ea -a compositio ... ideoque elephantine nominatur. Sol. 37, 20 solis gemma -a est ad speciem fulgidi sideris (*Plin. nat. 37, 181* candida).

percanto, -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* cantare. *depon.* -ari *vix recte trad.* Chrysost.

1 *i. q. magna voce cantare* : Chrysost. hom. I 980^{A} sonos commemorat universos (*sc. psalm. 150*), ut ... mens humana ... diversis sonorum ⌊mysteriis⌋ invitata benedictionis verba ⌊-ari⌋ festinat (ministeriis *et* -are *suspicatur Bulhart in schedis nostris*). Pass. Georg. rec. a 6 *magus* -vit in aurem thauri et partitus est thaurus in duas partes (*rec. b* locutus est).

2 *fere i. q. incantare* (*per ironiam*): Conc.^{S} IV 1 p. 68, 29 (*ex epistula Theod. Mops., qui canticum canticorum a se contemptum relegit ab altero admonitus*) *legi* dormitans, sicut convivio codicis nuptiali ... -tus (*si recte intellegimus; an i. q. cantico lassatus, peractus?*).

percapābilis, -e. *a* per *et* capabilis. *i. qui (funditus) capere potest* : Iren. 5, 3, 3 *haeretici quidam* dicunt non esse membra ipsorum -ia vitae (*falsa var. l.* participabilia, *cf. supra p. 497, 30. gr. ἐπιδεκτικά*).

percareo, -uī, -ēre. *a* per *et* carere. *i. q. plane carere* : Ps. Primas. in I Cor. p. 515^{B} si nullum crimen admisi, minuta forte non omnino -ui (*de acc. v. vol. III 454, 70 sqq.*). *Thome.*

percārus, -a, -um. *a* per *et* carus. Gloss. V 575, 36 -us: valde carus.

1 *i. q. valde pretiosus, quod permagno constat*: Ter. Phorm. 558 triginta *minae*? hui, -ast *puella,* Phaedria. :: istaec vero vilis est. **2** *i. q. valde dilectus, iucundus* (*accedit fere dat. personae, abl. rei l. 26. 29*): Cic. Scaur. 39 *frater meus Sardis* consuluit et iis vicissim -us et iucundus fuit. Sall. hist. frg. 1, 94 modicoque et eleganti imperio -us fuit (*fortasse Sertorius*). Tac. ann. 2, 74, 2 *veneficam* Plancinae -am. 6, 9, 2. 13, 19, 2 Silana ... Agrippinae diu -a. Ivst. 12, 12, 11 Hephaestion ... dotibus primo formae pueritiaeque, mox obsequiis regi *Alexandro* -us (36, 2, 7 *Ioseph* deportatus in Aegyptum ... brevi ipsi r. -us fuit). -um est *c. inf.* : Rvfin. Greg. Naz. orat. 1, 47, 2 optabile ... est et mihi -um usque ad ultimam discere senectutem (*Migne gr. 35, 456 ἀγαπητόν tantum*).

[percatabolicōs *trad.* Tert. anim. 28, 5, *sed legendum videtur* per catabolicos, *cf. Waszink ad l.*] *Parker.*

percatapso, -āre. *a* per *et* catapsare (*καταψᾶν*). -psere Chiron 216 (*cod. Basil.*). Gloss. V 608, 60.

1 *i. q. palpando pertractare, perfricare*: Chiron 161 manibus -are totum iumentum *lassum* (*sim.* 216 [*Veg. mulom. 1, 38, 12* diutissime confricare; *1, 42, 3* diutissime perfricabis]). 341 unctionibus thermanticis eum, *sc. iumentum paralyticum,* -ato (*Veg. mulom. 2, 105, 2* perfricatur). **2** *i. q. vehementer caedere* : Gloss.^{L} III Abstr. pe 58 -at: valde caedit (*sim. saepius, v.* Gloss. *s. v.*).

percautus, -a, -um. *a* per *et* cautus. *i. q. valde cautus* : Cic. ad Q. fr. 1, 1, 18 (*inter* fundamenta dignitatis *propraetoris*) dilectus in familiaritatibus et provincialium hominum et Graecorum -us.

percēdo, -cessī, -ere. *a* per *et* cedere. Not. Tir. 11, 6^{a} -it. 11, 20^{a} -cessit (*additamenta inter compos. sollemnia verbi* cedere, *cf. Heraeus, Arch. Lat. Lex. 12, 1902, 48*). *Fl.*

perceleber, -bris, -bre. *a* per *et* celeber. *i. q. valde celeber, notus*: Mela 2, 41 templum Iunonis vetustate et religione -e. Plin. nat. 10, 18 ⌊est -is⌋ apud Seston urbem aquilae gloria (saepe celebris *sim. codd. plerique, unde* ipse. celebris *Mayhoff*). -e est *c. inf.* : Sol. 1, 74 Antoniam Drusi non spuisse -e est.

percelebro, -ātum, -āre. *a* per *et* celebrare. **1** *i. q. frequenter vel ubique celebrare (-antur mala, ignominiosa): divulgando* : Cic. Verr. II 5, 81 de qua muliere plurimi versus ... tota Sicilia -antur. Cael. 69 audita et -ta sermonibus res est (*antea*: obscenissima ... fabula). Chalc. comm. 348 hac opinionis -tae consuetudine. Heges. 2, 4, 1 *Tiberio* imperante famosum ludibrium Paulinae spectatissimi generis feminae Romae -tum est (prae- *var. l.*). *agendo:* Arnob. nat. 2, 43 ut exercerent, ut gererent, ut -rent haec mala. **2** *i. q. usque ad finem celebrare* : Bened. reg. 44, 1 hora, qua opus dei in oratorio -atur (celebratur *pars codd.*), *excommunicatus* ante fores prostratus iaceat ... pronus ... exeuntium pedibus (*cf. 44, 7* dum perconpletur opus dei). *Parker.*

perceler, -is, -e. *a* per *et* celer. [*dub. var. l.* Amm. 29, 6, 1 -i ... procinctu (per celeris ... procinctu⟨s⟩ *Clark et Seyfarth sec. cod. V*).] *i. q. valde celer*: Rhet. Her. 3, 15, 27 porrectione -i bracchii (*Marx,* pro celeri *vel* celeri *codd.*). Cic. Cael. 59 *servi* -i interitu esse ... comprobatum venenum. Cypr. Gall. gen. 129 in quo *igni* -i Cherubin evolvitur aestu (*cf. vol. V 2, 1068, 24*). 312 *avis* lapsa meatu -i.

adv. **perceleriter.** *i. q. celerrime* : Cic. rep. 2, 12 haec ... -r confecit. fam. 6, 12, 3 confirmavit ... -r se ablaturum diploma. *? compar. fere i. q. mox* : Hippocr. aphor. 4, 69 quibus ab initio aut ... -ius (h)ypostasis est (celerius *var. l.; gr. διὰ ταχέων, unde* per celerius *suspicatur Fischer in plagulis* [*cf. vol. III 753, 30*]). *Fl.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

percello, -culī, -culsum, -cellere. [*compositum, cuius simplex non iam exstat; sunt qui conferant* pro-, re-cellere. *formas* per-cello, -culī, -culsum *cf. cum* (com-, per- *al.*) -pello, -pulī, -pulsum. *verbum* (per-)cellere *vulgo coniungitur cum subst.* clādēs, *a quo distinguitur apophonia* (*kelad- : *klād-*?*). *ad lat.* *keld- (*per syncopen?*) > -cell- *v. Leumann, Gramm. 1977, 214; Sommer-Pfister, Hdb. I⁴ 1977, 178; ad vocabula fort. cognata (e. g. κλάω) v. Walde-Hofmann I 225 sq. Fo.*] *de formis: stirpem praes.* -culo *e perf. retrograde formatam testatur* CHAR. gramm. p. 477, 28; *exstant hae formae*: -culitur GREG. TVR. glor. mart. 102 p. 555, 24. VEN. FORT. carm. app. 1, 133 (*def. Blomgren, Eranos 69, 1971, 133*; -cutitur *Luchius*). Mart. 3, 97 (-cutitur *cod. unus*). *vix iam* AMM. 15, 8, 18; -coliretur GREG. TVR. Franc. 7, 20 p. 339, 11 (-culeretur *al. var. ll.*); -colibantur *ibid.* 7, 22 p. 343, 3 (-cutebantur *al. var. ll.*); -culo GLOSS. II 461, 5; -culere GLOSS.ᴸ III Abol. PE 70 (-lucere *trad., sed cf.* I Ansil. PE 548). *ceterum nota inf.* -cellire Ps. VEN. FORT. vita Med. 5, 15 (*pro* -celliri*?* -celli *var. l.*). *perf. act.* -ŭli *testatur* PRISC. gramm. II 460, 6. 526, 18; -ulsi *sim. praebent* AMM. 17, 8, 4. 25, 8, 13 (-clusit *trad.*). GLOSS.ᴸ II Abav. MA 7. NOT. Tir. (*v. infra*); *e coni. dubia Livineii* PANEG. 2, 42, 2, *falso trad.* LIV. 34, 15, 2. *p. p. p.* -ulatus GLOSS. IV 140, 21. *depon.* -itur *trad.* VEN. FORT. epist. (carm. 10, 2) 1 (*def. Blomgren, Stud. Fort. I, 1933, 47*; -it *Leo*). NOT. Tir. 71, 76 -culit. 71, 78 -culsit.

de notione et differentia : NON. 152, 10 -ere: evertere, percutere (*affert p. 1196, 9*). SYNON. Cic. p. 415, 3 adflixit. eruit. evertit. prostravit. -ulit. mactavit. abiecit. elisit. oppressit. obruit. p. 440, 3 pervicit. exsuperavit. -ulit *eqs.* GLOSS.ᴸ II Philox. PE 128 -ulit: *κατέβαλεν, ἐξέπληξεν.* II Abav. PE 52 -ulit: excussit, proturbavit, iactavit. V Aa P 351 -it: pepulit, pervertit, compulit. 363 -ulit: percussit, perturbavit, pervicit, terruit. GLOSS. II 461, 5 *τύπτω*: caedo, -ulo, ferio. V 92, 1 -it: percutit procella et penitus amputat quem -it (*cf. p. 1196, 14*). *al. ad p. p. p. pertinent*: AGROEC. gramm. VII 124, 20 percussum corpore dicimus, -lsum animo (*affert* CIC. Verr. II 4, 75 face -lsus [*sed* -ssus *codd. Cic.*]. *sim.* ISID. diff. 1, 461 DIFF. ed. Uhlfelder 145. DIFF. ed. Beck p. 75, 12 percussus corpore est, tamquam ferro vel lapide, -lsus animo, id est tristis aut timefactus). GLOSS.ᴸ III Abstr. PE 63 permotus aut pertractus (prostratus*?* *Lindsay*; perfractus *Nettleship*). III Abol. PE 36 permotus, perterritus. V Abba PE 166 commotus vel mente percussus. V Aa PE 364 percussus, repulsus, animo commotus. *sim. al.* *legitur inde a* PLAVTO, ENN., CATONE *per totam latinitatem, sed admodum raro praeter* CIC. (*32ies* [*p. p. p. 19ies*]), SALL. (*17ies* [*p. p. p. ubique*]), LIV. (*fere 90ies* [*p. p. p. 69ies*]), SIL. (*13ies* [*p. p. p. 10ies*]), TAC. (*fere 30ies* [*p. p. p. 20ies*]), AMM. (*42ies* [*p. p. p. 36ies*]), COD. Theod. (*15ies* [*p. p. p. nusquam*]); *omnino deest e. g.* TIB., PROP., VITR., VELL., CELSO, PETRON., PLIN. nat. [*confunditur p. p. p. maxime c.* percussus PLAVT. Trin. 242. CIC. Arat. 426 (*certe est falsa var. l. ut* LVCR. 5, 705 LVCAN. 10, 324. *al.*). Deiot. 17 VERG. georg. 2, 476 Aen. 1, 513 HOR. epod. 11, 2. *et saepe* (*vix recte trad.* CATVLL. 64, 364; *restit.* CIC. Mur. 49 SIL. 14, 539 TAC. ann. 6, 44, 2), *ceterum c.* perpulsus LIV. 6, 22, 8 FRONTIN. strat. 2, 4, 1, *restit. pro* percl(a)usus CIC. fam. 4, 4, 2 AMM. 23, 4, 6. 28, 1, 49. *perf. act. confunditur c.* pertul- CIC. de orat. 2, 285 LIV. 3, 30, 5. 3, 38, 6. 7, 15, 7 SIL. 13, 232. *al.* (*restit.* CATVLL. 68, 114 Ps. QVINT. decl. 17, 8), perpul- *v. infra sub II* (*restit.* FLOR. epit. 2, 6, 29), percut- VERG. Aen. 5, 374 (*falsa var. l.* OV. met. 4, 138 STAT. Theb. 10, 310). *praeverbio mutato confunditur c.* praecellere PRVD. c. Symm. 2, 181. COD. Theod. 16, 6, 6 pr. (*restit.* PANEG. 2, 32, 3), procellere CONC. Rom. a. 501 p. 432, 11 ENNOD. opusc. 2, 28 p. 296, 10. *al.*]

I *notione sollemni i. q. vi vel impetu aliquem (aliquid) afficere, ita ut prosternatur, evertatur vel saltem labefactetur aut vehementer commoveatur. haud raro fere idem valet ac* percutere, *maxime in usu incorp.* (*cf. e. g. p. 1198, 1 et 1246, 61; 1197, 59 et 1246, 73*; GREG. M. moral. 33, 16 [*syn.* perforavit]); *melius distinguuntur in usu corp., ubi* -ere *ponitur fere notione prosternendi, evertendi (manifesta est sub A1, sed etiam sub A2 saepe intellegi potest) et vix vergit in meram notionem feriendi, pulsandi (ita* percutere *saepius, e. g. p. 1242, 70 sqq.); ceterum usus incorp. in nostro verbo, corp. in illo praevalet, unde explicatur doctrina gramm. l. 30 allata.*

A *praevalente vi corporali* (*addidimus locut. proverb. p. 1196, 5; imagines v. sub B*): **1** *usu strictiore, sc. evertitur, prosternitur is qui (id quod) recte stat* (*probabiliora; huc trahere possis nonnulla sub 2, e. g. p. 1196, 26. 34. 46. 1197, 17, ceterum hic color sublucet in imaginibus sub B allatis, e. g. p. 1197, 39. 42. 1198, 30. 58. 61. 62. 75 sq.*): **a** *-untur homines* : PLAVT. Persa 810 (*loq. leno a puero infestatus*) perii, -ulit me prope (*hyperbolice ut* TER. Eun. 379 quo trudis? -uleris iam tu me [DON.: perverteris, unde proverbium 'bene plaustrum -ulit'. SCHOL. Ter. Bemb.: ⟨pe⟩rturbaveris, adflix⟨e⟩ris]). ENN. ann. 369 victores ... somnus repente in campo passim mollissimus -ulit acris. CATO orig. 93 *v. sub b.* VERG. Aen. 5, 374 *Dares* victorem Buten immani corpore ... -ulit (-utit *R*) et ... extendit harena. CVRT. 4, 9, 19 cumuli ... sarcinarum passim fluitantes plerosque *Tigrim transeuntes* -ulerant. 8, 11, 13 qui⟨s⟩ *saxis provolutis* -lsi instabili ... gradu praecipites recidebant. STAT. Theb. 6, 805 (*de pugilibus*) adsurgentem alio puer ... ictu -ulit. RVFIN. hist. 2, 6, 7 propria constipatione -lsi periere (*gr. ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ... καταπατηθέντες*). **b** *-untur res* : PLAVT. Epid. 592 perii, plaustrum -uli (*usum proverb. testatur* DON. *p. 1195, 71, cf.* FEST. p. 230; *proprie*: CATO orig. 93 ventus Cercius ... armatum hominem, p. oneratum -it). ENN. ann. 188 securibus caedunt, -unt magnas quercus, exciditur ilex, ... abies consternitur alta, pinus proceras pervortunt (*cf.* VARRO Men. 392 abietem solus -it). AFRAN. com. 131 ⟨vento per⟩culsam ratem (*cf.* AVIEN. Arat. 867 incautas -ent flabra carinas [*cf. gr. 423 νηὶ ὑψόθεν ἐμπλήξῃ*]). VERG. Aen. 11, 310 cetera qua rerum iaceant -lsa ruina (*cf. p. 1198, 75*). FRONTO p. 232, 10 *ne* coorti tum venti cuncta funditus -rent, silvas et sata radicitus haurirent (*cf.* SERV. Aen. 1, 85 dicta 'procella' ab eo, quod omnia -at). DRAC. Romul. 8, 21 *equus ligneus* moenia Troiae -ulit.

2 *usu laxiore, sc. labefactatur, commovetur aliquis (aliquid) quolibet modo*: **a** *-untur animantes eorumve membra vel sensus ita, ut*: **α** *vulnere gravi afficiantur vel occidantur*: Ⓘ *icti armis vel membro alicuius aggredientis*: Ⓐ *exempla varia*: RHET. Her. 4, 30, 41 Alexandrum -ulerunt *sagittae* (*item -unt arma sim.*: LIV. 34, 39, 5 non tela modo, sed tegulae quoque inopinantes -ulerunt. EPIGR. Bob. 45, 9 [*verba Didonis*] ⌞castus quod *pectus* -ulit ensis⌟, non furor [castos q. pertulit enses *trad.; cf. Anth. Pal. 16, 151, 8 πῆξα ... φάσγανον*]. MEROB. poet. 114 parentem ... ensis). OV. am. 1, 7, 32 *Diomedes* deam primus -ulit, alter ego. met. 12, 312 quos *centauros* omnes dextra Dryantis -ulit. SEN. Tro. 184 *Achilles* Neptunium ... iuvenem (*antea*: stravit). AVIEN. orb. terr. 1376 ut Liber -ulit Indos (*gr. 1161 ὤλεσεν*). AVSON. 366, 3 p. 106 Erymantheum vis tertia -ulit aprum. RVFIN. hist. 4, 2, 4 multa milia Iudaeorum ... ⌞prostravit ac -ulit⌟ (*gr. ἀναιρεῖ*). *al.* Ⓑ *accedit abl. instr. vel modi*: CIC. Arat. 431 *scorpios* valido ... ⌞-ulit ictu⌟ *Orionem* ([*gr. 643 οὗτα καὶ ἔκτανε*]. SVLP. SEV. chron. 1, 34, 5 primo ... i. misso funda lapide Allophylum -ulit *David.* dial. 2, 2, 4 letali i. serpens. MARCELL. med. 8, 167 i. -lsum vel cruoribus suffusum oculum [*an legendum* -ssum*? cf. p. 1241, 16*). carm. frg. 24, 2 Hectoreo -lsus concidit ense ([*sec. Hom. H 90 ὅν ... κατέκτανε ... Ἕκτωρ*]. STAT. Theb. 3, 21 legatum. CYPR. GALL. gen. 179 DRAC. laud. dei 3, 344. *cf.* STAT. Theb. 8, 450 ferro). CATVLL. 68, 114 *Hercules* certa Stymphalia monstra sagitta -ulit (*cf.* STAT. Theb. 1, 567 telis. Ach. 1, 169 leaenam ... ferro). OV. am. 2, 9, 7 *Achilles Telephum* cuspide (*cf.* SIL. 5, 462 hasta [17, 302 manus, quae ... *Appium* fusa ... -ulit hasta]). met. 5, 58 *Athin* Perseus stipite ... -ulit et fractis confudit in ossibus ora. LIV. 9, 10, 10 fetiali Postumius genu femur quanta maxime poterat vi -ulit (9, 11, 11 legatum g. -ulit). SIL. 13, 232 tellure revulso ... saxo (DAMAS. carm. 15, 4). HOMER. 560 *Diomedes* vulnere dextram *Veneris.* AMBR. in psalm. 39, 17, 2 si *Iesus* eum *Iudam* fulmine -ulisset (*antea*: telo ... percussus). MARCELL. chron. II 64, 394, 2 Arbogastes sua se manu -ulit. *al.*

Ⓘⓘ *vario modo*: CIC. carm. frg. 11, 23 terribili -lsus fulmine civis (-ssus *var. l.; cf. l. 44.71. p. 1197, 21. 52. 1199, 44*). Marcell. 17 quos amisimus cives, eos vis Martis -ulit, non ira victoriae (TAC. ann. 4, 62, 3 quos illa vis [*sc. ruina theatri*] -ulisset. AVSON. 176, 10 p. 40 *puerum* vis -ulit invida fati. *cf. supra l. 28*). COLVM. 7, 7, 1 dum adhuc paucas *capellas* pestis -ulit (*antea*: gregatim prosternantur. *cf.* VAL. FL. 4, 592 siquem -ulerit vicina lues. *v. etiam p. 1199, 47*). CLAVD. rapt. Pros. 2, 134 disci te *Hyacinthum* -ulit error.

β *in proelio cedere cogantur, fugentur vel omnino vincantur* (*aliter sub B1b*): Ⓘ *exempla varia*: CIC. Mil. 56 *Mars* saepe spoliantem iam et exsultantem evertit et -ulit ab abiecto (*i. manu iam victi*). HIRT. Gall. 8, 19, 7 victi ... -lsique maiore parte amissa consternati profugiunt. 8, 48, 7 complures hostium magno nostrorum impetu -lsi vulnerantur ac partim in fuga proteruntur (LIV. 2, 65, 1 Romanus ... fessum ... Volscum primo i. -ulit. 23, 44, 4. 34, 15, 2 hostes ... acri i. velut cuneo -ul[s]erunt. 40, 40, 3 [*si recte trad.*]. PANEG. 10, 5, 2 uno i. *cf.* LIV. 30, 35, 2 equitum impetus -ulit hostem [fudit *var. l.*]). NEP. Dat. 6, 8 tali consilio ... et proditores -ulit et hostes profligavit. OV. fast. 4, 628 Mutinensia Caesar ... militia -ulit arma sua. LIV. 2, 20, 11 tum demum impulsi Latini -lsaque inclinavit acies. 8, 13, 7 cum ipsos auxiliaque eorum -ulisset, oppidum scalis cepit. *al.* SIL. 4, 157 sternitur impulsu vasto -lsa ... phalanx. 14, 539. TAC. Germ. 37, 4 Drusus ac Nero et Germanicus in suis eos *Germanos* sedibus -ulerunt. FLOR. epit. 2, 18, 2 *Numantia exercitum* nec sustinuit modo, sed saevius aliquanto -ulit. 3, 10, 8 *Ambiorix* insidiis ...dispositis dolo -ulit, *sc. Romanos* (*sim. obi. omisso* 2, 6, 29 [*e coni. Salmasii*]). AMM. 17, 8, 4 cunctos aggressus tamquam fulminis turbo -ulsit. CLAVD. 15, 16. *al.* ⓘⓘ *p. p. p. fere pro subst.*: LIV. 2, 65, 2 miles ... poscere, ut -lsis instare liceat (*al.* CVRT. 4, 16, 4 TAC. hist. 3, 17, 2). 10, 41, 9 -lsos sternunt (39, 31, 10 torrentis modo fundunt sternuntque -lsos). 30, 33, 13 addidit facile Masinissa -lsis terrorem (30, 33, 16 TAC. hist. 2, 14, 3. *sim.* LIV. 38, 23, 2

[Terkelsen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CVRT. 4, 15, 5). *al.* CVRT. 4, 16, 29 -lsos deinde hostium ⟨ut⟩ fudit *eqs.* TAC. hist. 2, 26, 2. *al.*

γ *sensus eorum afficiantur*: OCTAVIA 72 (*loq. nutrix*) vox en nostras -ulit aures tristis alumnae (*afficitur animus infra l. 30*). APVL. mund. 17 p. 329 vim mali *spiritus* ... inferiores ... facilius adire atque -ere (*item spectat ad odoratum*: SOL. 10, 5 *herbarum seminis* nidore -lsi ... ebrietatem *imitantur*).

b *-untur res quaelibet*: CIC. Arat. 428 insula discessit disiectaque saxa revellens -ulit (*gr. 642 ἀναῤῥήξασα μέσας ἑκάτερθε κολώνας*). LVCR. 2, 455 *papaver* -lsus item *atque aqua* proclive volubilis exstat (*si locum recte explicat West, Class. Rev. 14, 1964, 4 sqq.; vix subst.* perculsus, -ūs). 6, 311 *fulmen nascitur,* cum *vis venti* vehementi -ulit ictu (*sc. nubem. cf.* AVIEN. ora 573 ventis tumescit *stagnum* saepe ⟨per⟩cellentibus). LIV. 7, 10, 10 Romanus *Gallum ingentem aggrediens* ... cum scuto scutum imum -ulisset (*in eadem re Quadrig. hist. 10* percussit *et* percutit). AVIEN. ora 295 *mons Argentarius* lucem evomit, cum sol ab igni celsa -ulerit iuga. AMM. 23, 4, 6 *tormenti* claustrum ... reserat malleo forti -lsum (*Haupt*, -cl(a)usum *trad.*). PRVD. c. Symm. 2, 740 -ulerat tremefacta repagula portae. IVLIAN. in Ioel 2, 28 l. 414 trepidantibus -lsisque sideribus, *sc. in fine mundi.* DRAC. Romul. 8, 397 elati -unt (per coelum *trad.*) carbasa fluctus. GREG. TVR. Iul. 27 p. 575, 35 -lsis ... columnis, *sc. fulmine.*

B *praevalente vi incorporali*: **1** *respicitur potius perturbatio animi, mentis* (*-untur fere homines vel res ad eos pertinentes [membra motum animi indicantia l. 73 sq.; animalia l. 43 sqq., arbor p. 1198, 11]; plerumque de motu vehementiore, qui efficitur rebus malis, terrore plenis vel saltem improvisis* [*sed rebus bonis p. 1198, 4. 11*]): **a** *usu vario*: **α** *indicatur, qua re quis -atur, aut per abl. aut (rarius) per subi.*: Ⓘ *describitur causa exterior affectionem movens*: PLAVT. Trin. 242 quom *amans* extemplo saviis sagittatis -lsust (-ssust *P*). CIC. Quinct. 20 destitutione illa -lsus Quinctius *prorogationem petit.* Verr. II 3, 132 haec te vox non -ulit, non perturbavit, non ... excitavit? (VAL. FL. 2, 91 vox *Vulcani deiecti* ... -ulit urbem. *cf.* STAT. Theb. 10, 122 *Somnus* nec lampade clara nec sonitu nec voce deae -lsus ... iacet. SVLP. SEV. Mart. prooem. 3 si aures eorum vitiosus ... sermo -ulerit. MACR. Sat. 1, 4, 2 aures ... meas ista verborum novitas. *de sonitu v. supra l. 4*). Mil. 64. Phil. 13, 19 quo *nuntio* -lsus abiecit consilium (SALL. hist. frg. 2, 98D litteris nuntiisque. IVST. 2, 13, 8 AMM. 15, 8, 18. *al.; cf.* LIV. 3, 70, 8 nuntius ... referentes gradum -ulit Aequos [SEN. epist. 99, 18 nos n. acerbi funeris. *al.*]). Tusc. 3, 72 *deorum* plaga -lsi adflictos se et stratos esse *fatentur* (NEP. Eum. 5, 1 hac ille -lsus p. non succubuit). div. 1, 119 rei novitate (TAC. ann. 14, 30, 1 druidae ... n. aspectus -ulere militem. *al.*). fam. 5, 7, 1 novos amicos vehementer litteris -lsos atque ex magna spe deturbatos iacere (SALL. *supra*). LVCR. 1, 13 volucres ... -lsae corda tua vi (*sc. Veneris ut* APVL. apol. 12, 2). 1, 261 *pecoris* nova proles artubus infirmis ... lasciva ... ludit lacte mero mentes -lsa novellas. SALL. Catil. 43, 2 caede et incendio -lsis omnibus. LIV. 2, 14, 6 Aricinos res necopinata -ulerat (2, 22, 2. *cf.* 35, 27, 16 res ... inopinatae. 37, 29, 3 re subita -lsus praetor. SVET. Tib. 11, 2 -lsus ... inopinata re). 8, 11, 9 se ... Romanos ... necopinato adventu -lsurum (42, 54, 7 -lsis inopinato a. oppidanis. 42, 65, 6 VAL. MAX. 7, 4 ext. 1. *cf.* LIV. 44, 13, 3 adventus hostium -ulit incolas). *al.* VAL. MAX. 1, 8 ext. 3 inopinati monstri -lsa conspectu ... obmutuit (*cf.* AMM. 17, 13, 3 aspectu primo exercitus tamquam fulminis ictu -lsi [*sim.* 22, 11, 7]). 5, 8, 3 tam tristi patris sententia -lsus *filius.* SEN. dial. 5, 2, 6 cum mobiles animos species iniuriae -ulit. SIL. 15, 287 tellus Aetola tumultu fervebat Macetum subitis -lsa carinis. TAC. hist. 2, 54, 1 atroci mendacio universos -ulit. ann. 4, 54, 1 Seianus *Agrippinam* maerentem ... altius -ulit immissis, qui per speciem amicitiae monerent paratum ei venenum. *al.*

Ⓘⓘ *describitur ipse motus affectionum*: Ⓐ *metus, pavoris sim.*: ENN. scaen. 38 Priamus somnio, mentis metu -lsus, curis sumptus ... exsacrificabat (*saepius, v. vol. VIII 908, 76 sq. 83 sq., ubi addas* Ps. SALL. in Tull. 5 SIL. 7, 416. *al.; cf. p. 1198, 65. 1199, 64 et* OROS. hist. 5, 4, 6 *unus* omnes metu -ulit). CIC. ad Brut. 9, 2 timore quodam -lsa civitas (AMM. 16, 12, 39 pallore timoreque. 29, 6, 16 AMBR. in Luc. 5, 67. *al.; cf.* VAL. FL. 4, 652 ⌊visus⌋ timor omnibus ... -ulerat [*i. oculos, si recte coni. Leo,* viso *trad.*]). SALL. hist. frg. 2, 87A -lsos formidine (AVSON. 432, 2 p. 385. *cf.* COD. Theod. 14, 4, 10, 2 nulla ... eos ... formido -at [SEDVL. carm. pasch. 3, 54]). LIV. 1, 14, 9 multiplici terrore -lsi (39, 34, 5. PANEG. 3, 7, 1 barbariam omnem admoto ... t. HEGES. 5, 5, 1 SVLP. SEV. chron. 1, 33, 6. *al.; cf.* HEGES. 3, 22, 1 ut ... terror aversos -ret [prae- *var. l.*]). 1, 27, 10 Veientem ... pavore -lsum (*al., v. p. 841, 30 et cf. p. 840, 66 sq., addas* LIV. 1, 56, 4 *anguis* regis ... p. -ulit pectus. FRONTIN. strat. 2, 4, 1 [*si recte coni. Shackleton Bailey, Harv. Stud. 85, 1981, 170*]. EVCHER. laud. her. 13). LVCAN. 1, 192 -ulit horror membra ducis (VAL. FL. 6, 481 pavor artus protinus atque ingens Aeetida -ulit h. CLAVD. 5, 130. *cf.* AMM. 20, 11, 13 horrore -lsi. *al.*). 6, 596 mens dubiis -lsa pavet (-ssa *var. l.*). Ⓑ *vari*arum*: CIC. Cluent. 106 suspicione aliqua -lsi repentina de statu suo *declinaverunt* (AMM. 19, 9, 6. *cf.* SEN. dial. 3, 12, 1 quotiens illas *feminas* levis periculi suspicio -ulit). SALL. Iug. 42, 1 nobilitas noxia atque eo -lsa. VAL. MAX. 4, 8, 5 inopinato gaudio homines -lsi. FLOR. epit. 1, 10, 2 *populus Romanus Porsennam* tanta admiratione -ulit, ut ... foedera feriret. APVL. met. 9, 25, 6 *mariti animus* tanto calore tantaque rabie -lsus (AMM. 31, 12, 3 imperator procaci quodam c. -lsus). IVST. 14, 5, 2 *regina* muliebri aemulatione -lsa. SYMM. epist. 8, 28 me ... de amico dolor -ulit (*cf.* AMM. 25, 8, 13 fama Nisibenos acerbo dolore -ulsit [AVG. epist. 151, 3 cor nostrum]). AMM. 15, 8, 20 maerore -lsus (30, 2, 1 GREG. M. dial. 3, 37, 1. *al.*). 24, 3, 13 *arbor femina* arboris amore -lsa (AVG. c. acad. 3, 1, 1 *versuum fingendorum*). HEGES. 1, 33 p. 64, 11 maior eum ... sollicitudo -ulit (*gr. 1, 386 μεταλαμβάνει*). CONC.^{S} I 2 p. 76, 2 eum mala conscientia -bat (*gr. I 1, 3 p. 16, 14 διὰ τὸ κακῷ συνειδότι πλήττεσθαι*). *al.*

β *cetera exempla* (*fere p. p. p., saepius in abl. absol., hic illic pro subst. vel adi.*): ENN. ann. 311 (*nisi spurium*) -lsi pectora Poeni (*sunt qui abl. suppleant*). CIC. Att. 3, 2 sum animo -lso et abiecto (SEN. dial. 11, 8, 3 tam vehementer -lsus a. FRONTIN. strat. 4, 7, 39 post Cannensem cladem -lsis ita Romanorum a. TAC. hist. 4, 66, 3 -lsis civitatum a. vel sponte inclinantibus. *cf.* HOR. epod. 7, 16 mentes ... -lsae stupent [TAC. ann. 1, 28, 2 sunt mobiles ad superstitionem -lsae semel m.]). 7, 23, 1 bonorum animos recreatos ..., improbos quasi -lsos. SALL. Iug. 32, 5 perlata rogatione a C. Memmio ac -lsa omni nobilitate (73, 7 [*vergit ad 2 ut* FLOR. epit. 3, 16, 3 post Metelli fugam]). hist. frg. 3, 107 -lsis et animi incertis succurritur. LIV. 3, 11, 9 prope iam -lsis aliis tribunis ... unus Caesoni capitis diem dicit (3, 24, 8). 3, 19, 3 -lsa erat plebes consulem habitura iratum. 30, 16, 2 Carthaginienses ... post famam capti Syphacis ... -lsi. 30, 36, 3 admovendum ... terrorem -lsae Carthagini (*cf.* SIL. 12, 564 pavitantia ... -lsae moenia Romae). *al.* SEN. dial. 11, 12, 2 omnes istos una tecum -lsos vides. SIL. 17, 478 TAC. ann. 4, 42, 2. CYPR. epist. 46, 1 -lsi (-ssi *var. l.*) et paene prostrati pectoris maestitia. *al.*

b *in re militari spectat ad animum abiectum, perterritum militum vel ducum* (*nisi hic illic sensu latiore dicitur de eis, qui quolibet incommodo affecti minus valent ad pugnandum, e. g. l. 37. 40. 50. 53, ut vergat ad p. 1196, 54. fere apud rerum scriptores, unde afferimus selecta; ceterum huc spectant haud pauca supra p. 1197, 28 sqq. 59 sqq. allata*): **α** *pass.* (*fere p. p. p., saepius pro adi. vel subst.*): CAES. civ. 3, 47, 2 -lsos atque infirmos hostes (*opp.* integras atque incolumes copias). HIRT. Gall. 8, 29, 2 *legionibus* visis -lsae barbarorum turmae ac perterrita acies hostium. PLANC. Cic. fam. 10, 18, 3 mihi confido et sic -lsas illius copias ... despicio. SALL. Iug. 44, 4 *proconsul* clade -lsus (LIV. 30, 10, 9. 33, 29, 10 TAC. hist. 4, 70, 4. *al.; cf. p. 1199, 5*). 101, 7 barbari animos tollere et in -lsos Romanos acrius incedere. hist. frg. 3, 96D novos ... et aliorum casibus -lsos milites (SIL. 12, 415. *cf.* LIV. 9, 22, 7 ad ducis casum -lsa magis quam inritata est multitudo). LIV. 4, 31, 9 *exercitu* ab re male gesta -lso. 9, 43, 19 -lsos fuga veteranos. 22, 28, 13 peditum acies inter -lsos impavida sola erat. 28, 33, 7 (*cf. Polyb. 11, 32, 5 καταπεπλῆχθαι*). 29, 36, 9 -lsus adverso proelio Hannibal (42, 62, 6. *cf.* FRONTO p. 210, 6 malis proeliis. IVST. 1, 7, 5 fortuna prioris proelii). 42, 60, 3 dum -lsi milites animos colligerent. CVRT. 4, 12, 15. SIL. 6, 641 se -lsi renovant in bella Latini. FRONTIN. strat. 4, 5, 4 inopinata audacia (IVST. 22, 5, 7 [-ssi *var. l.*]). TAC. hist. 4, 30, 1 pugnatum ... in -lsos. ann. 2, 46, 5 sperabatur ... rursum pugna, ni Maroboduus castra ... subduxisset; id signum -lsi fuit. *al.* **β** *act.*: LIV. 42, 67, 1 hic dies et Romanis refecit animos et Persea -ulit, ut ... in Macedoniam reciperet copias (*vix ad IIA*).

2 *respicitur potius iactura dignitatis, potestatis, opum sim.*: **a** *usu vario*: **α** *-untur singuli*: CIC. Catil. 2, 2 iacet ille *Catilina* nunc prostratus ... et se -lsum atque abiectum esse sentit (GLOSS.^{L} II Philox. PE 113 *ἀπωσμένον*). Mur. 49 homines -lsi (-ssi *trad.*) Sullani temporis calamitate (*sc. proscriptionibus ut* NEP. Att. 11, 2 pari fortuna). dom. 27 isdem machinis ... me restitutum posse labefactari quibus antea stantem -ulerunt. 106. 119 quem *civem* -lsum ipsa res publica suis manibus extolleret. Sest. 54. 140 *quidam bene meriti* repentina vi -lsi ac tempestate populari per populum tamen ipsum recreati sunt. Cael. 80 (*cf. 79* pervertere). Scaur. 34 nisi hunc aliquo aut metu aut infamia -ulisset. de orat. 1, 40. 2, 285 *Scipio Nasica* Ti. Gracchum -ulit (*nisi ad p. 1196, 18; cf. de eodem*: leg. 3, 24 quid ... illum aliud -ulit nisi quod potestatem ... collegae abrogavit [*antea*: evertit]). VAL. MAX. 2, 10, 5 Rutilio conspiratione publicanorum -lso. SEN. dial. 12, 15, 2 ante tertium diem ... quam -lsus sum (*cf.* TAC. ann. 14, 57, 1 -lso Seneca). TAC. ann. 13, 32, 2 *senator quidam* redditur ordini ... avaritiae criminibus olim -lsus (14, 65, 2 Romanus ... incusaverat Senecam ..., sed validius a Seneca eodem crimine -lsus est). *al.* **β** *-untur civitates, imperia sim.*: CIC. Flacc. 16 iam diu suis consiliis -lsa et afflicta est *Graecia* (*postea*: concidit). Marcell. 23 omnia sunt excitanda tibi ..., quae iacere sentis belli ipsius impetu ... -lsa atque prostrata (*in sim. ima-*

[Terkelsen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gine: fam. 4, 4, 2 -lsa [-clusa *trad.*] et prostrata ... bello iacent omnia. *cf. p. 1196, 12*). NEP. Dion 5, 3 *Dionysii* imperium munitum ... facile -ulit. Pel. 2, 4 imperii maiestas ... ab hoc initio -lsa concidit (*antea*: percussa ... potentia). LIV. 3, 26, 6 qui *dictator* rem -lsam restitueret. VAL. MAX. 6, 4, 1 civitate nostra Cannensi clade -lsa (PANEG. 9, 4, 1 IVST. 29, 4, 7). TAC. hist. 1, 53, 3 quas ... civitates atrocibus edictis aut damno finium Galba -ulerat. ann. 2, 39, 1 mancipii unius audacia ... discordiis armisque civilibus rem publicam -ulisset. *al.*

b *in iudicio publico, ecclesiastico vel divino -itur aliquis (aliquid) sententia, poena, actione sim.* (*hic illic vergit in notionem q. e. damnare, punire aut accusare [l. 38], sed non prorsus abiit in term. techn.; usus aet. cadentis, qui praeparatur iam apud* TAC., *e. g. p. 1198, 71*): **α** *indicatur, qua re quis (quid) -atur, aut per abl. aut per subi.* (*subi. est delictum l. 34*): COD. Iust. 12, 52, 2, 1 (*a. 373*) volumus eum *legis temeratorem* competenti motu et indignatione -i (propelli, perpelli *var. ll.; aliter Theod. 12, 10, 1*). AVELL. 1, 9 *impium* sententiā iustā (ALC. AVIT. carm. 6, 166. *cf.* ENNOD. opusc. 2, 28 p. 296, 10 ut vos ... per pontificale examen sententia divina -ret. AVELL. 92, 4 iustae mucrone sententiae). COD. Theod. 1, 10, 5 illos ... condemnatione -i (Iust. 1, 3, 22 pr. [*a. 445*] auri c. publicis calculis inferenda ut -atur *postulatio*. 12, 29, 1, 1 [*a. 441*] scrinio ... barbarorum ... auri c. -endo [*antea*: plectendo]). 1, 10, 8 adiutorem officii ... auri poena -at (CANON. Arel. 3. *cf.* poenā -ere: COD. Theod. 9, 10, 4, 1 violentiae crimen. CASSIOD. var. 2, 34, 2 celatores. 8, 24, 5. *al.*). 6, 27, 16 pr. si quem huius modi lis iurgiumque -ulerit (*cf.* AVG. c. Cresc. 4, 66, 83 Maximianenses etiam forensibus litibus -ulistis). 7, 5/1 auctoritas tua novam usurpationem congrua auctoritate -at ([*Iust. 12, 38, 1* repellat]. 16, 5, 54 pr. haereticos. CASSIOD. var. 1, 44, 4 seditiosos). 11, 28, 14 capitali ... supplicio (16, 6, 6 pr. Iust. 1, 6, 2 [*a. 413*]). LEO M. epist. 93 Conc.^{S} II 4 p. 52, 28 Eutyches iusta execratione -itur (*cf.* FACVND. defens. 11, 1, 2 anathemate [CONC. Matisc. a. 585 p. 241 l. 108]). SEDVL. carm. pasch. 1, 206 -ulit ultio regem (*cf.* ultione -ere: APOLLIN. Alc. Avit. epist. 71 [*in imag.*] inofficiositatem vestram. GREG. TVR. glor. mart. 102 p. 555, 24 divinā. *al.*). CONC. Rom. a. 501 p. 432, 11 quisquis ... praesumpserit *eqs.* ..., statutis canonicis velut schismaticus -atur. CASSIOD. var. 4, 47, 6 si quos ... intemperans culpa -ulerit. *al.* **β** *cetera exempla*: HEGES. 4, 22, 1 quem princeps sacerdotum ... -ulerat propter nequitiae commenta (proc- *var. l.*; pepulerat *Weber; gr. 4, 386 φυγαδευθείς*). MART. CAP. 5, 456 cum obiectum crimen in alterum ... ab eo qui -itur removetur. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 105, 23 nunc -ant, redarguant et ostendant nos haereticos (*mire pro gr. I 1, 3 p. 22, 4 ἡκέτωσαν, Rustic.* veniant). I 4 p. 64, 21 dicuntur ... Cyrilli scripta -i (*gr. I 1, 7 p. 71, 24 κατεγνῶσθαι*). CASSIOD. var. 1, 32, 2 multam -lsus excipiat.

3 *respicitur quilibet status labefactatus*: **a** *-untur res*: VARRO ling. 9, 77 nihil ... ideo, quo minus siet ratio, -ere poterit hoc crimen. LIV. 45, 41, 1 ⟨quae⟩ duo fulmina domum meam -ulerint (*sc. morte filiorum*). SVET. Nero 35, 4 nullum ... necessitudinis genus est, quod non scelere -ulerit. SOL. 24, 9 *euphorbeae* sucus ... *non* mediocriter -it vim venenorum (pro- *var. l.*). SYMM. epist. 7, 74 valetudo nostra -lsa est, seu insalubribus aquis sive aëris mutatione. VINCENT. LER. comm. 5, 4 mundum saeva repentinae haereseos tempestate -lsum. ENNOD. carm. 1, 2, 20 te ... dextera fati dum lacerat, Christus -ulit exitium. **b** *-untur homines*: VAL. MAX. 8, 7, 5 tali incommodo, *sc. caecitate*, -lsi secessum petunt. AMBR. in psalm. 118 serm. 7, 8, 1 hoc telo, *sc. peccato*, nos primum diabolus vulneravit et -ulit (*cf.* PRVD. cath. 9, 92 quid tibi, ... serpens, profuit rebus novis plasma primum -ulisse versipelli hortamine? [astutia *var. l.*]. CASSIOD. inst. 1, 33, 2 nos in Adam -ulit *diabolus*). AVELL. 42, 2 *quicumque* pro veritate ... iniuria aut ... periculo -etur (PAVL. PELL. euch. 344). ENNOD. dict. 24, 4 p. 499, 8 me novis semper pessima ictibus fortuna -ulit. *al.*

II *notione deflexa, sc. additur quam ad rem, quo quis -atur, ut vergat in notionem q. e. perpellere, perferre* (*vix recte trad. apud* LIV. *et* TAC., *qui frequentant* perpellere, *quod deest* APVL.): **A** *ad actionem sim., quae indicatur per*: **1** *enunt. fin. c.* ut (*vi consecutiva intellegimus p. 1198, 54*): LIV. 3, 38, 6 is pavor -ulit decemviros, ut senatum ... consulerent (-tulit *var. l.*, -pulit *ed. vet.*). APVL. apol. 2, 6 *non* quitus est, ut comminus ageret, -i (-pelli *φ*). *sine obi.*: LIV. 3, 30, 5 is metus -ulit (-tulit *var. l.*, -pulit *Gronov*), ut scribi militem tribuni sinerent. *?***2** *inf.*: TAC. ann. 11, 29, 3 duas paelices ... -ulit delationem subire (*vulgo restit.* -pulit *ut* 12, 50, 2 *haec* -unt Vologaesen omittere praesentia). **3** *praepos.* ad: APVL. apol. 12, 3 caelitem Venerem ... nullis ad turpitudinem stimulis ... sectatores suos -entem (pellicientem *Jahn; antecedit p. 1197, 43*). AVG. in psalm. 136, 17 nullus *temptator nos* ... ad aliquam illecebram -ere poterit.

*?***B** *in locum quendam*: LIV. 7, 15, 7 quos pavor -ulerat in silvas (-tulerat *dett., edd. plerique, inde supra p. 841, 7*).

appendicula syntactica (*ad I*): **1** *de obi.: iungitur fere c. acc.* (*reflex. p. 1196, 45*), *qui omittitur p. 1196, 69. 1197, 12. 13; quasi pro obi. est enunt. secund. p. 1199, 43. iuxta p. p. p. ponitur acc. limit. p. 1197, 43. 44. 1198, 16.* **2** *de causa actionis: praevalet struct. pass.* '-i, -lsum esse' (*saepe accedit abl. instr. vel modi*); *in struct. act. subi. est aut animans (accedit abl.* CIC. Arat. 431 dom. 27. *al.*) *aut res* (ENN. ann. 369 CATO orig. 93 RHET. Her. 4, 30, 41 CIC. Verr. II 3, 132. *et saepius, accedit abl. fort.* CIC. Mil. 64, *postea* Ps. QVINT. decl. 17, 8 TAC. ann. 2, 39, 1. *al.*). *ceterum nota praepos.* post *p. 1198, 18. 24. 27,* ab *p. 1198, 45,* ad *p. 1198, 44.* **3** *de p. p. p.: ponitur saepius fere pro adi. vel subst., v. p. 1196, 72. 1198, 15. 37.*

deriv.: 2. perculsus (-ūs). *Terkelsen.*

ἀποδειπνῆσαι: **percēnāre** GLOSS. II 236, 23. *a* per *et* cenare, *i. q. cenam finire.*

percēnseo, -cēnsuī, -ēre. *a* per *et* censere. NOT. Tir. 37, 9. *p. p. p.* percensetus *in var. l. p. 1201, 3. de notione*: GLOSS.^{L} II Abav. PE 47 -et: considerat (*item* V Abba PE 93. *al.*). II Philox. PE 100 -ere: *ἐξαριθμήσασθαι* (*cf.* GLOSS.^{L} Corp. P 304 -uit: numeravit). *v. etiam l. 48. p. 1201, 12. legitur inde a* CIC., VARRONE, OV.

i. q. censendo percurrere (*praeverbium saepe indicat actionem ab initio usque ad finem perduci, sed hic illic ad finem tantum spectare videtur, nisi eius vis omnino evanida est, v. e. g. l. 43. 45*): **1** *-et quivis qualibet ratione*: **a** *exempla varia* (*fere de eo, qui mente considerat, examinat aliquid*): CIC. part. 127 *si de definitione agetur, defensor* -ere poterit plerosque inveniendi locos. LIV. 32, 21, 2 orationes legatorum hesterno die ⟨ut⟩ pro sententiis dictas -amus. SEN. benef. 7, 3, 1 Cyrum et Cambysen et totum regni Persici stemma -e. dial. 8, 8, 3 si -ere singulas *res publicas* voluero, nullam inveniam, quae *eqs.* (*sim. sententiae structura*: QVINT. inst. 10, 2, 8 si omnia -as, nulla ⟨man⟩sit ars, qualis inventa est. FLOR. epit. praef. 1, 4 siquis ... populum Romanum ... consideret totamque eius aetatem -at, ... quattuor gradus ... inveniet. APVL. apol. 18, 4 MIN. FEL. 24, 11. *v. etiam p. 1201, 44*). epist. 78, 26 vitam ... tot res varias, magnas, divinas -entem (*opp.* iners otium). COLVM. 11, 1, 10 *rusticationis* partes ... si velimus ... -ere, vix numero comprehendamus (*nisi ad 2b*). SIL. 15, 138 ea (*sc. incerta belli a Scipione propositi*) confuso -et murmure vulgus. STAT. Theb. 1, 268 -ere aevi senium (*i. examinare omnia praeterita*). FRONTO p. 157, 3 (*agitur de synonymis vocis* conveniens) non dubito alia item ⟨te⟩ verba -uisse. GELL. 6, 3, 10 *Tironem Catonis* orationem ... acri subtilique iudicio -uisse. MART. CAP. 5, 460 quaestiones legales ... non eadem regula -entur. 9, 892 (*Apollo ad Iovem*) quibus ... deliciis *deorum* ... transeantur *hae virgines,* Iovialis vigoris maiestate -e. *al.* **b** *cum colore peculiari: perrogandi*: LIV. 34, 23, 1 post orationem Romani imperatoris -eri aliorum sententiae coeptae sunt. *computandi*: SEN. dial. 6, 21, 3 licet mihi vivaces et in memoriam traditae senectutis viros nomines, centenos denosque -as annos (*nisi ad 2b*). *iudicandi*: EPIST. pontif. 303 Migne 20, 529^{B} quid de talium filiis -etur? *concludendi* (*c. acc. c. inf.*): EPIST. pontif. 307 Migne 20, 544^{A} *te* adgaudere litteris *communionem concedentibus* ... de restitutis ... coëpiscopis -uimus et vel sero receptae pacis gratiam te fovere ... pervidimus.

2 *-et is, qui loquitur vel scribit*: **a** *qui recitat vel repetit, quae ab alio scripta vel dictata sunt* (GLOSS. II 276, 35 *διέρχομαι ἀντὶ τοῦ ἀναγινώσκω καὶ ἀπαγγέλλω*: pronuntio, -o. *cf. 3b*): CIC. leg. agr. 2, 48 (*ad praeconem auctionem vectigalium recitantem*) Italiam -uisti; perge in Siciliam (*sim. -et praeco*: LIV. 33, 32, 6 -uerat omnes gentes, quae *eqs.*). APVL. apol. 11, 5 versus, quos nunc -ui. 38, 7 magica nomina ... Babylonico ritu -ere. flor. 12, 9 ubi omnia, quae didicit, maledicta -uit *psittacus*, denuo repetit eandem cantilenam. Ps. CYPR. rebapt. 2 Petrus, *sc. act. 11, 16,* eadem verba domini, *sc. act. 1, 5,* -uit (MAXIMIN. c. Ambr. fol. 304^{r}, 3 ut autem -am ipsa v., sicut indicat textus: 'credo *eqs.*'). CONC.^{S} I 5 p. 89, 1 definitio ... -atur (*gr. I 1, 7 p. 89, 2 ἀναγινωσκέσθω, alt. versio I 3 p. 120, 36* relegatur).

b *qui ipse componit aliquid disserendo vel scribendo* (*spectat fere ad enumerationem, descriptionem, narrationem; cf. supra l. 31. 42*): **α** *obi. est acc.*: CIC. p. red. in sen. 1 *oratione nemo potest* vestra ... promerita, non dicam complecti orando, sed -ere numerando (*inde* PANEG. 8, 1, 3 merita -ere numerando [*si recte restit. Smilda in schedis nostris*; vel censere, recensere *codd., edd.*]. *ceterum cf.* CVRT. 8, 5, 10 Cleo ... merita *Alexandri* -uit). LIV. 5, 52, 6 ne omnia generatim sacra omnesque -am deos. SEN. contr. 2, 7, 6 quid singillatim omnia -o? CVRT. 4, 10, 6 vetera ... exempla -ent. COLVM. 2, 21, 5 cum sollemnia festorum -uerim (-uerint *SA, ut spectet ad 3b*). 7, 4, 4 quae superiore exordio -uimus. 11, 2, 6. 11, 3, 1 -uimus opera *vilici*. PLIN. nat. 7, 99 si quis ... velit -ere Caesaris res ..., totum profecto terrarum orbem enumeret. 7, 114 nostrorum gloriam -amus (*nisi ad 1a; sim. dubitamus de* 29, 12 -ere [rec- *var. l.*] insignia priscorum). 34, 86. 36, 8 ante ... artifices -bimus. TAC. dial. 6, 5 vulgata dicentium gaudia ... -o. ann. 4, 4, 3 *Tiberius* -uit ... cursim numerum legionum et quas provincias tutarentur. APVL. apol. 49, 2. 61, 5 omnem ordinem gestae rei ... -uit. 91, 1 paucos magorum nominatim -ui. met. 9, 23, 5. GARG. MART. med. 21

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Dioscorides haec in eo (*sc. porro*) vitia -et, quod *eqs.* (22). PANEG. 4, 35, 1. 9, 18, 4 quid ego ... castra -am? HIL. in psalm. 51, 12 cum *apostolus* gravissima ... crimina -uisset (criminibus percensetis *var. l.*). SYMM. epist. 2, 33 ut dictu et auditu nefaria noster sermo -at (rec- *var. l.*). SCHOL. Cic. Bob. p. 110, 7 *Cicero* eadem paene, quae aput patres conscriptos dixerat, nunc etiam populo audiente -et. PRVD. ham. 376 gaudia mundi -ere piget. RVT. NAM. 1, 93 (*syn.* pernumerare). *al.* β *obi. est enunt. interrog.* (*cf. p. 1200, 37. 73*): COLVM. 2, 12, 1 -amus, quot operis in aream perducantur ea, quae *eqs.* PLIN. paneg. 91, 3 obstat verecundia, quo minus -amus (-serimus *var. l.*), quo utrumque nostrum testimonio ornaris. APVL. apol. 55, 10 quot sacra nossem, -ui.

*?***c** *qui aliquid in tabulas refert*: GLOSS.[L] II Philox. PE 116 -ere: *ἀπογράψασθαι.*

3 *-et is, qui inspicit, oculis percurrit aliquid*: **a** *varia*: VARRO rust. 1, 50, 1 ubi *messores* eos (*sc. manipulos frumenti*) fecerunt multos, iterum eos -ent. GRATT. 289 -ere notis (*sc. turbam catulorum*) iamque inde excernere pravos. SIL. 6, 698 quae, *sc. imagines templi,* ... infesto -uit omnia vultu arridens Poenus. STAT. Theb. 4, 576 *Niobe* tumido -et funera luctu, nil deiecta malis. SERV. auct. Aen. 10, 161 'quaerit sidera': num de sideribus quaerit, an ipsa sidera, id est -et (praec- *var. l.*). OROS. hist. 3, 17, 5 Alexander XXXIIII continuis diebus castrorum praedam -uit (*ex Iust. 11, 14, 8* recognovit). **b** *libros, scripta* (*saepius vergit in notionem legendi, cf. 2a et p. 1200, 67*): LIV. 6, 12, 2 mihi -enti ... *priores* auctores miraculo fuit, unde *eqs.* FRONTIN. strat. 1 praef. 3 quis ... ad -enda omnia monumenta, quae utraque lingua tradita sunt, sufficiat? ARNOB. nat. 4, 33 *libros deorum facinora narrantes* -etis, ediscitis. HIL. syn. 6 quisque haec *scripta* legenda et cognoscenda susceperit ..., usque ad absolutionem universa -at. AVSON. 420, 1 p. 377, 2 si Homerum ... eatenus, qua Iliadem suam incipit quaque finit, -amus. SYMM. epist. 9, 83, 1 *litteris tuis acceptis* omnes molestias, quas ... tolerasti, sollicita lectione -ui. or. 3, 7 nec deest, quod pro condicione rerum ... -as: historia oblectaris in proeliis, in adhortatione suasoriis *eqs.* PRVD. apoth. 385 (*Pilatus crucem inscribi iubet*) agnoscat Iudaea legens et Graecia norit et venerata deum -at aurea Roma. 596 -ere libet, *sc. librum Isaiae,* calamique revolvere sulcos. ham. 624 sanctum, lector, -e volumen (perquire *var. l.*). *al.* **c** *copias, populum*: CLAVD. 28, 156 -ere manum *hostium* tantaque ex gente iuvabit reliquias numerasse breves. CYPR. GALL. num. 7 plebem ... -at omnem ..., ut quae summa fiat ..., noscat. MACR. Sat. 5, 15, 16 *in catalogo Homerus* stat in consuetudine -entium tamquam per aciem dispositos numerans.

4 *-et is, qui locum percurrit, peragrat* (*cf.* VARRO *sub 3a*): **a** *servata notione examinandi*: Ov. met. 2, 335 Clymene ... totum -uit orbem, exanimesque artus ... requirens repperit. LIV. 34, 52, 1 cum *Flamininus* -uisset Thessaliam, per Epirum Oricum ... venit. SEN. dial. 12, 6, 4 deserta loca et asperrimas insulas ... -e: nullum invenies exilium *eqs.* (*in imagine, ut vergat ad 1a*). **b** *cetera exempla*: Ov. fast. 3, 109 signa ..., quae longo Frater (*i. Phoebus*) -at anno, ire per haec uno mense Sororis equos ([*cf. 3, 575* recensuerat]. MART. CAP. 8, 846 si spatiis aequalibus s. omnia -entur). *metaphorice*: OROS. hist. 6, 17, 4 *bello civili* -uit latitudinem regni sui Roma cladibus suis.

deriv.: percensio.

percēnsio, -ōnis *f.* *a* percensere. *i. q. actio percensendi, enumeratio, examen*: FRONTO p. 147, 5 quibus vocabulis appellentur sirbeni, -o sit.

perceptibilis, -e. *a* percipere; *cf.* percipibilis. *scribitur*: percebtiv- FACVND. defens. 9, 2, 12 *cod. V saec. VI²*.

1 *pass., i. quod percipi potest*: **a** *sensibus*: IREN. 4, 20, 4 quoniam videbitur deus ab hominibus ... et adfuturus esset suo plasmati ... -is ab eo (parcibilis, participabilis *var. ll.*). AVG. gen. ad litt. 1,1 p. 4, 21 species corporum sive visu sive alio ... sensu corporis -es. CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 158, 19 *deus* verbo divinitatis (*i. Christo*) salutem omnibus -em faciens (*gr. I 1, 2 p. 86, 27 εὔληπτον*). **b** *mente, animo*: CHALC. transl. p. 28[A] *id quod semper est,* intellectu *est* -e (percipibile *var. l., gr. περιληπτόν*). BOETH. arithm. 1, 32 p. 66, 10 bonitas definita ... animoque semper imitabilis et -is. CASSIOD. hist. 5, 20, 6 ante omnem -em opinionem natum *filium dei* (*gr. Socrat. 2, 37 καταληπτῆς*).

2 *act., i. q. (percipiendi) capax* (*gr. resp. δεκτικός, pro qua voce* BOETH. *saepius ponit* susceptibilis [-is *var. l.* top. Arist. 122a9]; *ubique c. gen. obi.*): BOETH. Porph. isag. p. 9, 13 inest homini ... disciplinae esse -e (p. 15, 5 mentis et d. [*item* in herm. comm. sec. 2, 5 p. 109, 2]. in Porph. comm. pr. 1, 20 p. 60, 7 risus et d. [*inde suppl.* p. 63, 6]. *cf. ibid.* p. 60, 24 animal ... neque rationale ... neque risus -e. in categ. comm. 2 p. 227[B] scientiae -is [*explicat categ. 7a 37* susceptibilem]). EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Petr. 2, 10 p. 23, 2 malitiae -es spiritales non sunt. FACVND. defens. 9, 2, 12 (*e Theodoreto*) quando eos *spiritus sanctus* ... -es tantae doctrinae perficeret.

adv. **perceptibiliter.** *i. q. modo perceptibili, percipienti*: CASSIOD. Clem. Alex. adumbr. 4 p. 215, 8 qui habet filium in intellectu -r, ... patrem quoque cognoscit (*postea*: intellegibiliter).

[perceptibilitās, -ātis *f. affertur ex Fulg. Theb. p. 182, 14, quod opusculum est medii aevi.]*

†perceptio, -ōnis *f.* *a* percipere. *plur. occurrit perraro sub I, sc. l. 57. 62 atque* POMER. 2, 23, 1, *paulo saepius sub II* (*inde a* CIC.). GLOSS. *μετάληψις. συνεκδοχή. legitur inde a* RHET. Her. (*bis*), CIC. (inv. *bis; philos. 13[ies]*), LABEONE (*semel*), COLVM. (*semel*), SCRIB. LARG. (*semel*), QVINT. (*bis*), IVLIAN. dig. (*semel*), POMPON. dig. (*bis*), APVL. (*semel*), *postea paulo saepius, sed nusquam in poesi.* [*confunditur in codd. saepe cum* praec-, *e. g.* QVINT. inst. 2, 17, 41 AMBR. spir. 1 prol. 9 AVG. epist. 128, 3. *al., v. etiam vol. X 2, 420, 36 sqq. (sed nota infra p. 1203, 60. 65; e coni. haud necessaria* APVL. Plat. 2, 1 p. 220, *v. Beaujeu ad l.), ceterum cum* acc- EVSTATH. Basil. hex. 1, 1, 2, rec- MART. CAP. 9, 994, perfectio AVG. trin. 1, 2, 4.]

i. q. actio vel facultas percipiendi (*metonymias manifestiores v. l. 54. p. 1203, 57*). *nisi aliud adnotavimus, gr. resp. κατάληψις* (*cf. IIA1a*) *aut μετάληψις* (*sub IA2b*). *accedit saepe gen. obi.* (*sub I plerumque; deest l. 28. 40 sqq. p. 1203, 3 sqq. 27; pro gen. ponitur adi. l. 55. p. 1203, 4), gen. subi. l. 57 et hic illic sub II (adi. e. g. p. 1204, 8), gen. uterque p. 1204, 15 sq. respiciuntur actiones animantium praeter p. 1203, 10. 25.*

I *vario modo percipiuntur*: **A** *potius corporea*: **1** *varia, quae quis accipit, obtinet*: **a** *fructus sim.*: **α** *exempla varia*: CIC. rep. 2, 26 *pacis* patrocinio maxime cultus agrorum -oque frugum defenditur (off. 2, 12 f. fructuumque ... -o et conservatio. CASSIAN. conl. 1, 2, 1). IVLIAN. dig. 22, 1, 25, 2 bonae fidei emptor sevit et antequam fructus perciperet, cognovit fundum alienum esse: an -e fructus suos faciat, quaeritur. VLP. dig. 7, 6, 1, 3 prout usus fructus -o desiderat (48, 5, 28, 11). IVNIL. 2, 8 *quaedam praecepta* servata sunt ... parvo tempore ut mannae -o (praec-, praecepta *var. ll.*). **β** *pendet gen.* fructuum, fructus (*in imag.* PANEG.): CIC. *l. 26.* COLVM. 1, 3, 2 ibi ... -em fructuum ... dubiam *esse.* POMPON. dig. 23, 3, 66 ut ... ius *percipiendi* remaneat penes maritum, -o vero f. ad mulierem pertineat. 39, 5, 9, 1 *si* fructus -em tibi donem (*item gen. sing.*: PAVL. dig. 6, 1, 78 -em f. accipere debemus non [si] perfecti collecti, sed etiam coepti ita percipi, ut terra continere se fructus desierint). PANEG. 4, 3, 4 *Caesarum* facta grandifera ... *et* f. matura -o. LEO M. serm. 13. 20, 2.

b *quaelibet res* (*saepe res debitae vel meritae*): **α** *notione sollemni*: TRYPH. dig. 2, 14, 46 spem futurae -is deteriorem constituere (*sc. rerum iure petitarum ut*: VLP. dig. 15, 1, 32 pr. ut magis eos *fructuarios conventos* -o quam intentio liberet. 27, 6, 7, 4 -e ab uno facta et ceteri liberabuntur [*in re simili*: 43, 24, 15, 2 PAVL. dig. 9, 3, 4; 46, 1, 36]). COD. Iust. 4, 10, 8 (*a. 294*) rebus ... humanis ante -em (*sc. pecuniae*) ... exemptus. Theod. 7, 4, 12 in annonarum -e (*eodem spectat*: 7, 4, 17 si *milites* -em suam ... voluerint protelare). 14, 4, 4 pr. *suariorum* damnum ... vini ... -e relevetur. 14, 17, 6 *fraudatorem* de -e panis (*sc. gradilis*) inlicite transegisse. SYMM. epist. 1, 102 quarum *epistularum* me ... -o iuvat, solutio defetigat (*cf.* 3, 41 *litterarum* [7, 78]. 7, 41. 9, 130 scriptorum. AMBR. epist. 5, 25, 5 *rescripti*). 7, 122, 2 *postulo,* ut ... Libycarum mihi emptio ... praestetur; quo impetrato omnium -em donum putabo. COD. Iust. 7, 64, 10 pr. adiuvandum esse victorem sumptuum -e. GREG. M. moral. 35, 39 praedicatorem verbi ab stipendiorum suorum -e non prohibes. *al.*

β *metonymice: fere i. q. catalogus percipientium*: HIST. AVG. Aur. 7, 8 *quosdam* frumentariae -i adscribi praeceperunt *imperatores.* *fere i. q. res percipienda, debita*: COD. Theod. 14, 4, 10, 5 quattuor milia ... obsoniorum amputatis superfluis ac domus nostrae -bus diurna *decernas.*

2 *cibus vel potus, qui recipitur corpore*: **a** *percipitur quidlibet* (*in imag. l. 62. 66 sqq., cf. p. 1203, 72 sqq.*): HIER. adv. Iovin. 1, 3 p. 214[B] (*sec. p. 1209, 19*) cum gratiarum actione -em eorum *ciborum* (CASSIAN. inst. 5, 26 cibi. POMER. 3, 19, 1 de cibi vel potus -e [PHILAGR. med. 1 p. 149, 22 ex cibi -bus aut potus]. FVLG. RVSP. epist. 8, 1 solidi cibi [*in imag. sec. Hebr. 5, 12*]. *al.*). AVG. serm. 207, 3 alimentorum -e reficimur. CASSIAN. inst. 5, 6 carnium ac vini (VITA Hil. Arel. 11 l. 8. POMER. 2, 22, 2 v. -o nimia. *al.*). conl. 2, 26, 3 escae (*cf.* MAX. TAVR. 51, 3 illam escam accipere debemus ..., quae -e sui confessorem faciat). 9, 21, 2 huius *panis supersubstantialis* esu ac -e (10, 10, 7. EVSEB. GALLIC. hom. 64, 5 p. et aquae -e). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 20, 3 p. 380[B] (*gr. p. 224 μετουσίας*). 20, 5 p. 380[C] (*gr. p. 224 τὴν βρῶσιν*). *al.* **b** *percipitur sacramentum eucharistiae* (*gr. resp. μετάληψις, nisi aliud indicavimus*): CASSIAN. conl. 22, 4 illa salutaris escae sacrosancta -o. 22, 5, 4 -e sacramentorum (SACR. Leon. 40. 86 frequenti s. -e satiati. Greg. 90, 3 paschalis -o s. *al.*). EPIST. pontif. 602 Schwartz p. 76, 24 *quos* veneranda divini mysterii -e privavimus (CASSIOD. hist. 9, 30, 27 sacrorum -em m. *al.*). GENNAD. dogm. 22 l. 4 eucharistiae (EVSEB. GALLIC. hom. 17, 4 e.

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sacra -o). CANON. Turner II p. 221 rec. IV *et* V qui se a -e sanctae communionis avertunt (*item ibid.* p. 239. 241). SACR. Leon. 335 quod in imagine gerimus sacramenti, manifesta -e sumamus. CASSIOD. in psalm. 33, 6 l. 108 qui *Christiani* illuminari de sacra -e mereantur. MVTIAN. Chrysost. hom. 17 p. 349 post annum -em participaris. *ibid.* una in anno -e (*gr. p. 132 προσόδου*). *al.*

B *potius incorporea* (*addidimus generalia l. 8. 21, percipitur malum l. 23 sq.*): CHALC. comm. 168 divino praesidio opus est ad -em bonorum maximorum (IVLIAN. epit. in psalm. 72, 28[b] de futura b. -e securus. POMER. 1, 4, 1). 352 erat ... quaedam in ea *silva* naturalis opportunitas ad motus stationisque -em. AMBR. exc. Sat. 1, 25 non quia eorum *honorum* fuit expetenda -o. Iob 2, 4, 12 renovatus in -e gratiae (CASSIAN. conl. 13, 12, 9 -o g. salutaris). spir. 1 prol. 9 fidei -e (PROSP. auct. de grat. 8 ut haeretici catholicae f. -e resipiscant. Ps. PROSP. vocat. gent. 1, 23 p. 677[B] VEREC. in cant. 6, 5 l. 27. *al.*). TRACT. Pelag. 3, 18, 5 p. 57 aeternae vitae -em (AVG. c. Faust. 32, 18 p. 779, 9. *cf.* TRACT. Pelag. 4, 23, 2 p. 110 beatitudinis -e indignos. LEO M. serm. 69, 3 in -e felicitatis aeternae. GREG. M. moral. 35, 42 l. 177 supernae patriae. *sim. al.*). AVG. epist. 128, 3 caritatis (praec- *var. l.*). MAX. TAVR. 52, 1 sit ... similis remuneratio in -e praemii, quorum similis labor est in observatione ieiunii. CASSIAN. conl. 3, 19, 4 post -em cuiuslibet muneris *a deo dati.* 11, 12, 2 -em consolationis (*antea*: consolationem recipient). IVLIAN. praef. in proph. l. 19 praecedentium *scriptorum a lectoribus* votiva -o. EVSEB. GALLIC. hom. 43, 5 post -em vulneris *malis cogitationibus effecti.* MART. CAP. 9, 947 secunda *diversitas sonorum est* per spatiorum -em (*Aristid./Quint. 1, 6 p. 10, 8 μετοχήν*). FVLG. RVSP. fid. 3, 44 -o baptismatis (GREG. M. in euang. 10, 7. *gen. omisso*: INSCR. christ. urb. Rom. 17107 post pe⟨rceptionem⟩ vixit diebus XXVIII. *cf. p. 1210, 26*). CASSIOD. Ios. antiq. 17, 248 p. 502 dignum regni -e (*gr. τῆς βασιλείας*). *al.* -o *fit eligendo* (*cf. p. 1211, 25*): CASSIOD. inst. 2, 2, 2 elocutio est idoneorum verborum ad inventionem ⌞accommodata -o⌟ (*Cic. inv. 1, 9* accommodatio).

II *sentiendo, cognoscendo percipitur aliquid* (*syn. vel iuxta pos.* cognitio *l. 37. 41. 47. p. 1204, 36. al.*, comprehensio *l. 37. 45. 49. al.*, opinatio CIC. ac. 2, 78, scientia *p. 1204, 19 sq.*): **A** *mente, animo*: **1** *potius intellegendo, cognoscendo*: **a** *est t. t. philos.* (*sec. gr. κατάληψις, cf. l. 38 et Plut. Cic. 40, 2*): **α** *agitur de facultate et ratione percipiendi*: CIC. fin. 3, 17 rerum ... cognitiones, quas vel comprehensiones vel -es vel, si haec verba aut minus placent aut minus intelleguntur, *καταλήψεις* appellemus licet, eas ... adsciscendas arbitramur, quod habeant quiddam in se ... continens veritatem (*sim.* ac. 2, 17). ac. 1, 45 *nihil* esse turpius quam cognitioni et -i assensionem ... praecurrere (*cf.* 2, 78). 2, 30 cum *ad notiones mente constructas* accessit ratio argumentique conclusio rerumque innumerabilium multitudo, tum et -o eorum omnium apparet *eqs.* 2, 36. 2, 99 *Carneadi* ita placere tale visum nullum esse, ut -o consequeretur, ut autem probatio multa. 2, 101. 2, 106 esse ei *memoriae* locum etiam si conprehensio -oque nulla sit. nat. deor. 1, 80 si ... nihil inter deum et deum differt, nulla est apud deos cognitio, nulla -o. AVG. c. acad. 3, 9, 21 adversum -em multa dicturi. 3, 10, 22. 3, 13, 29. civ. 19, 4 p. 357, 17 duo prima *bona* ponunt *philosophi* propter conprehensionem -emque veritatis sensum et intellectum (p. 357, 31. *al.; cf. l. 74 infra*). BOETH. in herm. comm. sec. 1, 1 p. 34, 5 cum ... quis aliquam rem intellegit, prius imaginatione formam necesse est intellectae rei proprietatemque suscipiat et fiat ... cum passione quadam intellectus -o. p. 44, 22 cum ad quamlibet simplicem -em mentis adiungitur aliud, quod esse aliquid vel non esse constituat (*cf. p. 1204, 58*). *locutione* in -em venire *i. q. percipi* (*cf. vol. IV 490, 83 sqq.*): AVG. c. acad. 3, 9, 21. **β** *-es sunt fundamentum artis (sec. Zenonem, v. Stoic. vet. frg. I n. 73; vergit in notionem q. e. res percepta, notitia; cf. p. 1213, 53): definitiones sim.*: CIC. ac. 2, 22 *ars* ex multis animi -bus constat. frg. inc. I 26 (Diom. gramm. I 421, 6) ars est -um exercitatarum constructio *eqs.* ([praec- *perperam Müller et inde vol. X 2, 421, 14 sq.*]. *sim.* QVINT. inst. 2, 17, 41 MAR. VICTORIN. gramm. 1, 2). QVINT. inst. 2, 17, 18 nullam artem falsis adsentiri opinionibus, quia constitui sine -e non possit, quae semper vera sit. *cetera exempla*: ARNOB. nat. 2, 11 p. 78, 1 *philosophos* geometricas res ... suis scitis et ⌞-bus⌟ explicare (*cod., def. Hildebrand et Festugière, Vig. Christ. 6, 1952, 225*; praec- *edd. plerique et vol. X 2, 421, 23*). 3, 22 *deos* in aliis ⟨alios⟩ -bus gnarures et habere sollertias. MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 9 quae ... nullo modo ... intellegi ... possunt, nisi superior tractatus manifestis -bus illucescat.

b *usu vario*: MAR. VICTORIN. rhet. 2, 13 p. 269, 6 cum coniectura omne negotii corpus intraverit, tum facilius videbitur esse -o, ut locos omnium argumentorum ... videre possimus. AMBR. epist. extra coll. 14, 20 quae *delectatio* per verbi ... infunditur -em (*subest imago cibi consumendi ut*: in Luc. 10, 49 v. -e ..., quo alimur in vitam. CASSIAN. conl. 8, 3, 4). AVG. conf. 8, 5, 11 -o veritatis (*sc. christianae ut* trin. 1, 2, 4 [perfectionem *var. l.*]. *al.; cf. l. 49 supra*). soliloq. 1, 4, 9 -em ... istorum, *sc. geometricae*, me habere non nego (*minus valet quam* scientia). IVLIAN. in psalm. 1 praef. l. 88 ista ... veri est intellectus -o, *sc. psalmi.* MART. CAP. 9, 994 ⟨rhythmopoeia est con⟩dicio numeri componendi, et omnium figurarum plena -o; ... [*ἐπι*]*λῆψις*, id est -o, per quam scimus, quonam numero utendum sit. FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 18, 7 (*agitur de essentia trinitatis*) in -e huius rationis dabitur tibi cognitio trinitatis. CASSIOD. hist. 1, 14, 19 excedit euangelistarum ... -em et transcendit universa unigeniti filii ineffabilis substantia. 1, 14, 20 huius notitia humanae -i celata est. 1, 19, 4 ad perfectam quaestionis -em pervenire. EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Petr. 3, 15a p. 30, 8 si ... sanctitatis eius *dei* integram -em habuerimus (*gr. διάληψιν*). in I Ioh. 1, 1 p. 39, 18 duas -es, id est sensibilem et intellegibilem (*cf.* p. 39, 22 intellectualem ... -em). FACVND. defens. 9, 2, 13 non sufficitis ad maiorem rerum -em. *al.*

2 *potius discendo* (*exempla probabiliora, cetera v. supra*): RHET. Her. 1, 2, 3 memoria est firma animi rerum et verborum et dispositionis -o (*eadem fere verba*: CIC. inv. 1, 9 IVL. VICT. rhet. p. 95, 14 CASSIOD. inst. 2, 2, 2). 2, 31, 50 *si conscripta* diligenter ... considerabis, ... tua -e laetabere. CIC. inv. 1, 36 animi aut corporis ... aliqua in re perfectionem, ut virtutis aut artis alicuius -em aut quamvis scientiam (EPIPHAN. SCHOL. Didym. in Iac. 4, 2 p. 7, 23 pro scientia et -e v. [*gr. ἀναλήψεως*]. FACVND. defens. 11, 1, 16 quod Christus accidentium virtutum -e ad meliora processerit). SCRIB. LARG. praef. 11 totius artis (*cf. l. 19*). AVG. c. acad. 3, 14, 31 cadere in sapientem vel ipsius sapientiae -em (divers. quaest. 73, 2 s. et disciplinae. POMER. 3, 33, 2 prudentiae ac s. plenaria -e. *al.*). civ. 7, 9 p. 285, 19 initium facti *est* inceptio discendi, summum -o doctrinae.

B *sensibus* (*v. etiam supra l. 11*): VET. LAT. num. 29, 36 (Comput. cod. Col. frg. p. 241) offeretis holocaustomata ⟨in⟩ boni odoris -em domino (*gr. εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, Vulg.* in odorem suavissimum. *cf.* NOVATIAN. trin. 6, 5 cum nares *dei describuntur,* precum quasi odorum -o ostenditur). HIER. hom. Orig. in Ier. 9 p. 654[A] aurium -e (*gr. hom. 12, 7 τῷ ἐνωτίζεσθαι*). EVSTATH. Basil. hex. 1, 1, 2 instructus ... animus ad rerum eiusmodi -em (*sc. ut audiret de creatione mundi*; acceptionem *var. l.; gr. ἀκρόασιν*). AVG. gen. ad litt. 12, 20 p. 410, 13 *si impedimentum in sensibus fit,* impeditur -o corporalium. BOETH. mus. 1, 1 p. 178, 24 omnium quidem -o sensuum ... naturaliter quibusdam viventibus adest. p. 179, 2 non aeque eorundem *sensuum* cognitio ac firma -o animi investigatione colligitur. EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Ioh. 1, 1 p. 39, 16 videt eum *Christum hominem* sensibiliter, -em habens visibilis personae. 3, 6 p. 56, 14 aquae -em habens. 4, 12 p. 71, 4 non ... de corporali -e dicit *Christus* ostendere semet ipsum. DIDYM. theophan. l. 17 nec ... in deum -e⟨m⟩ aliquam per oculos quaeras.

[perceptīvus, -a, -um *non exstat nisi in falsa var. l.* BOETH. categ. 9b7 *pro* perfectiva (*gr. ποιητικήν*).**]**

perceptor, -ōris *m.* *a* percipere. [*e coni.* SACR. Greg. 211 (*v. Lietzmann p. XXXVII*).]

i. qui percipit: **1** *modo vario*: CHART. lat. ant. IX 404, 1 (*a. 276–82; frg. libri rationum*). AVG. un. eccl. 21, 58 nec diversi datores nec diversi -es faciunt, ut non sit unum *baptisma.* **2** *mente*: AVG. lib. arb. 2, 80 *ratio et veritas numeri,* cum eam quisque percipit, *non* in sui -is quasi alimentum vertatur. serm. 127, 1 hoc bonum tam magnum ... non invenit hominem -em, tenuit deum promissorem. soliloq. 1, 1, 6 perfectum ... amatorem -emque sapientiae *dei* (praec- *falsa var. l.*). PROSP. in psalm. 103, 14 -es ... spiritalium debitores sunt carnalium.

f. **perceptrīx,** -īcis. *i. quae percipit* (*ponitur pro adi.*): IREN. 5, 3, 2 invenietur ... -x et capax caro virtutis dei (*gr. δεκτική*).

1. perceptus, -a, -um *v.* percipio.

2. perceptus, *abl.* -ū *m.* *a* percipere. *i. q. perceptio*: CLAVD. MAM. anim. 1, 4 p. 37, 18 aliquid sibi -u mentis cognitum definisse (prec- *falsa var. l.; cf. p. 1203, 54*).

percernis *v. Onom.* *Hajdú.*

percerno, -crētum, -ere. *a* per *et* cernere. *i. q. per cribrum fundere vel bene cribrare*: CHIRON 463 haec omnia pisato in vaso novo et -e. ORIBAS. syn. 2 add. p. 146, 21 furfures non satis -tas.

[1. percia *v.* parthia.**]** **[2. percia** *v.* pterygium.**]** *Thome.*

1. percīdo, -cīdī, -cīsum, -ere. *a* per *et* caedere. *p. p. p. scribitur* pert- *p. 1205, 10 et 23.* NOT. Tir. 11, 44a -it (*perperam inter composita verbi q. e.* cadere, *v. Heraeus, Arch. Lat. Lex. 12, 1902, 43*). 11, 65a -sus. *formae ad similitudinem verbi simplicis redditae: perf. act.* -cecidit FLOR. epit. 3, 20, 10. 4, 12, 7; *p. p. p.* -caesus *p. 1205, 27.* [*confunditur in codd. cum* pr(a)ecidere (*v. vol. X 2, 429, 39 sq.; restit. l. 75. p. 1205, 12 sqq., vix recte etiam* SEN. dial. 1, 5, 3) *et cum* perscindere (SEN. nat. 4, 4, 1; *falsa var. l. ibid.* 2, 20, 2).]

i. q. vehementer caedere aut caedendo conficere, dividere, dispergere (*sc. vi praeverbii intensiva*): **1** *pugnis, colaphis, non nisi in iunctura* os -ere: PLAVT. Cas. 404 -e (praecide *trad.*) os tu illi *servo* ... ::

[Oshiba]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

compressan palma an porrecta ferio? (*cf. 407* feri *et* pugnis caedor). SEN. nat. 4, 4, 1 ad mendacia haec leviora, in quibus os -i, non oculi erui solent *eqs.* *luditur cum usu obsceno (v. sub 2), ut spectet ad irrumationem*: PLAVT. Persa 283 (*ad puerum*) caedēre hodie tu restibus. :: ... non hercle, si os -erim tibi, metuam, ... :: video ego te: iam incubitatus es. MART. 2, 72, 3 os tibi -sum quanto non ipse Latinus *mimus* vilia Panniculi percutit ora sono (*ibid. 8* testes *ambigue dicitur, cf. l. 14 sqq.*).

2 *pene inserendo, sc. pedicando, ut videtur* (GLOSS.^{L} II Philox. PE 101 -it: *περαίνει ὡς ἐπὶ αἰσχροῦ.* 270 -sus: pe[r]dicatus *πεπυγισμένος. fort. etiam* GLOSS. V 575, 43 pertisis violatis [*an pro* pertusis*?*]. *cf. l. 3 sqq. et vol. III 60, 64 sqq., ceterum v. Adams, Latin Sex. Voc., 1982, 146 sq. 212*): **a** *-untur masculi*: PRIAP. 13, 1 -ēre (prec- *trad.*) puer, moneo: futuēre puella: barbatum furem tertia poena manet. 15, 6 dicat ...: 'nemo hic ... -sum (prec- *trad.*) sciet esse me', sed errat: magnis testibus ista res agetur (*cf. similem lusum*: MART. 7, 62, 1 reclusis foribus grandes, *sc. pueros,* -is, ... [*postea 5* non pedicari se qui testatur ..., illud saepe facit, quod sine teste facit]). MART. 4, 48, 1 -i gaudes, -sus ... ploras. 4, 48, 4 an magis illud fles quod -i ... desieris? 6, 39, 14 -e ... filium. 11, 28, 2 -it Hylan. 12, 35, 2 dicere -sum te mihi saepe soles. *pass. impers.*: MART. 9, 47, 8 (*ad cinaedum philosophum simulantem*) dic mihi, -i ... dogma quod est? **b** *-itur femina*: CIL IV 2319 (*litt. l*) Tyria -sa Tyria *περκισα* (2319 [*litt. p*]. *addas fortasse* 2319 [*litt. e, v. add. p. 217*]. 3120 [*iuxta cetera inventum*] *περτισ* [*v. p. 1204, 66*]).

3 *armis, vi militari*: FLOR. epit. 3, 20, 10 *Spartacus* Lentuli exercitum percecidit (caecidit *var. l.*). 4, 12, 7 *Octavianus* terga hostium percecidit (cecidit *Iord. Rom. 242*).

p. p. p. percaesus, -a, -um *fere pro adi.* *fortasse i. q. ubique caesus* (*sc. ornamentis incisis; cf.* ancaesa *vol. II 23, 1*): NON. p. 99, 15 dolitum: quod dolatum usu dicitur, quod est ⌊-um⌋ vel abrasum vel effossum (per caelum *Passerat*).

[2. percido, *sc. a* per *et* cadere, *non invenimus; cave huc trahas p. 1204, 66 sq.*] *Oshiba.*

percieo (-io), -itum, -iēre. *a* per *et* ciere. *mendose scribitur p. p. p. hic illic in* GLOSS., *e. g.* parc- GLOSS.^{L} I Ansil. PA 441. *de formis: praes.* -iet *l. 49. 51,* -it *l. 51,* -ientes *l. 52.; fut.* -ies *l. 54.* -ītus *metro probatur passim,* -itus *nusquam.* *legitur p. p. p. inde a* PLAVTO (*ter*), TER., PACVV. (*v. l. 44*), LVCIL., CIC. (*non nisi p. 1206, 36*), *frequentant* LVCR. (*11ies*), APVL. (*14ies* met., *semel* apol.), AMM. (*41ies*), *omnino deest e. g.* CAES., *poetis Aug.,* LVCANO, TAC.; *aliae formae perraro, sc. apud* PLAVT. (*l. 54*), LVCR., APVL. [*confunditur p. p. p. in codd. cum* perditus CIC. Mil. 63 (*restit.* PLAVT. Men. 269, *v. p. 1274, 25*); perscitus BELL. Afr. 46, 1 SOL. 30, 17; praeceps VAL. MAX. 8, 1 absol. 3. *al.; restit. ex* impercitus AMM. 30, 1, 6 (*v. vol. VII 1, 561, 62 sq.*); *e coni. dubia* CARM. de bell. Aeg. 6, 4. *loco corrupto*: PACVV. trag. 333 (*v. app. crit.*).]

i. q. (vehementer vel penitus) ciere, permovere (*ponitur fere in malam vel neutram partem, aliter maxime p. 1206, 17. 54, cf. p. 1206, 28. refl. l. 49, obi. subaud. l. 50; accedit dat. l. 51; gradus indicatur per adv.* vehementer *p. 1206, 4. 30, praepos.* ad *p. 1206, 19. 44*): **I** *formae variae*: **A** *generatim*: LVCR. 3, 184 ocius ergo animus quam res se -iet ulla. 3, 303 natura boum placido magis aere vivit, nec nimis irai fax umquam subdita -it (*opp.* torpet *pavor*). 4, 563 verbum saepe unum -iet auris omnibus in populo. APVL. met. 8, 29, 6 *iuvenes* vicinos undique -ientes, *i. advocantes.* **B** *speciatim, i. q. aliquem conviciis compellare*: PLAVT. Asin. 475 crura hercle diffringentur, ni istum impudicum -ies (*ad servum, qui obtemperans increpitat*: age impudice, *eqs.*).

II *p. p. p.* **percitus,** -a, -um (*c. copula* esse *l. 64. p. 1206, 10. 39. 63, in abl. absol. p. 1206, 52 sq., hic illic vergit in vim adi., maxime sub A2.* NON. p. 159, 3 -um dictum est percussum [*affert* PLAVT. *l. 64*]. GLOSS.^{L} III Abstr. PE 81 -um: celerem aut permotum. 97 -a: concita. GLOSS. provocatus, perterritus): **A** *incorporaliter*: **1** *indicatur, qua de causa aliquis -us sit (fere per abl. [seq.* quod *p. 1206, 30, cf. 1206, 4]; praepos.* propter, ob, caussa *p. 1206, 2. 7. 14, cf.* sub *p. 1206, 64); -i sunt animantes eorumve mens, animus sim.*: **a** *affectibus*: **α** *insania, ira sim.*: PLAVT. Amph. 727 delirat uxor. :: atra bili -a est; nulla res tam delirantis homines concinnat cito (*719* insania; *cf. Capt. 596* atra bilis agitat hominem). Cas. 628 apscede ab ista ..., ne quid in te mali faxit irā -a (LVCR. 5, 399 pater omnipotens ira ... -us acri. BELL. Afr. 46, 1 ira -us Scipio atque animi dolore incensus. LIV. 6, 38, 8. 7, 5, 4 VAL. MAX. 5, 1, 11. 8, 1 absol. 3 QVINT. inst. 6, 4, 9. FRONTO p. 66, 20 [*opp.* aequo animo]. GELL. 15, 31, 3. AMM. 16, 10, 7 sibilantes *dracones. al.*). SEN. Herc. f. 108 (*loq. Iuno*) ut possit animo captus Alcides agi, magno furore -us, nobis prius insaniendum est (PANEG. 11, 16, 1 barbarae nationes. LACT. inst. 1, 9, 10 f. atque insania. AMM. 19, 11, 10. PRVD. cath. 9, 53 efferatis -us furoribus prosilit *daemoniacus* [*spectat ad Marc. 5, 2 sq.*]). APVL. met. 4, 3, 6 pagani ... exciti statim conclamant canes atque, ad me laniandum rabie -i ferrent impetum, ... cohortantur. 8, 6, 4 *vidua* amens et vecordiā -a. ARNOB. nat. 5, 23 Iuppiter ... propter quam *iniuriam* iratus et -us. LACT. inst. 4, 27, 12 aliquis instinctu daemonis -us dementit, effertur, insanit. RVF. FEST. 27 -os ferocia milites. AMM. 28, 1, 23 imperatoris iracundiam ... -i vehementer, quod ... didicerat *eqs.* OROS. hist. 7, 7, 1 Nero ... petulantiā -us (*postea*: libidinibus ... exagitatus est). *al.* **β** *amore* (*cf. l. 31*): PLAVT. Asin. 822 ne illa existimet amoris caussa -um id fecisse te. CARM. Gell. 19, 11, 4 vers. 13 *si anima* amoris igni -a transisset et me linqueret (PRVD. ham. 586 cum calet i. -a femineo *vipera*). APVL. apol. 12, 2 *Venerem* alteram vulgariam, quae sit -a populari amore (*spectat ad Plat. conviv. 180d*). met. 1, 7, 8 *mulier* me ... urigine -a cubili suo adplicat. **γ** *timore*: LENT. Cic. fam. 12, 15, 3 *ego* huius rei timore ... -us. IVL. VAL. 2, 25 p. 89, 25 *Darius* timens et metu -us (*gr. p. 78, 6 φοβούμενος*). AMM. 18, 6, 10 imminentium hostium terrore. 20, 4, 2 *Constantius* ob haec ... -us metuensque, ne *eqs.* *al.* **δ** *cetera exempla*: SEN. Phaedr. 1156 (*Theseus ad Phaedram*) quis te dolore -am instigat furor? (HEGES. 1, 32, 6 p. 61, 21 vesano d. *al.*). APVL. met. 9, 19, 4 laetitia. SYMM. rel. 23, 13 facti sui conscientia. AMM. 22, 5, 5 taedio. 26, 7, 2 spe dubia ... -um et stupentem. 29, 1, 5 animi asperitate confestim ad insanum -us modum. HYD. chron. II p. 32, 210 livore. *al.*

1. ✕**percōlo,** (-āvī), -ātum, -āre. [*a* per *et* colum (*cf.* decolare), *nisi a* per *et* colare. *Fo.*] *scribitur* -ll- *hic illic in codd. medii aevi. verbum I^ae coniug. tribuunt*: Char. gramm. p. 474, 9. Evtych. gramm. V 458, 7. 477, 12 (o *longam testans*). *praevalent formae passivae; activae inveniuntur maxime in praeceptis (imperat., fut.) et sub 2. de notione*: Evtych. gramm. V 477, 12 -o, id est defaeco. Gloss. -o: *διηθῶ. διυλίζω.* -tum: *διηθημένον. legitur in sermone pedestri inde a* Catone, Vitr., Celso, *maxime apud scriptores artium, in poesi apud* Lvcr. (*ter*).

i. q. per colum sim., colando transmittere (*praeverbium ad ipsum transitum spectare videtur; pro obi. ponuntur liquores vel res liquori commixtae, obi. subaudiendo l. 34, 49, absolute l. 71; instrumentum vel modus -andi indicatur per praepos.* per *saepius,* in *c. abl. l. 33, abl. l. 56. 63*): **1** *usu sollemni transmittuntur liquores sim. per materiam permeabilem ita, ut crassiora secernantur, remaneant*: **a** *actione hominum, sc. adhibito colo, linteo sim.*: α *ad cibos vel potiones praeparandos, conficiendos* (*fortasse ad β pertinent* Plin. *et* Pap.): Cato agr. 108, 2 polentam ... et vini sextarium ... in caliculum ... indito ...; tum id -ato, polentam abicito. Colvm. 7, 8, 3 (*de caseo faciendo*) refert ... serum -ari et a concreta materia separari. 12, 17, 2 *sunt qui* aquam ficis permisceant ...; postea in iunceis fiscellis vel sparteis saccis -ant. Plin. nat. 27, 47 *absinthium* madefactum aquā ..., dein coctum ... iterumque -tum. Pap. Corp. 318A (*saec. III/IV*) cum liquefacta erit ade⟨ps⟩, -ato ... et ita cocito. Hier. hom. Orig. in Luc. 11 p. 70, 16 domesticum mel et humana diligentia -tum (*opp.* silvestre). β *ad medicamenta conficienda* (*v. etiam l. 30*): Cels. 4, 20, 2 *alvus* ducitur ... -to tisanae cremore. 6, 9, 2 cum ficus decocta est, is umor -atur. Colvm. 12, 42, 2 cum *poma* fuerint decocta ..., refrigerantur et -antur: eaque, quae in colo subsederunt, ... levigantur *eqs.* Scrib. Larg. 73 (*inde* Marcell. med. 14, 5) exprimuntur capita *papaveris* omnisque aquae -tae ... mensura capitur (Marcell. med. 36, 62). 271 cum *mixta* infervefacta fuerint, -anda erunt in caccabum (*inde* Marcell. med. 35, 9). Pelagon. 49 adipes gallinae -tas. 159 stercus suillum aceto mixtum et -tum (Plac. med. 16, 12 rec. β equi s. aqua liquefactum et -tum si bibatur. 23, 7 rec. β). Chiron 264 (*enumerantur substantiae*) -ato haec; ita dato (*sic interpungit Heraeus; Veg. mulom. 2, 7, 3* colatum). 866 decoques ...; deinde -ato *eqs.* Marcell. med. 20, 116 scillam *aceto maceratam* ... exprimes idque acetum -bis (*minus technice Plin. nat. 20, 98* acetum transfunditur). 35, 6 *medicamentum* -ari per linteum duplex ... convenit. *al.*

b *modo naturali*: α *de aquis, nivibus, quae purgantur transeuntes per terram (aerem l. 62; ad 2a pertinent l. 62 et 63 sq., si respectum purgandi non agnoscas): purgantur aquae salsae* : Lvcr. 2, 475 *fit* umor dulcis, ubi per terras crebrius idem -atur. 5, 269 (= 6, 635) -atur ... virus retroque remanat materies umoris. Plin. nat. 31, 70 marina aqua argillā -ta dulcescit (*cf.* Prisc. Lyd. solut. 6 p. 75, 13 -ta aqua ex mari per occultas terrae venas potabilis efficitur. *uterque pendere videtur e fonte [Theophrasto?], ubi iungebantur quae narrat Arist. meteor. 358b34 sqq. et probl. 935b3 sqq.*). *purgantur alia* : Vitr. 8, 1, 7 *nives* liquatae per terrae venas -antur et ita perveniunt ad infimas montium radices (*sc. sordibus secretis*). 8, 2, 1 *imbrium aqua* per aeris exercitationem -ta tempestatibus liquescendo pervenit ad terram. Isid. orig. 15, 2, 25 cloacae dictae, quod his -antur aquae. β *spectat ad secretionem, quae fit in corpore hominis: hyperbolice* : Sen. nat. 1 praef. 4 an *vixi* ut cibos et potiones -rem? *proprie* : Lact. opif. 11, 20 umor ... omnis per illam teneritudinem *intestinorum vesicam circumplectentium* -atur.

2 *usu deflexo dicitur*: **a** *de rebus rimosis, fistulosis, quae tamquam colum liquores transmittunt (cf. l. 53): c. obi.*: Plin. nat. 18, 110 *terra Campaniae* crebros ... imbres -at atque transmittit (*antea*: pulverea summa, inferior bibula. *cf. 1bα*). *absolute* : Qverol. p. 39, 1 (*inter damna aedium*) tecta si -ent. **b** *de homine, qui aliquid examinat, sc. minimas partes tamquam colo discernens*: Ps. Ambr. mans. 28 p. 31^A Banejacham (*num. 33, 31*) ... excolationem designat; qui autem legem dei -at, ne minima quidem vel syllaba vel apex neglegenter labatur, diligenter observat (*cf.* excolare *in eiusdem nominis explicatione Rufin. Orig. in num. 27, 12 p. 276, 7 sqq.*).

deriv.: percolatio, *?*percolatorium.

2. percolo, -uī, -cultum, -ere. *a* per *et* colere. Not. Tir. 37, 19 -it. Gloss. -o: *ἀσκῶ. γεωργῶ.* -ui: *ἤσκησα. legitur apud* Plavt., *in* Vers. metr. *l. 58 et inde a* Tac., Plin. epist., Apvl. (*decies*). [*loco lacunoso* Apvl. met. 4, 28, 3 *dubitanter suppl. Helm.*]

fere i. q. colere (*praeverbium saepius vi intensiva accipi potest, maxime sub 1; vis perfectiva apparet praecipue l. 66, ceterum fortasse etiam l. 54. 56, finem indicat praepos.* ad *l. 75*): **1** *pertinet ad venerationem, honorem reddendum*: **a** *-untur ea, quae veneramur, honoramus*: α *homines eorumve memoria, reliquiae*: Plavt. Trin. 280 patrem tuom si -es per pietatem (*cf. comparationes*: Dict. 1, 23 *Agamemnonem* non secus, quam parentem miles omnis -bat. 4, 17 *Neoptolemus Aiacem* parentis loco -bat). Tac. hist. 2, 82, 2 *Vespasianus* multos praefecturis et procurationibus, plerosque senatorii ordinis honore -uit. ann. 4, 68, 1 *Germanici amicus non* omiserat coniugem liberosque eius -ere, sectator domi, comes in publico. Avr. Vict. Caes. 20, 30 *M. Aurelius,* ⟨quem⟩ adeo *Septimius* -uerat, ut eius gratia Commodum inter divos referri iusserit. Dict. 4, 13 *Aiax Achillem* summis officiis -uerat ([perconsul(u)erat *vel* semper consuerat *codd.*]. Heges. 1, 28, 7 *Antipater M. Antonium* multis ... -uit o.). Gavdent. serm. 17, 15 heredes, qui eam *possessionem, sc. martyrum reliquias,* ... fide diligentiaque -rent ([imitarentur *var. l.*]. *cf.* 17, 16 venerabiles ... martyrum ... reliquias ... hodie proponimus -endas. Max. Tavr. 12, 2 cuncti ... martyres devotissime -endi sunt, sed specialiter hi venerandi sunt a nobis quorum reliquias possidemus). Filastr. 111, 4 *pagani* colentes memoriam eius, *sc. regis Pagani, unde nomen ducunt,* ... hoc mendacium nominis usque nunc detinent -entes. dominus -endus *est titulus honorificus* (*in sermone epistulari; omnia spectant ad Augustinum episcopum; cf.* Gloss. II 430, 21 *σεβασμιώτατος*: -endus): Secvndin. epist. tit. p. 893, 4 domino merito honorabili atque laudabili et unice -endo Augustino (p. 893, 10. 901, 13 [*in fine epistulae*]. Marcell. Aug. epist. 136 tit. domino nimium venerabili et omnibus mihi officiis u. -endo). Longin. Aug. epist. 234 tit. 234, 2. 3. β *dei, idola* (*actio dei* Evagr.): Apvl. met. 5, 25, 6 precibus ... Cupidinem deorum maximum -e (*cf.* 6, 15, 2 *Cupidinis* numen ... -ens). 6, 4, 1 (*Psyche precatur*) *Iuno, Carthago* te virginem vectura leonis caelo commeantem -it. 8, 7, 7 *uxor* imagines defuncti *mariti,* quas ad habitum dei Liberi formaverat, ... divinis -ens honoribus (*cf. l. 22 sqq.*). 11, 5, 3 Aegyptii caerimoniis me propriis -entes appellant ... Isidem. Sol. 22, 7 deos -unt (Arnob. nat. 3, 5 fingamus ... vos deos mille -ere [*cf. 2, 76* cum ... innumeros colatis deos]). Filastr. 21, 3 *Iudaei* eadem, *sc. figuras serpentis sim.,* -bant. 24, 1 idola Bahalitarum. Evagr. vita Anton. 81 p. 955 ista sunt veneratione omni -enda ..., quod hominibus deus legem scripserit *eqs.*

b *-untur ea, quae venerationis causa aguntur, celebrantur*: Avr. Vict. Caes. 14, 4 *Hadrianus Graecorum caerimonias curavit,* adeo quidem, ut ... initia Cereris ... ⌞Roma⌟ -ret (⌞ ⌟ *abl. pro locat.? an nom.?*). Petr. Chrys. serm. 85, 1 divina festivitas ... pro suis est -enda virtutibus. 85^bis diem ... solemni gaudio et devotione -imus. Sacr. Greg. 30 (*item* 127) commemorationis eius (*sc. Gregorii*) festa -imus (col-, recol- *var. ll.*).

2 *pertinet ad quemlibet cultum, sc. quo aliquid (aliquis) curatur, pulchrius vel melius redditur aut exornatur; respicitur*: **a** *corporis cultus, ornatus nec non exercitatio*: Plavt. Poen. 232 (*interpol.?*) *femina* quae lauta est, nisi -ta est, ... quasi inluta est. Apvl. apol. 8, 2 censeo, ne ulla cura os *calumniatoris* -at neque ille ... pulvere dentis emaculet. Ennod. carm. 2, 94, 4 (*de equo Hunnisco*) virtus ... quem sibi -uit, *sc. ad bellum gerendum.* **b** *studium litterarum, artium, virtutum* (*ornatus operis scripti* Tac.; *ad 1a vergunt l. 62 sqq.*): Vers. metr. Bass. gramm. VI 264, 23 egregia -uit ingenia ⌞musice⌟ (*nom.? an abl.? an gen.* musicae*?* musici *var. l.*). Tac. Agr. 10, 1 quae priores *scriptores de Britannia* nondum comperta eloquentiā -uere, rerum fide tradentur. Apvl. flor. 6, 9 *Indi* non ... norunt arvum colore ...; sapientiam -unt. 18, 36 *Carthaginienses,* vestras disciplinas studiosius -o, vestras opes gloriosius praedico, vestros etiam deos religiosius veneror. Zeno 2, 2, 4 *timor,* qui ... iustitiam -it, sine fine studet timere *eqs.* **c** *ornatus aedificiorum, possessionum sim.*: Plin. epist. 5, 6, 41 (*de sua villa*) amo ... quae maxima ex parte ipse incohavi aut incohata -ui. Apvl. Socr. 22 p. 171 *divites* cumulata ... habent, quae sedulo -unt, ipsi autem ... indocti incultique circumeunt. Ivlian. in Am. 4, 1 l. 11 *qui cenacula* eboris nitore -rent. **d** *tutela deorum, quam praebent locis, quos incolunt* (*cf. vol. III 1672, 3 sqq.*): Apvl. met. 11, 2, 1 regina caeli, sive tu Ceres ..., quae ... Eleusiniam glebam -is *eqs.*

e *agricultura* (*in imag. l. 75 sq.*): Pallad. 4, 8, 2 rosaria in mensis *Martii* initio -antur (*cf. Colum. 11, 2, 29* perfossum et cultum). Petr. Chrys. serm. 4, 1 *frater filii prodigi* (*Luc. 15, 25*) erat in agro terram -ens. 164, 4 *apostoli possunt divino* igne ad caelestem copiam tota -ere deserta terra-

[Johnson]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rum. VITA Hil. Arel. 3 l. 8 sanctum semen aratro fidei -endum iaciebat peritus agricola, *sc. Honoratus Hilarium docens.*

deriv.: percultor. *Johnson.*

percolopo, -āre. *a* per *et* colaphus (colophus; *v. Stefenelli, Volkssprache im Werk des Petron, 1962, 45 sq.*). *i. q. aliquem colaphis confi-cere* : PETRON. 44, 5 sic istos -bant, ut illis Iuppiter iratus esset (*ad loc. v. Rankin, Hermes 96, 1968, 254 sqq.*).

percombūro, -ustum, -ere. *a* per *et* comburere. *i. q. penitus comburere* : Ps. ORIG. tract. 19, 13 *Tityos* ab igne semiustulatus, non -tus ostenditur.

percomedo, -ēsum (-estum), -ere. *a* per *et* comedere. *i. q. funditus comedere* : OP. imperf. in Matth. 1 p. 614 cum ... -sta fuerit *medulla,* tota *arbor* paulatim marcescendo siccatur. ISID. orig. 10, 89 exesus, quia -sus; est enim aridus, tenuis, exilis.

percōmis, -e. *a* per *et* comis. *i. q. valde comis* : CIC. Brut. 212 *Q. Scaevola* peritissimus iuris idemque -is est habitus.

[percommixtio *v.* permixtio.**]** *Thome.*

percommodus, -a, -um. *a* per *et* commodus. *i. q. valde commodus* : **1** *cum respectu utilitatis, opportunitatis* (*non nisi praedicative; c. dat. comm.* LIV.): LIV. 22, 43, 11 id cum ipsis castris -um fuit, tum salutare praecipue futurum erat, cum *eqs.* RVFIN. Orig. in psalm. 38 hom. 2, 7 p. 1407^{B} in *paenitentiae* flagellis mensura -a est. -um est *c. (acc. c.) inf.* : VEG. mulom. 4, 1, 7 ovum ... diffundi -um est (utile *var. l.; item de usu medicamentorum* : 4, 3, 16 totum *bovem* suffimentare -um est *eqs.* MARCELL. med. 10, 11). mil. 1, 10. 2, 23 ad palum ... exerceri *tirones* -um est (commodum *var. l.*). **2** *cum respectu iucunditatis, suavitatis*: OROS. hist. 4 praef. 7 e mollissimis stratis cubiculoque -o ... egrediens (*inde* GLOSS.^{L} Corp. P 203 -a [*pro* -o] ...: suacenlic [*anglosax.*]).

adv. **percommodē.** *i. q. aptissime, optime*: **1** -e accidit *sim.,* quod: CIC. Verr. I 5 hoc adhuc -e cadit, quod cum incredibili eius audacia singularis stultitia coniuncta est (*explicat* SCHOL. Cic. Gron. B p. 330, 22 optime cadit). Caecin. 77 -e accidit, quod *eqs.* de orat. 2, 350 quod mihi nihil ... relinquis *ad disserendum,* -e facis estque mihi gratum (Tusc. 4, 64 -e factum est, quod *eqs.*). **2** *cetera exempla*: LIV. 25, 25, 2 *tumulus* -e s⟨i⟩tus ad commeatus excipiendos. PLIN. epist. 4, 12, 4 dixit heredum advocatus, deinde populi, uterque -e. *Delhey.*

percompīlo, -āre. *a* per *et* 1. compilare. *i. q. (funditus) compilare, exspoliare*: SCHOL. Hor. sat. 1, 1, 78 ('ne te compilent fugientes') ne te -ent fugituri *servi* (*rec. Γ,* compilent *cett.*). *Thome.*

percompleo, -plēvī, -ētum, -ēre. *a* per *et* complere. *i. q. complendo perficere*: **1** *varia opera, officia sim.*: SACR. Gelas. 1449 (*post orationem canoni insertam*) -es canonem plenariam (*sim. -entur actus sacri*: BENED. reg. 44, 7 dum -etur opus dei [*i. oratio*; completur *var. l.*]. PASS. Matth. 30 -ete oblationes vestras [*gr. οὐ διαλείψετε, ut perspectet fortasse ad actionem continuatam*]). PASCHAS. verba patr. 42, 5 noluit ... litteram, quam coeperat, -ere (adimplere, complere *var. ll.; gr. Cot. p. 563*^{A} *πληρῶσαι*). PASS. Matth. 18 (*martyr ad regem*) quamdiu non -es opera patris tui diaboli? (*gr. ἐκτελεῖς*). *sine obi. in versione parum perspicua*: ORIBAS. syn. 5, 46, 12 Ab p. 82 neque excitantur ⌞nisi -ant⌟ (*sc. somnium?*) et senciant se[d] dormisse (*gr. μέχρι πλείονος, La aliter*). **2** *pretium solvendum*: LEX Visig. 5, 4, 4 *arris datis* pretium tempore definito -at (*antea*: inpletum, inplere). *Holmes.*

percompōno, -ere. *a* per *et* componere. *i. q. (penitus) componere*: EPIST. Austras. 7, 6 te cum in ultima aetate tua -ere et coniungere ad redemptorem tuum debuisti.

percomporto, -āre. *si genuinum, a* per *et* comportare. *i. q. usque ad finem comportare* (*vel comportando distribuere?*): GLOSS.^{L} V Aa s 949 stipatores: qui in naves -ant (in navem comportant *Abba ϛI 94, cf. Serv. Aen. 3, 465* qui in navibus componunt).

*?***perconcremo,** -āre. *a* per *et* concremare. *i. q. (penitus) concremare*: LVCIF. reg. apost. 9 l. 58 quando *Manasses* filios suos aut per ignem omnibus consecrabat daemoniis aut ⌞cum -bat⌟ (cum concremabat *edd. priores,* per eum c. *Hartel p. XXXVI, lacunam inter* per *et* concremabat *suspicatur Ugenti*).

percondisco, -ere. *a* per *et* condiscere. *i. q. penitus, usque ad finem discere*: EVSEB. EMES. serm. 5, 28 vult pater; novit hoc filius (*sc. Christus*), non per tempus -ens ... neque nutibus inductus.

percōnexus, -a, -um. *a* per *et* conexus. *i. q. stricte conexus*: POTAM. subst. 24 est ambobus oculis celata sub naribus clavicula -a, qui uno ambo stringit umbilico, ita ut *eqs.*

percōnfero, -tulī, -ferre. *a* per *et* conferre. *i. q. ab initio usque ad finem conferre*: SVBSCR. Cassiod. hist. 6 -tuli (*omnes codd., item codd. nonnulli post alios libros; sunt qui verbum ipsius* CASSIOD. *putent, del. Hanslik*).

percōnfirmo, -ātum, -āre. *a* per *et* confirmare. *i. q. (valde vel penitus) confirmare: spectat ad animum*: VET. LAT. act. 15, 32 (cod. 5) sermoni exhortati sunt fratres et -ti sunt (*gr. ἐπεστήριξαν, Vulg.* confirmaverunt). *spectat ad corpus morbo afflictum*: CHIRON 654 ita omnis causa curata et hac re -ta bene provenit (*antea*: confirmat).

percōnfricātio, -ōnis *f.* [*fortasse a* per *et* confricatio; *cf.* perfricatio, permutatio *sim., quae voces, licet a verbis derivatae sint, facile cum subst.* fricatio *al. coniungi poterant. Fo.*]. *i. q. actio vehementer vel continuo confricandi, certandi*: VET. LAT. I Tim. 6, 5 (cod. 64) fient invidiae ..., suspiciones malivolae, -es hominum mente corruptorum (*sec. gr. διαπαρατριβαί, cett. vers.* conflict(at)iones).

percōnfundo, -fūsum, -ere. *a* per *et* confundere. *i. q. perturbare* : VET. LAT. II Macc. 13, 23 (rec. B) -sus obtulit sacrificium (*gr. συνελύθη, sed paulo ante συνεχύθη, quod interpres etiam hic legisse videtur*; consociatus est *sim. cett. rec.*). *? i. q. perfundere*: CLAVD. DON. Aen. 6, 780 p. 607, 26 vide, quomodo eum *Romulum* ... Iuppiter honore suo et maiestate -at (perfundat *edd. vet., probat F. Skutsch in schedis nostris propter clausulam*).

percongruus, -a, -um. *a* per *et* congruus. *i. q. plane congruus*: CYPR. GALL. Ios. 566 *deus* signa dedit nostris -a votis.

percōnor, -ātus sum, -ārī. *a* per *et* conari. [*trad. loco corrupto* PLAVT. Merc. 17 -tus sum; *e coni. dubia* SEN. epist. 95, 46 quae *res* reprendunt animos et detinent et ⌞-ari⌟ totos vetant (*Erasmus,* preconarique *trad.,* ire conarique *Bücheler*).] *i. q. omni vi conari*: HIL. coll. antiar. p. 65, 9 qui leges iuraque divina ... dissolvere -antur.

perconp- *v.* percomp-.

percōnsūmo, -psī, -ptum, -ere. *a* per *et* consumere. *i. q. funditus consumere*: VET. LAT. num. 17, 12 (cod. 100, *Israelites ad Moysen*) ecce consumpti sumus, perivimus, -ti sumus (*gr. παρανηλώμεθα, om. Vulg.*). Ps. APVL. herb. app. 4 l. 9 tamdiu lento igne coques, quamdiu sucum -erit. *Thome.*

⊠percontātio (-cunct-), -ōnis *f.* *a* percontari. *de origine et scriptura*: FEST. p. 214 percunctatio pro interrogatione dicta videtur ex nautico usu, quia conto pertentant cognoscuntque navigantes aquae altitudinem. ob quam causam etiam ait Verrius secundam syllabam per o solere scribi. mihi id falsum videtur: nam est illa percunctatio, quod is, qui curiose quid interrogat † percunctarisit † (per cuncta visit *ed. princ.,* per cunctas res it *Aug.*), ut recte per u litteram scribatur. -cont- *praebet cod. P saec. V* PALLAD. (*bis*), -cunct- *cod. P* LIV. (*ter*). *cf. p. 1220, 1 sqq. legitur inde a* RHET. Her., CIC., *in oratione prosa tantum.* [*de* TERT. nat. 2, 13, 17 *v. p. 1223, 29.*]

i. q. actio percontandi (*disting.* interrogatio *l. 60. p. 1219, 7 sqq.*, rogatio *p. 1219, 1; percontantur animalia l. 54; res quaesita indicatur oratione obliqua l. 45. 48. 70. p. 1219, 16, cf. l. 63*): **1** *generatim*: RHET. Her. 2, 9, 13 *utemur* -e, scirentne ... adversarii id scriptum fuisse in lege. CIC. de orat. 2, 327 (*de Ter. Andr. 51 sqq.*) quam longa est narratio! mores adulescentis ... et servilis -o (*quae fit a Sosia liberto*). Brut. 218 sermo ductus ⟨est⟩ a -e fili, quid in senatu esset actum. Tim. 2 primum ... tempus salutationis in -e consumpsimus. CAES. Gall. 1, 39, 1 ex -e nostrorum vocibusque Gallorum ... timor omnem exercitum occupavit. 5, 13, 4 (*interpol.?*) nos nihil ... -bus reperiebamus. LIV. 21, 19, 1 (*legatus Carthaginienses rogat, utrum bellum an pacem sumere velint*) haec derecta -o ... ex dignitate populi Romani visa est. 40, 47, 7 ad hanc -em *legati* Gracchus ... respondit *eqs.* PLIN. nat. 11, 110 *formicarum* diligens cum obviis quaedam conlocutio atque -o. TAC. dial. 1, 2 -i tuae respondere ... vix ... auderem (*syn.* quaestionis). APVL. apol. 42, 6 de eventu Mithridatici belli magica -e *consultare.* SYMM. epist. 2, 5 -em vestram scriptione praevertimus. 5, 78 respondeo -i tuae ex amore venienti. PALLAD. c. Ambr. fol. 338^{r}, 49 veloci -e *quaerere* (*cf.* fol. 339^{v}, 31 ad -em tuam, qua quaesisti, si *eqs.*). HIER. adv. Rufin. 3, 14 ut interrogatione stulta veram -em extenues. AVG. c. acad. 2, 5, 13 ut illud, quod deest non tam -i quam ipsi percontanti, de differentia novae ac veteris Academiae ne te pigeat exponere. BOETH. divis. p. 880^{B} (*agitur de genere et differentia*) differentia *est,* quae ad 'qualis' -em ... respondetur (*prius*: interroganti). VITAE patr. Iurens. 49 -e cautissima *reperire. al.*

2 *speciatim*: **a** *de inquisitione testium, reorum sim.*: CIC. Cluent. 184 *dictum servi* non -e quaesitum, sed dolore expressum. LIV. 23, 38, 5 cum ... litterae *interceptae* legatique *captivi* Romam venissent et -e facta dicta cum scriptis congruerent. 27, 43, 5 ex captivis -o facta *est.* 45, 8, 1 -o fuit (*sc. Philippi capti*), qua subactus iniuria ... bellum ... suscepisset. QVINT. inst. 5, 7, 11 *testes voluntarii* domi ante versandi, variis -bus ... explorandi sunt. 5, 7, 27 altius et, unde nihil suspecti sit, repetita -e *aliquid extorquere.* TAC. ann. 15, 58, 3 Neronis ac Tigellini saevas -es, *sc. in coniuratos.* GREG. M. past. 2, 10 p. 45^{B} cordis duritia *subditorum* vel studiosis -bus *rectoris* vel maturis correptionibus scinditur. **b** *in sermone*

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rhet. et gramm.: CIC. de orat. 3, 203 (*figuras rhetoricas enumerat*) rogatio atque huic finitima quasi -o expositioque sententiae suae (*inde* QVINT. inst. 9, 1, 29). SCHEM. dian. l. 81 -o est, quae alterius personae responsum non admittit (*sim.* CASSIOD. in psalm. 49, 16 l. 340). l. 132 *πύσμα* est -o, ubi tantum una voce vel a negante vel a confitente respondetur (*cf.* GLOSS. -o: *πύσμα. ad rem v. Schindel, Glotta 52, 1974, 103 sq.*). l. 232 interrogatio noscendi ⟨scema⟩ est ..., -o arguendi, non sciscitandi, sed instandi (*cf. p. 1222, 73*). DON. Ter. Andr. 800 interrogatio est, cui necessario respondetur aut 'etiam' aut 'non', -o, cui nihil horum, ut si quis dicat: 'ubi habitabat Chrysis?' (*sim. disting.* interrogatio: AVG. doctr. christ. 3, 11 sq. [*inde* ISID. diff. 1, 432]. EVGRAPH. Ter. Andr. 800 Eun. 293. *item disting. πύσμα et ἐρώτημα, e. g. Stoic. vet. frg. II n. 186*). RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 11, 3 *Aggaeum* introduxisse -is imaginem (*gr. brevius. sim. de modo dicendi scripturae*: AVG. doctr. christ. 4, 42. IVLIAN. in psalm. 9, 22ª vox -is est, non querelae. GREG. M. moral. 29, 43 in -e [*opp.* aperte]. *cf.* CASSIOD. *infra*). EVGRAPH. Ter. Andr. 796 haec scaena -em tenet, ubi Chrysis habitet. CASSIOD. in psalm. 4, 7 l. 192 haec figura dicitur graece peusis, latine autem -o, ubi et interrogatio fit et responsio parata subsequitur (*sim.* 8, 5 l. 135. 113, 5 l. 80).

percontātīvus (-cunct-), -a, -um. *a* percontari. *scribitur in codd. et* -cont- *et* -cunct-; *cf. p. 1220, 1 et 1227, 14.* *t. t. gramm. i. q. vi percontandi praeditus*: VICTORIN. gramm. VI 199, 19 addunt quidam -um *modum verborum* (199, 23 -us ut 'legisne'. DIOM. gramm. I 338, 9 MART. CAP. 3, 310. *cf.* DON. Ter. Andr. 875, 3 'ain' -um verbum est). GRAMM. VI 273, 12 dicti ... chria in tres species dividitur: ... praepositiva ..., -a, ut '... Cato interrogatus ...', refutativa (*cf.* PRISC. rhet. 2, 8 p. 553, 8 *usus* alii ... sunt indicativi, alii interrogativi, ⟨alii -i⟩ [*add. Christ sec. gr. πυσματικαί*]).

adv. **percontātīvē.** *i. q. modo percontativo*: PORPH. Hor. sat. 2, 7, 104 -e legendum *est enuntiatum.* DON. Ter. Hec. 570 quasi cum gemitu et -e pronuntiandum *est* (*syn.* interrogative). 643 totum -e potius. Phorm. 57 pronuntiative magis quam -e efferendum est.

percontātor (-cunct-), -ōris *m.* *a* percontari. *scribitur in codd. et* -cont- (*ita P saec. VI/VII* AVG. bon. coniug. 22, 27) *et* -cunt-; *cf. p. 1220, 1.* GLOSS. *πευστής.* interrogator. [*e coni. falsa* DON. Ter. Ad. 650 -em (*Wessner*; per contrarium *codd. plerique,* extrarius *K, unde* extrarium *Zwierlein, Terenzkomm. des Donat, 1970, 56*).]

i. qui percontatur: **1** *interrogando* (*plerumque de interrogatore molesto*): PLAVT. Men. 930 (*ad medicum sciscitantem*) te Iuppiter dique omnes, -r, perduint. HOR. epist. 1, 18, 69 -em fugito; nam garrulus idem est. AVG. bon. coniug. 22, 27 p. 223, 17 femina innupta ... cum audierit imprudentem illum -em dicentem: 'tu ergo melior quam Sarra?' (*syn. p. 223, 3* interrogatori). epist. 118, 10 quisquam ... tanto ... odiosior quanto ... ineptior -r (ord. 1, 4, 11 potest ... odiosus -r pergere quaerere. 1, 5, 12). VITA Hil. Arel. 6 l. 18 illum euangelicum -em (*sc. adulescentem divitem Matth. 19, 16 sqq.*). PETR. CHRYS. serm. 142, 8 Maria interrogat (*sc. Luc. 1, 34*) ...; cur solus Zacharias velut querulus -r incurrit (*sc. Luc. 1, 18*). PAVL. Faust. Rei. epist. 4 p. 181, 18 -r accedo *ad te.* **2** *librum perscrutando*: IVLIAN. in Ioel praef. cum ad haec prophetica ... audax ... -r accederem.

f. **percontātrīx,** -īcis. *i. quae percontatur*: DON. Ter. Hec. 177 ad molestam -em *dictum est.*

[perconterreo *v.* percontineo.**]**

percontestor, -ātus sum, -ārī. *a* per *et* contestari. *i. q. (graviter) monere*: GREG. M. epist. 1, 42 l. 190 -are eum *heredem,* ut ... *hereditatem accipere* ulterius non praesumat.

percontineo, -uī, -ēre. *a* per *et* continere. *i. q. in sua potestate firmiter tenere*: VET. LAT. IV Esdr. 11, 32 hoc ... caput *aquilae* -uit omnem terram et dominavit, qui inhabitant in ea (-tenuit, perterruit *var. ll.*, perconterruit *ed. Clem.*).

ᴮpercontor (-cunt-, -cunct-), -ātus sum, -ārī *et* perconto (-cuncto), -āvī, -ātum, -āre. **[***haud temere docti et antiquae (v. l. 70 sqq. p. 1218, 33) et nostrae aetatis suspicantur* percontantem *primo fuisse nautam* conto *vel κοντῷ fundum aquarum scrutantem; cf. e. g. Herodot. 2, 136, 4. 4, 195, 3. vocem* contus *plerique e κοντός mutuatam putant, sed fortasse etiam lingua lat. servaverat radicem* *k̂ent (*κεντέω, v. Hamp, Münch. Stud. zur Sprachwiss. 43, 1984, 47*); *itaque non constat, utrum verbum nostrum ex* per *et* contus *an e. g. ex* per *et* conto(r) *formatum sit. postea* perconto(r) (*an* -cunto(r)*?*) *veriloquio vulgari sec.* cuncti *vel* cunctor *abiit in* percunctor. *cf. Sommer-Pfister, Hdb. I⁴ 1977, 189 sq. Fo.***]** *de origine et scriptura* (*cf. p. 1218, 33. 1223, 36*): NON. p. 63, 13 est proprietas verbi ab eo tracta, quod vada in fluminibus contis exquirunt. DON. Ter. Hec. 77, 2 et 'percontatum' scribitur et 'percunctatum'; si 'percontatum' a conto *dicitur,* quo nautae utuntur ad ⟨exploranda⟩ navibus opportuna; si vero 'percunctatum', ab eo, quod a cunctis perquiratur. *codd. antiquissimi praebent*: -cont-: PLAVT. *A* (*14ies*, -cunt- *bis*, -cunct- *ter*). TER. *A* (*sexies,* -cunct- Phorm. 462). FRONTO *A* (*quater*). VLP. dig. 40, 7, 6, 7 *F.* LACT. ira 7, 1 *B* (-cunct- *B³*). PALLAD. *P* (*semel, cf. p. 1218, 38*). AVG. civ. 16, 37 p. 185, 3 *V.* SVLP. SEV. *V* (*bis,* -cunct- *semel*). CONC.ˢ I 5 p. 255, 26 *V.* MAX. TAVR. 48, 1 *S*; -cunct-: *v. supra, adde* CIC. Verr. II 3, 183 *V.* LIV. *P* (*18ies, cf. p. 1218, 39*). *V* (*ter*). *variant etiam codd. med. aevi, e. g.* TAC. *M primus* (-cunct- *ter,* -cont- ann. 4, 17, 2). *M alter* (-cunct- *decies,* -cont- ann. 11, 2, 2). AMM. *V* (-cont- *sexies*, -cunct- *quinquies*). NOT. Tir. 47, 34 -atur (*antecedit* cunctus). *de genere et formis*: AVG. gramm. V 513, 41 (*inter* communia verba ..., quae numquam deponunt r litteram [*inter* verba communia *etiam* Ps. ASPER gramm. suppl. 51, 5. *al.*]). PRISC. gramm. II 396, 16 multa similiter ancipiti terminatione in una eademque significatione protulerunt antiqui, ut ... -o et -or. *act.* (*praeter part. praes., gerund., sup.* [*v. sub IA3*]): NAEV. *ter* (*v. l. 46 infra. p. 1222, 8. 49*). NOVIVS Atell. 53/4. APVL. met. 11, 19, 3 (*saepius depon. apud eundem*). IVVENC. 3, 648. HIER. epist. 29, 7, 1 (*depon.* 96, 8, 5). Ps. AVG. un. trin. p. 1207. VEN. FORT. carm. 5, 8b, 7 (*depon.* 7, 20, 6). VITA Roman. rec. (BHL 7306) 5 (*depon. ibid.* 10). GLOSS. *pass.* (*praeter gerundivum*): GELL. 16, 6, 11. APVL. met. 1, 24, 4 (*p. p. p. ut* IVVENC. 3, 679 AVG. c. acad. 1, 6, 17. *al.*). Ps. AVG. serm. Wien. Stud. 50, 1932 p. 133, 5 GREG. M. moral. 2, 6. 3, 25 VITAE patr. Iurens. 76. *inf.* -ier *undecies apud* PLAVT., *semel apud* TER., *fere in fine versus* (-i PLAVT. *septies,* TER. *bis, non in fine versus*). *de notione*: NON. p. 44, 13 diligenter inquirere. CHAR. *v. p. 1223, 36.* DOSITH. gramm. 71, 13 *πυνθάνομαι* -or. 71, 14 *ἐξετάζω* -or. SYNON. Cic. p. 420, 1 consulit. quaerit. inquirit. -atur. sciscitatur. interrogat. p. 420, 12 contemplatus. -tus. examinatus. rimatus. scrutatus. GLOSS. *πολυπραγμονῶ.* -atur: *πυνθάνεται, φιλοπευστεῖ.* perquirit, interrogat. -are: interrogare vel requirere. *al. legitur in versibus apud* NAEV., PLAVT. (*39ies*), TER. (*octies*), NOVIVM, HOR. (*septies in* sat., epist.), PROP. (*semel*), IVVENC. (*ter*), AVSON. (*semel*), VEN. FORT. (*bis*); *in oratione soluta inde a* CATONE (*? v. p. 1221, 71*), TITIO, RHET. Her., CIC. (*25ies*), *frequentant* LIV. (*54ies*), CVRT. (*13ies*), TAC. (*15ies*), APVL. (*25ies*). [*sard.* percontare; *hisp.* preguntar; *port.* perguntar. *cf. M.-L. 6400. Wagner II 245sq. Corominas² IV 635. Machado³ IV 340. St.*]

I *notione primaria, i. q. perscrutando quaerere, examinare* (*cf. p. 1219, 71*): **A** *examinatio fit interrogando. spectat ad interrogationem testium, reorum sim. e. g.* PLAVT. Most. 963 LIV. 3, 48, 4. 6, 13, 8. 26, 15, 3. 39, 49, 12 TAC. hist. 4, 49, 4 ann. 2, 40, 3 APVL. apol. 48, 5. 54, 4, *iuris consulti p. 1222, 65, oraculi l. 62. syn. vel iuxtapos. potiora*: interrogare *l. 58 sq. p. 1222, 18. 54. 1223, 4. al.* (*distincte p. 1222, 37. 73*), rogare *p. 1222, 51*, rogitare *p. 1221, 74. 1222, 16. 1223, 5*, quaerere *p. 1221, 42. 53. 63. 1222, 5. al.* (*distincte p. 1222, 64*), exquirere *p. 1221, 60.* HIST. AVG. Heliog. 11, 2. *al.*, mirari LIV. 22, 22, 12. 45, 28, 7 AVG. civ. 16, 37 p. 185, 3 Ps. MAX. TAVR. serm. 46 p. 627ᴬ.

1 *indicatur persona, quae interrogatur* (*res l. 71. p. 1221, 32. al., animus l. 50. 56; reflexive l. 64. p. 1221, 4*): **a** *per acc.*: **α** *solum*: NAEV. frg. Corp. Christ. 133D p. 113 l. 363 quid illa dicet, cum te -bimus? PLAVT. Epid. 24 te volo -ari. Persa 599 -ari hanc paucis hic volt. Rud. 309 quos -er commode eccos video astare (*sim.* TER. Andr. 800). *al.* TER. Eun. 294 quem -er ..., incertus sum (SCHOL. Bemb.: interrogem). HOR. sat. 1, 10, 25 te ipsum -or. LIV. 5, 32, 8 cum *M. Furius* ... -tus animos eorum *clientium* responsum tulisset *eqs.* (PASS. Saturn. Dat. 16, 3 *adversarius domini Christianorum* a. -atur [*postea syn.* interrogatione propulsat]). 22, 55, 4 equites ... mittendos, qui obvios -ando ... referant *eqs.* (LACT. ira 7, 1). 39, 34, 5. 39, 34, 6 ut eos senatus -ari posset (*cf. Polyb. 22, 14, 2 πύθηται*). SEN. dial. 9, 14, 10 animus aeternitate dignus, qui ... *moriens* exeuntem animam -atur ... *et* aliquid etiam ex ipsa morte discit. PLIN. nat. 8, 44 quos *homines* -ando ... volumina ... de animalibus condidit *Aristoteles.* QVINT. inst. 2, 2, 6 non interrogantes *discipulos* -etur ultro *praeceptor.* TAC. hist. 2, 53, 2 divisis per itinera, qui recentissimum quemque -rentur, interrogatus Othonis libertus ... respondit. 3, 54, 2 quos omnis *exploratores* Vitellius secreto -tus interfici iussit. 4, 49, 4. ann. 11, 31, 1. FRONTO p. 232, 16 *Iuppiter* deos alios. APVL. met. 4, 32, 5 pater ... dei Milesii ... -atur oraculum. AVG. c. acad. 1, 6, 17 tuo iussu -tus ... citissime ... respondit. Ps. AVG. un. trin. p. 1207 cum me ... cura fecisset exsomnem, his me interrogationibus -vi. PASS. Theclae B a 19 p. 48, 8 ianitorem (B c 19 p. 48, 21; *C* interrogatur, *A* quaesiere; *gr. ἀνήτασαν*). *al.*

β *additur res, de qua interrogatur*: ① *per alterum acc.* (*suppl. ex enunt. relat. l. 73*): PLAVT. Aul. 210 quod te -bor. Mil. 292 medicum istuc ... meliust -ier. Pseud. 462 sunt quae te volumus -ari (*cf.* LIV. 39, 12, 1 eam *libertinam* ... esse quae -ari vellet *consul.* 39, 49, 12). HOR. epist. 1, 20, 26 (*ad librum*) meum siquis te -bitur aevum. CVRT. 5, 11, 7 Dareus ... -ari Patrona causam consilii ... coepit. 9, 2, 2 *Alexander* -tus ... Phegea *regem,* quae noscenda erant.

② *per enunt.*: Ⓐ *interrog. obliquam* (*c. indic. p. 1221, 12; nota prolepsin accusativi p. 1221, 14; v. et p. 1221, 29*): PLAVT. Asin. 343 me[me]

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

infit -ier, ecquem filium Stratonis noverim (Stich. 366 Liv. 39, 11, 4. Svet. Aug. 99, 1 amicos -tus, ecquid iis videretur *eqs.*). Capt. 917 *parasitus* cocum -batur, possentne seriae fervescere (*item c.* -ne: Cic. fin. 2, 118 -are ipse te, perpetuisne malis voluptatibus perfruens ... degere ..., an *eqs.* Liv. 21, 18, 1. 23, 47, 1 Ivst. 12, 15, 5). Cael. Cic. fam. 8, 7, 2 singulos -ari, cum qua sit aliqui deprensus (Liv. 3, 48, 4 quid hoc rei sit. 7, 14, 2. *al.; verbo omisso* Liv. 9, 3, 11 cum ... principes -ando exsequerentur, quid, si *eqs.* [*cf. vol. V 2, 1853, 41 sqq.*]). Hor. sat. 1, 2, 7 hunc si -eris, avi cur ... ingrata stringat ... ingluvie rem (Liv. 27, 19, 9 Tac. ann. 11, 2, 2). epist. 1, 18, 96 leges et -bere doctos, qua ratione queas traducere leniter aevum (Gell. 20, 6, 1. *cf.* Val. Max. 8, 14 ext. 4 quonam modo. Clavd. Mam. anim. 3, 4 p. 160, 6 quo modo ... mundus ... localis est. *al.*). Liv. 22, 13, 7 ducem -atur *Hannibal,* ubi terrarum esset (Epist. Alex. p. 198, 9 quos *homines* cum dulcem aquam -remur ... ubi inveniri posset). 36, 33, 1 Philippus ... consulem ... -tus, si ... vellet *eqs.* 37, 17, 10 Rhodios cum *Aemilius* -tus esset, ⌞an⌟ Pataris universa classis in portu stare posset ([⌞ ⌟ *M. Müller,* utrum nam *codd.,* num *Weissenborn*]. Val. Max. 5, 1 ext. 3 Cvrt. 9, 2, 5 Tac. ann. 3, 18, 3. *al.; cf.* utrum ... an: Avg. conf. 6, 6, 9. Conc.^{S} I 5 p. 255, 26 [*gr. I 1, 6 p. 113, 20 ἐπυθόμην ἄν, altera versio p. 145, 35* consulerem]). *al.* Ⓑ *orat. rectam*: Plavt. Stich. 370 alius alium -amur: 'quoiast navis?' Boeth. in Porph. comm. pr. 1, 11 p. 31, 13 me Fabius ita -tus: 'quid est', inquit, *'eqs.'*

Ⓘⅈ *per praepos.* de: Cic. rep. 6, 9 ego illum de suo regno, ille me de nostra re publica -tus est. Liv. 40, 21, 3 *Philippus* -tus regionis peritos de ascensu Haemi. Val. Max. 3, 7, 1c. Gell. 16, 6, 11 quaere, inquit *grammaticus,* ea potius, quae e grammatico quaerenda sunt; nam de ovium dentibus opiliones -antur (*sed cf. deponens* Macr. Sat. 6, 9, 3 de ovium dentibus opiliones -ator ...; sed te -or *eqs.*). Ivst. 19, 2, 10. Greg. M. dial. 3, 15, 9 de hoc peccato cur me -aris, an grave sit? *al.*

b *per praepos.* (*sc.* ex *apud* Plavt., Cic., Arnob., ab *apud* Rhet. Her., Varronem, Apvl. *al.*, de Apvl. met. 1, 21, 2. 9, 23, 3): α *non indicatur, de qua re*: Plavt. Persa 499 quid istae *tabellae* narrant? :: -are ex ipsis; ipsae tibi narrabunt. Rud. 120 paucis -ier volo ego ex te. Cic. ac. 2, 2 *consumere* iter ... in -ando a peritis.

β *additur res (persona l. 37. 52), de qua interrogatur*: Ⓘ *per acc.* (*suppl. ex enunt. relat. l. 38*): Plavt. Amph. 710 qui istuc in mente⟨m⟩ est tibi ex me ... -ier? (Bacch. 189). Asin. 502 si esses -tus me ex aliis. Persa 592 te ex puella ... -ari volo, quae ad rem referunt. 611. 619 ex te -bimur ... patriam tuam. Cic. div. 2, 76 solebat ex me Deiotarus -ari nostri augurii disciplinam, ego ex illo sui. Apvl. apol. 54, 4 sic accusas, ut omnia a reo -ere. Arnob. nat. 2, 24 ex eo *homine* -are ... aliquid (*syn.* quaerito). Rvfin. Greg. Naz. orat. 7, 4, 1 a medicis initia morbi sciscitatur et causas aegritudinis -atur *aeger.* Ⓘⅈ *per enunt.*: Ⓐ *interrog. obliquam* (*cf. etiam l. 54*): Rhet. Her. 2, 15, 22 ab adversariis -bitur accusator, quid futurum sit, si *eqs.* (Cic. Verr. II 3, 183 ex his scribis. Varro rust. 3, 12, 1. Rvfin. hist. mon. 16, 1, 3 -atur ab eo, quidnam ... gestum sit [*gr. 16, 3 ἐπύθετο*]. Greg. Tvr. vit. patr. 8, 9). Cic. Brut. 172 ex anicula quadam, quanti aliquid venderet. Apvl. met. 9, 23, 3 uxor ... -atur de marito, cur *eqs.* flor. 18, 42. Rvfin. hist. mon. 16, 2, 3 (*gr. 16, 11 πυθομένου*). *al.* Ⓑ *orat. rectam*: Apvl. met. 1, 21, 2 de quadam anu caupona ... -or: 'estne', inquam, 'Hypata haec civitas?' Ⓘⅈⅈ *per praepos.* de (*iuxta acc. pron.* Arnob.): Cic. Att. 11, 10, 1 cum ... ex eo de me -retur. Arnob. nat. 7, 26 illud a vobis isto ipso quaerimus -amurque de thure, unde aut quo tempore *eqs.* Epist. pontif. 365 Silva-Tarouca Thess. p. 27, 13 indesinenter ... ab unoquoque ... -or de pace fratrum.

2 *indicatur sola res, de qua interrogatur*: **a** *per acc.* (*cf. p. 1222, 43. 46*): α *pron. sim.* (*hic illic suppl. ex enunt. relat.*): Plavt. Aul. 211 ne quid -eris, quod non lubeat proloqui. Men. 922 -bor alia. Most. 940 ad te quod nihil attinet (*cf.* Ter. Hec. 810 tua quod nil refert). Persa 601 quae velis (*cf.* Trin. 1077 cetera intus otiose -bor, quae volo). 606 -are, exquire quid vis. Trin. 881 si unum quidquid singillatim et placide -bere. Ter. Hec. 111 quae. Haut. 78 hoc. Cic. de orat. 1, 97 numquam mihi -anti aut quaerenti aliquid defuisti. 1, 100 nisi omnia, quae -ti erimus, explicaris. ac. 1, 2 Liv. 21, 18, 3. 31, 14, 8 *non initiatos* sermo prodidit absurde quaedam -antes. Cvrt. 6, 7, 25 -tus ... Alexander, quae noscenda erant. Apvl. flor. 21, 7 quippiam. Tert. orat. 13 p. 188, 26 id cum scrupulosius -rer et rationem requirerem. *al.* β *subst.*: Ter. Hec. 77 isse ... ad portum -tum adventum Pamphili (*cf. p. 1222, 21*). Liv. 26, 50, 2 Scipio -tus patriam parentesque *captivae* ... accepit *eqs.* 35, 19, 2 causam ... alienationis (Apvl. met. 1, 26, 4 causas ... peregrinationis. *al.*). Fest. p. 242 -tum patris familiae nomen ne quis servum mitteret, lege sanctum fuisse ait Cato (orat. 129). Tac. ann. 13, 54, 3 *Frisii principes theatrum visitantes* consessum caveae, discrimina ordinum, quis eques, ubi senatus, -antur (*syn.* rogitantes). Gell. 1, 19, 3 pretium (9, 4, 5. Apvl. met. 1, 24, 4 -to pretio). Apvl. met. 5, 7, 1. 11, 19, 3 sedulo -veram difficile religionis

obsequium. flor. 16 13 ante dicta. Symm. rel. 3, 7 templorum origines. Vitae patr. Iurens. 56 casus livoris et ulceris. γ *neutr. plur.* -ta, -anda *pro subst.*: Ivvenc. 3, 679 quaerentibus omnia vobis *dicam* ..., si nobis vestra vicissim -ta prius paucis sententia solvat (*item p. p. p.*: Mart. Cap. 3, 229 exponere -ta [*syn.* quae ... quaerebantur]). Symm. epist. 6, 53 ab hoc -anda discetis.

b *per enunt.*: α *interrog. obliquam* (*v. etiam l. 44. p. 1221, 73*): Naev. carm. frg. 23 blande et docte -at (*Dido? Latinus?*), Aenea quo pacto Troiam urbem liquerit (Hor. epist. 1, 8, 14. *cf.* Liv. 9, 24, 4 quonam modo [37, 10, 4 Val. Max. 5, 10 ext. 2]. Cels. 3, 6, 6 quemadmodum [Amm. 14, 6, 23]. Tac. ann. 2, 40, 3 quo modo. *al.*). Plavt. Bacch. 575 -ier, utrum aurum reddat anne *eqs.* (*item c.* utrum ... an: Liv. 38, 28, 5 Avg. civ. 22, 12 p. 590, 3. Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 233, 3 [*gr. I 1, 6 p. 151, 14 διαπυνθάνεται. Dionys. Exig. Conc.^{S} I 5 p. 295, 34* sciscitatur]). Capt. 459 -bor, ecquis hunc ... noverit (Cic. ac. 1, 2). Cas. 571 ⟨per⟩contarier, adsitne ei animus necne adsit (*syn.* rogitare. *per unum* -ne: Sall. hist. frg. 1, 34 ortus sermo -antibus utrimque, satin salve [*cf. infra l. 34*], quam grati ducibus ... agerent *eqs.* Liv. 30, 29, 3 [*inde Val. Max. 3, 7, 1c* interrogatos ..., an]. 32, 11, 4 Cvrt. 3, 2, 10. *al.*; -ne ... an: Clavd. Mam. anim. 2, 5 p. 116, 10). Merc. 622 quin -tu' s, hominis quae facies foret? (Persa 598 Liv. 1, 1, 7. *al.* Frontin. strat. 1, 1, 13. *al.*). Ter. Phorm. 462 -tum ibo ad portum, quoad se recipiat *frater* (*cf. p. 1221, 68*). Titivs or. frg. Macr. Sat. 3, 16, 15 ut *puer* comitium eat -tum, quid in foro gestum sit (Cic. leg. agr. 2, 94 Liv. 2, 28, 5. *al.* Cvrt. 8, 13, 13. *al.*). Hor. sat. 1, 6, 112 -or, quanti holus ac far (Plin. nat. 35, 88). epist. 1, 16, 1 ne -eris, fundus meus ... arvo pascat erum an bacis opulentet olivae (Liv. 27, 45, 12 Qvint. inst. 2, 11, 2 Tac. hist. 3, 77, 3. *in interrogatione simplici*: Fronto p. 117, 3 Apvl. apol. 51, 2. Amm. 18, 5, 1 armorum ... copiae ... an abunde suppetant, ... -ans. *al.*). Liv. 26, 15, 3 -andi ... potestatem fieri patribus, num communicassent *Campani* consilia cum aliquis sociorum (Cvrt. 9, 6, 5. *cf.* Cvrt. 5, 11, 4 numquid. Fronto p. 241, 24 numquidnam). 33, 35, 3 -tus *Philippum,* si consilium ... salutare admittere auribus posset. *al.* β *orat. rectam* (*accedit* ita *vel* sic *apud* Cic.): Cic. de orat. 2, 255 -atur ita: 'quanti addictus?' Cato 20 '...'; sic enim -antur. Liv. 6, 34, 8 -tus: 'satin salve?' (*nisi ad l. 17; cf. autem* Fronto p. 116, 11 quidnam ut facerem? 'satin salve' ut -rer?). Hier. epist. 96, 8, 5 magi ... -bantur: 'ubi est ...?' Avg. doctr. christ. 3, 12 -emur: 'quis qui condemnat' (*disting.* interrogemus. *cf. p. 1219, 7*). trin. 7, 4, 7 -antibus 'quid tria?' ... dicimus *eqs.* (*syn.* interroganti). *al.*

c *per praepos.* de (*iuxta acc.* Sall., Avson.): Cic. Flacc. 47 -anti de nomine Fufiano (*spectat ad debitum sim. ut* Att. 6, 7, 1 *ἀφελῶς* -ando ⟨de⟩ nominibus Milonis. *aliter* Clavd. Mam. anim. 1, 2 p. 24, 16 -or de nomine *libri*). Sall. Catil. 40, 2 -tus pauca de statu civitatis (Liv. 36, 42, 3 *praefectus classis* -tus de s. belli ... et ubi classis Romana esset ..., pergit navigare). Apvl. met. 8, 24, 4 de mansuetudine ... mea -atur anxie *emptor.* Avson. 407, 7 p. 224, 53 siquid de nobis -andum arbitraris. Rvfin. hist. 4, 8, 6 in quibus *litteris* de Christianis -batur *praeses.* Greg. M. moral. praef. 2.

3 *sine structuris*: **a** *formae variae*: Naev. frg. Corp. Christ. 133D p. 113 l. 362 accedamus, -emus. Plavt. Merc. 938 -tus non inveni. Most. 682 i, -are et roga. Novivs Atell. 53/4 si -assem, malum hoc me praeterisset. Cic. de orat. 1, 101 licet ... vestro arbitratu -emini (*sim.* Prop. 2, 22, 23). part. 47 est ... illa varietas in argumentando ..., cum interrogamus nosmet ipsos aut -amur aut imperamus aut optamus (*nisi ad 1a*). Sall. hist. frg. 4, 2 *scaphas* ad ostia ... -tum miserant (*item sup.*: Ivvenc. 4, 577 -tum multi accessere). Pavl. Fest. p. 41 Cvrt. 8, 14, 42. Plin. epist. 7, 27, 7 -tus *emptor* omnia docetur. Paneg. 5, 10, 5 cum is, qui omnia potest, quid sibi debeatur, interrogat, non curiose -atur, ut sciat, sed *eqs.* Conc.^{S} I 5 p. 145, 40 fortasse sine causa molestus sum et -or non necessario (*syn.* consulerem; *gr. I 1, 6 p. 113, 25 πεποίημαι ... τὴν πεῦσιν. altera versio p. 255, 32* interrogationes superflue facio). *al.* **b** *part. praes.* (*hic illic pro subst.*): Plavt. Asin. 26 (*interpol.?*) ut non audeam profecto, -anti quin promam omnia (*item dat. iuxta verbum respondendi*: Cic. de orat. 1, 159. 2, 287 quaerentibus et quasi -antibus lente respondere. fam. 5, 12, 5. 7, 16, 3 [*ad iuris consultum*] negant te -antibus respondere. Liv. 6, 13, 8. *al.* Vitr. 1, 1, 5. *al.*). Liv. 27, 50, 9. Cvrt. 5, 12, 20 *currus Darei capti tegebatur,* ne -antibus in agmine monstrari posset. Tac. ann. 6, 21, 2. Apvl. flor. 1, 5 haec *sacra* ... paucis -antibus adorata *sunt.* Porph. Hor. ars 5 'risum teneatis, amici?' -antis est haec vox. Boeth. anal. pr. 24b10 *propositio* dialectica *erit* ... -anti ... interrogatio contradictionis (*opp.* syllogizanti; *gr. πυνθανομένῳ*). *al.* **c** *inf.*: Plavt. Epid. 40 desiste -ier (Ter. Hec. 104). Most. 963 pergam porro -ier. Qvint. inst. 9, 2, 6 (*agit de figuris*) quid ... tam commune quam interrogare vel -ari? nam utroque utimur indifferenter, quamquam alterum noscendi, alterum arguendi gratia videtur adhiberi (*cf. p. 1219, 7*). Greg. M. moral. 16, 48. **d** *gerund.*: Cic.

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

de orat. 2, 2 *Crassum* doctoribus nostris ea ponere in -ando eaque ipsum ... tractare (APVL. apol. 48, 5 *iudicis* sollertiam ... in -ando). orat. 144 si monendo, si cohortando, si -ando *doceas* (*item abl. sine praepos.*: fin. 2, 2 *Socrates* -ando atque interrogando elicere solebat ... opiniones. LIV. 23, 38, 3 GELL. 2, 23, 20. AVSON. 12, 15 p. 324 dum rogitas, dum -ando moraris. *al.*). APVL. apol. 54, 6 facultas -andi ([*syn.* interrogare]. CHAR. gramm. p. 234, 8 *adverbia* -andi [p. 244, 11 DOSITH. gramm. 40, 13]. *al.*).

B *examinatio fit alio modo*: **1** *observando, contemplando* (*in imag.* ENNOD.): LIV. 29, 23, 1 cum speculis per omnia promunturia positis -antes *Carthaginienses* paventesque ad singulos nuntios sollicitam hiemem egissent. APVL. met. 11, 27, 6 (*Lucius sacratos Osiris observat quaerens eum, quem somnio viderat*) -bar singulos, ecqui ⌞vestigium similis⌟ ut somnium (⌞ ⌟ *i. pede simili*). RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 9, 3 montes collesque considerat *pastor*, ... fluenta fluminum -atur et perspicit loca (*cf. Migne gr. 35, 733*[A] *περιισχοποῦντα*). ENNOD. opusc. 4, 17 p. 387, 6 cum eum beatus Marius ... inspiceret et interioris decorem hominis absconditis -retur optutibus. **2** *legendo* (*quae praebent imag. interrogationis v. supra, sc. p. 1220, 71. 1221, 10. 32. al.*): VLP. dig. 40, 7, 6, 7 quod ... ad ... volumina rationum tradenda -andasque et examinandas rationes *attinet*. RVFIN. apol. Orig. praef. 2 p. 543[A] qui ... Graecorum saecularium libros ... -andi atque agnoscendi studio decurrunt. VEN. FORT. carm. 5, 8b, 7 quae *carmina* cum -are queam. **3** *cogitando, deliberando* (*cf. l. 32. p. 1220, 55. 1221, 4*): PS. CHRYSOST. hom. 33 l. 35 necessarium ... est ... -ari causam, pro qua ... salvator ... huiusmodi parabolas ad Iudaeos aptaverit.

II *notiones secundariae*: **A** *fere i. q. inquirere vel inquirendo, examinando invenire*: APVL. met. 1, 24, 2 balneas facile -bimur (*sc. alios de situ interrogantes ut*: VITA Roman. rec. [BHL 7306] 5 -bis locum castri). TERT. nat. 2, 13, 17 operam eius *fugitivi* percon⟨tandi alioru⟩m abusui nundinare (*suppl. Borleffs*; percon⟨tationi alienae⟩ *Oehler perperam*). PS. MAR. VICTORIN. ad Iust. 1 cum unum principium esse sanctae mentis intentio -atur (*sc. cogitando sim. ut*: 6 quod ingenitum -aris, promis abolefieri. 15 recte in creaturis ista -or, ut quae creata sunt aliud ex se quam ipsa sunt non emittant). NOVELL. Iust. 90, 4 pr. testationes (*gr. ἐνέτυχε ταῖς μαρτυρίαις*). **B** *fere i. q. cunctari* (*sec. veriloquium falsum*): CHAR. gramm. p. 465, 26 percunctor *ἐξετάζω διαπορῶ* (*ibid.* l. 24 percontor *πυνθάνομαι, ut duo verba distingui videantur*). GLOSS. II 464, 51 *ὑπερτίθημι*: differo, procrastino, cunctor, percunctor, prolato, protelo, distulero.

deriv.: percontatio, percontativus, percontator (-trix). *cf.* 2. conto.

Hajdú.

percontumāx, -ācis *adi.* *a* per *et* contumax. *i. q. valde contumax*: TER. Hec. 504 -x redisti huc nobis, Pamphile! (*496 de eodem*: quae haec est pertinacia? SCHOL. Ter. p. 145, 30 valde superbus).

percooperio, -uī, -īre. *a* per *et* cooperire. [-uerit *legebatur olim* LEX Sal. Merov. 41, 4 *pro* supercop- *vel* coop-.] *i. q. penitus operire*: GROM. p. 307, 5 quam maxime sub terra ... palos -uimus. VET. LAT. I Macc. 2, 14 (Lucif. non parc. 12 l. 50) -uerunt se ciliciis et luctum habuerunt valde (*gr. περιεβάλοντο σάκκους, rec. L et V* op-, *rec. B* coop-). ANTIDOT. Brux. 2 omnia loca cum testibus -is. ORIBAS. syn. 7, 20, 4 La p. 153 donec -ias arteriam (*gr. ἄχρις ἂν ἐπιτραφῇ τῷ ἀγγείῳ σάρξ*).

percōpiōsus, -a, -um. *a* per *et* copiosus. *i. q. valde copiosus*: PLIN. epist. 9, 31, 1 in quibus *locis libri tui* ... -us fuisti; quam multa, quam varia ... dixisti! (*spectat ad genus dicendi ut*: SIDON. epist. 1, 1, 4 volumina ... -is scaturrientia sermocinationibus). SIDON. epist. 5, 10, 1 debetur ab eo -us litteris honor.

adv. **percōpiōsē.** *i. q. valde copiose*: SIDON. epist. 4, 7, 3 -e me officii votivi compotem fecit.

Thome.

⁂percoquo, -xī, -ctum, -ere. *a* per *et* coquere. *scribitur* percoc- CATO agr. 84 PLIN. nat. 31, 5. 36. DIOSC. 5, 97 p. 203, 10 (-cog- *cod. P* [*item* 5, 98 p. 204, 4]). *al.*, perquoqu- LVCR. 6, 858 (perquocc- *cod. O*, percoqu- *cod. Q*). PLIN. epist. 5, 6, 8 (*var. l.*). ARNOB. nat. 7, 29. EVTYCH. gramm. V 468, 28 *enumerat inter composita verbi* coquere. *legitur singulis vel binis locis apud* PLAVT., CIC., LABER., OV., VITR. *al., ter vel quater apud* CATONEM, LVCR., SEN. *philos., saepius apud* COLVM. (*6*[ies]), PLIN. nat. (*17*[ies]), MARCELL. med., DIOSC., APIC. [*confunditur cum* decoquere OV. rem. 83 PLIN. epist. 5, 6, 8; *coni. pro* percipere SEN. nat. 5, 18, 3, praecipere COLVM. 11, 2, 69 (*Schneider,* praecoqu- *var. l.*). PLIN. nat. 14, 81 (*v. vol. X 2, 509, 59 sqq.*).]

2 *-unt res* (*v. et p. 1230, 70; pendet acc. passim, praepos.* ad *l. 58. 60. 68 sq.,* in *l. 54 sq., absolute ponitur plerumque sub aβ et l. 74*): **a** *variae*: **α** *quae continuantur, durant*: CVRT. 4, 7, 17 caeli ... mira temperies ... omnes anni partes pari salubritate -it. RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 101, 11 *historica* expositio eadem, quae in superioribus, -it etiam in praesenti loco, donec *eqs.* in num. 9, 7 p. 64, 12 hoc ... modo in omnibus scripturis triplicis huius sacramenti ratio -it. CONSVLT. Zacch. 2, 14 p. 78, 7 ordo nunc haereses pergat in ceteras, et cunctarum *haeresium* vulgationem series coepta -at. Ps. AMBR. act. Seb. 10, 31 usque ad vesperam -ente ieiunio (PASS. Paul. 19). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 232, 3 -it haec macula *anathematis* et ad sanctos patres nostros (*cf. Conc.[S] IV 1, 3 p. 87, 6* perveniet ... macula etiam ad *eqs.*). COD. Iust. 4, 1, 12, 2 lis suo Marte -at. MART. BRAC. pasch. 6 l. 94 hoc ... -ere ⌞sibi⌟ per singulos annos non potest, ut *illo die semper luna plena et dies dominica sit* (⌞ ⌟ *cf. Dahlén, Remarques syntaxiques, 1977, 21*). *al.* **β** *quae transeunt, pereunt sim.*: AVG. conf. 11, 6, 8 *creatura*, cuius motibus temporalibus temporaliter vox illa -ret (*antea: si* verbis sonantibus et praetereuntibus dixisti). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 62, 3 immodico ... tempore -ente (*gr. I 1, 3 p. 38, 16 χρόνου δὲ τριβέντος, Conc.[S] I 5 p. 369, 8* tempore exacto). GREG. M. moral. 8, 86 (*syn.* transit). 9, 92 ad terminum citius mortalis vita -at (11, 42 ad finem [*seq.* pertransit]. *al.*). 16, 55 *in aeternitate* neque exspectatur, quod veniet, neque -it, quod debeat recordari. 21, 8 -it *iniquorum felicitas* (*opp.* quae iniquis permanent). **γ** *quae ad effectum perveniunt vel ducunt sim.*: PASS. Peregr. Autiss. (BHL 6623) 1 ut aut diis sacrificia debita ... solverent *Christiani* aut ... ultio in eos decreta -ret. EXPLAN. in Don. l. 213 *ars rhetorica* et historiae ⌞partem aliquam -it⌟ permovendisque sensibus exordi et

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

consummationis officium ⟨praestat⟩ locis communibus (*i. partem peragit, nisi fallimur*).

b *in arte metrica pes vel metrum -it versum, sc. varios locos ex ordine obtinens*: Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 106, 28 monometrum brachycatalectum -ens octo ⌞canonas⌟ (⌞⌟ *i. schemata metrica*]. 106, 31 cum suum ceterosque c. tam per monometrum quam per dimetrum singula metra -cucurrerunt). Diom. gramm. I 496, 22 *versus* de quinque pedibus habens unum spondeum varie quinque regiones -entem (496, 26 dactylum identidem in vicem q. r. -entem [*cf. p. 496, 30 sq.* dactylos promiscue per q. r. variatos]. 496, 36).

c *in arte arithm. numerus minor -it maiorem, sc. multiplicatione*: Boeth. arithm. 1, 17 p. 35, 23 (*de numero XXXV*) per quinarium ... eum mensura *numeri VII* -et.

II *de eis, qui instrumentum sim. peragunt per aliquam rem, sc. movendo, ducendo vel illinendo* (*c. acc. praeter l. 19, ubi accedit praepos.* supera; *accedit abl. instr. passim, praepos.* de *l. 31, adv. l. 28. 37, abl. modi l. 26. 32; arcuimus locutiones* oculo, mente -ere *sim., v. p. 1231, 44. 58. 70. al.; subi. est res l. 34*): **A** *canendo calamo, cithara*: Lvcr. 4, 588 *Pan* unco ... labro calamos -it hiantis (5, 1407 supera calamos u. -ere l.). Ov. am. 2, 4, 27 querulas habili -it pollice chordas (Homer. 883). Qvint. inst. 1, 12, 3 *citharoedi* alios nervos dextra -unt, alios laeva trahunt, continent, praebent. **B** *texendo*: Verg. georg. 1, 294 (= Aen. 7, 14) arguto ... -it pectine telas (Ov. fast. 3, 819 radio. Avson. Mos. 398 [*in imagine*] subtemine. Clavd. 1, 225 Ilia -ens ... sub gurgite telas). Ov. met. 4, 275 radio ... stamina telae. **C** *medendo, fovendo, tangendo*: Mart. 3, 82, 13 -it agili corpus arte tractatrix manumque ... spargit omnibus membris (*sc. manu ut* Pavl. Petric. Mart. 3, 321 *attrectando* -unt stamina telae). Ser. med. 83 acido Baccho miscebis farra lupini atque hinc in calido -es membra lavacro. Nemes. cyn. 295 toros manibus -ere equorum. Marcell. med. 8, 170 digitis ... -ens et pertractans oculum (Vitae patr. 6, 3, 12 d. suo tetigit labia mea tamquam si medicus de sputo oculum -at). Alc. Avit. carm. 3, 403 (*respicitur in imagine Luc. 10, 33 sqq.*) *si* medico -at vulnera fotu gratia *dei.* **D** *vario modo*: Plin. nat 13, 82 *papyrus* malleo tenuatur et glutino -itur. 19, 160 *menta* mensas odore -it in rusticis dapibus. Val. Fl. 6, 63 *dux barbarus* triplici -ens tempora nodo demittit ... a vertice vittas. Pallad. 1, 40, 2 *maltham* iuncturis adline et cautere cuncta -e. Prvd. perist. 9, 15 stilis, unde (*i. quibus*) ... soliti -ere ceras ... *verba magistri* scripserant *pueri.*

deriv.: percursio, percurso. *Wenaweser.*

percursātio, -ōnis *f.* *a* percursare. *i. q. actio percursandi, peragratio*: Cic. Phil. 2, 62 Italiae rursus -o eadem comite mima (*sc. Antonii; de priore itinere v. p. 1182, 13*). 2, 100 o praeclaram illam -em tuam mense Aprili atque Maio (*antea*: peragratis ... coloniis, *postea*: peregrinatio).

percursio, -ōnis *f.* *a* percurrere. Non. p. 161, 20 -em ([*affert* Cic. Tusc. *sine explicatione*]. *inde* Gloss. V 646, 25 -e⟨m⟩: excursum). [*confunditur in codd. saepius cum* percussio; *coniecturas quasdam dubias v. apud Böhm, Glotta 55, 1977, 253 sqq.*]

i. q. actio percurrendi: **1** *t. t. rhet. de figura, qua aliquid breviter tractatur, i. q. ἐπιτροχασμός* (*v. Lausberg, Handbuch der lit. Rhetorik § 229*): Cic. de orat. 3, 202 huic *commorationi* contraria saepe -o est et ... concisa brevitas *eqs.* Aqvila rhet. 6 p. 24, 16 *ἐπιτροχασμός,* -o: ... haec *figura* distantia plura inter se percurrens velocitate ipsa circumponit (*disting.*: coacervatione. *sim. explicatur*: Carm. de fig. 61 *διέξοδος*: fit -o, percurro cum singula raptim). Avg. catech. rud. 3, 2 cetera ... celeri -e inserendo contexere (*opp.* immorando ... expandere *mirabiliora*). Mart. Cap. 6, 643 non alienum est ... *insulas* nobiles commonere; neque enim morosa debet esse -o (*seq. enumeratio; fortasse ludit cum notione locali, cf.* Hier. *sub 2*). **2** *usu vario*: Cic. Tusc. 4, 31 propter animi multarum rerum brevi tempore -em (-es *var. l.*). Hier. in Ier. 1, 95, 3 Alexandri ... velocem de occidente usque ad Indiam -em.

percurso, -āvī, -ātum, -āre. *a* percurrere. *legitur apud* Liv., Tac. *al.* (*sexies apud* Heges.), *sed* percursatio *iam apud* Cic.

i. q. (penitus vel frequenter) percurrere, pervagari (*vi praeverbii distributiva p. 1234, 6, fere in re milit.*): **1** *sine obi.*: Liv. 23, 42, 10 (*Samnites ad Hannibalem*) *Romani* ne manipulatim quidem, sed latronum modo -ant totis finibus nostris neglegentius, quam si in Romano vagarentur agro. Heges. 5, 36, 1 latior facta est via ..., ut ... -andi militibus esset facultas. *in imag.*: Fronto p. 130, 12 *explicare,* ubi immissis habenis eloquentiā -andum (*v. app. crit.*), quando orationi finiendae receptui canendum. **2** *cum obi.*: *-atur locus*: Tac. ann. 15, 8, 2 *Paetus* longinquis itineribus -ando, quae obtineri nequibant, ... instante iam hieme reduxit exercitum. Plin. paneg. 12, 4 nostra agmina -are ripas *Danubii* ... gaudebant. Ivl. Val. 3, 27 (*verba Alexandri*) Prasiaca -ta revenio Persidam (*antea*: peragrandis oppidis). Amm. 20, 10, 2 *Francorum* licentius etiamtum -antium extima Galliarum. Heges. 1, 19, 1 Iudaeam (*gr. 1, 160 κατέτρεχεν*). 3, 20, 3 ut ... equites ... -rent finitima regionis (*gr. 3, 431 κατατρέχοντες*). 5, 35, 2 Iudaei, ... ne circumvenirentur, -bant diversa *loca* (*gr. 6, 140 σκεδαννύμενοι*). 5, 50, 1 *Alani* totam ... regionem -vere (-are, -curreret *var. ll., gr. aliter*). *-antur homines, sc. precando*: Heges. 5, 49, 1 *principes conturbati* -bant singulos *milites,* nihil superesse praesidii ingemescentes (*antea*: genua singulorum advolvebantur).

deriv.: percursatio.

[percursor *pro* praec- *quidam falso afferunt e* Lact. inst. 6, 7, 3.**]**

[percursus, -ūs *m. non legitur nisi e coni. medii aevi p. 1237, 67.* (*e sermone medii aevi ortum videtur francog.* parcours. *cf. Wartburg VIII 220. St.*).**]** *Parker.*

[percurva *falso pro* procurva Gloss.^{L} I Ansil. pe 571.**]**

*?***percussa,** -ae *f. v. p. 1238, 28.*

percussibilis, -e. *a* percutere. [*e coni.* Cael. Avr. chron. 1, 1, 45 materiarum -is usus (*ita Bendz, Eranos 59, 1960, 42*; reperc- *trad.*).]

vocabulum medicorum, i. q. percutiens: **1** *spectat ad res, quae corpus (nimis) gravant, vehementius afficiunt*: Cael. Avr. acut. 1, 16, 163 *cum rosaceum* odore -i caput afficiat (chron. 1, 4, 114. gyn. 1, 120 [*gr. p. 63, 22 πληκτικήν*]). 1, 4, 122 acetum ... naribus insufflare ... cum alia qualibet -i materia (*postea*: vitiabiles; gravabilis). 2, 13, 164 *aceti* -em virtutem. gyn. 1, 60 *ne* -es nutrimentorum in corpore fiant retributiones (*gr. p. 33, 18 πληκτικάς*). **2** *spectat ad pulsum, sc. fortem*: Cael. Avr. chron. 2, 5, 90 in catalepticis maior atque -is *est pulsus* (*item* 4, 8, 110; *utrobique opp.* parvus atque creber).

compos.: impercussibilis (*Cael. Aur. gyn. 2, 81*).

***percussio,** -ōnis *f.* *a* percutere. *legitur in oratione soluta inde a* Cic., Qvint., Gell.; *plus ducenties apud* Greg. M. (*praecipue in* moral.). [*loco dubio*: Chiron 134 (*v. vol. VIII 1379, 64 sq.*).]

fere i. q. actio percutiendi, ictus (*metonymice de re inde orta maxime l. 73. p. 1235, 73, fortasse etiam p. 1235, 23, de eo, quod percutit p. 1235, 4; gr. respondet πληγή, nisi aliud adnotavimus. accedit gen. subi. e. g. l. 41. 46. 56. p. 1235, 2, gen. obi. l. 38. 43. p. 1235, 26. al., gen. explic. p. 1235, 8. 69*): **1** *in sermone communi*: **a** *strictius de actione, quae fit membro vel instrumento quodam* (*saxo cadenti l. 53, fluctibus l. 55; saepe -e laeditur vel damno afficitur aliquis, aliquid; aliter maxime l. 41. 61. 65*): **α** *proprie; percutiuntur: animantes eorumve partes*: Cic. Tusc. 3, 62 muliebres lacerationes genarum, pectoris, feminum, capitis -es (*de actu maerentium sim., qui percutiunt se ipsos ut*: Cassiod. Ios. antiq. 19, 141 p. 557 cum lacrimis et -e vultus ... clamitabant [*gr. τύψεως*]. in psalm. 146, 3 l. 75). off. 3, 75 digitorum -e (*spectat ad sonum digitis collisis editum ut* 3, 77. *inde* Ambr. off. 3, 11, 70). Vet. Lat. deut. 1, 4 (cod. 100) post -em Seon, regis Amorreorum (*gr. μετὰ τὸ πατάξαι, Vulg.* percussit. *item in re militari*: Vet. Lat. II par. 25, 14 [cod. 109] venit Amasias a -e Ydumeorum [*gr. πατάξαντα, Lucif. non parc. 5 l. 32* percutere, *Vulg.* post caedem]). Don. Ter. Phorm. 78, 3 'calces' ... -es pedum plagasque significat. Evseb. Gallic. hom. 24, 3 (= Ps. Avg. serm. 154, 4) illisae per latus *crucifixi* lanceae tremenda -o (perfusio, perfossio, perfixio *var. ll.*). Epiphan. Schol. Didym. in I Ioh. 3, 11 p. 62, 6 -em dici *non* solum ferri vulnus, sed absolute omnem plagam, quae lacerationem facit in corpore. Lex Visig. 5, 5, 2 *si* -e mortuum fuerit *iumentum.* 6, 4, 10 si servus ingenuo ... -em intulerit et ille ... moriatur, percussor pro homicidio puniatur. Greg. M. moral. 1, 9, 9 saxum ... de tecto cecidit eique in verticem venit; ex qua -e prostratus *eqs. al.* *res*: Pass. Macc. 7, 5 obice ripae ... excelsae irruentes fluctus supposita -e franguntur (*gr. brevius*). Serv. georg. 3, 122 *equus Neptuni* natus est tridentis -e (*sc. terrae; sim.* Schol. Verg. Bern. *ad l.*). Hier. in Ezech. 29, 17 l. 951 *cum* -e arietum murorum fundamenta quaterentur. Avg. in euang. Ioh. 26, 12 (*ad num. 20, 11*) percussa est petra de virga bis; gemina -o duo ligna crucis significat (*cf.* Isid. praef. test. 19 'exodus' continet ... -em ... rupis). Caes. Arel. epist. ad virg. 3, 3, 12 ductilis tuba ex -e producta (*inde* Greg. M. moral. 28 praef.; *ad rem v. vol. V 1, 2166, 16 sqq.*). **β** *in imagine*: Hier. in Is. 7, 17, 4 l. 27 ('sicut excussio olivae') *quando* venit -o populi Iudaeorum, oliva illa populi Israel ... vix paucos fructus offerre potuit domino. Verec. in cant. 2, 42 ('exacuam ... gladium') praedicatio euangelii ex praedicatorum consona -e producta auditorum mentes inlustrat (*imago ad fabros aes producentes spectare vid.; cf. l. 61 supra*). Greg. M. moral. praef. 10 quot -um tela transmisit *diabolus.*

b *laxius de qualibet actione feriendi* (*saepe de poena vel correctione divina; varia genera distinguit* Greg. M. moral. praef. 12): Vet. Lat. deut. 28, 28 (cod. 100) percutiat te dominus -e et ⟨in⟩visibilitate et amentia sensus (*gr. παραπληξίᾳ, Vulg.* amentia, *cod. 104* apoplexi. *cf.* Conc.^{S} I 3 vers. Tur. p. 202, 7 *non* ad hanc -em procederent, ut *eqs.* [*gr. I 1, 4 p. 29, 3 ἀποπληξίας, alia versio I 5 p. 305, 25* amentiam]). Hier. in Dan. 5, 19 *in* honoribus et -bus, exaltatione et humiliatione *a Nabuchodonosor factis.*

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

psalt. sec. Hebr. 105, 30 est retenta -o (*antea*: percussit *deus* eos plaga). Avg. in psalm. 68, serm. 2, 11 l. 23 haec poena, *sc. mortalitas*, est -o domini (Max. Tavr. 35, 2 Verec. in cant. 2, 40 l. 48). Ps. Avg. serm. ed. Mai 1, 3 *femina est* suavis mors, blanda -o, interfectio lenis, pernicies delicata *eqs.* Op. imperf. in Matth. 39 p. 848 obiectionis illius astutiam rationabili -e confundere (*de refutatione; sim. de vituperatione*: Greg. M. moral. 10, 1 *amici Iob* verba -is perdunt). 51 p. 928 iusta -o non est -o, sed correctio. Cassiod. Ios. antiq. 2, 300 alterius mali -e eius *Pharaonis* fallaciam divinitas vulneravit (*gr. προσβολῇ*). Greg. M. in euang. 1, 1 *mundi* terminum quantae -es praeveniant, innotescit, ut iudicium *dei* vel -bus attriti timeamus. moral. 12, 56 *impius* -is sententiam accepit. mortal. l. 16 dum flere ante -em vacat. *et saepe.*

2 *in sermone artium* (*sub b et c addidimus quaedam affinia ex variis scriptoribus*): **a** *in rhet. et gramm.*: **α** *in re metrica de scansione vel divisione versuum* (*transfertur ad orationem solutam l. 19. 26; usus ad motum pedum refertur l. 20. 22. 28*): Cic. de orat. 3, 182 sunt insignes -es eorum numerorum, *sc. iamborum et trochaeorum.* 3, 186 distinctio et aequalium aut saepe variorum intervallorum -o numerum conficit. orat. 198 non sunt in ea *oratione* tamquam tibicini -um modi. Bass. Rufin. gramm. VI 555, 23 iambicus ... desinit iambicus videri, nisi -e ita moderaveris, ut, cum pedem supplodes, iambum ferias. Qvint. inst. 9, 4, 51 longiores ... -es (*antea*: tempora ... metiuntur ... pedum et digitorum ictu). 9, 4, 75 trimetrum et ⟨senarium⟩ promiscue dicere licet: sex enim pedes, tres -es habet (*interpol.? cf.* Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 79, 11 tribus -bus per dipodias caeditur *trimeter* [*sim.* 134, 2 Gramm. VI 633, 17]). 11, 3, 108 sunt quaedam latentes sermonis -es. Ivba Prisc. gramm. III 420, 20 ubicumque *versus* ab ictu -is vacat. Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 44, 4 in -e metrica pedis pulsus ponitur tolliturque. 75, 27 est ... -o cuiuslibet metri in pedes divisio. Avg. mus. 2, 11, 20. *al.* **β** *de emphasi pronuntiationis* (*cf. p. 1248, 24*): Don. Ter. Hec. 631, 1 'tua' cum -e ⌞acuendum⌟ est, ut subaudiatur 'uxor' (⌞ ⌟ *Schoell*, audiendum *trad.*, animi dicendum *Westerhof*).

b *in musica vel doctrina sonorum*: **α** *percutitur aer vel auris, sc. sonis* (*lingua l. 40; cf. p. 1237, 72*): Gell. 5, 15, 7 *v. p. 1245, 37.* Fav. Evl. 26, 6 *caelestibus* circulis impellentibus aëra ... -e ... editur mundi consonum melos. Hier. in Dan. 13, 24 magna vox *Susannae* erat non aëris -e ..., sed pudicitiae magnitudine (Boeth. in herm. comm. sec. 1 praef. p. 4, 18 vox est a. per linguam -o. 1, 2 p. 53, 16 sonus ... est -o a. [*item* mus. 1, 3 p. 189, 22. 5, 4]). Boeth. in herm. comm. sec. 1 praef. p. 5, 27 sq. *si in nostrò flatu* sit linguae sola -o, vox est; sin vero talis -o sit, ut in litteras redigat sonum, locutio (p. 6, 2). mus. 1, 8 *dissonantia* est duorum sonorum ... ad aurem veniens aspera ... -o (1, 31 *si* -es gravium s. commensurabiles sint -bus acutorum s.). *al. apud eundem.* **β** *percutiuntur instrumenta, chordae*: Fav. Evl. 22, 13 symphonia utriusque *chordae* -e resonabit ([*11* verberas]. 24, 3 [*5* pulsetur, *6* percussae]). Hier. nom. hebr. p. 51, 27 -o, quam Graeci *χρουσμόν* vocant. Mart. Cap. 7, 741 ad enneadem ... ab octade ⌞collatio -is⌟ tonus efficitur (*i. comparatio sonorum chordis percussis effectorum; v. Willis, Mnemosyne 27, 1974, 277 sq.*). Boeth. mus. 1, 2 p. 189, 9 *musica* administratur aut intentione ... aut spiritu ... aut -e quadam, ut in his *instrumentis*, quae in concava quaedam aerea feriuntur. 4, 3 p. 309, 20 *erunt* superiores notulae dictionis, ... inferiores -is. Cassiod. Ios. antiq. 7, 80 p. 188 canentes cum vario sono et -e et *saltatione* (*gr. χρουσμάτων*).

c *in re medica*: **α** *de ictu pulsus*: Ps. Soran. quaest. med. 149 *diastole est* allevatio vel emissio aut -o arteriae longitudine, latitudine et profunditate sensibilis (161 *pulsus vehemens* vehementiorem a. facit -em). 163 -em imbecillem. 167 *pulsus inordinatus* aliquantis -bus modo spissior fit, modo tardior (*item plur.* 171). 173. Oribas. syn. 6, 26 Aa p. 18, 20 *pulsus* inaequalitas semper in una -e efficitur (-em Ab p. 112; *gr. deest*).
β *de impetu variarum rerum, quibus percutitur valetudo* (*cibus comestus l. 63; huc vergit p. 1234, 71*): Philagr. med. 3 p. 165, 9 *attendendum est*, ne repercutiat caput *vinum*; facile enim laeditur sensus -e eius. Cael. Avr. acut. 1, 15, 152 vinum vi quadam suae -is plurimam nutrimenti partem densare ..., plurimam vero resolvere. chron. 1, 14, 123 *epilepticis* lucis importunitas atque eminens -o *nocet* (*antea*: percutit ... splendor). Vict. Tonn. chron. II p. 201, 542, 2 inguinum -e melior pars populorum voratur (Isid. orig. 4, 6, 19 [*v. vol. VII 1, 1581, 28*]). Alex. Trall. 3, 43 si quis ... ex aliquo dolore aut ex similibus, i(d est) timore aut -e, angustiantur (*gr. I p. 347 ἔκπληξιν*). Greg. M. epist. 10, 20 l. 3 Italia a cladis -e *non* est libera (dis- *var. l.; antea*: lues). Isid. nat. 39, 2 (= Svet. frg. p. 239, 1) languescens morbo *pestilentiae* corpus ... -e subita exanimatur. orig. 4, 6, 10 *v. p. 1238, 23.* **γ** *de morsu serpentium* (*cf. p. 1238, 28*): Oribas. eup. 3, 73 La p. 525 calamenthes ad serpentum -es cito succurrit (*postea*: morsibus; *gr. 3, 72, 4 sq. δήγματα ... δήγμασι*).

deriv.: percussionalis. *cf. Onom.*

percussionālis, -e. *a* percussio. *i. quod percussione tractatur*: Cassiod. inst. 2, 5, 6 instrumentorum musicorum genera sunt tria: ⌞-ia, tensibilia, inflatilia⌟; -ia sunt acitabula aenea ..., quae metallico rigore percussa reddunt ... tinnitum ([⌞ ⌟ *neutr. sing. et masc. plur. var. ll.*]. *sim.* in psalm. 80, 4).

percusso: *διατινάσσω. κρούω. πατάσσω. τινάσσω* Gloss. *a* percutere; *cf.* quassare *et* excussare. *vix huc pertinet l. 10.*

⊠**percussor,** -ōris *m.* *a* percutere. Char. gramm. p. 197, 13 -r ex eo quod est ... percutio (*item* Dosith. gramm. 22, 6. Exc. Bob. gramm. I 535, 31 [percuto *cod., corr. Keil*]). Not. Tir. 48, 50 -r. *legitur in oratione soluta inde a* Cic., Liv., Sen. *utroque, maxime apud rerum scriptores, in poesi fere singulis locis apud* Ivv., Damas., Prvd. *al.; aetate principum vocem nostram substitutam esse voci q. e.* sicarius *tunc extra sermonem iuris evanescenti putat Adams, Glotta 51, 1973, 290 adn. 69, sed* -r *usurpatur etiam notione minus stricta (v. l. 24 sqq. et sub 1b) nec desunt alia syn., e. g.* homicīda (*saepe apud* Tert., Avg.), interfector (*saepe apud* Tac., Avg.). [*fortasse var. tusc. occ. (lunig.). cf. Faré, Postille 6401b. St.*] [*variat hic illic cum* persecutor, percursor.]

i. qui percutit (*quis vel quid percutiatur, indicat gen. l. 46. 48. 51. p. 1237, 20. al., pron. poss. l. 43. p. 1237, 9. al., adi. l. 62 sq.; ponitur iuxta subst. p. 1237, 17, in serie adiectivorum p. 1237, 1 et* Ps. Hil. libell. 19 p. 90, 9): **1** *de eo, qui percutit animantem*: **a** *de interfectoribus* (*cf. p. 1239, 41 et* Synon. Cic. p. 427, 11 homicida. latro. parricida. -r. sicarius. gladiator. *eqs.*). *dicitur saepe de interfectoribus conductis, cf. e. g. l. 44. 53 et iuncturas* -es conducere Qvint. decl. 260, 19. 377, 7. *al.*, (im-, sub-)mittere Qvint. decl. 281, 2 Tac. ann. 3, 16, 1 Svet. Nero 43, 1 Galba 23 Flor. epit. 1, 7, 2 Hist. Avg. Gall. 14, 8. *al.; de carnifice e. g. l. 55 sqq. 60; de eo, qui in proelio interficit, l. 61.* Amm. 31, 13, 10 Heges. 5, 15 p. 340, 13. *al.; de eo, qui non sua manu necat*, Heges. 1, 8 p. 12, 10. 5, 22, 1 p. 349, 12; *laxius de venenario l. 45* (*cf. p. 1242, 17; disting. e. g.* Petron. 39, 11 Qvint. decl. 379, 3). *conviciose adhibetur l. 35 sqq. (sed vox levior est quam* sicarius *l. 34), sine contemptu sub β* (*cf. etiam l. 49*).

α *exempla varia* (*pauca selecta inde a* Sen. *rhet.*): Cic. S. Rosc. 93 eos *sicarios*, quos, qui leviore nomine appellant, -es vocant. dom. 13 *Sergius est* -r, lapidator, fori depopulator (*in serie sim.* Marcell. chron. II 102, 523. *cf. alios catalogos maleficorum*: Cic. Phil. 4, 15 certamen cum -e [*corrupte trad.*], cum latrone, cum Spartaco. Sen. contr. 7, 2, 5 ingratum, impium, -em, bis parricidam. Sen. nat. 2, 42, 1. Ivv. 8, 173 *legatum in popina* invenies aliquo cum -e iacentem, permixtum nautis et furibus *eqs.*). Phil. 2, 74 -r ... deprehensus ... cum sica. Liv. 33, 28, 3. 40, 12, 4 (*verba Demetrii*) mihi ... latronis ... et -is speciem induit *frater.* Sen. contr. 10, 1, 3 cum ... cadaver ... inventum sit, quis fuerit -r, nescio. Sen. clem. 1, 9, 4 ego -em meum securum ambulare patiar me sollicito? dial. 1, 3, 7 vagantes per urbem -um greges. Cvrt. 4, 1, 12 talentis mille ... -em ... emere. 4, 11, 18 *Dareus* persequendus est, non ut iustus hostis, sed ut -r veneficus. Plin. nat. 8, 142 *a cane* agnitum ... -em domini. Qvint. decl. 321, 18 *cupiditas* sicas -um acuit. Tac. hist. 1, 41, 2 *Galbam* obtulisse ultro -bus iugulum. 2, 75 -em eius *Scriboniani* Volaginium. ann. 2, 31, 1 vocare -em (*sim. poscitur auxilium -is*: 15, 63, 1 *Senecae uxor* manum ... -is exposcit. Oros. hist. 6, 18, 16 invitatis -bus. *cf. etiam* Heges. 3, 17 p. 214, 21). Svet. Iul. 83, 2 (*de interfectoribus Caesaris ut*: 89. Nero 37, 1 C. Cassi -is Caesaris [Flor. epit. 4, 8, 1 Evtr. 7, 1]. Flor. epit. 4, 6, 6 Serv. ecl. 5, 65. *al.*). Pavl. dig. 29, 5, 6 pr. etsi -r certus sit, tamen habenda quaestio est, ut caedis mandator inveniatur (*sim.* sent. 3, 5, 12 [*restit. ex* Append. Visig. 2, 17]). Symm. or. 1, 5 *Gaius Marius* -is ictum ... maiestate suspendit ... nec valuit carnifex ... ferire (Pass. Mar. Iac. 12, 1 [*antea*: carnificis]. Avg. serm. 16, 3 sub ipso -is ictu. Ps. Fvlg. Rvsp. serm. 72, 2 *Cyprianus* paratus excepit -is i.). Ambr. Cain et Ab. 2, 4, 15 -r ..., qui ... praeter voluntatem fecerit homicidium, divinae minister est ultionis. Prvd. perist. 10, 837 ferit cerviculam -r ense (*831. 861* carnifex). *et saepe.* **β** *sine ullo respectu improbandi*: Clavd. Don. Aen. 10, 815 p. 392, 20 (*de Aenea*) *poeta* expressit irati -is mentem. Fvlg. aet. mund. p. 150, 10 Moysen ... Aegyptiacum -em (*spectat ad exod. 2, 12*). Vvlg. exod. 12, 23 dominus percutiens Aegyptios cum ... viderit sanguinem in superliminari ..., non sinet -em ingredi domos (*cf. e. g. Rufin. Orig. in num. 9, 5 p. 60, 17* angelum vastatorem. *huc spectat* Alc. Avit. carm. 5, 243 -r aget tacitam sine vulnere caedem. *de alio angelo*: Heges. 5, 16 p. 326, 10 [*cf. IV reg. 19, 35*]).

b *de laedentibus, damnum inferentibus*: **α** *sensu obsceno, sc. cum respectu coitus*: Petron. 9, 9 (*Ascyltos ad Encolpium*) non taces, nocturne -r, qui ne tum quidem, cum fortiter faceres, cum pura muliere pugnasti *eqs.*? (*de eodem 9, 8* gladiator obscene, *sed fortasse utrumque convicium generale est*). Maxim. eleg. 5, 134 (*puella ad mentulam*) sternitur icta tuo votivo vulnere virgo ..., -i plaudit amica suo (*5, 97 mentula* feritura). **β** *vario usu*: Plin. nat. 8, 51 *leo* vulneratus ... -em ... adpetit. Vet. Lat. I Tim. 3, 3 (cod. 75. *al.* = Vvlg.) oportet ... episcopum inrepre-

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

hensibilem esse ..., non vinolentum, non -em, sed mitem *eqs.* (*gr. πλήκτην, Ambrosiast.* verberatorem. *sim.* Tit. 1, 7 [*ibid.*]. *explicat e. g. Pelag. ad l.* sive: ne sit petulans ad caedendum; sive: ne malo exemplo conscientias feriat infirmorum). VITA Marcell. Ebred. (BHL 5227) 11 (*de agasone, qui virum sanctum flagello percutere iussus est*) ut citius -r caderet, quam miles domini ictum ferientis exciperet. HIER. adv. Rufin. 3, 2 *Iesus* respondit -i suo (*spectat ad Ioh. 18, 22*). PRVD. perist. 9, 61 (*de puero qui martyris cutem stilo pungit*) levis ... -r. AVG. doctr. christ. 2, 76 *canis* interdum -em suum ad verum medicum mittit (*antea*: ferire). serm. 21, 7 (*ad Ioh. 19, 34*) lanceam -is (*cf. fortasse* GLOSS. II 395, 8 *παραχεντητής*). CASSIOD. var. 1, 18, 4 de -e tantummodo, non etiam peremptore fratris. *al.*

c *in imagine* (*cf. l. 3*): HIER. in Is. 4, 10, 20 l. 31 *Israelitae* liberati ab ipso Assyrio -e, qui prius amicus et postea hostis exstiterat. VVLG. Is. 14, 29 (*ad Philistaeam*) comminuta est virga -is tui (*de deo ut*: GREG. M. moral. 7, 19. 23). EPIST. pontif. 388 Conc.^{S} I 2 p. 93, 9 (*de Nestorio*) -r interni (*gr. I 1, 7 p. 132, 20 πλήκτην*). VEREC. in cant. 3, 9 (*ad thren. 5, 9*) *adquisivimus panem* ab impugnatione diaboli -is (*item de diabolo*: GREG. M. moral. 28, 13 [*sec. Iob 2, 7*]).

2 *de eo, qui percutit, destruit aliquid*: GREG. TVR. Franc. 2, 27 p. 72, 20 urcei -em (*antea*: bipennem urceo impulit).

deriv.: percussorius. *cf. Onom.*

percussōrius, -a, -um. *a* percussor. *i. q. ad percussorem (percussionem) pertinens (ubique neutr. pro subst.): de eis, quae affligunt, vexant*: MVTIAN. Chrysost. hom. 10 p. 305 *apostolus non* in omnibus percutit, sed aliquantulum quidem -a apponens, multa autem curatoria affert (*gr. p. 85 τὸ πληκτικόν*). *de instrumento musici*: GLOSS.^{L} III Abol. PL 12 plect[u]rum: -um citharae (*inde* I Ansil. PL 264). *de membro virili* (*cf. Adams, Lat. Sex. Voc., 1982, 25. 147 sq.*): GLOSS. V 252, 28 veretrum: -um.

percussūra, -ae *f.* *a* percutere. *scribitur* -curs- *l. 38. acc. plur.* -a *l. 49, nisi intellegas* -a(m). [*falsa var. l. pro* pertusura VET. LAT. Sirach 27, 5.]

fere i. q. percussus, ictus (*gr. resp. πληγή, nisi aliud adnotavimus; accedit gen. subi. l. 44 sqq. 53, gen. obi. l. 42. 49. 51, gen. inhaerentiae l. 41*):

1 *de ictu vulneranti vel de ipso vulnere* (*in imagine l. 41; cf.* GLOSS. II 146, 8 [*in marg.*] plaga: -a): CHIRON 673 sic curabis ... -am: *eqs.* VEG. mulom. 2, 20, 1 *si animal oculum* ex -a laeserit (2, 22, 9. 2, 45, 8 [*bis*]. ORIBAS. eup. 4, 19, 5 La p. 542 tumorem ex percursuram [*Aa* ex percussu]). VVLG. lev. 14, 54 ista est lex omnis leprae et ⌞-ae⌟ (-ae leprae HESYCH. *ad l. spiritaliter ad impietatem referens*). Is. 30, 26 qua *die* alligaverit dominus vulnus populi sui et -am plagae eius sanaverit (*Hier. in comm. ad l. refert ad* contritionem). DIOSC. 1, 63 p. 36, 4 ad -am nervorum et musculorum ... prestolatur *amaracinum* (*gr. 1, 58, 2 τὰ μυότρωτα καὶ νευρότρωτα*). 2, 98 p. 218, 15 sq. *semen lapathii* ⟨ad⟩ -as scorpii prodest; ... ante bibitum [ad] -as scorpii non admittit. 2, 102 p. 219, 10 *malva* facit ad -as apium. 3, 78 p. 410, 9 *daucum* -(a)e sphalangionis occurrit (*gr. 3, 72, 2 φαλαγγιοδήκτοις*). APON. 1, 33 -am pro -a retribui (*spectat ad exod. 21, 25, ubi Vulg.* vulnus pro vulnere). ORIBAS. syn. 3, 42 Aa p. 861 *cerotum* facit ad ... omnes -as vel contrituras. 3, 159, 1 Aa p. 880 *collyrium* ad oculi -a (*gr. τὰς ἐκ πληγῶν διαθέσεις*). GLOSS. III 599, 40 ⟨con⟩dyloma: -a. *al.* **2** *cetera exempla*: VET. LAT. I Macc. 15, 6 (rec. V) facere -am proprii nomismatis (*gr. κόμμα ἴδιον, νόμισμα, recc. L, X* monetam, *B* pecuniam). REGVLA mag. 9, 26 cultelli aut cochlearii aut panis -a indicium sit ... postulantis eloquium.

1. percussus, -a, -um *v. p. 1249, 57, cf. etiam l. 58 sq.*

2. percussus, -ūs *m.* *a* percutere. *abl. sing.* -o ORIBAS. eup. 2, 1 K 83 La p. 458. S 42 La p. 507 (-u Aa). *al. ibid., fortasse per confusionem c.* 1. percussus, *cf. p. 1238, 8. 20. legitur inde ab* OV., VITR., *maxime in re medica.*

fere i. q. actio percutiendi, ictus (*de statu percussione effecto p. 1238, 18 et saepius sub 2aβ; gr. fere resp. πληγή, sub 2aβ etiam adi. σκορπιόπληκτος, φαλαγγιόδηκτος. accedit gen. subi. passim sub 2aβ et l. 67. 72. al. [cf. adi. p. 1238, 6], gen. obi. p. 1238, 18, uterque gen. p. 1238, 1*): **1** *usu vario; afficiuntur*: **a** *res*: **α** *ictae rebus naturalibus*: OV. Pont. 2, 7, 40 *ut* caducis -u crebro saxa cavantur aquis, sic ego continuo fortunae vulneror ictu (*item aquā*: VITR. 9, 8, 4 *aurum et gemma non* teruntur -u aquae [percursu *unus e recc.*]. PLIN. nat. 3, 127 contrario eorum *fluminum incurrentium* -u mari interiecto dulcescente. 31, 31 *aquas fluentes* cursu ... -uque ipso extenuari). SEN. nat. 1, 13, 2 *parhelia* ex -u oblique accepto sole resplendent (solis *var. l.*; repercussu *Kroll*). **β** *ictae ab homine, sc. eius membro vel instrumento* (*c. intentione delendi* IVLIAN.): SEN. nat. 2, 6, 3 *quid* est vox nisi intentio aeris, ut audiatur, linguae formata -u? (*cf. p. 1235, 33*). SER. med. 652 frusta molae -u decutit uno. NON. p. 175, 28 supplosionem: plausum vel -um (*affert Cic. de orat. 3, 47* supplosionem pedis, *sc. qua solum pulsatur*). QVODV. haer. 2, 4 (*de Moyse sec. exod. 14, 16*) tumentis ponti ... uno virgae -u traiciendo populum (*v. app. crit.*). IVLIAN. in Am. 9, 1 l. 40 ('percute cardinem') *propheta* -u cardinum ... ruinam fanorum *pronuntiat.*

b *animantes*: **α** *corporaliter*: PAVL. FEST. p. 219 pugnus a pu⟨nc⟩tione, id est -u, dicitur. AVG. quaest. hept. 2, 44 (*de decima plaga Aegypti*) homines et animalia ... moriebantur occulto et angelico -u. **β** *incorporaliter*: SEN. dial. 5, 25, 3 proprium est magnitudinis verae non sentire -um (*nisi est p. p. p. verbi* percutere; se sentire *Erasmus; postea*: inconcussus iniuria). PRISCILL. tract. 10, 132 *est diaboli natura* post -um captum veneno *hominem* ... perurguere (*in imag., cui subesse vid. -s serpentis, cf. 2aβ*).

2 *in re medica*: **a** *in malam partem de ictu, quo laeditur vel perturbatur aliquis* (*aliquid*): **α** *non indicatur a quo, qua re* (*saepius de actione hominis cogites*): PLIN. nat. 28, 180 lacte -u vexatos *dentes sanari* (*cf.* CASS. FEL. 32 p. 66, 6 dentes ex -u agitantes). 28, 237 spasmata et -u vitiata (percusso, -i *var. ll.; inde* PLIN. med. 3, 30, 7 vitiatis ex -u [percusso *var. l.*]). THEOD. PRISC. eup. faen. 65 *mandragora* altiores -us cataplasmabimus (*antea*: altum vulnus). DIOSC. 2, 47 p. 196, 24 -um oculi tollet *lac* ([*gr. 2, 70, 6 τοῖς ἐκ πληγῆς αἱμαχθεῖσιν ὀφθαλμοῖς*]. ORIBAS. eup. 4, 19 tit. La p. 541 ad -um o. [*gr. sim. ac supra*, Aa *om. gen., ut conferre possis p. 1240, 67*]). CAEL. AVR. acut. 3, 5, 53 *cum apoplexia* repentinum tamquam ex letali -u faciat casum (*sim.* diaet. pass. 29 [*addit*: Graeci enim -um plexin vocant] *et* ISID. orig. 4, 6, 10 [*addit*: Graeci enim percussionem *ἀπόπληξιν* vocant]). chron. 5, 1, 1 (*inter causas ischiados*) casus vel repentinus -s. CASS. FEL. 66 p. 160, 15 *pleuritis* aliquando ex violento -u contingit. ORIBAS. syn. 7, 14, 4 Aa p. 147 sive ex -u sub ungues congregatus sanguis est sive plagis factum (*La* de percussa facta [*pro* percussura*? an agnoscas subst.* percussa, -ae *f. i. q. percussio?*]). *al.* **β** *ab animalibus, fere i. q. morsus*: PELAGON. ind. capp. 20 de -u falangionis vel viperae (279 tit. de -u palangionis aut viperae morsu. DIOSC. 2, 109 p. 221, 19). CHIRON 473 si quod iumentum tremorem habuerit ex -u aut morbo factum aut bestioli alicuius -u[s]. THEOD. PRISC. eup. faen. 74 tit. de -bus apum vel scorpionum aut ceterorum serpentum (DIOSC. 2, 98 p. 218, 26 *lapathium* -um scorpii mitigat [*sim.* 2, 115 p. 224, 12. *al.*]. VICT. VIT. 2, 37. *al.*). DIOSC. 1, 86 p. 47, 10 *cedrum* -um leporis marini ad sanitatem perducit. 2, 64 p. 206, 12 -um viper(a)e sanat (*gr. 2, 81, 1 δήγματα*). *al.*

γ *rebus: variis*: CHIRON 298 de solis -um (337 [*inde Veg. mulom. 2, 100* de percusso a sole]. *cf. p. 1237, 69*). CAEL. AVR. acut. 1 praef. 18 (*de febribus furentium*) in viis *corporis* ... minutissimis fiunt ⌞plagae sive -us atque affricationes⌟ (⌞ ⌟ *repetitur ibid.* 20, *ubi* percussiones *trad.*, -us *coni. Bendz*). chron. 1, 4, 93 ne -u frigoris nervositas afficiatur. 4, 5, 81 *tumor ventris cernitur*, quod transvoratus cibus velut -um praestet circa ... ventris initium. 5, 1, 4 ventris officium ... cum plurimo dolore perficitur ob ... spiritus retenti -um. *medicamentis sim.*: CAEL. AVR. acut. 2, 9, 50 *aqua* frigida caput fomentamus ... quodam -u (*sc. altius demissa*). 2, 37, 193 *quae substantiae* sine ullo -u atque odore gravi valeant aerem facere constrictivum (chron. 1, 4, 108 odoramenta s. u. -u medentia. 2, 13, 154 gargarismus s. u. -u). chron. 2, 13, 155 sucus ... erit offerendus, ...*non* iugiter, ne -u partes noceantur.

b *in neutram partem*: **α** *de ictu pulsus*: PLIN. nat. 7, 171 (*inter signa letalia*) venarum inaequabili aut formicante -u. VINDIC. epist. ad Pentad. p. 489 cholera nigra facit pulsum plus tenuem, sed habentem veluti -um et asperitatem (percursum, percussuram *var. ll.*). CAEL. AVR. acut. 2, 1, 2 *quod pulsus* habeat ... -um fortiorem. 2, 1, 3 *non* pulsus fortis, sed magis debilis -s invenitur atque piger ac inanis. 2, 14, 92. **β** *de tactu medici*: CAEL. AVR. chron. 3, 8, 106 ad -um palmae *fit* resonus velut tympani *in inflatione ventris q. d. tympanites* (*105* ad concussum).

percutio, -ssī, -ssum, -ere. *a* per *et* quatere. *scribitur* perquouset (*pro* -ssit) CIL III 10190 (*v. p. 1243, 61*), percucia-, percucie- *hic illic in codd. medii aevi. litteris graecis* Ps. MAVRIC. strat. 3, 5 l. 29 *περκουτε* (*litt. lat. pars codd.*). *abbreviationes dubiae p. p. p.*: percus CIL VIII 9865, 4 (*a. 419; haplographiam suspicatur Marcillet-Jaubert* INSCR. Altav. 133). p INSCR. Altav. Marcillet-Jaubert 147 (*nisi solvendum* periit). NOT. Tir. 71, 72 -it. 71, 74 -ssit. *de formis: perf.* -ssi *testantur* MART. CAP. 3, 317 PRISC. gramm. II 502, 7. *hoc perf. usurpari pro perf. verbi* ferire *docent gramm. multi, v. vol. VI 1, 508, 51 sqq., quae doctrina congruit fere usui aureae latinitatis, cf. e. g. p. 1239, 69. 1248, 29 et tabulam adiectam (afferimus auctores potiores) nec non Wagener, Neue Phil. Rundschau 1904, 529 sqq.*

nota -usti *pro* -ussisti HOR. sat. 2, 3, 273. *de notione: v. p. 1195, 30 sqq. et vol. VII 1, 158, 40 sqq., adde*: GLOSS. *παίω. πατάσσω. πλήσσω. πλήττω.* GLOSS.^{L} I Ansil. PE 580 -it: prostrat vel affligit. *al., v. infra. legitur inde a* PLAVTO *per totam latinitatem; qui vocem frequentent, apparet ex tabula infra inserta; semel tantum praebent e. g.* CATO, RHET. Her., CATVLL., CAES., TAC., PLIN. epist., *omnino deest* SALL. [*it.* percuotere; *cat.* percudir; *hisp.* percudir; *port. vet.* percudir (*port.* percutir). *cf. M.-L. 6402. Batti-*

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sti-Alessio IV 2847. Corominas² II 291. Machado³ IV 341. St.] [*p. p. p. confunditur saepe cum* perculsus, *v. p. 1195, 42, ceterum cum* perfusus Ov. fast. 1, 720 Sen. Phaedr. 383 Ivv. 10, 149. *al.; aliae formae variant cum* repercutio Plin. nat. 2, 70. 6, 140 (*restit.* Isid. orig. 16, 4, 21), persequor Hier. psalt. sec. Hebr. 35, 15. *loco manco* CE 1714, 3.]

	ferio	percutio		
	non nisi stirps praes.	*stirps praes.*	*stirps perf. act.*	*stirps perf. pass.*
Plavt.	18	4	7	1
Enn.	2	1	–	1
Cic.	36	1	21	35
Lvcr.	10	2	1	4
Verg.	24	–	1	12
Hor.	9	–	2	3
Prop.	7	1	2	2
Ov.	45	9	12	27
Liv.	21	3	11	25
Sen. mai.	13	1	4	3
Val. Max.	3	3	6	5
Sen. min.	82	19	19	33
Lvcan.	39	2	10	22
Plin. nat.	22	9	5	62
Val. Fl.	11	1	1	7
Sil.	13	–	3	13
Stat.	26	2	2	8
Tert.	3	13	3	7
Vvlg. vet. test.	16	157	360	38
nov. test.	–	21	7	3

fere i. q. ferire, πατάσσειν (quod gr. respondere scias, nisi alia adnotavimus). praeverbium haud raro ita intellegitur, ut -ere *sit fere i. q. transfodere; cui opinioni obstant loci permulti, e. g. locutiones* pugno, lapide, fuste, securi -ere, *ceterum p. 1242, 45 sqq. 1244, 24 sqq. (disting.* penetrare *p. 1244, 4). quare nobis persuasum est id potius vi intensiva quadam intellegendum esse, ut* -ere *sit fere i. q. concutere statum alicuius (rei) ictu vehementi, saepe in malam partem, sc. vulnere gravi vel letali aut damno (saepius est fere i. q. occidere, e. g. l. 65. 67. 69 sqq. p. 1241, 49 sqq. 64 sqq. 1242, 17, cf. p. 1236, 22); aliter e. g. p. 1242, 46. 1243, 23; de tactu leni dicitur p. 1241, 56. 1242, 6. etiam notio simplicis* quatere *in usu sollemni aliquatenus deflexa videtur, sed patet p. 1249, 4 sqq. de differentia inter* -ere *et* percellere *v. p. 1195, 57 sqq.*

CAPVT PRIMVM: *usu primario pro obi. est vel subaudiri potest is qui (id quod) ictu pulsatur, ictui obstat:* **I** *strictius de actione quae fit ictu, motu membri, instrumenti vel rei naturalis celeriter, vehementer motae (addidimus imagines; cf.* Synon. Cic. p. 435, 8 battit. pulsat. verberat. ferit. -it. 439, 30 pulsavit. verberavit. -ssit. cecidit. manus attulit. pugillavit. insignit virgis. Gloss. -it: *ἔπληξεν, κρούει. πλήσσει, παίει, ῥαπίζει*):
A *agunt animantes eorumve membra, instrumenta (animalia p. 1240, 8. 23. 26, res per prosopop. p. 1241, 6; de hominis voce v. sub B2):*
1 *-untur animantes eorumve partes (v. etiam p. 1243, 73):* **a** *usu sollemni -untur:* α *quilibet petendi, infestandi nec non puniendi (animalia e. g. l. 62. 66):* Ⓘ *exempla varia:* Ⓐ *proprie:*
Ⓘ *cum obi. (inde a* Cic. *pauca selecta):* Plavt. Amph. 318 exossatum os esse oportet, quem probe -sseris (*sc. pugno*). 1073 *num* hunc *senem iacentem* -ssit Iuppiter? ... sepultust, quasi sit mortuus (*sc. fulmine ut*: Cic. nat. deor. 3, 84 *Dionysium sacrilegum* Iuppiter fulmine *non* -ssit. Hyg. astr. 2, 42, 2. *cf. B1a*). Stich. 613 te hodie lapide -ssum velim (Pacvv. trag. 38 *canis* -ssa l. [*postea*: icta]. Cic. dom. 13 se lapidibus adpetitum, etiam -ssum esse. de orat. 2, 197 Cels. 8, 4, 2. Vlp. dig. 29, 5, 1, 17 [*e Labeone*] qui per vim aut caedem sunt interfecti, ut puta ... saxo vel fuste vel l. -ssum vel quo alio telo necatum. *al.*). Cato orat. 87. Coel. hist. 44 congenuclat -ssus *equus* (*antea*: ferit). Cic. S. Rosc. 97 quoniam cuius consilio occisus sit, invenio, cuius manu sit -ssus, non laboro (Sen. dial. 12, 10, 8 qua iam saepe hostem -erat. Apvl. met. 3, 6, 2. Firm. math. 1, 2, 11 m. carnificis. *al.*). Verr. II 1, 7 *cives Romanos* partim securi -ssit, partim in vinculis necavit *eqs.* (*item in stirpe perf. act. vel pass.: saepe in* Verr. [*iuxta* ferire *e. g.* II 5, 72 sqq. 119 sqq.]. Pis. 84 Phil. 13, 33 fin. 1, 23 Bell. Hisp. 21, 2. Liv. [29*ies*]. Val. Max. 2, 7, 12. *al.* Sen. dial. 4, 5, 5 Frontin. strat. 4, 1, 35. *al.* Svet. Claud. 25, 3. *al.; in stirpe praes.*: Sen. contr. 9, 2, 8 Val. Max. 2, 7, 15. *al.* Tac. ann. 4, 24, 2. *al.*). Mil. 65 se gladio -ssum esse ab uno de illis *coniuratoribus* (Val. Max. 1, 8 ext. 6 Flor. epit. 2, 5, 3. *al., v. etiam vol. VI 2, 2023, 78 sqq.*). Caes. Gall. 5, 44, 6 *unum pilo* traicit; quo -sso exanimatoque *eqs.* Bell. Hisp. 27, 6 fusti (fustibus *var. l.*) -ssus *est* (Vell. 2, 78, 3. *al., v. l. 11. p. 1239, 64 et vol. VI 1, 1658, 25 sqq.*). Prop. 1, 1, 13 *Milanion* Hylaei -ssus vulnere rami saucius ... ingemuit (Clavd. Don. Aen. 2, 530 p. 220, 27 v. letali. Clavd. 5, 65). Fast. cos. Cupr. a. 4 (Inscr. Ital. XIII 1 p. 245) *Gaius nepos Augusti* bellum ... ⟨gerens⟩ in Armenia -ss⟨us est⟩ (*antea*: dec⟨essit in Lycia⟩). Carm. de bell. Aeg. 6, 4 -it adflatu ... hunc sine morsibus anguis (perculit *var. l.; de morsu serpentium*: Plin. nat. 2, 155 homine -sso. 20, 178 *origanum* -ssis esui dari. *et saepius*). Sen. benef. 2, 35, 2 qui illum *sapientem* pugno -erit, ... damnabitur (Gaivs inst. 3, 220 pugno ... aut fuste. Vlp. dig. 9, 2, 27, 22 si mulier p. vel equa ictu a te -ssa eiecerit. *al.*). *et saepe.* ② *sine obi.*: Host. carm. frg. 1 -it atque hastam pilans prae pondere frangit (*obi. fortasse periit*). Cic. S. Rosc. 74 quo modo occidit? ipse -ssit an aliis occidendum dedit? 97 non quaero, quis -erit. Verr. II 5, 73 se securi non -isse (5, 133). Alf. dig. 9, 2, 52, 1 *culpam* penes eum, qui prior flagello -ssit, residere (Qvint. decl. 305, 18). Ov. epist. 4, 94 multae ... conciderant illo *Cephalo* -ente ferae. Liv. 34, 15, 4 si quis extra ordinem ... procurrit, ... sparo -it *Cato, sc. castigando.* Sen. contr. 9, 2, 22 -ssurus lictor ad praetorem respexit (*item part. fut.*: Sen. dial. 5, 12, 5 stabat -ssuro similis [*pro subst. ut*: Pass. Mar. Iac. 12, 3, *ubi antea*: carnificis; percussoris. Svlp. Sev. Mart. 15, 1]. Cvrt. 8, 7, 7 Qvint. decl. 328, 6). 9, 2, 23 bene -erat *lictor* (*cf. l. 19*). 10, 5, 16. Cels. 5, 27, 7 si cerastes aut dipsas ... -ssit (*item de serpente*: Plin. nat. 29, 69 viperae ... alterius quam quae -erit. Anon. med. ed. Piechotta 74. *cf. de scorpione*: Hyg. astr. 3, 25 in acumine ipso, quo -ere existimatur). Plin. nat. 11, 161 cum apri -ant (*sc. dentibus exsertis*), feminae sues mordent. Mela 3, 35 hostem ferire adultarum *Sarmatarum* stipendium est, adeo ut non -isse pro flagitio habeatur. Qvint. inst. 1, 4, 26 hasta -ssi. 3, 6, 49 -ssi, sed non iniuriam feci (*verba fatentis ut*: Ps. Qvint. decl. 3, 8 -ssi, ... occidi). *al.*

Ⓑ *in comparatione et imagine*: Caecil. com. 194 (*hyperbolice*) *pugilem* timidum tremulis palpebris -ere nictu. Cic. Verr. II 4, 75 quasi illa ipsa face *Dianae statuae* -ssus esset, ita flagrare cupiditate ... coepit. ac. 1, 11 fortunae gravissimo -ssus vulnere (Lvcan. 5, 737 -ssa ... caeco v. *Cornelia.* Alc. Avit. carm. 2, 407 *Eva* -ssit v. prolem. *cf. loc. sequentem et l. 41*). Att. 3, 12, 2 -isti ... me ... de oratione prolata, cui vulneri ... medere. Ov. trist. 3, 5, 7 ut cecidi, ... ausus es igne Iovis -ssum tangere corpus (*item spectat ad iram, ultionem principis*: 4, 5, 6. 5, 3, 31 -ssum fulmine vatem. Pont. 1, 7, 50. Sen. dial. 11, 13, 4 *ea* fulmina esse iustissima, quae etiam -ssi colunt). Sen. dial. 11, 6, 2 scient quomodo te in isto tuo gesseris vulnere (*sc. in morte fratris*), utrumne statim -ssus arma submiseris an in gradu steteris. 12, 15, 4 per ipsas cicatrices -ssa es *fato.* Ivv. 4, 124 ut fanaticus oestro -ssus, Bellona, tuo divinat (Schol. tamquam stimulatus furore). Decl. in Catil. 23 *reiectionis* telo -ssus (Ambr. in psalm. 39, 17, 2 graviore t. tantae dignationis *osculandi* -ssus est Iudas, quam si eum fulmine perculisset *Iesus*). Apvl. met. 4, 34, 4 invidiae nefariae letali plaga -ssi. *al.* *sine obi.*: Optat. 2, 25 p. 64, 13 quid interest, an gladio ferias an lingua -as? Val. Cem. hom. 5, 2 *ne lingua* aut excitata laedat aut incitata -at. 16, 4 verborum sagittae, quae non sine dolore -unt.

Ⓘ *indicatur pars corporis:* Ⓐ *per acc. obi. (pro ipso homine ponitur l. 60, in imagine l. 65; haud raro indicatur etiam persona -ssa, sc. per gen. vel dat.; exempla selecta inde ab* Ov.): Plavt. Asin. 371 pugno malam si tibi -ero ... :: ... ne me attingas (*al., v. vol. VIII 160, 31 sq.*). Cas. 930 pectus mihi pedibus -it (Liv. 2, 19, 8 Mamilio p. -ssum *est hasta*). Lvcil. 337 rostrum labeasque huic ... -o dentesque ... discutio. Rhet. Her. 4, 55, 68 iste ... Gracco ... -it tempus. Cic. Sest. 80 *gladiator* non -ssit locum, *sc. vitalem* (Plin. nat. 22, 146 *herba quaedam* ictus *piscis* sanat, torporem autem obducit -sso l. Chiron 510. *al. apud medicos*). Hirt. Gall. 8, 23, 5 graviter ... primo ictu gladio caput -ssit ([vulneravit *var. l.*]. Liv. 39, 42, 12 Gallo. Sen. nat. 2, 42, 2 *Iuppiter* emisit ignes, quibus innoxia capita -ret. Petron. 96, 3 articulo. *al.*). Ov. met. 6, 133 *Pallas radio* frontem -ssit Arachnes (Cypr. testim. 2, 16 *lapide* David f. Goliae -ssit [*sim.* Favstin. trin. 16]. Drac. Orest. 522 bipenni). 6, 266 minimo ... occidit ille vulnere non alte -sso corde sagitta (Cels. 5, 26, 2 cui cor, cui stomachus, ... cui in spina medulla -ssa est [*postea*: vulnerati]. 5, 26, 8. *in imagine*: Verec. in cant. 2, 40 l. 50 -it corda dilectionis iaculo). Cels. 6, 6, 39ᴮ supra ... -ssum oculum (Pavl. dig. 47, 10, 8. Vet. Lat. exod. 21, 26 [cod. 100 = Vvlg.]. Pelagon. 439. *al.; subst. subaudiendo*: 418. 422. Chiron 801 ad epifora et -ssum [806]. *al.*). Petron. 40, 5 (*describit cenam*) cultro latus apri vehementer -ssit, ex cuius plaga turdi evolaverunt (Lavs Pis. 184. Vet. Lat. Ioh. 19, 34 [cod. 8. *al.*] l. eius *Iesu crucifixi* [*gr. ἔνυξεν, cod. 15. al. = Vulg.* aperuit, *6* perfodit, *4. al.* pupugit]. *al.*). *al.* *p. p. p. neutr. pro subst. de partibus ictu affectis* (*plur. praeter p. 1241, 2; cf. l. 68*): Plin. nat. 20, 31 *pastinaca* -ssis imponitur. 22, 138 *panis datur* ad -ssa, luxata. 29, 33 *lanam imponunt* desquamatis, -ssis, lividis, incussis *eqs. al.* Plin. med. 3, 30, 3

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-ssa in facie aut discorticata (*e Plin. nat. 22, 139* incussa). CHIRON 867 ad extractum et -ssum. Ps. APVL. herb. 31 l. 18 ad -ssum ferro (de f. *var. l.*) vel sude.

Ⓑ *alio modo*: ① *iuxta obi. personae, sc. fere per praepos. aut acc. limit.* (*cf. doctrinam* SERV. *l. 20; in imag. l. 12*): ENN. ann. 552 me gravis impetus Orci -it in latus (VVLG. II reg. 20, 10 in latere [ITIN. Anton. Plac. rec. A 22]. *cf.* Ps. CYPR. mont. 9 in lateris [-e *var. l.*] ventre. CHIRON 672 iumentum in latere ventris vel ilis a tauro -ssus). BELL. Afr. 85, 7 Rufus brachium gladio -ssus. OV. epist. 9, 161 *Nessus* -ssus harundine *Herculis* pectus (HIST. AVG. Maximin. 6, 7 *adversarium* palma in pectus -ssum supinum reiecit. *cf.* CHIRON 702 sub armi cubito vel pectore). met. 5, 384 *Cupido* in ... cor hamata -ssit harundine Ditem (*in imagine ut*: EVSEB. GALLIC. hom. 14, 7 toxicato spiculo in corde). VET. LAT. III reg. 22, 24 (Orig. in Matth. 17, 9, *sim.* VVLG.; *cf. locum geminum* II par. 18, 23) Michaeam -ens in maxillam Sedecias (Matth. 5, 39 [cod. 9. *al.* = VVLG.] si quis te -erit in dextera m. tua *eqs.* [cod. 3. *al.* in *c. acc., gr. ῥαπίζει*]). Marc. 15, 19 (cod. 1. *al.*) -bant eum *Iesum* harundine in caput ([*gr. ἔτυπτον τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ*, cod. 15. *al. et* VVLG. -bant c. eius *ut* Matth. 27, 30]. GREG. TVR. Franc. 4, 46 p. 182, 16 nonnullos [-is, -orum *var. ll.*] capita -ens sanguinem elicuit. *al.*). SERV. Aen. 10, 698 est Graeca figura in Homero frequens, ut si dicas *ἔκρουσεν Ἀχιλλέα τὸν πόδα*, id est 'Achillem -ssit pedem' pro '-ssit Achillis pedem'. CHIRON 85 iumentum sub oculo ipso centro ossi -ssum ([*inde* VEG. mulom. 2, 22, 1 in o. in osse -ssum]. INST. Iust. 4, 4, 9 in oculo. BOETH. elench. soph. 177b11 oculis [*gr. τυπτόμενον*]). *al.* ② *obi. deficiente per praepos.*: VET. LAT. Iudith 13, 8 (cod. 62. *al., sim.* VVLG.) -ssit in cervicem illius (*gr. ἐπάταξεν εἰς*, cod. 109. *al.* in cervice, cod. 132 cervicem). Matth. 27, 30 (cod. 5) -bant super caput eius (*gr. ἔτυπτον εἰς, ceterae vers. praepos. omittunt. hunc versum cum 26, 67 iungit* AVG. serm. 138, 6 -entes de calamo in caput). HIER. tract. in Marc. p. 324, 22 -bat in faciem eius (PASS. Thom. 9 [*antea*: faciem -ssit]).

β *qui semet ipsos feriunt* (*saepe pro obi. sunt eorum partes, quae indicantur per acc. limitativum l. 38. 39; mediopassive l. 61; in imagine l. 55*): ① *ut ostendant affectum graviorem, sc. dolorem sim.*: CIC. or. frg. A 6, 4 (*de gestu oratorio*) frons non -ssa, non femur ([*antecedit apud Quint. inst. 11, 3, 123* femur ferire ... *oratores* indignantes decet]. AVG. conf. 8, 8, 20. DRAC. Orest. 879 [*propter stuporem*]. ACT. Petr. 11). VERG. Aen. 4, 589 terque quaterque manu pectus -ssa decorum *Dido* (*al., v. p. 912, 34 sqq. 49*). 7, 503 palmis -ssa lacertos (*cf.* OV. met. 3, 497 suos manibus -erat ille l. 4, 138 plangore [perculit *cod. unus*]). OV. met. 11, 82. 11, 681 -it ora manu ... pectoraque ipsa ferit (*cf.* APVL. met. 3, 25, 2 -ssit faciem suam manibus infestis). SEN. dial. 3, 19, 4 *quid opus est* femur pectusque -ere? (VVLG. Ier. 31, 19 egi paenitentiam, ... -ssi f. meum. *al., adde* CIC. *supra*). HIER. in Ezech. 21, 8 l. 257 -e 'femur', sive (*sc. sec. gr. 21, 12* [*17*]) 'manum', et habitum plangentis assume (l. 262. PALLAD. hist. mon. I 24 p. 306^{C} [*gr. p. 111, 3 μετὰ κρότου χειρῶν*]. *sine obi.*: VVLG. Ezech. 6, 11 -e manu tua et allide pedem tuum. 21, 14 -e manu ad manum. *aliter p. 1242, 42*). *de animali*: PELAGON. 140, 1 cauda ventrem -it *dysuriam patiens.* ② *ut se vulnerent, occidant*: -ere pectus: VAL. MAX. 4, 6, 2 doloris inpotens p. suum gladio -ssit. SIL. 2, 143 -ssa ... pectora frustra. FLOR. epit. 4, 2, 71 gladio (*postea*: plagas). *reflexive*: QVINT. decl. 247 them. -ssit se adulescens; prius quam exspiraret *eqs.* 329, 10 (*them.* se occidit). APVL. met. 5, 24, 4 (*loq. Amor*) me telo meo -ssi. LIV. perioch. 83 (*postea*: se occideret). FVLG. RVSP. incarn. 35 (*ad I Cor. 15, 56*) *peccati* aculeo sic se primus homo -ssit ad mortem, ut *eqs. al.* ③ *alia ratione, casu: leniter tangendo*: OV. met. 11, 620 (*Somnus aegre expergiscitur*) iterumque iterumque relabens summaque -ens nutanti pectora mento. *vehementius pulsando*: VAL. FL. 1, 369 Clymenus -sso pectore tonsa ... puppem trahit (*sim.* SIL. 11, 489 adductis -ssa ad p. tonsis. *aliter, sc. remo vehementi nisu fracto*: VAL. FL. 3, 477 *Hercules* -ssit subito deceptum fragmine p.). *?mediopassive* (*nisi ad p. 1249, 4*): CHIRON 671 quodcunque iumentum in latus ad aliquam rem -ssum fuerit.

perdētono, -uī, -āre. *a* per *et* detonare. *i. q. (omnino) tonare desinere* (*transfertur ad tempestatem belli, cf. vol. V 1, 819, 9 sqq.*): OROS. hist. 5, 24, 11 Iugurthinum bellum nondum adhuc ab Africo -erat, iam Cimbricum a circio (*i. septentrione*) fulminabat.

perdibilis, -e. *a* perdere. *i. q. perditus vel perditione dignus, pravus*: ORIG. in Matth. ser. 117 p. 244, 5 si ... -is naturae erat Iudas, quomodo paenitentiam tantam suscepit *eqs.* (*p. 244, 17* si ... naturae pereuntis est aliquis hominum).

perdīcālis, -e. *a* perdix (*cf. p. 1251, 3*). *adhibetur in denotanda planta q. e. 'parietaria officinalis' L.* (*ad rem v. sub* perdicium): *in iunctura* herba -is (*cf. p. 1251, 21*): Ps. APVL. herb. 82 tit. h. -is (*item* herb.

[Hillen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

app. 82 tit.). 82 l. 3 h. -is coquitur in aqua ..., deinde ipsam tunsam ... inpones *pedibus* ([*postea*: alii muralem dicunt, alii parietariam]. *sim.* herb. app. 82 l. 3). herb. interpol. 82 l. 9 nomen sumpsit a perdicibus, ...; vocatur etiam Heraclia, oesya agria et clybatis et polyonymos. Ps. Theod. Prisc. add. p. 270, 3 sucum h. -is. 309, 19 h. -is tunsa et imposita sanguinem erraticum ... dispergit. 323, 12 -em h. tunde et sucum ... colato *eqs.* *loci ceteri*: Gloss. III 541, 46 ⟨polyonymon⟩ i. perdigallix (*i.* -calis; *restit. André, Arch. Lat. Med. Aevi 26, 1956, 190*). 548, 10 morale: -e (*cf. l. 2*). 573, 19 -is: pari(e)taria (*cf. l. 2*).

perdīcāria, (-ae) *f.* *a* perdix. *nomen herbae, i. q. perdicalis* (*ubi v.*): Gloss. III 544, 52 cionefico (*?*): -a.

[perdīcāx Gloss.^{L} II Philox. pe 126 *falso pro* pervicax.]

perdīcias, -ados *f., περδικιάς* (*quod gr. fere resp.*). *scripturas codd. v. infra.* *occurrit gen.* -os *saepe* (-es [*pro* -is*?*] *l. 31*), *acc.* -adon (*ut vox quasi transeat in sec. decl.*) *l. 22. 24. 26, inde fort. nom.* -ados *l. 33.*

nomen herbae q. e. 'parietaria officinalis' L. (*ad rem v. sub* perdicium): *in iunctura* herba -as (*cf. gen. explic. l. 28*): Philvm. med. 2 p. 133, 15 dentium dolores cum suco -os herbae in cavernas dentium missi sanant admixto galbano *trocisci* (Oribas. syn. 7, 8 Aa p. 139 *s.* -os hervae [*paulo ante*: cum s. -os]. Alex. Trall. 2, 246 s. ˌ-osˌ herb(a)e, quam nos pari(e)tariam aut ˌvitrariamˌ appellamus [perdicialis *et* vitraginem *cod. Andecav.*]). Oribas. syn. 7, 48 Aa p. 193 *ad scabiem* herba -on (perdiciaton Ab), nitru, solfor, sales Corsicos, *eqs.* 9, 54 add. Aa p. 384 *panem* teris cum herba -on, id est vitraginis folia (*postea*: teris panem cum herbas). *loci ceteri*: Oribas. eup. 2, 1 *E* 10 Aa (*sim.* La) p. 468 elsine vitragine, alii autem -on (-um Ab), Romani vero parietariam, alii vitraginem vocant (*gr. περδίκιον*). syn. 2 add. Aa p. 149, 25 cataplasma ... adhibes tale: ireos (unciam) i, herba -os (unciam) i, capparis radicis corticem (unciam) i. 3 add. Aa p. 911 trociscum cum suco plantaginis aut poligoniae aut perdicados (7, 8 Aa p. 139 [*v. supra*]. 9 add. Aa p. 353 s. intubae ... aut plantaginis aut poligonu aut -es *eqs.* [-tis Ab]. Alex. Trall. 1, 23 s. portulace aut -os aut aliqua alia *herba.* 1, 107. 1, 122). 7, 24, 5 La p. 162 diaforiticum admixtum elcxeni, qui et -os (Aa elcxini, quam diciadon vocant).

perdīcīnus, -a, -um. *a* perdix. *i. q. ad perdicem pertinens*: Ps. Soran. epit. 43 strictiores cibos, ut est ... pane seligine coctum aut leporina carne vel -a.

perdīcium (-on), -ī *n., περδίκιον* (*quod gr. resp.*). *de origine v. l. 46. 56.* *scripturas codd. v. infra; litt. graecis* Cels. *nom. et acc. sing.* -on Ps. Apvl., Diosc., Oribas.

nomen herbarum variarum (*ad rem v. André, Les noms de plantes, 1985, 192*): **1** *i. q. 'chrysanthemum parthenium'*: Cels. 2, 33, 2 herba muralis, *παρθένιον* vel *περδείκιον* appellant (*inde* Plin. nat. 21, 176 [pellecium *var. l.*]. 1, 21, 52 [pel(l)euchion, -eution *codd.*]; *v. p. 491, 70 sqq.*). **2** *i. q. 'parietaria officinalis' L.* (*cf.* perdicalis, perdicaria, perdicias *et p. 491, 73 sqq.*): Plin. nat. 22, 41 helxinen aliqui -um vocant, quoniam perdices ea praecipue vescantur, alii sideritem, nonnulli parthenium (*cf.* Diosc. 4, 82 p. 46, 14 alsinen aut parteneon aut -⟨i⟩on aut sideritin *eqs.* [*sim.* Ps. Apvl. herb. interpol. 82 adn. 6]). 22, 43 (*inde* 1, 22, 20). Cass. Fel. 2 p. 11, 4 sulphur vivum, bacas lauri, herbam -on, id est parietaria, omnia ... teres *eqs.* Oribas. syn. 2, 7 La p. 97, 9 elcsine qui et perdition vel vitrago dicitur (*sim.* 2, 34 Aa p. 109, 19. *ibid.* La p. 109, 21).

3 *loci ceteri, ubi de specie non liquet* (Cael. Avr. chron. 4, 1, 6 *v. sub* perdicius): Plin. nat. 19, 99 sponte nascentium quaedam numerosiora sunt radice quam folio, ut spalax, -um, crocum (-dictum, -diotum *codd.*). 21, 102 -um et aliae gentes quam Aegyptii edunt; nomen dedit avis id maxime eruens *eqs.* (*inde* 1, 21, 62). 28, 219 *hircinum* sebum cum ... caulibus hederae tritis ac -o (-ditio *codd.*). Ps. Apvl. herb. interpol. 124 l. 30 ad quos *usus adhibentur* -on et arnoglosson herbae (*cf.* Cael. Avr. chron. 4, 1, 7 sucos adhibuit arnoglossae vel -i herbae).

*?***perdīcius,** -a, -um. *a* perdix, *si genuinum.* [*vix recte trad.* Plin. nat. 30, 60, *v. p. 1260, 29.*] *i. q. perdicalis*: Cael. Avr. chron. 4, 1, 6 deponit ... aegrotantes in decoctione frigida ex herba ˌ-aˌ confecta *eqs.* (*ed. Sichardi,* perdicio *ed. Rovillii in marg.*).

perdico, -dixī, -dictum, -ere. *a* per *et* dicere. Not. Tir. 6, 68 -it. 6, 77 -dixit. *i. q. usque ad finem dicere, orare sim.*: Peregr. Aeth. 24, 5 dicuntur ymni vel antiphonae; et at ubi -ti (perducti *cod.*) fuerint iuxta consuetudinem, levat se episcopus *eqs.* 24, 6 ubi diaconus -erit omnia *nomina,* quae dicere habet, dicet orationem *eqs.* Alc. Avit. carm. 5, 608 (*antecedit oratio Pharaonis*) vix haec -erat, illi *milites* ... prosiliunt *eqs.* Oribas. syn. 3 add. La p. 916 dicis super olla septies vicies, ita ut per unum carmen unum granum fabae in ollam mittas, cum -is (*seq. carmen*). Avrelian. reg. mon. app. p. 393^{B} quattuor fratres binos psalmos ... dicant, -tis psalmis, kyrie eleison et antiphonas sex, ... et psalmis -tis et capitello -to (*idem* reg. virg. app. p. 403^{C}). Regvla mag. 93, 32 quem *versum* cum -erit *abbas, eqs.* Bened. reg. 11, 9 quo *hymno* -to legat abbas lectionem. Virg. gramm. epist. 3, 25, 4 *compositione* perfectiores et pleniores reddun-tur sententiae (*i. verborum sensus*), velut si dicamus 'dico -o, doceo perdoceo, facio perficio' (*quae sequuntur v. p. 1129, 73*). *vi praeverbii parum perspicua*: Virg. gramm. epist. 3, 18, 3 si ... dicas ... 'lauda laudat, doce docet, lege leget', indicativum modum (*sc. praesentis*) non putabitur et imperativum velle te -ere (prae- *Mai,* praedicare *Huemer*). *Hillen.*

perdifficilis, -e. *a* per *et* difficilis. *superl.* -illimum *l. 29, vix addas* Liv. 40, 21, 3, *ubi scribendum videtur*: per difficillimum aditum. *in tmesi l. 26.* *legitur apud* Cic. (*septies*) *et* Liv. (*bis*) *et inde a saec. IV.*

i. q. valde difficilis: **1** *quasi passive de eis, quae difficultatem praebent, difficiliter fiunt*: **a** *de rebus variis*: **α** *iuxta subst. vel pron.* (*attributive vel praedicative*): Cic. Verr. II 4, 110 *signorum* demolitio atque asportatio -is videbatur. Planc. 5 mihi in causa facili atque explicata -is ... et lubrica defensionis ratio proponitur. part. 84 quae¯-ia sunt, perinde habenda saepe sunt ac si effici non possint. nat. deor. 1, 1 cum multae res ... nequaquam satis ... explicatae sint, tum -is ... et perobscura quaestio est de natura deorum (*cf.* Boeth. in Porph. comm. pr. 2, 6 p. 94, 11 sequitur locus -is). Att. 3, 8, 2 navigatio -is fuit. *accedunt structurae*: Cic. Att. 9, 9, 1 sunt quaedam earum (*sc. θέσεων mearum*) -es ad iudicandum. *iunctura laxiore*: Hier. in Matth. 13, 30 l. 992 inter triticum et zizania ... in discernendo (-um *var. l.*) aut nulla aut -is distantia. Rvfin. apol. adv. Hier. 1, 11 erat -is materia de divinae providentiae disserere dispensationibus. **β** -e est *c. (acc. c.) inf.* (*cf. supra l. 23*): Cic. Quinct. 77 mihi -e esse ... verbum facere conari (*item accedit dat.*: Ivl. Val. 3, 48 per mihi difficile est eligere *eqs.* [*gr. p. 127, 17 ἀπορῶ σφόδρα*]. Avg. civ. 11, 6 p. 469, 14 aut -e nobis aut etiam inpossibile est cogitare *eqs.*). Hist. Avg. Diad. 2, 3 quibus satis facere -e est. Hier. hom. Orig. in Luc. 11 p. 67, 31 -illimum ... est parvulum spiritu crescere et inter mortales perrarum (vel diff- *var. l.; item seq. acc. c. inf.*: Tract. Pelag. 3, 19, 1 p. 60 divitem ... legis iussa conplere). Verec. in cant. 4, 26 *miserationum* numerum adprehendere -e est (*postea*: numerus non potest inveniri).

b *de loco sim.*: Liv. 32, 11, 3 se non iniquo nec -i aditu ... eos educturum. *c. supino*: Liv. 44, 8, 5 amnem ipsum transitu -em pro munimento habiturus.

2 *quasi active de eo, qui haud facile agit* (*accedit praepos.* ad): Vigil. Thaps. c. Eutych. 1, 1 praeventus ... errore humanus auditus ad veri rationem percipiendam durus et -is invenitur.

adv. **perdifficiliter.** *i. q. magna cum difficultate*: Cic. ac. 2, 47 illa *visa* ..., quae -r internoscantur (-culter *var. l.; cf. vol. V 1, 1092, 65 sqq.*).

perdigallix *v. p. 1251, 7.* *Oshiba.*

perdīgero, -stum, -ere. *a* per *et* digerere. *i. q. penitus digerere* (*sc. concoquendo*): Philvm. med. 3 p. 141, 5 nihil ... mirandum est, quod sanguis non -tus recidat in ventrem ([*antea*: non bene digesta]. Ps. Apvl. herb. app. 121 l. 16 s. infra qui remansit -etur). Oribas. eup. 1, 9, 16 Ab p. 414 *oportet* somnum ut tantum sit, quantum cybus degeratur, ut non tamen -tus appariat ad vomendum (*gr. μηδέπω δὲ τρέπεσθαι πεττομένην*). syn. 5, 17, 1 Ab p. 60 vinum ... degerit eos humoris, que non fuerint -ti (*gr. τοὺς ἡμιπέπτους χυμούς*).

perdīgnus, -a, -um. *a* per *et* dignus. *i. q. valde dignus*: Cic. fam. 13, 6, 4 ipsum hominem, quem tibi commendo, -um esse tua amicitia ... credo.

perdīligēns, -entis *adi.* *a* per *et* diligens. *i. q. valde diligens*: Cic. ad Q. fr. 3, 5, 6 res operosa est et hominis -is (*cf. 3, 4, 5* diligentem). Porph. Hor. ars 387 Maecius -s carminum fuit aestimator.

adv. **perdīligenter.** *i. q. valde diligenter*: Cic. Att. 1, 11, 1 duabus epistolis tuis -r in eandem rationem scriptis. Brut. 14 quo *libro Atticus* ... omnem rerum memoriam breviter et ... -r complexus est.

perdīs, -ītis *v.* perdives. *Hillen.*

[perdiscerno, -ere *non nisi in falsa var. l. pro* perdiscere Non. p. 290, 29.]

⁂perdisco, -didicī, -ere. *a* per *et* discere. *legitur inde a* Plavto, Catone, *frequentant* Cic. (*21^{ies}* [de orat. *13^{ies}*]), Firm. (*9^{ies}* [math. *8^{ies}*]), Avg. (*9^{ies}*). **[***confunditur in codd. maxime cum* discere (Cic. fin. 5, 76 Ps. Sall. in Tull. 2. *al., restit.* Firm. math. 8, 12, 3), perdere (Cic. fin. 5, 76 Ps. Hil. libell. 4 p. 74, 1. *al.*), perdicere (Cic. Balb. 47 Petr. Chrys. serm. 112, 1), pr(a)ediscere (Cic. fat. 17 Firm. math. 5, 2, 15. *al.*). *falso trad.* Manil. 2, 692 (discernere *coni. Pingré*).**]**

i. q. penitus discere, aliquid plane vel funditus vel perfecte cognoscere, pernoscere (*accedit* plane *p. 1253, 18,* diu penitusque *p. 1253, 29,* ad summum *p. 1253, 35,* omnis *p. 1253,4 sq. 8. 9. 28. al. [cf.* totus *p. 1253, 13. al.,* cuncta *p. 1253, 30. al.]; disting.* discere *p. 1253, 17. 39. al.,* inspicere *p. 1253, 8; saepius c. abl. modi vel instr., c. praepos.* ab *p. 1253, 6,* apud *p. 1253, 22*):

1 *-untur ea, quae ad artem, disciplinam quandam pertinent, sc. tota doctrina vel singula praecepta, exempla sim., quae quis assequitur studendo,*

[Oshiba]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

exercendo, inquirendo (*ediscendo, memoriae mandando maxime l. 14. 20. 43. 46*): **a** *c. obi. acc.* (*pro obi. substituitur infinitivus l. 15*): PLAVT. Pseud. 1275 *saltavi* nimis ex discipulina, quippe ego qui probe Ionica -ici (*item -untur motus corporis*: SEN. benef. 7, 1, 4 omnes numeros nexusque -icit *luctator.* QVINT. inst. 10, 1, 4 [*in imagine*] athleta, qui omnes iam -erit a praeceptore numeros. FIRM. math. 8, 12, 3 scaenicas artes studiosa animositate ⟨per⟩discens). CATO ad fil. frg. 1 *bonum est Graecorum* litteras inspicere, non -ere (*inde* PLIN. nat. 29, 27). ACC. carm. frg. 20 unde omnia -i ac percipi queuntur (*nisi ad 2*). CIC. Balb. 47 *Marium* omnia iura belli -ere ac nosse potuisse (*cf.* de orat. 1, 159 -endum ius civile, cognoscendae leges, *eqs.* [1, 252]. fam. 7, 14, 2 [*iocose ad Trebatium iuris consultum*] si tu maluisses benevolentiae quam litium iura -ere). de orat. 1, 69 hic locus de vita et moribus totus est oratori -endus (GELL. 15, 8, 1 ⟨locum⟩ totum, ut meminisse possemus ..., -icimus). 1, 249 Magonis ... libri -endi. 2, 69 qui hominum speciem pingere -erit *eqs.* rep. 1, 16 Pythagorae inventa (PLIN. nat. 2, 117 veterum ... i.). 2, 27 *Numa,* quae -enda quaeque observanda essent, multa constituit. fin. 5, 76 an eum discere ea mavis, quae cum plane -erit, nihil sciat? fat. 17 maius est ... has contortiones orationis quam signorum ortus obitusque -ere (*cf.* IVST. 20, 4, 3 ad -endos siderum motus). ad Q. fr. 3, 1, 11 cum ... meam *orationem* in illum pueri omnes tamquam dictata -ant. *al.* LVCR. 5, 1051 rerum ... -ere nomina. Ps. SALL. in Tull. 2 istam immoderatam eloquentiam apud M. Pisonem ... -isti. PROP. 3, 5, 25 *in senectute* mihi naturae libeat -ere mores, quis deus ... temperet *eqs.* MANIL. 2, 149 legem -ere fati. VITR. 1, 1, 2 qui *architecti* utrumque (*i. fabricam et ratiocinationem*) -erunt. 1, 1, 12 tantum numerum doctrinarum -ere et memoria continere. SEN. epist. 76, 5 quod -ere vix senex possis. COLVM. 11, 1, 7 disciplinam ruris. QVINT. inst. 1, 1, 30 syllabis nullum compendium est: -endae omnes. 1, 12, 15 *sacerdotum Aegypti* arcana. 12, 11, 16 praecepta vivendi. PLIN. paneg. 15, 1 ut diu penitusque -res, quae mox praecipere deberes. GELL. 18, 6, 3. APVL. flor. 18, 21 cuncta illa exorabula iudicantium et decipula adversantium et artificia dicentium. TERT. test. anim. 5 p. 140, 22 LACT. inst. 3, 25, 12. FIRM. math. 1, 4, 11 computatione sollerti divinae dispositionis secreta -icit (5, 1, 26 sacramenti ... s. -ens [predic- *var. l.*]. err. 18, 1 religionis s. -ici [*vertit formulam gr. γέγονα μύστης Ἄττεως*]). 1, 7, 11 *Pythagoras* ad summum cuncta -icit. 4, 14, 20 res absconsas et abditas facili ratione -ant. *al.* **b** *obi. subaudiendo* (*excepto* BOETH. *non nisi inf. vel gerund.*): CIC. de orat. 1, 13 praemiis ad -endum ... commoveri. 2, 142 ut ... debilitati ... voluntatem discendi simul cum spe -endi abiceremus. 3, 89 res ... se ... sic habet, ut, nisi quod quisque cito potuerit, numquam omnino possit -ere (*sim.* 3, 146 [*obi. supplens libere affert* AVG. doctr. christ. 4, 7 hanc artem, *sc. eloquentiam,* ... -ere]). 3, 90 homini ad -endum acerrimo. CAES. Gall. 6, 14, 4 plerisque accidit ut praesidio litterarum diligentiam in -endo ac memoriam remittant (*antea*: ediscere *et* memoriae studere). RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 47, 2 nulla aetas ad -endum sufficere potest. AVG. serm. 212, 2 nec ut eadem verba *symboli* teneatis, ullo modo scribere debetis, sed audiendo -ere (*postea*: memoria ... tenere atque recolere). BOETH. in categ. comm. 2 p. 216^{C} ut si quis grammaticam legens, qui nondum -icit, *eqs.*

2 *-untur quaelibet res, sc. quae experientia, casu sim. cognoscuntur* (*hic illic ironice ad usum sub 1 descriptum alludi videtur, e. g. l. 59, cf. l. 12; pro obi. substituitur acc. c. inf. l. 52 sqq., enunt. interrog. l. 66 [cf. l. 57 et supra l. 23], obi. subaudiendo l. 57. 59*): PLAVT. Asin. 187 -ici istaec esse vera damno cum magno meo (*item pendet acc. c. inf.*: Ps. APVL. Ascl. 34 *si* totum animadvertes, vera ratione -es mundum ipsum sensibilem ... esse. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 118, 5 desideravi ... flere ... tam pro his quae dicta sunt, quam pro aliis quae paene iam dici -ici). Truc. 22 sq. non omnis aetas ad -endum sat est amanti, dum id -at, quot pereat modis (*cf. l. 45 et* PETR. CHRYS. serm. 112, 1 ad humana -enda tota hominis brevis est vita). TIB. 1, 9, 65 *uxor* tua -icit, *sc. maritum fallere.* TAC. ann. 4, 33, 2 senatus ... et optimatium ingenia qui maxime -erant, callidi temporum et sapientes credebantur. 6, 45, 3 *Caligula simulationes* in sinu avi -erat. FIRM. math. 5, 2, 15 qui futura omnia aliqua ratione -ant (prae- *var. l.; cf.* 6, 25, 3 futurorum ordinem divina mentis instigatione -unt). NON. p. 290, 29 exigere: inquirere, verum -ere. DON. Ter. Andr. praef. 3, 1 argumenti, quod populus hac occasione -it. AVG. div. daem. 5, 9 *daemones* hominum dispositiones ... tota facilitate -unt. Ps. CHRYSOST. hom. II 1183^{B} ut -as, quanta sit conversionis utilitas (*Migne gr. 52, 450 μάθῃς*). *al. Oshiba.*

perdiscōperio, -uī, -īre. *a* per *et* disco(o)perire. *i. q. (penitus) discooperire*: PEREGR. Aeth. 16, 6 fodientibus illis adparuit lapis; quem lapidem cum -issent, invenerunt *eqs.*

perdiscoquo, -ctum, -ere. *a* per *et* discoquere. *i. q. penitus discoquere*: ORIBAS. syn. 3, 208 Aa p. 890 gallum ... coquis ..., anetum vero et porros mittis ..., ut ibidem simul discoquantur; cum enim -tus fuerit gallus, *eqs.* (*gr. brevius συνταχέντων δ' αὐτῶν*).

perdisertus, -a, -um. *a* per *et* disertus. *i. q. valde disertus*: PROB. inst. gramm. IV 149, 8 per significat et adverbium, ut puta -us.

adv. **perdisertē.** *i. q. valde diserte*: CIC. de orat. 1, 62 Philonem illum architectum ... constat -e populo rationem operis sui reddidisse (*in eadem re Val. Max. 8, 12 ext. 2* facunde).

perdissipo, -ātum, -āre. *a* per *et* dissipare. *i. q. (penitus) dissipare*: ARNOB. IVN. in psalm. 118, 81–176 l. 136 tempus est, ut venias, -ta est ab iniquis lex tua, id est a Iudaeis, qui ... dissipaverunt eam.

[perditat *non nisi e coni. falsa* CYPR. GALL. gen. 459.] *Hillen.*

perditē, perditim *v. sub* perdo.

⁂perditio, -ōnis *f.* *a* perdere. *scribitur hic illic* perdic(c)io, *e. g.* VET. LAT. Iudith 6, 4 (cod. 62. *item* 7, 25). Ezech. 29, 9 (cod. 176. *ibid.* 10. 12 [*bis*] perdit-), *vel* perdictio, *e. g.* VVLG. Phil. 1, 28 (*var. l., v. ed. Beuron.*). Ps. THOM. apoc. *ubique* (*ter*). *plur. p. 1255, 25 sq. 30. 32. al.* GLOSS. *ἀνάθεμα. ἀπώλεια. legitur inde a* VET. LAT., TERT., *fere in sacr. script. et apud eccl.* [*confunditur cum* pernicies AVG. serm. 9, 16 l. 596.]

i. q. actio perdendi (*de statu perdito p. 1255, 27. 1256, 34. 1257, 74, hic illic actio et status inde efficiendus vix discernuntur, v. imprimis l. 34. 43. 70. p. 1256, 38, cf. etiam p. 1255, 53; gr. respondet ἀπώλεια, nisi aliud adnotavimus*): **I** *praevalet respectus evertendi, fere i. q. pernicies, mors* (*distinguitur* corruptio *l. 47,* demutatio *sim. l. 68. 72, iuxta ponitur e. g.* dissolutio *l. 44 sq.*, exitium TERT. adv. Marc. 1, 24 p. 323, 9. *al.*, exterminatio *l. 71,* interitus *p. 1255, 59. al.,* mors *passim [cf.* SERV. *l. 25]; opp.* adquisitio VET. LAT. Hebr. 10, 39 [cod. 65. *al.* = VVLG.], redemptio *p. 1256, 10,* salus *e. g. p. 1255, 64; al.*): **A** *generatim, sc. de interitu corporali* (*cf.* SERV. georg. 4, 226 ['nec morti esse locum'] id est -i: nihil enim est, quod perire funditus possit): **1** *spectat potius ad actionem perdendi* (*cf. l. 17; hic illic vis moralis subauditur, ut vergat ad B*): **a** *pereunt animantes* (*sc. homines, Aeon l. 45; daemones, diabolum sim. v. sub B p. 1256, 11*): **α** *varia exempla*: VET. LAT. num. 20, 3 (cod. 100) utinam mortui fuissemus in -e fratrum nostrorum (*Vulg.* perissemus inter fratres nostros). deut. 7, 23 (cod. 100) *deus* perdet illos -e magna (*Vulg.* interficiet illos *tantum. item perdit deus e. g.* CYPR. epist. 69, 6 p. 755, 4 [*antea affertur IV reg. 17, 20* dedit eos in direptionem]. AVG. quaest. hept. 6, 21, 2 *deus voluit* gentes ipsas interfici et in -em dari). II par. 22, 4 (cod. 109) erant eius *regis* consiliarii ... in -e ipsius (ipsorum *codd.*), *unde bellum gessit, quo periit* (*gr. σύμβουλοι τοῦ ἐξολεθρεῦσαι αὐτόν, Vulg.* in interitum eius). Iudith 7, 13 (cod. 109) adflictati -e sitis (*gr. ἀνελεῖ αὐτοὺς ἡ δίψα, cod. 151. al.* interficiet illos sitis, *Vulg. aliter*). Abd. 12 (Ambr. paenit. 2, 8, 73, *sim.* VVLG.) non gaudebis super filios Iuda in die -is eorum (VVLG. deut. 32, 35. *al., ad notionem p. 1257, 5 allatam vergit* TERT. idol. 4, 3 [*affert Enoch 99, 6*] iuro vobis, peccatores, quod in diem sanguinis -is ⟨in⟩iustitia parata est). I Macc. 7, 7 (rec. B) mitte virum, *qui* ... videat omnem -em, quam fecit *Iudas* nobis et regioni regis (*gr. ἐξολέθρευσιν, rec. V* exterminium). IREN. 2, 18, 7 investigare perfectum patrem ... dissolutionis et -is causam fuisse *Aeoni* (2, 20, 3 passionem d. et -is). HIER. epist. 106, 50, 4 (*ad psalm. 77, 38*) si quis ... putat *διαφθορεῖ* non -em sonare, sed corruptionem, recordetur *eqs.* RVFIN. Orig. in exod. 1, 5 p. 152, 22 *Phiton* (*exod. 1, 11*) abyssus -is et interitus eius *Pharaonis* est locus. Orig. in num. 18, 4 p. 176, 6 (*spectat ad Luc. 9, 24*) salutari ... -e perdet Iesus eum, quem de huius mundi civitate liberaverit (*cf. p. 1257, 55*). OROS. hist. 1, 3, 5 de -e totius generis humani (*sc. diluvio*). 2, 11, 4 urguet ... *Persarum* inceptus miseros extrema -o (*sc. clades navalis*). SALV. eccl. 1, 48 nescio an in extremis aliquid temptare medicina sit, certe nihil temptare -o (*cf. de effectu morborum*: ORIBAS. syn. 6, 28 Aa p. 20, 22 sqq. cito in -e veniunt *aegroti* de cordis distemperantiam ...; tardius autem fit epate distemperato hominis -o. 9, 37, 2 La p. 339 *satyriasmo morientes* sudant frigidum, sicut in spasmis fieri solet et -em [*gr. ἀπολλυμένους*]). VEREC. in cant. 2, 21 l. 24 -em ... Titi tempore ... conflatam (*cf.* 2, 22 l. 59 -is Titianae sunt gladio dimetiti *Iudaei*). CASSIOD. Ios. antiq. 5, 356 *victoria* Palaestinis allata est et -em ... suscipientes Hebraei *eqs.* (*gr. ἦτταν*). *et saepissime. fere per prosopopoeiam*: VET. LAT. Iob 41, 13 (Priscill. tract. 1, 29) ante illum *Leviathan* praecurrit -o (*Vulg.* egestas). EVSEB. GALLIC. hom. 18, 2 suis laqueis illigata et irretita -o *est* (*sc. mors a Christo victa*). **β** *in doctrinis de mortalitate substantiae prolatis*: TERT. resurr. 34, 7 nolo nunc deducere, hac an illac (*i. utrum anima interibilis an non*) hominem -o depostulet. 54, 1 nam quia ... positum est 'uti devoretur mortale a vita' (*II Cor. 5, 4*), caro scilicet, devorationem quoque ad -em ... carnis arripiunt. 55, 3 discernenda est ... demutatio ab omni argumento -is: aliud enim demutatio, aliud -o. IREN. 5, 6, 2 membra Christi (*i. carnem*) non participare salutem, sed in -em redigi dicere, quomodo non maximae est blasphemiae? RVFIN. Orig. princ. 1, 6, 4 p. 85, 6 (*ad I Cor. 7, 31*) non omnimodis exterminatio vel -o substantiae materialis ostenditur, sed inmutatio quaedam fit qualitatis. EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Ioh. 3, 8 p. 58, 27 *si* ingenita *est natura mali,* et sine -e est. *al.* **γ** *metonymice de eo qui perdit*: COMM. apol. 935 urbis -o Nero est, ... *Antichristus* terrae totius.

[Delhey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *pereunt res*: **α** *vario modo*: Ⓘ *urbes, regiones, mundus sim.*: Vet. Lat. deut. 12, 2 (cod. 100. *al.*) -e perdetis omnia loca (*Vulg.* subvertite). Avg. civ. 2, 25 p. 90, 30 *Romani rei publicae* -em diis suis non imputant (*cf.* Greg. M. dial. 2, 15, 3 Romanae urbis -e). 20, 28 p. 447, 16 (*ad II Petr. 3, 11 sq.*) nihil hic dicit de resurrectione mortuorum, sed de -e huius mundi. Oros. hist. 5, 11, 1 Africam ... -o consecuta est (*sc. lues*). Op. imperf. in Matth. 4 p. 659 *dux* festinat exire sciens, quia tarditas eius -o est provinciae. *al.* Ⓘⓘ *cetera exempla* (*caro vel anima humana v. sub aβ*): Vet. Lat. Is. 33, 23 (Tycon. reg. 2 p. 10, 12) non tollet signum *navis*, donec tradatur in -em (*gr. εἰς προνομήν, Vulg. aliter*). Sirach 29, 13 non abscondas illam *pecuniam* sub lapide in -em. Ezech. 28, 7 (Tycon. reg. 7 p. 77, 28. *al.*) vulnerabunt decorem tuum in -em (*Vulg.* polluent decorem tuum *tantum*). Clavd. Don. Aen. 7, 345 p. 56, 24 unum *anguem furialem* ad -em quietarum rerum ... sufficere. Hier. hom. Orig. in Ezech. 2, 4 p. 345, 23 Sampson in -em eas *vulpes* frugum misit. Vvlg. Mich. 1, 7 omnia idola ... ponam in -em. Hesych. in lev. 5, 17 p. 1002^{C} omnimoda loci ipsius -o, *sc. tabernaculi* (*postea*: quando ... disperditum fuerit). *al.* *in imagine*: Vet. Lat. Rom. 9, 22 (Aug. c. Faust. 21, 2) vasa irae, quae perfecta sunt in -em (*Vulg.* aptata in interitum. *inde* Avg. gest. Pelag. 3, 7. *al., cf. p. 1257, 26*).

β *eo quod profunduntur, male consumuntur*: Vet. Lat. Matth. 26, 8 (cod. 3, *sim. al. et* Vvlg.) quid -o haec fit huius unguenti? (*fere item* Marc. 14, 4 [cod. 3. *al., sim.* Vvlg., *cod. 1* exterminium]). Ps. Orig. in Iob 1 p. 381^{A} omnem ... sanctitatem ..., quam fecerit quis foris a ... vera fide, gratis facit, in -e facit (*nisi ad B1b*). Salv. eccl. 1,3 luxuriae, impudicitiae, -es (*cf.* gub. 6,78 luxus, potationes, -es). *al.*

2 *spectat ad statum perditum*: **a** *notione sollemni de condicione misera, perdita*: **α** *hominum*: Tert. apol. 50, 4 desperati et perditi existimamur; sed haec desperatio et -o penes vos ... vexillum virtutis extollunt. Vvlg. Tob. 3, 22 non delectaris in -bus nostris. Dan. 14, 41 *rex* illos, qui -is eius *Danihelis* causa fuerant, intromisit *in lacum*. Rvfin. Orig. in lev. 7, 2 p. 375, 13 -es nostras et contritiones. *al.* **β** *locorum*: Vvlg. Ioel 3, 19 Aegyptus in desolatione erit et Idummea in desertum -is. Oros. hist. 1, 5, 9 totam ... regionem *Sodomae* ... aeterna -e damnavit.

b *metonymice*: **α** *de terra vastata, fere i. q. solitudo*: Vet. Lat. lev. 16, 10 (Tert. adv. Marc. 3, 7 p. 388, 5. *al.*) *hircus* a populo extra civitatem abiciebatur in -em (*gr. εἰς τὴν ἔρημον, Vulg.* in solitudinem). Ezech. 29, 9 (cod. 176) erit terra Aegypti -o et solitudo (*Vulg.* in desertum et s.). 29, 12 (cod. 176) dabo terram eius -em (*Vulg.* terram ... desertam). **β** *de loco mortuorum, fere i. q. infernum*: Vet. Lat. psalm. 87, 12 (cod. 305 = Vvlg.) numquid enarrabit aliquis in sepulchris misericordiam tuam et veritatem tuam in -e? Ps. Philo antiq. 3, 10 reddet infernus debitum suum et -o restituet paratecem suam (perditum *var. l.*). Hier. interpr. Iob 26, 6 (*sim.* Vvlg.) non est velamen -i (*explicat* Avg. in Iob p. 562, 12 etiam -o *deum* ... non latet. *cf.* Vvlg. prov. 15, 11 infernus et -o coram domino, quanto magis corda ... hominum). *al.* *per prosopopoeiam*: Hier. interpr. Iob 28, 22 (*sim.* Vvlg.) -o et mors dixerunt: audivimus eius gloriam (*explicat Aug. in Iob p. 568, 23* perditi et mortui).

B *speciatim, sc. de damnatione peccatorum, poena aeterna sim.* (*fere usu christiano, ex interpretatione pagana p. 1256, 52. augetur per adi.* aeterna *p. 1256, 9. 14 . al.*, perpetua *l. 73*, sempiterna *p. 1256, 7*, ultima Rvfin. Orig. princ. 3, 5, 6 p. 276, 15): **1** *varia exempla*: **a** *spectat potius ad actionem (futuram), sc. -o efficitur peccando* (*hic illic fortasse de actione corrumpendi, aliquem damnationi obnoxium reddendi, imprimis l. 66. 68* [*sed cf.* Hier. *p. 1254, 46*]): **α** *proprie, pereunt*: Ⓘ *homines vel eorum animae*: Vet. Lat. prov. 6, 32 (Tert. pudic. 18 p. 259, 7) moechus -em animae suae adquirit (*Vulg.* perdet animam suam). Matth. 7, 13 (cod. 3. *al.* = Vvlg.) spatiosa est via, quae ducit ad -em (*cod. 1* interitum). I Tim. 6, 9 (cod. 75. *al.* = Vvlg.) *desideria* mergunt homines in interitum et -em. IV Esdr. 10, 10 paene omnes in -em ambulant et in exterminium fit multitudo eorum. Tert. cult. fem. 2, 2 l. 27 nescio an impune habeat, qui alicui causa fuerit -is (Hesych. in lev. 5, 17 p. 1003^{C}. *al.; cf.* Cypr. epist. 72, 2 p. 777, 18 qui -is auctores et duces extiterunt). adv. Marc. 4, 23 p. 499, 6 sicut ad salutem vocat, quem non recusat, ita in -em damnat, quem recusat *deus*. Iren. 1, 13, 4 *spiritus* a Satana immissi ad seductionem et -em eorum, qui non firmam fidem ... custodiunt (*item -o hominum a diabolo vel eius ministris expetitur*: Vita Hil. Arel. 26 l. 26 *qui* perfectorum -e saginatur. Evseb. Gallic. hom. 19, 7 humanae avidam -is inexplebilem bestiam [*cf.* Greg. M. moral. 2, 39 pravitatem *diaboli* ... in humani generis -e]. *al.*). Ps. Cypr. Iud. incred. 1 libera ... -e contra deum etiam illa nolle, quae prosunt (*cf.* Avg. c. Gaud. 1, 24, 27 p. 226, 4 vobis illa -is libertate concessa. *al.*). Hier. in Ier. 3, 13, 2 evelletur gens *haereticorum* ... evulsione et -e perpetua. Avg. epist. 190, 13 *novas animas*, si in illa tenera aetate de corpore exierint, in damnationem -is ituras (*cf.* Alc. Avit. carm. 6, 194 *infans, qui non baptizatus moritur*, -is erit. *al.*). in epist. Ioh. 5, 2 ne aliquis in verbo eius inveniat occasionem -is suae (Cassian. conl. 17, 16, 1 o. causaeque ... -um *perituris non deerunt. al.*). Ps. Avg. quaest. test. 110, 4 non -i, poenae tamen obnoxius est *peccator* (110, 19 *impii* -i ... obnoxii. Evseb. Gallic. hom. 15, 2 *animae* -i obnoxiae. *al.*). Leo M. serm. 24, 6 simulata ieiunia, quae non ad purificationem, sed ad -em proficiunt animarum. Sedvl. carm. pasch. 2, 283 luxus et gaudia blandae -is. Op. imperf. in Matth. 18 p. 730 -o sempiterna (*opp.* vita aeterna). Fvlg. Rvsp. ad Monim. 1, 19, 3 homini, qui se perdidit peccato, redditur in tormentis aeterna -o (*postea*: iuste quidem est in -e peccati dimissus). Ps. Primas. in Rom. p. 442^{B} maior est redemptio salvatoris quam -o transgressoris *Adae. et saepius.* Ⓘⓘ *daemones, diabolus sim.*: Vet. Lat. apoc. 17, 8 (cod. 51. *sim. al.*) *bestia* ascensura est de abysso et in -em ibit (*Vulg.* in interitum. *cf.* Apring. in apoc. 20, 7 auctor tenebrarum solvetur ... et exibit in -em aeternam). Tert. carn. 14 l. 6 et si angelis -o reputatur 'in ignem praeparatum diabolo et angelis eius' (*Matth. 25, 41*), numquam tamen illis restitutio repromissa est. adv. Marc. 4, 7 p. 437, 10 quasi haec esset summa gloria Christi, si ad -em daemonum venisset. Min. Fel. 27, 2 *daemones veritatem*, quam sciunt, in -em sui non confitentes. Iren. 3, 6, 3 *Hieremias (10, 11) ex eo*, quod -em eorum adiecit, ostendit non esse eos deos. *al.*

β *metonymice de -em efficientibus: rebus, sc. fere de vi perniciosa* (*de cruce Christi l. 26*): Vet. Lat. prov. 16, 27 (Cypr. epist. 59, 20) perversus in suo ore portat -em (*gr. ὀρύσσει ἑαυτῷ κακά, Vulg.* fodit malum). Hier. epist. 51, 6, 4 (*Epiphan.*) liberet deus ... Rufinum ... ab heresi Origenis et aliis heresibus et -e earum. Cassiod. in psalm. 4, 7 l. 181 *crux est* victoria Christi, -o diaboli. Pass. Peregr. Autiss. (bhl 6623) 6 honores vestri -es sunt. *al.* *animantibus, sc. corrumpentibus* (*cf. p. 1255, 54; de diabolo* Hier.): Hier. in Eph. 2, 1 p. 467^{C} diabolus ... -o est et ira et mors (*nisi ad bβ*). Avg. nat. bon. 47 (*ad Manichaeum*) o scelestum monstrum! o execranda -o et labes deceptarum animarum! Avell. 76, 2 factus es ... eorum -o et non vita (*gr. ὀλετήρ*). Salv. gub. 6, 2 unum saepissime malum hominem -em esse multorum. Paschas. verba patr. 57, 2 *meretrix* multis animabus -o fuerat (*gr. Nau 1907 p. 174 n. 43 προξενοῦσα ἀπώλειαν*).

b *spectat potius ad statum perditum*: **α** *proprie, perditi sunt*: Ⓘ *homines vel eorum animae* (mundus *l. 62*): Ⓐ *vario usu* (*hic illic fere i. q. pravitas, perversitas, imprimis paganorum, haereticorum sim.*): Vet. Lat. Tob. 4, 13 (cod. 109) in supervia habundat -o et infelicitas (Vvlg. in *superbia* ... initium sumpsit omnis -o). Tert. praescr. 30 l. 12 *Marcion* pacem recepturus, si ceteros ..., quos -i (-e *var. l.*) erudisset, ecclesiae restitueret (*cf.* Alc. Avit. epist. 28 p. 58, 25 -is suae ... discipulos). Novatian. trin. 30, 7 -is et caecitatis *causas*. Lact. inst. 7, 1, 21 *via mortis* latissima est, quoniam late -o dominatur. Hil. coll. antiar. p. 102, 10 Triverorum episcopus eorum se -i simulationique non miscuit. Avell. 40, 3 (*a. 385*) *ut* divulsio atque -o fuisset exorta (*i. schisma*). Rvfin. Orig. in gen. 16,5 p. 142, 2 ad summum gradum nequitiae et ad sacerdotium -is. Orig. princ. 1, 5, 5 p. 78, 3 in malitiam -emque ... *vergimus* in tantum, ut *eqs.* Avg. conf. 3, 11, 19 *mater* -em meam se plangere dicit (*antea*: detestans blasphemias erroris mei). Chromat. serm. 32, 4 avertat dominus a nobis huiusmodi -em (*i. Iudaeorum. cf.* Greg. M. epist. 4, 31 quos de Iudaica -e redemptor noster ad se dignatur convertere). Pavl. Petric. Mart. 1, 230 cum ... patrem *Martini* durata ... teneret -o ingestae renuentem verba salutis. *al.* *ex interpretatione pagana*: Pass. Firm. rec. b 8 civitas Veronensis in -e est (*pagani ad magistratum ut antea*: tolle magos [*i. Christianos*] ..., ne filii nostri seducantur ab eis). Ⓑ *respicitur effectus peccati originalis* (*cf. p. 1257, 23*): Tert. cult. fem. 1, 1 l. 12 ignominiam dico primi delicti et invidiam -is humanae. adv. Marc. 2, 25 p. 370, 4 *Adam*, in -e es. patient. 5, 7 quid primum fuerit ille angelus -is, malus an impatiens, contemno quaerere (*vel potius ut* filius -is *sub 2? item spectat ad diabolum, sc. auctorem -is*: Cypr. zel. 4 livore periturus magistro -is obsequitur [*antea: diabolus* perit primus et perdidit]. Rvfin. apol. Orig. epil. 7 l. 9 patrem malitiae ac -is. Chromat. serm. 6, 3 auctor -is. *al.*). Ps. Orig. tract. 12, 24 *ecclesia rogat deum*, ut a mundi -e et ab aeterna morte liberetur. Evseb. Gallic. hom. 34, 5 *baptismo* debitum originale vacuatur, pondus -is exuitur. *al.*

Ⓘⓘ *angeli, diabolus sim.* (*sc. propter rebellionem contra deum factam praeter* Iren.; *cf. l. 57*): Iren. 1, 24, 4 *Basilides docet* patrem videntem -em ipsorum *angelorum* misisse primogenitum Nun suum. Lact. inst. 2, 14, 11 *hi* spiritus contaminati ac perditi ... in solacium -is suae perdendis hominibus operantur (*sim.* epit. 22, 11). Ps. Avg. quaest. test. 110, 1 *diabolus* deiectus de sacris sedibus hoc solacium aestimavit, si -i suae adquireret plurimos socios. *al.*

β *metonymice, sc. de ipso damnato, depravato* (*cf. supra l. 28*): Vet. Lat. Ezech. 28, 19 (Tycon. reg. 7 p. 78, 22. *al.*) *rex Tyri*, -o factus es et non eris in aeternum (*Vulg.* nihili. *explicat* Rvfin. Orig. in lev. 4, 5 p. 321, 8 qui nimis peccant, in scripturis -o appellantur, sicut in Ezechiel *eqs.*).

[Delhey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

EVCHER. instr. 2 p. 146, 5 anathema -o (*ibid.* l. 7 a. autem maranatha ... -o in adventum domini [*sec. I Cor. 16, 22, v. vol. II 20, 45 sqq.*]). PASS. Petr. 2 -is caput ... Nero, consummata iniquitas (*cf. p. 1254, 75*).

2 *locutiones quaedam peculiares, pendet gen. ex subst. (fere sec. hebr.)*: **a** *dies sim.*: VET. LAT. II Petr. 3, 7 (Aug. civ. 20, 18 p. 447, 1, *sim.* VVLG.) *caeli et terra sunt* repositi in diem iudicii et -is hominum impiorum (VVLG. Iob 21, 30 in d. -is servatur malus. VEREC. in cant. 2, 36 d. -is duplex est: aut enim tunc evenit, quando pes dilabitur ... id est sensus circumscriptione trahitur delinquendi, aut tunc, quando supremum consummationis advenerit tempus. *al.; cf. p. 1254, 39*). RVFIN. Orig. in Ios. 11, 3 p. 364, 12 tribulationis et -is ... tempus. PS. THOM. apoc. l. 76 hora -is. **b** filius (*explicat* HIER. in Eph. 2, 1 p. 467^{C} filius ... irae sic accipiendum ut f. -is ... non quo aliqua ira ... et -o subsistat in natura sua, quae filios habeat, sed quo filii dicantur eius rei, quae operetur in singulis. *aliter* AVG. in euang. Ioh. 107, 7 f. -is dictus est traditor Christi, -i praedestinatus. *cf. Mehlmann, Analecta biblica 6, 1957, 2 sq.*): VET. LAT. Is. 57, 4 (Lucif. non parc. 34 l. 34) nonne vos estis filii -is, semen iniquum? (*Vulg.* scelesti). Ioh. 17, 12 (cod. 4, *sim. al. et* VVLG.) nemo ex eis perit nisi f. -is *Iudas*. II Thess. 2, 3 (cod. 89. *al.* = VVLG.) homo peccati, f. -is. LVCIF. Athan. 1, 19 l. 3 vos f. -is Arriani. PRISCILL. tract. 1, 21 f. irae et -is ambulantes in tenebris. AVG. nupt. et concup. 2, 17, 32 *an* filios -is haedos sinistrae partis diabolo pascit *deus*? *al.* **c** massa: AVG. in euang. Ioh. 109, 2 quis enim eorum *iustorum* a damnatione totius m. -is, quae per unum hominem facta est, salvus esse potuisset, nisi *eqs.* pecc. orig. 29, 34 universa m. -is facta est possessio perditoris, *sc. diaboli.* c. Pelag. 4, 6, 16 irae vasis, cum quibus eis (*i. vasis misericordiae*) est -is ... m. communis, ira debita et iusta rependitur. serm. 26, 13 una erat m. -is ex Adam. *al.* (*maxime apud* AVG.). **d** *via sim.*: VET. LAT. sap. 5, 7 lassati sumus in via iniquitatis et -is (LACT. inst. 6, 4, 2 [*opp.* iter caeleste]. 6, 7, 4 -is ac mortis. 7, 27, 7 -is et fraudis [*opp.* iustitiae via, iter virtutis]. LVCIF. non conv. 4 l. 29. *al.*). IV Esdr. 7, 48 *cor malum* itinera mortis ostendit nobis, semitas -is. ALC. AVIT. carm. 4, 138 percurrere coeptum -is iter statuit *mundus*. **e** *ceterae notabiliores*: CYPR. eleem. 22 cum populo -is ac mortis (*i. paganis*) ... plebem Christi provocare (*cf. de apostatis*: RVFIN. hist. 5, 1, 48 de -is grege). AVG. in euang. Ioh. 87, 4 mundus -is, qui odit mundum redemptionis. util. ieiun. 8, 10 non appareret, quanta esset dilectio inquisitionis, si nihil teneret abyssus -is (*cf. p. 1254, 48*). BACHIAR. repar. laps. 19 vinum -is potare. LEO M. serm. 30, 3 impietates ... per vasa -is effusas olim catholica fides ... obtrivit (*de haereticis. cf. p. 1255, 19*). EVCHER. instr. 1 p. 81, 11 *salvator* pependit in ligno, ut nos delicto, quod in ligno fuerat -is admissum, ligno adpensus absolveret. FAVST. REI. grat. 1, 3 p. 16, 30 beneficia supplicationis ..., qui ... in -is parte *est*, non recipit. ENNOD. opusc. 5, 26 p. 400, 13 nisi te caeno -is inmergis, habere potes de poena doctrinam. LIB. iubil. 30, 22 delebuntur de libro vitae et scribentur in libro -um. PALLAD. hist. mon. I 15 p. 293^{A} hanc foveam -is incurrit (CAES. AREL. serm. 1, 13). I 53 p. 336^{B} -is officinam, *i. lupanar. al.*

II *praevalet respectus amittendi, fere i. q. iactura, damnum* (*opp.* inventio *l. 56. 62*): **A** *potius de ipso eventu; amittuntur*: **1** *animantes vel eorum anima*: **a** *usu christiano (fere in imagine vel translate; non nisi exempla certiora, cetera v. sub IB1)*: TERT. pudic. 7 p. 232, 18 de -is genere retractare, quia ovis non moriendo, sed errando et drachma non interiendo, sed latitando perierunt (*respiciuntur oves perditae Matth. 10, 6 et 15, 24 ut*: SERM. Rev. Bénéd. 59, 1949 p. 107, 30 *peccator* ovis est, postquam peccatum -is admiserit. *cf. l. 75*). RVFIN. Orig. in num. 18, 4 p. 176, 9 perdere debemus animas nostras -e utili et necessaria (*spectat ad Matth. 10, 38 sq. ut*: AVG. serm. 344, 6 duae sunt inventiones *animae*: in medio est, qua transit, una -o). AVG. epist. 185, 32 si *catholica mater* aliquorum -e tam multos ceteros colligit, ... dolorem materni cordis lenit (*cf.* LEO M. epist. 94 Conc.^{S} II 4 p. 50, 14 nullum de -e cuiusquam catholica ecclesia sentiat detrimentum. GREG. M. epist. 9, 159 l. 8 spoliatio illius ecclesiae vel tantarum animarum -o). *al.* **b** *cetera exempla*: AVG. civ. 6, 10 p. 268, 20 cum -o eius *Osiris* inventioque fingatur. IORD. Get. 103 -o unius militis non est rei publicae deminutio.

2 *res*: FVLG. Virg. cont. p. 94, 10 (*spectat ad Polyphemum oculo privatum*) famae -em aetatis caecitas sequitur. PS. ORIG. in Iob 1 p. 437^{C} post peculii -em et post omnium bonorum direptionem (*cf.* CANON. Turner II p. 22 rec. II qui per minas et timorem paganizaverunt, per supplicia et ⌊substantiae -is aut transmigrationis⌋ immolaverunt [*versio inepta, cf. gr. Mansi II p. 516^{C} ἀπειλῇ ... ἀφαιρέσεως ὑπαρχόντων ἢ μετοικίας, cett. rec.* bonorum ablatione *vel* privatione]). LEX Visig. 7, 2, 6 si quis servum alienum ad furtum faciendum ... persuaserit, ut domino eius -em exibeat. ORIBAS. syn. 8, 1 Aa p. 203 maxima memoriae -o ex superflua humectatione cerebri contingit.

B *potius de effectu*: **1** *de statu amissorum* (*sc. ovium, in imag.*): IREN. 3, 23, 8 si enim illa *ovis* non est inventa, adhuc possidetur in -e omnis hominis generatio. SERM. Rev. Bénéd. 59, 1949 p. 107, 30 *salvator* ovem perditam de -e revocavit. **2** *metonymice de re amissa*: VET. LAT. lev. 6, 3 sq. (Rufin. Orig. in lev. 4, 2 p. 317, 3 sqq. *sim. al.*) *quicumque* invenit -em et mentietur de ea, *eqs.*; (4) reddet ... -em, quam invenit (*Vulg.* rem perditam, omnia).

structurae notabiliores: **1** *indicatur, quis (quid) pereat fere per gen., per pron. poss. e. g. p. 1255, 30, adi. e. g. p. 1255, 68; quid (quis) perdat per gen. p. 1254, 37, adi. p. 1254, 58.* **2** *gen. pendet ex subst.: explicativus e. g. p. 1257, 54 et* HIER. nom. hebr. 10, 24 nomen (*fere identitatis p. 1255, 74*). *sec. hebr. p. 1257, 4.* **3** *locutiones verbales (perpaucae selectae)*: esse: *c. nom. p. 1254, 53. 75. 1255, 8. 1256, 31 sqq. al. (cf.* fieri: *p. 1254, 55 sq. 1256, 73), gen. p. 1255, 75,* in -e *p. 1256, 53. 57.* -e perdere: *v. p. 1274, 10.* -e perire: VET. LAT. deut. 4, 26 (cod. 100 *bis*). 8, 19 (cod. 104). *al.* in -em dare *p. 1254, 34. al.*

perditor, -ōris *m.* *a* perdere. *gen. plur.* -orum, *sc. cum p. p. p.* perditus *communem, illi voci attribuimus excepta l. 50.* *de notione*: SYNON. Cic. p. 429, 17 insecutor. persecutor. peremptor. -r. ISID. orig. 10, 221 proditor -r, ut 'unius ob iram prodimur' (*Verg. Aen. 1, 252. inde* GLOSS. V 137, 31). *legitur apud* CIC. *et inde a* TERT., *fere apud eccl.* [*de* PS. HIL. *Migne 10, 741^{A} v. p. 1277, 14.*]

1 *is qui perdit, fere i. q. eversor, corruptor (de deo l. 30. 35. 40, de prodigo l. 39, de re l. 33. indicatur quis vel quid evertatur per gen. vel pron. poss.; in vim adi. vergunt l. 33. 35)*: **a** *de quibuslibet*: CIC. Vatin. 7 *peto, ut* si ego te -em et vexatorem rei publicae fero, tu me conservatorem et custodem feras (Planc. 89 *opp.* servator *ut* Phil. 10, 8). Pis. 64 afflictorem ac -em non modo dignitatis et auctoritatis, sed omnino ordinis ac nominis sui, *sc. senatorii.* CYPR. epist. 60, 3 *Novatianus* veritatis corruptor, -r caritatis ([proditor *var. l.*]. *cf. de Manichaeis* LEO M. epist. 7, 2 qui sunt -es et perditi). LACT. inst. 7, 17, 2 *rex* malo spiritu genitus eversor ac -r generis humani. HIL. in psalm. 52, 14 punitorem -emque in igne iudicii et corporis et animae nostrae *deum* (*sec. Matth. 10, 28 ut l. 35*). HIER. epist. 60, 15, 2 Iulianus -r animae suae (LEO M. epist. 1, 4 [perditione *var. l.*]). 65, 12, 3 *ut sagittae domini* salutari igne ignem eiciant -em. PS. AMBR. laps. virg. 39 (*ad stupratorem*) perdite pariter et -r, qui vas ... consecratum Christo polluisti. AVG. c. epist. fund. 39 *invehi* in -em deum (*antea*: accusantes quasi corruptorem deum). serm. 330, 2 iste contemptor et -r avarus est messor (*sc. agricola, qui interim perdit, quod seminat*). 345, 3 *si thesaurizare vis divitias tuas,* non dico noli, sed dico ubi; consultorem me accipe, non -em (*antea*: non dixi perde, sed serva. *ed. Cas.* prohibitorem). PETR. CHRYS. serm. 125, 8 (*loq. Christus*) mortis -r mortem excepi. **b** *de diabolo vel daemonibus*: TERT. bapt. 5, 3 (*ironice*) immundus emundat, -r liberat (-ior *var. l.*). test. anim. 3 p. 138, 7 *sentis, anima,* -em tuum. LACT. inst. 2, 14, 8 *daemones sunt* -es hominum. PAVL. NOL. carm. 31, 114 per Christum -r ipse perit. AVG. pecc. orig. 29, 34 universa massa perditionis facta est possessio -is (*opp.* redemptoris). SEDVL. op. pasch. 4, 8 vitae -r, mortis inventor. *huc spectat fortasse* PETR. CHRYS. serm. 65, 4 (*ad Ioh. 11, 39*) quod -i foetet, non foetet creatori (*an de muliere, sc. quae Adam perdidit?*).

2 *is qui certamine, bello perdidit, fere i. q. inferior, victus (cf. p. 1268, 45)*: SCHOL. Stat. Theb. 6, 527 -um praemia, *sc. in ludis funebribus* (praeteritorum *Barth*). PS. AVG. quaest. test. 1, 5 si peccamus, non iam condemnamur, nisi iterum delinquamus, iam quasi -es (*postea*: iam superior). CASSIOD. var. 1, 17, 4 *hostis* ante eventum certaminis fata patiebitur -is (*cf.* 11, 1, 11 verecundiam ... -is *sustinere.* IORD. Get. 227 famam -is abicere).

f. **perditrix,** -īcis. GLOSS.^{L} II Philox. PE 125 -x: *ὀλέτειρα, ὀλεθρία.* *i. quae perdit, corrumpit*: TERT. castit. 13 l. 22 diabolus *invenit* post luxuriam etiam castitatem -em (*sc. nimiam castitatem; var. ll.* castitatis, -te. *pendet* HIER. epist. 123, 7, 1).

1. perditus, -a, -um *v. sub* perdo.

2. perditus, -ūs *m.* *a* perdere. *i. q. actus perdendi: aliena*: PLAVT. Cist. 366 quam ob rem me meumque filium ... remque nostram habes -ui et praedatui? *sua*: PS. CYPR. aleat. 6, 3 *in aleae tabula* possessionum amissio et pecuniarum ingentium -s. *Delhey.*

perdiu (-ū?) *adv.* *a* per *et* diu. *i. q. per tempus longissimum*: CIC. de orat. 1, 8 *boni rectores rei publicae* multi nostra, plures patrum memoria ... extiterunt, cum boni -u nulli ... oratores invenirentur. Att. 3, 22, 4 per Thessaliam si irem in Epirum, -u nihil eram auditurus. VARRO rust. 1, 58 legumina in olearis vasis oblita cinere -u incolumia servantur (*inde Plin. nat. 18, 307* longo tempore). APVL. flor. 9, 10 praeco proconsulis ... -u stat aut ambulat aut ... clamitat (*opp.* rarenter).

perdīves, -itis *adi.* *a* per *et* dives. *forma contracta* perditibus CYPR. GALL. *i. q. valde dives*: CIC. Verr. II 4, 59 mulier [est] Segestana -es et nobilis. Att. 6, 1, 3 amici regis ... -es sunt. CYPR. GALL. num. 395 *terram* -bus arvis felicem.

[Hillen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

perdīvido, -īsī, -īsum, -ere. *a* per *et* dividere. *i. q. (penitus) dividere*: VET. LAT. Ioel 3, 2 (cod. 175) terram meam -erunt *gentes* (*gr. κατεδιείλαντο, Vulg.* diviserunt). PETR. CHRYS. serm. 109, 2 *Cain* cum sua cum suo male partitur auctore, se suosque posteros et a vita et ab humano genere -sit. *p. p. p. pro adi.* (*vergit ad notionem q. e. diversus l. 7*): PETR. CHRYS. serm. 142, 8 (*spectat ad Luc. 1, 18 et 34*) erat ... *Zacchariae et Mariae* interrogantum causa dissimilis, species -sa. 164, 8 (*spectat ad Luc. 12, 52 sq.*) ista, in qua ecclesia coniungitur Christo, synagoga ... permanet suo iam merito -sa.

perdius, -a, -um *adi.* (*sunt qui adv. intellegant apud* GELL.). [*ad exemplum adi. q. e.* pernox *formatum (cf. l. 15 sqq.); secundum membrum tractum est ex adv.* inter-dius (*v. Bader, Formation des compos. nom., 1962, 125*), *non ex adv.* inter-diu, *quod* per-diu *iam exstabat. qui primus adi. fem.* perdia *usus est, eum* per-diŭs, *non* -diūs *pronuntiasse constat. Fo.*] *i. q. per (totum) diem: iuxta opp.* pernox: GELL. 2, 1, 2 stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu -us atque p. a summo lucis ortu ad solem alterum orientem. APVL. met. 5, 6, 2 et -a et p. nec inter amplexus coniugales desinis cruciatum (perfida *trad.*). 9, 5, 5 misera p. et -a lanificio nervos meos contorqueo (per diem *trad.*). SYMM. epist. 1, 53, 1 actus, quos p. et -us curae tibi habes. AMM. 31, 2, 6 *Huni semper equis* insidentes funguntur muneribus consuetis; ex ipsis quivis ... p. et -us emit et vendit *eqs.* (perv- *trad.*). MART. CAP. 2, 124 (vers.) *Philologia* -a pernoxque sacris ... operata chartis. *ponitur per se*: ITIN. Alex. 52 -us ... rem pleni exercitus agitabat, ni vergente iam die ... vulneraretur.

perdiuturnus, -a, -um. *a* per *et* diuturnus. *i. q. valde diuturnus*: CIC. nat. deor. 2, 85 *mundi partium coniunctio* aut sempiterna sit necesse est ... aut certe -a, permanens ad longinquum ... tempus (diuturna *var. l.*). *Hillen.*

perdix, -īcis *c., πέρδιξ.* *de origine*: AMBR. epist. 7, 40, 3 a perdendo nomen accepit (*v. sub 2b*). ISID. orig. 12, 7, 63 -x de voce nomen habet. *scribitur* ped- EDICT. imp. Diocl. 4, 24 L. (*in exempl. Sand.*), pedis VVLG. I reg. 26, 20 (*var. l.*), -ex POL. SILV. chron. I p. 543, 21. EVCHER. form. 4 p. 23, 10 (*var. l.*), perences ORIBAS. syn. 4, 16, 2 La p. 18 (-es Aa; *cf. fortasse l. 45 sq.*). *de genere*: PRISC. gramm. II 169, 15 (*e Capro et Probo*) vetustissimi ... inveniuntur confudisse genera, nulla significationis differentia coacti, sed sola auctoritate, ut hic et haec ... -x. DVB. NOM. gramm. V 587, 1 -x generis feminini, ut Varro (*affert vero* OV. [*sc. l. 59*], *cf. Glorie ad l.*). NON. p. 218, 16 -x et masculino genere dici potest; Varro in Admirandis: -as Boeotios. *masc. praebent etiam* STAT. silv. 2, 4, 20 AMBR. epist. 7, 40, 3. *al., fem.* VARRO rust. 3, 11, 4 OV. met. 8, 237 MART. 3, 58, 15. *al.* *de formis: gen. pl.* -um PLIN. nat. 10, 103 *et saepius,* -ium *falso praebent codd.* PLIN. nat. 29, 126 (*unus*). 30, 60 (*omnes*). *acc. plur.* -as VARRO frg. Non. (*v. supra l. 39*). *legitur in oratione soluta inde a* VARRONE, PLIN. nat., FRONTONE, *in poesi apud* OV., STAT., MART., SER. med. [*dalm.* pernaika; *it.* pernice; *sard.* perdike; *raet. or.* perniš, *occ.* parnikš; *francog.* perdrix; *prov. vet.* perditz *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* perdiu; *hisp.* perdiz; *port.* perdiz. *cf. M.-L. 6404. Battisti-Alessio IV 2826. Wagner II 246. Wartburg VIII 226 sqq. Corominas² IV 488. Machado³ IV 342. St.*]

1 *proprie est nomen avis, quo significatur maxime 'caccabis saxatilis'* (*hic illic alia genera similia respici videntur, praecipue 'perdix perdix'; ad rem v. Capponi, Ornithologia lat., 1979, 396 sqq.; gr. et in* GLOSS. *respondet πέρδιξ praeter* VVLG. *p. 1260, 9; iuxta ponuntur imprimis* attagen(a), palumbes, phasianus): **a** *de natura vel habitu* (*fusius* OV. met. 8, 256 sqq. PLIN. nat. 10, 100 sqq. [*maxime sec. Arist. hist. anim. 613b6 sqq.*]. SOL. 7, 28 sqq. ISID. orig. 12, 7, 63. *v. etiam sub 2b*): VARRO rust. 3, 11, 4 -es, quae, ut Archelaus scribit, voce maris audita concipiunt (*cf.* PLIN. nat. 10, 102 concipiunt et supervolantium adflatu, saepe voce tantum audita masculi). OV. met. 8, 237 garrula limoso prospexit ab elice -x et plausit pennis testataque gaudia cantu est (*de voce cf.* PLIN. nat. 11, 268 vox ... aliis ante pugnam, ut -bus. STAT. silv. 2, 4, 20 refert iungens iterata vocabula -x [*inter aves iure loquendi praeditas, v. van Dam, 1984, ad l.*]. GLOSS. I p. 92 -es caccabare [*sim.* p. 93. *cf. carmina medii aevi vol. III 4, 63 sqq. allata*]. *v. etiam l. 30. p. 1260, 17. 34. 65. 1261, 8*). PLIN. nat. 8, 101 palumbes, ... -es lauri folio annuum fastidium purgant. 10, 78 -es non transvolant Boeotiae fines (*inde* SOL. 7, 28. *huc spectat fortasse* VARRO *l. 39*). 10, 101 -es ... a domitis feros et novos aut victos iniri promiscue (*postea de libidine et pugnacitate -is nec non de ratione aucupii; v. p. 1260, 2. 60*). 10, 111 *aliquae aves* currunt, ut -es, rusticulae. 10, 143 *ova* plurima pariunt. 10, 166 inrita ova ... concipiunt. 11, 183 in Paphlagonia bina -bus corda (*item* GELL. 16, 15 [*e Theophrasto*]). 11, 200 aves ... geminos sinus habent quaedam, ... ut gallinae, palumbes, columbae, -es. 11, 212 quaedam *animalia* non pinguescunt, ut lepus, -x (*cf. p. 1260, 39*). 22, 41 (*v. sub* perdicium). *al.* AMBR. hex. 5, 14, 49 *aves* astutae ut -es (*inde* ISID. orig. 12, 7, 1). CHROMAT. serm. 6, 4 avis terrena (*v. p. 1261, 8*). PHYSIOGN. 8 (*inter aves, quae* ad feminum *genus referuntur*). 46 (*inter animalia, quibus homines comparantur*). EVSTATH. Basil. hex. 8, 3, 10 dolosus et zelotypus -x interdumque venantibus hominibus ad aliorum captum malitiose consentiens (*agitur de illice in aucupio, v. bδ*). POL. SILV. chron. I p. 543, 21 (*inter nomina volucrum*). GLOSS. II 402, 2 *πέρδιξ* -x gallina rustica (*confusione quadam, cum distinguatur* rustica, rusticula *l. 51 sq. p. 1259, 69, cf. André, Les noms d'oiseaux, 1967, 81 sq.*). GLOSS.[L] Corp. P 377 -x avis quaedam. *in comparatione*: VVLG. I reg. 26, 20 egressus est rex Israhel, ut quaerat pulicem unum, sicut persequitur ⌞-x⌟ in montibus (aquila -em *var. l.; gr. ὁ νυκτικόραξ*).

b *de usu, utilitate sim.:* **α** *aluntur ab hominibus sive ciborum sive deliciarum causa* (*cf.* -es domiti *p. 1259, 67*): VARRO rust. 3, 11, 4 (*inter aves in villa pastas ut*: MART. 3, 58, 15 picta -x ... et ... phasiana). FRONTO p. 79, 26 a studio -um usque ad seria officia. p. 178, 23 senex etiam quanto -um studio tenear *eqs.* HIST. AVG. Alex. 41, 5 summa illi oblectatio fuit, ⟨ut⟩ ... -es inter se pugnarent. 41, 7 av⟨i⟩aria instituerat pavonum, fasianorum, ... -um etiam, hisque vehementer oblectabatur. EVSEB. EMES. serm. 18, 13 antequam loquantur infantes, -is aut columbae locum ad genitores habent: visum enim tantum delectant et ⟨auditum⟩ incomposite loquentes (*cf. p. 1259, 61*).

β *usui sunt in medicina:* Ⓘ *adhibentur varia:* fel (*ad morbos oculorum*): PLIN. nat. 29, 125 *laudatur* fel -um ... per se ... ad claritatem (*sim.* SER. med. 210. MARCELL. med. 8, 85 caliginem tollit, si oculis assidue infundatur. PLIN. phys. Bamb. 17, 5 THEOD. PRISC. eup. faen. 38). MARCELL. med. 8, 154 PLAC. med. 26, 2 rec. *β. al.* sanguis: PLIN. nat. 29, 126 columbarum, palumbium, turturum, -um s. oculis cruore suffusis eximie prodest (*item* PLIN. med. 1, 9 MARCELL. med. 8, 161 PLIN. phys. Bamb. 14, 1). 29, 127 earundem avium s. nyctalopas sanat. DIOSC. 2, 60 p. 204, 4. ius, iuscellum: PLIN. nat. 30, 46 iure -um stomachus recreatur. 30, 60 sistit alvum ... ius -um (-ium *trad.*). SER. med. 383 *iecoris doloribus* sumitur ... ius -is apricae. CAEL. AVR. acut. 2, 9, 54 *lethargis datur* iuscellum ... -is. ova: PLIN. nat. 29, 126 ova -um in vase aereo decocta cum melle ulceribus oculorum et glaucomatis medentur. 30, 131 ovorum -is putaminum cinis ... stantes mammas servat *eqs.* (*sim.* SER. med. 357, *ubi*: garrula -x). cerebrum: PLIN. nat. 30, 94 morbo regio ... c. -is *resistit* (*sim.* PLIN. med. 3, 23, 2 PLAC. med. 26, 1 rec. *β*). Ⓘ *adhibetur caro, pectus: in curatione stomachi* (*cf. l. 28*): THEOD. PRISC. log. 96 fasianorum vel -um carnes accipiant *nigra cholera attemptati.* MARCELL. med. 20, 26 edulia ... prosunt haec: ... turdi, -es, turtures, attagenae, palumbi. CAEL. AVR. chron. 3, 2, 35 (*inter cibos nulla pinguedine gravantes*) passerum pectora vel -um aut attagenarum (4, 3, 69 volantum quaeque sicciora, ut phasiani p. vel -is. ANTHIM. 28). ALEX. TRALL. 2, 21. *in variis curationibus*: SORAN. p. 70, 19 dabimus ... -em *in sanguinatione matricis* (*gr. p. 121, 10 σάρκιον ἀπὸ στήθους ... πέρδικος*). CAEL. AVR. chron. 2, 13, 180 (*in sanguinis fluore ut* ALEX. TRALL. 2, 164). PLIN. phys. Bamb. 67, 2 (*ad cancrum mamillae*) ficatum -is cum felle ... cummisce. ALEX. TRALL. 1, 84. *al. apud eundem.* *loca generalia de qualitate carnis*: HIPPOCR. vict. 2 l. 281 nimium ... sicca est caro ... -is (*cf. l. 41*). ORIBAS. syn. 4, 1, 6 Aa (*sim.* La) p. 3 *inter aves, quarum* carnes ... minus flegmatica sunt vel glutinosa. *al.*

γ *pro cibo habentur* (*saepe respicitur luxus*): MART. 13, 65 tit. -es: ponitur Ausoniis avis haec rarissima mensis. 13, 76, 1 sq. rustica sim an -x, quid refert, si sapor idem est? carior est -x, sic sapit illa magis. EDICT. imp. Diocl. 4, 24 L. (*inter carnes venales*) -x unus (denariis) triginta. HIST. AVG. Geta 5, 8 ut convivia ... per singulas litteras iuberet ..., velut in quo erat ... pullus, -x, pavus *eqs.* Heliog. 20, 6 ⟨patinas⟩ ingentes ... refertas ... -um ovis *eqs.* SCHOL. Hor. epod. 2, 53 APIC. 6, 2 tit. 6, 3 tit. 6, 3, 2 -em cum pluma sua elixabis et madefactam depilabis; occisa -x potest ex iure coqui *eqs.* 6, 3, 3. exc. cib. 31 ius in -es.

δ *vario modo adhibentur*: PLIN. nat. 10, 101 (*est illex in aucupio ut*: VET. LAT. Sirach 11, 32 -x inducitur in caveam [*gr. 11, 30 πέρδιξ θηρευτής*]. *adde l. 3 supra*). HIST. AVG. Heliog. 19, 9 *accubita,* quae ... haberent ... plumas -um subalares.

2 *translate:* **a** *de lusu quodam*: MART. 13, 65, 2 hanc *-em* in piscina ludere saepe soles (*ad rem v. vol. VII 2, 1781, 6 sqq.*). **b** *apud Christianos*: VET. LAT. Ier. 17, 11 (Aug. c. Faust. 13, 12. *al.*) clamavit -x, congregavit quae non peperit, faciens divitias suas, non cum iudicio (*cf.* VVLG. -x fovit et [quae *var. l.*] non peperit *eqs.*). *cum -x naturae fallacis, astutae, contentiosae libidinosaeque esse diceretur (cf. e. g. Arist. hist. anim. 613b23 sqq.) et vulgo ova rapere crederetur, allegorice saepe ad diabolum principesve haereticorum sim. refertur* (*rem fusius tractavit Bastiaensen, Collect. Aug., Mélanges T. J. van Bavel, 1990, 193 sqq.*): PHYSIOL. rec. B 25 (*sim.* rec. Y 31) physiologus dicit satis astutam esse -em, quae aliena ova diripiat, hoc est -is alterius, et corpore foveat; sed fraudis suae fructum habere non posse *eqs.*: huius imitator est diabolus (*inde* AMBR. hex. 6, 3, 13 *et* ISID. orig. 12, 7, 63). FILASTR. praef. 1 *diabolum* -i fuisse a sancto pro-

[Oshiba]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pheta non inmerito comparatum ...: qui cum infecunditatem patiatur saepius, aliorumque furtim fetus incubans quasi suos iam fovet *eqs.* AMBR. epist. 7, 40, 1 sqq. (*rem fusius tractat ut* HIER. hom. Orig. in Ier. 4 p. 616[A] sqq. in Ier. 3, 75, 2 sqq. AVG. c. Faust. 13, 12 sqq. serm. 46, 28 sqq. CHROMAT. serm. 6, 4 sq.). HIER. in Ier. 3, 75, 5 'clamavit -x' ad haereticorum personam referendum est, quod -x iste diabolus clamaverit per principes haereticorum. CHROMAT. serm. 6, 4 cur diabolus -x appelletur, debemus agnoscere: -x hic, id est avis terrena, seductoria voce sollicitat, et in pullis alienis ... gloriatur. *al.*

deriv.: perdicalis, perdicaria, perdicinus, *?*perdicius.

cf. Onom. *Oshiba.*

perdo, -didī, -ditum, -ere. [*radix* *dhē *'ponere, facere'* (*τίθημι*) *conservata est et in verbo* facere *et in nonnullis verbis compos.*: ab-, con-, perdere *al., cum* dē-, prō-, trā-dere *al. a radice* *dō (*δίδωμι*) *originem duxerint; v. Leumann, Gramm. 1977, 527. praeverbii* per- *notio peiorativa q. d. et in verbis* perbītere, -īre, -vertere *al. invenitur; cf. Delbrück, Vergl. Synt. I 709, Brugmann, Grundr.[2] II 2, 866. haud dissimilis est notio verbi cuiusdam germ. eandem radicem continentis: theod. vet.* fer-tuon (*theod.* ver-tun), *anglosax.* for-dōn *'perdere'. Fo.*] NOT. Tir. 12, 67 -it. 12, 81 -idit. *cf.* perduit.

de formis: coni. -uim *sim.* (*maxime [post* PLAVT. *ubique] in deorum invocationibus*): PLAVT. *vicies* (*in fine versus praeter* Asin. 467 Capt. 728 Men. 451 Poen. 739). TER. Haut. 811 (*in fine versus ut* Phorm. 123 Hec. 441 TVRPIL. com. 102). Hec. 134 CIC. Deiot. 21 Att. 15, 4, 3. APVL. apol. 75, 1 (*restit. Casaubonus*). met. 9, 21, 6. NOT. Tir. *supra.* *praes.* -et CANON. apost. 65, 21 (*cf. Tidner, Komm. zur Didasc. apost., 1938, 82 sq.*). *perf. act.* -ded-: TAB. Sulis 62. CARM. de Alcest. 67 (*bis*). TAB. devot. Audollent 106, 3 (*saec. IV?*). CE 715 (*a. 570*). CIL III 8447 (= 14623[1]). 8500. XII 5862 (*saec. VI*); *in codd. e. g.* HIER. epist. 54, 4, 3 LEX Visig. Eur. 280. 282 (*bis*). 284. *al.* *formae pass.: gerund. et p. p. p. frequentantur inde a* PLAVTO, *ceterae, pro quibus fere substituitur* perire, *leguntur perraro: vix in inscr. antiquissima p. 1263, 56, dubitatur et de* HOR. sat. 2, 6, 59 (*v. p. 1267, 53*), *postea* VET. LAT. Iudith 6, 4 (cod. 130. 151). LACT. inst. 2, 10, 10 HIER. hom. Orig. in Luc. 17 p. 107, 17 VVLG. num. 24, 20 Iob 20, 7 prov. 2, 22 AVG. epist. 138, 14 serm. 5, 3 l. 127. *al.* *supin. v. p. 1274, 1.* *de notione*: PAVL. FEST. p. 215 -tum est quod interit et recuperari non potest. GLOSS.[L] I Ansil. PE 599 -tis: amissis. conrasis. *al. v. infra.* *legitur in inscr. saec. III/II (p. 1263, 56) et inde a* NAEV. *per totam latinitatem; frequentant maxime* PLAVT. (*magis quam* TER.), CIC. (*imprimis in oratt. et epistulis*), SEN. *uterque*, TERT., *sacrae script.; semel tantum apud* CAES., *admodum raro apud rerum scriptores* (*excepto* TAC.) *et in poesi epica* (*exceptis* OV. met. *et* LVCANO).

[*val.* pierde; *dalm.* piard(er); *it.* perdere; *sard.* perdere; *raet. or.* pierdi, *centr.* pyärder, *occ.* perder; *francog.* perdre; *prov. vet.* perdre *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* perdre; *hisp.* perder; *port.* perder. *a subst.* perdita (*v. p. 1277, 23*): *it.* perdita; *francog.* perte; *prov. vet.* perda *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* perda; *hisp.* pérdida; *port.* perda. *cf. M.-L. 6403. Battisti-Alessio IV 2847. Wagner II 246. Wartburg VIII 221 sqq. Corominas[2] IV 488. Machado[3] IV 341. St.*] [*confunditur in codd. maxime cum* prodere, *e. g.* TER. Haut. 707 OV. epist. 21, 38 SEN. Med. 154. epist. 114, 22 (*restit.* LIV. 21, 19, 9 PETRON. 98, 3), *et* pergere, *e. g.* PLAVT. Poen. 295 TER. Haut. 582 Phorm. 806. *e coni. dubia* AFRAN. com. 264; *loco corrupto vel manco*: CIRIS 326 HIST. AVG. Gall. 1, 1 PAP. Corp. 41, 11.]

exempla sic digerenda censuimus:

CAPVT PRIVS: *transitive vel absolute i. q.* *ἀπολλύναι*:

I *delendo, tollendo, corrumpendo*:

A *afficiuntur animantia*: **1** *quolibet damno: p. 1262, 8 (in exsecrationibus p. 1262, 44, in re amatoria p. 1262, 62).* **2** *morte, interitu: p. 1263, 69.*

B *afficiuntur res*: **1** *pecunia sim.: p. 1264, 66.* **2** *res publica: p. 1265, 45.* **3** *varia: p. 1265, 69.*

II *amittendo, omittendo*:

A *voluntate -entis, fere i. q. consulto dimittere: p. 1267, 1.*

B *contra intentionem -entis, fere i. q. frustra impendere: p. 1267, 20 (-ere operam p. 1267, 25; vitam, tempus p. 1267, 48; in certaminibus p. 1268, 45).*

C *sine contentione -entis*: **1** *-unt animantia: p. 1269, 42 (tempus p. 1271, 72; occasiones sim. p. 1272, 38).* **2** *-unt res: p. 1272, 65.*

CAPVT ALTERVM: *intransitive i. q. perire: p. 1273, 42.*

appendicula grammatica: p. 1273, 53.

p. p. p. perditus *pro adi. vel subst. p. 1274, 17.* *subst. fem.* perdita *p. 1277, 23.* *adv.* perdite *p. 1277, 27,* perditim *p. 1277, 56.*

CAPVT PRIVS: *transitive vel absolute i. q.* ***ἀπολλύναι,*** *i. committere vel admittere, ut aliquis (aliquid) interimatur, auferatur, non iam (suo loco)*

exsistat. *gr. respondet ἀπολλύναι, nisi aliud adnotavimus (cf. p. 1266, 68 et* FIRM. err. 17, 3). *perditio fere pro damno habetur, aliter p. 1263, 6. 1266, 20. 1269, 62. 1270, 55. al.*

I ***delendo, tollendo,*** *corrumpendo* (*quod fieri potest sive consilio agentis sive eius errore vel neglegentia [cf. e. g. p. 1266, 29] sive casu quodam. cf.* CHAR. gramm. p. 412, 8 ne praeceps eat. ... ne se -at. ne pessum eat. ne se implicet malis *eqs.* GLOSS.[L] I Ansil. PE 606 -ta: exstincta. *distinguitur* corrumpere *p. 1266, 12*): **A** *afficiuntur animantia*: **1** *quolibet damno*: **a** *accedit obi.*: **α** *spectat ad alicuius salutem, fortunam, integritatem sim. evertendam, in peius mutandam (quaedam per imaginem vel hyperbolen spectant ad 2); pro obi. sunt*: Ⓘ *ipsa animantia*: Ⓐ *vario usu* (*pauca selecta*): NAEV. com. 128 sonticam esse oportet causam, quam ob rem -as mulierem. PLAVT. Aul. 466 meus me⟨d⟩ intus gallus ... -idit paenissume (*sc. aulam defossam excavans. loq. Euclio ut*: 721 misere perii, male -tus. 731 sum ... misere -tus. *v. etiam p. 1274, 35*). Bacch. 132 (*paedagogus ad adulescentem intemperantem*) -isti te atque me atque operam meam. Cist. 201 (*Auxilium deus ad Romanos*) -ite perduelles (*item bellando*: CAES. civ. 2, 32, 6 an qui incolumes resistere non potuerunt, -ti resistant? VERG. Aen. 7, 304 Mars -ere gentem ... Lapithum valuit. *in imag.*: PLAVT. Pseud. 763 confidentia est inimicos meos me posse -ere. LAVS Pis. 196 [*ad Pisonem de latrunculis*] *te duce* quis non periturus -idit hostem?). 573 (*alicuius crimen proditum est*) *di,* me -itis ([*opp.* servate; *576* interii]. Poen. 863 sqq. OV. met. 9, 729 [*opp.* parcere]. *cf.* PLAVT. Epid. 644 di me ex -ta servatam cupiunt *patrem mihi reddentes*). 686 -ta *cistella* -idit me. Curc. 335 -is me tuis dictis (*item verbis*: Men. 839 civem innocentem falso testimonio. CATVLL. 14, 5 cur me tot male -res poetis [*i. libris pessimis. cf. 14, 14* periret]. VVLG. Is. 32, 7 in sermone mendacii. *al.*). PACVV. trag. 9 -tă inluvie atque insomnia (*sim. de eis, quorum corpus affectum est incommodis*: LVCIL. 1108 quidam -tus ... ⌞tussi⌟ ... gemebat [*nisi ad* gemebat]. CIC. Verr. II 5, 100 egestate et fame [134 nautas f. atque inopia. APVL. met. 4, 1, 5. 9, 12, 2]. Rab. perd. 21 confectus senectute, -tus morbo [PLIN. epist. 8, 18, 8]. *al.; in imag. de amante*: OV. rem. 533 qua *siti* -tus ardes). CIC. S. Rosc. 23 hunc miserum, luctu -tum ... eicit domo (*cf.* Verr. II 5, 24 maerore ac miseriis -tus [Mur. 86 lacrimis ac m.]). Cluent. 68 Oppianicum iam -tum et duobus iugulatum praeiudiciis (*de eodem* 70 praecipitantem impellamus ... et -tum prosternamus). Phil. 2, 78 plane -tum aere alieno egentemque. Att. 3, 9, 2 nos non inimici, sed invidi -erunt. HOR. sat. 2, 6, 18 *ruri* nec mala me ambitio -it nec plumbeus auster autumnusque gravis *eqs.* OV. trist. 2, 207 -erint cum me duo crimina, carmen et error. SEN. Herc. O. 638 colit hic reges, calcet ut omnes -atque aliquos nullumque levet. *et saepe.* *-it stuprator*: PRVD. perist. 14, 73 (*loq. Agnes*) qui me pudoris funere -ret. Ps. TIT. epist. l. 93 puellam (*postea*: adulterat). GREG. M. dial. 4, 33, 1.

Ⓑ *in exsecrationibus* (*agunt dei praeter l. 57. 59. 60; similia sine verbo e. g. Lucil. 240 Cic. Att. 10, 15, 4*): PLAVT. Amph. 570 Iuppiter te -at (Curc. 622 Epid. 66. *al.* TER. Ad. 714. *cf.* PLAVT. Aul. 658 I. te dique -ant [Capt. 868. 909. *al. apud eundem*]). Asin. 467 istum di omnes -uint (Capt. 909 te di ... -ant et ventrem tuom. Merc. 967 [*opp.* servant]. Persa 784 male [SEN. dial. 5, 14, 3. *v. et l. 55. 56. 58. 61*]. *et saepe.* TER. Hec. 441. *al.* TVRPIL. com. 102. 139 CIC. Deiot. 21. Att. 15, 4, 3 quem di mortuum -uint. AVGVSTVS Suet. Tib. 21, 7 me. SEN. contr. 9, 6, 7. APVL. apol. 75, 1 [deperdu(i)nt *trad.*]). Aul. 785 ut illum di immortales omnes deaeque ... -uint, quem propter hodie auri tantum -idi (Most. 684 funditus. *al.* TER. Phorm. 688 malis exemplis. *al.* EPIST. imp. Tib. Tac. ann. 6, 6, 1 di me deaeque peius -ant, quam perire me cotidie sentio, si scio. SEN. contr. 10, 5, 6 SEN. dial. 12, 10, 2. epist. 95, 21 male). Cas. 238 ut te bonus Mercurius -at. 275 Hercules dique istam -ant. OV. am. 1, 6, 41 (*ad ianitorem*) somnus, qui te male -at. TAB. devot. Audollent 93, 6 (*saec. I?*) quisquis adversus il(l)am *mortuam* loqut(us est), omnes per⟨d⟩es (*sc. mortua? an numen inferum?*). APVL. met. 9, 21, 6 te ... dominus iste tuus et cuncta caeli numina ... pessimum pessime -uint.

Ⓒ *in re amatoria*: ① amore -tum esse *aliquem fere i. q. deperire, perire aliquem* (*sec. haec verba accedit acc. personae; p. p. p. sine acc. v. l. 32. p. 1263, 60. 1275, 32*): PLAVT. Cist. 132 (*interpol.*) amore eum haec ⌞-ta est⌟ (deperit *A fort. recte; cf. 131* deperit mulierculam). Mil. 1253 amore -tast ⌞te⌟ misera (tuo *Leo*). ② *active* (*potiora; omisimus ea quae spectant ad recusationem, fraudem sim. ut* OV. epist. 21, 58 ars 3, 41 met. 9, 547. *al.*): VERG. catal. 7, 2 dispeream, nisi me -idit iste pothus (*ludi videtur c. nom. proprio q. e.* Pothus; *cf.* 7, 4 me -idit iste puer). georg. 4, 494 (*Eurydice ad Orpheum respicientem*) quis et me ... miseram et te -idit ..., quis tantus furor? HOR. carm. 1, 8, 3 Lydia, dic, ... Sybarin cur properes amando -ere. OV. am. 2, 18, 10 quae me -unt, oscula mille dedit; vincor *eqs.*

Ⓘ *partes, qualitates corporis* (*vox p. 1263, 2, somnus p. 1263, 11:* PLAVT. Capt. 909 ventrem (*v. l. 48*). Curc. 197 noli ... verberare lapidem (*i.*

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

servum), ne -as manum. TER. Phorm. 76 scapulas -idi (*loq. servus verbera metuens; vix ad p. 1270, 31*). CIC. de orat. 2, 282 -am ... vocem, si ⌊id fecero⌋. :: melius est ... quam reum (⌊ ⌋ *sc. raucam mulso frigido curavero. cf.* PROP. 2, 33, 10 te, *Io*, iussit ... Iuno ... pecoris duro -ere verba sono [*nisi utrumque ad p. 1270, 25*]). PROP. 1, 2, 5 naturae ... decus mercato -ere cultu. OV. met. 1, 547 (*Daphne ad Peneium*) qua *Apollini* nimium placui, mutando -e figuram. SEN. dial. 5, 17, 3 deformitas humanam faciem. LVCAN. 6, 224 -erat vultum rabies. CALP. ecl. 3, 4 duris ... -ta ruscis ... crura. MART. 11, 102, 5 quotiens loqueris, carnem ... -is (*i. formam corporis; aliter* RVFIN. Orig. in Rom. 2, 13 p. 913[B] qui circumcisus est, aliquam c. -tum dedit, aliquam servavit *eqs.*). 14, 125, 1 somnos (rumpere *var. l.*). GELL. 13, 31, 10 oculos meos aegros adsiduisque lucubrationibus prope iam -tos. CLAVD. DON. Aen. 1, 210 p. 49, 25 *epulis* vires labore et fame -tas revocabant (*cf. l. 43 infra*). PRVD. c. Symm. 2, 51 cur Berecyntiacus -it truncata sacerdos inguina? *al.*

ⒾⅢ *affectus, habitus animi sim.* (*vita l. 20*): LIV. 39, 10, 4 vitricus ... tuus ... pudicitiam, famam, spem vitamque tuam -tum ire hoc facto properat (HIER. interpr. Iob 14, 19 spem ... hominis -isti, *deus*, impulisti eum in finem *eqs.* [VVLG. homines ... -es]). SEN. nat. 6, 32, 9 *metus mortis* vitam ipsam, cui parcit, inquietat ac -it (LIV. *supra. cf.* Ps. CATO dist. 1, 22, 2 qui mortem metuit, quod vivit, -it id ipsum). LACT. inst. 2, 10, 9 factum esse diluvium ad -endam tollendamque ex orbe terrae malitiam (2, 10, 10). HIER. hom. Orig. in Luc. 17 p. 107, 17 cogitationes ... malae ... revelatae sunt, ut ... -rentur et interfectae ... esse desinerent. EVSEB. VERC. epist. 2, 6, 2 *pauperes* nostrum amorem in suum odium -erunt. PRVD. perist. 14, 32 (*loq. Agnes*) *haud* immemor est ita Christus suorum, -at ut aureum nobis pudorem. AVG. civ. 5, 9 p. 203, 17 *Cicero praescientiam oppugnat,* ne ... -at liberam voluntatem. *al.*

β *spectat potius ad mores corrumpendos* (*pro obi. sunt homines vel eorum qualitates sim.*): PLAVT. Bacch. 132 -isti te (*v. p. 1262, 16*). 407 (*paedagogus ad patrem*) *meretrix* tuom -idit, pessum dedit tibi filium (TVRPIL. com. 161 omitte ... hanc m., quae te ... studuit -ere). 411 (*idem paedagogus ad patrem indulgentem*) istaec illum -idit assentatio. TER. Ad. 61 cur -is adulescentem nobis? cur amat? cur potat? 760 adulescens luxu -tus (VAL. MAX. 2, 2, 6 -tis moribus. 6, 9, 3 -tam adulescentiam. PRVD. c. Symm. 1, 162 -ta l. divorum suboles. *al.; cf.* VAL. MAX. 3, 5, 2 -tam luxuria vitam. HIST. AVG. Gord. 14, 2 luxurie -tus. COMM. instr. 1, 26, 3). CIC. dom. 116 aut egestate aut scelere -tus (Sest. 2 per latrones ..., ... per homines e. et s. -tos. 85 hominum cum e. tum audacia -torum). LIV. 23, 18, 11 quos nulla mali vicerat vis, -idere nimia bona ac voluptates immodicae. SEN. epist. 83, 25 M. Antonium ... -idit ... ebrietas ... *et* Cleopatrae amor. PLIN. nat. 29, 26 illa -idere imperii mores ...: luctatus, ceromata, ..., balineae ardentes *eqs.* 35, 168 *ceromatibus* exercendo iuventus nostra corporis vires -it animorum. QVINT. inst. 1, 2, 6 utinam liberorum nostrorum mores non ipsi -remus! VET. LAT. Sirach 8, 3 multos -idit aurum atque argentum (*cf.* AVG. in psalm. 85, 3 ut divitiae non illos *divites* -ant). CYPR. epist. 2, 1 (*de histrione impudico*) doctor non erudiendorum, sed -endorum puerorum. Ps. AMBR. laps. virg. 3 virgo ... ruit in foveam turpitudinis ..., se -idit et ecclesiam maculavit. *al.*

b *sine obi.* (*facile subauditur imprimis apud* PLAVT. *et* TER.): PLAVT. Amph. 809 (*Amph. ad Alcumenam*) ubi tu cubuisti? :: ... tecum una in cubiculo. :: ⌊-isti!⌋ ... haec me modo ad mortem dedit (*idem exclamat is, qui sentit se quasi periisse*: Pseud. 1220. *cf.* perdis: Cas. 903 [*contextu manco*]. Poen. 295 TER. Haut. 582 Phorm. 806). Truc. 714 (*ancilla ad meretricem*) prome venustatem amanti tuam, ut gaudeat, cum -is (pereis *trad.*, perit *Müller*). CIL I[2] 2841 (*saec. III/II*) si cedues, ⌊-ere⌋ nolo; ni ceduas, Fortuna, Servios perit (⌊ ⌋ *pro* -eris *accipit Peruzzi, Parola del passato 14, 1959, 215, vix recte*). CIC. Quinct. 51 iugulare civem ... *nullus* bonus vult; mavult commemorari se, cum posset -ere, pepercisse quam, cum parcere potuerit, -isse. OV. epist. 7, 61 (*verba Didonis*) -ta ne -am timeo noceamve nocenti. Med. frg. 1 servare potui; -ere an possim, rogas? TERT. adv. Marc. 4, 7 p. 437, 4 illius *dei gnosticorum* et -ere et punire nescientis (*cf. de deo Christianorum*: VET. LAT. Iac. 4, 12 [cod. 67. *al., sim.* VVLG.] iudex, qui potest salvare et -ere. RVFIN. Orig. in Rom. 2, 6 l. 57 *ubi* -ere dicitur deus pro reprobare magis invenies dictum). MIN. FEL. 26, 8 *daemones* non desinunt -ti iam -ere et depravati errorem pravitatis infundere *eqs.* (*inde* CYPR. idol. 6. *sim. de diabolo*: CYPR. patient. 19 perit primus et -idit [*item* zel. 4, *ubi postea*: -tus ante quam -ens]). *al.*

2 *morte, interitu* (*hyperbolas, exsecrationes sim. v. sub 1; accedit* morte, morti *p. 1264, 16. 26. 63*, ad internecionem *p. 1264, 24*; mors *pro subi. est p. 1264, 18*): **a** *proprie*: **α** *pro obi. sunt*: Ⓘ *animantia* (*animalia e. g. p. 1264, 10*, membra *sim. p. 1264, 9. 25; selecta inde ab* Ov.): PLAVT. Asin. 132 capitis te, *lena*, -am ego et filiam (*item in minis*: Bacch. 490 Mil. 371. *aliter*: GELL. 1, 3, 4 amicus ... c. [capitalis *var. l.*] -endus fuit [*sc. a me iudice*]. *de gen. v. vol. III 416, 32 et Hofmann-Szantyr 76*).

TER. Andr. 134 (*ad eam quae propius ad ignem accedit*) cur te is -tum? PACVV. trag. 40 *illos* men servasse, ut essent qui me -rent? (*versus apud Suet. Iul. 84, 2 ad interfectores Caesaris refertur*). 136. 206 di me ... -unt (*postea*: intereo). CIC. nat. deor. 3, 76 Theseus Hippolytum. off. 2, 80 nostros Gracchos ... nonne agrariae contentiones -erunt? (*cf.* OCTAVIA 883 -idit ingens quos *Gracchos* plebis amor nimiusque favor). PVBLIL. sent. S 44 satis est superare inimicum, nimium est -ere. HOR. carm. 3, 11, 32 *Danaides* sponsos potuere duro -ere ferro. PROP. 2, 34, 13 tu mihi vel ferro pectus vel -e veneno. OV. am. 2, 14, 36 -ere ... fetus *non* ausa leaena suos (*38* necat). epist. 4, 170 *tibi venanti* silva ... -endas (praedandas *var. l.*) praebeat alta feras. met. 1, 188 (*Iuppiter diluvium adnuntiat*) nunc mihi ... -endum est mortale genus (*sim.* 1, 261, *ubi additur*: sub undis. *cf.* VET. LAT. gen. 6, 7 [Ps. Cypr. ad Novat. 4] -am hominem ... a facie terrae, *sc. diluvio* [*gr. ἀπαλείψω, Vulg.* delebo]. Luc. 17, 27 [cod. 3. *al.* = VVLG.] diluvium ... -idit omnes. RVST. HELP. hist. testam. 14. *al.*). 1, 224 (*verba Iovis*) gravem somno necopina -ere morte me parat *Lycaon. al.* SEN. Ag. 201 (*Clytaemestra ad se ipsam*) -e pereundo virum. Herc. O. 1115 *in fine mundi* omnes pariter deos -et mors aliqua et chaos (PETRON. 89 vers. 47 mors ... ipsa miseros *filios Laocoontis* mutuo -it metu). dial. 10, 17, 2 *rex Persarum* -turus ... alios *milites* in mari, alios in terra, alios proelio, alios fuga (*nisi ad p. 1268, 57; postea*: consumpturus). PETRON. 42, 5 medici illum -erunt, immo magis malus fatus. VET. LAT. II Macc. 7, 9 (rec. L. *al.*) de praesenti vita nos -is (rec. V in p. v., Cypr. Fort. 11. *al.* ex). AMM. 29, 5, 30 *Theodosius* semet ipsum et ad internecionem -erat cunctos, ni *eqs.* PRVD. cath. 10, 20 quo *itinere* -ta membra resurgant. COMM. apol. 662 *Iudaei* insanierunt *Iesum* quasi nequam -ere ⌊morti⌋ (*dat. fin.* [*cf. 321* prostraverat morti]; *alii legunt* morte). CAEL. AVR. chron. 3, 8, 129 quo saepe tumor etiam -erit aegrotantes. CONC.[S] I 5 p. 372, 32 cum lapidaremur et tantum non -remur a servis (*I 4 p. 75, 18* interempti, *gr. I 1, 7 p. 74, 43 διαφθαρέντες*). *et saepius.* *pro subi. est tempus, quo quis moritur*: OV. met. 4, 108 una duos ... nox -et amantes. fast. 2, 236 *Fabios* -idit una dies (VET. LAT. Is. 13, 9 [Cypr. Demetr. 22. *al.*] dies domini venit ... peccatores -ere ex eo *orbe terrae* [*Vulg.* conterendos]). ⒾⅡ *vita, anima sim.* (*cf. p. 1271, 54*): TER. Hec. 282 heu me infelicem, hancine ego vitam parsi -ere! VET. LAT. lev. 17, 10 (cod. 100. *al.; loq. deus*) -am eam *animam peccantem* ... de populo suo ([*Vulg.* disperdam]. psalm. 25, 9 [cod. 303. *al.* = VVLG.] ne -as cum impiis a. meam [*cod. 304* comperdas, *Hier. psalt. sec. Hebr.* auferas]. TERT. adv. Marc. 4, 21 p. 490, 5 [*ad Dan. 3*] *Christus* salvas facit a. trium fratrum, qui eas pro deo -ere conspiraverant [*v. p. 1267, 13*], Chaldaeorum vero -idit, quas illi ... salvas facere maluerant. VVLG. Ezech. 22, 27 principes ... quasi lupi rapientes praedam ad effundendum sanguinem et -endas a. *eqs. al. in script. sacr.; cf. l. 56*).

β *sine obi.* (*potiora, omisimus e. g.* LIV. 21, 19, 9 SVET. Nero 34, 1; *formae infinitae praeter l. 48. 50*): Ⓘ *exempla varia*: VERG. Aen. 10, 879 (*Mezentius ad Aeneam, qui Lausum filium occiderat*) haec via sola fuit, qua -ere posses (SERV. deest 'me'. CLAVD. DON. *ad l.* p. 400, 10 sq. vita mea consumpta est ...; perii). OV. epist. 12, 75 -ere posse sat est. VET. LAT. Ioh. 10, 10 (cod. 4. *al.* = VVLG.) fur non venit, nisi ut furetur et occidat et -at (*cod. 14* disperdat). ⒾⅡ *opp.* perire: LIV. 9, 14, 15 -ere prius quam perire optantes. SEN. Thy. 203 (*Atreus de Thyeste*) aut -et aut peribit. LVCAN. 5, 371 nil magis adsuetas sceleri quam -ere mentes atque perire tenet. SIL. 7, 524 -endi simul et pereundi ... amore. SVET. Tit. 9, 1 periturum se potius quam -turum adiurans (puniturum *var. l.*). ORIENT. comm. 1, 384.

b *morte spiritali*: VET. LAT. Matth. 10, 28 (cod. 3. *al.* = VVLG.) eum timete, qui potest animam et corpus -ere in gehennam ([*cod. 1* occidere in gehenna]. Luc. 9, 56 [cod. 3. *al., sim. multi codd.* VVLG.] filius hominis non venit animas hominum -ere, sed salvare. *al.; cf. l. 35 sqq.*). TERT. uxor. 1, 6 l. 29 *diabolus* invenit, quomodo homines etiam in bonis sectationibus -ret (proderet *var. l.; postea*: occidere). AVG. pecc. orig. 24, 28 *Adam* nos in se -idit faciendo voluntatem suam, ... *Christus* nos in se salvos fecit. APRING. in apoc. 20, 15 quicumque vitae non credit ..., cum morte -etur et inferno. *al.*

B *afficiuntur res* (*sive re vera consumuntur sive per hyperbolen consumi dicuntur res gravi damno affectae [v. e. g. p. 1265, 48. 51. 1266, 11. 19. 40]; partes corporis et affectus sim. v. sub 1, sc. p. 1262, 74. 1263, 16*): **1** *pecunia, patrimonium, opes sim.* (SYNON. Cic. p. 415, 6 *rebus* effusis. attritis. -tis. insumptis. depensis. exhaustis): **a** *spectat ad effusionem, sumptus temere factos* (SYNON. Cic. p. 418, 10 consumit. dissipat. dilapidat rem. lacerat rem. profundit. prodigit. -it. haurit. devorat): **α** *cum obi.*: PLAVT. Bacch. 1113 mihi Chrysalus ... -idit filium, me atque rem omnem meam (Most. 20 pota, -e rem, corrumpe erilem adulescentem. Trin. 13 [*loq. Luxuria*] is rem paternam me adiutrice -idit. *al.* HOR. sat. 1, 4, 111 patriam rem. ARGVM. Plaut. Trin. 3). Pseud. 642 (*Harpax pecuniam non vult dare Pseudolo*) reddere hoc, non -ere erus me misit. Truc. 343 an-

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tepartum -idi (*opp. 347* servem. *cf. p. 1266, 2*). TER. Haut. 964 (*pater ad filium*) cepi rationem, ut neque egeres neque ut haec posses -ere. SCIP. min. or. frg. Gell. 6, 11, 9 plus tertia parte pecuniae paternae -isti atque absumpsisti in flagitiis (SALL. hist. frg. 3, 3 -endae p. genitus [*sc. Antonius Creticus, qui vocatur Ps. Ascon. Verr. p. 239, 5* dissolutissimus largitor]. SEN. nat. 1 praef. 6 luxuria p. turpiter -ens. *al.*). HOR. epod. 1, 34. sat. 2, 3, 182 in cicere atque faba bona tu -asque lupinis? ([*sc. Floralibus talia spargens populo*]. PORPH. Hor. sat. 2, 3, 217 ne -ant *bona insani*). OCTAVIA 434 luxuria ... immensas opes ..., ut -at, rapit (LVCAN. 10, 169 discit o. Caesar spoliati -ere mundi). VLP. dig. 14, 6, 3, 2 *non* -ere ei *filio familias* peculium pater concedit, cum peculii administrationem permittit (*sim.* 39, 5, 7 pr.). FIRM. math. 5, 3, 49 quicquid paternum susceperint, -unt (*syn.* dilapidant). HIER. epist. 21, 9 luxuria ... -it omnem substantiam patris (*de filio luxurioso* [*cf. Luc. 15, 13* dissipavit s.] *ut*: 21, 13, 2 s. suam in regione principis -it. *sim. de eodem*: hom. Orig. in Luc. 38 p. 215, 18). VAL. CEM. hom. 20, 5 p. 753^{D} quod acquisivit avaritia parentum, -it cupiditas filiorum. *al.* β *sine obi.*: PLAVT. Bacch. 738 *manus amatoris* ⟨ad⟩ -undum magis quam ad scribendum cita (*item gerund.*: PVBLIL. sent. P 11 -endi finem nemo nisi egestas facit. TAC. hist. 2, 94, 3. PANEG. 2, 26, 3 quaerendi et -endi facilitate. COD. Iust. 12, 3, 2, 2 [*a. 452*]). TER. Haut. 465 sumat, consumat, -at, ... dum illum *filium* modo habeam mecum (*in sim. serie verborum*: Ad. 134 profundat, -at, pereat). FEST. p. 229 prodegeris: consumpseris, -eris. MART. 4, 40, 7 (*ad patronum divitem factum*) iam donare potes, iam -ere (*item inf.*: TAC. hist. 1, 30, 1 -ere iste *Otho* sciet, donare nesciet). VAL. dig. 33, 1, 15 (*ex Iavoleno*) *si* -turo ei id *fideicommissum* heres ante diem restituisset (*item part. fut.*: PAVL. dig. 4, 4, 24, 4 VLP. dig. 23, 3, 73, 1). Ps. QVINT. decl. 5, 4. SVET. Nero 30, 1 divitiarum ... fructum non alium putabat quam profusionem; ... *esse* magnificos, qui abuterentur ac -rent. CYPR. eleem. 22 (*diabolus ad Christum*) vix tui *pauperes* meis -entibus adaequantur (pereuntibus *var. l.*). Ps. CYPR. aleat. 11 artem domini imitare, quae non -et, sed potius acquiret. *al.*

b *spectat ad iacturam consulto factam* (*pauca potiora; quae spectant ad consilia irrita v. p. 1267, 39*): PLAVT. Asin. 244 nisi illud -o argentum, pereundum est mihi (*sc. amoris causa ut*: 637 ille, qui illas *viginti minas* -it, salvos est; ego, qui non -o, pereo. Truc. 236 probust amator, qui relictis rebus rem -it suam. *al.* CAECIL. com. 46 nullus sum, nisi meam rem iam omnem propero incursim -ere). Bacch. 1042 duae condiciones sunt ...: vel ut aurum -as vel ut amator perieret (*servus ad patrem, ut is filium adiuvet, cf.* 1045 si plus -undum sit, periisse suaviust quam *eqs.* 1049 [*responsio patris*] quod -undumst, properem -ere [*sim.* Epid. 519]). PVBLIL. sent. B 29 bene -it nummos, iudici cum dat nocens. QVINT. decl. 260, 8 (*defenditur adulescens, qui abdicatos aluit*) si faciendae sunt impensae, si -endum aliquid, non potest honestiore via impendere (*opp.* supervacuas impensas). VET. LAT. Sirach 29, 13 -e pecuniam pro fratre et amico.

2 *civitas, res publica, terra sim.* (*saepe bello; huc pertinet p. 1266, 5*): ENN. scaen. 77 qui *equus ligneus* suo partu ardua -at Pergama (*cf.* DRAC. Romul. 9, 53 Troia gemit, quam -it Achilles). CIC. div. in Caec. 54 provinciam Siciliam esse vexatam ac -tam (*sc. a Verre, cf.* Verr. I 12 quam iste ... ita vexavit ac -idit, ut ea restitui in antiquum statum nullo modo possit. *de Cilicia*: Att. 5, 16, 2 in -tam et plane eversam in perpetuum p.). Verr. II 3, 103 *civitates* -tas esse hac iniquitate decumarum (5, 12. prov. 46 eversae ac -tae. Pis. 57. Att. 6, 1, 5 funditus. fam. 3, 8, 5 QVINT. decl. 272, 3. IVST. 20, 4, 6 peste *luxuriae*. VVLG. Mich. 5, 11 [*verba dei*] -am c. terrae tuae). dom. 48 rem publicam -isti, *Sexte* (Att. 2, 1, 5 fam. 6, 1, 6 ad Q. fr. 3, 2, 2 SALL. Catil. 31, 7. 36, 4 cives, qui seque remque p. obstinatis animis -tum irent. 46, 2. TAC. hist. 2, 76, 2 polluendam -endamque rem p. *al.*). fin. 1, 49 *dolorum impatientia* multi parentes, multi amicos, nonnulli patriam, plerique autem se ipsos penitus -erunt (OV. epist. 5, 118 [*Cassandra ad Oenonen*] *Helena* te p. que domumque -at. SEN. Phoen. 558 [*Iocaste ad Polynicen*] petendo p. -is?). CATVLL. 51, 16 otium et reges prius et beatas -idit urbes. HOR. epod. 16, 3. 9 *Romam,* quam neque ... valuerunt -ere Marsi ... aut Etrusca ... manus ..., impia -emus devoti sanguinis aetas (LVCAN. 2, 87 R. cupienti -ere fato. *cf.* DECL. in Catil. 109 cupiditate -endae ac vexandae urbis inflammatam *iuventutem*). OV. fast. 2, 702 Gabios. SEN. Oed. 108 (*maledice de Sphinge*) illa nunc Thebas lues perempta -it. LVCAN. 8, 511 *Pompeius* sollicitat nostrum, quem nondum -idit, orbem (AVR. VICT. Caes. 18, 2 exhausto ... -toque o. HIST. AVG. Gall. 17, 9). *al.*

3 *varia*: **a** *incorporalia* (*cf. p. 1263, 16*): PLAVT. Bacch. 132 operam (*v. p. 1262, 16*). Curc. 504 *qui cum lenone agit,* eum rem fidemque -ere ... aiunt (*i. bonam famam in re pecuniaria sim. ut*: Epid. 220 Truc. 58. *aliter*: Merc. 625 -isti me et f. mecum tuam. Pseud. 376 si tu argentum attuleris, cum illo -ero f. [-erim *var. l.*]. *aliter p. 1270, 56*). Most. 385 (*ad amicum temere agentem*) -is rem (CIC. Caecin. 90 obrutis r. omnibus [*i. argumentis sim.*] et -tis. VAL. MAX. 4, 7, 2 prostratis ... et -tis C. Gracchi

consiliis r.que. *al.*). Trin. 643 *itane* hanc maiores famam tradiderunt tibi tui, ut virtute eorum anteparta per flagitium -res? (*nisi ad 1, cf. p. 1265, 1*). LVCIL. 567 *actor raucus* carmina -it. CIC. Verr. II 3, 128 vectigalia. Phil. 12, 4 quam *dignitatem* per se -idit *Antonius.* Att. 1, 16, 5 *qui iudices* perire maluerint quam -ere omnia (*spectat ad rem publicam ut*: 2, 21, 1 *triumviri* o. -erunt. ad Brut. 23, 12 nisi Lepidus -ere o. et perire ipse cum suis concupivisset. CATVLL. 29, 24 LIV. praef. 12. *in vita privata*: VERG. catal. 6, 6 [*sec.* CATVLL.]. SEN. dial. 4, 8, 2 o. -ta ob levem voluptatem praedamque). OV. am. 3, 2, 71 (*ad aurigam ignavum*) -is bona vota puellae. SEN. suas. 1, 16 ut sententiam adiectione supervacua ... -ret *rhetor quidam* (*cf.* PETRON. 2, 2 [*ad declamatores*] eloquentiam -istis. QVINT. inst. 3, 3, 3 haec cuncta corrumpit ac propemodum -it indecora ... pronuntiatio. 6, 1, 40 *imago* prolata ... deformitate ... orationis gratiam -idit [11, 2, 46 CLAVD. DON. Aen. 1, 5 p. 10, 17]. 7, 1, 25 *orationis* divisionem -it festinatio. *al., cf. et l. 3*). SEN. Med. 154 professa -unt odia vindictae locum. benef. 4, 13, 3 multa *beneficia* ... pretio gratiam -unt (FIRM. err. 25, 1 *arbor paradisi* promissorum a deo praemiorum -idit g. *v. et l. 13*). dial. 10, 9, 1 *exspectatio* -it hodiernum (*cf.* epist. 24, 1 praesens tempus futuri metu -ere). *al.* *-endo efficitur status melior*: LVCR. 5, 1415 posterior ... fere melior res illa reperta -it. OV. met. 8, 75 quodcumque obstaret amori.

b *corporalia, naturalia, sc. fere ita, ut inutilia, non idonea sim. sint vel omnino tollantur* (*cf. p. 1262, 74; obi. subintellegendum l. 39. 54*): α *agunt animantia* (*dei e. g. l. 26. 39. 43. 58, animalia e. g. l. 28. 39, instrumentum l. 45; in compar. vel imag. l. 55*): PLAVT. Most. 136 -idi operam fabrorum (Stich. 348 araneorum). CIC. S. Rosc. 131 *Iuppiter* ventis ... aut ... tempestatibus aut ... calore aut ... frigore hominibus nocuit, urbes delevit, fruges -idit (PLIN. nat. 17, 30 advena cultor elapidato solo -idit f. luto. *cf.* OV. fast. 4, 712 *gens vulpium* segetes -idit. COLVM. 3, 3, 6 vineta, quae vel per avaritiam vel inscientia vel per neglegentiam -erunt. VET. LAT. psalm. 20, 11 [cod. 304. *al.* = VVLG.] *deus,* fructum eorum *inimicorum* de terra -es [Sirach 6, 3 *in imag. de stultitia*]). Verr. II 3, 79 -tis ... et direptis aratorum bonis (*cf.* leg. 2,42 omnibus ereptis nostris rebus ac -tis). II 5, 59 cum classem avaritia ac nequitia tua -isti (*item classem propriam*: div. 1, 29 *duces* c. maxumas -erunt, cum vitio navigassent. *classem hostium*: PROP. 2, 22, 33 [*de Achille et Hectore*] ille vel hic classes poterant vel -ere muros). leg. agr. 2, 68 qui vendere cupiant, emptorem non reperiant, -ere iam denique illos agros ... velint (2, 84 sic vestri posteri de vobis praedicabunt: 'hunc a. patres nostri ... -erunt'). VARRO rust. 3, 10, 5 *ne* obterendo -ant *anseres seridem.* OV. fast. 4, 924 (*flamen ad Robiginem*) durum amplectere ferrum quodque potest alios -ere, -e prior. 6, 646 tot ... -ere ... opes (*sc. domus ingentis; antea*: subvertere). SEN. Herc. O. 682 *Phaethon* secum pariter -idit orbem. Thy. 792 quo vertis iter, *Phoebe,* medioque diem -is Olympo? (*cf.* VAL. FL. 1, 467 cum ... aethera Iuppiter umbra -erit). LVCAN. 6, 522 *Thessala maga* spirando -idit auras. PLIN. nat. 33, 140 interradimus alia *vasa,* ut quam plurimum *argentum* lima -erit. STAT. Theb. 10, 648 *Herculem* -ere Sidonios umeris ... amictus. Ach. 1, 582 *Deidamea* reficit ... colos et ⌞-ta dura⌟ pensa manu (perfida durat *var. l.*). MART. 2, 42, 1 quid solium subluto podice -is? 6, 64, 23 (*ad malum poetam*) audes ... in me scribere versiculos miseras et -ere chartas (*aliter* 13, 1, 3 *ne* paenula desit olivis ..., -ite ... Musae ... papyros [*i. auferte mea epigrammata ad merces involvendas, cum nova postulentur*]). 11, 37, 2 quid ... te iuvat ... miserum -ere sardonycha? (*sc. circumdando nimium auri*). 14, 115, 2 ah, quotiens -idit auctor opus, *sc. calices vitreos.* QVINT. inst. 6, 3, 87 *Cascellius* consultatori dicenti 'navem dividere volo', '-es' inquit. VET. LAT. psalm. 30, 13 (cod. 300. *al.* = VVLG.) factus sum tamquam vas -tum (*in imag. ut*: PRVD. perist. 5, 161 [*loq. martyr*] hoc, quod laboras -ere ..., vas est solutum ac fictile. AVG. gen. ad litt. 11, 12 p. 345, 9 ad subvertenda ac -enda vasa irae). Ezech. 39, 3 (Tycon. reg. 7 p. 74, 21; *loq. deus*) -am arcum tuum de manu tua (*Vulg.* percutiam). *al.*

β *agunt res fere naturales* (*perditio ipsa l. 73; cf. supra l. 26. 40. 42 sq.*): Ⓘ *cum obi.*: PLAVT. Most. 112 venit imber, ... per⟨dit⟩ operam fabri. LVCR. 2, 853 *ne oleum* possit ... *unguenti* odores ... suo contractans -ere viro. AETNA 525 vultum *lapidis non* -idit ignis. OV. ars 2, 142 -erint undae nomina *in harena scripta* quanta, vides? Pont. 4, 10, 7 tempus edax ... praeter nos omnia -it. SEN. nat. 6, 2, 3 *nos esse* imbecilla corpuscula, fluida, non magna molitione -enda. SVET. Aug. 16, 2 classibus tempestate -tis (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 1, 45 p. 21, 20 -tis ... navibus). FVLG. myth. 1, 12 Apollinem solem dici voluerunt; apollon enim grece -ens dicitur, quod fervore suo omnem sucum ... -at herbarum. Ⓘ *sine obi.* (*cf. l. 68*): SEN. nat. 6, 2, 1 *nihil* esse quietis aeternae, quod perire possit et -ere. TERT. resurr. 12, 5 (*semina abdita et crescentia imaginem resurrectionis praebent*) *terra* ut custodiat, -it; ... ut integret, vitiat *eqs.* 55, 5 (*distinguuntur* mutatio *et* perditio) -it haec, illa mutat.

II ***amittendo,*** *omittendo* (GLOSS. II 238, 37 *ἀπολλύω*: deperdo, -o, amitto. *saepe variat cum* amittere, *v. vol. I 1922, 16 sq. 1924, 66 sqq., distin-*

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

guit RHET. Her. *l. 51*): **A** *spectat ad ea, quae fiunt voluntate -entis, sc. -it is, qui consulto dimittit aliquid (aliquem) sive spernendo sive renuntiando* (*probabiliora, huc trahere possis e. g. p. 1265, 41 sqq. 1266, 5. 37. 1270, 55*): PLAVT. Truc. 677 novos omnes mores habeo, veteres -idi (EVGRAPH. Ter. Ad. 825 -tis malis m.). LVCIL. 858 eicere istum abs te ... et -ere amorem (*cf. p. 1270, 60*). SEN. contr. 2, 4, 13 qui tanti putant caput potius quam dictum -ere (QVINT. inst. 6, 3, 28 potius amicum quam d. 6, 3, 30 *orator prudens* d. potius aliquando -et quam minuet auctoritatem. *cf.* verbum -ere: QVINT. inst. 8 prooem. 28 aequo animo. 11, 2, 49 invitus. *omittitur neglegentia p. 1272, 42*). LVCAN. 4, 483 laus est et quos speraveris annos -ere et extremae momentum abrumpere lucis. VLP. dig. 5, 2, 26 ne frustra servum -at (*sc. manumissione ut*: 21, 2, 25 voluntate tua). TERT. adv. Marc. 4, 21 p. 490, 4 *animas* pro deo -ere (*v. p. 1264, 39 et cf. p. 1271, 62*). MIN. FEL. 37, 3 *Scaevola* perisset, ... nisi dexteram -isset (*cf.* IVVENC. 1, 525 [*sec. Matth. 5, 29*] membrum -ere refert ... quam totum dedere corpus). PS. CATO dist. 1, 14a, 1 -e semel socium, quem ingratum noveris esse. QVEROL. p. 22, 22 '-e', inquit *oraculum*, 'si quid est tibi domi, ut adquiras plurima'. NICET. psalm. 14 l. 3 obtentu orationis ne -eris lectionem (*cf. p. 1272, 8*). *al.*

B *spectat ad ea, quae fiunt contra intentionem -entis, sc. -it is qui aliquid frustra impendit, cuius contentio irrita fit vel pervertitur, ut ei non contingat id quod appetit* (*-unt animantes praeter l. 61. 70. p. 1268, 31; augetur adverbiis sim. l. 36. 41. 45. p. 1268, 4 sq. 19, adi. praedic. p. 1268, 5. 24. 30*): **1** *in variis condicionibus*: **a** *cum obi.; -it aliquis*: **α** *ipsam contentionem* (*cf. p. 1270, 68*): Ⓘ operam -ere (*aliter p. 1262, 17. 1266, 24. 61*): PLAVT. Aul. 341 si quid uti voles, domo abs te adferto, ne o. -as poscere. Bacch. 134. *al.* LVCIL. 188 CIC. Mur. 23. *et saepe. iunguntur alia obi.* (*cf. Otto, Sprichw. n. 1284*): PLAVT. Poen. 332 et oleum et o. (CIC. fam. 7, 1, 3. *sim. al., v. vol. IX 2, 549, 3 sqq. 568, 64*). Rud. 24 et o. et sumptum. PETRON. 134, 2 et o. et sudorem. LACT. inst. 1, 1, 5 o. simul atque industriam. Ⓘⓘ *cetera exempla*: CIC. fam. 5, 5, 3 reliqua ... maius meum studium maioremque gravitatem et laborem desiderant; quae ego si non profundere ac -ere videbor, omnibus meis viribus sustinebo. QVINT. inst. 1, 1, 1 plerosque ... laborem ac tempora tarditate ingenii -ere (HIL. in psalm. 2, 12 AVG. serm. 39, 5. GREG. M. moral. 7, 38 in vacuum. *al., cf. l. 32*). HIER. epist. 52, 6, 5 *heredipetae* ministerium. MVTIAN. Chrysost. hom. 24 p. 387 *homine sanato iterumque aegrotante* nonne *medicus* ... totum opus ⌞corrumpit et -it⌟? (*gr. p. 170 διέφθειρεν*).

β *pecuniam, opes* (*paulo aliter p. 1265, 32*): PLAVT. Most. 211 (*ancilla ad meretricem*) te nisi amabit ultro, id pro capite tuo quod dedit -erit. Pseud. 258 quam ego malis -idi modis quod tibi detuli et quod dedi. Truc. 894. TER. Ad. 410 *v. l. 49 infra*. CIC. Flacc. 83 eum tu accusas avaritiae, quem dicis sestertium viciens voluisse -ere *corrumpendi causa*? (HIST. AVG. Hadr. 23, 14 [*largitionibus ut* Ael. 6, 3]). SEN. contr. 9, 1, 1 -isti pecuniam ..., si tales solvisti manus (10, 5, 11. PLIN. epist. 10, 37, 1 male. TRAIAN. Plin. epist. 10, 38, 2). PETRON. 58, 8 patrem tuum mercedes *rhetori solutas* -isse. IVV. 8, 97 -ere naulum (*cf. Courtney, 1980, ad l.*). *al.*

γ *vitam, tempus sim.* (*nota formulam modestiae* AVSON *l. 56; ceterum cf. p. 1271, 54. 72*): Ⓘ *iuncturae variae*: TER. Ad. 410 non tu hoc argentum -is, sed vitam tuam (RHET. Her. 4, 44, 57 *Decius se devovens* amisit v., at non -idit. SEN. contr. 2, 3, 1 [*pater ad filium raptorem*] vitam rogas? dedi et -isti. PS. QVINT. decl. 19, 9 otio. *al.*). HOR. sat. 2, 6, 59 -itur haec inter misero lux (SCHOL. consumitur. deperit *L. Müller; cf. vol. V 1, 1404, 34*). OV. am. 2, 1, 31 *Vlixes* tot errando quot bello -idit annos (QVINT. decl. 298, 15). Pont. 4, 2, 39 qua ... infelicia -am otia materia surripiamque diem? (AVSON. 34, 5 p. 310. Mos. 475 -ere si quis in his dignabitur o. musis). MANIL. 4, 4 quid ..., dum quaerimus, aevum -imus? (STAT. Theb. 5, 136 [*Venus ad Lemniadas*] quid -itis a.? ... thalamos purgate maritis). SEN. dial. 10, 16, 5 diem noctis exspectatione -unt, noctem lucis metu (nat. 7, 32, 1 quem *d. pluvium* -ere libet. MART. 7, 47, 12 [*ad eum, qui ex morbo gravi convaluit*] -erit nullum vita reversa d. PLIN. epist. 1, 13, 4. 9, 6, 4 otiosissimis occupationibus. SVET. Tit. 8, 1. *al.*). epist. 1, 4 non possum dicere nihil -ere, sed quid -am et quare ... dicam. PETRON. 10, 6 non -amus noctem (TERT. apol. 42, 4. *al., addas l. 59*). STAT. Ach. 1, 625 (*Achilles ad se ipsum*) primum ... imbelli carcere -es florem animi? *al.* Ⓘⓘ -ere tempus (tempora *in versibus dactyl. et apud* QVINT.): CIC. de orat. 3, 146 aut statim percipere ista ... aut, si non potuerim, t. non -ere. OV. ars 1, 504 arbitrio dominae t. -e tuae (*sc. ineptiis sim.*). met. 11, 286 ne t. -e precando: quod petis, omne feres. fast. 1, 143. trist. 2, 484 lusus (*subi.*) ... -ere rem caram, t. nostra, solent. PHAEDR. app. 23, 8. SEN. dial. 5, 28, 1 quam bonum t. in re mala -is! 10, 1, 3 non exiguum temporis habemus, sed multum -imus (*postea*: per luxum ac neglegentiam diffluit *vita*). epist. 58, 5 quantum t. apud grammaticum -erim. *et saepius.* LVCAN. 3, 742. 8, 53. 10, 506 *non* t. cladis -idit in somnos, sed caeca nocte carinis insiluit Caesar. QVINT. inst. 1, 1, 1 *v. l. 34.*

δ *verba, dicta sim.* (*aliter p. 1267, 7*): OV. am. 2, 2, 53 *criminum* indicium securas -is ad aures. 3, 11, 32 desine blanditias et verba, potentia quondam, -ere (met. 1, 531). epist. 7, 6 (*Dido ad Aeneam*) merita et famam corpusque animumque pudicum cum male -erim, -ere verba levest (trist. 1, 2, 13 v. miser frustra non proficientia -o. SEN. Phoen. 140 quid -is ultra v.? PETRON. 94, 2 ne putes te tot v. -isse: amatorem invenisti. *al.; addas l. 2*). PHAEDR. app. 8, 17 *Pythia* quae dixit -idit. SEN. dial. 5, 23, 4 dicta. TERT. orat. 11 p. 188, 11 orationem perseverante iracundia -ere. VVLG. prov. 23, 8.

ε *res varias* (*oleum sim. v. p. 1267, 29; pauca selecta inde a* SEN. *philos.*): PLAVT. Aul. 672 quod *corvus* edit, tam duim quam -uim (*item agitur de rebus edendis*: Stich. 576 *parasitum non invitavi,* ne quid adveniens -rem. Trin. 340. IVV. 6, 202 cenam *nuptialem* et mustacea *uxorem ducens non amatam.* APVL. met. 8, 23, 6 donemus eum *asinum* cuipiam, si qui tamen faenum suum -ere non gravatur. *cf. l. 29*). Stich. 49 (*interpol.; verba uxoris fidae grataeque*) *coniux* eos honores, mihi quos habuit, *non* -idit. COM. pall. inc. 84 beneficia ... -enda sunt multa, ut semel ponas bene (SEN. benef. 1, 3, 1. 1, 10, 4. *et saepius.* QVINT. decl. 247, 17. 259, 10. 292, 6. *cf. l. 34*). SALL. Iug. 62, 9 praesidiis nequiquam -tis. HOR. epist. 1, 6, 33 negotia. OV. am. 1, 2, 50 (*ad Amorem*) parce tuas in me -ere, victor, opes. 3, 7, 55 oscula (ars 1, 670). epist. 7, 6 (*v. supra l. 3*). ars 2, 294 -e nihil, partes illa *amica tua* potentis agat. met. 12, 601 (*Apollo ad Parin*) quid spicula -is sanguine plebis? ... vertere in Aeaciden. SEN. Ag. 519 ignava fortes fata consument viros *naufragio*? -enda mors est? (SIL. 4, 605 inhonoratam. *cf. p. 1267, 51 et* LVCAN. 3, 706 non -ere letum ... cura *pugnantium* fuit. HEGES. 2, 15, 8 pericula ... -ere. *paulo aliter p. 1272, 45*). Med. 977 non in occulto ... est -enda virtus. Thy. 1097 -eram scelus, nisi sic doleres (*cf.* LVCAN. 10, 371 nefas [CLAVD. 3, 244]). PLIN. nat. 14, 139 tamquam ad -enda vina geniti *potatores ea infundentes statimque vomentes.* STAT. Theb. 2, 656 inanes -is ... lacrimas (*inde* DRAC. Orest. 746). 8, 415 concurrunt per inane sudes et mutua -unt vulnera. MART. 9, 41, 7 omnia -erat, si masturbatus ... mandasset manibus gaudia foeda suis (*cf.* 10 istud, quod digitis ... -is, homo est). *al.* *p. p. p. neutr. sing. pro subst.*: SEN. benef. 7, 30, 1 '-idi beneficium': ... etiam in his, quae videntur in -to, moderatio plurimum profuit.

b *sine obi.; -it is qui ita dat, ut sibi non prosit*: PVBLIL. sent. P 18 -it, non donat, qui dat, nisi sit memoria (*in eadem opp.*: SEN. benef. 6, 4, 6 -ere se credidit, non donare). 30 -isse ⟨honeste⟩ mallem quam accepisse turpiter. R 16 reddit, non -it, †qui quod alienum erat persolvit (*de variis coniecturis v. Giancotti, Riv. Fil. Class. 97, 1969, 416 sq.*). OV. ars 1, 434 multa rogant utenda dari, data reddere nolunt; -is et in damno gratia *est* nulla tuo. SEN. benef. 1, 2, 2 nullum *beneficium* perit, quia, qui -it, computaverat (*antea*: damna). 3, 7, 1. dial. 7, 24, 2 recepturus donas? :: immo non -turus. *al.*

γ *adv. vel adi. praedic.*: ITIN. Alex. 41 pernox rex ⟨in⟩ convivio -arat. POTAM. tract. 2 p. 1416^{B} *Isaias cruciatus* tamdiu immobili inconcussi corporis -vit statu, quamdiu *eqs.* RVFIN. hist. 2, 19, 1 Claudio ... adhuc in imperio -ante ([*gr. διέποντος*]. AVG. civ. 4, 7 p. 154, 3 *gens Persica* in suo regno a. usque. EPIST. pontif. 321 Aug. epist. 181, 8 *haeretici* in ecclesia. *al.*). CONC.^{S} I 5 p. 175, 16 diabolum in immortalitate hactenus -antem. *al.*

b *indicatur, qua condicione, quo statu vel quo loco, per*: α *praepos.*: Ⓘ *varias* (*cf.* ad *p. 1294, 47,* inter *p. 1294, 66,* erga *l. 45*): TER. Hec. 269 *filiam nostram* non posse apud vos (*sc. in domo socrus*) ... -are. INTERPR. novell. Theod. 22, 2 l. 169 si *mulieres* sine maritis voluerint -are (NOVELL. Iust. 24, 2). APRING. in apoc. 1, 18 'sum vivens', id est absque defectione -ans (CAES. AREL. serm. 10, 1 a. contagione ... peccati -vit *Maria*). CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 278 si ... circa pravas nos leges iudicant -are (*gr. φαύλοις ... ἐμμένειν*). Ⓘⓘ in: *c. abl.* (*sim. passim sub a et infra sub β*): VITR. 1, 4, 7 *pisces* quo minus habent e principiis umoris in corpore, facilius in umore -ant (*syn.* vitam tueri). SERV. auct. Aen. 1, 430 in silentio (*cf.* ENNOD. epist. 7, 11, 1 p. 180, 4 in perpetua taciturnitate [8, 3, 1 p. 201, 26]. *cf. l. 42*). SCHOL. Hor. carm. 4, 4, 6 *poeta* in metaphora ... -vit (sat. 1, 7, 21. *al. ibid.*). CLAVD. DON. Aen. 2, 650 p. 234, 16 in eadem sententia (PS. AVG. quaest. test. 65, 2). EVSEB. VERC. epist. 3, 2, 1 in passionibus -are cupimus. AMBROSIAST. in Rom. 9, 17, 1 Pharao in malis suis -vit (9, 23, 1 ROMVL. fab. 23 epil. rec. vet. *al.; cf.* in malitia: GAVDENT. serm. 13, 16 ROMVL. fab. 23 pr. rec. vet.). in Gal. 2, 21 in fide (APRING. in apoc. 2, 10 [*syn.* perseveraverit]). PASS. Crispin. 4, 1 in superstitione (EDICT. Hunir. Vict. Vit. 3, 11. *cf.* PAVL. MED. adv. Cael. 3 in sua perversa doctrina. LEO M. epist. 104, 5 Conc.^{S} II 4 p. 57, 12 in hac praesumptione *haeretica* [*gr. II 1, 2 p. 58, 35 προσκαρτερεῖν*]. *sim. al.*). HIER. adv. Iovin. 1, 33 p. 256^{B} in castitate (CIL XII 1724, 10 [*a. 496*]. *cf.* RVFIN. hist. mon. 30, 1, 3 in virginitate [VITA Caes. Arel. 2, 24]. *cf. l. 41*). AVG. in psalm. 104, 9 quomodo ... *Iudaei* paucissimi ... in aliena terra -are potuerunt. *et saepius.* *c. acc.*: CONST. Sirmond. 5 in eorum dominium (*abl. var. l.*) eos *servos* ... -are.

β *adi. (part.) praedic.* (*adv.* VVLG.; *adde p. 1294, 57. 71, subst. p. 1294, 72*): SEN. epist. 113, 27 *fortis* securus in hac vitae obsidione -at. VVLG. act. 2, 46 *fideles Christi* cotidie ... -antes unanimiter in templo *eqs.* (*gr. προσκαρτεροῦντες. cf.* RVFIN. epist. Clement. 17, 4 unanimes in omni concordia -ate [*gr. διατελεῖν*]). RVFIN. hist. 5, 1, 55 *Blandina* ad bestias traditur, sed ab his intacta -at. INTERPR. cod. Theod. 2, 14, 1 *fraudatores quidam* in metallum damnati -ent. CASSIAN. inst. 6, 4, 1 qui virgines vel carne vel mente -ant. SIDON. epist. 4, 14, 2 -as avarus in verbis. ENNOD. epist. 7, 14, 6 p. 183, 21 huius facti dux gloriosa -es (*syn.* perseveres). *al.*

γ *abl.* (*addas l. 4 supra*): ITIN. Alex. 19 Alexander ... posthabito vulnere vi (ut *cod.*) -at. RVFIN. hist. 2, 17, 3 quod ... erga dei cultum pura et integra conscientia -rent. CASSIOD. var. 3, 32, 1 *Arelatenses in bello* nostris partibus -antes. 4, 1, 3 *equi boni* agilitate norunt continua -are. in psalm. 23, 1 l. 34 non qui conveniunt et recedunt, sed qui fixa mentis stabilitate -ant (*syn.* perseverat). GREG. M. epist. 6, 47, 1 pravo studio.

δ *enunt. secund. c.* ut (*sec.* perseverare): NOVELL. Iust. 5, 2 aliquem ... volentium et -antium, ut fierent monachi (*gr. προσκαρτερούντων ἐφ' ᾧ γενέσθαι μόναχοι*).

c *nude*: SEN. dial. 4, 33, 4 (*Caligula quendam, cuius filium interfecerat, eodem die ad cenam vocavit*) -vit miser, non aliter, quam si filii sanguinem biberet. SVET. Nero 24, 2 *Nero* excussus curru ac rursus repositus, cum -are non posset, destitit ante decursum (*sim. in certamine*: CLAVD. DON. Aen. 5, 325 p. 459, 14 umero ... trudebat -antem, *sc. cursor insequens antecedentem*). HIL. coll. antiar. p. 51, 3 *haereticus* -bat ... et contentione maligna ecclesiae catholicae resistebat. ACT. Archel. 2, 6 (*martyres equis agitantur*) -vit quidem, si cui vires fuerunt tolerandi. RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 10, 4 *deo non parentes* -bimus et viriliter agemus (-vimus, superduravimus *var. ll.; Migne gr. 35, 948^{B} ἀνδριούμεθα tantum* [*ex LXX Ier. 18, 12*]). EPIST. pontif. 372 Conc.^{S} I 2 p. 6, 16 sit certa sententia -anti (*sc. haeretico, opp.* corrigenti). CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 176, 26 -amus (*sc. in sententia; gr. I 1, 3 p. 37, 13 ἐμμένομεν, alt. versio I 4 p. 62, 13* permanemus in eis). *al.*

2 *-ant res*: **a** *indicatur, quam diu vel quando, per*: α *praepos.*: Ⓘ (usque) in: *c. acc.*: OV. medic. 49 longum probitas -at in aevum. SEN. benef. 7, 28, 1 videbis ..., quae in iuvenem conlata sunt, non -asse in senectutem (*opp.* elapsa). STAT. Theb. 1, 143 (*Eteocles Polynicesque annuis vicibus regnare paciscuntur*) mora pugnae ... in regem *non* -tura secundum. AVG. c. Cresc. 3, 27, 31 concilium ... in posteritatis memoriam. COD. Theod. 15, 2, 7 more usque in praesentem diem -ante. PS. BOETH. fid. cath. 52 divina ex aeterno natura in aeternum sine aliqua mutabilitate -ans. *al.* *c. abl.*: AVG. anim. 2, 3, 6 si *anima* impia -verit in fine. AVELL. 125, 9 studium apud nos et intentio in praesenti quoque -at. Ⓘⓘ usque ad: RVF. FEST. 25 pax facta u. ad nostram memoriam rei publicae utilis -vit. EVAGR. vita Anton. 90 p. 969 prophetarum sepulchra, quae ad nos usque -ant (*Vita Anton. 90 p. 89, 20* valent, *gr. aliter*). RVFIN. hist. 5, 7, 6 sancti spiritus gratias u. ad illa adhuc tempora apud dignos quosque in ecclesiis -asse (*gr. διαμεῖναι*). AVG. serm. 206, 2 cuius ... u. ad hos dies inimicitiae -arunt, ... finiantur (209, 1 u. ad hoc tempus ... inter fratres). *al.* Ⓘⓘⓘ *alias*: EPIST. imp. Constant. (CIL III 7000) 3, 17 iniuriam ultra indulgentiae nostrae beneficia -antem. CLAVD. DON. Aen. 5, 530 p. 485, 14 in quo *Aenea* ... etiam post ultimum diem *patris* ... inlibata reverentia -bat (BENED. reg. 68, 4 si p. suggestionem *fratris* ... in sua sententia prioris imperium -verit).

β *adv. vel adi. praedic.*: SEN. epist. 84, 6 alimenta, quae accepimus, quamdiu in sua qualitate -ant et solida innatant stomacho *eqs.* (*opp.* mutata sunt. *cf.* FVLG. myth. 3, 4 iuvenilis amor non diu -at [COMPVT. Carth. 1, 1]). STAT. silv. 1, 2, 277 *sponsae* longe virides (-is *var. l.*) ... flore iuventae -ent vultus tardeque ... forma senescat. AMM. 25, 8, 15 ni iumentorum caro caesorum aliquatenus -asset. HIER. epist. 51, 4, 5 (*Epiphan.*) apostolica doctrina, quae in ecclesia ... hucusque -at (*cf.* EPIST. pontif. 365 Silva-Tarouca Thess. p. 30, 84 sententia canonum a vetustate duravit et nunc usque ... -at). BOETH. in Porph. comm. sec. 4, 1 p. 242, 15 nullius ... diuturna ac stabilis forma -at. cons. 2, 4, 21 *beatitudo non* perpetua -at (*cf.* 3, 4, 14 num perpetuo -ant *dignitates*? [3, 5, 1 felicitas]). *al.*

γ *abl.*: SEN. nat. 5, 9, 2 *aestate* remanet diurnus calor et magna noctis parte -at. RVFIN. Orig. princ. 2, 2, 1 si ... natura corporea ... pari cum ipsis *mentibus* aeternitate -et (*opp.* interibit et exolescet). IORD. Rom. 24 hoc regnante servitus -at in Egypto Hebreorum.

b *indicatur, quo statu vel quo loco, per*: α *praepos.*: in *c. abl.* (*addas l. 14. 40. al.*): SEN. epist. 118, 16 quaedam amplificata in suo genere et in sua proprietate -ant. AMBROSIAST. in Rom. 1, 20, 2 (rec. γ) in opere sibi decreto -ant elementa rerum (*sc. in resurrectione; recc. αβ* perseverant). GAVDENT. serm. 15, 19 praecepta in statu pristino. RVFIN. Adamant. 1, 25 regna ⟨in⟩ sua incolumitate. hist. 3, 8, 7 civitas in pace et abundantia. AVG. nat. et grat. 20, 22 si aliquo modo -et in vita *corpus cibo carens.* COD. Theod. 11, 24, 6, 1 metrocomiae ... in publico iure et integro. CASSIOD. var. 12, 25, 5 *aer hibernus* in assumpta crassitate -ans. *al.* *alias*: COD. Theod. 11, 24, 6, 5 arurae ... penes eos ... firmiter -bunt. *addas* apud *supra l. 1. 5,* inter *supra l. 8,* sine *p. 1295, 74.* β *adi. (part., subst.) praedic.* (*addas l. 3. 11. p. 1295, 75. al.*): STAT. Theb. 8, 88 (*de Amphiarao in Erebum delapso*) extincto ... interceptus in ore augurii -at honos ... *et* fronti vitta manet (*cf. Hill ad l.*). COD. Theod. 14, 4, 6 *antea constitutum* auctoritas tua ... intactum faciat -are. 14, 17, 8 vacantes ... annonae ... scholis cessurae dividendaeque -ent. SERV. Aen. 1, 65 l. 18 remota de medio sententia integer sermo -at (CLAVD. DON. Aen. 1, 660 p. 130, 26 necessitudinis vinculum). CLAVD. DON. Aen. 2, 490 p. 216, 4 ianua ... firma stabilisque -at (RVFIN. hist. 5, 16, 19 pax iugis et f. -at. BOETH. cons. 3, 6, 6). RVFIN. hist. 2, 6, 2 templum ..., quod ... manebat ... intactum et a maioribus -verat asylum. ARATOR act. 1, 509 (*ad Petrum*) quod solveris ... solutum aethere -at (*sec. Matth. 16, 19* erit solutum). DIONYS. EXIG. Conc.^{S} I 5 p. 300, 27 verbo impassibili -ante (*gr. I 1, 6 p. 159, 5 ἀπαθοῦς ὄντος, alt. versio I 4 p. 237, 33* existente). *al.* γ *adv. modale* (*addas l. 37*): RVFIN. Basil. hom. 5, 15 p. 1779^{A} neque ceterae huius vitae prosperitates diu permanent stabiliterque -ant. EPIST. pontif. 321 Aug. epist. 181, 9 *morbo haereseos remoto* cautius, quae sunt sincera, -ent. ORIBAS. syn. 6, 32, 1 G p. 117 insomnietatem febrientibus fortiter -antem (*gr. ἐγκειμένης*). GREG. M. dial. 2, 8, 6 -ante immobiliter tota domus fabrica ... solarium cecidit. δ *abl.* (*cf. supra l. 16*): COD. Theod. 16, 10, 20, 1 *donum principis* in eorum patrimoniis aeterna firmitate -et. CAEL. AVR. chron. 2, 13, 193 *medicamenta digesta* obtusā virtutis violentiā -ant. BOETH. syll. hyp. 2, 11, 1 *octo complexiones* integra necessitate -ant (*opp.* necessitatem non ... conservant).

c *nude*: SEN. nat. 7, 9, 3 nulla ... tempestas magna -at (*syn.* diu ... esse). QVINT. inst. 8, 3, 34 *verba nova* quaedam ... -ant. ITIN. Alex. 52 *saxis e moenibus iactis scala* sola -at, qua rex ... evicerat. CLAVD. DON. Aen. 1, 291 p. 64, 8 leges Romuli -bunt. CLAVD. 8, 501 -at non empta fides. AVG. conf. 6, 15, 25 -antis consuetudinis. serm. 275, 3 ut ... memoria -ret (EVSTATH. Basil. hex. 8, 6, 1). COD. Theod. 4, 4, 7, 1 iure electionis ... -ante. 4, 22, 5, 1 vitia possessionum a maioribus contracta -ant (SALV. gub. 7, 5). PAVL. PELL. euch. 552 cum ... -are mihi speciem domus ... viderem. GREG. TVR. Mart. 3, 8 -ante morbo. *al.*

B *usus peculiares*: **1** *-at flumen per spatium loci*: MELA 3, 78 *Euphrates* non -at in pelagus (*opp.* emoritur). **2** *part. praes. ponitur fere pro adv.*: ITIN. Alex. 31 *Alexander gentem pauperrimam vicit* opum cura posthabita, -ans quae ceteros hominum exercitos habet. RVFIN. hist. 2, 23, 4 *Iacobus* cognominatus est Iustus ab ipsius domini temporibus -ans

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

usque ad nos. HIST. Apoll. rec. A 51 *rex cum filia et genero* iugiter integro uno anno laetatus est -ans (*cf. p. 1294, 52*). **3** *in re coquinaria -ant ea, quae molliendi causa aliquamdiu in liquore permanent*: ANTHIM. 53 *pastanacae* in calda -ent ([praedurant *sim. var. l.*]. 71 milium in c. pura -et [-etur, praeduretur, produret *codd., v. Friis-Jensen, Mus. Helv. 41, 1984, 40 sq.*]). 55 porri modico -ent (perdu(ce)rentur, praedurent(ur) *var. ll.*)

II *notiones deflexae vel sec.* durare *novatae*: **A** *c. obi.* (*pass. l. 17*): **1** *i. q. perseverando tolerare: obi. est inf.* (*cf. vol. V 1, 2297, 78*): CLAVD. DON. Aen. 4, 40 p. 361, 28 si ... *Dido* -ret iuventam sola transigere. AVG. epist. Divj. 20, 7, 1 cum ista ... recensere vix quisquam -et. *obi. est acc.* (*cf. vol. V 1, 2298, 12*): TRACT. de indur. cord. Phar. 51 *fideles Christi* robusta mente omnia ... immobiles -are. **2** *i. q. perstare, pergere* (*obi. est inf.*): CONC. Paris. a. 556–579 p. 205 l. 28 qui res ecclesiasticas ... iniuste possidere iniqua defensione -at. **3** *i. q. durum reddere* (*cf. vol. V 1, 2293, 77; de* PETR. CHRYS. serm. 4, 1 *v. vol. X 2, 593, 13; cf. exemplum recentius Eug. Tolet. satisf. 18* -tum cor [duraturus cor *Drac.*]): TYCON. in apoc. 276 eos in sua malitia -tos. EPIST. pontif. 787 Thiel 26, 2 p. 794 obstinatio miseranda -at illos *haereticos* (perduxerat *var. l., v. app. crit.*).

B *intrans. i. q. durum fieri* (*cf. vol. V 1, 2296, 15; VII 1, 1272, 84*): CHIRON 35 *vitia* cum creverint, incommodando -ant et alligando impediunt ... gressum ambulationis per colligationem commissurarum (*de articulorum aquatilibus sim. ut* 647 *tumor mollis* per tempora -at).

deriv.: perduratio; *cf.* perdurabilis.

perdūrus, -a, -um. *a* per *et* durus. [*falsa var. l.* VERG. georg. 2, 531, *v. vol. X 2, 593, 64.*] *i. q. valde durus, durissimus*: PAPIN. dig. 48, 3, 2, 1 haec interpretatio -a, pernimium severa est. Ps. AVG. serm. ed. Caillau 1, 20, 1 o -a mortalitas! -um est *c. struct. verbali*: AVG. civ. 22, 5 p. 560, 9 istos adhuc credere nolle -um est. epist. 71, 4 -um ... erit ..., quod a Graecis ecclesiis Latinae ecclesiae dissonabunt. *Hajdú.*

*?***perdux,** -ducis *adi. sec.* redux *a* perducere *vel* per *et* ducere; *cf. etiam* de-, prae-, tradux. [*falso trad.* SACR. Gelas. 1314 *pro* praedux, *q. v.*] *fere i. q. perductus*: AVR. VICT. Caes. 33, 31 patrono ... fisci in curiam -i (*def. Baehrens et Skutsch, Glotta 4, 1913, 265 sq.*; perducto *Olivarius*, patroni ... perducti *Fabri filia*). *Breimeier.*

Peredia, -ae *f. a* 1. peredere *iocose formatum. nomen terrae fictae*: PLAVT. Curc. 444 (*inde* FEST. p. 214) *v. p. 1191, 22.*

1. peredo, -ēdī, -ēsum, (-esse *vel* -edere). *a* per *et* ĕdere. *scribitur p. p. p.* -ess- LVCR. 3, 413 (*sched. Vind.*). VERG. georg. 3, 561 (*P*). *syllabam secundam brevem testatur* PRISC. gramm. II 522, 15 *allato* PLAVTO, *prima producitur* CE 1448, 5. GLOSS. -o: *κατεσθίω.* -sus: *διαβεβρωμένος.* -sum: comestum vel exinanitum. *legitur in poesi inde a* PLAVTO, TRAG. inc., *praecipue in fine hexametri, in oratione prosa perraro neque ante* APVL. [*vix huc spectat* AVSON. 415, 43 p. 275, *ubi* peresam iam, pares samiam *sim. codd.*, Perusina iam *edd.*]

i. q. edendo consumere, comedere (*praeverbium spectat ad perfectionem actionis vel operis maxime sub 1b et l. 61 sqq., ad actionem diuturnam e. g. l. 56 sqq. p. 1298, 2 sqq., ceterum saepius cum colore nocendi, laedendi poni videtur, v. maxime sub 1a et 2b*): **1** *proprie, sc. de animantibus, qui cibum sumunt*: **a** *ita ut aliis praeripiant*: PLAVT. Lip. frg. 1 fucum in alveo, apibus qui -it cibum. CORIPP. Ioh. 3, 453 armenta -it *raptor* (*sc. Maurus, si sic legendum*; per eden *trad.*). **b** *ita ut penitus consumant*: PRVD. cath. 9, 60 (*sec. Matth. 14, 13 sqq.*) referta iam sunt ... milia quinque panibus -sis. AVG. beat. vit. 17 quod cito vos -suros putastis.

2 *in imagine et translate*: **a** *agunt res variae*: α *corporaliter*: TRAG. inc. 190 *Aeetae maerenti* lacrimae -ēre umore exanguis genas (*sim. excavatur, laeditur aliquid aqua*: LVCR. 1, 326 mare quae impendent, vesco sale saxa -sa. TIB. 1, 4, 18 longa dies molli saxa -it aqua [*cf. Otto, Sprichw. n. 774*]. CLAVD. carm. min. 27, 34 *pinus* imbre -sa rumpitur). LVCR. 3, 413 si tantula pars oculi media illa -sa est (*sc. pupilla aliquo modo laesa; opp.* incolumis). HOR. carm. 3, 4, 75 *non* -it *monstris* inpositam celer ignis Aetnen (*item consumitur aliquid igni*: Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 6, 471 p. 798 -sa ... materia [*gr. διαβεβρωσκομένης*]. CYPR. GALL. exod. 902 quicquid noxalis flamma -it. EVSTATH. Basil. hex. 3, 7, 4 *lumen lucernale* per ... stuppam lambens oleum mox -it [*gr. ἀπηθάλωσε*]). PRVD. c. Symm. 1, 440 scabra ... aerugo -sam conficit effigiem crebroque foramine rumpit. β *incorporaliter*: CIC. carm. frg. 14 quorum luxuries fortunas, censa -edit (fortunata *et* peperit *trad.*).

b *agunt morbi, labores sim. animantium corpus vel animum conficientes* (*addas fort. l. 60; de amore p. 1298, l. 3*): α *passive, sc. p. p. p., vel active* (VERG. Aen.; *saepe accedit abl., praepos.* de PRVD.): CATVLL. 58a, 9 defessus ... omnibus medullis et multis langoribus -sus essem te mihi, amice, quaeritando (SER. med. 62 [*de pthiriasi*] Sylla ... tali languore -sus corruit [*cf. e. g. Plin. nat. 26, 138* animalia exesura corpus]). VERG. georg. 3, 561 morbo inluvieque -sa vellera *pecorum* (*in descriptione pestis ut*: SIL. 14, 605 membris ... cutis tegit ossa -sis). Aen. 6, 442 quos durus amor crudeli tabe -it ([peremit *var. l.*]. IVVENC. 1, 440 languoris t. -sos ... monstrabant Christo). APVL. met. 6, 22, 1 Cupido amore nimio -sus. 9, 2, 6 (*asinus loq.*) quoad ... pervicaci rabie possessus ac -sus absumerer. PRVD. c. Symm. 1, 17 ne ... latebram tabentis vulneris alte impressam penitusque putri de pure -sam iuncta superficies ... foveret, *sc. indulgentia religionis paganae.* SALV. eccl. 3, 48 *Lazarum* scatentes vermium globi etiam intra recessus -si corporis exararant (*sec. Luc. 16, 20* ulceribus plenus). CE 1448, 5 (*e cod.*) ⌞-si⌟ litabant vota favillis (*'tabefacti corporis?' Bücheler,* -sis *de Rossi*). β *mediopass.*: Ps. FVLG. RVSP. serm. 16 p. 880[B] (*de ceto Ionae*) marina -itur fera, quia negatur ei *digestio Ionae inclusi* (*postea*: cruditate consumeris, fera).

p. p. p. perēsus, -a, -um *fere pro adi. l. 8.*

deriv.: Peredia. *Schmitz.*

*?***2. perēdo,** -ēdere. *a* per *et* ēdere. *i. q. totum emittere*: CARM. Sidon. epist. 9, 14, 4 ede, -e melos (*versus recurrens fortasse interpolatus*).

perēdomo, -āre. *a* per *et* edomare. *i. q. penitus domare*: SCHOL. Hor. carm. 4, 1, 7 cum iam aetate duris *pecoribus* ... frena adhibentur, -ari non possunt (perdomari *codd. duo sec. p. 1281, 18 sq.*).

pereffero, perextulī, perefferre. *a* per *et* efferre. *i. q. penitus efferre* (*sc. reddendo insolentem, superbum sim.*): ENNOD. opusc. 5, 6 p. 395, 8 *me* ineptum ... certa miseriarum caecitas de falsa dicendi felicitate -tulit.

*?***perefflo,** -āvī, -āre, *sc. a* per *et* efflare, *i. q. penitus efflare, v. infra p. 1395, 51.*

pereffluo, -ere. *a* per *et* effluere. *fere i. q. fluendo aberrare* (*sensu spiritali; de vi praeverbii cf.* pereo): VVLG. Hebr. 2, 1 abundantius oportet observare nos ea, quae audivimus, ne forte -amus (-amur *codd. duo; gr. παραρυῶμεν, Vet. Lat.* de-, ef-, perfluamus, supereffluamus *aut* labamur [*v. ed. Beuron.*]; *de notione cf. Mutian. Chrysost. hom. 3, 3 p. 255* 'ne ... effluamus', hoc est, ne ... pereamus, ne ... excidamus *eqs.*).

pereffodio, -fossum, -ere. *a* per *et* effodere. *i. q. funditus effodere*: ENNOD. carm. 2, 112, 1 (*ad caecum*) orbe -sso (per effuso *var. l.*) ... ora sepulta geris (*cf. vol. V 2, 196, 40 sqq.*).

pereffundo, -ere *compos. e* per *et* effundere *affert Mørland, Die lat. Oribasiusübers., 1932, 149 e versione rec. Oribasii. spectare videtur ad* syn. 3, 14, 6, *ubi Aa* aures pus fundentes, *gr. τὰ πνορροοῦντα ὦτα. cf. l. 33.*

pereger *v. sub* peregre. *Breimeier.*

peregrē (-ĕ*? v. l. 58*) *et* **peregrī** *adv.* [*non liquet, utrum* -ē *an* -ī *sit forma vetustior. multi putant* -ī *esse locat. priscum (cf.* domī *al.) posteaque inde formatum* -ē (*sec.* longē *sim.*), *sed haerent in explicanda parte priore. haud scio an subsit adi.* *per-agro-/-i- *'per agros means' (inde* peragrare*?), cuius instrumentalis viae q. d.* (p. abiit, p. rediit) *abierit in adv. loci respondens etiam quaerenti 'ubi?', maxime forma* -ī (*cf. l. 48 sqq.*). *Fo.*] *scribitur* pel- *in cod. 8 et 4* (*ubi extat*) VET. LAT. Matth. 21, 33. 25, 14 Marc. 13, 34 Luc. 15, 13. 20, 9. -ggre CIL XII 86. -ae CIL XIII 2548. NOT. Tir. 67, 56 -e. 67, 58 in -e (inter *var. l., v. Schmitz, Rhein. Mus. 29, 1874, 345*). *de formis: terminationes* -e *et* -i *distinguit* CHAR. gramm. p. 275, 3 sqq. (*ex Romano*) '-e' cum abit quis dicimus in locum ... (*affert* TITIN. com. 133 PLAVT. Caec. frg. 6 Bacch. 186), '-i' autem, cum in loco est: ... (*affert* PLAVT. Persa 29 NAEV. com. 93), '-e' pro '-i' (*affert* NAEV. com. 84; *de ordine apud* CHAR. *sanando v. Schmitz, loco cit., 346 sq.*). *traditur fere* -e; -ī *non nisi* NAEV. com. 93. PLAVT. Amph. 5 (*lectio codicis A* Cas. 62. Pseud. 51. Truc. 127 *incerta est*). AMM. 21, 6, 2 (-e *V*, -i *corrector aequalis*). PRVD. perist. 4, 89 (-e *var. l.; metrum longam postulat*). INST. Iust. 2, 14, 12. CIL VIII 5784 (*tit. neglegenter scriptus*). -ei *cod. A* PLAVT. Most. 957. *de* CARM. de fig. 54 *v. p. 1300, 60. compar. et superl. desunt, sed cf. p. 1299, 47. de mensura*: -e *correptam testatur* PRISC. gramm. III 67, 20, *in versibus* -ē *nusquam probari potest* (*de* PLAVT. Truc. 127 *v. Questa, Numeri innumeri, 1984, 270 adn. 3; cf. et l. 53 sq. 55*). *de notione*: DIOM. gramm. I 404, 31 aut adverbia loci sunt in loco ... *aut* ad locum ... *aut* de loco ... *aut* per locum ... aut communia omnium partium, ut -e, penitus (*sim.* PRISC. gramm. III 83, 24 '-e sum, -e abeo, -e advenio, -e transeo'). GLOSS.[L] II Philox. PE 130 -e: adverbialiter *ἐπὶ ξένης, ἀπὸ ξένης, ἐπὶ ξένην.* GLOSS. II 310, 3 *ἐπὶ ξένης. legitur fort. in XII tab. (v. p. 1300, 23), in versibus apud* NAEV. com. (*bis*), PLAVT. (*4 l[ies]*), TER. (*bis*), TITIN. (*semel*), HOR. (*bis*), *postea perraro, in prosa oratione inde a* CIC. (*semel*), *sed raro exceptis declamatoribus et iuris consultis.* [*variat in codd. c.* pereger *p. 1299, 29. 58. 1301, 10. 15*; pergere SOL. 38, 4 HIER. epist. 58, 4, 4.]

adv. loci, quo respiciuntur ea, quae extra patriae terminos sita sunt, sive illius agro adiacent (e. g. p. 1299, 49. 1300, 23) sive mari separantur (ita fere apud comicos, v. Fensterbusch, Philologus 81, 1926, 482 sq.); metaphorice de animo in somno corpus relinquente p. 1299, 37; usus spiritalis subesse videtur responsioni quintae SEN. *p. 1299, 59, apparet apud Christianos p. 1300, 6 sqq., ubi dicitur de hoc mundo quasi exilio p. 1299, 47. 52. 1300, 52. 59, de caelo*

[Schwind]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

l. 47. p. 1300, 3, alia ratione l. 25. p. 1300, 7. opp. domi *l. 9. 15. 34 sq. p. 1300, 40. al.,* patria *l. 7 sq. 53 sq. p. 1300, 48. al.*

I *pertinet ad verbum vel ad totum enuntiatum*: **A** *solum positum* (CHAR. gramm. p. 143, 1 sqq. '-e venit' sine praepositione dicendum; vim enim adverbii habet, cui praepositio non adicitur. *iuxta alteram indicationem loci l. 47. 64. p. 1300, 4*): **1** *quaeritur 'ubi?'*: **a** *c. quibuslibet verbis*: NAEV. com. 84 *adulescentes* hic ante parta patria -e prodigunt. 93 patres, patriam ut colatis potius quam -i probra. PLAVT. Amph. 5 *res vestras* bene ⟨me⟩ expedire voltis -ique et domi. Trin. 596 *filio, qui patrimonium dissipavit,* gestandust -e clupeus, galea, sarcina: effugiet ex urbe ...; ibit ... in Asiam. TER. Phorm. 970 ubi quae lubitum fuerit -e feceris. CIC. Phil. 5, 30 Lucius ... frater eius *Antonii,* utpote qui -e (*sc. Mylasis*) depugnarit, familiam *gladiatoriam* ducit. VARRO ling. 5, 87 quorum *legatorum* opera consilioque uteretur -e magistratus. QVINT. decl. 388, 1 causam ... probatam -e, probatam domi. *al.* PLIN. epist. 4, 13, 5 quod ... in viatica, in ea quae -e emuntur (omnia autem -e emuntur), impenditis, *sc. filiis non in patria studentibus.* 9, 11, 2 cognovi *Lugduni* venditari libellos meos, quibus -e manere gratiam, quam in urbe collegerint, delector. SVET. Cal. 20 edidit et -e spectacula, in Sicilia ... et in Gallia *eqs.* gramm. 3, 6 nonnulli de notissimis doctoribus *grammaticam* -e docuerunt, maxime in Gallia Togata ([*opp. antea*: in urbe]. AVSON. 217 p. 72, 5 qui *professores* vel peregrini ⟨Burdigalae vel⟩ Burdigalenses -e d.). CALL. dig. 50, 6, 6, 3 muneribus ... publicis *fungi.* PAVL. dig. 2, 13, 7 pr. TERT. nat. 1, 16, 11 a libidine temperatis quocumque loco, domi aut -e (*ironice, cf.* apol. 9, 18 domi, -e, trans freta). IREN. 4, 21, 3 Christus -e incipiebat duodecastylum firmamentum ecclesiae generare (*i. extra Israel*). CIL VIII 20743, 6 (*saec. III*) -e promissum ... votum. PORPH. Hor. carm. 3, 7, 6 *mercator hieme* -e retinetur. AVSON. Symm. epist. 1, 32, 4 *in aula Caesaris* tibi verus fui, nedum me -e existimes composita fabulari (peregrem *var. l.*). QVEROL. p. 54, 17 amicum ... -e mihi cognitum. INST. Iust. 2, 14, 12 filios -i natos. INSCR. Année Épigr. 1923 n. 14 (*Carthagine*) *parentes* fili(o) b(ene) m(erenti) -(e) posue(runt). *al.*

b *c. verbis degendi, morandi*: **α** esse (abesse *l. 41*): PLAVT. Amph. 352 quia nos eramus -e, tutatust domi (*cf.* SEN. contr. 7, 4, 5 ille ... -e est, tu domi). Persa 29 (*servi inter se*) erus ⌞-e⌟ est. :: ain tu, -e est? (⌞ ⌟ *codd.*, -i Char. *p. 1298, 51*). HOR. epist. 1, 12, 13 Democriti pecus edit agellos ..., dum -e est animus sine corpore velox. VITR. 6, 7, 4 *apud Graecos* patres familiarum in hospitio *omnibus instructo* non videbantur esse -e. SCRIB. LARG. praef. 14 sumus ... -e nec sequitur nos nisi necessarius ... numerus libellorum. QVINT. decl. 320 them. (*opp.* in civitate). SVLP. APOLL. perioch. Ter. Phorm. 1 frater aberat -e (VET. LAT. Matth. 25, 14 [codd. 4. 12] homo -e afuturus [cod. 13 futurus. *cetera v. l. 75*]. Luc. 20, 9 [cod. 14]). POMPON. dig. 28, 5, 23, 4. VLP. dig. 9, 4, 21, 3 si in fuga sit vel -e, non videbitur esse in potestate *servus.* VET. LAT. Luc. 20, 9 (cod. 15. *al.* = VVLG.) -e fuit multis temporibus (*gr. ἀπεδήμησεν, codd. 2 et 5* peregrinatus est). OP. imperf. in Matth. 53 p. 934 (*respicitur l. 75*) ad patrem suum iturus ... -e se iturum dicit *Christus,* ... cum magis -e esset in mundo. *al.* **β** *variis*: LIV. 5, 52, 14 (*loq. Camillus*) *Romanis Veios transductis* flamen *Dialis* -e habitando ... contrahet *piaculum* (*antea*: extra urbem. *ceterum cf. p. 1300, 9 sq. 59*). VLP. dig. 10, 2, 50 filio ... studiorum causa -e agenti (42, 4, 7, 13 sive ... eodem loci ... sive -e. PAVL. dig. 26, 5, 29). CYPR. mortal. 26 *dies mortis* nos ... paradiso restituit ...; quis non -e constitutus properet in patriam regredi? (LACT. inst. 2, 2, 7. *al.*). HIER. epist. 58, 4, 4 vivere (*opp.* in patria). CARM. adv. Marc. 3, 8 quae *gentes* ... omnia liquerunt -e se sistere vitae. COD. Iust. 8, 48, 5 (*a. 502*) *liberos* vel absentes et -e degentes vel in isdem locis ... commorantes (12, 19, 14, 1). *al.*

c *c. verbis moriendi* (*c.* necare *l. 66*): **α** mori: SEN. rem. fort. 3, 2 '-e morieris' (*repetitur quater [ubique* pereger *in cod. S saec. VII]; responsio quarta*: non est gravior foris quam domi somnus; *quinta*: hoc est in patriam ... pervenire). VLP. dig. 11, 7, 14, 4 impensa -e mortui, quae facta est ut corpus perferretur *eqs.* FIRM. math. 3, 5, 33 (*antea*: in peregrinis locis; in peregrinitate). *al.* **β** *variis*: QVINT. decl. 306 them. maritus -e ... decessit. CIL XIII 2548 (*saec. II?*) misera mort[a]e -ae interc(e)pto *filio.* PAPIN. dig. 37, 11, 11 pr. duobus -e defunctis (CE 1881, 2 -e d. in via Hadrumetina). PAVL. dig. 3, 5, 33 obisse. FIRM. math. 3, 4, 32 -e vel in exiliis deperire. PRVD. perist. 4, 89 -i necandus martyr. *al.*

2 *quaeritur 'quo?'* (*cf. p. 1300, 31; c. altera indicat. finis p. 1300, 4. 22 sq., indicatur et 'unde' l. 69 sq. p. 1300, 3. 10, nota gen. p. 1300, 28*): **a** *c. verbis eundi*: **α** proficisci: PLAVT. Most. 976 postquam eius hinc pater sit profectus -e. Trin. 149 hinc (*112* in Seleuciam). SEN. contr. 7, 1 them. pater -e profectus captus est *a piratis. et saepius.* QVINT. decl. 335, 5. 388, 6 negotiandi causa. *al.* SVET. Iul. 42, 1 sanxit, ne quis civis ... plus triennio continuo Italia abesset, neu qui senatoris filius ... -e proficisceretur. GAIVS dig. 44, 7, 5. *al. in dig.* (*v. Vocab. Iurispr. Rom. IV 1, 652, 18 sqq.*). APVL. met. 10, 23, 3. VET. LAT. Matth. 25, 14 (cod. 10. *al.* = VVLG.) homo -e proficiscens vocavit servos (*gr. ἀποδημῶν, sim.* Marc. 13, 34 [*ibid.*], *cf. p. 1299, 42. huc spectant*: OP. imperf. in Matth. 53 p. 934 *Christus* proficiscens de mundo -e proficiscebatur. GREG. M. in euang. 9, 1 p. 1106^{B}. *cf. p. 1299, 47*). Luc. 15, 13 (cod. 3. *al.* = VVLG.) filius -e profectus est in regionem longinquam (*gr. ἀπεδήμησεν, codd. 2 et 5* peregrinatus est. *explicant spiritaliter*: AMBR. paenit. 2, 3, 14 '-e profectus est', ut qui erat a sacris altaribus separatus *eqs.* HIER. epist. 21, 7, 1 quomodo filius -e proficiscitur ...? sciendum igitur non locorum spatiis, sed affectu aut esse nos cum deo aut ab eo abscedere). *al.* **β** *variis*: PLAVT. Cist. 579 avecta est ... -e hinc habitatum. Most. 25 -e hinc it *erus* (Caec. frg. 6 in -e [est]. LEX colleg. aq. [CIL VI 10298; *saec. I*] 8 ⟨i⟩re -e longius p(assuum) CXX (milia) reip(ublicae) et litis causa. GAIVS dig. 18, 1, 35, 3. *al., e. g. p. 1299, 47*). 957 hinc -e ... pater abiit (TITIN. com. 133 hi⟨n⟩c. PLIN. nat. 35, 151 ARGVM. Plaut. Trin. 1). HOR. sat. 1, 6, 102 *esset mihi* ducendus ... comes ..., uti ne ⌞solus rusve -eve⌟ exirem ([⌞ ⌟ *vulgo edd.*; s. r. -e aut *codd.*; aut rus solusve -e *coni. Housman*]. SEN. benef. 4, 35, 2). QVEROL. p. 6, 3 vadens. PELAG. in I Thess. 4, 13 p. 432, 6 pergit.

b *c. quibuslibet verbis*: PLAVT. Cas. 62 hinc adulescentem -e ablegavit pater (*cf.* ARGVM. Plaut. Mil. 1, 3 nuntiare ... *ero* legato -e [*sec. Plaut. Mil. 102* legatus Naupactum fuit]. *cf.* SEN. contr. 7, 4, 4 quem pater mittat -e, quem navigare iubeat [VLP. dig. 10, 4, 5, 6. *al.*]). Pseud. 51 leno me -e militi Macedonio ... vendidit (*Jocelyn* -e *tamquam attributum cum* militi *iungit, cf. IIA*). GELL. 20, 1, 47 *debitores sec. legem XII tab.* trans Tiberim -e venum ibant. GAIVS inst. 3, 196 si quis argentum utendum acceperit ... et id -e secum tulerit (dig. 13, 6, 18 pr. INST. Iust. 3, 14, 2. *al.; cf.* -e portare: GAIVS dig. 13, 6, 18 pr. VLP. dig. 17, 2, 58, 1). VLP. dig. 19, 2, 13, 3 si quis servum docendum conduxerit eumque duxerit -e et ... ab hostibus captus sit *eqs.* VET. LAT. II Macc. 5, 9 (rec. B, *sim.* rec. M) multos patriae suae -e dispersit *sacerdos facinorosus* (*gr. τῆς πατρίδος ἀποξενώσας, aliae recc.* patria sua expulerat *sim.*). *al.*

3 *quaeritur 'unde?'* (*cf. p. 1299, 68, indicatur etiam 'quo' l. 34. 36. 37. 39*): PLAVT. Amph. 161 -e adveniens hospitio *carceris* publicitus accipiar (Bacch. 186 cenam pollicere, ut convenit -e advenienti [*sim.* 536 Truc. 127]. *et 15^{ies} apud eundem; cf.* -e venire: Most. 742. 1123 huc [PASS. Fel. Fortunat. (BHL 2860) 2]. Trin. 423 Truc. 85 AMM. 21, 6, 2. 22, 13, 3 -e ad id suburbanum). Asin. 761 -e allatam epistulam. Stich. 543 *fidicinam* -e advexerat. 585 salvom gaudeo -e te in patriam rediisse (Trin. 1178 TER. Phorm. 243. VLP. dig. 39, 6, 29 de proelio vel -e). LIV. 2, 6, 2 *Tarquinius queritur* alios (*sc. Numam Sabinum*) -e in regnum Romam accitos. 28, 11, 6 aut nuntiatis -e aut visis domi prodigiis (*sim.* 40, 19, 1). CALP. decl. 23 reversus. MACR. Sat. 3, 15, 10 *piscis* -e accitus (*8* murenas e freto Siculo).

B *auctum praepositione anteposita* (*usum vituperat* CHAR., *v. p. 1299, 4 sq.*): **1** *varia* (ad *v. l. 51*): VITR. 5, 6, 8 *versurae procurrentes* efficiunt una a foro, altera a -e aditus in scaenam. CLEM. ad Cor. 1, 2 quis enim, e -e cum venit ad vos, *eqs.*? (*gr. παρεπιδημήσας*).

2 de (*vix agnoscas compos.* deperegre *vol. V 1, 571, 17 sqq. allatum*): FIRM. math. 3, 4, 14 de -e revocabitur ad patriam. TITVLVS Mart. 6, 58 (cod. L) amicum de -e reversum (VAL. CEM. hom. 11, 6. OP. imperf. in Matth. 15 p. 720 *homo moriturus,* si quidem spes illius in terra sit, tristatur, quasi de domo sua ad -e vadens ...; si autem spes eius in caelo sit, gaudet quasi de -e ad domum propriam reversurus). EXPOS. mundi 55 omnia quae veniunt de -e ascendunt *Romam per Tiberim* (*rec. D* de peregrinis ... regionibus).

3 in (*cf. p. 1298, 47*); *quaeritur*: **a** *'ubi?'*: CIL XIII 1897, 16 (*saec. II?*) dum ego in -e eram. VET. LAT. Sirach 29, 29 melior victus pauperis sub tegimen asserum quam epulae splendidae in -e sine domicilio (*gr. 29, 22 ἐν ἀλλοτρίοις*). HERM. vulg. sim. 1, 1 scitis, vos domini servos in -e morari; civitas vestra longe est ab hac civitate (Pal. -e habitatis; *gr. ἐπὶ ξένης*). CARM. de fig. 54 nos ... timemus praesertim ⌞in -i⌟ ne fas abrumpere tentet (*'in homine peregrino' intellegit Halm, sc.* -i *pro abl. adiectivi* pereger *accipiens*). AVG. conf. 9, 11, 27 non ⌞in⌟ -e, sed in patria defungi (*om. pars codd.*). OP. imperf. in Matth. 2 p. 642 in -e constituta, *sc. Maria in Bethlehem.* 47 p. 899 apud Samaritanos in -e satiatus est *Christus,* apud Iudaeos in domo propria mansit ieiunus (*spectat ad Matth. 21, 18 sq. Ioh. 4, 6 sqq.*). **b** *'quo?'*: VITAE patr. 5, 10, 39 abiit ... de monasterio ... in -e (*gr. Cot. p. 591 ἐπὶ ξένης*). IND. capp. Hil. in Matth. 28 p. 268 de homine in -e profecto (*spectat ad l. 1*).

II *pertinet ad subst., sc. attributive positum* (*similia afferunt Hofmann-Szantyr 171*): **A** *iuxta personam ad indicandam originem* (*vix huc trahas etiam l. 22*): ARGVM. Plaut. Truc. 2 tres unam pereunt adulescentes mulierem, rure unus, alter urbe, -e tertius (*nisi* ortus est *subaudiendum, ut ad IA3 trahas*). **B** *iuxta* locus: VET. LAT. II Macc. 9, 28 (rec. P) *Antiochus* ⌞loco -e⌟ in montibus ... vitam finivit (⌞ ⌟ *gr. ἐπὶ ξένης, cett. rec.* -e *tantum*). CIL XII 86 *uxor* coniugi fecit memoriam in loco -e. *huc pertinet,*

[Schwind]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

si recte restituitur: CIL III 10000 ˹set in locum˺ -e iniquo fato decessit (setinio cum *lapis*).

inde adi. **pereger,** (-gris) *formatione retrograda q. d. scribitur* pelCE 1878, 1 (pelece). 2199, 1 INSCR. Iugosl. Šašel 2590. *non legitur nisi nom. sing.* -r *et gen. plur. l. 16* (*acc. sing. in var. l. p. 1299, 29, abl. fort. p. 1300, 61, vix p. 1300, 74 sq.; cf. et p. 1298, 68*). [*a forma* peleger: *var. dial. it.; prov.* pelegre. *cf. M.-L. 6405b et Faré, Postille. Wartburg VIII 232. St.*]

i. q. peregrinus: VLP. reg. 17, 1 *hereditas fisco vindicatur, si heres* ante apertas tabulas ... -r factus sit (*i. ius Quiritium amiserit*). TERT. uxor. 2, 4 l. 17 si ˹-r˺ frater adveniat, quod ... hospitium *ei erit*? (˹ ˺ *cod. A*; et peregre *codd. rec.*). INSCR. Iugosl. Šašel 2590 (*a. 385*) ⟨hi⟩c iacet Dulcitius -r civis (*sc. alienae civitatis civis. item in sepulcro*: CE 1878, 1. 2199, 1 hic iacet Restutus -r in pace fidelis; ex Africa venit, ut ... *Aquileiam* videret). FVLG. aet. mund. p. 172, 25 *Iudaea* proicitur et eius loco ˹-r filius˺ adoptatur (*i. gentiles*; peregre *vel* peregrinus *var. ll.*). VEN. FORT. carm. 4, 10, 14 *episcopus quidam fuit* tacitus largitor egentum, susceptor -grum distribuendo cibum. GLOSS.^{L} II Abav. PE 65 -r: peregrinus, hospes, advena (*cf.* HO 20. OS 2).

deriv.: peregrinus.

cf. Onom. (Pereger). *Schwind.*

perēgregius, -a, -um. *a* per *et* egregius. [*falso edd. vet. quidam pro* egregius MART. BRAC. form. vit. 1 l. 19.] *i. q. valde egregius*: APVL. apol. 37, 1 *Sophocles senex dementiae accusatus* protulisse dicitur Coloneum suam, -am tragoediarum (-um *trad.*).

peregrī *v.* peregre.

peregrīnābundus, -a, -um. *a* peregrinari. *i. q. peregrinans, ad locum peregrinum iter faciens* (*praedicative adhibetur*): LIV. 28, 18, 10 non -um neque circa amoenas oras vagantem *Scipionem* ... in Africam traiecisse ..., sed potiundae Africae spem adfectantem. FVLG. myth. 3, 7 (*in imag.*) Polixene ... Grece 'multorum peregrina' dicitur, seu quod amor peregrinari faciat mentes ab ingenio suo sive quod aput multos libido ut -a vagetur.

⁂peregrīnātio, -ōnis *f.* *a* peregrinari. GLOSS.^{L} II Philox. PE 137 -o: *ἀποδημία*. GLOSS. *ἀποδημία ἐπὶ ξένης. ἐκδημία. ξενία. legitur in oratione soluta inde a* CIC., *frequentius apud* SEN. *philos. et in latinitate inferiore, deest e. g.* CAES., SALL., LIV.; *non invenitur in versibus.* [*confunditur c.* peregrinari AMBR. in psalm. 118 serm. 7, 25, 1 PAVL. NOL. epist. 31, 6; *titulo manco* CIL VIII 23233c.]

i. q. actio vel status peregrinantis (*metonymias manifestiores v. p. 1302, 33. 74. 1303, 45; fere pro homine peregrinante p. 1302, 13 [c. gen. vel pron. ut p. 1302, 11. 1303, 9. al.]. 1303, 40. al.*). *disting.* exilium *l. 57. 75* (*variat p. 1302, 48; cf.* -is exilium *p. 1302, 41. 1303, 56, contra p. 1303, 45 et* ISID. vir. ill. 28 l. 7 in exilii ... -e), habitatio *p. 1303, 31. 38. 47 sq.* (*coniungitur p. 1303, 33*), mansio AVG. in euang. Ioh. 124, 5 l. 84, fuga *l. 60* (*iuxta pos.* FIRM. math. 5, 3, 53); *iuxta pos.* absentia *p. 1303, 42 et* QVINT. decl. 246, 6 (*cf.* EVSEB. GALLIC. hom. 35, 4 longae -is absentiam); *de relatione inter* -o *et* incolatus *v.* AVG. in psalm. 119, 6 i. -o est; incola dicitur, qui habitat in terra aliena, non in civitate sua (*sim.* CASSIOD. in psalm. 119, 5 l. 144). *cf.* HIER. in Gal. 4, 25 p. 390^{C} *παροικία*, id est i. sive -o sive mora. APRING. in apoc. 20, 10.

I *proprie* (*sc. corporaliter peregrinantur homines* [*Christus l. 57, animalia l. 71 sq. 1302, 1. 24 sqq., res l. 73 p. 1302, 3. 1303, 12*]): **A** *respicitur motus vel commoratio peregrinantis* (*disting.* profectio *p. 1302, 32*):

1 *strictius*: **a** *non indicatur locus*: α *exempla varia* (*inde a* SEN. *philos. selecta*): CIC. Phil. 2, 101 quam nobilis est tua illa -o (*sc. Antonii Capuam; ironice*). Tusc. 1, 98 (*ad inferos. cf.* EVSEB. GALLIC. hom. 18, 2 fructus ... triduanae -is *Christi*). 5, 107 exilium ... quantum [damn]a perpetua -e differt? Lael. 103 *non* solum militia, sed etiam -es rusticationesque (*idem iuxta pos.*: Att. 6, 2, 2 QVINT. decl. 371, 2 HIST. AVG. Gall. 6, 9). Att. 9, 10, 4 miserrima fuga, quam tu -em *ὑποχορίζῃ*. fam. 2, 12, 2 urbem ... cole ...; omnis -o ... obscura et sordida est. *al. in epistulis.* ATT. Cic. Att. 9, 10, 4 CASS. Cic. fam. 15, 19, 1 NEP. Att. 2, 3 SEN. contr. 2, 2, 4. *al.* VAL. MAX. 8, 7 ext. 6 cum e diutina -e patriam repetisset. CELS. 4, 10, 4 utilis in omni tussi est -o, navigatio longa, loca maritima, natationes (*idem iuxta pos.*: CAEL. AVR. chron. 2, 13, 182. *al.*). *al.* SEN. dial. 3, 16, 4 (*enumerantur remedia varia*) hunc sanet verecundia, hunc -o, hunc dolor, ..., hunc ferrum. 7, 1, 2 non eadem hic, *sc. in vitae ad virtutem via,* quae in ceteris -bus condicio est (*cf. IIA*). 8, 5, 2 labores -is longissimae una mercede perpetiuntur cognoscendi aliquid ... remotum. epist. 28, 1 -e tam longa ... non discussisti tristitiam (*postea*: animum debes mutare, non caelum). CVRT. 4, 8, 4 otiosae -i. PLIN. nat. 10, 64 haec commeantium ˹per maria terrasque˺ -o ([*nisi ex* -o *pendet, ut ad p. 1302, 66 trahas*]. *de avibus ut*: 10, 67 [*de glottide*]). 17, 66 (*de arboribus transponendis*) arborum ..., ut hominum, natura novitatis ac -is avida est *eqs.* 30, 9 *philosophi Graeci ad artem magicam* discendam navigavere exiliis verius quam -bus susceptis. 32, 61 *ostrea* gaudent et -e transferrique in ignotas aquas. TAC. ann. 3, 24, 4 *Tiberium* laetari, quod *D. Silanus* ... e -e longinqua revertisset, *sc. ex exilio voluntario.* PLIN. epist. 4, 12, 7 necesse est laudis suae spatio et cursu et -e laetetur. SVET. Tib. 46 (*iuxta pos.* expeditio *ut*: PANEG. 12, 14, 4 in Sallustianos hortos ire -o et e. putabatur. *cf.* CIL III 11697, 5 ob -is exped⟨i⟩tionum regr⟨es⟩sus *Romam* [*cf. vol. IX 2, 34, 37 sqq.*]). APVL. met. 2, 14, 1 Vlixeam -em. VET. LAT. gen. 28, 4 (Lib. iubil. 27, 11, *sim.* VVLG.; *Isaac ad Iacob*) ut hereditate possideas terram -is tuae et omnem terram, quam dedit deus Abrahae (*gr. παροικήσεως. de Chanaan nondum ab Israelitis occupata ut*: VVLG. gen. 17, 8. 36, 7. exod. 6, 4 t. -is eorum, in qua fuerunt advenae. *cf.* VET. LAT. sap. 12, 7 ut dignam perciperent -em puerorum dei [*sc. Chananei Israelitarum; gr. ἀποικίαν*]). II Cor. 8, 19 (cod. 78. *al.* = VVLG.) comes -is nostrae (*gr. συνέκδημος ἡμῶν*). PAVL. sent. 2, 23, 1 quae *donatio* impendentis metu mortis fit, ut ex causa valetudinis, -is, navigationis vel belli. COD. Iust. 12, 36, 4, 1 (*a. 238–244; de fratris eiusdemque commilitonis herede*) ˹-is˺ labor sociatus commilitii ... adfectioni fraternae nonnihilum addidisse *credatur* (per -es *dub. Mommsen*). LIB. gener. a. 334 chron. I p. 90, 21 gentium divisiones et patrum genealogiam et ˹temporum v -es˺ et civitatum conventiones *eqs.* ([tempora -is *Mommsen*]. *cf. de Israelitis in Aegypto*: TYCON. reg. 5 p. 56, 2 si ... omni tempore -is suae servivit Israhel *eqs.; v. et l. 68*). SYMM. epist. 7, 54 scis quantum legatio habeat sollicitudinis, quantum -o difficultatis (*de legatione ut*: COD. Theod. 12, 1, 189). CLAVD. DON. Aen. 4, 50 p. 362, 27 'indulge hospitio', hoc est illorum -em uberius fove. AMBR. hex. 5, 10, 31 in aquilonem ... obeundae fecunditatis -em ... conponere (*sc. pisces quidam Ponti ut*: EVSTATH. Basil. hex. 7, 4, 5 laborem -is adripiunt [*gr. ἀποδημητικοί*]). PAVL. NOL. epist. 31, 6 (*ad loca sancta; v. p. 1305, 14*). AVG. conf. 5, 13, 23 suscepit me *Ambrosius* ... et -em meam satis episcopaliter dilexit. SVLP. SEV. Mart. 25, 1 gratam nobis ad eum *Martinum* videndum -em suscepimus. CONC. Carth. a. 397 p. 40 l. 154 ut clerici edendi vel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nisi -is necessitate. IVLIAN. epit. novell. 47, 1 quas *impensas* impendit tam in profectione quam in -e sua (*Novell. Iust. 53, 1* circa viam et circa peregrinam habitationem, *gr. ἐν ξένῃ διατριβήν*). *al. metonymice de eis hominibus vel loco, ubi quis peregrinatur*: GLOSS. II 573, 36 colonia: -o.

β *speciatim*: Ⓘ *de -e coacta, ut vergat ad notionem q. e. exilium, fuga* (*-o est poena l. 40; de exilio voluntario v. supra l. 2*): LEO M. epist. 154 Conc.^{S} II 4 p. 101, 16 cum vos inimici fidei christianae ab *ecclesiis vestris* ... divellerent, maluistis -is iniuriam pati quam *eqs.* CONC.^{S} II 3, 2 p. 117, 29 in -e ... vitam consumere (*gr. II 1, 2 p. 113, 5 ἐν ἀλλοδαπῇ*). PAENIT. Hibern. p. 68, 15 qui *clericus* m⟨o⟩echator matris est, III annis cum -e perenni *paeniteat.* MAX. TAVR. 82, 2 hostile -is exilium sustinere. GREG. TVR. Franc. 9, 16 in -e defuncta *est Ingundis* (*antea*: in captivitate tradiderunt). VITA Fulg. Rusp. p. 21 iuxta patriam propriam -is incommodum sustinentes (*antea*: non longe a cathedra sua iussus fuerat relegari).

al. Ⓘⓘ *de -e monachorum, qui patria relicta sive versantur certo loco sive errant stabilitate loci refutata* (*paganos ad Christum convertentes l. 53; cf. B2*): AMBR. epist. extra coll. 14, 68 Eusebius ... exivit de terra sua ... et domestico otio -em praetulit; pro fide quoque exilii dura praeoptavit *eqs.* CONC. Nemaus. a. 394/396 p. 50 l. 25 multi sub specie -is de ecclesiarum conlatione luxoriant (*fort. de monachis gyrovagis ut*: REGVLA mag. 1, 23 rationem erroris sui per -em et captivitatem celando excusat. *cf. p. 1304, 59 sq.*). HIL. AREL. vita Honorat. 11 l. 14 susceptam -em (*10 l. 20 sq.* heremi amore flagrabant). PATRIC. epist. 17 -o mea in vacuum non fuit. GENNAD. vir. ill. 24 adversum ... infamatores -is suae. VITAE patr. 5, 10, 33 ut ad -em vadam (*gr. Cot. p. 522^{C} ξενιτεῦσαι*). VEN. FORT. vita Pat. 19, 53 in -e alterum alter secutus est (*cf. 4, 12 quodam loco* se ... elegerunt fieri peregrinos *sancti duo* [*an ad IIA?*]). *al.* *?*ⓘⓘⓘ *de pernoctatione*: CASSIOD. Ios. antiq. 1, 250 *servum Abrahae* mercedem -is praebiturum *parentibus Rebeccae* (*spectat ad gen. 24; gr. φιλοξενίας* [*var. l. ξενίας*]).

b *indicatur locus*: α *per quem quis it, ubi quis versatur sim.: per adi.* (*cf. p. 1303, 38*): VAL. MAX. 3, 7, 6 Gallica. QVINT. inst. 7, 3, 31 transmarina (AVG. conf. 9, 11, 28. *cf.* CAEL. AVR. chron. 3, 8, 113 maritima [*al., v. l. 64*]). TAC. ann. 3, 47, 4 suburbanae. SVET. Cal. 51, 1 Siciliensi. *al.* CAEL. AVR. chron. 1, 4, 112 terrena (*iuxta* maritima *ut* gyn. 2, 55 [*gr. p. 124, 1 ἀλλαγαῖς ἀέρων*]. *al.; sine iuxtapos.* chron. 3, 1, 10). *al. per praepos.* (*cf. p. 1301, 71 sq. 1303, 29, iuxta iuncturam verbalem l. 24. 29*): SEN. epist. 90, 39 per sua longam -em. PLIN. epist. 3, 19, 4 soli ... mutatio *et* ... -o inter sua. AVG. civ. 10, 17 p. 429, 14 tempore -is *Israelitarum* in heremo. conf. 2, 3, 5 longinquioris apud Carthaginem -is sumptus. *per gen.* (*cf. sub II e. g. p. 1303, 33. 37. 45*): SVET. Nero 34, 4 Graeciae.

β *unde quis -e abit, sc. per abl.* (*praepos. v. p. 1303, 41 sq.*): CAEL. AVR. gyn. 1, 28 mediterraneo ad littora (*gr. p. 15, 20 ἀποδημίαν*).

2 *laxius, sc. respectu patriae relictae evanescente*: **a** *spectat ad habitationem* (*metonymice de loco*): VET. LAT. Iudith 5, 9 (cod. 153. *al.*) ut exirent ex -e, *sc. Israelitae prisci e Mesopotamia* (*gr. παροικίας*, cod. 148

[Stirnemann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

de -e, *cod. 7. al.* de habitatione; *Vulg.* inde). Sirach 16, 9 *deus* non pepercit -i illorum (*sc. Sodomitarum? cf. gr. παροικίας Λωτ*). CHRON. Alex. chron. I p. 110, 189 gentes et -es eorum sicut dispersas sunt super terram (*cf. p. 108, 169* fines et habitationes). **b** *significatur absentia quaelibet*: PS. CYPR. singul. cler. 30 cognatio naturalis alterna -e discernitur (*cf. p. 1306, 56*).

B *respicitur status vel qualitas peregrinantis* (*cf.* peregrinitas *sub I*): **1** *cuiuslibet*: APVL. met. 2, 18, 4 tibi ... contemptus ... -is poterit adferre *insidias*. 11, 28, 6 quae res ... -i meae *Romae* tribuebat solacium (*nisi ad A*). VET. LAT. Sirach 29, 30 inproperium -is non audies (*gr. παροικίας. inde* PATRIC. conf. 37 obprobrium -is). RVRIC. epist. 1, 11 p. 364, 6 plantas ... sui -e mirabiles (*postea*: frutectorum peregrinae ... suavitates). **2** *monachi, qui saeculo renuntiet* (*cf. p. 1302, 45*): VITAE patr. 5, 10, 8 (*quaerit monachus, quomodo habitet cum fratribus*) sicut in prima die, quando ingrederis ad eos, ita custodi -em tuam *per omnem vitam* ... nec assumas fiduciam (*gr. Cot. p. 373[A] τὴν ξενιτείαν*). PASCHAS. verba patr. 89, 1 -o, quae propter deum fit, bona est, si habuerit et silentium; nam fiducia -o non est. MART. BRAC. sent. patr. 73 -o est tacere (*gr. Cot. p. 699[B] ξενιτεία*). *al.*

II *in imagine et translate; peregrinatur homo eiusve animus* (*deus infra l. 59; locus vel tempus -is saepe indicatur per gen. vel adi., per praepos. l. 29. 41 sq.*): **A** *de vita in hoc mundo agenda* (*praeter l. 24 [cf. p. 1301, 67] apud Christianos, qui vita terrena a deo patriave caelesti separati sunt*): SEN. rem. fort. 2, 2 -o est vita; cum multum ambulaveris [diu], redeundum est. VET. LAT. Sirach 16, 15 *dabit deus cuique* secundum meritum operum suorum ⌜et secundum intellectum -is ipsius⌝ (⌜ ⌝ *gr. deest. cf.* AVG. serm. 159, 1 iustificatos ... nos esse secundum modum -is nostrae viventes ex fide). IREN. 4, 25, 1 ut fieret *Abraham* pater omnium, qui ... -em in hoc saeculo sustinent (AVG. epist. 140, 82 -em nostram in hac vita). AMBR. in psalm. 38, 38, 1 cui ... non remittitur, in exilio est, in -is iniuria perseverat. HIER. in Zach. 2, 9, 11 l. 323 dies ... non habitationis, sed -is (*cf.* AVG. quaest. hept. 1, 156 [*ad gen. 47, 9*] hanc vitam incolatum esse super terram, id est -is habitationem). AVG. civ. 5, 18 p. 226, 32 in huius vitae -e (GREG. M. in cant. 1 REGVLA mag. 90, 30. *vice versa*: AVG. civ. 19, 17 p. 384, 27 apud terrenam civitatem velut captivam vitam suae -is agit *civitas dei* [*al.*]). conf. 9, 13, 37 cui *aeternae Hierusalem* suspirat -o populi tui. in psalm. 30, 14, enarr. 1, 14 in -e huius terrae (GREG. M. in euang. 35, 1 -em t. pro habitatione dileximus patriae. *cf.* AVG. in psalm. 76, 4 l. 5 terrena -o [*al.*]. GREG. M. in I reg. 5, 83 in hac terra -is nostrae). 136, 12 o populе dei, ..., o generosa -o *eqs.* serm. 346 B, 1 coll. Morin p. 285, 2 vitam ... -em quandam esse a patria sanctorum (*item c. praepos.* a: 347, 3 a domino [CASSIAN. conl. 1, 14, 9 -em a d. atque absentiam a Christo]). POMER. 1, 10, 1 cum ad ... patriam -o nostra pervenerit. GREG. M. past. 3, 26 ne luctum nobis internae -is temperent *res mundanae.* in I reg. 2, 156 in hac exilii -e. *sim. al.* *metonymice de loco, ubi quis peregrinatur*: HIER. tract. in psalm. I p. 256 l. 294 (*ad psalm. 119, 5*) in saeculo ... praesenti non habemus habitationem, sed -em (*c. eodem opp.*: HESYCH. in lev. 23, 3 p. 1081[B]). **B** *exempla cetera* (*de morte* HIER.): VET. LAT. IV Esdr. 8, 39 iucundabor super ... -es ... et salvationes et mercedis receptiones (*sc. iustorum qui mundo renuntiantes deo appropinquantur? cf. p. 1306, 53*). IVST. 43, 1, 1 totius ... orbis rebus explicitis ad initia Romanae urbis Trogus veluti post longam -em domum revertitur (*cf. p. 1305, 56*). PS. MAR. VICTORIN. ad Iust. 2 nostrum non est in his intellegentiam detinere atque in hac sensus -e consistere. AMBR. in psalm. 118 serm. 17, 2, 2 *diabolus Iudaeos* de statu paternae devotionis eliminans longinquae adfecit -is exilio (*sc. perfidiae*). HIER. epist. 77, 1, 1 *cuidam* pro subita -e, *sc. morte,* Paulinae ... epistulam dedi (*cf. p. 1305, 63*). *laxius in notionem absentiae vergere videtur*: ORIG. in Matth. 17, 6 p. 591, 21 (*explic. Matth. 21, 33*). ser. 65 p. 151, 27 sq. (*explic. Matth. 25, 14*) quaeramus de -e ipsius, ... quia -i eius videtur esse contrarium, quod ipse ... promittit (*sc. Matth. 18, 20, cf. p. 1306, 58*).

peregrīnātor, -ōris *m.* *a* peregrinari. *i. qui peregrinatur* (*sc. saepe vel facile; dub. an mercandi causa* CIL; *adi. vice fungitur* CIC., FIRM.): CIC. fam. 6, 18, 5 mehercule non tam sum -r iam, quam solebam. FIRM. math. 8, 25, 10 quodsi benivolae stellae illic fuerint collocatae, erunt medici magni -es biothanati. CIL V 1818, 3 M. Fouscius ... Licnus -⟨r⟩.

peregrīnātus, (-ūs) *m.* *a* peregrinari. GLOSS. II 512, 61 hic -s: exenia (*i. ἡ ξενία*).

peregrīnitās, -ātis *f.* *a* peregrinus. [*confunditur c.* peregrinari FIRM. math. 3, 7, 22 (*restit.* QVINT. inst. 7, 1, 55). *suppl.* TERT. nat. 2, 14, 4.]

1 *i. q. qualitas peregrini* (*metonymice de hominibus peregrinis* CIC.): **a** *generatim*: CIC. fam. 9, 15, 2 *facetias nostrates* primum oblitas Latio, tum, cum in urbem nostram est infusa -s, nunc vero etiam ... Transalpinis nationibus. QVINT. inst. 11, 3, 30 in quo *ore urbano* nulla neque rusticitas neque -s resonet. TERT. cult. fem. 1, 7 l. 1 haec omnia, *sc. gemmae sim.*, de raritate et -e sola gloriam possident (*idem iuxta pos.*: 1, 9 l. 7). idol. 11, 2 tura ... et cetera -is. **b** *speciatim de statu hominis, qui civitatis est expers*: QVINT. inst. 7, 1, 55 -is reum (SVET. Claud. 15, 2. *cf.* CALP. decl. 17 accusatus -is). SVET. Claud. 16, 2 Graeciae ... provinciae principem ... in -em redegit *Claudius censor* (VLP. dig. 2, 4, 10, 6 per poenam deportationis ad -em r.). SCHOL. Cic. Bob. p. 80, 17 quaedam -is ... infamia.

2 *usu deflexo i. q. peregrinatio* (*de loco peregrinationis fortasse l. 12. 14*): FIRM. math. 3, 4, 14 lucra ... ex -is incommodo consequetur (3, 13, 13. 4, 12, 6 malarum -um ... i. 5, 6, 4. *cf.* 3, 4, 26 in -e decernit incommoda *Iuppiter*). 3, 5, 33 incommoda in -e patietur et peregre ... morietur (*antea*: in peregrinis locis). 3, 7, 22 -es et ... locorum commutationes. 3, 8, 12 qui ... ⟨in⟩ -e depereant. 3, 13, 13.

[peregrīnolus, -a, -um *non nisi in falsa var. l.* VEN. FORT. vita Germ. 63 (*v. Blomgren, Stud. Fort. I, 1933, 170 sqq.*).**]**.

[peregrīnor, -ātus sum, -ārī. *a* peregrinus. CHAR. gramm. p. 479, 29 *inter* verba ... media. *formae act.*: VET. LAT. II Cor. 5, 8 (cod. 75) -are ([*antea*: -amur]. GREG. TVR. Franc. 5, 28 p. 233, 17 [*var. l.*]). GLOSS. III 124, 7 sqq. -o, -as, -at. GLOSS.[L] II Philox. PE 131 -atur: *ξενιτεύει, ἀποδημεῖ.* *legitur inde a* RHET. Her., CIC. *exceptis declamatoribus raro apud paganos; in versibus* MANIL. 4, 265 ARGVM. Plaut. Stich. 2, 2. IVVENC. 4, 290 (*e coniectura, v. Hansson, Textkritisches zu Iuvenc., 1950, 51 sq.*). [*confunditur* -ans *c.* praegnas, *v. vol. X 2, 660, 53 sqq.; falso trad.* Non. p. 93, 13 *pro* peragrare CIC. Tusc. 5, 97 (*cf. p. 1306, 1*); *ad* CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 242 *v. Lundström, Lex. errorum interpretum Lat., 1983, 129. cf. et p. 1303, 70 sq.*]

I *usu sollemni -atur is, qui relicta patria domove sua peregre abit vel versatur* (*disting.* exulare *l. 57* [*variat* exul esse *p. 1307, 5*], (co)habitare *l. 51. p. 1306, 5. 28 nec non 1307, 9 [variat p. 1306, 45], iuxta* peragrare *v. p. 1182, 53; fig. etym. v. p. 1305, 71*): **A** *proprie* (*-antur homines corporaliter se moventes, deus p. 1305, 21, aves l. 69. p. 1305, 22, res ad homines pertinentes l. 38. 40. 73, res naturales l. 43. 75 sq. p. 1305, 2*): **1** *respicitur -antis motus vel commoratio* (*pertinet potius ad -antis profectionem e. g. l. 63; de Christianis ad loca sancta iter facientibus p. 1305, 5 et 14*): **a** *strictius*: α *exempla varia* (*selecta inde a* SEN. *philos.*): RHET. Her. 4, 50, 63 veniunt hospites homini, quos iste, dum splendide -atur, invitat. CIC. Arch. 16 haec studia *litterarum* ... pernoctant nobiscum, -antur, rusticantur. Flacc. 70 (*ad civem Romanum iam triginta annos Pergami versatum*) si quando tibi -ari commodum est, Romam venis. ac. 2, 3 vis virtutis *Luculli* ... -ta afuit ab oculis ... curiae. Att. 2, 10 inepte -antem (*sc. ludos Antii spectatum*). CAEL. Cic. fam. 8, 1, 1 -antibus gratum *est* ... rerum, quae domi gerantur, fieri certiores. MANIL. 4, 265 -antis domibus, *sc. castellis,* suspendere rivos. PAVL. FEST. p. 35 bitienses dicuntur, qui -antur assidue. SEN. contr. 2, 2, 1 non navigabo, non -bor (*sim. iuxta* navigare: 2, 6, 1 naviga, milita, -are; quaere adulescens, senex utere. 10, 2, 13 CELS. 1, 10, 1. QVINT. inst. 6, 2, 30 -ari, navigare, proeliari. *al.*). contr. exc. 6, 1, 2 si militandum, una militabimus, si -andum, una urbes peragrabimus (*item iuxta* militare, miles *l. 46. 48. sim.* TERT. castit. 12 l. 7 fortunae militum aut -antium sine uxoribus *perierunt.* AVG. in psalm. 42, 4 l. 32 sq. tabernaculum -antium est, domus cohabitantium; est et tabernaculum -antium et militantium. *al.*). *al.* CELS. 1, 10, 4. ORAT. imp. Claud. (Pap. Corp. 236) 2, 15 *accusatores* relincunt eos *inimicos suos* in albo pendentes et ipsi ... -antur. SEN. benef. 3, 19, 1 *servus dominum* -antem sequitur, aegro ministrat *eqs.* epist. 28, 5 ⟨non⟩ -aris, sed erras ... ac locum ex loco mutas (*item opp.* errare 104, 16). rem. fort. 8, 2 ('non eris in patria') si sapiens est, -atur, si stultus est, exulat (*item opp.* exulare AVELL. 7, 2). QVINT. decl. 366, 3 ⌜in⌝ privatum compendium (in *finale, cf. dat.*: HIL. in psalm. 118 ain 12 p. 502, 20 quaestibus -atur. REGVLA mag. 1, 30 ut gulae suae magis ... -ari videantur *monachi gyrovagi* quam animae). PLIN. epist. 6, 19, 4 Italiam ... non pro patria, sed pro hospitio aut stabulo quasi -antes habere. VLP. dig. 4, 6, 26, 9 cognitionis gratia vel appellationis. VET. LAT. Marc. 12, 1 (cod. 1) vineam novellavit homo ... et -tus est (*gr. ἀπεδήμησεν, cod. 3. al. et Vulg.* peregre profectus est; *sim.* 13, 34 [cod. 1. *al.*] -ans reliquit domum). COD. Iust. 10, 40, 7, 1 (*a. 286–305*) *domicilium est,* unde cum profectus est, -ari videtur *aliquis,* quo si rediit, -ari ... destitit. HIL. in Matth. 28, 1 *Christum* in minimis suis ... -antibus confoveri et nudis contegi *eqs.* (*respicitur Matth. 25, 35 [cf. p. 1310, 16] ut e. g.* AVG. in psalm. 86, 5 l. 32 adhuc Christus hic eget, ... hic -atur). AMBR. hex. 5, 14, 48 grues, quia alta petunt, amant frequenter (*sc. multitudine?*) -ari. PAVL. NOL. epist. 40, 6 p. 346, 18 -ando multa cognovit. *al.*

β *indicatur locus* (*vel via*): ① *per quem vel quo vel ubi quis -ando it, moratur sim.*: CIC. Brut. 51 *eloquentia Attica* -ta totā Asiā est. PAVL. FEST. p. 225 Proculum ... dicunt, qui natus est patre -ante a patria procul. PLIN. nat. 16, 135 non ferunt amomi ... deliciae, ne in Arabia⟨m⟩

[Stirnemann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quidem, ex India ... -ari (FLOR. epit. 4, 1, 1 in extremis finibus mundi arma Romana. TERT. pall. 2, 3 maris conchae ... in montibus. VET. LAT. Luc. 15, 13 [cod. 2] in regione longinqua [cod. 5 in *c. acc.; cetera v. p. 1300, 4*]. PETR. CHRYS. serm. 151, 2 *Iudaeos* in gentibus. ITIN. Anton. Plac. rec. A 1 in quibus locis sum -tus, id est sancta loca. *al.*). VLP. dig. 28,5,4,1 longinquo itinere (PAVL. NOL. epist. 49, 15 ad urbem et i. terreno). VET. LAT. Iac. 1, 1 (codd. Δ Vulg.) quae *ecclesiae* sunt ex tribu⟨bu⟩s duodecim ⌞dispersis et -antibus per orbem terrarum⌟ (*gr. ἐν τῇ διασπορᾷ, Vulg.* in dispersione [*nisi ad 2*]). SYMM. epist. 4, 62 longum -tis *magistratibus Antiochensibus Romam missis* (6, 61. *cf.* AVG. civ. 8, 4 p. 325, 4 quam longe ac late potuit. conf. 2, 3, 5 longe ... studiorum causa. *cf. e. g. p. 1306, 2. 16*). VVLG. iud. 17, 8 egressus ... -ari voluit, ubicumque sibi commodum reperisset. PAVL. NOL. epist. 31, 6 *religiosissimi,* qui hac tantum causa illo *Hierosolymas* -ti advenerint, ut sibi eius *crucis* revelatio quasi in pretium ... peregrinationis deferatur. SORAN. p. 61, 5 eas *aegras* -ari terra marique (*gr. p. 111, 31 ἀποδημίαις*). CLAVD. MAM. epist. 2 p. 204, 9 ad usque Graeciam capessendae ... scientiae gratia (IVNIL. praef. p. 467, 9 usque ad Constantinopolim. *adde l. 6. 21*). CIL IX 5860, 2 nata in urbe sac⟨ra, pe⟩regrinata Italiam et ⟨provincias⟩ debitum reddidi Nicomedia *eqs. sim. al.* Ⓘⓘ *unde quis -ando abit, abest sim.* (*cf. l. 25*): PLIN. nat. 16, 135 *l. l.* TERT. adv. Hermog. 44, 3 -tus est ad illam *materiam* de longinquo *demiurgus.* AMBR. hex. 5, 14, 48 quae *avium genera* hieme redeunt, aestate -antur a nobis. AVG. civ. 5, 6 p. 198, 12 *vir* militat et a sua domo ... -atur.

b *laxius, sc. sine respectu patriae relictae -atur, qui a quolibet loco abest*: AVG. in psalm. 55, 2 l. 56 fit ..., ut qui corpore longe -atur a te, coniunctus sit tibi, quod hoc amat, quod tu (*opp.* stans iuxta te). ENNOD. epist. 5, 1, 4 p. 124, 10 manet caritas ... -ante persona.

2 *respicitur potius -antis status vel qualitas alieni, peregrini* (*sc. hospitis, coloni sim.; huc fortasse trahas p. 1304, 67*): **a** *indicato loco: per praepos.* in (*adde l. 42*): CIC. Rab. perd. 28 adeone hospes es ... *et* ignarus disciplinae ... nostrae, ut haec nescias, ut -ari in aliena civitate, non in tua magistratum gerere videare (VAL. MAX. 3, 4, 5 ⌞a.⌟ in urbe ... -tus est *M. Perpenna civitate R. patri abiudicata* [⌞ ⌟ *si recte trad.*]. VET. LAT. act. 7, 6 [Iren. 3, 12, 10] erit semen eius *Abrahae* -ans in terra a. et in servitutem redigentur [*gr. πάροικον, cod. 5* peregrinum, *Vulg.* accola; *cf. p. 1309, 32*]. Hebr. 11, 9 [Hier. epist. 129, 3, 4; *gr. παρῴκησεν, Vulg.* moratus est]). VET. LAT. IV Esdr. 14, 29 -antes -ti sunt patres nostri ab initio in Aegypto. VVLG. gen. 47, 4 ad -andum in terra tua venimus (*postea*: esse nos ... servos tuos). *varie*: VET. LAT. Is. 52, 4 (Hier. *ad l.*) in Aegyptum descendit populus meus, prius ut -retur ibi ([*gr. παροικῆσαι, Vulg.* ut colonus esset]. VVLG. gen. 12, 10). Luc. 24, 18 (cod. 2. *al.*) tu solus -aris ab Hierusalem? (*gr. παροικεῖς*, Aug. in psalm. 68, serm. 1, 8. *al.* -aris in, *cod. 3. al. et Vulg.* peregrinus es in). VVLG. gen. 32, 4 (*loq. Iacob*) apud Laban -tus sum (lev. 17, 8 de advenis, qui -antur a. vos. *al., cf.* lev. 17, 10 inter eos [*al.*]). **b** *non indicato loco*: VLP. dig. 9, 3, 1, 9 multum ... interest inter habitatorem et hospitem, quantum interest inter domicilium habentem et -antem. AVG. in psalm. 55, 9 l. 1 incolere -ari est, incolere dicuntur, qui habitant in patria non sua.

B *in imagine et translate*: **1** *respicitur potius -antis motus vel commoratio*: **a** *strictius de eis, qui relinquunt locum aliquo modo sibi proprium* (*-antur homines vel res ad eos pertinentes; apud Christianos saepe spectat ad vitam terrenam a deo caelestive patria alienam, ad errorem e. g. p. 1306, 13. 33, ad mortem l. 63*): α *usu vario*: CIC. Mil. 33 an vero, iudices, ..., vos hospites in hac urbe versamini, vestrae -antur aures neque in hoc ... civitatis sermone versantur *eqs.*? VAL. MAX. 8, 9, 3 quoniam domesticum nullum maius adiecerim exemplum, -andum est, *sc. ad externos* (*cf. p. 1306, 5*). TERT. anim. 18, 9 anima dementit non -ante, sed conpatiente ... animo. VET. LAT. psalm. 119, 6 (cod. 300. *al.*) -ta est anima mea *in tenebris* (*gr. παρῴκησεν, cod. 303. al. et Vulg.* incola fuit). II Cor. 5, 9 (cod. 89. *al.*) et contendimus sive -antes sive presentes placere *deo* (*gr. ἐκδημοῦντες, cod. 75. al. et Vulg.* absentes; *cf. p. 1306, 20 sq.*). HIL. in psalm. 118 koph 3 p. 524, 4 labia ... sensu -ante ... murmurant. Ps. HIL. epist. ad fil. 4, 3 propter hanc margaritam et vestem, *sc. fidem,* -ari volo (*postea*: vitam ... impendere. *cf. p. 1303, 56*). SYMM. epist. 7, 23 mecum ... diligentia tui *amici* -atur. AMBROSIAST. in II Cor. 5, 7 per fidem cum domino sumus, non per praesentiam; ac per hoc -amur non fide, sed specie. HIER. epist. 39, 1, 5 *morte* anima ... in antiquam possessionem diu -ta conscendit. AVG. in psalm. 123, 2 l. 23 qui ergo -atur et per fidem ambulat, nondum est in patria, sed iam est in via. serm. 31, 5 orationes -antium, ... in hac via laborantium, ... aeternae patriae suspirantium *eqs.* Ps. CHRYSOST. hom. 33 l. 145 hanc ... peregrinationem (-e *var. l.*) per magnam ignorantiam -tos fuisse nos sciens ... Paulus dicit (*seq. Eph. 2, 13*). *al.*

β *indicatur locus*: Ⓘ *ubi vel ad quem quis -atur* (*saepe per praepos.* in, *aliter e. g. p. 1306, 2 sq.*): CIC. Tusc. 5, 114 *mens Democriti* ⌞⟨in⟩ infinitatem omnem -batur⌟, ut ... *nusquam* consisteret ([⌞ ⌟ in *vel* per *cod. recc.*; i. o. peragrabat *Giusta c. cod. det.*]. *in eadem re*: nat. deor. 1, 54 *animus* ita late longeque -atur, ut *eqs.* APVL. mund. praef. p. 287 animo ... per caeli plagas his itineribus *eqs.* [*gr. 391a 12 ἐπεραιώθη καὶ ἐξεδήμησεν*]). VAL. MAX. 6, 9 ext. 1 -tus est huius *adulescentis* animus in nequitia, non habitavit. TERT. apol. 19, 7 in historias et litteras orbis (*cf. p. 1305, 56*). anim. 43, 12 *in somnio* terra mari. VET. LAT. gen. 47, 9 (Hier. in Ier. 1, 8, 3) dies mei *Iacob,* quibus ego -or in terra (*gr. παροικῶ, Vulg.* dies peregrinationis). AVG. civ. 1, 35 p. 51, 17 quamdiu -atur in mundo (*sc. civitas dei ut*: 18, 54 p. 345, 19 quae caelestis -atur in terra. *et saepe apud eundem et e. g.* CASSIOD. in psalm. 126, 1 l. 49). in psalm. 119, 8 corpus -atur locis, anima -atur affectibus (*sim.* PROSP. in psalm. 119, 6 [*syn.* absentatur]). 138, 5 l. 12 genus ... humanum quod deflexerat in idolorum culturam, in longinquo fuerat -tum (*spectat ad Luc. 15, 12 sq. ut* PETR. CHRYS. serm. 5, 4 ad longinquam diaboli regionem *gentilitas* animo est -ta, non loco *eqs.*). CAES. AREL. serm. 80, 1 corpore praesens esse videtur *in ecclesia,* sed corde longe -atur. ORIG. in Matth. 16, 26 p. 562, 3 -ante in hac vita hominum Christo (*gr. ἐπιδημοῦντος*). *al.* Ⓘⓘ *unde quis -ando abit, abest sim.* (*fere per praepos.* ab, *aliter e. g. l. 22. 34. 36; multa pendent ex* II Cor. 5, 6 sqq.): VET. LAT. II Cor. 5, 6 (cod. 75. *al.* = VVLG.) dum sumus in corpore, -amur a domino (*gr. ἐκδημοῦμεν*). 5, 8 (cod. 78. *al., sim.* VVLG.) bonam voluntatem habemus magis -ari ⌞a⌟ corpore et praesentes esse ad dominum (⌞ ⌟ cod. 77. *al.* de; *gr. ἐκδημῆσαι* [*nisi ad b*]). I Tim. 6, 10 (cod. 64) *avaritiam* adpetentes a fide -ti sunt (*gr. ἀπεπλανήθησαν, cod. 75. al. et Vulg.* erraverunt). TERT. resurr. 43, 5 *apostolus* (*l. 19*) temporalem ... absentiam a corpore volens significare -ari nos ab eo dixit, quoniam, qui -atur, etiam revertitur in domicilium (*sim. de tempore inter mortem et resurrectionem*: HIER. tract. in psalm. II p. 381 l. 516 ['caro mea requiescet in spe'] non dixit 'habitabit' sive 'requiescet', ..., sed *κατασκηνώσει,* id est -bitur, ut sit sensus: paululum ibi commorabitur et inferos videbit in transitu). HIL. in psalm. 135, 1 auribus atque animis ... longe ab his, *quae leguntur,* -antibus (*sim. de male attendentibus e. g.* CAES. AREL. serm. 152, 1 a divinis obsequiis. *cf. l. 16. p. 1305, 62*). trin. 9, 51 doctrinam euangelii non adeptus a spe euangelii -atur. FVLG. myth. 3, 7 (*v. p. 1301, 31*). AMBR. in psalm. 118 serm. 4, 25, 2 -emur saeculo magis quam deo et ambulemus per fidem (*nisi ad p. 1307, 2 sqq.*). AVG. conf. 10, 5, 7 quamdiu -or abs te, mihi sum praesentior quam tibi. in psalm. 125, 3 l. 7 inde, *sc. ab aeterna Sion.* LEO M. serm. 64, 1 in nullo ... ab his, quae ad crucem Iesu Christi pertinent, fidei nostrae -etur intuitus. *al.*

b *laxius, sine respectu loci cuiusdam proprii relicti -atur*: α *qui itinere vel loco quodam migrat*: PLIN. nat. praef. 14 *meum* iter est non trita auctoribus via nec qua -ari animus expetat (*sim. -atur lector*: 8, 44 in ... rerum naturae operibus ... breviter).

β *qui loco quodam habitat*: VET. LAT. psalm. 14, 1 (cod. 300. *al.*) domine, quis -bitur in tentorio tuo? (*gr. παροικήσει, cod. 303. al. et Vulg.* habitabit).

γ *qui a quolibet loco abest, se abstinet sim.* (*huc vergunt aliqua sub a allata; sunt qui huc trahant* NON. p. 451, 11 nos in epistulis quae inscribuntur ⌞de -ando a doctrinis⌟ [*L. Müller,* a d. de -ando *trad.*]): Ⓘ *-antur homines (deus l. 58) animusve eorum sim.* (*c. praepos.* a): Ps. CYPR. singul. cler. 30 -ari ab extraneis (*i. non cognatis*) feminis clerici reluctantur? (*antea*: mulierum ... recusare ... caritatem). PAVL. NOL. epist. 28, 5 ab historicis scriptoribus -tus sum. 29, 10 *Melania* urbem Hierusalem ..., in qua a corpore -retur, elegit, exul civium et civis effecta sanctorum. CASSIAN. conl. 11, 14 ab hac passione carnali in carne degentes -ari. SIDON. epist. 9, 3, 4 a saeculi lucris *et* ... a culpis. ENNOD. epist. 1, 2, 2 p. 3, 24 *me* a cognitione tui -antem. 2, 19, 16 p. 64, 1 -antes a merito ... *gratia* eripuit. 5, 24, 1 p. 144, 21 procum non ... a sanguine nostro -antem. ORIG. in Matth. ser. 65 p. 152, 14 non -atur a suis, sed semper praesto est eis *Christus, sc. sec. Matth. 18, 20. al.* Ⓘⓘ *-antur res* (*c. praepos.* a *l. 64. 68*): AMBR. virginit. 11, 60 influentibus ... divinis *in hominem* corporeus -atur affectus et usus ille exterioris hominis exolescit. CASSIAN. inst. 12, 31 qua *humilitate* -ante ... *patientia non* poterit adprehendi. AVELL. 237, 1 qui *rectores* -tam pacem ... reducerent (*gr. ξενωθεῖσαν*). PETR. CHRYS. serm. 75, 1 a me ... -tus est sermo (*opp.* redonare sermonem; *cf. serm. 74, 1* nos tacere ... coegit ieiunii lassitudo). EVSEB. GALLIC. hom. 15, 3 -antibus naturae legibus, *sc. in virginis partu.* ENNOD. epist. 2, 15, 1 p. 56, 5 -antem recipere ... pietatem. 4, 9, 2 p. 104, 21 -antia bona (*opp.* innata). APON. 8, 51 'beati ventres qui non genuerunt' (*Luc. 23, 29*); a quibus ... numquam -tus est sanguis. *al.*

2 *respicitur potius -antis status vel qualitas alieni* (*de re p. 1307, 2; loco non indicato* SALL.): *spectat ad ignorantiam, imperitiam*: CIC. ac. 1, 9 nos in nostra urbe -antis errantisque tamquam hospites tui, *Varronis,* libri quasi domum deduxerunt, ut possemus ..., qui et ubi essemus, agnoscere. SALL. Catil. 2, 8 multi ... indocti incultique vitam sicuti -antes transigere. NOVELL. Theod. 4 pr. *limitanei* in vita -antur aliena ... *civilium*

[Stirnemann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

actionum ignari (*cf.* Marc. 1, 5 ut et miles in civili ... -retur iudicio). *exempla cetera*: Cic. fin. 3, 40 *philosophia* quidem adhuc -ari Romae videbatur (*antea*: quasi civitatem dare). Iren. 4, 21, 3 -ari in saeculo et sequi verbum *dei*. Ambr. in psalm. 118 serm. 7, 28 qui ... domesticus est dei, exul est mundo, ... peregrinus est terris; -bantur in hoc mundo Hebraei. Hier. psalt. sec. Hebr. 36, 3 -are in terra et pascere fide (*Vulg.* inhabita). Avg. civ. 15, 17 p. 94, 24 *civitatem terrenam* non -antem in hoc mundo, sed in eius temporalis ... felicitate quiescentem. Verec. in cant. 1, 16 l. 15 Chanaan habitare, non -ari dicuntur, qui tabescunt, quando malis operibus delectantur. Cassiod. in psalm. 118, 54 ubi, *sc. in mundo,* -atur omnis, qui Christo ... devotus est. Caes. Arel. serm. 151, 2 in civitate mundi (*opp.* in civitate paradisi civis esse). *al.*

II *sec. gr. ξενίζεσθαι vergit in notionem q. e. (re aliena, mira) stupere, mirari sim.*: Ambr. exhort. virg. 10, 71 *Maria* angelum in specie viri vidit et pavebat corde, -batur aspectu (*cf.* virg. 2, 2, 11 -ta est in viro, quae non est -ta in angelo). sacr. 3, 1, 3 ideo -aris, ideo te dubitatio tenet? Vvlg. I Petr. 4, 4 in quo -antur *gentiles* non concurrentibus vobis in eandem luxuriae confusionem (*gr. ξενίζονται, Vet. Lat. cod. 65. al.* (ob)stupescunt). 4, 12 nolite -ari in ardore, qui ad tentationem vobis accidit (*gr. μὴ ξενίζεσθε, Vet. Lat. cod. 91. al.* mirari, *cod. 64. al.* expavescere). Sedvl. op. pasch. 5, 15 *ut* nullus animo -etur ignaro crucis speciem causam venerationis ostendere (*carm. pasch. 5, 188* ignoret).

part. praes. peregrināns, -is *masc. pro subst. hic illic inde a* Cael. Cic. fam. 8, 1, 1, *e. g.* Cels. 1, 10, 4 *et p. 1304, 50. 1305, 47.*

deriv.: peregrinabundus, peregrinatio, peregrinator, peregrinatus (-ūs). *Stirnemann.*

***peregrīnus,** -a, -um. [*ab adv.* peregre, -i *derivatum; cf. Leumann, Gramm. 1977, 327. Fo.*] *de origine*: Varro ling. 5, 33 *ager* dictus -us a pergendo, id est a progrediendo; eo [quod] enim ex agro Romano primum progrediebantur (*cf.* Cassiod. in psalm. 38, 13 l. 334 -us ... quasi pergens longius. *cf. et l. 57 sq.*). *scribitur*: piri- CIL III 8384, 1; pel- (*cf. infra l. 64*) CIL XI 6473, 2 (*saec. IV?*). Vet. Lat. Matth. 27, 7 (cod. 8 *man. prima*). Luc. 24, 18 (codd. 4. 8). CIL III 4222, 2 XI 2875, 1 (*cf. p. 1298, 45 sq.; ceterarum vocum exempla vetusta non invenimus*); peri- Inscr. Tun. Merlin 779, 7 (*in tit. gemino* 778, 9 pere-); -ecr- Inscr. christ. urb. Rom. 1491, 1; -grein- Lex Rubr. (cil i^2 592) 1, 24 (*sed* 1, 34 -grin-). Epist. imp. Plotin. (cil iii 12283; *a. 121*) 8 *et* 14 (*sed* 13 -grin-); -gren- CIL V 1676, 6. VI 31066, 1. CE 1913, 1. *litt. gr.: p. 1308, 64. 70. 1314, 66 et* Gloss. iurispr. *ἄδετ Π* 15. *abbreviatur*: peregri CIL XIII 4679, 2 (*a. 232; nomen proprium?*). peregr Inscr. Dessau 8972, 5 (*aet. Hadr.*). CIL IX 5833, 7 (*aet. Hadr.?*). XIV 2509, 5 (*saec. III in.*). *al.* pereg CIL III 6154, 10 (*post a. 224*). 7795, 4 (*post Severum*). *al.* ?perc *p. 1308, 46* (*cf. l. 35*). per Fast. cos. Arv. a. 2 a. Chr. (Inscr. Ital. XIII 1 p. 297). *al. ibid.* CIL X 3853, 6 (*a. 74*). VI 36748, 2 (*aet. Sept. Sev.*). pe Not. laterc. gramm. IV 298. p CIL VI 428, 4 (*a. 235*). XIII 8699, 7 (*?*). Inscr. Dessau 9080, 1. Not. Tir. 67, 57 sqq. *compar. et superl. desunt, sed accedit adv.* Cic. Sull. 24 quam (Ennod. carm. 1, 7 praef. 2 p. 524, 4). Apvl. met. 2, 21, 7 satis (Ivlian. in psalm. 5, 2^b). Tert. adv. Val. 6, 1 tam. Anon. de mach. bell. praef. 16 adeo. Act. Archel. 44, 2 valde. Avg. in psalm. 18, enarr. 2, 3 l. 31 longe (*sed de loco p. 1308, 40*). Rvstic. Conc.^{s} I 4 p. 8, 8 multum. Petr. Chrys. serm. 2, 5 nimis. *de mensura: scribitur i longa* CIL VI 37181, 1 (*ante a. 98*). *syllaba secunda pro brevi adhibetur apud* Plavt., Ter., Afran., *postea alias pro brevi* (*e. g.* Hor. carm. 3, 3, 20 Ov. fast. 3, 87), *alias pro longa* (*e. g.* Catvll. 31, 8 Verg. Aen. 11, 772 Hor. epist. 1, 17, 62). *de notione et differentia*: Synon. Cic. p. 439, 34 -us. advena. alienigena. extraneus. inserticius. hospes. ignotus. incognitus. Diff. ed. Beck p. 32, 36 inter advenam et -um et hospitem: ... -us, qui nostrae non est civitatis, ⌞a peregrinando⌟ nomen accepit *eqs.* (*e* pergendo *deductum?*). Gloss.^{L} II Philox. pe 132 *ἀπόδημος, ξένος, ἐπίξενος.* 139 *παρεπίδημος.* Gloss. II 378, 2 *ξένος*: -us, hospes, alienigenus. *sim. al., nota* III 53, 1 (= Ps. Dosith. frg. iur. 12) *πρὸς Ἕλληνας*: ad -os. 53, 11 *νόμῳ Ἑλλήνων*: lege -a. *legitur per totam latinitatem inde a* Plavto, *qui frequentat ut* Cic., Ov., Liv., Plin. nat., Gaivs (*rarius in* Cod. Theod. *et* Iust.) *et aetas inferior, deest e. g.* Lvcr., Val. Fl., Sil., Stat. [*a forma* pelegrinus: *it.* pellegrino; *francog.* pèlerin; *prov. vet.* peleri, pelegri *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* pelegrí. *cf. M.-L. 6406. Battisti-Alessio IV 2826. Wartburg VIII 232 sqq. Corominas^2 I 78. St.*] [*in textu omissione depravato*: Ps. Soran. quaest. med. 106 *aegritudo* -a (*v. app. crit.*); *trad. loco dubio*: Ambrosiast. in Rom. 16, 11, 2a presbyter -i (*sc. presbyteri, ut ad p. 1314, 74 sqq. trahas*) officio fungebatur (*cod. unus* -o; *an* peregre *restituendum? aliter p. 1308, 46*).]

CAPVT PRIVS: *usu primario fere i. q. alienus,* **ξένος** (*quod gr. respondet, nisi alia notavimus*): **I *strictius,*** *sc. cum respectu patriae cuiusdam, de eis, qui (quae) differunt vel distant ab indigenis, illi loco propriis, itaque ibi ignoti sunt* (*vergit ad notionem q. e. hospes p. 1310, 35, q. e. viator sim. p. 1310, 30. 1312, 45. 1313, 1*): **A *proprie*** (*respicitur*

fere patria hominum, sed animalium vel rerum p. 1310, 46. 1311, 74. 1312, 1. 9. 10); significantur: **1** *qui (quae) peregre orti (orta) adveniunt vel propriis cuiusque patriae comparantur* (*de civibus Romanis ad aliam provinciam pertinentibus e. g. p. 1309, 14. 1312, 14; de eis qui veniunt ad loca sancta l. 38. p. 1310, 22 sqq.*): **a** *de hominibus et deis* (*de numero hominum e. g. l. 15. 34. 54, de re pro homine posita l. 29 sq. p. 1309, 31 sq.*): α *in universum*: Ⓘ *exempla varia* (*inde ab* Ov. *pauca selecta*): Plavt. Asin. 464 -us ego sum, Sauream non novi. Cist. 143 amatorem aibat esse -um sibi (*nisi ad 2b*). Men. 724 an mos hic ita est, -o ut advenienti narrent fabulas? Merc. 635 rogitares ... unde esset, ... civisne esset an -us. Poen. 175 se -um esse, ex alio oppido. 675 hominem -um (1031 h. -um atque advenam. Clavd. Don. Aen. 1, 365 p. 81, 22. *cf. l. 43 sq.*). Truc. 955 tu -u's, hic ⟨ego⟩ habito. *al.* Ter. Andr. 146 pro uxore habere hanc -am (*de eadem*: 469 ex -a [*cf. p. 1309, 29*]). Cic. Verr. II 4, 77 neminem, neque liberum neque servum, neque civem neque -um. Sest. 95 *Clodius* -am manum facinerosorum concitavit. leg. 2, 37 *apud Aristophanem* Sabazius et quidam alii dei -i iudicati e civitate *eiciuntur* (Liv. 5, 52, 10 -os d. transtulimus Romam ...; Iuno regina transvecta a Veiis *est.* Tert. apol. 10, 5 barbaros Graecos, Romanos -os. *al., cf.* Flor. Verg. 2, 2 *populum Aegyptium* -ae deae sistra pulsantem [*de Iside ut*: Apvl. met. 8, 28, 4]. Arnob. nat. 3, 38 numina [Avg. civ. 2, 14 p. 70, 27]). Lael. 19 cives *nobis sunt* potiores quam -i, propinqui quam alieni. off. 1, 37 hostis ... apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc -um dicimus (*sim. al., v. vol. VI 3, 3056, 34 sqq.*). 1, 125 -i ... atque incolae officium est nihil praeter suum negotium agere ... minimeque esse in aliena re publica curiosum. *al.* Hor. carm. 3, 3, 20 Ilion ... iudex et mulier -a *Helena* vertit in pulverem (Liv. 1, 47, 6 Hist. Avg. trig. tyr. 30, 2. *al.; cf. p. 1309, 65*). Ov. epist. 12, 111 virginitas facta est -i praeda latronis (*sim. de Iasone*: Sen. Med. 115 marito). met. 5, 495 Sicaniam -a colo *Arethusa.* Liv. 4, 3, 13 *cum* clausa urbs *non* fuerit -ae virtuti (5, 36, 6 [*de Romanis in acie Etrusca pugnantibus*]. *sim. metonymia*: Mart. 12, 9, 2 pax -a [*de Hispania pacata*]. Rvt. Nam. 1, 13 patet -ae curia laudi). Sen. dial. 12, 6, 4 *urbs omnis* magnam partem -ae multitudinis habet. Apvl. met. 3, 3, 9 reum -um (*postea*: in hominem alienum, *opp.* in vestrum civem). Ivst. 34, 1, 8 universum -um populum trucidant (Cassiod. var. 7, 9, 1 -os p. cum diversa provinciarum merce. 7, 23). Avson. 217 p. 72, 4 qui vel -i ⟨Burdigalae vel⟩ Burdigalenses peregre docuerunt. Serv. Aen. 3, 241 -os Neptuni filios dicimus, quorum ignoramus parentes. Hier. epist. 71, 5, 1 prae frequentia commeantium et -orum turbis, *sc. visitantium Hierosolymam.* Vvlg. deut. 29, 22 -i, qui de longe venerint (*cf.* Avg. epist. 51, 5 ignoti, longe -i). Is. 60, 10 aedificabunt filii -orum muros tuos. Verec. in cant. 3, 2 (*sec. thren. 5, 2*) domus nostrae -is incolis transferuntur. Greg. Tvr. Franc. 2, 42 p. 93, 11 (*loq. Chlodovechus parentibus interfectis*) tamquam -us inter extraneos remansi. CIL III 14729 *cuidam* homini probissimo -o huius loci, *sc. Salonarum* (*in sepulcro ut*: XI 6473 [*Pisauro, saec. IV?*] 2 cives Gallus -us hic iacet. Inscr. christ. urb. Rom. 3013 locus Gabbesi dia(coni) per(e)c(rini). *al.*). *al.*

Ⓘⓘ *de eis, qui aliquo officio vel artificio, labore, honore sim. funguntur*: Ⓐ *de militibus*: ① *variis*: Plavt. Bacch. 1009 cum -i cubui uxore militis (Pomp. Trog. hist. prol. 23 inter -os ... m. eius *Agathonis Syracusani* et Siculos bellum motum. Cvrt. 6, 4, 9 Dareum custodiam corporis sui ... -o m. tradere damnata popularium fide. *p. 1309, 3. al.*). Liv. 3, 5, 8 cum -is copiis (*sc. Latinorum et Hernicorum ut* 5, 19, 5 iuventus). Cvrt. 5, 1, 45 eques. Vet. Lat. II Macc. 10, 24 (rec. B. *sim.* M, P) -um exercitum omnium gentium ([rec. L. *al.* e. -ae multitudinis]. Heges. 1, 12, 3. *al.*). *al.* ?② *civitatis Romanae expertibus in auxiliis stipendia merentibus* (*de quibus cf.* Const. veteran. [cil xvi 38; *a. 94*] intr. I 7 [= extr. I 8] peditibus et equitibus, qui militant in coho⟨r⟩te ... viii voluntariorum civium Romanorum, qui -ae condicionis probati erant. *v. Stein, Die kaiserlichen Beamten u. Truppenkörper, 1932, 226; Watson, The Roman Soldier, 1969, 16. 109. 218 n. 529; sunt qui cogitent de mercatoribus; cf. p. 1309, 10*): CIL XIII 4679 (*a. 232*). 6540, 4 ⟨vete⟩ranis et ⟨per⟨eg⟩rinis. 8808, 3 genio collegi peregr(inorum) (Inscr. Brit. I 70, 2. *al. ibid., cf.* CIL XIII 6453, 6 collegio i(uventutis) -orum. 6451, 3 genio -or(um)). *huc fortasse pertinet* Pap. Oxyrh. 41, 2951, 27 (*a. 267; litt. gr.*). ③ *civitatis Romanae participibus, e provinciis Romam in castra -a q. d. in monte Caelio vel stationes apud Romam sita missis* (*v. Baillie Reynolds, Journ. Rom. Stud. 13, 1923, 168 sqq. et Neumann, RE Suppl. X 667, 19 sqq.; fere in inscr.*): Inscr. Tun. Merlin 778, 9 (= 779, 7; *aet. Traiani*) principi -orum (*al., v. vol. X 2, 1286, 20 sqq., ubi addas e. g.* CIL II 484, 7 [*post Sept. Sev.*]. VIII 7002, 9 [*a. 283/4*] ex p. -orum. *litt. gr.* Inscr. Année Épigr. 1940 n. 196 [*Phrygia*]). CIL III 3329, 1 (*post Sept. Sev.*) subprincipe -orum (XI 5215, 4. *al., cf. l. 75*). VI 230, 2 (= 36748, 2, *aet. Sept. Sev., ad viam Appiam*) genio sancto kast(rorum) per(egrinorum) (*item gen.* castrorum, *ut iunctura ab exemplis p. 1315, 15 allatis distingui non possit*: 354, 16 [*post a. 198*] quod ... subprinceps voverat, princeps c. -orum v(otum) s(olvit).

[Schwind]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

36775, 10 [*aet. Alex. Sev.*]. XIV 7 [*Ostiae*]. *al. in inscr. urbis; sed nom.*: CVRIOS. urb. p. 106, 2 *et* REG. urb. p. 106, 2 castrae ... -orum). VI 3324, 1 optio -orum (VIII 1322, 8. *cf.* VI 3328 o. mil(itum) peregr(inorum)).

Ⓑ *de ceteris*: CIC. Att. 6, 1, 15 Graeci ... exsultant quod -is iudicibus utuntur (*sc. ξενοκρίταις, cf. Larsen, Class. Phil. 43, 1948, 187 sqq.*). SEN. contr. 2, 7 them. mercator (QVEROL. p. 19, 1. *cf.* SEN. contr. exc. 2, 7 negotiator [QVINT. decl. 363 them. 363, 1]). HIST. AVG. Aur. 11, 8 senatores. INSCR. Alger. I 2102, 8 (*a. 366/7*) artificibus (*cf.* CIL III 4222, 2 pictoribus). Année Épigr. 1928 n. 181, 2 (*apud Augustam Treverorum*) deo Mercurio -orum (*sc. deo negotiatorum, nisi viatorum sim.*). *de clericis, monachis*: CYPR. epist. 34, 3 de nostris presbyteris ... sive de -is. OPTAT. 2, 4 p. 38, 14 *cur* pars *Donatistarum* ... in urbe Roma episcopum civem habere non potuit? quid est, quod toti Afri et -i in illa civitate sibi successisse noscuntur? HIER. epist. 51, 1, 3 (*Epiphan.*) fratrum -orum, qui provinciae tuae nihil debuere (CASSIAN. inst. 3, 12. *al.*). COD. Theod. 16, 2, 37 *ut* episcopi et clerici -i, *sc. Iohannes Chrysostomus eiusque sectatores,* ab hac ... urbe pellantur (CONC. Arel. a. 449–461 p. 133 l. 25. *al.*). VITAE patr. 5, 10, 82 monachus (BENED. reg. 61, 1).

β *spectat ad statum, existimationem inferiorem -orum* (*pauca manifestiora*): Ⓘ *varia exempla*: TER. Eun. 759 -us est, minus potens quam tu, minus notus, minus amicorum hic habens. CIC. leg. agr. 2, 94 *Roma venientes Capuae* iam non hospites, sed -i atque advenae nominabamur. Sull. 24 quorum *municipalium* cave tu quemquam -um appelles, ne -orum suffragiis obruare (*postea: non* patientur se abs te ... honore superari). 25 ac si, iudices, ceteris patriciis me et vos -os videri oporteret, a Torquato tamen hoc vitium sileretur *eqs.* SEN. contr. exc. 2, 7 omnes te impudicam locuntur, pudicam tantum et unus et -us, qui plus laudator quam accusator nocet. TAC. hist. 2, 21, 4 *Othoniani* -um et externum increpabant *militem Germanum Vitellii.* DON. Ter. Andr. 896, 2 bene 'hanc' dicit, ... *non* '-am', ignominiam scilicet vitans (*cf.* Eun. 107 meretrices '-ae' dictae sunt in comoediis). VET. LAT. gen. 15, 13 (cod. 101. *al.* = VVLG.) -um ... erit semen tuum in terra aliena et servient eis *eqs.* (*gr. πάροικον, Tract. in Luc. 1, 55* advenam). 23, 4 (Aug. c. Maximin. 2, 3. *sim.* VVLG.) -us et advena sum ego *Abraham* vobiscum *Chananeis* (*gr. πάροικος καὶ παρεπίδημος. cf. etiam p. 1302, 8 sqq.*). *al.* Ⓘⓘ *alluditur ad ignorantiam*: PLAVT. Poen. 656 se -um esse huius ignarum oppidi (*cf.* EVSTATH. Basil. hex. 6, 1, 7 qui urbium -os ... ad destinata perducunt [*gr. ἀήθεις τῶν πόλεων, postea*: nescios]. VITAE patr. Iurens. 104). CIC. de orat. 1, 249 *in iure civili instructi,* ne in nostra patria -i atque advenae esse videamur. HOR. epist. 1, 17, 62 'quaere -um', *sc. iocorum tuorum ignarum.* LIV. 4, 3, 9 ne ea quidem scimus, quae omnes -i etiam sciunt, *eqs.* APVL. met. 2, 21, 7 puer et satis -us es meritoque ignoras *eqs.* VET. LAT. Luc. 24, 18 (cod. 4. *al., sim.* VVLG.) tu solus -us in Hierusalem non cognovisti *eqs.*? (*cf. p. 1305, 41*). OPTAT. 3, 3 p. 73, 12 *quaedam res latet* te, quia -us es, et potuerunt tibi falsa narrari. AMM. 30, 1, 12 ut -us et insuetus maeandros faciebat et gyros. *al.*

γ *spectat ad condicionem iuris eorum, qui civitatis vel originis Romanae expertes sunt* (*v. Kübler, RE XIX 1, 639, 28 sqq.; de clericis v. l. 10 sqq.; cf. p. 1315, 11 sqq.*): Ⓘ *vario contextu* (*exempla pauca selecta*): LEX agr. (CIL I² 585) 29 *quod in certis agris publicis* ⟨ceivi⟩ Romano facere licebit (*sc. pecudes pascere?*), item Latino -oque. CIC. Sull. 22 me, *sc. Arpinatem,* tertium -um regem esse dixisti, *sc. post Tarquinium et Numam* (*ibid.* duo iam -i r. Romae fuerunt. LIV. 1, 17, 2 Romani veteres -um r., *sc. Sabinum,* aspernabantur). 23 scire ex te pervelim, quam ob rem, qui ex municipiis veniant, -i tibi esse videantur. de orat. 2, 100 lex -um vetat in murum escendere; escendit, hostes reppulit, accusatur (*sim. lex declamationi ficta e. g.* CALP. decl. 17 pr. civitatem -us usurpans veneat). off. 3, 47 qui -os urbibus uti prohibent eosque exterminant, ut ... Papius nuper (*postea*: usu ... urbis prohibere -os sane inhumanum est). LIV. 4, 3, 15 ex -one patricius, deinde consul fiat, civis Romanus si sit ex plebe, praecisa consulatus spes erit? (*spectat ad Claudios ex Sabinis ortos et inter patricios receptos*). 8, 5, 8 -os consules, *sc. Latinos,* et -um senatum. SEN. apocol. 3, 3 (*loq. Clotho*) pusillum temporis adicere illi *Claudio* volebam, dum hos pauculos, qui supersunt, civitate donaret ...; sed quoniam placet aliquos -os in semen relinqui *eqs.* benef. 4, 35, 1 -us apparuisti: non est mihi cum externo conubium. INSCR. Afr. Cagnat 634 (*post Oct. 54*) 12 conubium cum -is mulieribus. GAIVS inst. 1, 14 vocantur ... -i dediticii hi, qui quondam adversus populum Romanum armis susceptis pugnaverunt, deinde victi se dediderunt (*opp.* cives Romanos aut Latinos). 1, 90 si cui mulieri civi Romanae ... aqua et igni interdictum fuerit, eoque modo -a facta *eqs.* 2, 218 -o, cum quo testamenti factio non sit. VLP. reg. 10, 3 neque ... -us civem Romanum neque civis Romanus -um in potestate habere potest. COD. Theod. 6, 37, 1 equites Romani ... ex indigenis Romanis et civibus eligantur vel his -is, quos corporatis non oportet adnecti. *al.* Ⓘⓘ *in descriptione magistratus praetoris -i (v. etiam p. 1314, 64; ad rem v. Wesenberg, RE XXII 2, 1590, 60 sqq.): forma* inter -os: LEX repetund. (CIL I² 583) 12 pr(aetor), quei i. -os ious deicet (89 [*restit.*]. LEX Rubr. [CIL I² 592] 1, 24. 1, 34. Iul. munic. [CIL I² 593] 8 [*opp.* praetor urbanus *ut* 11]. LIV. 37, 51, 6. FEST. p. 234 [*suppl. Mueller*]. ASCON. tog. cand. p. 65, 22. *cf.* LIV. 40, 1, 1 iurisdictio urbana ..., i. -os [*al., v. vol. VII 2, 701, 19*]). LIV. 37, 50, 8 *sortiri provinciam* i. -os (*opp.* urbana *ut*: 41, 15, 5). 45, 16, 3 *sors* i. -os. *forma* inter cives et -os: LEX Quinctia (Frontin. aq. 129, 5) is praetor, qui i. c. et -os ius dicet (EDICT. imp. Aug. [CIL X 4842] 65. LIV. 45, 12, 13. CIL III 6154, 10 [*post a. 224*]. *cf.* LIV. 33, 21, 9 iurisdictio i. c. et -os [*al., v. vol. VII 2, 701, 16 sq.*]). LIV. 22, 35, 5 Philo Romae iuri dicundo urbana sors, Pomponio i. c. Romanos et -os evenit. 39, 8, 2 *provincia* i. c. et -os (*opp.* urbana *ut*: 39, 38, 2. 42, 1, 5). SEN. dial. 9, 3, 4 i. -os et c. aut urbanus praetor (*sim.* CIL VI 1523, 9. 31705, 2. *al.*).

δ *spectat ad statum magis minusve egenum, unde -is hospitalitas debetur*: VET. LAT. Is. 58, 7 (Iren. 4, 17, 3) -um sine tecto induc in domum tuam (*gr. πτωχοὺς ἀστέγους, Vulg.* egenos vagosque). Matth. 25, 35 (cod. 5) -us eram et collexistis me (*gr. ξένος, cod. 3. al. et Vulg.* hospes; *hinc pendent multa, e. g. l. 18. 34*). FIRM. math. 4, 15, 6 pauperes infelices -os erraticos. HIER. epist. 52, 5, 3 mensulam tuam pauperes et -i et cum illis Christus conviva noverit (VVLG. lev. 19, 10 *grana* p. et -is carpenda. EPIST. pontif. 570 Thiel 1, 2 p. 176 erogationi p. et -orum. BENED. reg. 53, 15 p. et -orum maxime susceptioni cura *habeatur eqs. al., cf.* CASSIOD. inst. 1, 29, 1 -is et egentibus). 108, 14, 4 donec in Bethleem ... diversorium -orum ... conderet (*sc. ad loca sancta migrantium ut*: ITIN. Anton. Plac. rec. A 23 xenodochia virorum et mulierum, susceptio -orum *Hierosolymis*). VVLG. deut. 10, 18 sq. *deus* amat -um et dat ei victum ...; et vos ergo amate -os, quia et ipsi fuistis advenae in terra Aegypti. 14, 29 *veniet levites* et -us et pupillus ac vidua ... et saturabuntur (*in enumeratione sim.*: Mal. 3, 5 viduas et pupillos et ... -um. STAT. eccl. ant. p. 167, 17. CIL X 7995, 6 patri orfanorum, inopum refugium, -orum fautor. *al.*). Iob 31, 32 foris non mansit -us, ostium meum viatori patuit. CASSIAN. inst. 4, 7 curam -orum et advenientium (*sim. de monasterii hospitibus*: REGVLA mag. 78, 12 *ne fratres* tales odire incipiant -os, *sc. gyrovagos.* 79, 1 *cella* -orum ..., ubi supervenientes fratres *dormiant.* BENED. reg. 53, 2. 56, 1 mensa abbatis cum hospitibus et -is sit. *al., e. g. l. 21. p. 1315, 20*). FVLG. RVSP. serm. 1, 12 -os Christi libenter *excipere. al. vergit ad notionem q. e. hospes*: ENNOD. epist. 5, 10, 4 p. 134, 15 ut perlator *epistulae* ... -i apud vos nomen excipiat. CASSIOD. hist. 1, 6, 4 *Iphitem* -um et amicum ... peremit *Hercules.* Ios. antiq. 1, 316 (*loq. Laban*) *Ioseph* -us ... et coëpulator meus.

b *de animalibus* (*quae sunt aliena a patria quorundam hominum; aliter l. 46; ad res relegavimus l. 68 sq.*): OV. met. 9, 694 (*inter Isidis comites*) plena ... serpens -a venenis (*cf.* CELS. 5, 27, 10 genera serpentium). Ib. 149 *sive* longinquus ... piscis ..., sive -ae ... volucres (PHAEDR. 1, 26, 11 [*de ciconia*]. *cf.* PLIN. nat. 9, 63 -as aves Romae parere [1, 10, 33 de a. -is, quae veniunt. *al.*]). COLVM. 6, 2, 12 *bos* -us. 7, 3, 13 vernaculum pecus -o ... utilius. 8, 2, 13 quos *pullos* conceptos ex -is maribus nostrates ediderunt. 9, 13, 9 earum apium, quae ex alio domicilio transferuntur, quasi -ae plebis summoveri reges debent. PETRON. 55, 6 vers. 5 *ciconia* grata -a hospita. PLIN. nat. 28, 112 *crocodilis* simillima. et -a aeque animalia, *sc. chamaeleon, scincus al.* ([*inde* 1, 28, 24–32]. *al.*). 28, 122 -ae sunt ⟨et⟩ lynces. IVV. 4, 127 belua. *al.*

c *de rebus*: α *corporeis, quae peregre adveniunt*: Ⓘ *de variis*: PLAVT. Men. 340 -a navis in portum advenit (*cf.* OV. epist. 1, 59 puppim). Pseud. 964 -a facies ... hominis atque ignobilis (*postea*: unde ... gentium?). VERG. Aen. 11, 772 *Chloreus Phryx* -a ferrugine clarus et ostro. OV. met. 8, 836 *mare* recipit de tota flumina terra ... -osque ebibit amnes. trist. 1, 1, 59 quod venias magnam -us in urbem (*sim. de libris Romam missis*: Pont. 1, 1, 3 MART. 12, 2, 2). COLVM. 3, 4, 1 -a ex diversa regione semina transferuntur. 10, 169 -o munere plantae Sicaniis ... descendant montibus. PLIN. nat. 12, 14 -ae *sunt* ..., quarum Graeca nomina aut aliena (*item de arboribus*: 15, 43. *al.* GROM. p. 361, 23 arbores ... -as, exteras. *al., apud gromaticos ad finem indicandum*). 15, 47 aeque -a *sunt mala,* quae ... non pridem venere in Italiam *ex Africa et Syria* (15, 48 paene -a sunt in ... agro Veroniensi nascentia *m. lanata*). *al.* SIC. FLACC. grom. p. 103, 13 invehere ... -os lapides, ut manifestum sit ex industria terminos finales positos (GROM. p. 350, 3. *cf.* HYG. grom. p. 90, 2 alii ponunt *terminos* silice⟨o⟩s, ... alii enchor⟨i⟩os, alii -os *eqs. cf. l. 74*). *al.* Ⓘⓘ *de mercibus* (*saepe c. notione nimis pretiosi, sumptuosi*): HOR. sat. 2, 2, 22 *non* poterit -a iuvare lagois (*de cibis ut e. g.* SEN. dial. 1, 3, 6 longinqui litoris pisces et -a aucupia. MART. 4, 66, 8 vina. AMBR. Tob. 5, 19 cibis. *al.*). epist. 2, 1, 204 artes divitiaeque -ae. PROP. 1, 2, 4 quid iuvat ... te ... -is vendere muneribus? OV. trist. 3, 1, 61 *in templo Apollinis* signa -is ... sunt alterna columnis (*cf.* PLIN. nat. 36, 7 -i marmoris columnas ... Hymettias [*inde* 1, 36, 3]. *cf.* PRVD. perist. 3, 193 nitor *marmoris* et -us et indigena). NVX 141 auferat hic aurum, -os ille lapillos (*cf.* Ps. CYPR. pudic. 12, 6 lapidibus). LIV. 2, 35, 1 frumentum, *sc. ex Sicilia advectum* (43, 6, 3. *cf.*

[Schwind]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

LVCAN. 6, 105 plenae -a messe carinae). 38, 30, 7 receptaculum -is mercibus ad necessarios usus (MANIL. 4, 167. PLIN. nat. 29, 24 -as m. [*seq.* externa pretia]. PLIN. epist. 4, 14, 1 -a delicataque m. *al.; cf.* EVSEB. GALLIC. hom. 35, 5 commercia). CELS. 2, 33, 1 ex -is medicamentis (5, 26, 23[F]). LVCAN. 9, 916 galbana. PLIN. nat. 12, 78 *Arabia* -os ipsa mire odores ... petit (SOL. 46, 1 ASTER. ad Renat. l. 508. *al.*). 25, 31 quonam fieret modo *panaces* ... inter -a docuimus (*sc. 12, 127 inter ea, quae Syria gignit*). *al.*

β *incorporeis alterius civitatis, regionis sim. propriis vel inde translatis* (*includuntur actiones sim.; metonymias quasdam v. p. 1308, 6*): Ⓘ *respiciuntur mores, religio, institutiones sim.* (*hic illic c. despectu, e. g. l. 16. 19. 21*): PLAVT. Persa 158 *filiam* ornatam ... lepide in -um modum (Trin. 767. *cf.* PETRON. 102, 15 barbam -a ratione figurare). OV. rem. 219 sabbata. fast. 3, 87 -os (*sc. Albanos, Faliscos*) inspice fastos. LIV. 1, 7, 15 sacra, *sc. Herculis ab Euandro instituta,* Romulus ... -a suscepit (FEST. p. 237 TAC. Germ. 9, 1 HIST. AVG. Hadr. 22, 10. *al.*). 1, 20, 6 neglegendo patrios ritus -osque adsciscendo (CVRT. 4, 6, 29 *Alexandro* -os r. nova subiciente fortuna. 8, 5, 14 in -os externosque r., *sc.* προσχύνησιν, degenerare. ARNOB. nat. 2, 66 in barbaros r. -osque traduci [*sc. religionem christianam*]. *al.*). 7, 2, 4 -a res fuit, *sc. ludi scaenici.* 38, 17, 18 tantum hae -ae voluptates *Asiae* ad extinguendum vigorem animorum possunt, *eqs. al.* CVRT. 6, 2, 3 *Macedones* in -a et devictarum gentium mala impulerat *Alexander* (*antea*: omnia in externum lapsa morem). 6, 6, 9 luxu et -is infecta moribus (IVV. 6, 298 -os ... pecunia m. intulit). PLIN. nat. 14, 140 -ae exercitationes *Graecorum in potando usitatae.* TAC. Germ. 43, 3 nullum -ae superstitionis vestigium (PLIN. paneg. 49, 8 FIRM. err. 6, 9). SVET. Aug. 93 caerimoniarum. *al.* Ⓘⓘ *respicitur lingua, sermo, verba sim.*: CIC. Arch. 26 Cordubae natis poetis pingue quiddam sonantibus atque -um (de orat. 3, 44 *vox,* in qua nihil ... possit ... s. aut olere -um. *cf.* QVINT. inst. 1, 1, 13 oris plurima vitia in -um sonum corrupti). de orat. 3, 44 *in loquendo* -am insolentiam fugere discamus. VARRO ling. 5, 77 aquatilium vocabula animalium partim sunt vernacula, partim -a (5, 100. 103. 167 multa -a [*an neutr. pro subst.?*]. HYG. grom. p. 85, 14. *al.; cf.* PLIN. nat. 37, 11 *gemmas collectas* -o appellant nomine dactyliothecam [QVINT. inst. 3, 6, 97 VEL. gramm. VII 50, 11. *al.*]). 10, 69 *perfectae analogiae* genera sunt tria: unum vernaculum ac domi natum, alterum adventicium, tertium nothum ex -o hic natum. CVRT. 6, 10, 23 *Macedonibus et Asiaticis* -a lingua, *sc. Graeca,* discenda est (EXPLAN. in Don. l. 14). QVINT. inst. 1, 5, 55 verba aut Latina aut -a sunt; -a porro ex omnibus ... gentibus (*al.* SVET. Tib. 71 DON. gramm. mai. 1, 5 p. 610, 10. *al.*). 6, 3, 107 in qua *urbanitate* ... nihil -um neque sensu neque verbis ... possit deprehendi. 12, 10, 19. SVET. Tib. 71 pro -a *voce* nostratem *requirere* (MART. CAP. 3, 272. CASSIOD. gramm. VII 201, 17 [*ex Eutyche*] -is et Punicis v.). *al.* *de scriptura* (*cf. p. 1314, 59*): IVNIL. praef. ex -is characteribus et quibus Latina scriptura non utitur, *sc. Graecis.* ⓘⓘ *respiciuntur varia* (*pauca selecta inde a* LIV.): PLAVT. Stich. 669 -a omnia relinque, Athenas nunc colamus (*neutr. plur. pro subst. ut*: LIV. 8, 11, 1 nova -aque. NOT. urb. Const. praef. -a gentium ... animo peragrante). CIC. Balb. 55 deos ... scientia -a et externa, mente domestica et civili *precari* (*cf.* LIV. 1, 18, 4 *Numam* instructum ... non tam -is, *sc. Graecis,* artibus quam disciplina ... Sabinorum. FIRM. math. 1, 7, 11 magisteriis imbutus *Pythagoras*) OV. fast. 2, 359 adde -is causas *Lupercalium* ... Latinas. trist. 2, 421 *ne* -is tantum defendar ab armis (*i. exemplis Graecis*), et Romanus habet multa iocosa liber. LIV. 1, 34, 1 *Tarquiniis* quoque -a stirpe oriundus erat *Lucumo Corinthii filius* (TAC. hist. 2, 3, 1). POMP. TROG. hist. Iust. 38, 7, 2 -a imperia. SEN. dial. 5, 18, 1 utinam ista saevitia *regum Persarum Macedonumque* intra -a exempla mansisset nec in Romanos mores cum aliis adventiciis vitiis etiam suppliciorum ... barbaria transisset (AMM. 30, 8, 4 SCHOL. Cic. Bob. p. 143, 20). PLIN. nat. 26, 100 podagrae morbus ... *est* -us. COD. Theod. 12, 1, 161 ut evitatis provinciae suae finibus ... -os expeterent commeatus *qui curiam suam deserunt.* BOETH. cons. 1, 3, 9 quodsi nec ... Socratis venenum nec Zenonis tormenta, quoniam sunt -a, novisti, at Canios, at Senecas ... scire potuisti. *al.*

2 *quae (qui) peregre sita sunt vel fiunt, versantur*: **a** *de rebus*: α *immobilibus, semper loco suo manentibus* (*inde ab* OV. *pauca selecta*): Ⓘ *adi.*: AFRAN. com. 133 -o in loco solent tutandi causa sese sumere *vestem longam meretrices* (LIV. 43, 13, 6 *prodigium* in l. -o *factum.* LABEO dig. 33, 10, 12 PETRON. 80, 8. AMM. 20, 4, 16 dulcedo vos patriae retinet et insueta -aque metuitis l. *al.*). VARRO ling. 5, 33 *secundum augures* agrorum sunt genera quinque: Romanus, Gabinus, -us, hosticus, incertus; ... -us ager pacatus, qui extra Romanum et Gabinum (*ibid. bis* [*cf. p. 1307, 28*]. FEST. p. 245. MAR. VICTORIN. gramm. 4, 42 *'pertermine' auspicium* fit, cum de fine Romano in a. -um transgrediuntur [*cf.* LIV. *supra*]). OV. epist. 10, 121 *Ariadnes relictae* spiritus infelix -as ibit in auras. met. 1, 94 nondum caesa suis, -um ut viseret orbem, montibus in liquidas pinus descenderat undas (MANIL. 1, 445 [*de caelo australi*] o. -o caelum depingitur astris *notiis.* 5, 213 -os o. animalia quaerunt). 3, 24 *Cadmus* -ae ... oscula terrae figit et ignotos montes ... salutat (9, 634 patriam fugit ... inque -a ponit nova moenia t. *al.*). hal. 134 -is acipenser nobilis undis (*de eodem pisce v. 96* nostris incognitus undis). FEST. p. 274 *inter* civitates -as (TRAIAN. Plin. epist. 10, 50 solum -ae c. GAIVS inst. 1, 96). MANIL. 3, 103 in armis *versari vel* ... -as inter ... urbes (SEN. contr. 2, 7, 8. *al.*). SEN. epist. 31, 10 servorum lecticam tuam per itinera urbana ac -a portantium (HIL. in psalm. 118 nun 5 p. 477, 3 -um ... et publicum i. ingredientibus). COLVM. 8, 16, 10 muraena ... hospes -um mare sustinet. 9, 8, 3 ex vicinia potius quam -is regionibus (9, 9, 2 *apium rex* -am r. petit. FIRM. math. 4, 24, 7. *al.*). PLIN. nat. 1, 31, 37 remedium contra -as aquas ([*ad 31, 71 spectare videtur*]. VAL. CEM. hom. 15, 4). IVV. 8, 225 *Neronis* gaudentis ... -a ad pulpita, *sc. Graeca,* cantu prostitui. EDICT. imp. Diocl. praef. 17 L. -as obire provincias (RVFIN. hist. mon. 7, 10, 5). EVSEB. GALLIC. hom. 48, 9 praedia ... longinqua et -a. *al.* ⓘⓘ *pro subst.: neutr. plur.*: AMM. 20, 8, 15 tirones ad -a et longinqua Galli mittere ... *non* potuerunt. AMBR. hex. 5, 7, 18 RVFIN. Clement. 9, 21, 1. COD. Theod. 14, 2, 4 corporati urbis Rom(ae), qui in -a transgressi sunt (*i. in provincias abierunt*). VITAE patr. 5, 10, 16 ut -a petam, ubi me nemo cognoscat (*de loco, ubi monachus mundo renuntiet ut*: VITA Iust. Lugd. [BHL 4599] 2 -a, quo lateret, expetere [*postea*: in solacium peregrinationis heremum petens]). *al.* *fem. sing.* (*nisi excidit* regionem *sim.*): FERRAND. canon. 112 *ut* clerici praeter iussionem episcopi ad -am non proficiscantur.

β *variis* (*corporeis l. 34. 35*): CIC. leg. 2, 60 excipit *lex* bellicam -amque mortem (VITAE patr. Iurens. 158). CATVLL. 31, 8 *redeuntes e Bithynia* -o labore fessi. LIV. 4, 37, 1 -a res, sed memoria digna (PLIN. epist. 4, 11, 15 *scribo tibi* non solum r. urbanas, verum etiam -as). QVINT. decl. 333, 6 -a studia, *sc. Athenis.* TAC. ann. 14, 53, 3 Augustus ... Maecenati urbe in ipsa velut -um otium permisit. SVET. Dom. 1, 3 officia urbana aut -a distribuit (*cf.* VENVL. dig. 26, 7, 51 negotia. *cf.* FIRM. math. 4, 9, 3 negotiationibus [5, 5, 6]). PLIN. paneg. 6, 4 -is externisque bellis (*cf.* IVST. 12, 2, 4 militiam). VET. LAT. II Macc. 5, 10 (rec. V) sepultura neque -a usus neque patrio sepulchro participans. SVLP. SEV. dial. 3, 18, 1 *ne* fastidias visitare ossa -a *cuiusdam* (*3* in extremo nanctus litore sepulturam). COD. Theod. 9, 1, 10 iudicia (*antea*: ultra provinciae terminos). CE 1362, 2 tumuli. *al.*

b *de hominibus, qui versantur*: α *procul a patria sua*: COLVM. 1 praef. 8 *ut homo negotiandi causa* ritu volucrum longinqui litoris -us ignotum pererret orbem. MART. 10, 12, 8 o quam formosus, dum -us eris. AVSON. 362, 2 p. 87 si -os cura domus sequitur. ACT. Archel. 4, 5 nisi ..., -us *quidam* ... mortis pertulisset exitia (*cf.* GREG. TVR. Franc. 2, 1 p. 38, 16 obiit -us). PALLAD. hist. mon. I 1 p. 254[C] *agere* vitam quemadmodum monachus et pro acquirendis virtutibus -us (*gr. p. 20, 11 ξενιτεύων. de monacho mundo renuntiante cf. et l. 19 sqq.*). BOETH. in Porph. comm. sec. 4, 1 p. 242, 16 -us pater relictum domi puerum, si adulescentem redux viderit, *non* possit agnoscere. REGVLA mag. 82, 2 -us in via, ..., agricola in agro. *al.* β *procul a patria alterius*: FIRM. math. 5, 1, 9 derelicta patria -is nationibus immorabitur. IVST. 36, 2, 15 *Iudaei,* ne ... invisi apud incolas *ut in Aegypto* forent, caverunt, ne cum -is conviverent.

B ***translate*** *vel sensu spiritali* (*ad* gen. 23, 4 [*v. p. 1309, 33*] *spectant 61. 72 sq. p. 1313, 9*): **1** *respiciuntur varia*: **a** *de hominibus*: CIC. de orat. 1, 218 *oratorem* nulla in re tironem ac rudem nec -um atque hospitem in agendo esse debere (*item respicitur ignorantia*: Att. 6, 3, 4 est ... quiddam advenientem non esse -um atque hospitem. GREG. M. in I reg. praef. 7 spiritalem historiam ... velut magni pelagi procellas nauta -us adgredior). VITR. 6 praef. 2 *Theophrastus declarat* doctum ... in alienis locis -um *non esse* (*opp.* esse civem). SEN. epist. 120, 18 magnus animus ... nihil ... suum iudicat, sed ut commodatis utitur, -us et properans. VET. LAT. Eph. 2, 19 (Tert. adv. Marc. 5, 1. *al.*) iam non sumus -i et advenae, sed concives sanctorum, sed domestici dei (*Vulg.* hospites. *sim. e. g.* VVLG. I par. 29, 15 coram te). AVG. in psalm. 118, serm. 8, 1 l. 56 sq. sunt cives terreni, qui sunt dei populo -i. PETR. CHRYS. serm. 66, 2 Abraham sibi -us, civis hospitum fuit (*i. non sibi maxime consuluit*). *al.* **b** *de caelo*: AVG. serm. 362, 8 Ierusalem illa nostra -a in caelo aedificatur. GREG. M. in euang. 9, 1 *caro* quasi ad -a ducitur, dum ... in caelo collocatur.

2 *respicitur vita in hoc mundo procul a deo caelestive patria degenda* (*usu christiano*): **a** *de eis, qui (quae) ut in terra peregrinantur, ita ad caelum pertinent* (*de Christo p. 1313, 14*): α *exempla varia*: VET. LAT. I Petr. 2, 11 (cod. 65. *al., sim.* VVLG.) obsecro tamquam advenas adque -os abstinere vos a carnal⟨ibus⟩ desideriis (*gr.* παρεπιδήμους). TERT. apol. 1, 2 *veritas* scit se -am in terris agere, inter extraneos facile inimicos invenire, ... genus, sedem ... in caelis habere. CYPR. mortal. 26 tamquam hospites et -os hic interim degere. PRVD. tituli 18 in terris ... -a moratur iustitia atque fides *ut Abraham.* AVG. civ. 1, 35 p. 51, 13 -a civitas regis Christi. 11, 33 p. 509, 9 cum -os colligit suos *societas angelorum bonorum.* conf. 10, 4, 6 consortium mortalitatis meae, civium meorum et mecum -orum. in epist.

[Schwind]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ioh. 10, 2 civem Ierusalem, ... in via suspirantem -um. in psalm. 38, 21 l. 24 -i quidem sunt *fideles,* ... sed tamen apud deum sunt. 125, 3 l. 9 homo ... venditus sub peccato factus est -us. serm. 16A, 13 Christiani sumus, -i sumus. MAX. TAVR. 59, 4 (*ad Matth. 27, 7*) istos ... -os quos esse dicimus nisi devotissimos Christianos *eqs.*? REGVLA mag. them. 4 -ae vitae temporale iugum *al.*

β *indicatur locus sim.*: Ⓘ *ubi -us versatur*: Ⓐ *per praepos.* in (super *l. 10; pendent ex ipso adi. vel ex iunctura c.* esse): VET. LAT. Hebr. 11, 13 (cod. 75. *al.* = VVLG.) *Abraham, Isaac, Iacob* confitentes, quia -i et ⟨h⟩ospites sunt super terram (*cf.* in terra: RVFIN. Orig. in num. 23, 11 p. 221, 28 *cum* incola fueris et -us in t. et non est mens tua fixa ... in desideriis terrenorum. AVG. in psalm. 118, serm. 8, 1 l. 46 infideles ... non possunt veraciter dicere se in t. -os. serm. 239, 2 hospes in t. esse voluit dominus ..., -us in mundo. *al.*). HIL. in psalm. 118 gimel 10 p. 383, 22 in terrae huius corpore esse -um. AVG. civ. 1, 15 p. 27, 24 supernam patriam ... expectantes etiam in suis sedibus -os se esse noverunt. 15, 1 p. 59, 6 *Abel* isto -us in saeculo et pertinens ad civitatem dei. 17, 3 p. 201, 28 *dei* filios in hac vita -os (in psalm. 55, 9 l. 3). *al.* Ⓑ *per gen.*: TERT. coron. 13, 4 -us mundi huius et civis civitatis supernae (HIL. in psalm. 118 zain 5 p. 421, 19. PROSP. in psalm. 145, 10 *anima,* quae in bonis temporalibus non fidit, sed m. istius -a est. sent. 17). HIL. in psalm. 118 gimel 7 p. 381, 23 totius huius orbis -us orat *David* (*spectat ad psalm. 118, 19*). 9 p. 382, 21 -us corporis sui (*spectat ad II Cor. 5, 8*). HIER. in Ezech. 5, 14 huius ... saeculi (*seq.* psalm. 38, 13). MVTIAN. Chrysost. hom. 14 p. 329 huius habitationis. Ⓒ *alio modo*: HIL. in psalm. 128, 12 p. 646, 20 -us ⌞saeculo⌟ factus et in caelestem ... cognitionem de terrenis ... rebus excedens (⌞ ⌟ *abl. aut dat. [iudicantis?]. item ambiguum*: FRG. Manich. 1, 2 quia -i et alieni⟨g⟩enae mundo sint. GREG. M. moral. 4, 63 *Abraham,* dum -us est saeculo, factus est amicus deo. *dat.*: AVG. in psalm. 118, serm. 8, 1 l. 51 *infideles sunt* -i et inquilini non huic terrae, sed populo dei, a quo sunt alienigenae). TRACT. Pelag. 1, 2 p. 9 Christianus aut nusquam -us esse possit ... aut etiam inter suos advena, cui ... mundus exilium sit. AVG. civ. 15, 1 p. 59, 8 gratiā -us deorsum, gratiā civis sursum. gest. Pelag. 6, 16 ubique -a iustitia.

Ⓘⓘ *a quo -us abest sim.*: PAVL. NOL. epist. 24, 3 domus tuae hospes es ...; patriae tuae -us es et exul istius mundi, ut sis incola paradisi et patriae civis antiquae. AVG. in psalm. 119, 6 l. 37 miseri sunt -i ab illa patria (Ps. CHRYSOST. hom. 33 l. 138 conversatio saecularis non solum -um, sed et alienum a deo hominem facit. VITA Amator. 30 *deus,* a quo huc usque fueram -us, animam meam *morientis* recipiet).

b *de terrenis* (*de caelo v. 1b; neutr. pro subst.*): PETR. CHRYS. serm. 2, 5 (*ad Luc. 15, 13*) *ne patrem* deserentes ad mundi longinqua et nimis -a tendamus. MVTIAN. Chrysost. hom. 24 p. 385 (*ad psalm. 38, 13*) *Abraham et sui* nihil ... conspiciebant in eo *mundo* eorum, quae volebant, sed omnia -a et aliena *eqs.*

II ***laxius,*** *sc. de eis, qui alieni (quae aliena) sunt a quolibet, sive extrinsecus adveniunt sive ab illo abalienati sive illi omnino non propria sunt*: **A** *vigente notione locali*: **1** *usu communi*: AETNA 358 sive -is ... propriisve potentes coniurant animae (*i. venti*) causis, ille impetus ... montis partes atra subiectat harena. CASSIAN. inst. 7, 1 -um bellum *adversus filargyriam* et extra naturam nec aliunde ... sumens principium quam *eqs.* (*cf. 7, 2* extrinsecus accedens animae). ENNOD. carm. 1, 7 praef. 2 p. 524, 4 -as in me et ex vestri oris divitiis adquisitas dicendi opes intellego. opusc. 2, 112 p. 321, 23 -um stilus sensit eloquium, *a deo inspiratum* (*antea*: non ... suum). CASSIOD. var. 1, 45, 5 *mechanica facit* organa extraneis vocibus insonare et -is flatibus calamos implet. hist. 9, 39, 1 *Montani* -am quandam adinventionem introducentes (*vergit ad B2b*). in psalm. 34, 2 l. 53 numquid a deo sumitur ad tempus -a defensio? semper illi paratus est exitus. **2** *usu peculiari apud* VEN. FORT. *de aegrotis mire sanatis narrantem dicitur tam de qualitate sim. absenti quam de loco sim., cui abest aliquid*: VEN. FORT. carm. 2, 16, 156 *caeco sanato* obtinuit ... suum lux -a locum. vita Germ. 28 -ae sanitate (-ti *var. l.*) est reddita *manus.* 63 qualiter -o lari sit revocati lux oculi. *al.* (*v. Blomgren, Stud. Fort. I, 1933, 169 sqq.*).

B *evanescente vel evanida notione locali significantur, quae a proprio, solito, debito, noto abhorrent, sc. i. q. alienus, novus, ignotus, insolitus sim.*: **1** *accedunt structurae indicantes*: **a** *a quo quis (quid) sit alienus (alienum), abhorreat, separetur*: α *per dat. vel abl.: hominis vel rei pro pers. positae* (*iudicantis?*): MART. 11, 78, 10 si fuerit cunnus res -a tibi *amatori puerorum.* IVV. 14, 187 -a ignotaque nobis ... purpura (*nisi ad p. 1310, 66*). APVL. flor. 18, 14 sum vobis nec lare alienus ... nec magistris -us *eqs.* VET. LAT. psalm. 68, 9 (cod. 136 = VVLG.) extraneus factus sum ... et -us filiis matris meae (*gr. ξένος c. dat.; cod. 303. al.* hospes). EVSEB. GALLIC. hom. 22, 2 *descensu Christi* -um sibi lumen inferi nox ... miratur. *al.* *rei*: PAVL. NOL. epist. 18, 5 -am memoriis ... urbem. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 96, 5 *quaedam* dogmatibus ecclesiae -a (*gr. I 1, 7 p. 149, 2 ξένα c. gen.*]. CONC.^{S} I 5 p. 251, 12 *inventa* -a et aliena d. [*gr. I 1, 5 p. 16, 18 ξένα καὶ ἀλλότρια c. gen.*]). CONC.^{S} II 5 p. 94, 8 affectione vulgi -us. SIDON. carm. 7, 397 *mari in ostium Garumnae intrante* salsa -um sibi navigat unda profundum. β *per gen. rei*: VET. LAT. Eph. 2, 12 (cod. 64. *al.*) ⟨ali⟩enati a societate[m] ⟨I⟩srahel et pere⟨grini tes⟩tamentorum *eqs.* (*gr. ξένοι c. gen.; cod. 75. al. et Vulg.* hospites, *sim. al.*). HIL. in psalm. 118 he 5 p. 402, 10 tamquam -us legis orat. AMBR. paenit. 2, 11, 101 exules atque -i limitum paternorum. Ps. AMBR. apol. Dav. II 11, 59 culpa in hunc mundum tamquam hospes intravit aliena nostrae et -a naturae (*nisi dat., sim. ambiguum*: COD. Theod. 9, 16, 5 *magi* n. -i). γ *per praepos.* ab: VET. LAT. Eph. 2, 12 (Hier. in Is. 17, 60, 4 l. 21) a testamento (*v. l. 6*). HIL. trin. 12, 55 -ae adque alienae ⌞a te⌟ virtutis (*siquidem ἀπὸ κοινοῦ, sim.* ACT. Archel. 43, 5 -a quaedam et aliena a ... traditione). ANON. de mach. bell. praef. 16 a rerum commoditatibus -us. RVFIN. Adamant. 2, 15 *mandatum non* novum neque -um a lege (COD. Theod. 4, 6, 3 -os a Romanis l. fieri [*Cod. Iust. 5, 27, 1 pr.* alienos]. EVSEB. GALLIC. hom. 56, 3). VVLG. Is. 28, 21 -um est opus ab eo *deo, sc. punire peccantes.* AVG. in psalm. 18, enarr. 2, 3 l. 31 (*spectat ad Luc. 15, 11*) filius minor a patre longe -us, daemonum cultor *eqs.* (*sim. de infidelibus*: 114, 8 l. 25 placentes *domino* ..., ex nulla ab eo parte -i [*seq. II Cor. 5, 6*]. ORIG. in Matth. ser. 117 p. 249, 12 [*seq.* alieni a deo]. *cf. et l. 40*). CONC.^{S} I 5 p. 256, 10 *opinionem* tamquam -am et alienigenam a divinis scripturis (*cf. p. 146, 13. al.* novam). EVSEB. GALLIC. hom. 17, 3 dudum alienus a vita, -us a misericordia, a salutis via ... exulabas. CASSIOD. Ios. antiq. praef. 7 linguae ... a nostra consuetudine -ae. GREG. M. in euang. 23, 1 *Christus* adhuc in ⌞eorum⌟ cordibus -us erat a fide (⌞ ⌟ *qui cum eo Emmaus ierunt sec. Luc. 24, 13 sqq.*). *al.*

b *ubi quis -us, alienus sim. sit per praepos.* in: ALC. AVIT. carm. 2, 341 *Loth* propria -us in urbe (*antea*: dissimilem cunctis). 5, 140 *Nili aquis in sanguinem versis* interiere ... -i in gurgite ... pisces (*v. 132* Nilus *non* agit proprium ... nitorem).

2 *usu vario*: **a** *de animantibus et corporeis*: APVL. mund. 18 p. 331 *terrae motus* fontes pariunt insolentibus locis -orum fluminum sulcantes vias. IREN. 2, 18, 5 -a et sibi extranea animalia (*opp.* sibi adsueta ... et cognata). IVVENC. 4, 290 *non* -a mihi tecti vestisve ... tegmina ... dabantur (*sec. Matth. 25, 43*). VIGIL. TRID. ad Ioh. 11 l. 294 post umbram -ae, ut ita dixerim, noctis *post Christum mortuum exortae.* ANON. de mach. bell. 16, 3 transeundi per fluvium novo quodam et -o ... apparatu. HIER. tract. in psalm. I p. 327 l. 158 quicumque iustus est ..., ille diligitur *a deo,* quicumque autem -us est *eqs. al.* **b** *de incorporeis*: VET. LAT. Hebr. 13, 9 (cod. 65. *al.* = VVLG.) doctrinis variis et -is nolite abduci ([*cod. 75* novis]. CONC.^{S} I 2 p. 44, 36 FACVND. fid. 3. *sim. in controversia de fide e. g.* RVFIN. apol. Orig. p. 604^{C} opinionem. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 27, 4 haereseos [*cf. IV 1 p. 160, 10* extraneae, *Dionys. Exig. Conc.*^{S} *I 5 p. 236, 16* novae]. ACT. Archel. 44, 2 *dogmata* valde -a ... et infida. *cf. l. 1. 14. 16 et p. 1315, 72 sqq.*). TERT. carn. 9 l. 23 nihil novum nihilque -um (*neutr. pro subst. ut*: HIL. syn. 63 non -a loquor neque ignorata scribo). IREN. 4, 24, 2 *euangelium apud gentiles fuit* -a ... eruditio. VIGIL. TRID. ad Ioh. 3 l. 57 cum adhuc esset ... nomen domini -um (AVSON. 419, 44 p. 364, 294 propriis comitiorum verbis loqui nec vocabulis moris antiqui -a miscere n.). HIER. hom. Orig. in Luc. 6 p. 38, 2 quasi -a eam *Mariam* salutatio *angeli terruit* (*gr. ξένον τινὰ καὶ οὐδενὶ πρότερον λεχθέντα*). CONC.^{S} II 5 p. 84, 22 -am quandam et ineffabilem ... iniuriam. CAEL. AVR. acut. 2, 10, 56 Praxagoras ... libro -arum passionum. ENNOD. epist. 8, 8, 1 p. 205, 21 *cur* homo verborum locuples in me silentia -a custodis. CASSIOD. var. 10, 29, 2 *quae* natura laxaverat, in ... rigorem -a soliditate constringit (anim. 13 l. 36 fluctus *maris Rubri* ... -a s. riguerunt). inst. 1, 15, 9 (*de orthographia*) vocis pulchra modulatio -is litteris maculata. in psalm. 50, 1 l. 34 -um et insolitum ... crimen. *al.*

CAPVT ALTERVM: *usu secundario brevitate quadam pro gen. (hic illic per enallagen) adhibitum vergit ad notionem q. e. ad -um pertinens* (*iuncturas c. vocibus maiorem numerum indicantibus v. p. 1308, 5 sq.*): **I** *strictius, ut respondeat usui p. 1307, 72 descripto*: **A** *spectat ad praetorem, qui inter -os vel inter cives et -os ius dicit* (*v. p. 1309, 74*): praetor -us (*cf.* LYD. mag. 1, 38 *ὁ λεγόμενος περεγρῖνος*): FAST. cos. a. 2 a. Chr. (Inscr. Ital. XIII 1 p. 297) -us (*ibid. al. sine nomine*). CIL X 3853, 6 (*a. 74*) p. per(egrino). INSCR. Dessau 8972, 5 (*aet. Hadr.*). CIL IX 5833, 7 (*aet. Hadr.?*) p. peregr(ino). III 1458, 6 (*post a. 150*). POMPON. dig. 1, 2, 2, 28 p., qui -us appellatus est *eqs.* GAIVS inst. 1, 6 duorum p., urbani et -i. 4, 31. *al., sc. in titulis.* *cetera exempla*: LIV. 23, 30, 18 -am sortem in iuris dictione habuit (24, 44, 2). 25, 3, 2 praetores provincias sortiti sunt, P. Cornelius Sulla urbanam, et -am *eqs.* (*sim.* 27, 7, 8. *al. apud eundem*). 27, 36, 11 iurisdictio (*al., v. vol. VII 2, 700, 75 sq.*). **B** *exempla varia*: OV. epist. 1, 76 esse -o captus amore *potest Vlixes* (9, 47 *Hercules,* -os ad-

[Schwind]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dis a., *sc. Ioles. cf. l. 24 et* PANEG. 2, 33, 4 -o igne suspirans *Cleopatra*). 8, 70 (= ars 2, 8) vecta -is Hippodamia rotis, *sc. Pelopis Phrygis.* met. 9, 182 foedantem -o templa cruore Busirin (AMM. 30, 1, 22. *cf.* SVET. Aug. 40, 3 *a* colluvione -i ac servilis sanguinis incorruptum servare populum *Romanum* [HEGES. 5, 34, 2 -um s., *postea*: advenarum ... cruore]). LIV. 3, 16, 4 -o terrore (*sc. hostium; cf. 3, 16, 3* terror servilis). VAL. MAX. 1 praef. domesticae -aeque historiae seriem (HIER. chron. a. Abr. 670 Didymus scribit in -a h. AVG. civ. 4, 6 p. 152, 18 Graecam vel potius -am). CVRT. 6, 2, 5 inconditum et abhorrens -is, *sc. Graecorum,* auribus carmen *Persicum.* 10, 3, 13 Macedonum vobis *Persis* arma do; inveteravi -am novitatem. CONST. veteran. (CIL XVI 21; *a. 76*) 11 -i iuris feminas ([CIL XVI 133; *a. 192*] 14. [CIL XVI 156; *a. 298*] 7. *al.; sim. in iure civitatis*: CONST. veteran. [CIL XVI 38; *a. 94*] 7 condicionis [*al., v. vol. IV 133, 23 sq. et cf. p. 1308, 58*]). QVINT. decl. 388, 19 cadaver. FRONTIN. strat. 2, 7, 4 *militi* abscisa ⟨spe⟩ -ae societatis, *sc. cum Syphace.* AMM. 16, 12, 66 in castris -is, quae in monte sunt Caelio (CVRIOS. urb. reg. 2 p. 75, 9. REG. urb. p. 75, 7. *cf. p. 1308, 73*). 18, 8, 13 -a commercia (OROS. hist. 7, 43, 1 intercluso ... -orum usu c. CASSIOD. var. 1, 34, 1. *al.*). AVG. civ. 3, 14 p. 115, 21 Lavinium, ubi Aeneas regnum -um atque fugitivum constituerat. REGVLA mag. 1, 61 -is straminibus sudores ... abstergere (*nisi ad p. 1313, 46 sqq., sed cf.* 30, 26 -orum lectis). *al.*

II *laxius, ut respondeat usui p. 1313, 46 descripto*: OV. rem. 196 fac *insitione* ramum ramus adoptet stetque -is arbor operta comis (*nisi ad caput prius*). PETRON. 91, 6 (*Encolpius ad Gitona*) -i amoris concessio (*i. qui concessisti a te alterum amatum esse. cf.* 110, 7 -a libidine *averti.* LACT. epit. 61, 7 *adulter* -a voluptate luxuriat [*antea*: nihil quaerat extrinsecus]. ZENO 1, 1, 13 evagandi extra legitimum torum -a luxuria).

appendix stilistica et grammatica: **1** *de ratione inter* -us *et voces alias intercedente* (*exempla potiora*): **a** *iuxta ponuntur vel variant*: advena: PLAVT. Poen. 1031 CIC. leg. agr. 2, 94 de orat. 1, 249 TAC. dial. 7, 4. VET. LAT. gen. 23, 4 (Aug. c. Maximin. 2, 3). *et saepe* (*cf.* adventicius SEN. dial. 5, 18, 1). alienus: SEN. contr. exc. 2, 7 APVL. met. 3, 3, 9. VET. LAT. psalm. 17, 45 (cod. 136). HIL. in Matth. 21, 1 EXPLAN. in Don. l. 10. *et saepe.* externus: CIC. Balb. 55 SEN. benef. 4, 35, 1 CVRT. 8, 5, 14 LVCAN. 5, 9 PLIN. nat. 29, 24. *al.* extraneus: VET. LAT. psalm. 68, 9 (cod. 136 = VVLG.). IREN. 2, 18, 5 FIRM. math. 4, 11, 1. *al.* hospes: CIC. de orat. 1, 218 Att. 6, 3, 4. VET. LAT. Hebr. 11, 13 (cod. 75. *al., sim.* VVLG.). PAVL. NOL. epist. 24, 3. *al.* (*cf.* hospita OV. met. 5, 495). ignotus: OV. met. 3, 24 IVV. 14, 187 AVG. epist. 51, 5 BACHIAR. fid. l. 255. insolitus: LIV. 4, 30, 10 CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 27, 4. CASSIOD. in psalm. 50, 1 l. 34 (*cf. etiam* insuetus AMM. 20, 4, 16. 30, 1, 12). longinquus: OV. Ib. 149 AMM. 20, 8, 15 RVFIN. hist. mon. 1, 2, 13 PETR. CHRYS. serm. 2, 5. *al.* novus: LIV. 8, 11, 1 TERT. carn. 9 l. 23 IREN. 4, 24, 2 ANON. de mach. bell. 16, 3. *al.* **b** *opp.* (*non affero* Latius, Latinus, Romanus): α *variae*: civis: PLAVT. Merc. 635 Pseud. 1231 CIC. Verr. II 4, 77. *al.* LIV. 2, 38, 3. *al.* VITR. 6 praef. 2 SEN. dial. 9, 3, 4. *et passim, v. maxime p. 1309, 46 sqq. 1310, 6 sqq. 1312, 65 sqq.* domesticus: POMP. TROG. hist. Iust. 38, 7, 2 VAL. MAX. 1 praef. HIL. trin. 1, 34 ORIG. in Matth. ser. 72 p. 196, 16. indigena: COLVM. 6, 2, 12 VVLG. exod. 12, 48 num. 15, 13 PRVD. perist. 3, 193 COD. Theod. 6, 37, 1. proprius: AETNA 358 AVSON. 419, 44 p. 364, 294 PRAEF. bibl. in epist. Pauli p. 3, 5 RVFIN. Clement. praef. vernaculus: VARRO ling. 5, 77. 10, 69 COLVM. 3, 4, 1. 6, 2, 12. 7, 3, 13. urbanus: LABEO dig. 33, 10, 12 SEN. epist. 31, 10 PLIN. epist. 4, 11, 15 SVET. Dom. 1, 3. *al., v. maxime p. 1309, 74 sqq. 1314, 64 sqq.* (*cf.* urbicus: VENVL. dig. 26, 7, 51 CIL V 5894, 7). β *pron. poss.*: noster: PLIN. nat. 1, 10, 33 QVINT. inst. 1, 5, 3. CYPR. epist. 34, 3 (*cf.* nostras: COLVM. 8, 2, 13 SVET. Tib. 71). suus: OV. met. 1, 94 PLIN. nat. 36, 17 PRVD. c. Symm. 2, 365 VAL. CEM. hom. 15, 5. *al.*

2 *grammatica notabilia* (*paucis exceptis ad usum laxiorem et spiritalem pertinentia*): **a** *pendent casus: gen.: inde a* COLVM., *v. p. 1308, 44. 1309, 37. 1312, 37. 1313, 18 sqq. 36. 1314, 5 sqq. (fortasse dat. p. 1314, 10 sq.). al. dat.: inde a* PLIN. nat. 15, 44 *pruna* Persica -a etiam Asiae Graeciaeque esse. *v. p. 1313, 30. 68 sqq. al.* (*fortasse abl. p. 1313, 26 sqq. al.*). *abl.: p. 1314, 3 sq.* **b** *accedit praepos.*: in *inde a* CIC., *v. p. 1309, 39. 1312, 52. 1313, 7 sqq. 1314, 29 sqq. al.* ab: *p. 1313, 37 sqq. 1314, 12 sqq.* coram *p. 1312, 60.* cum *p. 1309, 34.* super *p. 1313, 10.* apud VVLG. psalm. 38, 13 TRACT. Pelag. 1, 2 p. 9. *al.* **c** *accedunt adv.: p. 1307, 46 sqq. 1313, 31 sqq.*

3 *pro subst. adhibetur: masc. et fem. pro homine saepius inde a* PLAVTO, TER., CIC., *e. g. p. 1308, 9. 13. 24. 40. 69. fem. pro re p. 1312, 22? neutr. p. 1311, 45 sqq. 1312, 16 sqq. 1314, 47 sq. al.*

adv. **peregrīnē.** *i. q. modo peregrino, a fide recta alieno* (*respondet gr. ξένως. ad rem cf. p. 1314, 42 sqq.*): RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 128, 22 *quae* ab eo *Nestorio* aliene ac -e dicta sunt contra apostolicam doctrinam. CONC.^{S} I 5 p. 257, 17 -e eam subsistentiam prolatam affirmat *Nestorius* (*cf. p. 146, 32* novo more). II 5 p. 25, 34 *dogma* -e aut noviter probatum est.

deriv.: peregrinitas, peregrinor.

compos.: comperegrinus. *cf. Onom. Schwind.*

peregro *v.* peragro.

perēlabōro, -āvī, -āre. *a* per *et* elaborare. *i. q. elaborando perficere*: RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 91, 36 quod *certamen ad orthodoxiam defendendam* dum -veris, etiam eorum, quae olim fortiter peregisti, praedicaberis victor (*gr. I 1, 7 p. 146, 14 ἀγωνισάμενος* [*cf. Gloss.* elaboramus *ἀγωνιζόμεθα*]).

perēlegāns, -antis *adi.* *a* per *et* elegans. *i. q. valde elegans*: **1** *de oratione, dictis*: CIC. Planc. 58 tua fuit -s et persubtilis oratio. de orat. 2, 270 *dissimulatio* (*i. εἰρωνεία*) genus est -s *eqs.* rep. 1, 29 ut mihi Platonis illud ... -s esse videatur. **2** *alia*: VELL. 1, 7, 1 Hesiodus ..., vir -is ingenii et mollissima dulcedine carminum memorabilis. -s est *c. inf.*: EVGRAPH. Ter. Haut. 210 scitum est ... et -s (-elig- *var. l.*) ex aliis periculum facere (*Ter.* scitum est *tantum*).

adv. **perēleganter.** *i. q. valde eleganter* (*pertinet ad dicendum, scribendum sim.*): CIC. Brut. 197 quae ... omnia cum ... breviter et presse et satis ornate et -r diceret *Q. Scaevola.* APVL. apol. 12, 6 ⌞etsi -r⌟ Afranius hoc scriptum relinquat: '...', tamen *eqs.* (⌞ ⌟ *Krueger,* et semper eleganter *trad.*, ut s. e. *codd. det.*).

perēlixo, -āre. *a* per *et* elixare. *i. q. penitus elixare, coquere*: APIC. 7, 7, 1 cum ad dimidias coctum fuerit *aqualiculus,* levas ...; et denuo eum -bis, ut coqui possit.

perēloquēns, -entis *adi.* *a* per *et* eloquens. *i. q. admodum eloquens*: CIC. Brut. 247 Lentulus ... nec umquam indisertus et in consulatu -s visus est, non tardus sententiis *eqs.*

peremasio. *nomen Aegyptium plantae q. e. polion*: PS. APVL. herb. interpol. 57 adn. 6 (*in uno cod.*) *dicunt* Graeci polion ..., leontocaron, Aegyptii catotis, -o, Latini conula *eqs.*

? **perēmendo,** -āvī, -āre *non nisi e coni.* SVBSCR. Vulg. euang. cod. Epternac. -vi ut potui secundum codicem *quendam* (proem- *cod., corr. Heer, Euang. Gat., 1910, p. XLV*). *a* per *et* emendare, *i. q. ab initio usque ad finem emendare* (*cf.* perconfero, 2. perlego).

perēmēnsum NOT. Tir. 72, 68 (*antea*: inmensum. inemensum. permensum). *a* per *et* emetiri (emensus). *Breimeier.*

peremnis, -e. *a* per *et* amnis. *in sermone augurali de auspiciis observatis, priusquam flumen transitur* (*cf. auspicium q. d.* pertermine, *ad rem v. Cic. div. 2, 77 et cf. e. g. Pease, 1923, ad l.*): CIC. nat. deor. 2, 9 maximae rei publicae partes ... nullis auspiciis administrantur, nulla -ia servantur, nulla ex acuminibus *eqs.* (per(h)ennia *codd.*). FEST. p. 245 -e dicitur auspicari, qui amnem aut aquam ... auspicato transit. p. 250 Petronia amnis est in Tiberim perfluens, quam magistratus auspicato transeunt ..., quod genus auspici -e vocatur.

peremo *v. sub* perimo. *Parker.*

peremptālis, -e. *a* perimere. *i. q. perimens, tollens* (*in sermone haruspicum, cf. p. 1317, 70 et Thulin, RE VII 2444, 22 sqq.*): FEST. p. 214 -ia fulgura ... vocari, quae superiora fulgura ut portenta vi sua peremant ... prioribus tollendis aut maiore manubia (p. 245. SEN. nat. 2, 49, 2 *f.* -ia, quibus tolluntur priorum fulminum minae).

†peremptio, -ōnis *f.* *a* perimere. *deest plur.* [*in falsa var. l.*: CHIRON 960 (*v. vol. X 2, 968, 75 sq.*; premectione *cod. Basil.*). AVG. conf. 8, 5, 11 (*pro* perceptio).]

i. q. perimendi actio vel effectus (*saepe accedit gen. obi.*): **1** *perimitur res* (*corporea* COD. Iust.): PAVL. NOL. epist. 11, 7 p. 66, 10 (*allegorice*) immolantes hircum cum -e peccati. AVG. bapt. 1, 8, 11 p. 157, 1 per cuius solius *caritatis* -em ... integra trahuntur ad mortem. serm. 375 B coll. Morin p. 23, 4 mors ... Christi -o timoris *est.* RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 44, 33 ad -em rectae fidei. CONC.^{S} II 2, 2 p. 84, 1 (*idem* IV 1 p. 175, 20) decretum ad -em ... sectarum ..., confirmationem vero *fidei* (*cf. p. 64, 3* ad interimendas haereses, *gr. et cett. vers. v. vol. V 2, 1823, 7 sqq. et VII 1, 2185, 57*). II 5 p. 45, 8 *Calchedone sancita* non -o, sed robur existunt *decretorum Nicaenorum.* CASSIOD. hist. 9, 14, 13 -e proprietatum *personarum trinitatis* (*gr. Theodoret. 5, 9, 11 ἀναιρουμένων*). COD. Iust. 4, 20, 18, 1 causam -is probantibus (*antea: securitas scripta* casu vel incendii vel naufragii ... perempta). *al.* **2** *perimitur homo*: AVG. civ. 1, 9 p. 16, 14 reformidatur vulgi iudicium et carnis excruciatio vel -o. in euang. Ioh. 27, 12 *martyr* mansit *in deo* ... usque ad -em; parum est, usque ad ... excruciationem mansit. in psalm. 59, 5 ('potasti nos vino stimulationis') quid est 'stimulationis'? non -is; non enim erat -o perdens, sed medicina urens. CASSIAN. c. Nest. 3, 9, 1 nativitas ... passio ... crux ... -o *Christi.* CASSIOD. hist. 5, 7, 6 l. 68 si quis ... filium dei crucifixum audiens corruptionem aut passionem ... aut -em sustinuisse dicit, anathema sit (*gr. Socrat. 2, 30 ἀναίρεσιν*). Ios. antiq. 9, 108 p. 265 unctum a deo regem ad Achab generis -em (*gr. ἐπ' ὀλέθρῳ*). *al.*

[Mensink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

peremptor, -ōris *m.* *a* perimere. SYNON. Cic. p. 429, 17 insecutor. persecutor. -r. perditor. [*restit.* Ps. PROSP. carm. de prov. 295.]

i. qui perimit (*saepe accedit gen. obi., pron. poss. l. 6. 13*): **1** *proprie de interfectore animantium*: SEN. Oed. 221 -r incluti regis. APVL. met. 3, 9, 3 *priusquam* pignorum meorum -em cruci affigatis. 7, 24, 3 puer ille -r meus (*hyperbolice de eo, qui castraret; cf. antea*: in novissima parte corporis totum me periturum deflebam). 8, 13, 5. VET. LAT. II Macc. 4, 16 (rec. V) quos hostes et -es habuerant (*gr.* τιμωρητάς, *rec. L. al.* ultores, *rec. P* vindices). AMM. 25, 6, 6 principis. AMBR. in Luc. 9, 16 -es *Christi, sc. Iudaei.* PRVD. perist. 10, 1102 (*de carnifice*). AVG. mor. Manich. 17, 60 (*animalium ut*: CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 249 -es et occisores [*gr.* θύτας καὶ σφαγεῖς]). CASSIOD. var. 1, 18, 4 de percussore tantummodo, non etiam -e fratris. Ios. antiq. 15, 13 p. 428 ipse suus -r (*gr.* φονεύς). *al.*
2 *translate*: HIL. in psalm. 63, 12 *deum* esse remissorem peccatorum, mortis -em et diaboli debellatorem. PRVD. ham. praef. 19 cruore Christi, quo -r concidit (*sim. de diabolo*: Ps. AVG. serm. ed. Caillau 2, 54, 2 *Adam et Eva* contemnentes deum praeceptorem, passi sunt diabolum -em. PROSP. c. coll. 9, 3 rebellis domino servatori et inimico oboediens -i. *al.*). 33 (*de Marcione*) quis fratricida, quis -r invidus prave sacrorum disciplinam dividat.

f. **peremptrīx,** -īcis. *i. quae perimit* (*non nisi de re incorporali*): TERT. anim. 42, 1 pati mortem dissolutricem corporis et -em sensus (*cf. 42, 2* ademptio sensus). AVG. serm. 293 C, 2 coll. Morin p. 352, 26 -x peccatorum divina ... gratia. MVTIAN. Chrysost. hom. 24 p. 387 vocem abnegatoriam et -em et tremendam (*gr. p. 170* ὀλεθρίαν).

peremptōrius, -a, -um. *a* perimere *potius quam a* peremptor. *scribitur in codd. hic illic* peremt-; *abiit in serm. gr.* THEOPHIL. inst. Iust. 4, 13, 8 sqq. PAP. Cair. Maspero 67097 (*verso*) l. 87 διὰ φωνῆς ... περεμπτορίας κήρυκος. GLOSS. iurispr. ἄδετ *Π*1 περεμπτόριαι: ὡρισμέναι, ὅταν ὁ κριτὴς κτλ. *de notione*: GLOSS. II 276, 56 διηνεκές: diuturnum, perpetuum, sempiternum, -um (*sim.* II 277, 1). *v. etiam supra.*

i. q. perimens, peremptionem afferens sim. (*neutr. pro subst. l. 44*):
1 *in sermone communi de rebus, quae interficiunt, delent* (*accedit gen. l. 37. 45. 46 sq. [nisi utrobique est dat.]. 50. al.*): **a** *corporaliter*: APVL. met. 10, 11, 2 venenum -um (*postea*: exitiabilem ... potionem). TERT. anim. 25, 5 *instrumentum medicorum aeneum, ἐμβρυοσφάκτην* appellant ..., utique viventis infantis -um. CHALC. transl. p. 45[B] *duae* virtutes ignis, altera edax et -a, altera mulcebris innoxio lumine. ZENO 2, 4, 16 morbus. AMBR. Cain et Ab. 2, 9, 35 mors remedium ..., non poena; non enim -a est, per quam non adimitur vita, sed ad meliora transfertur. SIDON. epist. 8, 11, 9 fuit ... -um, quod mathematicos ... de vitae fine consuluit (*sc. is, qui postea interfectus est; cf. 8, 11, 13* utinam hunc finem ... non meruisset excipere *eqs.*). **b** *incorporaliter vel spiritaliter*: AVG. c. adv. leg. 2, 2, 6 (*ad I Cor. 3, 1 sq.*) dedit *apostolus* ... nutritoria, non -a. CASSIAN. inst. 12, 33, 2 -a ... est haec contemplatio ... omnium vitiorum (conl. 16, 6, 2). conl. 5, 26, 2 *vitia* noxia animae ac -a. IOH. MAXENT. Conc.[S] IV 2 p. 52, 5 *videt* propriae perfidiae hanc esse sententiam ... -am (*p. 51, 42* dogmata ... mortifera infidelibus). PETR. CHRYS. serm. 150, 9 -um sibi *diabolo*, nobis victoriosissimum vexillum crucis. BOETH. in herm. comm. pr. 2, 14 p. 217, 11 *opinio* secundum se veritatis -a est (*in logica ut p.* 218, 6. *cf.* p. 217, 14 eius ... secundum accidens rei verae). MVTIAN. Chrysost. hom. 2 p. 243 *haereticorum* aegritudinem ... -am (*gr. p. 20* ὀλέθριον). *al.*

2 *technice*: **a** *in sermone iuris de legibus, rationibus sim., quae disceptationem tollunt, litem consummant, ad finem perducunt, ut nihil mutari, differri, vitari possit*: GAIVS dig. 44, 1, 3 exceptiones aut perpetuae et -ae sunt, aut temporales et dilatoriae; perpetuae atque -ae sunt, quae semper locum habent nec evitari possunt *eqs.* ([*item* dilatoria *opp.* inst. 4, 120. *al.*]. SCHOL. Ter. Bemb. Ad. 486 ⟨perempto⟩ria e. utuntur, qua totum quidquid differri possit exclu⟨ditur⟩; ergo quasi causa ipsa occidat adversarium -a dicitur. *al.*). PAPIN. dig. 49, 1, 23, 3 edictum -um (*al., v. vol. V 2, 73, 83 sq.; agitur de nomine*: VLP. dig. 5, 1, 70 inde hoc nomen sumpsit, quod peremeret disceptationem. HERMOG. dig. 42, 1, 53, 1 quod vulgo -um appellatur). AVG. c. Cresc. 4, 28, 35 *quosdam* -a sententia non *teneri.* COD. Theod. 1, 2, 5 praescriptionis ... -ae relaxatio ([*opp.* moratoria *ut* INTERPR. cod. Theod. 1, 2, 5 -a, quae causam ... tollit]. CONC. Carth. a. 411, 3, 225. *al.*). NOVELL. Valent. 27, 3 *ut nihil* esse possit exceptum, quod non ... hoc -o vocabulo concludatur; dicendo enim 'omnia' *eqs.* (*spectat ad praescriptionem triginta annorum ut*: SIDON. epist. 8, 6, 7 -is abolita rubricis lis). **b** *in sermone haruspicum* (*paulo aliter p. 1316, 48*): SERV. auct. Aen. 8, 429 fulmen triplici praeditum potestate est: est ostentatorium, -um, praesagum; ... cum dicit (*seq. Aen. 8, 432*) ..., -um docet.

adv. **peremptōriē**. *i. q. certissime, absolute, ita, ut mutari vel vitari non possit* (*cf. usum adi. sub 2*): IND. capp. Aug. gen. ad litt. p. 449, 9 quam -e praescribitur apostolico testimonio his, qui *eqs.* PETR. CHRYS. serm. 30, 4 audi caelestem medicum calumnias tuas -e confutantem (peremptorias *var. l.*). CLAVD. MAM. anim. 3, 1 tamquam -e argumentatur dicens *eqs.* EPIST. pontif. 701 Schwartz p. 13, 11 per ... prophetam -e veluti pronuntiatum est *eqs.* ALC. AVIT. c. Ar. 30 p. 14, 30 qua *conclusione* -e nihil dicentes ... aiunt *eqs.* RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 113, 31 -e (-o *trad.*) ... addictus.

peremptrīx *v.* peremptor. *Mensink.*

perences *v. p. 1259, 33.*

perendiē *adv.* [*cf.* -diē *adverbiorum* ho-, cottī-, postrī-diē *etc.; pars prior* peren- *nondum explanata fere indicationem intervalli continere putatur, cf. e. g. theod.* 'über-morgen'; *haud magis perspicitur adi. cognatum* perendinus (*vox prisca? v. infra l. 63*), *neque coniunctio cum ἔνη adhuc potuit probari. cf. Brugmann, Morphol. Unters. 6, 1910, 351 sqq. et alios libellos a Walde-Hofmann II 287 allatos. Fo.*] *de origine*: CHAR. gramm. p. 278, 17 (*e Romano*) -e quasi per ea⟨m⟩ die⟨m⟩ *eqs.* (*inde* ISID. orig. 5, 30, 22 -e id est per ante diem vel in antecessum, id est prius). *scribitur*: -diem *in var. ll.* Cic. Att. 13, 30, 1 HIER. epist. 49, 15, 7 VVLG. I reg. 20, 19 VITA Genov. rec. A 47. *l. 20*; -in- (*var. l.* -ien-) *l. 40; cf. et l. 24.* NOT. Tir. 44, 68. *de notione*: CHAR. gramm. p. 243, 9 (*inter adv. temporalia ut* PRISC. gramm. III 81, 20. *al.*). DOSITH. gramm. 40, 2 μετὰ τὴν αὔριον -e, εἰς τὴν τρίτην die tertio. GLOSS.[L] II Abav. PE 64 -e[m]: post cras. II Philox. PE 138 εἰς τρίτην. III Abstr. PE 92 post crastina. GLOSS. I p. 163, 12 die tertia. V 381, 14 ⌞per⌟ duas noctes (⌞ ⌟ super *var. l. et* GLOSS.[L] Corp. P 298). *al.* *legitur apud* PLAVT., Cic. (*epist.*) *et inde a* FRONTONE. [*in falsa var. l.* SEN. nat. 4, 2, 20 (-en- *et* -in-), *ubi* per idem *vulgo*, perinde ⟨ad⟩ *Gercke; confunditur c.* perinde GLOSS.[L] Corp. P 265 GLOSS. II 287, 53.]

i. q. die diem crastinum sequente, die tertio (*pendet e praepos. l. 39; coniungitur* mane *l. 32; iuxta pos.* cras *l. 29. 37. al.*): **1** *strictius, computatur inde a die praesenti, quo quis loquitur scribitve*: PLAVT. Aul. 156 quae *mihi in matrimonium data* cras veniat, -e ... foras feratur. Merc. 375 cras agito, -e agito. Stich. 516 cras apud me eritis ... :: at apud me -e. Cic. Att. 12, 44, 3 scies ... fortasse cras, summum -e. 13, 30, 1 te ... -e (*sc. videbo. sim. verbo suppl.*: fam. 16, 17, 2 ego hinc -e mane cogito, *sc. proficisci*). FRONTO p. 77, 15 -e, domine, te videbo (*inde* ind. tit. p. 69, 9). 77, 25. AVR. Fronto p. 35, 2 tu modo -e veni. p. 78, 6 quietius idem fiet -e. GELL. 6, 1, 10 '-e' inquit *Scipio*, 'sese sistant illo in loco *vadimonium promittentes*'; atque ita factum: die tertio *eqs.* TAB. devot. Audollent 295, 24 (*saec. III?*) ne currere possint *equi* cras et -e (*cf. p. 1319, 3*). VVLG. I reg. 20, 12 si investigavero sententiam patris mei crastino vel -e. 20, 19 requiretur ... sessio tua usque -e. FEL. Aug. c. Fel. 1, 20 p. 826, 4 intermitte mihi tres dies, id est hodie et cras et perindie (*an pro subst.?*). CONC. Carth. a. 411, 1, 221 crastino intermisso ... -e, si praecipis, observabimus (*seq. p. 1319, 9*). ENNOD. opusc. 3, 92 p. 354, 17 (*in orat. obliqua*) -e se ... velle proficisci. **2** *laxius, computatur a die quolibet: in sententia generali*: HIER. epist. 49, 15, 7 non quo dilatae communionis unus dies aut biduum sanctiorem efficiat Christianum, ut, quod hodie non merui, cras vel -e merear, sed quo *eqs.* *in narratione*: VITA Genov. rec. A 47 (= rec. B 44) post (*i. postea*) -e, cum sancti Martini interesset vigilia, ... properavit.

deriv.: cf. perendinus.

[perendinātio, (-ōnis) *f. falso tradi vid. pro* comperendinatio MART. CAP. 9, 897.**]**

perendinātus, (-ūs) *m.* *a* perendinare. *i. q. comperendinatio*: GLOSS. II 512, 62 perindinatus (-end- *var. l.*): yperthesis (*i.* ὑπέρθεσις, *cf. vol. III 2050, 54*).

perendino, -āre. *a* perendinus. *i. q. differre* (*in diem tertium*): PRISC. gramm. II 434, 17 ab adverbiis ... et praepositionibus ... derivativa verba, ut 'perendie -o'.

deriv.: perendinatus (-ūs).

perendinus, -a, -um. [*primo occurrit locutio* in -um *fortasse pro subst. adhibita, v. l. 70 et cf.* in crastinum (*inde a* PLAVTO, *v. vol. IV 1107, 10 sqq.*). *cum ergo adi.* -us *ad adv.* perendiē (*q. v.*) *pertineat, sed ratio formarum non eadem sit atque in* cottīdi-ānus: cottīdiē *sim., quidam adiectivo subst. priscum* *din-o- *'dies' subesse coniciunt; cf.* nun-dinae, *vet. ind.* madhyán-dina- *'meridies'. alii sec.* cras: crastinus *a* perendiē *derivatum putant; parum probabiliter. Fo.*] *abbrev.* P PROB. litt. sing. 4, 9 I. D. T. S. P.: in diem tertium sive -um. NOT. Tir. 44, 69 -um. *locat.* -i *v. p. 1319, 2.*

i. quod perendie, die tertio erit vel fit (*fere in iunctura* dies -us [-a], *aliter p. 1319, 3. 13 et fort. l. 70; iuxta pos.* cras, crastinus *p. 1319, 3. 5. al.*):
1 *strictius, computatur inde a die praesenti, quo quis loquitur scribitve*: PLAVT. Trin. 1189 in ⌞-um⌟ paratus sis, ut ducas *uxorem* (*sc.* diem, *nisi neutr. pro subst.*). Cic. Mur. 27 tot homines, tam ingeniosos ... statuere non potuisse utrum 'diem tertium' an '-um' ... dici oporteret. CAES. Gall. 5, 30, 3 qui *milites* ... -o die cum proximis hibernis coniuncti *eqs.* TAB. cer. Pomp. (Année Épigr. 1973 n. 145) 7 die -o iudicare (*antea*: in tertium sumpsit). AVR. Fronto p. 34, 22 -us dies meus dies festus erit. GELL. 10, 24, 9 'die

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

crastini' dicebatur, id erat 'crastino die'; sacerdotes ..., cum condicunt in diem tertium, 'die[m] -i' dicunt. TAB. devot. Audollent 295, 18 (*saec. III? cf. p. 1318, 37*) *ne equi* currere possi(n)t crastini(s) et ⌞-ic⌟ cir⟨cens⟩ibus (⌞ ⌟ *pro* -is *per assimil.*). VET. LAT. exod. 19, 11 (Cypr. testim. 2, 25. *sim.* Ps. Aug. alterc. l. 382) sanctifica illos hodie et cras, ... et sint parati in -um diem; die enim tertio *eqs.* (*gr. τὴν ἡμέραν τὴν τρίτην, Vulg.* in diem tertium). AVG. in psalm. 80, 23 quoniam -o die ... non possumus ... convenire ..., crastino ... conveniamus. CONC. Carth. 411, 1, 221 consentimus, ut -o die negotium peragatur (*postea*: interiecto die; *cf. p. 1318, 41*). ACT. Petr. 17 p. 64, 4 -a die hora fere nona videbunt *eqs.* **2** *laxius, computatur a die quolibet: in sententia generali*: PS. ASCON. Verr. p. 231, 2 comperendinatio est ... denuntiatio in -um diem. AVG. epist. 98, 9 ita loquimur, ut pascha propinquante dicamus crastinam vel -am domini passionem, cum ille ante tam multos annos passus sit. *in narratione*: AMM. 26, 4, 1 dato in -um diem signo proficiscendi ... respondit *eqs.* AVG. adv. Don. 24, 42 p. 143, 10 in diem -um ... cognitione dilata (*spectat ad l. 9 ut* AVG. coll. c. Don. 1, 15).

deriv.: perendino.

compos.: comperendino; *cf.* comperendinus. *Malsbary.*

perennis, -e. [*vox* perennis < *per-atn-i-, *cui inest praepos.* per *et* annus ⟨*atnos, *significavit 'quod per (totum) annum (e. g. fluvius, v. infra l. 59 sqq.) vel per (multos) annos exsistit'. umbr.* perakni- *item e* *per-atn-i- *deducitur, sed 'vetustior, maior natu quam annum unum' significare videtur (v. Rix, Münch. Stud. zur Sprachwiss. 37, 1978, 157). suffixum* -i- *potius invenitur in possessivis, e. g.* quinqu-ennis *'quinque annos habens' (Leumann, Gramm. 1977, 346). incertum est, an e nomine* Anna Perenna *possit concludi vetustius exstitisse* *per-atno-. *Fo.*] *scribitur*: peraen- INSCR. Année Épigr. 1975 n. 54 (*saec. IV²*), perenis CIL X 8247, 6; *codd. medii aevi praebent etiam* perh- (*e. g.* OV. met. 8, 177 SEN. nat. 6, 16, 3), peremn- (COLVM. 12, 19, 1 STAT. Theb. 7, 68. *al.*), perann- *v.* GLOSS. NOT. Tir. 62, 25. *de formis: abl. sg. fere* -i, *sed* -e OV. epist. 8, 64 fast. 3, 654 VEN. FORT. Mart. 2, 396. *al., cf. Neue-Wagener³ II 54; abl. pl.* -is PAP. Tjäder 20, 16 (*ca. a. 600*). 37, 21 (*a. 591*). *compar. p. 1321, 14; superl. deest. de notione*: AVG. serm. 267, 1 perennitas fluminis dicitur, quia non siccatur aestate, sed per totum annum fluit: ideo -e, id est, per annum (*cf. l. 60*). ISID. orig. 10, 204 -is, ab eo quod sit perpetuus annis. GLOSS. -is: *διηνεκής. αἰώνιος. ἀείδιος. ἀέναος.* aeternus. -em: perpetuum. aeternum. sempiternum. *legitur in versibus inde a* PLAVTO (*v. p. 1320, 49*), ENN., LVCR. (*5ies*), CATVLLO, CIC., VERG., HOR. (*bis*), PROP. (*ter*), OV. (*21ies*), *adamat* PRVD. (*40ies*), *in prosa oratione inde a* CIC. (*13ies*), VARRONE, HIRT., *occurrit apud plerosque eccl., sed multo rarius quam* aeternus *nec non* perpetuus, *omnino deest* VVLG. *nec invenimus apud* HIER. [*confunditur in codd. cum* perire CATVLL. 1, 10; *contextu dub.* AETNA 25. 112. LIB. col. I p. 229, 14 *et* 234, 4 *pro* -is limitibus *legendum videtur* peregrinis militibus (*v. Rudorff apud Lachmann, Grom. II 366*).]

i. quod durat per annum vel annos (cf. Acta Classica 36, 1993, 119 sqq.). pro subst. sub IIB, pro adv. sub IIC, praedicative e. g. l. 61. 69. augetur per locut. praepos. vel abl. p. 1320, 51. 1321, 10. 22. 60 sq. 74. 1322, 65. syn. vel iuxta pos. aeternus *p. 1321, 43. 63. 1322, 39. 41. et saepius,* constans *p. 1320, 58,* continuatus *p. 1320, 34. 1321, 29,* continuus *p. 1321, 45,* immortalis *p. 1323, 8,* infinitus *p. 1321, 74,* iugis *p. 1320, 3. 1322, 16. 32,* perpetuus *p. 1320, 36. 49. 1321, 27. 1322, 17. 19. al.,* sempiternus *p. 1322, 5. 13. 20, sim. al.; disting.* durabilis *p. 1321, 20; opp.* brevis *l. 70. p. 1321, 6. 1323, 9,* mortalis *p. 1321, 15. 55. 1323, 8,* temporalis *p. 1322, 12. 28. 32.*

I *sensu strictiore de eis, quae durant totum per annum, non interrumpuntur (usu dilatato vel translato vergit ad II imprimis p. 1320, 11. 15. 23. 35. 1321, 24)*: **A** *de rebus (sunt fere naturaliter -ia, aliter sub 1b et p. 1320, 33)*: **1** *de aqua (cf. l. 34 et* VLP. dig. 43, 12, 1, 2 fluminum quaedam sunt -ia, quaedam torrentia. -e est, quod semper fluat, *ἀέναος,* torrens *ὁ χειμάῤῥους*: si tamen aliqua aestate exaruerit, quod alioquin -e fluebat, non ideo minus -e est): **a** *proprie*: **α** *vario usu*: ENN. frg. var. 12 mundus ... constitit ..., constitere amnes -es (CIC. rep. 2, 10 -is a. et aequabilis. OV. fast. 3, 654 a. -e latens Anna Perenna vocor. LIV. 4, 30, 7 terra ... ingenito umore egens vix ad -es suffecit a.). CIC. Verr. II 4, 107 *Hennae est* aequata agri planities et aquae -es, ... quam circa ... sunt ... flores omni tempore anni (*item plur.*: LIV. 32, 13, 3. 42, 54, 11 fontibus -ium a. SEN. epist. 104, 15 CVRT. 8, 1, 12 STAT. Theb. 4, 782. *al.; sing.*: VARRO rust. 1, 11, 2 quae *a.* influat -is. OV. rem. 652 flumine perpetuo torrens solet altior ire; ... haec brevis est, illa -is a. fast. 2, 820 fluunt lacrimae *Lucretiae* more -is aquae. 3, 298 LIV. 1, 21, 3 SEN. nat. 3, 12, 1. *al.; cf. p. 1321, 35*). LVCR. 5, 262 latices. 5, 463 fluvii (FEST. p. 352 utrumque ... dici flumen, et -em f. et torrentem [*item opp.* torrens: PLIN. nat. 5, 103 AVG. in psalm. 73, 17]. *al.*). HIRT. Gall. 8, 43, 5 repente ⌞-is exaruit fons⌟ ([f. -is exhaustus *var. l.*]. OV. am. 3, 9, 25 LIV. 42, 12, 10 CVRT. 6, 6, 23. COLVM. 1, 5, 1 sit ... extrinsecus inductus f. -is ...; si deerit fluens unda, putealis quaeratur. *et saepius*). HOR. epist. 1, 15, 15 collectosne bibant imbres puteosne -is iugis aquae (FEST. p. 157). OV. am. 3, 6, 98 (*ad fluvium quendam*) quis dixit ... '-is eas'? SEN. benef. 6, 7, 3 largo ac -i alveo. nat. 5, 12, 3 *torrentes quidam* fluminum iustorum ac -ium magnitudinem excedunt (DAMIG. lapid. 1, 23). *et saepissime.* **β** *fere technice apud iuris consultos (cf. p. 1319, 60)*: VLP. dig. 43, 12, 1, 3 publicum flumen esse Cassius definit, quod -e sit. 43, 20, 1, 5 sqq. loquitur ... praetor in hoc interdicto de ea aqua sola, quae -is est: nulla enim alia aqua duci potest, nisi quae -is est (*et ter ibid.*). PAVL. dig. 39, 3, 17, 4 si ex flumine publico -i haustu velim uti. **γ** *in dedicationibus*: CIL III 3382 Nymphis -bus M. Val(erius) Karus ... v(otum) s(olvit) (XIII 11759 [*a. 241*] N. -bus aquam Gordianam ... multo tempor(e) ⟨interm⟩issam ... pe⟨rd⟩uxit. *cf. X 5163* N. aeternis). 10462 Fonti (15184²⁴. V 5766).

b *in imagine vel translate (sc.* fons -is *praeter* SEN.; *cf. p. 1322, 71)*: CIC. Mil. 34 *Milo* exercitationem virtutis, ... fontem -em gloriae suae perdidit. OV. epist. 8, 64 ument ... fonte -e genae (*cf. p. 1319, 71*). SEN. epist. 40, 8 -is sit unda, non torrens, *sc. orationis.* LACT. inst. 7, 27, 12 aquam salutarem de -i fonte *trahere.* RVFIN. hist. 2, 3, 3 *Pauli* discipuli veluti -i fonte sumpto vocabulo appellati sunt Christiani (*gr. ἀπ' εὐθαλοῦς καὶ γονίμου πηγῆς*). MANICH. Aug. c. epist. fund. 5 haec sunt salubria verba de -i ac vivo fonte. *et saepius apud eccl.*

2 *de foliis lauri, olivae sim. (maxime* frons -is; *fere translate, i. cum notione immortalitatis sub IIA2 allatae)*: LVCR. 1, 118 Ennius ... detulit ex Helicone -i fronde coronam (*fortasse per paronomasian, cf. Bailey, ed. 1947, 158*). PAVL. FEST. p. 42 *civica corona* erat ⟨i⟩lignea, frondem habens -em. PRVD. cath. 8, 46 -is gurgitem ... laurus obumbrat. AVG. civ. 22, 1 p. 552, 30 *non ita* species in ea *civitate dei* perpetuitatis appareat, sicut in arbore, quae -i fronde vestitur, eadem videtur viriditas permanere, dum ... cadentibus foliis subinde *alia* ... faciem conservant opacitatis (*in sim. comparatione* 22, 6 p. 564, 18). *al.*

3 *cetera exempla*: LIV. 5, 2, 8 (*queruntur tribuni plebis*) hoc ... iniunxisse servitutis, ut -em militiam facerent (*sc. ne hieme quidem intermissam; cf. 5, 2, 4* continuatae m.). CVRT. 7, 11, 8 montium iuga -i nive obruta. DRAC. laud. dei 1, 185 *in paradiso* floret humus semper sub vere -i (*199* ver ... perpetuum).

B *de avibus, quae non migrant*: PLIN. nat. 10, 73 temporum magna differentia avibus: -es, ut columbae, semenstres, ut hirundines, trimenstres *eqs.* (*inde* 1, 10, 36).

II *sensu laxiore de eis, quae durant multos per annos vel in aeternum (de eis, quorum vis, effectus permanet, p. 1321, 46. 1322, 3 sq. 8. 36; ceterum hic illic sublucet usus strictior, e. g. p. 1321, 18 sqq. 24 sqq.)*:
A *adi.*: **1** *spectat potius ad continuationem, constantiam, firmitatem (fere intra ordinem temporis naturalem. in notionem q. e. solidus, firmus vergunt nonnulla l. 61 sqq. allata; ceterum quaedam vergunt ad 2, imprimis p. 1321, 12 sqq. et 43 sqq.)*: **a** *de rebus (de corporeis e. g. l. 61. p. 1321, 18)*: **α** *quae pertinent ad homines, ab iis conficiuntur vel tractantur (a deis infra l. 66 et 67)*: Ⓘ *de rebus variis*: Ⓐ *incorporeis*: PLAVT. Amph. 14 (*interpol.?*) lucrum ut -e vobis semper suppetat (*6* perpetuo lucro). CIC. p. red. in sen. 9 si illud *dictum* ... -e ac proprium manere potuisset. de orat. 3, 185 illa sine intervallis loquacitas -is et profluens. Brut. 332 contine te in tuis -bus studiis, *Brute.* PVBLIL. sent. P 32 -e coniugium animus, non corpus facit. OV. met. 15, 585 (*haruspex ad Cipum*) rex eris et sceptro (*i. regno*) tutus potiere -i. trist. 4, 5, 25 processus habeat fortuna -es (*cf.* SIL. 7, 244 non ulla -i amplexu Fortuna fovet). Pont. 1, 1, 64 poena potest demi, culpa -is erit. SVET. Iul. 49, 1 pudicitiae eius famam ... Nicomedis contubernium laesit gravi ... et -i opprobrio. APVL. Plat. 1, 9 p. 200 intellegibilis *pars rerum* vera, -i et constanti ratione probatur esse. COD. Iust. 1, 23, 2 (*a. 270*) *rescripta devoluto spatio anni obtinent auctoritatem,* cum ea, quae ad ius rescribuntur, -ia esse debent. AMM. 23, 6, 83 turba tamquam addicta -i servitio. *al.* Ⓑ *corporeis*: OV. am. 3, 4, 21 in *Danaes* thalamum ... ferro saxoque -em (*sim. de aedificiis*: BOETH. cons. 2 carm. 4, 1 -em ... ponere sedem. CIL III 12483 *latronum* impetum -is mun⟨imi⟩nis dispositione tenuerunt. *in imag.*: ZENO 2, 6, 4 in his *templis vivis* [*v. I Cor. 3, 16*] ... dei structura et propria est et -is). met. 15, 813 (*Iuppiter ad Venerem*) *in tabulariis caelestibus* invenies incisa adamante -i fata (STAT. Theb. 7, 68 clausae ... a. -i dissiluere fores *Mavortiae*). SIL. 3, 541 comae squalore -i horrida semiferi promunt ... ora. MART. 10, 47, 4 focus -is *facit vitam beatiorem.* TERT. scorp. 8 p. 161, 3 Zacharias ... trucidatur -es cruoris sui maculas silicibus assignans (*cf.* SVLP. SEV. chron. 2, 30, 6 crudelitatis notam, *sc. templum Hierosolymae dirutum.* 2, 33, 7 calcati deo pulveris adeo -e documentum est, ut *Christi* vestigia impressa cernantur). POTAM. tract. 1 l. 58 *Lazarum* obiectus ... lapis -i valva ... obtruserat. INSCR. Ital. XIII 5, 356 arca(m) *fecit* ... -e ... constructo ⟨lapid⟩[a]e (*si recte suppl. Mommsen*).

[Parker]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ⓘ *de qualitatibus, affectibus sim.* (*cf. p. 1322, 38*): Cic. Flacc. 25 cum ... ab hac -i contestataque virtute maiorum ... non degeneraverit L. Flaccus (Stat. Theb. 12, 76. *cf. p. 1322, 70*). prov. 23 meus in rem publicam animus pristinus ac -is. Ov. am. 1, 3, 16 tu mihi ... cura -is eris. trist. 4, 5, 27 *uxoris* bonitate -i (probitate, novitate *var. ll.*). Sen. epist. 81, 24 ex quibus *beneficiis* sapienti longum gaudium manet ac -e (*opp.* brevis). Octavia 192 *ardor non* durat diu in Venere turpi ...; amor -is coniugis castae manet. Sil. 1, 17 *inter Romanos Poenosque* odium ... -i servatum studio et mandata nepotibus arma (*cf.* Vir. ill. 42, 1 odium ... -e *Hannibalis*). Plin. epist. 9, 9, 1 -is fides. Pivs Fronto p. 86, 15 vale et -em multis annis bonam valetudinem ... obtine. *al.*

Ⓘ *de operibus poetarum scriptorumve*: Catvll. 1, 10 hoc libelli ..., quod ... plus uno maneat -e saeclo. Hor. carm. 3, 30, 1 exegi monumentum aere -ius. Stat. silv. 5, 1, 12 tibi ... -i temptamus dare iusta lyrā (*opp. 10* mortalis honos). Pallad. hist. mon. I prooem. p. 245 *hoc libellum ut* animae profuturum commemoratorium gerens, id est -e medicamentum veritatis, *eqs.* (*gr. p. 10, 10 ἀδιάλειπτον*).

Ⓘ *de vino sim., sc. quod diutius conservatur*: Colvm. 3, 2, 10 austerioris vini, sed aeque -is (arb. 3, 7 infirmi saporis v. nec -e). 12, 19, 1 ut expressum mustum -e sit aut certe usque ad venditionem durabile (*cf.* 12, 20, 8 decima pars *musti* decidet, sed reliqua -is est). 12, 20, 8 ea res etiamsi non in totum -em, at certe usque in alteram vindemiam plerumque vini saporem servat.

β *naturalibus*: Ⓘ *de motu, statu siderum, aetheris, elementorum* (*de ipsis stellis* Plin., *de cursu temporis* Zeno): Lvcr. 5, 79 *solem lunamque* cursus lustrare -es (Cic. nat. deor. 2, 55 *stellarum inerrantium* -es c. atque perpetui. Zeno 1, 58 *dies paschalis* innumerabiles temporum metas -i cursu ... lustrans). Cic. Tusc. 1, 22 *Aristoteles* animum *ἐνδελέχειαν* appellat novo nomine quasi quandam continuatam motionem et -em. Aetna 215 ingenium velox illi *flammae* motusque -is (Ps. Cens. frg. 1, 4 m. -i *aetheris*). Manil. 1, 632 hos *circulos* aeternā fixerunt tempora sede, ... statione -i (2, 210. *cf.* Zeno 1, 4, 4 -es elementorum status). Sen. Phaedr. 964 -es ... vias aetheris alti (vices *coni. Busche*). Plin. nat. 2, 93 -ium stellarum (*opp.* cometes). *al.* Ⓘ *cetera exempla*: Prop. 3, 5, 30 in nubes unde *veniat* -is aqua. Germ. frg. 4, 160 *Aquarius* brumales ... dabit pluvias atque igne -i cum sonitu quatiet nubes. Sen. nat. 6, 16, 3 *est* -is illi *terrae* copia suffecturi in tot caelestia spiritus. Plin. nat. 3, 41 *Campaniae* ea vitalis ac -is salubritas, talis caeli temperies. Vet. Lat. Bar. 5, 7 constituit ... deus humiliare omnem montem excelsum et rupes -es. Avson. 151, 5 p. 5 dormiunt glires hiemem -em (*sec. Mart. 13, 59, 1* tota mihi dormitur hiems). Amm. 15, 4, 4 *amnis paludem* intersecat ... tamquam elementum -i discordia separatum. Prvd. ham. 478 (*de terra Chanaan*) melle -i glaeba fluens. Clavd. rapt. Pros. 1, 264 bruma ... -i ... et aeterno ... frigore *zonarum frigidarum* (*cf.* Mart. Cap. 6, 666 *in insula Thule* solstitiali tempore continuus dies brumalique nox -is exigitur). Damig. lapid. 9, 4 *haematites* tutamentum bonum salutis est; est enim -is lapis iste.

b *de animantibus*: Cic. fam. 1, 9, 2 (*fortasse de Domitio Ahenobarbo*) ille -is inimicus amicorum suorum.

II ***usu laxiore*** *dicitur de eis, qui incommodo, damno, iniuria sim. afficiuntur* (*saepe per hyperbolen, quasi perempti sint; cf.* DON. Ad. 324, 4 '-imus, actum est' verba sunt desperationis *eqs.* Eun. 55, 1 '-isti': *ὑπερβολή.* Hec. 319 '-ii' satis amatorie. *ab usu strictiore disting. p. 1340, 57; v. quae ad C admonuimus*): **A** *in exclamatione eius, qui de salute desperat, omni salute se destitutum sim. putat*: **1** *forma* **-ii** (*maxime apud comicos, ubi est frequentissima talium exclamationum; praebet* PLAVT. -ii *plus quam 100 locis,* disperii *9*/interii *17*/occidi *24*; TER. *51/3/3/11; extra comoediam p. 1331, 3 sq., cf. p. 1331, 53 sq.*): **a** *exempla selecta occasiones, condiciones, affectus illustrantia*: PLAVT. Amph. 295 -ii, dentes pruriunt (*sim. inducitur lamentatio de statu corporis e. g.* Aul. 691 -ii, mea nutrix, obsecro te, uterum dolet. Merc. 124 seditionem facit lien *eqs.* Stich. 340 -ii, quoi medullam lassitudo perbibit. TER. Eun. 977 -ii, lingua haeret metu. AFRAN. com. 214 -ii, lacrimae linguam saepiunt). Aul. 800 -ii oppido, ita mihi ad malum malae res ... se adglutinant. Bacch. 281 -ii hercle, lembus ille mihi laedit latus (*cf.* Epid. 592 -ii, plaustrum perculi. Pseud. 984 -ii, nunc homo in medio lutost). 862 -ii, pertimui miser (*sim. accedit affectus*: 1190 pudet. TER. Andr. 914 -ii, metuo, ut *eqs.* AFRAN. com. 393). Cas. 407 -ii, pugnis caedor. Men. 999 -ii, opsecro vestram fidem, ... subvenite. Mil. 859 excruciabit me erus. 1345^{a} (*respondetur*: ne time. *cf.* Most. 387 -ii. :: habe bonum animum [TER. Haut. 822 Ad. 543]). Most. 676 ecce autem -ii; nunc quid dicam nescio. Rud. 877 -ii. :: verum sit velim. *et saepe.* TER. Eun. 378 -ii, quid ego egi miser. 1007 -ii, defessa iam sum misera te ridendo (*Don.*: proprie hoc verbum est ⟨eius⟩, quae sit

[M. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lassa ridendo). 1024 miser quasi sorex hodie -ii. Ad. 633 pater hercle est, -ii. *et saepe.* TVRPIL. com. 104 ei -ii, viden ut osculatur cariem? POMPON. Atell. 67. VVLG. thren. 3, 54 inundaverunt aquae super caput meum, dixi: -ii. CE 1053, 5 '-i' dicit (*i.* -ii; *tam ad matrem quam ad filiam mortuam referri potest*).

b *syntactica et stilistica*: α *de collocatione: saepe est vox unica eius qui loquitur, sive nude posita* (*e. g.* PLAVT. Amph. 374 Asin. 880. *al.* TER. Andr. 607 Haut. 579. *al.*) *sive cum interiectionibus (v. sub γ), vocat., adi. sim.* (*e. g.* PLAVT. Amph. 668 Asin. 416. 928. *al.* CAECIL. com. 272. TER. Andr. 346 Haut. 404). *in enuntiatis longioribus ponitur saepe initio, raro in fine ut* PLAVT. Merc. 206 Rud. 550 TER. Haut. 564 Ad. 557; *inseritur inter alia enuntiata e. g.* PLAVT. Bacch. 1193 Merc. 124 Persa 779 TER. Andr. 929 Eun. 610. *iungitur c. aliis verbis*: PLAVT. Aul. 410 totus doleo atque oppido -ii. Truc. 618 et donis privatus sum et -ii. β *pendent enuntiata* (*cf. l. 47. 52*): PLAVT. Amph. 320 -ii, si me aspexerit (Epid. 510 -ii hercle, si istaec vera sunt. TER. Andr. 213 si senserit, -ii). 810 -ii, miser, quia pudicitiae ... vitium ... est additum ([*antea*: me modo ad mortem dedit]. Bacch. 680 -ii. :: quid ita? :: q. patri omne ... reddidi. Merc. 510). Asin. 287 -ii ego oppido, nisi Libanum invenio *eqs.* (Most. 212. Persa 738 n. ego illum ... perdo, -ii. Truc. 620). Rud. 1289 -ii, cum ... audio. *sequitur acc. c. inf. indignantis, admirantis*: PLAVT. Bacch. 1102 -ii, hoc servom meum non nauci facere esse ausum. TER. Eun. 360 -ii, numquamne etiam me illam vidisse. γ *accedunt interiectiones* (*plerumque iuxta alia adv. vel adi.*): PLAVT. Amph. 668 ei -ii miser (*al., v. vol. V 2, 300, 3 sq. 15*). Asin. 446 -ii hercle (475. 701. Cas. 893 -ii h. ego. Rud. 1131 -ii h. ego miser. *al.* CAECIL. com. 272 TER. Ad. 227. *al.* TITIN. com. 32 -ii h. vero). Cas. 236 oh -ii. Men. 402 eccere, -ii misera (*cf.* Merc. 748 ecce autem -ii [Most. 660. 676]). Merc. 510 pol ego -ii misera (Most. 536 Poen. 787 Rud. 844. *cf.* Truc. 548 planissume edepol -ii). TER. Andr. 688 vah, -ii. 929 hem, -ii (Ad. 327). Eun. 664 -ii, obsecro (*cf. l. 46; aliter p. 1330, 70*). Ps. TER. Andr. alt. exit. 4 ah, -ii. δ *iuxta ponuntur vel variant syn.* (*cf. l. 46*): PLAVT. Amph. 295 (*299* oppido interii. *sim. variatione*: 1076 TER. Andr. 346. *cf.* PLAVT. Aul. 713 -ii, interii, occidi [*sim. iuxta ponitur*: Most. 1031 ei mihi, disperii; ..., -ii, interii. Persa 779]). Aul. 720 heu me miserum, misere -ii, male perditus, pessime ornatus eo (*722* perditissimus ego sum). Bacch. 680 occidi. :: ... :: -ii (*sim. variatione*: Trin. 1081. *al.* TER. Haut. 906 [*antea*: timeo]. Ps. TER. Andr. alt. exit. 6. *iuxta ponitur l. 33 et* PLAVT. Rud. 1415 -ii hercle; nisi me suspendo, occidi). Cist. 684 -ii, opinor, actum est (*cf.* TER. Haut. 564 acta haec res est, -ii. *in variatione* Eun. 984). Merc. 681 disperii, -ii misera, vae miserae mihi (TER. Haut. 404 d., -ii misera. *in variatione l. 34 et* PLAVT. Merc. 709 disperii. :: equidem hercle oppido -ii miser). Merc. 163 -ii ... nullus sum (*sim. variatione*: Most. 387 TER. Hec. 319. 651).

2 *forma* **-iimus** (*cf.* occidimus *vol. IX 2, 349, 36 sqq.*): PLAVT. Cist. 641 mater mea, -iimus miserae (*ordine inverso* Rud. 1048). Men. 1015 -iimus, obsecro hercle. Merc. 135. 610. Most. 364 (*365* absumpti sumus). Trin. 515 plane -iimus, nisi quid ego comminiscor. TER. Ad. 324. 458 si deseris tu, -iimus. LVCIL. 710 quidquid quaeritis, -iimus. 843 '⌞restant⌟, -iimus' (⌞ ⌟ *i. resistunt*). VET. LAT. num. 17, 12 (cod. 100 = VVLG.) ecce, consumpti sumus, -ivimus, perconsumpti sumus.

3 *ceterae formae*: PLAVT. Capt. 635 -o probe. TER. Andr. 244 quod si fit, -o funditus. POMPON. Atell. 173 ⌞a, -bo⌟, non possum pati (⌞ ⌟ *dist. Fleckeisen,* aperibo *trad.*). OV. ars 3, 607 prosiliat dicatque ancilla '-imus' (*nisi perf., ut ad 2 trahas*). AVG. in psalm. 123, 2 nisi ... consoletur nos spes futuri saeculi, -imus.

B *in minis, admonitionibus, sc. formae* **-iisti, -iistis** (*accedit fere enunt. condic.*): PLAVT. Capt. 749 -iistis, nisi hunc iam e conspectu abducitis (Cist. 581 Mil. 828. Poen. 355 iam hercle tu -iisti, n. *eqs.* Rud. 813). Men. 416 -iisti, si intrassis intra limen (TER. Eun. 1065 si te in platea offendero). CIL I² 861 fugitivi -istis (*in glande ut* CIL XI 6721 n. 13 L. Antoni calve, -isti [*verso*: C. Caesarus victoria]).

C *in exsecratione, detestatione* (*quaedam nimirum etiam ad I spectare possunt, maxime sub 2; ceterum cf. p. 1340, 47*): **1** *formae* (ut) **-as, -atis** (-ieris *l. 66,* -i *l. 68* [*cf.* FEST. p. 372], *fut. pro imperat. l. 72*): PLAVT. Cas. 300 ut ... pol -as cruciatu malo (Epid. 513 m. c. ut -as atque abeas cito). Men. 295 si tu Cylindrus seu Coriendrus, -ieris. Merc. 622 quid me facere vis? :: idem quod me vides, ut -as. Persa 281 dico, ut perpetuo -as. Rud. 582 tu vel suda vel -i algu. PROP. 3, 12, 5 si fas est, omnes ... -atis avari. Ov. Ib. 445 utinam -as veluti de dentibus orti *Sparti.* SEN. contr. 9, 6, 7 male -as. CIL IV 8137 dulcis amor, -ias eta (*i.* ita). VET. LAT. deut. 33, 27 (cod. 100) eiciet a facie tua inimicos dicens: -as (*Vulg.* conterere). TAB. devot. (Année Épigr. 1949 n. 2) cum Livia -bis. **2** *forma* **-at, -ant** (-ierint PLAVT.; *subi. saepe indicatur per enunt. relat.; hic illic accedunt particulae* a *vel* o [*v. p. 1329, 31*]): PLAVT. Stich. 385 malivoli, perquisitores auctionum, -ierint. CATVLL. 66, 48 ut Chalybum omne genus -at. TAB. devot. (Epigrafia, Actes ... Degrassi, 1991, p. 431) II 5 his (*nom. plur.*), quorum nom⟨ina⟩ hic sunt, -a⟨nt⟩. COPA 34 a -at, cui sunt prisca supercilia. 37. HOR. epod. 12, 16 -at male, quae *eqs.* (CIL IV 9202 [*v. infra*]. X 6490, 8 malus est, m. -at. INSCR. christ. urb. Rom. 21396 m. -at, insepultus iaceat, non resurgat. *v. et l. 33*). TIB. 2, 4, 27 o -at, quicumque legit *lapides pretiosos.* LYGD. 4, 62. PROP. 2, 23, 12 a -ant, si quos ianua clausa iuvat. *al.* OV. ars 2, 272 a -ant, per quos munera crimen habent. 3, 494. CE 945, 1 sq. (*idem fere* 946, 1 sq.; *Pompeiis*) quisquis amat valeat, -at qui nescit amare, bis tanto -at, quisquis amare vetat (*sim.* CIL IV 3199. 4091 *nec non* 9130. 9202 quisquis ve⟨t⟩at, male -a(t)). CIL IV 4659 quisquis amat -at (*idem* 4663. 5186). TAB. devot. (Inscr. Cremon. Pontiroli 347) 4 is (*nom. plur.*) apud deos i(n)feros ut -ant. 8. PRISCILL. tract. 1, 15 *idololatrae* -ant cum diis suis. 1, 27 -ant, qui *eqs.* (*antea*: anathema sit). CLAVD. 18, 411.

3 *forma* **-am** *iuxta enunt. condic. ad rem affirmandam vel negandam* (*cf. p. 1329, 22 sqq.*): VARRO Men. 81 *Democritum* si vulgus secutus esset, -am, si centum denariis calicem mulsi emere possemus ([possimus *trad.*]. CAEL. Cic. fam. 8, 15, 2. BRVT. Cic. fam. 11, 23, 2 si te ... ferre poterint. PROP. 2, 24, 15 a -am, si me ista movent dispendia. OV. epist. 21, 29 quo *labore,* -am, si dignus eras. SEN. epist. 56, 1. CE 937, 2 [*Pompeiis*]. *al.*). rust. 3, 3, 9 (*inde* COLVM. 8, 16, 3) ni piscem putavi esse (CASS. Cic. fam. 15, 19, 4 nisi sollicitus sum *eqs.* EPIST. imp. Aug. Suet. Claud. 4, 6. SEN. contr. exc. 6, 8, 1 '-am nisi' affirmantis est [*antea in versu*: moriar nisi]. ANTH. 416, 7. *nota formam uberiorem* OV. Pont. 3, 5, 45 Getico -am violatus ab arcu, – et sit periuri quam prope poena, vides – te nisi ... *semper* video). HOR. sat. 2, 1, 6 -am male, si non optimum erat *eqs.* (PRIAP. 29, 1 OV. epist. 17, 183). **4** *cetera exempla* (*fere pendet ex aliis verbis*): PLAVT. Asin. 901 nunc amo *matrem,* quia non adest. :: quid cum adest? :: -iisse cupio (Curc. 724 te ... -ire cupio. Most. 349 *Iuppiter* me -iisse ... cupit). Mil. 363 quid agam? :: -ire propera. Trin. 992 di te perdant, si te flocci facio an -iisses prius. OV. am. 2, 19, 56 nil facies, cur te iure -isse velim (*cf. p. 1330, 73 sq.*). CIL IV 1839, 2 ut -at rogo (TAB. devot. [Comm. Hum. Litt. Soc. Scient. Fenn. 42, 1968, 10; *saec. II ex.*] l. 5). 4430, 2 male -iat oportet. *nota ind.*: CIL IV 8997 qui Caeciliis serves, male -it.

D *exempla varia (addimus res quasdam e. g. l. 42. p. 1334, 64. 1335, 5); -eunt*: **1** *qui afficiuntur calamitate, periculo, damno sim. fere extrinsecus ortis* (*addidimus morbo sim. laborantes; praevalent formae stirpis perf.*): **a** *quoquo modo* (*pauca selecta inde a* LIV.): PLAVT. Amph. 456 (*loq. Sosias*) ubi ego -ii? ubi immutatus sum? ubi ego formam perdidi? (*sim. respicitur metamorphosis* PROP. 2, 1, 53 *si* mihi Circaeo -eundum est gramine). Aul. 669 ni subvenisset corvos, -iissem miser. Cas. 598 satin propter te -o ego atque occasio? Curc. 215 vapulando et somno -o. 238 (*in enumeratione*) radices cordis -eunt. Most. 353 erus advenit peregre, -iit Tranio (*servus de se ipso, ut conferas A 1*). Poen. 1381 -iere ... duodeviginti minae, qui hasce emi. :: et tute ipse -iisti. Rud. 311 quid agitis? ut -itis? :: ut piscatorem aequomst, fame (PHAEDR. 3, 7, 6 MART. 2, 34, 2. *al.*) sitique (NVX 65 [*loq. arbor*] licet sicca ... s. -tura laborem. *strictius p. 1328, 9 sq.*). Stich. 192 (*loq. parasitus*) ni vere -ierit, si cenassit domo *me non invitans* (*cf. Petersmann, 1973, ad l.*). *al.* TER. Andr. 591 hem, numnam -imus? Ad. 283 *ne* ad patrem hoc permanet atque ego tum perpetuo -ierim. *al.* PACVV. trag. 320 -iere Danai, plera pars pessum datur. CIC. Att. 3, 4 iter Brundisium versus contuli ante diem rogationis, ne et Sicca, apud quem eram, -ret. 3, 13, 2 si *fratrem* incolumem relinquo, non me totum -isse arbitrabor. ad Q. fr. 1, 1, 32 funditus eos -ire patiemur, quorum non modo saluti, sed etiam commodis consulere debemus. *al. in epist.* CATVLL. 71, 6 podagra. PVBLIL. sent. V 15 ubi coepit ditem pauper imitari, -it (*sim.* PHAEDR. 1, 24, 1). LVCR. 4, 1121 labore. CAES. civ. 2, 32, 4 *ut* in eorum potestatem veniatis, qui se per vos -isse existimant. BELL. Hisp. 22, 4. VERG. Aen. 4, 497 lectum ... iugalem, quo -ii. Ov. met. 11, 700 (*loq. Alcyone*) nunc absens -ii, *sc. morte Ceycis.* Pont. 3, 7, 24 bene desperare salutem seque semel vera scire -isse fide. LIV. 2, 6, 2 *ne se, Tarquinium,* extorrem, egentem ex tanto modo regno ... -ire sinerent. EPIST. imp. Tib. Tac. ann. 6, 6, 1 *v. p. 1262, 54 sq.* PETRON. 129, 6 medius [fidius] iam -isti *eqs.* (*sc. ad venerem non valens*). IVV. 6, 476 -iit libraria (*sc. a domina verberata clamavit '-ii'*). SVET. Tit. 8, 4 urbis incendio nihil publice nisi *se* -isse testatus. APVL. met. 5, 5, 5 se nunc maxime prorsus -isse iterans. *al.*

b *funditus devicti proelio, bello vel alia contentione* (*sunt loci, quos ad I trahas*): PLAVT. Bacch. 933 (*in imagine*) o Troia, ... o Priame -isti senex, qui misere male mulcabere ... *tot* aureis. Rud. 1154 -ii in primo proelio (*in imagine pro simplici exclamatione*). CIC. Sest. 43 mihi semel -eundum aut bis esse vincendum (*in contentione de re publica ut*: 44 vel si -eundum fuisset ..., semel -ire tamen ... maluissem quam bis vincere. *in bello*: LIV. 31, 31, 20 nisi -ire cum Philippo quam v. cum Romanis mavultis. *in ludis*: CIL IV 2508, 19 v(icit) Pugnax ... p(eriit) Murranus [*sim. ibid.* l. 31. 33]. 3133 Sextile, vicimus ... -isti. *cf. p. 1325, 70 et* CIL IV 1293, 2 Campani, victoria una cum Nucerinis -istis). NEP. Them. 4, 2 uni-

[M. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

versos pares esse posse aiebat, dispersos testabatur -turos. VERG. Aen. 9, 140 *Troianos* -isse semel satis est. LIV. 25, 6, 6 culpa -iimus ad Cannas. 25, 38, 21 ut dividendo copias -iere duces nostri, ita separatim divisi opprimi possunt hostes. LVCAN. 7, 634 per populos hic Roma -it. SIL. 8, 545 Capua ... pravo -tura tumore. *al.*

c *opibus, pecunia sim. privati* (*cf. infra l. 55; addas fortasse* CARM. Isid. orig. 2, 21, 16 si vinco et -o, quid ibi me vincere praestat? [*verba Pyrrhi? v. Morel, Frg. poet. lat. p. 171*]): PLAVT. Asin. 233 non omnino iam -ii, est relicuom quo -am magis. Rud. 978 si istuc ius sit, quod memoras, piscatores -ierint. Truc. 707 (*verba amantis*) salvos sum, quia -o; si non -am, plane -ierim. 951 age prior prompta (perde *Lindsay*) aliquid. :: immo tu prior perde et -i (*sim.* TER. Ad. 134 profundat, perdat, -at). *al.* TER. Haut. 486 *p. 1338, 11* (*nisi ad 3*). CIC. Quinct. 50 de quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne -ire quidem tacite obscureque conceditur; cui ... domini constituuntur, qui, qua lege et qua condicione -at, pronuntient (*postea*: huic ... vivo videntique funus indicitur). prov. 12 qui se etiam nunc subsidiis patrimonii aut amicorum liberalitate sustentant, hos -ire patiemur? (*antea*: bona ... deperdiderunt). ad Q. fr. 1, 1, 33. HOR. sat. 2, 3, 157 quid refert, morbo an furtis -amque rapinis? LIV. 23, 48, 8 si *tributarii* multiplici gravarentur stipendio, ... -turos *esse*. EPIST. Syner. (Pap. Oxyrh. XLIV 3208) 4 (*postea*: pernicies *et* occidere). MART. 9, 82, 6 (1 dixerat astrologus -turum te cito) hausisti patrias ... opes ...: dic mihi, non hoc est ... -ire cito? *al.*

d *poena (gravi) affecti* (*de capitis damnato v. e. g. p. 1328, 17*):
α *vario modo*: PLAVT. Epid. 616 quin tu mi adornas ad fugam viaticum, prius quam -o? nam ... senes quaeritant me, in manibus gestant copulas secum. Mil. 404 *si erus sciet,* -bis pulchre. Fret. frg. 1 -bo, si non fecero, si faxo, vapulabo (*v. Otto, Sprichw. n. 626*). *al.* TER. Haut. 316 si paululum modo quid te fugerit, ego -ierim (*antea*: in mea vita tu tibi laudem is quaesitum). Eun. 965 vide, quid agas, ne neque illi prosis et tu -as (*postea*: magnum malum ... paratum). PVBLIL. sent. M 37 malo etiam parcas, si una est -turus bonus (*nisi ad a*). LIV. 29, 15, 13 nihil se, quare -ire merito deberent, admisisse, sed si -eundum etiam foret *eqs.* (*spectat ad poenam sociorum infidelium; sim.*: 32, 21, 32 quia pepercisse vobis volunt, committere vos, cur -atis, non patiuntur. 44, 45, 11 abite hinc, ne ... propter vos -amus. 45, 22, 9). PHAEDR. 5, 4, 10 deprensi -ierunt (*postea*: turbam punitorum). QVINT. inst. 10, 7, 2 salutarem petentibus vocem statimque, si non succurratur, -turis *adesse.* β *eo quod damnantur, proscribuntur, relegantur, honore deiciuntur*: CIC. Quinct. 70 Alfenus cum eis et propter eos -iit, quos diligebat. Verr. II 1, 157 qua invidia C. Iunius conflagravit, ea ... tibi ipsi tum -eundum fuisset (*imagine mortis servata ut*: Cluent. 115 *ut* hac plaga -ret *reus*). II 4, 41 *Verrem* -turum hoc uno crimine (Cael. 71 quo ... illi c. peccatoque -ierunt?). Att. 3, 9, 2 (*respicitur exilium*) *non* perspicis, quorum opera, ... quorum scelere -ierimus. ad Q. fr. 3, 4, 1 ut videatur *Gabinius* reliquis iudiciis ... -turus, et maxime de pecuniis repetundis. HOR. sat. 2, 7, 69 (*ad adulterum elapsum, sed crimen novum non caventem*) quaeres, quando iterum paveas iterumque -ire possis (*antea*: committes rem ... vitam ... famam). Ov. Ib. 6 artificis -iit ... caput Arte sua (*item de relegatione sua*: trist. 1, 4, 28 numina ponti, ... *me* subducite morti, si modo, qui -iit, non -iisse potest. 3, 3, 53 cum patriam amisi, tunc me -iisse putato; et prior et gravior mors fuit illa mihi. 4, 4, 37. Pont. 3, 3, 46 discipulo -ii ... ab ipse meo [*sc Amore*]. *al.*).

2 *qui animo laborant, dolent sim.*: **a** *in amore* (*potiora; ea, ubi amore infelici aliae calamitates efficiuntur, sub 1a traximus; iungitur cum damno pecuniario l. 58. 62. 74, v. et l. 10*): α *exempla varia*: PLAVT. Merc. 266 (*loq. senex*) *amavi* ad hoc exemplum numquam, ut nunc insanio; ... scio -iisse me. Trin. 266 qui in amorem praecipitavit, peius -it quasi saxo saliat. Truc. 45 sqq. *si quis amare coepit,* extemplo et ipsus -it et res et fides; si iratum scortum est ..., (47) bis -it amator, ab re atque ab animo simul *eqs.* 190 cum amamus, tum -imus. TER. Eun. 73 et taedet et amore ardeo, ... vivos videnque -o (DON. sic dixit, ut intellegamus 'occidor'. *v. Otto, Sprichw. n. 1932*). 211 ego quoque una *cum pecunia* -o. CATVLL. 45, 5 ni te perdite amo atque amare porro ... sum paratus ..., quantum qui pote plurimum -ire. VERG. ecl. 8, 41 ut vidi, ut -ii; ut me malus abstulit error! (= CIRIS 430. *cf.* Ov. epist. 12, 33 [*loq. Medea*] et vidi et -ii). HOR. carm. 1, 25, 7 me tuo longas -eunte noctes, Lydia, dormis? Ov. rem. 16 si quis male fert indignae regna puellae, ne -at, nostrae sentiat artis opem. PETRON. 79, 8 vers. 5 (*in venere peragenda*) valete, curae mortales; ego sic -ire coepi. CIL IV 9054 -o; vita in am⟨ore?⟩ (*antea*: ⟨a⟩more tuo moreor). APVL. met. 2, 10, 5 '-o' inquam, 'immo iam dudum -ii, nisi tu propitiaris'. ANTH. 435, 2 -it et moritur. β *modus vel causa affectionis indicatur per abl. vel praepos.*: PLAVT. Curc. 187 pariter hos -ire amando video, uterque insaniunt (*cf. p. 1328, 12*). Merc. 444 efflictim -it eius amore (Poen. 142. Pseud. 300 et a. -o et inopia argentaria. VERG. ecl. 10, 10 indigno [*cf. Theocr. 1, 66 ἐτάκετο*]. PROP. 1, 13, 33. Ov. rem. 21 misero. FVLG. myth. 3, 7 p. 72, 5. *cf. l. 6 et* PROP. 1, 6, 27 multi ... -iere in amore libenter. *de vera morte*: QVINT. decl. 344, 8). Truc. 23 *amans* quot -at modis (27). 47 (*v. p. 1333, 59*) ab animo (49 si raras noctes ducit, ab a. -it). HOR. carm. 1, 27, 12 dicat ..., quo beatus *sit* volnere, qua -at sagitta. PROP. 1, 4, 12 sunt maiora (*sc. quam forma*), quibus ... -ire iuvat. 1, 9, 34 dicere, ⌞quo⌟ -as (*neutr., nisi subaudias 'amore' intellegasve abl. personae ut*: 2, 15, 13 nudā ... Lacaenā. NEMES. ecl. 2, 71 quod ... te -am [*vix acc.*]). 1, 15, 41 quīs *artibus puellae*... -o. 2, 24, 41 figura. Ov. met. 3, 440 *Narcissus* per ... oculos -it ipse suos. VAL. FL. 7, 7 *Medea nescit,* -at quo ... malo. APVL. met. 10, 3, 6 tua causa. VET. LAT. Sirach 9, 4 ne forte -as in efficacia illius *psaltriae* (*gr. ἀλῷς*). γ *persona amata indicatur per acc.* (*cf. abl. l. 6 sq.; usus sec.* amare *novatus; cf.* deamo, depereo; *cave addas inscr. falsam* CIL X 204, 8*): PLAVT. Poen. 96 *feminarum* hic adulescens alteram efflictim -it (1095). ARGVM. Plaut. Curc. 7 sororem, quam -ibat. Truc. 1 tres unam -eunt adulescentes mulierem.

b *alio affectu vehementer commoti* (*accedit* in *cum abl.* PLAVT., CIC.): PLAVT. Merc. 218 quid ego hic in lamentando -o. AEDIT. epigr. 1, 4 tacitus subidus dum pudeo, -o (*nisi ad a*). CIC. Sull. 91 *fortuna* non patitur hominem calamitosum ... uno in luctu -ire. CATVLL. 14, 14 *horribilem libellum* ad tuum Catullum misti, ... ut ... -ret. SEN. contr. exc. 4, 1, 3 quid hunc miserum *filios lugentem* -ire patimur? CYPR. epist. 55, 28 quis non statim -at, quis non ipsa desperatione deficiat?

3 *qui corruptione morum, peccato sim. depravantur, ut moraliter vel spiritaliter intereant*: **a** *usu communi* (*exempla selecta inde a* SEN.): *luditur cum usu sub IA et B illustrato*: PLAVT. Bacch. 468 sq. (*paedagogus ad adulescentem*) -iit tibi sodalis. :: ne di sirint. :: ... (469) cum -ibat vidi. 484 sq. mihi discipulus, tibi sodalis -iit, huic filius; nam ego illum -iisse dico, quoi quidem -iit pudor. Truc. 298 filius apud vos *meretrices* ... ut -at (*seq.* 300 nemo homo hic solet -ire ...: res perdunt suas). LIV. 26, 2, 8 prius eos *milites a duce corruptos* -isse, quam viderent hostem. *exempla cetera*: PLAVT. Bacch. 1078 adformido, ne is *filius* -at neu corrumpatur (*antea*: quam se ad vitam et quos ad mores ... capessat). 1115 *filius meus* -it cum tuo. LVCR. 4, 1136 desidiose *vivere* ... lustrisque -ire. PROP. 2, 16, 16 indigna merce puella -it. LIV. 1 praef. 12 desiderium per luxum atque libidinem -eundi perdendique omnia (*cf.* VAL. MAX. 2, 9, 5 luxu -ire). SEN. benef. 5, 22, 4 quosdam ... sanabiles et, qui fieri boni possint, ..., -ire patiemur admonitione sublata (*sim. opp.* sanare dial. 7, 1, 4). dial. 4, 10, 5 Heraclitus quotiens ... tantum circa se male viventium, immo male -euntium viderat, flebat. nat. 3, 18, 3 sollertiam ⌞luxuriae⌟ -euntis (*i. luxuriantium. de textu v. Axelson, Senecastudien, 1933, 52 sq.*). epist. 93, 4 alter post mortem quoque est, alter ante mortem -iit. PETRON. 119 vers. 19 *pudet* ⌞-tura⌟ ... prodere fata (*enallagen pro '-turorum hominum' intellegimus; paulo aliter p. 1341, 73*). SIL. 13, 353. IVV. 8, 85 *si quis vitam praefert pudori,* dignus morte -it. AVG. civ. 2, 24 p. 89, 10 *ut Sulla* magis ipse -ret in moribus, quam inimicos in corporibus perderet. ORIENT. comm. 2, 60 *dedita vino corpora* consiliis -eunt. *al.*

b *usu christiano de peccatoribus, haereticis, infidelibus a deo abscedentibus vel pulsis itaque damnatis* (*usus pendet ex l. 52 sq. nec non e parabolis amissi filii et ovis et drachmae [p. 1330, 22. 24. 1337, 51], ut praevaleat color aberrandi, maxime sub β; cum respectu mortis corporalis p. 1329, 53 sqq.*): α *exempla varia*: VET. LAT. Matth. 18, 11 (cod. 3. *al.* = VVLG.) venit ... filius hominis ⌞salvare⌟, quod -ierat (⌞ ⌟ *cod. 6* salvare et quaerere. *sim. loco gemino* Luc. 19, 10 [cod. 4. *al. et* VVLG.]). I Cor. 8, 11 (cod. 75. *al., sim.* VVLG.) -it infirmus in tua scientia, frater. TERT. fug. 4, 3 *si* quis aut -it apud dominum aut salvus est. adv. Marc. 1, 22 p. 320, 7 homo damnatur in mortem ob unius arbusculae delibationem, ... et -eunt iam omnes *eqs.* paenit. 11, 3 *deliqui* in dominum et periclitor in aeternum -ire. pudic. 7 p. 232, 21 -it ... fidelis elapsus in spectaculum *eqs.* CYPR. domin. orat. 22 *ne* se extollendo plus -at (*sim.* epist. 16, 2 ut magis -ant. *per ironiam*: HIER. epist. 22, 13, 5 lucrosius -ant). epist. 55, 22 (*opp.* paenitentiam agere et ... denuo ad vitam redire). patient. 19 *diabolus* et -it primus et perdidit. zel. 5 Iudaei nonne inde -ierunt, dum Christo malunt invidere quam credere? HIL. trin. 2, 12 haec haeretici confitentur et -eunt. AVG. civ. 13, 15 p. 573, 22 *anima* lapsa -ierat. conf. 7, 20, 26 (*in verborum lusu c.* peritus). serm. 13, 3 ut in illo *deo* inveniaris, qui in te -isti. COMM. apol. 748 sacrificans -et idolis in morte secunda. CARM. de resurr. 72 *Adam* coniuge ... mala suadente morte -ibat. MVTIAN. Chrysost. hom. 24 p. 387 -ierunt et corrupti sunt. *al.* β *indicatur, unde quis abscedat* (*per praepos.* ab, de; *abl. nudo l. 75; cf. p. 1329, 11 sqq.*): VET. LAT. psalm. 2, 12 (cod. 300. *al.* = VVLG.) nequando ... -atis de via iusta (AVG. in psalm. 2, 10 de v. iustitiae). TERT. pudic. 7 p. 231, 14 quis magis -it a deo quam ethnicus? CYPR. epist. 43, 6 ut, qui illi *diabolo* credit, in totum ab ecclesia -at (54, 3 de e. [AVG. epist. 108, 11]). AVG. enchir. 29, 112 a regno dei, ... alienari a vita dei (c. Iulian. 5, 15, 56). epist. 36, 12 ⌞paradiso⌟ -itur et primatus amittitur (⌞ ⌟ *abl. potius quam dat., cf. p. 1330, 25*). un.

[M. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eccl. 15, 39 deficientibus et -euntibus a fide. COMM. instr. 2, 8, 13 *deum* subvenire tibi, ne -as forte de plebe. *al.* γ *indicatur, cui quis alienetur* (*per dat., cf. l. 9 sqq. p. 1330, 37 sqq.*): TERT. pudic. 14 p. 249, 22 in possessionem satanae iam tunc -ierat ecclesiae. AMBR. paenit. 1, 5, 26 nihil Christo -it, quando hi ... cum desiderio ad ecclesiam revertuntur (AVG. in euang. Ioh. 60, 3 *Christianus* timeat, ne -ant homines Ch. [*opp.* acquiri]. *al. ibid.*). HIER. epist. 49, 14, 6 *diabolus,* quia deo -iit, non esse dicitur.

4 *qui mundo mortificantur, alienantur* (*usus christianus illi sub 3b descripto quasi contrarius*): HIER. epist. 38, 2, 3 *mulier,* quae mundo -iit et Christo revixit (*item c. dat.*: EVSEB. GALLIC. hom. 6, 2 *homo baptizatus* sine peccato renascitur; prioribus -it, succedentibus proficit). RVFIN. Orig. in num. 18, 4 p. 176, 12 per haec, *sc. castigationem sim.,* -ire dicitur anima.

CAPVT ALTERVM: ***de rebus*** *(de hominibus pro qualitate positis v. p. 1336, 39; in imag. spectat ad homines l. 17. 23); -eunt ita*: **I** *ut omnino deleantur, non iam exsistant* (*nonnulla hyperbolice dicta vid., maxime sub B3 et 4*): **A** *-eunt corporea*: **1** *calamitate, bello sim.*: **a** *res variae*: PLAVT. Epid. 74 haecine ubi scibit senex, puppis -eunda est probe. :: quid istuc ad me attinet, quo tu intereas modo? ([*in imag.; huc pertinere videtur* GLOSS. V 630, 32 -eunda: periclitanda]. OV. fast. 3, 600 hausta. *cf.* PLAVT. Merc. 173 num navis -iit? [LIV. 36, 45, 4 circumventa. *al.*]. OV. ars 3, 584 ventis obruta cumba suis. LVCAN. 3, 665 ratis populo -tura recepto [STAT. Theb. 7, 792]). Most. 148 cum fundamento -ierint *aedes meae* (*in eadem imagine* 165 madent iam in corde parietes, -iere haec oppido aedis). LVCR. 5, 372 *moenia mundi* vi pulsa -ire (*item de fine mundi*: SEN. Thy. 884 vult mundo secum -eunte mori). HOR. carm. 3, 3, 66 murus aeneus *Troiae* ... ter -at ... excisus Argivis (*cf.* CLAVD. 5, 215 arsurae urbes -turaque moenia). OV. met. 1, 273 *imbribus* -it labor inritus anni (*i. fructus sim.; nisi ad p. 1339, 33*). *al. in imag. in ludo latrunculorum* (*cf. p. 1329, 2*): OV. ars 3, 358 unus ... gemino calculus hoste -it (*sim.* trist. 2, 478). LAVS Pis. 196 quis *calculus* non -turus perdidit hostem? **b** *urbes, terrae sim.* (*aliter sub B3*): LVCIL. 958 Amyclas tacendo -isse (*item* AFRAN. com. 275). CIC. Cato 31 non dubitat, quin brevi sit Troia -tura (VERG. Aen. 2, 660 PROP. 2, 3, 24. SEN. Ag. 624 unius noctis -tura furto. PETRON. 89 vers. 53. *al., cf.* OV. met. 13, 168 tibi se -tura reservant Pergama; quid dubitas ... evertere Troiam? [fast. 6, 99 -ierunt iudice formae P. *cf. p. 1327, 55*]). div. 2, 69 Romam -turam (CARM. pop. Suet. Tib. 59, 2. *cf. p. 1333, 4*). off. 2, 77 Spartam ... avaritia. BELL. Afr. 26, 3 Africam provinciam -ire funditusque everti ab suis inimicis. HOR. epod. 7, 10 sua urbs haec, *sc. Roma,* -ret dextera (carm. 1, 16, 19 cur *urbes* -rent funditus. OV. met. 2, 214 *incendio.* SEN. epist. 91, 2). LIV. 34, 49, 3. SEN. nat. 6, 32, 8 ego ... -ire timeam, cum terra ante me -at? *al.*

2 *vario modo* (*exempla selecta inde ab* OV.; *accedit abl. indicans causam l. 55. 56. al.*): PLAVT. Aul. 207 salvom est, si quid non -it. Persa 138 reliquiae *cibi.* LVCIL. 995 lana, opus omne -it: pallor, tiniae omnia caedunt (*simul pertinet ad p. 1340, 26*). 1205 penus ... consumpta -bit. PVBLIL. sent. M 19 mala est medicina, ubi aliquid naturae -it. LVCR. 1, 218 siquid mortale ... esset, ⌞ex oculis⌟ res quaeque repente erepta -ret (⌞ ⌟ *c. partic. coniungendum*). 1, 250 -eunt imbres ..., at nitidae surgunt fruges *eqs.* (*antea*: discidio redeunt *res* in corpora materiai. *in doctrina Epicurea ut*: 3, 343 *artus* penitus -eunt convulsi conque putrescunt. 3, 700 cum corpore fusa -bit *anima*; quod permanat enim dissolvitur, interit ergo. *al.; cf.* OV. met. 15, 254 nec -it in toto *mundo* quicquam [*opp.* variat]. SEN. epist. 36, 10 cogita nihil ... consumi; desinunt ista, non -eunt. 36, 11 omnia, quae videntur -ire, mutari. *al.*). 1, 760 (*de Empedoclis doctrina*) *primordia* -bunt. *al.* HOR. sat. 1, 8, 33. 2, 1, 43 robigine telum. ars 68 mortalia facta (*i. opera*). OV. fast. 3, 236 -eunt lapsae sole tepente nives. Pont. 1, 2, 42 inconsumptum Tityi ... non -it, ut possit saepe -ire, iecur. MANIL. 1, 815 natos ... -ire cometas. PLIN. nat. 33, 5 haec vera luxuriae gloria existimata est, habere, quod posset statim -ire totum. GAIVS dig. 3, 3, 12 tractu temporis futurum *esse,* ut res -at. TERT. resurr. 55, 6 -isse ... est in totum non esse, quod fuerit, mutatum esse aliter esse est. VLP. dig. 14, 4, 7, 3 si mercem -ire passus est aut eam avertit *eqs.* VET. LAT. Matth. 5, 29 (cod. 3. *al., sim.* VVLG.) expedit ... tibi, ut -at unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam. MAR. VICTORIN. in Gal. 6, 8 caro corrumpitur, et hic est eius exitus, ut corrumpatur, putrescat, -at, intereat. NOVELL. Maior. 5, 2 ex *censu* ... intercipi aut -ire. DRAC. laud. dei 1, 672 sq. *aurora ducit* diem -turum noctis ab umbris et tamen haec *nox* de sole -it. COD. Iust. 3, 33, 16, 2 cum usufructuarius vel res -at (*antea*: rei interitu). *al. indicatur per praepos., quem statum subi. -eundo assumat aut amittat* (*cf. p. 1337, 66 et 1332, 38*): TERT. resurr. 4, 2 *carnis* caducae in originem terrae et cadaveris nomen et de isto quoque nomine -turae in nullum inde iam nomen *eqs.* 55, 2 quasi demutari desinere sit in totum et de pristino -ire.

B *-eunt incorporea*: **1** *varia* (*pauca selecta inde ab* OV.; *abl. indicat causam sim. p. 1336, 13. 17. al.*): PLAVT. Stich. 633 benignitates hominum ... -iere et prothymiae. CIC. de orat. 2, 329 si quo alio in loco est

dictum quid obscurius, tantum id -it, quod ita dictum est; narratio obscura totam occaecat orationem (*nisi ad IIIA5*). orat. 232 (*de oratione; antea*: corrumpatur). CATVLL. 68, 23 (*ad fratrem mortuum*) tecum una -ierunt gaudia nostra (= 68, 95). PVBLIL. sent. B 38 bene perdis gaudium, ubi dolor pariter -it. LVCR. 4, 356 *angulus turris remotae* non cernitur ac -it eius plaga nec ad nostras acies perlabitur ictus (*cf.* 4, 569 quae pars vocum non auris incidit ipsas, praeterlata -it ⌞frustra⌟ diffusa per auras [⌞ ⌟ *cum sequentibus iungas*]). 4, 771 (*de somniis*) ubi prima -it ... *et* est altera nata *imago. al.* OV. am. 1, 15, 23 carmina ... Lucreti. trist. 3, 3, 59 utinam -ant animae cum corpore nostrae (APVL. Plat. 1, 9 p. 199 animam ... non esse corpoream nec sane -turam. IREN. 1, 25, 4 ut ducat *diabolus* ⌞eas, quae -ierunt⌟, a. a mundo ad principem [⌞ ⌟ *i. mortuorum*]). 3, 14, 36 *fons ingenii* longo -iit arida facta situ (5, 12, 2 turpi pectora nostra s.). MANIL. 5, 691 *sal,* quo -it usus aquae suco corruptus amaro. SEN. suas. 7, 7 ut corpus *Ciceronis,* quod fragile et caducum est, servetur, -at ingenium, *sc. eius opera,* quod aeternum est? (*cf.* 7, 8 ut id -at, quod in te ... immortale est). SEN. Tro. 803 si manes habent curas priores nec -it flammis amor. benef. 3, 7, 1 pars optima beneficii (*aliter* 5, 15, 2 publica querella est -isse beneficia *eqs.*). LVCAN. 8, 85 vivit post proelia Magnus, sed fortuna -it. PLIN. epist. 2, 14, 11 sq. *oratorum* artificium -iit *eqs.* (*postea*: funditus exstinctum et eversum est). FAV. EVL. 5, 3 quicquid ... numerosa progressione non -it (*i. dividi potest*), singulare natura est. FVLG. aet. mund. p. 169, 14 dum opima Carthaginis ... potentia sibi pugnando -iit, Romae pugnanti proficit. AVG. in psalm. 105, 7 peccata ignorantiae vel neglegentiae melius accusantur, ut -ant, quam excusantur, ut maneant. PETR. CHRYS. serm. 176, 1 *Christi* iussu infirmitates -eunt, redeunt sanitates. DRAC. satisf. 142 mox -it ira cadens. BOETH. arithm. 1, 1 p. 10, 20 si tollas 'animal', statim quoque 'hominis' natura deleta sit, si 'hominem' sustuleris, 'animal' non -bit. *al.*

2 *qualitates hominum vel rerum*: TER. Ad. 346 quae secunda ei dos erat, -iit (*de virginitate ut*: HIER. epist. 22, 5, 3). CIC. Att. 12, 14, 3 illa, quae amabas. HOR. epist. 2, 1, 80 *clamant* -isse pudorem cuncti paene patres (TERT. paenit. 10, 3 [*loq. pudor*]. *cf. p. 1337, 17 et* CALP. decl. 2 -turae pudicitiae [AVG. civ. 1, 18 p. 29, 25]). PROP. 2, 33, 33 vino forma -it, vino corrumpitur aetas (*cf.* OV. ars 3, 105 facies neglecta -bit. SEN. Phaedr. 1096 multo vulnere ... decor). OV. epist. 12, 19 (*Medea Iasoni*) quantum perfidiae tecum ... -isset. ars 3, 74 color. SEN. suas. 2, 13 versus elegantia. SEN. epist. 53, 2 *maris* aequalitas ... -iit; nondum erat tempestas, sed *eqs.* 74, 13 fortitudo ... magnanimitas ... gratia (PLIN. nat. 32, 58 saporis g. 34, 63 g. artis. PLIN. epist. 1, 13, 6). *al. ponitur homo pro qualitate* (*sim. p. 1334, 27*): SEN. contr. exc. 8, 2 *Phidia manibus truncato* superest homo, sed artifex -iit. AVG. serm. 22, 7 si incipiant iuste vivere *peccatores,* -bunt utique peccatores, sed non -bunt homines (*sim. de haereticis*: in psalm. 101, serm. 2, 9). EPIST. pontif. 701, 4 Schwartz p. 9, 28 in hoc -ant, ut esse deficiant peccatores (*sec.* psalm. 103, 35 *ut* p. 10, 9 nam et ipsi *peccatores* -ierunt, sed ⌞esse peccatores⌟, ut dictum est, non poenaliter, sed remedialiter [*antea opp.* substantialiter -ierunt; ⌞ ⌟ *accedit inf. sec. verba desinendi, v. p. 1341, 5*]). ALC. AVIT. carm. 5, 714 vivit ... *Adam* novus -eunte veterno.

3 *res publicae, status rei p. sim.*: CORNELIA epist. frg. 1 inimici nostri non -bunt atque, uti nunc sunt, erunt, potius quam res publica profligetur atque -at (CIC. Phil. 2, 37 [*opp.* conservatam]. Att. 2, 21, 1 SEN. suas. 7, 9. *al.*). CIC. Sull. 32 *tam sceleratum,* ut haec omnia -ire voluerit (Att. 2, 19, 5. *al.* HIRT. Cic. Att. 15, 6, 3 SEN. dial. 5, 16, 2. *cf.* SEN. Med. 879 -iere cuncta, concidit regni status). dom. 122 patriam ... -ire (LIV. 45, 26, 8 p. pro se -ire). *al.* SALL. Iug. 35, 10 'urbem venalem et mature -turam, si emptorem invenerit' (*Iugurtha de Roma; sim.* FLOR. epit. 3, 1, 18). VERG. georg. 2, 498 -tura ... regna (LIV. 40, 56, 5 -ire et extingui id, *sc. regnum meum,* mallem). *al.*

4 *leges, iura, institutiones sim.* (*cf. p. 1339, 59 sqq.*): CALV. or. frg. Aquila rhet. 40 p. 35, 8 omnium legum omnia iudicia -ierunt (CIC. har. resp. 60). CIC. nat. deor. 2, 9 in procinctu testamenta. Att. 2, 16, 1 *vicesima* mihi videtur una contiuncula clamore pedisequorum ... esse -tura. OV. met. 6, 543 (*loq. Philomela*) si numina divum sunt aliquid, si non -ierunt omnia mecum (*si huc pertinet*). LIV. 39, 18, 1 multis actiones (GAIVS dig. 50, 17, 139 pr. PAVL. dig. 21, 1, 47 pr. *al.*) et res -ibant (GAIVS inst. 3, 179 [*bis*]). SEN. Herc. f. 49 foedus umbrarum -it. Oed. 1025 omne confusum -it ... per te, *Iocasta,* iuris humani decus. Thy. 48 fratris et fas et fides iusque omne -at (STAT. Theb. 1, 154 i. fasque bonumque et vitae mortisque pudor. QVINT. decl. 299, 4 omnia iura. GAIVS dig. 8, 2, 6 iura ... non utendo -eunt. *al.; v. et l. 71*). LVCAN. 3, 119 -eunt discrimine nullo amissae leges (QVINT. decl. 276, 5 adversarius ... queritur aliquam verbi interpretationem -ire, nos totam l., totum ius. 315, 10 lex. TAC. hist. 1, 77, 3. *al.*). 5, 397 veneranda potestas *consulatus.* QVINT. decl. 276, 5 ut quam minimum ex eadem *lege* -at. *al.*

5 *spatium temporis* (*cf. p. 1335, 66. 1338, 28. 1339, 44*): AETNA 239 ver... cur aestate -it, cur aestas ipsa senescit. SEN. dial. 1, 4, 4 quam bella

[M. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... aetas -it. 5, 42, 4 fatum ... -euntes dies inputat. nat. 6, 32, 10 perdimus illos, *sc. dies, menses, annos,* nempe -turos. epist. 24, 20 usque ad hesternum, quicquid transit temporis, -it (*antea*: infantiam amisimus). 99, 2 pusillum temporis. HIST. AVG. Aurelian. 15, 6 -ierunt casta illa tempora *eqs.* AVG. civ. 17, 4 p. 208, 32 *in vita aeterna* stant anni, hic autem transeunt, immo -eunt. AVIAN. fab. 36, 16 otia ... mox -tura.

II *ut non iam adsint* (*nota distinctionem infra l. 51*): **A** *eo quod amoventur, amittuntur*: **1** *potius e loco quodam* (*indicatur unde saepe per praepos., per abl.* PLAVT. Men., HOR.; *hic illic in imag.*): PLAVT. Aul. 344 si -ierit quippiam *supellectilis* ..., dicant: coqui abstulerunt. Bacch. 954 signum, *sc. Palladium,* ex arce si -isset. Men. 648 palla ... -iit domo. CIL I² 1680, 1 urna aenia -eit de taberna; seiquis rettulerit, dabuntur *eqs.* HOR. carm. 3, 11, 27 inane lymphae dolium fundo -euntis imo (*item de Danaidum aqua* OV. Ib. 177 -turas ... undas). SEN. Herc. f. 755 -it unda in ore *Tantali.* Oed. 59 clades mali siccavit oculos *et* ... -iere lacrimae. LVCAN. 9, 318 tellus Syrtis erit; nam ... late -turum deficit aequor. PERS. 5, 103 -isse frontem de rebus (*sc. pudorem, cf. p. 1336, 31*). PLIN. nat. 33, 14 *aurum* -isse ... e Capitolini Iovis solio. CYPR. Fort. praef. 5, 1 quae *idola* ipsa de templis suis -euntis, nisi ab homine serventur. Ps. PHILO antiq. 20, 4 -et de terra nomen vestrum. AVG. un. eccl. 25, 75 ex tot gentibus -tura *ecclesia*. ARNOB. IVN. in psalm. 20 l. 27 *iudicii die* fructus eorum, qui increduli perseverant, a terra -ent. GREG. TVR. Franc. praef. p. 1, 2 -eunte ab urbibus Gallicanis liberalium cultura litterarum. *al.*

2 *potius e possessione, dicione alicuius vel e toto quodam* (*hic illic etiam de eis, quorum quis non fit compos, quibus frui vel uti non potest, e. g. l. 44. 62. 64 sq. p. 1338, 23 sq. 25*): **a** *-eunt quaelibet corporea vel incorporea*: **α** *exempla varia* (*post* LVCAN. *selecta*): PLAVT. Cist. 703 quod -iit, -iit (*sim.* Trin. 1026 [1024 quid ego, quod -iit, petam?]. *cf.* CATVLL. 8, 2 quod vides -isse, perditum ducas. PVBLIL. sent. Q 16 quod -iit, quaeri pote, reprendi non potest). Rud. 358 ea nunc -ierunt omnia (*sc. naufragio ut*: 391. 964 [*opp.* inventust]. 1310 sq. PHAEDR. 4, 23, 27 [*loq. Simonides*] mea mecum esse cuncta; vos quod rapuistis, -it *naufragio et rapinis*). Truc. 45 fides (*v. p. 1333, 59*). 52. Pago frg. 1 honos syncerasto -iit, pernis, glandio (*de abl. v. p. 1340, 75*). CIC. dom. 65 praeda -ierit; alia non deerit. HOR. sat. 1, 2, 133 (*v. p. 1338, 17*). PROP. 3, 23, 2 scripta (*v. infra l. 56*). OV. fast. 1, 368 quae -iere (*antea*: tua damna). SEN. Ag. 113 *pudor* redire, cum -it, nescit (*nisi ad p. 1336, 31*). Phoen. 239 regnum, ⌞parentes, liberi⌟, virtus, *ingenium* ... -iere, cuncta sors ... abstulit (⌞ ⌟ *ad p. 1327, 43 pertinent*). benef. 5, 8, 5 rerum natura nihil dicitur perdere ... nec -ire quicquam potest, quod, quo excidat, non habet. dial. 2, 5, 5 *sapiens* nihil perdet, quod -ire sensurus sit. epist. 42, 9 haec ... tecum ipse versa ..., etiam ubi de iactura *agetur*: 'hoc -turum est'. *al.* LVCAN. 4, 192 -iere latebrae tot scelerum. 8, 422 *Caesare Pompeioque* miscentibus arma Crassorum vindicta -it (9, 1053 Ps. QVINT. decl. 7, 9). STAT. Theb. 8, 727 -it expressus conamine sanguis *morientis* (10, 472 horrore sub uno vox, acies sanguisque -it). IVV. 11, 192 quidquid frangitur illis *servis* aut -it. VEL. gramm. VII 78, 7 in declinationibus ⟨numquam n⟩ litteram -ire (SYMPH. 36, 3 si l. prima *nominis* -ret. *cf. l. 62 infra*). GAIVS inst. 3, 203 nec domino aliter *furti actio* conpetit, quam si eius intersit, rem non -ire (*opp.* salvam esse). TERT. pudic. 7 p. 232, 20 (*ad Luc. 15, 4 sqq.*) ovis non moriendo, sed errando, et drachma non interiendo, sed latitando -ierunt (*cf.* p. 233, 2 quod potest recuperari, non -it). VLP. dig. 15, 3, 3, 7 *si frumentum* -iit vel corruptum est vel arsit. *al.* **β** *indicatur, cui -ant, per dat. personae vel rei* (*exempla selecta post* QVINT.; *cf. p. 1338, 9. 28*): PLAVT. Bacch. 485 quoi ... -iit pudor. LVCIL. 744 *non* committet, ut -at sibi *aliquid.* PROP. 3, 23, 1 doctae nobis -iere tabellae, scripta quibus pariter tot -iere bona. SEN. dial. 9, 8, 4. nat. 3, 10, 3 quicquid alteri *elemento* -it, in alterum transit. epist. 10, 2 *solitudinis* commodum -it stulto. LVCAN. 9, 1098 concordia mundo nostra -it. PLIN. nat. 25, 16 tamquam ipsis *scientibus* -turum sit, quod tradiderunt aliis. 31, 42 STAT. Theb. 10, 583. silv. 1 praef. l. 17 necesse est multum illis *carminibus* -at ex venia *eqs.* MART. 4, 63, 3 gloria quanta -it vobis! (*sim.* 5, 25, 12). 7, 51, 8 ut -at chartis littera nulla meis. QVINT. inst. 1, 10, 44 quidquid formae quadrati detraxeris, amplitudini quoque -bit. POMPON. dig. 38, 1, 34 dum languet libertus, patrono operae -eunt (*syn.* intercident). TERT. adv. Hermog. 34, 2 mutari -ire est pristino statui, quem, dum mutantur, amittunt *caeli* (*cf. p. 1335, 69*). PAVL. dig. 18, 6, 7 pr. *quod* fundo accessit per alluvionem vel -it. INSCR. christ. urb. Rom. 24833 (*a. 432?*) corporis hic tumulus ..., nec -it hinc aliquid domino, caro cuncta resurgit. MEROB. poet. 68 *in pace* clipei nec tristis ... lux rubet et totae -eunt mucronibus hastae. *al.* **γ** *indicatur, unde -ant* (*cf. l. 68. p. 1338, 26 sq.*): PRIAP. 3, 2 da mihi, quod tu des licet assidue, nil tamen inde -it (*3, 9* da pedicare. *cf.* OV. am. 2, 2, 12 quid enim servare laboret *vir,* unde nihil ... -it?). SEN. nat. 2, 4, 2 quamvis -ierit *arbor,* tamen id, ex quo -it, totum est (*sc. universum*). VET. LAT. psalm. 141, 5 (cod. 300. *al.* = VVLG.) -iit fuga a me (AVG. *ad l.* et a capto ... -iit fuga et a

forti. *item accedit* ab: LACT. inst. 7, 19, 5 ab eo *antichristo* virtus. VVLG. Is. 29, 14 sapientia a sapientibus. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 4, 2 paternam traditionem ... ab hominibus [*gr. I 1, 7 p. 156, 31 ἐξ ἀνθρώπων γενέσθαι*]. *al.*). Ezech. 7, 26 (cod. 176) lex -bit de sacerdote (VVLG. a sacerdote. *item accedit* de: VET. LAT. Luc. 21, 18 [cod. 5. *al., sim.* VVLG.] capillus de capite vestro non -et [cod. 10. *al.* capitis]. AVG. civ. 1, 18 p. 30, 8 de ipso corpore ... sanctitas. DRAC. laud. dei 2, 135 *aegritudo* de muliere. *al.*).

b *-it pecunia expensa, possessio amissa sim.* (*aliter p. 1339, 5, quo trahere possis l. 14. 19. 26; accedit dat. l. 21. 25. 27*): PLAVT. Aul. 299 suam rem -iisse seque eradicarier (Cist. 501 me meamque rem -ire. Truc. 45 *p. 1333, 58.* TER. Haut. 486 tu rem -ire et ipsum non poteris pati [*antea*: proditurum te tuam vitam et prius pecuniam omnem]. CIC. Att. 11, 23, 3 HERMOG. dig. 26, 7, 50). Curc. 681 non male creditur *argentum,* qui numquam reddunt, sed prorsum -it (*cf.* Trin. 891 quasi dicas, si quid crediderim tibi, pax, -isse ilico). Epid. 338 (*syn.* pollinctum est). Most. 80 omnia -iere, et aedis et ager (CIC. Att. 7, 7, 6 a. Campanum -isse). TER. Eun. 211 (*opp.* invenire; *quod sequitur v. p. 1333, 62*). HOR. sat. 1, 2, 133 fugiendum est ... *adultero,* ne nummi *redemptionis* -ant aut puga aut denique fama. PROP. 2, 12, 4 levibus curis magna -ire bona. SEN. benef. 5, 21, 3 quos *debitores* scit decoxisse et in quorum pudorem nihil superest nisi quod -at. QVINT. inst. 9, 2, 74 hereditas. decl. 320, 7 -isse patrimonii partem et mihi -isse; adicis mea culpa -isse. 320, 9. IVV. 6, 362 prodiga non sentit -euntem femina censum. 7, 174 ad pugnam ... descendit *rhetor* ..., summula ne -at, qua vilis tessera venit frumenti. 11, 17. FLOR. epit. 2, 12, 6. TERT. apol. 42, 9 quantum *pecuniae* vectigalibus -at fraude. TRYPH. dig. 24, 1, 16 si ex centum ... quinquaginta apud debitorem ... -ierint. VLP. dig. 24, 1, 7, 4 ut, quod -iit ex pretio, utrique *vendenti* -ierit. *al.*

c *-it tempus sim.* (*cf. p. 1336, 74. 1339, 44; accedit dat. praeter l. 33. 41*): PHAEDR. 3 prol. 5 tanti non ... *es,* momentum ut horae -at officiis meis. SEN. Herc. O. 1132 -at hic mundo dies, quo morior (PLIN. epist. 5, 14, 9 *ne quis* contubernio nostro d. -at. PAVL. dig. 38, 1, 20, 1 qui dies interea cesserint ... patrono -ire. *al.*). 1865 *Herculi* concepto lux una -it noctesque duas contulit Eos *eqs.* dial. 5, 21, 4 -iit ... et tempus, magna iactura in magnis rebus (LVCAN. 9, 233 -ierunt t. vitae, mors eat in tutum. QVINT. inst. 12, 1, 6 huic enim rei -it t., quodcumque alteri datur). 6, 24, 2 tot illos -ire annos matribus ..., quibus filios in exercitu habent. epist. 117, 32 quam multa etiam diligentissimis *eqs.* (*sim. tempus indicatur neutro*: QVINT. inst. 11, 1, 10 *Socrates* maluit ..., quod superesset ex vita, sibi -ire quam, quod praeterisset. PLIN. epist. 4, 13, 2 ne quid festinationi meae -at). COLVM. 11, 1, 29 credat ... *vilicus* praetermissas non duodecim horas, sed annum -isse, nisi sua quaque die, quod instat, effecerit. MART. 5, 20, 13 bonos ... soles effugere atque abire sentit *uterque,* qui nobis -eunt et imputantur. *al.*

B *alia ratione*: **1** *eo quod evanescunt, non iam videri possunt* (*cf. p. 1340, 7; accedit dat. l. 51*): LVCR. 1, 856 quae manifesta videmus ex oculis nostris aliqua vi victa -ire (*cf. locutionem pleniorem p. 1335, 47*). SEN. Ag. 457 litus ... tegitur et campi latent et dubia ⌞-eunt⌟ montis Idaei iuga, et vix ... fumus apparet (⌞ ⌟ *si recte restit. pro* parent, *cf. p. 374, 60*). 471 stellae latent, in astra pontus tollitur, caelum -it (*'an* ferit*?' Zwierlein in app.*). Med. 95 cum sole -it sidereus decor, et ... latitant *Pleiades.* Phoen. 210 patria tibi, *sc. Oedipo caeco,* vivo -it. Thy. 121 Titan dubitat an iubeat sequi ... -turum diem (*i. currum solis*). LVCAN. 5, 630 *in tempestate* lux etiam metuenda *fulminum* -it (STAT. Theb. 12, 659 pulvere crasso armorum lux victa -it). STAT. Theb. 5, 154 *in luco* ⌞gemina⌟ -eunt caligine soles (⌞ ⌟ *sc. arborum et montis*). **2** *eo quod e memoria cadunt, oblivione obruuntur, posteritati desunt* (*accedit praepos.* de STAT., *dat.* ENNOD.): CATVLL. 76, 9 omnia *bene dicta et facta* ... ingratae -ierunt credita menti (*nisi ad p. 1339, 5*). SEN. benef. 3, 3, 4 sic fit, ut in adulescentiam nostram ⌞conlata⌟ -ant, quia ipsa numquam retractatur (⌞ ⌟ *sc. beneficia; antea*: intercidant). epist. 21, 4 nomen Attici -ire Ciceronis epistolae non sinunt. PETRON. 21, 3 inter duos -turum esse tam horribile secretum (*cf.* PLIN. nat. 25, 2 ut intra unumquemque recte facta veterum -rent). STAT. Theb. 1, 247 neque ... arcano de pectore fallax Tantalus et saevae -iit iniuria mensae. MART. 1, 113, 6 per quem *bibliopolam* -ire non licet meis nugis. VET. LAT. psalm. 9, 19 (cod. 300. *al., sim.* VVLG.) non in finem in oblivione erit pauper, patientia pauperum non -et in aeternum. PORPH. Hor. sat. 1, 10, 92 ('citus haec subscribe libello') ne ... -at tam oportunum ... dictum. DRAC. laud. dei 2, 590 cordibus idola pellant: Mars cadat ex animo, -ant Saturnus et Arcas. ENNOD. opusc. 3, 3 p. 331, 17 *factum non laudatum* aut -it notitiae aut adtenuatum transit ad posteros. *al.* **3** *eo quod non ultra extenduntur*: GERM. 354 *Argo* qua debet reddere proram, intercepta -it nulla sub imagine forma. CLAVD. rapt. Pros. 3, 157 interceptas agnoscit pectinis artes; divinus -it ille labor, spatiumque relictum ... supplebat aranea. *de sono sim.*: AVSON. 11, 5 p. 323 *Echo* extremos -eunte modos a fine reducens.

[M. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

III *ut imminuatur, corrumpatur, frustretur eorum substantia vel effectus* (*cf. p. 1340, 57 sq.*): **A** *-eunt, quia non ad effectum exspectatum perducuntur, fructu carent sim.* (*abundanter accedit* frustra *l. 31. p. 1340 6,* nequiquam PHAEDR. 2, 5, 24 [*aliter p. 1327, 63*], cassus *l. 36; c. dat. l. 36 sq. 53. 73 sqq. et fortasse iam l. 14 sq.*): **1** *pecunia sim. inconsiderate sim. expensa* (*cf. p. 1338, 8*): PLAVT. Bacch. 1045 si plus *auri* perdundum sit, -iisse suaviust quam *eqs.* Men. 206 quattuor minae -ierunt plane, ut ratio redditur (Poen. 1380 *v. p. 1332, 43.* TER. Ad. 743 ⌞pro⌟ psaltria -iere [⌞ ⌟ *cf. p. 1341, 1*]). Trin. 429. CIC. Phil. 5, 11 tantam pecuniam ... tam brevi tempore -ire potuisse (*antea*: dissipatio pecuniae). SEN. dial. 9, 1, 8 patrimoniorum -euntium (*cf.* HIER. epist. 54, 15, 1 *viduae* patrimoniolum ... cottidie -it). APVL. apol. 75, 10 quod male partum erat, ut male -ret (*antea*: dilapidavit).

2 *res, beneficium sim. sine fructu alii datum*: PLAVT. Truc. 155 illis -it quidquid datur. 565 (*dona meretrici data aquis fluvii comparantur*) hoc in mare abit misereque -it sine bona omni gratia. Ov. fast. 6, 370 nil opis in cura ... superesse deorum et data ... tura -ire. SEN. benef. 1, 1, 1 *beneficia male collocata* -ierunt, cum darentur (1, 2, 2 nullum -it, quia, qui perdit, conputaverat. 4, 27, 5 in quos *ingratos* -tura conferat. 5, 8, 6. epist. 81, 1 *si ingratos* vitare volueris, non dabis beneficia: ita, ne apud alium -ant, apud te -bunt [*quae sequuntur, v. p. 1340, 2*]. *al.* QVINT. inst. 12, 7, 12). 7, 28, 1 cogita tecum, an ... gratiam rettuleris, an nullum umquam apud te -ierit officium. STAT. Theb. 10, 71 dona (*l. 32*). MART. 2, 92, 4.

3 *actio, opera sim.*: PLAVT. Aul. 338 (*in versu suspecto*) quando quod facias -it. Rud. 939 te adiuvo, nam bonis quod bene fit, haud -it. Trin. 660 operam -ire meam sic ... perpeti nequeo (*al., v. vol. IX 2, 666, 12 sqq.*). CIC. fam. 9, 2, 1 -ire lucubrationem meam nolui. SEN. Herc. O. 1176 Herculis ... placet mortem -ire? Med. 994 nil adhuc facti reor: quidquid sine isto *spectante* fecimus sceleris, -it (*cf.* LVCAN. 4, 252 velut occultum -at scelus [7, 558]). Thy. 695 nulla pars sacri -it. 721 non est preces -ire frustra passus (STAT. Theb. 11, 439. *cf.* LVCAN. 7, 211 -tura ... vota. STAT. Theb. 10, 71 precatus tantaque dona). LVCAN. 4, 491 -it obruta virtus (5, 292). 6, 54 labores (QVINT. inst. 10, 7, 4. decl. 298, 7 *nihil est,* in quo l. -at. *hucine p. 1335, 27?*). 9, 561 bellum civile. STAT. Theb. 9, 869 -eunt ictus *et* ... vana ... ceciderunt spicula (*cf.* PRVD. c. Symm. 1, 655 iactu -eunte). 11, 449 cassae -iere viae. *al.* MART. 1, 45, 1 ne brevibus -at mihi cura libellis. CYPR. patient. 13 ne quis ... in medio laudis ... itinere desistat et -ant praeterita. AVG. serm. 115, 1 si fides deficit, oratio -it. *al.* *pro subi. est inf. vel enunt. secund.*: PLAVT. Truc. 581 haud -it, quod illum ... amo (IVV. 7, 222 dummodo non -at, mediae q. noctis ab hora sedisti). SEN. nat. 4 praef. 5 -it ... procari, si latet (*item inf.*: IVV. 7, 225 dummodo non -at totidem olfecisse lucernas *eqs.* CE 1273, 10 non -it esse bonos).

4 *tempus, occasio sim.* (*cf. p. 1336, 74. 1338, 28 de tempore, quod praeterit vel amittitur*): PLAVT. Aul. 249 quando occasio illaec -iit (Cas. 598 *p. 1332, 41.* PVBLIL. sent. D 18 deliberando saepe -it o.). CIC. leg. 1, 9 subsiciva quaedam tempora incurrunt, quae ego -ire non patior (Ov. epist. 17, 175 t. ne -ant ultro data. rem. 107 *si* auxilii -ierunt t. primi. LVCAN. 5, 490 -euntia t. fati conqueror. IVV. 3, 124 PLIN. epist. 3, 5, 16. 7, 2, 1. *cf.* QVINT. inst. 11, 2, 35 nihil supervacui temporis. IVV. 7, 99 plus temporis atque olei plus). PROP. 2, 21, 5 uxorem ... tuus ... amator habet: tot noctes -iere. 4, 8, 4 *Lanuvii* non -it hora morae (MART. 12, 1, 4 *non* tibi tota -it). Ov. epist. 19, 74 tam bona cur -iit nec tibi rapta via est? SEN. epist. 45, 13 *cunctantibus vita* ultimo die finitur, omni -it. PLIN. nat. 9, 120 ne dies -ret (11, 14 *apibus* nullus ... otio -it d. NOVELL. Theod. 5, 1 pr.).

5 *quaelibet res, quae effectu carent*: **a** *varia ratione*: **α** *res incorporeae*: PLAVT. Amph. 338 mandata eri -ierunt una et Sosia. Most. 550 metuo, ne techinae meae perpetuo -ierint. CIC. Verr. II 5, 173 Siculi causam suam -isse querentur (Att. 2, 16, 4 optima [*cf.* Ov. epist. 20, 92 mea, cum sit optima, non ullo c. tuente -it]. 14, 10, 1 SEN. contr. 2, 5, 10 LVCAN. 9, 230 QVINT. decl. 250, 5. *cf. p. 1336, 58 sqq.*). de orat. 1, 18 intellegimus omnia *sine memoria,* etiam si praeclarissima fuerint in oratore, -tura (*nisi ad B*). LVCR. 3, 940 sin ea, quae fructus ... es, -iere profusa ..., cur amplius addere quaeris, (942) rursum quod -at male et ingratum occidat? (*937* interiere). SEN. dial. 6, 6, 2 desinat dolor, qui -it. 11, 9, 1 indulgentiae iactatio. epist. 48, 8 perditae vitae -turaeque auxilium *implorare* (MART. 10, 58, 8 in sterili v. labore -it). LAVS Pis. 10 -it omnis in illo (*sc. viro inerti*) gentis honos. QVINT. inst. 4, 1, 78 -bit enim prima pars expositionis, si iudex narrari nondum sciet. 4, 2, 127 -ire artem putamus, nisi appareat, cum desinat esse, si apparet. VET. LAT. Sirach 17, 26 a mortuo quasi nihil -it *confessio.* SERV. Aen. 8, 607 si vellet dicere ..., satis longum fuerat et -ibat illud, quod ait supra. EPIST. pontif. 374 Conc.^{S} I 2 p. 7, 25 quibus *scriptis* his, qui de tua ordinatione rettulerant, -isse suum testimonium doleremus (*item c. dat.*: SIDON. epist. 1, 2, 8 mihi ... tabula *lusoria* -it [*antea*: vincor. *cf. p. 1332, 66*]). *al.* **β** *res corporeae*: Ov. rem. 139 otia si tollas, -iere Cupidinis arcus, contemptaeque iacent ... faces. SEN. epist. 81, 1 saepe, quidquid -ierat adsidua ... soli sterilitate, unius anni restituit ubertas. LVCAN. 4, 729 tunc irrita pestis *serpentis* exprimitur, faucesque fluunt -eunte veneno (*cf.* PRVD. c. Symm. 1 praef. 42 [*sec. act. 28, 3 sqq.*] siccatus ... -it vipereus liquor). 6, 134 nimbus *telorum* (*cf.* STAT. Theb. 12, 767 frustra -turum missile ... adfixit clipeo). MART. 7, 33, 4 calceus *candidus toga opertus* ecce -it (*nisi ad IIB1*). 14, 49, 1 quid -eunt stulto fortes haltere lacerti? IVV. 7, 99 *p. 1339, 50.* VEG. mil. 3, 24 *quadrigae falcatae* militum arte -ierunt (*antea*: decipitur). *al.*

b *eo, quod non percipiuntur, non adhibentur* (*paulo aliter p. 1336, 5 sqq.*): Ov. fast. 4, 486 modo 'Persephone' modo 'filia' clamat, ... sed neque Persephone Cererem nec filia matrem audit et ... nomen utrumque -it (VAL. FL. 3, 725 omnis adhuc vocat Alciden *et* ... Hylan, medio -euntia [-eunt iam *Ehlers*] n. ponto). 4, 797 prima *scintilla* ... -iit, stipulis excepta secunda est. trist. 3, 7, 16 ne male fecundae vena -ret aquae (*antea*: Pegasidas deduxi *ingenium Perillae* ... ad undas). SEN. nat. 2, 32, 6 *auspicia* fiunt et illa, quae -eunt (*sc. non observantur; cf.* 2, 51 *fulminum in solitudines sparsorum* significatio vel nulla est vel -it. STAT. Theb. 6, 935 piget inservare *omina,* -itque venturi praemissa fides). LVCAN. 5, 429 *pandens summa vela* -turas colligit auras. STAT. Theb. 10, 133 dixit et ..., ne -ant voces, iterumque iterumque monebat (CARM. c. pag. 18). MART. 12, 50, 6 *apud divitem* -euntis aquae fluctus ubique sonat (FRONTIN. aq. 88, 3 ne -euntes quidem a. otiosae sunt). QVINT. inst. 4, 2, 119 intentior est iudex eoque nihil recte dictum -it (12, 6, 5). IVV. 4, 56 *piscis magnus* donabitur ..., ne -at (*sc. a fisco petitus*). *al.*

B *-eunt quolibet modo* (*de incorporeis* MANIL., AMM., *cf. p. 1335, 44; exempla selecta*): VARRO Men. 254 ager ... -ret ... inluvie et vastitudine. PRIAP. 77, 15 (*loq. Priapus*) ne -am situ senili (Ov. am. 2, 3, 14 pigro forma ... s.). Ov. am. 1, 14, 31 formosae -iere comae (*cf.* 1, 14, 35 -isse capillos). rem. 446 diducto stipite flamma -it (*antea*: grandia ... tenuantur flumina). LIV. 26, 32, 3 *Syracusas* urbem pulcherrimam ac nobilissimam -isse (*postea*: semirutam ac spoliatam patriam). MANIL. 3, 351 *si in septentriones procedis, dies* attritis consumitur horis paulatimque -it. VAL. MAX. 8, 7 ext. 6 nisi istae *possessiones* -iissent (*sc. domino absente desertae*). SEN. dial. 6, 22, 4 tunc, *sc. statua Seiani posita,* vere theatrum *Pompeii olim exustum* -ire. LVCAN. 3, 364 -it magnus nullis obstantibus ignis (*362* ventus ... amittit vires). PLIN. nat. 21, 34 *crocus* gaudet calcari et atteri -eundoque melius provenit. MART. 2, 1, 4 *in brevi libello* brevior ... mihi charta -it (IVV. 1, 18 -turae parcere c.). 5, 52, 8 dona auctoris -eunt garrulitate sui. TERT. castit. 12 l. 6 -ierunt caelibum familiae, res spadonum ... sine uxoribus. pudic. 6 p. 229, 24 luserit ante Christum caro, immo -ierit, antequam a domino suo requisita est. ARNOB. nat. 1, 1 postquam esse in mundo christiana gens coepit, terrarum orbem -isse *eqs.* AMM. 31, 10, 22 in ipsa vertigine -euntium rerum. VEG. mil. 4, 38 *tempestatibus* liburnae gravius quam vi hostium saepe -ierunt. CLAVD. carm. min. 29, 20 *magnes ferro* absente -it, tristi morientia torpent membra fame *eqs.* *al.*

IV *hyperbolice in exsecratione, detestatione* (*cf. p. 1361, 62*): TIB. 1, 1, 51 o quantum est auri -at potiusque smaragdi, quam fleat ... ulla puella *propter me.* 2, 5, 105 pace tua -ant arcus -antque sagittae, Phoebe, modo ... erret inermis Amor. 3, 9, 6 o -ant silvae deficiantque canes. PROP. 1, 11, 30 a -ant Baiae, crimen amoris, aquae. 2, 33, 3 utinam -ant, Nilo quae sacra ... misit matronis Inachis Ausoniis. Ov. met. 8, 55 (*loq. Scylla*) -ant potius sperata cubilia, quam sim proditione potens. fast. 4, 240 sq. (*loq. Attis*) 'a -ant partes, quae nocuere mihi.' LVCAN. 7, 555 a potius -ant lacrimae -antque querellae. VET. LAT. Iob 3, 3 (Ambr. bon. mort. 2, 3, *sim.* VVLG.) -at dies illa, in qua natus sum ([*interpretatur* GREG. M. moral. 4, 5 aliter enim -ire dicimus, quando aliquid optamus, ut non sit, et aliter -ire dicimus, quando optamus, ut male sit, *eqs.*]. Ier. 20, 14 [Hier. epist. 39, 2, 2] -at d. illa, in qua natus sum [*gr.* ἐπικατάρατος, *Vulg.* maledicta]). AVG. in euang. Ioh. 60, 3 -ant argumenta philosophorum, qui negant *eqs.* serm. 173, 3 -at contristatio, ubi tanta est consolatio.

appendicula *grammatica et stilistica*: **1** *accedit dat.: incommodi (sc. quo indicatur, cui auferatur, quis amittat): saepius, v. p. 1330, 13. 37. 45. 1335, 3. 10. 1337, 54. 1338, 28 sqq. al., adde e. g.* LVCR. 1, 918 hac ratione tibi -eunt primordia rerum. CIRIS 306 mihi certe, nata, -isti. SEN. Med. 950 sq. *nati* osculis -ant patris, -iere matris. *commodi* (*cf.* SEN. contr. 10, 3, 16 propter patrem): SEN. contr. 2, 3, 10 *non* iam habeo, cui -am. *al., v. quae affert Winterbottom ad* QVINT. decl. 331, 26; *adde*: SEN. Ag. 525 quid hos simul -ire nobiscum iuvat, quibus -imus? Phoen. 171 membratim tibi -ire volui. *vi varia*: PLIN. nat. 2, 156 qui sibi ipsi -iisset, *sc. semet occidens* (*item c. pron. reflex.*: CYPR. epist. 43, 5 -ant sibi soli, qui -ire voluerunt [PRVD. ham. 742]. *cf. p. 1336, 23 et Löfstedt, Komm. p. 143*). IREN. *p. 1329, 60* (*dat. iudicantis* [*si ἀπὸ κοινοῦ*]. *cf.* apud *p. 1334, 55 et* AVG. civ. 1, 13 p. 24, 13).

2 *accedit abl. vel praepos.: abl. sim. ac iuxta verbum veneundi*

[M. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 1337, 33 sq., cf. pro *p. 1339, 8.* de *sim. ac iuxta verbum damnandi p. 1333, 45. vi separativa: abl. vel praepos.* ab, de, ex *v. p. 1329, 11 sqq. 1330, 12 sqq. 1337, 8 sqq. 70 sqq. al. ad indicandum auctorem: p. 1328, 73 sqq.*

3 *inf.: accedit sim. ac iuxta verba desinendi: p. 1336, 45, adde* CE 1403, 2 *senibus* aetas ... -it esse diu comperitura neci. *est pro subi. p. 1339, 41 sqq.*

4 *indicatur gradus vel modus per:* **a** *adv. sim. (selecta; v. etiam p. 1334, 59 sqq.):* bene: QVINT. decl. 307, 10. carius: CYPR. ad Donat. 7. funditus: TER. Andr. 244. *al., v. vol. VI 1, 1557 sq. 1558, 2. 56.* male: LVCR. 3, 942. *al., v. vol. VIII 244, 39 sqq.; cf.* peius: PLAVT. Trin. 266 SEN. contr. 9, 6, 8. pessime: AVG. epist. 173, 2. misere: PLAVT. Aul. 720 Truc. 565. oppido: PLAVT. Asin. 287. *al.* penitus: *v. p. 1082, 66 sq.* perpetuo: PLAVT. Most. 550 Persa 281 TER. Eun. 1043 Ad. 283; *cf.* in perpetuom modum: PLAVT. Most. 536. plane: PLAVT. Men. 206. *al.* CIC. Att. 3, 12, 2 fam. 14, 4, 3; *cf.* planissume: PLAVT. Epid. 510 Truc. 548. probe: PLAVT. Capt. 635 Epid. 74 Men. 441. prorsus: PLAVT. Aul. 397 APVL. met. 5, 5, 5; *cf.* prorsum: PLAVT. Curc. 681. pulchre: PLAVT. Mil. 404. **b** *adi.* totus (in totum): PLAVT. Asin. 928 CIC. Tusc. 1, 49 Att. 2, 21, 1. 3, 13, 2 LVCAN. 8, 489 PLIN. nat. 33, 5 MART. 12, 1, 4. AMPEL. 8, 10 (*paulo aliter* APVL. met. 7, 24, 1). in totum: TERT. scorp. 5 p. 155, 21 IREN. 3, 23, 3. *al.*

part. praes. ※**periēns,** -euntis *pro adi. vel subst. (ita l. 38 sq. 43 sqq.).* [*vix recte trad.* FIRM. math. 6, 40, 3 errantium tractatuum -es sententias (perversas *vel* pravas *Ziegler*).]

1 *i. q. moriens (masc. pro subst.):* SEN. dial. 3, 6, 4 ut nemo pereat nisi quem perire etiam -is intersit. PLIN. nat. 7, 137 non melioris sortis tunc fuere -es, quorum miseremur hodie ...? Ps. QVINT. decl. 17, 16 nec quicquam res humanae inpatientius habent -is adfectu. *al.* TAC. hist. 3, 28 semineces cum exspirantibus volvuntur, varia -ium forma et omni imagine mortium. ann. 16, 19, 3 *Petronius* ne codicillis quidem, ut plerique -ium, Neronem ... adulatus est. *al.* CYPR. Demetr. 10 perire aegrum voluit, qui censum -is invadit. SERV. Aen. 9, 43 ex affectu -is dictum est, qui cum amico moriebatur. CAEL. AVR. acut. 3, 21, 206 si quis fluore sanguinis -em ... phlebotomare velit. *al.* **2** *fere i. q. non permanens, non durans (non nisi de re):* VET. LAT. IV Esdr. 9, 32 factum est fructum legis non -s. AVG. epist. 220, 11 bonis -bus. EVSEB. EMES. serm. 8, 1 -em ... escam quaerebant *Iudaei (antea:* esca ... corporis ad parvum permanet tempus). SALV. eccl. 1, 20 en, quales divitias deus diligit ..., non terrena, non vilia, non -ia. EVSEB. GALLIC. hom. 62, 3 quid nos in lucris -bus occupamus? ALC. AVIT. carm. 4, 330 rebus ... -bus uti. *al.* **3** *fere i. q. pravus, perditus, peccator sim.:* VET. LAT. I Cor. 1, 18 (cod. 75. *al.* = VVLG.) verbum ... crucis -bus stultitia est (*masc. pro subst. ut:* CYPR. laps. 25 quod ... de immolatione -ium supererat. FILASTR. 134, 7 Iudaeorum ... et aliorum talium -ium. PRVD. c. Symm. 1 pr. 81 veniam das -bus. *al.*). ORIG. in Matth. ser. 117 p. 244, 17 sq. si ... naturae -is est aliquis hominum, sine dubio magis huiusmodi naturae -is fuit et Iudas. *al.*

part. fut. ※**peritūrus,** -a, -um *pro adi. (potiora; cf. p. 1336, 54 sq.) vel subst. (v. l. 51 sqq. 68 sqq.).*

1 *notione sollemni:* **a** *fere i. q. non permanens, fluxus, fragilis sim. (non nisi de rebus, sed v. l. 58):* SEN. dial. 1, 5, 7 accipimus -a -i (*neutr. plur. pro subst. ut:* epist. 91, 12 inter -a vivimus. PRVD. ham. 383 -a ... diligit *homo* [*syn.* terrestria]. ORIENT. comm. 1, 2 perpetuanda magis quam -a cupis. CASSIOD. inst. 1, 16, 2 ut saeculi -a contemnas. *al.*). nat. 1 praef. 4 hoc corpus causarium ac fluidum -umque (PETRON. 115, 17. TERT. adv. Marc. 5, 7 p. 594, 5 in c. -o). VET. LAT. I Petr. 1, 18 (Chromat. serm. 24, 4) non auro terreno neque auro -o redempti estis (*gr. φθαρτοῖς, Vulg.* corruptibilibus argento et auro). DAMAS. carm. 37, 8 ne domini templum, *sc. corpus sanctae Agnetis,* facies ⌞-a⌟ videret (⌞ ⌟ *sc. hominis mortalis*). HIER. epist. 54, 15, 2 *ut* propter rem vilem atque -am pudicitia ... polluatur ([*opp.* aeterna]. PRVD. c. Symm. 1, 23. *al.*). AVG. in psalm. 6, 9 bona -a et transeuntia diligentes. 136, 2 superbiam et -am elationem odiosamque iactantiam. vera relig. 144 in quorum consideratione non vana et ⌞-a⌟ curiositas exercenda est, sed gradus ad ... semper manentia faciendus (*simul vi causativa intellegit Hensellek, Sitz. Ber. Wien. Ak. 376, 1981, 26*). VITAE patr. Iurens. 116 *aliquem* -ae dulcedinis oblectatione corrumpere. 119 vana -aque facundia perorare. **b** *fere i. q. ad perditionem tendens, perditus (de hominibus, fortasse pro subst.):* AVG. serm. 82, 3 *per odium* tu factus es -us (*antea:* iniquus es). SALV. eccl. 4, 27 eris inter -orum ultimos deputandus (*antea:* hominum perditorum). VITAE patr. Iurens. 29 probatissimi ac desides, -i ... et perfecti.

2 *notione deflexa i. q. mortalium proprius (an i. q. mortifer? [v. supra l. 64]. an per enallagen dictum? cf. e. g. vol. VIII 1496, 44. 1513, 44 sq.):* Ps. QVINT. decl. 8, 1 -o laborasse fato *filium* (-i *Watt,* perdituro *Burman; de iunctura v. p. 1334, 42*).

compos.: com-, de-, dispereo. *M. H.*

perequito, -āvī, -āre. *a* per *et* 1. equitare. [FRONTO p. 130, 12 *potius* percursandum *quam* -andum *legendum censet Hauler.*] *i. q. equitando percurrere (-atur curribus* CAES. Gall. 4, 33, 1, *delphino* PLIN.; *in re mil. excepto* PLIN.): **1** *indicatur coetus hominum vel locus, per quem vel secundum quem -atur: per praepos.:* CAES. Gall. 4, 33, 1 genus hoc est ex essedis pugnae: primo per omnes partes -ant *essedarii* (7, 66, 7 per agmen hostium). civ. 1, 46, 3 equitatus ... noster ... inter duas acies -ans. *per acc.:* LIV. 5, 28, 12 cum -asset aciem *imperator.* PLIN. nat. 9, 27 puerum *dorso delphini* ... maria -antem (perexequi- *var. l.*). *per abl.:* LIV. 23, 47, 7 Claudius, cum ⌞cava⌟ longe -asset ⌞via⌟, nullo obvio hoste in campum rursus evectus *eqs. (si recte restit. Madvig).* **2** *nude ponitur:* FRONTIN. strat. 1, 11, 9 arma in castris statuit et circa ea duci equos noctu clam imperavit; quorum vestigia mane, tamquam Castor et Pollux -assent, ostendens *eqs.*

perērogo, -ātum, -āre. *a* per *et* 1. erogare. *i. q. penitus erogare (iuxtapos.* erogare *sim.* REGVLA mag.): *consumendo (sc. cibos):* VET. LAT. Iudith 12, 4 (cod. 109; *Iudith ad Holofernem*) non -bit ancilla tua, que adtuli mecum, quousque *eqs. (gr. δαπανήσει, cod. 62. al. et Vulg.* expendet, *cod. 130* finit). *distribuendo:* REGVLA mag. 23, 25 *qui miscuit, potiones* in prima mensa omnibus eroget; quibus -tis *eqs.* 87, 28 omnibus per manus abbatis -tis (erogatis *var. l.; 87, 25* distractis et ... erogatis. *de bonis novi fratris ut:* 87, 29 pignus fidei ... omnium rerum suarum -ta elemosyna fuit [erogatam *var. l.; 87, 30* per ... erogationem expensam]).

Breimeier.

※**pererro,** -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* errare. GLOSS.⌞ III Abol. PE 30 -at (-ertat *trad.*): perambulat, peragrat. I Ansil. PE 652 -at: perambulat. 653 -to: pernavigato. 654 -at: peragrat. *legitur inde a* VERG. (*sexies*), HOR. *admodum raro exceptis* OV. (*14ies*), SEN. *philos.* (*13ies*), SIL. (*sexies*), APVL. met. (*octies*), PRVD. (*quinquies*), CLAVD. (*octies*). [*variat cum* peragrare MANIL. 4, 223; *e coni. dub.* PROP. 4, 5, 19. *dub. trad.* MART. CAP. 8, 849.]

I *usu sollemni i. q. errando peragrare (notione errandi hic illic minus manifesta, v. maxime p. 1343, 25 sqq.):* **A** *transitive:* **1** *de animantibus (sc. hominibus vel deis vel animalibus, de corde p. 1343, 2; Fidem v. p. 1343, 37):* **a** *qui quolibet motu vagantur, sc. fere intra quoddam spatium (paulo aliter l. 68):* α *proprie (quaerendo e. g. l. 46. 51. 58, otiose perambulando e. g. l. 43 sq.):* VERG. ecl. 1, 61 (*in adynato*) ante ⌞-tis amborum finibus⌟ exul aut Ararim Parthus bibet aut Germania Tigrim (⌞ ⌟ *'ita ut alter alterius fines -verit' Heyne*; SERV.: errore confusis). Aen. 2, 295 (*Hector ad Aeneam*) *moenia* magna -to statues quae denique ponto ([SERV.: ostendit erroris longinquitatem]. *cf.* OV. am. 3, 13, 33 -tis profugus terraque fretoque moenia ... condidit *Halaesus*). LYDIA 32 (*ad caprum*) petis montes ..., saxa -ans. HOR. sat. 1, 6, 113 circum vespertinumque -o saepe forum (SEN. dial. 9, 12, 2 hominum domos et theatra et f. -antium). OV. epist. 14, 103 quid tu, *Io,* freta longa -as? met. 3, 6 *Cadmus Europam frustra quaerens* orbe -to ... profugus patriam ... vitat (fast. 1, 234. 4, 589 o. -to *a Cerere.* SEN. apocol. 5, 3 *Hercules* totum o. terrarum -verat. COLVM. 1 praef. 8 *ut homo, terrestre animal,* ritu volucrum ... ignotum -et o. *cf. p. 1343, 41*). 4, 497 *angues* Inoosque sinus Athamanteosque -ant. 15, 53 vix ... -tis, quae spectant litora, terris invenit ... fatalia fluminis ora. fast. 4, 498 *curribus* aequoreas ... -at aquas (*sc. Ceres Proserpinam quaerens ut l. 47. 69 nec non* CLAVD. rapt. Pros. 3, 154 vacuas sedes et desolata -at atria). *al.* LIV. 1, 53, 8 *auxilium quaerentem* -turum se omne Latium Volscosque inde et Aequos et Hernicos petiturum. SEN. Herc. O. 1632 sedibus pulsae suis volucres -ant nemore succiso diem. Thy. 501 *canis suem sentiens* tacito locum rostro -at. benef. 6, 32, 1 -tam nocturnis *Iuliae* comissationibus civitatem. *al.* VAL. FL. 3, 537 Hylas saltus ... fontesque -at. SIL. 4, 333. 4, 560 ceu lustra -et in nemore (*de venatore ut:* SIDON. carm. 2, 151. *de leone praedam quaerente:* AVIAN. fab. 37, 9). 5, 221 medias acies Bellona *furens* -at. STAT. Theb. 1, 313 *Polynices* furto deserta -at Aoniae. 5, 588 -tis ... campis (CLAVD. carm. min. 23, 1). TAC. Germ. 46, 2 quicquid ... *illic* silvarum ac montium erigitur latrociniis -ant (*cf.* ann. 12, 13, 3 qua silvas -verit [NEMES. cyn. 86]). ann. 4, 25, 2 equis ... diversos pastus -antibus. APVL. met. 3, 2, 5 -tis plateis omnibus. AVIEN. orb. terr. 1386 *gentes quaedam,* pecorum vice, terga -ant caespitis abiecti (*gr. 1167 ἀλόωνται. cf.* CLAVD. rapt. Pros. 3, 43 pecudum ... more -ant avia *homines*). CLAVD. 8, 163 *Honorius infans* inpune -ans aegida *Minervae. al. obi. indicat iter sim., quod quis errando sequitur:* OV. fast. 4, 568 diversum ... locis alta -at iter *Ceres (cf. p. 1343, 16).* STAT. Theb. 11, 140 obscura vallum ... nocte -at *Polynices* aeger consilii. APVL. met. 5, 26, 1 cum aliquam multum viae laboranti vestigio -asset *Psyche.* β *in imagine (modus -andi illustratur fere per abl., e subi. colligitur apud* PETRON. *et* IVVENC.): VERG. Aen. 4, 363 *Dido Aenean* tuetur huc illuc volvens oculos totumque -at luminibus tacitis ([GLOSS.⌞ I Ansil. PE 651 -at: circuit]. *cf. p. 1343, 63 et* BOETH. cons. 2 carm. 6, 5 *Nero matris* corpus ... visu gelidum -ans *non flevit*). PETRON. frg.

[Mensink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

25 vers. 1 vultur iecur intimum *Promethei* -at. IVVENC. 3, 146 diversa procul cordis secreta -ant (*sec. Matth. 15, 8* cor ... eorum longe est a me). PRVD. perist. 5, 338 *fidelis in corpore martyris* ungularum duplices sulcos -at osculis. 10, 900 *medicus linguam martyris extracturus* digito exitum vocis -ans vulneri explorat locum.

b *qui ambiendo ab alio ad alium (locum) se conferunt* (*probabiliora; huc vergunt e. g. p. 1342, 44. 58*): **α** *proprie*: VERG. Aen. 5, 441 *urbem oppugnans* nunc hos, nunc illos aditus, omnemque -at arte locum (*sim. de equite Camillam persequente* 11, 766). Ov. met. 7, 460 *Minos* bello vires adquirit amicas, quaque potens habitus, volucri freta classe -at. 11, 645 populos alii *filii Somni* plebemque -ant. SEN. nat. 3 praef. 6 *ut Hannibal* reges -verit contra Romanos ducem promittens, exercitum petens. epist. 108, 19 videbimus, ... quando -tis pluribus domiciliis in hominem revertatur *anima.* LVCAN. 6, 625 *Erictho cadaver aptum quaerens* -at corpora caesorum. PETRON. 97, 7 ut -vit omnes ... cellas, venit ad meam. TAC. ann. 13, 25, 1 Nero itinera urbis et lupanaria et deverticula ... -bat. APVL. met. 2, 2, 2 ostiatim singula -o (2, 21, 4). 8, 27, 4 nec paucis -tis casulis ad ... villam ... perveniunt. 10, 13, 4 domini regiones plusculas -antis *vendendi causa.* **β** *translate, sc. cogitando, percensendo*: SEN. dial. 10, 2, 4 omnis ... istos ab infimis usque ad summos -a. amic. p. 29 ceteras virtutes -emus, in harum usu ... versemur.

2 *de rebus*: **a** *quae moventur vel currunt per regionem quandam*: **α** *de flumine, aquis* (*cf. infra l. 51*): Ov. am. 2, 16, 5 arva -antur Paeligna liquentibus undis (AVIEN. orb. terr. 859 Tanais ... a. -at barbara [*gr. 660 συρόμενος*]). MELA 1, 52 *Nilus* non -at ... tantum eam *Aegyptum*, sed ... etiam irrigat. NERO carm. frg. 1 -tam subductus Persida Tigris deserit. CLAVD. 7, 69 gentes ..., tumidus quascumque -at Euphrates. **β** *de aliis*: SEN. Med. 368 quaelibet altum cumba -at. PLIN. nat. 2, 66 *ut Mercurius* non amplius octonas *partes latitudinis zodiaci* -et (*antea*: vagatur).

b *quae diffunduntur per interiora*: **α** *per corpus hominis*: VERG. Aen. 7, 375 penitus ... in viscera lapsum *est* serpentis furiale malum totamque -at *Amatam* (*sim. de rebus liquidis*: APVL. met. 10, 28, 3 noxiis ambagibus pulmones ... -at tempestas detestabilis potionis. PRVD. perist. 13, 13 ut liquor ambrosius ... -at artus, sic deus interius sentitur. c. Symm. 2, 382 -tis ... membris, *sc. a sanguine. cf. infra l. 64*). SIL. 2, 515 *Fides* invadit mentes et pectora *Saguntinorum* ... -at (*item de affectibus sim.*: 10, 544 tacitus ... -at intima corda pavor. PRVD. cath. 6, 25 dum -at omnes quies amica venas. *cf.* STAT. *sub c*). **β** *per alia*: SIL. 4, 174 sonus extremo morientis *cornicinis* fusus ab ore flexa -vit mutis iam cornua labris. CYPR. GALL. deut. 233 *cum* perpetuum -et orbem *ignis dei.*

c *quae sparguntur, vagantur per superficiem alicuius rei*: SEN. Herc. O. 1530 *Solis* caput turpes nebulae -ent. STAT. Ach. 1, 306 *fax amoris* lucem ... genarum tinguit et impulsam tenui sudore -at. PLIN. epist. 5, 6, 32 hedera truncum et ramos *platanorum* -at. APVL. met. 5, 22, 5 *Amoris* genas ... -antes crinium globos. AVSON. 108, 10 p. 351 pectus, crura, latus, ventrem ...: tam diversa locis vaga carnificina, *sc. scabies,* -at. ENNOD. carm. 1, 9, 105 (*de omine*) prospera ... puerum ... flamma -ans circuit, inlustrat *eqs.*

B *intransitive*: **1** *locus, regio indicatur per: adv.*: LVCAN. 1, 432 (*interpol.?*) *gaudent gentes,* qua ⌞Cinga⌟ *flumen* -at gurgite (Cirta *coni. Gelsomino*). *praepos.*: CYPR. epist. 59, 16 per provinciam circumveniendis fratribus et spoliandis -ant. EPIST. pontif. 373 Conc.^{S} I 2 p. 21, 13 levius ... sollicitat lupus extra ovilia -ans quam inter gregem locum pastoris invadens (*gr. I 1, 1 p. 90, 18 ἐκτὸς ... ἀποπλανώμενος*). ISID. orig. 14, 5, 12 gentes usque ad Oceanum Hesperium -antes. *abl.*: HEGES. 2, 9, 1 p. 151, 16 *liburnae* -antes toto usque ad mare ... *Rheni* fluento, *sc. ad Germanos coercendos.* CYPR. GALL. num. 602 *asina angelum timens* fugit campoque -at (*cf. Vet. Lat. num. 22, 23* [*cod. 100*] ibat in campum. *Vulg.* avertit se de itinere et ibat per agrum). **2** *sine additamentis*: CLAVD. DON. Aen. 7, 350 p. 57, 9 -antis (*sc. in corpore Amatae*) ... serpentis speciem. Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 4, 29 p. 736 viarum ... ignorantia ... -bant. PHYSIOGN. 23 oculi trementes magni cum -ant (*antea*: circumerrantes). DIOSC. 3, 88 p. 415, 6 *silphii radix ischiade laborantibus* frigidum -antem humorem exsiccat (humorem errantem *ed. vet.*).

II *usus peculiares*: **A** *i. q. non ad finem pervenire* (*notione praeverbii perfectiva? cf. opp.* peragitur *infra*): PLIN. nat. 8, 177 *boum* conceptio uno initu peragitur; si forte -vit, ... marem femina repetit (*sec. Arist. hist. anim. 575a 14 ἁμάρτῃ τῆς ὁρμῆς*). **B** *i. q. aberrare a via recta* (*compos. pro simplici an praeverbio sec.* perire *sim. intellegendo?*): VET. LAT. I Tim. 6, 10 (Aug. serm. 14, 7. *al.*) a fide -verunt (*gr. ἀπεπλανήθησαν ἀπό, cod. 75. al. et Vulg.* erraverunt, *cod. 64* peregrinati sunt). *Mensink.*

perērudītus, -a, -um. *a* per *et* erudire (eruditus). *i. q. admodum eruditus* (*per ironiam* CIC. Att., *cf.* CALV.; *qua in re quis -us sit, indicat per acc.* CALV., *per abl.* FLOR.): CIC. Att. 4, 15, 2 homo -us, ut aiunt, et nunc quidem deditus Graecis litteris Pituanius (HADR. Char. gramm. p. 271, 19 Augustus non -us homo *fuit*). fin. 2, 12 vos de pagis omnibus colligitis bonos illos quidem viros, sed certe non -os; ergo illi intellegunt, quid Epicurus dicat, ego non intellego? (FLOR. Verg. 1, 2 vir ... litteris -us). CALV. carm. frg. 1 talos Curius -us (talis *Beroaldus*; talus curios pererudius *sim. trad., sc. apud* Ascon. tog. cand. p. 72, 16, *ubi antecedit*: Curius hic notissimus fuit aleator). CIL XIII 2548, 7 (*fere saec. II*) vestiario p⟨er⟩erudito (bestiario *intellegere mavult Allmer, sed cf. vol. II 1941, 19*).

perērumpo, -rūpī, -ere. *a* per *et* erumpere. *i. q. penitus erumpere*: ORIBAS. syn. 5, 6, 1 Ab p. 52 cum -erint ulcera (*gr. ὅταν δ' ἀπανθήσῃ καλῶς. ad rem v. antea*: exanthemata ... scatebris ... ad superficiem cutis erumpentibus cum ulceracione inlata).

perēs *pro* pedēs *dictum v. sub* pes. **perēsus,** -a, -um *v. sub* 1. peredo. **peretrum** *v.* pyrethrum.

perēvacuo, -ātum, -āre. *a* per *et* evacuare. *i. q. funditus evacuare*: VITA Caes. Arel. 1, 51 cum -ta ⌞esset⌟ *ampulla olei consecrati* (fuisset *var. l.*).

*?***perēvello,** -ere. *a* per *et* evellere. *i. q. funditus evellere* (*si recte trad.*): GLOSS.^{L} III Abstr. PE 72 percellit: percutit vel -it (perv- *cod. Paris. 2341,* evellit *Thomson; cf. Gloss. IV 271, 53 nec non* GLOSS.^{L} I Ansil. PE 502. 1171).

perēvolvo, -lūtum, -ere. *a* per *et* evolvere. *i. q. penitus evolvere*: EVAGR. GALL. alterc. p. 25, 9 (*verba Iudaei, quae spectant ad Esth. 9, 21 sqq.*) in cuius *Aman* morte -to anno gratulamur *eqs.* (*v. app. crit.*).

perexcaeco, -ātum, -āre. *a* per *et* excaecare. *i. q. penitus excaecare*: VET. LAT. Tob. 2, 10 (11) (cod. 148. 150. 7; *sim.* cod. 109) quanto mihi medicamenta imponebant *medici,* tanto magis excaecabantur oculi mei maculis, donec -tus sum (*gr. cod. S ἀποτυφλωθῆναι, cod. 62* excecatus sum, *cod. 143. 130* excaecaverunt me, *Vulg.* fieret ... caecus).

perexcelsus, -a, -um. *a* per *et* excelsus. *i. q. valde excelsus*: CIC. Verr. II 4, 107 Henna ... est loco -o atque edito ...; tota ... ab omni aditu circumcisa atque directa est.

perexcīdo, -sum, -ere. *a* per *et* excīdere. *non nisi p. p. p., i. q. penitus excisus: de membro absciso*: LEX Sal. Merov. 29, 3 (cod. C6) si ipsa manus -sa fuerit (perexcusa *cod. ante corr.*; per(ex)cussa *sim. codd. ceteri. ad rem v. 29, 2* [*cod. C6*] si ... manum capulaverit et ipsa manca super eum pependerit *et infra l. 56 sqq.*). *de rupe cavernis excavata*: VITAE patr. Iurens. 25 praecisa ... rupe ac sub cingulo prolixius naturaliter -sa (*antea*: in rupe valde edita ..., prominente ... cingulo, quod cavernas spatiosissimas intus abdebat).

perexcito, -āre. *a* per *et* excitare. *i. q. penitus excitare* (*sc. e caecitate tamquam e somno*): SEDVL. op. pasch. 4, 3 (*respicitur Matth. 20, 34*) *Christus* diuturno lumina somno compressa vigili repente tactu -at *eqs.* (*cf. carm. pasch. 4, 37* evigilare iubet).

perexcoquo (-quoquo), -ere. *a* per *et* excoquere. *i. q. penitus excoquere*: PLIN. phys. Bamb. 61, 12 *faenum graecum facis* fervere et primum fervorem fundis ..., addis ... aquam, et ferveat, ut -quoquatur.

[perexcruciāvero *falsa var. l.* PLAVT. Stich. 436 *pro* probe excruciavero.**]**

perexcutio, -cussī, -cussum, -ere. *a* per *et* excutere. *i. q. penitus excutere*: **1** *ita ut frumentum excutiatur usque ad finem* (*v. vol. V 2, 1309, 32 sqq. 1312, 56 sqq.*): TAB. Vindol. Britannia 21, 1990, 44 l. 29 (*saec. II in.*) fac (denarios) mi mittas, ut possim spicam habere in excussorio; iam autem, si quit habui, -ssi (*si recte legitur. cf. ibid. l. 25* bracis excussi). **2** *ita ut membrum plane abscidatur*: LEX Burg. lib. const. 11, 1 qui homini ... brachium ictu excusserit ...; si non -erit (percuss-, excuss-, perexcess- *var. ll.*). LEX Sal. Merov. 29, 3 (cod. C5. *al.*) si manus ipsa -ssa fuerit (*ad rem et codd. cet. v. sub* perexcido).

perexemplifico, -āre. *a* per *et* exemplum *et* facere, *nisi a* per *et* *exemplificare (*quod medio aevo saepius occurrit*). *fere i. q. exemplis illustrare, (plane?) demonstrare*: RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 103, 40 in quibus *scriptis* omnem inpietatem suam -at *Cyrillus.*

perexeo, -iī *vel* -īvī, -īre. *a* per *et* exire. *praes.* -et *p. 1345, 10,* -exunt *p. 1345, 12; perf.* -ivi- *p. 1345, 16. 26. 38, formae breviores l. 75 (nisi latet praes.) et p. 1345, 22. legitur inde a* VET. LAT., IREN., CHALC. [*confunditur in codd. saepe cum* pergere, *v. infra passim; falsa var. l. e. g.* AVG. serm. 4, 13 l. 316 LIBERAT. 17 Conc.^{S} II 5 p. 131, 6.]

fere i. q. transeundo exire (*nisi* per- *hic illic ad perfectionem actionis spectat. indicatur finis fere per praepos.* ad, usque ad, in, *ceterum per adv. p. 1345, 22. 27 [cf. p. 1345, 31. 40]; id, quod transitur, intellegitur ex acc. p. 1345, 15. 26. 28. 43. 46, ex enunt. secund. p. 1345, 38, e praepos.* per *p. 1345, 18 [cf. p. 1345, 4], e contextu p. 1345, 12. 32*): **1** *pertinet ad motum localem*: **a** *de rebus* (*respicitur motus corp. non nisi p. 1345, 8. 12*): **α** *quae dicuntur exitum habere, extendi aliquo*: VET. LAT. Ios. 15, 4 (cod. 100; *fines Iudae describuntur*) perambulat super Aselmona et -iit

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

usque ad vallem Aegypti, et erit eius exitus finium ad mare (*gr. διεκβαλεῖ [-βάλλει var. l.]*, *Rufin. Orig. in Ios. 19, 3 p. 412, 3* inde perrexit [*latetne* -it?] usque ad, *Vulg.* perveniens ad. *cf. supra p. 1187, 34*). CHALC. comm. 80 p. 130, 8 *si* per hanc *lineam* ducta -at *NΞ* linea (exeat, non exeat, exeat per *var. ll.; cf. Theo Smyrn. p. 156, 21 ἐκβάλωμεν ἐφ' ἑκάτερα*). CHIRON 92 papirum subicito *fistulae* ita, ut pars -at in os *iumenti* (*postea*: exeat ... foras; *cf. Veg. mulom. 2, 26, 1* ut pars ... in ore exeat). ITIN. Theod. 16 Phison ... inrigat ... terram Aethiopiae et ⌞-it⌟ ad Aegyptum (*Geyer,* perrexit *vel* pergit *trad.*). PAP. Tjäder 38–41 l. 50 (*a. 616–619*) *domus* cum ... usum ... andron(a)e, qu(a)e -et (*i.* -it) usque ad ripa flubii (*in eadem re*: l. 55 -it). **β** *quae transeuntes non recipiuntur* (*cf. infra l. 42*): ANTHIM. 75 si puri lactis (*nom. plur.*) ... bibiti fuerint, contra (*i. statim*) ⌞perexunt⌟ et vix stant in corpore (⌞ ⌟ *cod. opt.*, -eunt, perrexerunt, pergit *ceteri*).

b *de animantibus*: **α** *potius exeuntibus, pervenientibus aliquo*: PEREGR. Aeth. 4, 5 adhuc nobis superabant milia tria, ut -remus montes ipsos, quos ingressi fueramus (*postea*: exire). 11, 3 -ivimus ad montem (*cf. 11, 1* cum ... ingressi fuissemus ad eos). 37, 3 populus transit, per unum ostium intrans, per alterum -iens. PS. AVG. test. fid. p. 505 *ut* descendente homine in fontem *baptismi* ... reus -ret ad portum et sola paterentur delicta naufragium. CAES. AREL. serm. 179, 5 ut ad vitam aeternam -am *ex igni purgatorio* (perexiam, perveniam *var. ll.; postea*: transiturus). GREG. M. epist. 2, 27 l. 10 si huc -ierit (perrexerit *var. l.*) ... hostis. *describitur modus secandi*: CHIRON 662 *callitiam abscidendo* ab ungula usque ad geminas -is (*cod. Basil., Heraeus*; experrexis *cod. Monac., unde* experisceris *Oder*). **β** *potius motum continuantibus, pergentibus*: PEREGR. Aeth. 16, 2 -ivimus iter nostrum. 23, 2 quoniam inde ad sanctam Teclam ... habebat de civitate ... *tot* passus, malui ergo -ire illuc. MART. CAP. 2, 126 (vers.) *Mercurius* solus astra mundi praetervolans -it (perrexit *var. l.; postea*: superna tranat freta). GREG. M. epist. 1, 50 l. 17 ut *nuntius* in Gorgonae insula -at (*sc. a Corsica, quo hanc epistulam feret. in re simili*: 11, 38 l. 42 ut ... celere ..., quo directi sunt, valeant -ire [pergere *al. var. ll.*]. 11, 40 l. 38 ut ... hi *possint* celerius -ire [perrexere, pergere *var. ll.*]). 9, 151 l. 4 praesentium portitores hic de Histriae partibus venientes ⌞ad episcopum suum⌟ (ab episcopo suo *trad.*) ... cum nostro se -ire solacio poposcerunt (per(r)exisse *trad.*).

2 *pertinet ad dicendum, scribendum:* *-it qui exponit rem tractandam*: IREN. 2 praef. 1 l. 13 quonam modo per numeros ... veritatem adfirmare conantur *haeretici* ..., minutatim -ivimus (*fortasse pro gr. διεξῆλθομεν*). *-it qui aliquo vertit orationem*: GLOSS.^{L} III Abol. EV 12 (*ad Ter. Andr. 127* timeo quorsum evadas *narratione*) evadas: ⌞-as⌟ erumpas (⌞ ⌟ pro 'exeas' *Lindsay*). *-eunt dicta, quae auditorem non tangunt, ab eo non recipiuntur* (*cf. Iaβ*): CASSIOD. var. 11, 6, 6 fige menti omnia, quae iubemus; non te tamquam vacuam fistulam dicta -ant (*postea*: transitura).

3 *pertinet ad tempus peragendum*: MART. BRAC. canon. 50 (*de ieiunio*) sincere abstinentes totam quadragesimam -ire (per, perire, exigere *var. ll.; gr. Mansi 2, 571^{D} νηστεύειν*).

perexequor *v. sub* perexsequor.

perexerceo, -ēre. *a* per *et* exercere. *i. q. penitus, ad finem exercere*: NOVELL. Iust. 93, 1 memoratum ... negotium ... nihil laedi ... neque ratam esse iudicis sententiam semel appellatione data, sed -eri (*v. app. crit.*) apud tuam gloriam et terminum legitimum suscipere (*sc. negotium, cf. p. 1347, 33; gr. προσεξετασθῆναι*).

?**perexercitātus,** -a, -um. *a* per *et* exercitatus (exercitare). *i. q. valde vel penitus exercitatus*: DIFF. ed. Brugnoli 46 homo exercitus *dicitur* multis laboribus duratus, id est -us (pro- *trad.*).

perexigo, -ere. *a* per *et* exigere. *i. q. penitus exigere*: TAB. Sulis 98, 6 (*saec. IV*) *quicumque* mihi ... de bursa mea s(e)x argente⟨o⟩s furaverit, tu d⟨o⟩mina dea ab ipso perexi⟨g⟩e ⟨.eo⟩s. *Breimeier.*

perexiguus, -a, -um. *a* per *et* exiguus. NOT. Tir. 29, 11 -um. GLOSS. -um: valde parvum. *legitur inde a* CIC. (*octies*), CAES. (*ter*), *non nisi in oratione prosa.*

i. q. valde exiguus (*opp.* magnus, maximus *p. 1346, 12. 20. 27. 38. al., ceterum nota distinctionem l. 70*): **1** *proprie* (*hic illic accedit color vilitatis [cf. sub 2a], imprimis p. 1346, 16. 23 sq.*): **a** *spectat ad spatium, dimensionem*: **α** *vi temporali*: CIC. Verr. I 6 cum ego diem inquirendi in Siciliam -am postulavissem (*postea*: biduo breviorem d.). 24 sollicitabar rebus maximis uno atque eo -o tempore (Att. 8, 12, 1 [*si recte trad.*]. LIV. 28, 22, 13 -o ad instruendum dato t. RVFIN. Orig. in Rom. 8, 10 p. 1192^{C} aliae *naturae* ... parvo tempore ... in malitiis manent, aliae -o, aliae admodum brevi). Tusc. 4, 9 *Stoici* magnam partem in his *animi perturbationibus* ... definiendis occupati sunt; illa eorum oratio -a est, qua medeantur animis (*cf.* QVINT. inst. 11, 2, 27 *orationis ediscendae* partes non sint -ae). AVG. civ. 5, 1 p. 192, 6 gemini -o temporis intervallo in nascendo separati. *neutr. pro subst.*: AVG. conf. 6, 3, 3 cum quibus *hominibus* quando non erat, quod -um temporis erat, ... corpus reficiebat *Ambrosius* (*postea*: parvo ipso tempore). **β** *vi locali*: CAES. Gall. 5, 15, 4 cum eae *cohortes* -o intermisso loci spatio inter se constitissent (*cf.* LIV. 7, 37, 6 locum -um ... castris cepit. 44, 6, 16 reliquum -um *spatii* fossa modica ... claudi poterat). CIC. nat. deor. 2, 81 quamquam *semen* sit -um *eqs.* VELL. 1, 2, 3 insula ... -o a continenti divisa freto. CELS. 5, 28, 4^{A} -ae *pusulae.* 5, 28, 14^{B} *verrucae genus quoddam* circa magnitudinem fabae ... est, raro maius, interdum -um (*inde* ORIBAS. syn. 7, 39 Aa p. 182). PLIN. epist. 2, 17, 23 hypocauston -um. SOL. 32, 27 homines forma -i. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 34, 1 *funambulis* deviare aliquantulum, quamvis illud -um videatur, interitus est (*Migne gr. 35, 441^{B} μικρά*). AVG. civ. 12, 13 p. 530, 4 (*comparantur gutta et mare*) unum -um est, alterum incomparabiliter magnum. c. epist. fund. 17 -am partem terrae (*opp.* inmensarum regionum). CLAVD. MAM. anim. 1, 20 p. 70, 6 *numquam hominem* -i corporis magnanimem vere diceremus (2, 3 p. 108, 1 -um formicae c.). ISID. orig. 12, 3, 4 animal -um, aranei forma, quae solifuga dicitur.

b *spectat ad copiam, multitudinem*: **α** *adi.*: CIC. ad Q. fr. 1, 1, 5 *ibi* aut nullam aut -am partem fortuna tenet (fin. 2, 45 non sibi se soli natum meminerit, sed patriae, sed suis, ut -a p. ipsi relinquatur. CAES. civ. 3, 87, 2 -a p. illius exercitus superest, magna p. deperiit. LIV. 2, 14, 8 *exercitus.* 25, 40, 3 *ornamentorum.* AVG. mor. Manich. 19, 73 [*opp.* maximam]). CAES. civ. 3, 42, 5 quod esset frumenti, conquiri iussit; id erat -um. LIV. 22, 52, 5 *mensario argento* -o utique militantes utebantur. 36, 19, 9 cum -a manu semiermium militum (*cf.* IVL. VAL. 3, 41 cum -o comitatu). COLVM. 2, 2, 18 -ā conspargitur aquā glaeba. 3, 17, 3 *pampinus summa parte* vel cessat vel -os ostendit racemos. PLIN. epist. 10, 77, 2 *haec* civitas, cum sit -a, onera maxima sustinet. VLP. dig. 5, 3, 13, 5 -um pretium *hereditatis* (*antea*: parvo pretio). SCHOL. Cic. Bob. p. 91, 11 -i numeri. RVFIN. Basil. hom. 2, 5 p. 1740^{D} in -is ossibus ... omnis memoria eorum *regum* continetur (*Migne gr. 31, 209^{D} ὀλίγοις*). hist. 3, 6, 6 -os sumentes ... cibos (*antea*: exigua vitae subsidia). **β** *pro subst.: neutr.*: IVL. VAL. 2, 1 cum ei *tegmini texendo* -um superesset. CHALC. comm. 14 *in terra est* aliquantum ... humoris, -um lucis. AVG. civ. 21, 27 p. 546, 5 ex quibus *rebus direptis* -a pauperibus largiendo Christum se ... pascere existimant. *masc. plur.*: IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 1, 136 dicis tu, *Augustine*: omnes in condemnationem creantur ..., sed aliqui inde licet -i mysteriis liberantur.

c *spectat ad vim*: NEP. Eum. 9, 4 ut prima nocte ... ignis faciant quam maximos atque hos secunda vigilia minuant, tertia -os reddant. COLVM. 1, 4, 10 -is ventorum motibus aut pluviis. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 81, 2 *nocte* -o lunae lumine utentes (*Migne gr. 35, 488^{A} ἀμυδροῖς φέγγεσιν*). Orig. princ. 2, 6, 1 pro viribus ... nostris -is considerata ... divina natura.

2 *translate*: **a** *de variis rebus, quae sunt viles, nullius momenti* (*cf. p. 1345, 64*): CIC. Tusc. 2, 30 ut omnia *bona praeter virtutem* ... -a et minuta videantur. AVG. civ. 18, 2 p. 257, 27 in comparatione regni Assyriorum -a ista memorantur (*antea*: admodum parvum *regnum*). CONC.^{S} I 5 p. 138, 14 ⌞parvula ... et -a⌟ deo verbo omnia videntur humana (*gr. I 1, 7 p. 59, 31 μικρά tantum, alt. versio I 5 p. 283, 6* parva). SIDON. epist. 5, 17, 2 (*loq. de versibus suis*) rem -am. BOETH. cons. 2, 4, 16 adeo -a sunt, quae fortunatissimis beatitudinis summam detrahunt (*antea*: minimis quibusque). **b** *spectat ad perceptionem: de indicio tenuissimo, vix perceptibili*: VEL. gramm. VII 66, 17 unus sonus est aut -a suspicione diversus. *de actione modica, non acuta*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 7, 2 (*de infinitate dei*) quod solo mentis contemplari possit intuitu et hoc subtili admodum et -a inspectione (*Migne gr. 36, 317^{B} λίαν ἀμυδρῶς καὶ μετρίως*).

pro subst.: masc. l. 34, neutr. l. 31. p. 1345, 75.

adv. et pro adv.: **1 perexiguē:** CIC. Att. 16, 1, 5 *filio meo* abunde HS $\overline{\text{LXXX}}$ satis esse, ... sed Xenonem -e et *γλίσχρως* praebere.
2 perexiguō (*abl. mens.*): AQVILA rhet. 39 p. 34, 8 *hoc schema* differt ... -o a superiore figura. **3 perexiguum** (*addas fortasse* NOT. Tir. *et* GLOSS. *p. 1345, 60 sq.*): SIDON. epist. 9, 1, 5 in hac *re* certe neglegentissimus, quippe qui -um lectione teneatur. HYD. chron. II p. 13, 14 -um informatus studio saeculari. *Arias.*

perexīlis, -e. *a* per *et* exilis. *i. q. valde exilis: de rebus macris*: COLVM. 11, 2, 60 si -is est ⌞vel terra vel⌟ ipsa vitis *eqs.* (*SA*, terra vel rara *Schneider. pendet Pallad. 9, 2* si terra exilis in vinea est et vinea ipsa miserior). *de re exigua, vili*: BOETH. cons. 2, 4, 27 (*de felicitate instabili*) -e bonum est.

[perexitus, -ūs *m.* *deriv. a* perexire (*an compos. e* per *et* exitus?) VET. LAT. psalm. 118, 136 (cod. 300. 325) *vix recte agnoscit Weber in ed. Psalt. Rom. p. 308. 394 pro* per exitus (*ita* Ambr. paenit. 2, 10, 93. *al.*); *gr. διεξόδους, quod legi potuit δι' ἐξόδους.*]

perexopto, -ātum, -āre. *a* per *et* exoptare. *non nisi in tmesi; p. p. p. fortasse pro adi.* GELL. *i. q. penitus exoptare*: GELL. 18, 4, 2 Apollinaris ... 'per', inquit 'magister optume, exoptatus mihi ... venis'. ARNOB. *[Breimeier]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ivn. ad Greg. 18 p. 420, 15 sq. (*ad feminam nobilem*) texatur tibi ab ancillis tunica pietatis ...; perque (per quam *var. l.*) ut matri vitam, non ut dominae mortem exoptent.

perexpecto *v.* perex(s)pecto.

perexpedio, -ītum, -īre. *a* per *et* expedire. **1** *p. p. p. pro adi., sc. i. q. valde expeditus*: Cic. fin. 3, 36 haec ... est perfacilis et -ta defensio (expedita *var. l.*). **2** *exempla cetera, sc. fere i. q. penitus expedire* (*sc. transigendo, finiendo sim.*): Caes. Arel. serm. 73, 3 de convivio ..., nisi -tum fuerit, non discedimus (perexpletum *corr. cod. unus*). Conc. Autiss. a. 561–605 p. 266 l. 38 vigilias -ire (perexplere *var. l.*, expedire *pars edd. vet.*).

perexpendo, -dī, -ere. *a* per *et* expendere. *i. q. penitus expendere: vinum convivis praebendum:* Caes. Arel. serm. 47, 7 *ut* de ... potatione non redeant, donec omnem potum, quem ille, qui eos invitaverat, habuit, -at. *materiam in opere adhibendam* (*agitur de monachis palmas plectentibus*): Vitae patr. 5, 7, 27 'explico eas *palmas*...'; et cum -isset eas (perexplicuisset *var. l., v. Cot. p. 797*^{C}*; gr. Nau 1908 p. 277 n. 195 ὡς ἐποίησε τὰ θαλλία*). 5, 14, 1 quando -eris palmulas tuas (*gr. Cot. p. 358*^{C} *ἂν ἀποσχίσῃς τὰ θαλλία σου*).

[perexpleo, -ētum, -ēre *non nisi in var. lectione l. 9. 10.*]

perexplico, -uī, -ātum, -āre. *a* per *et* explicare. *i. q. penitus explicare, sc. ad finem perducendo*: **1** *cursum quendam*: Hilarian. pasch. 9 in *tot* ... diebus luna -at annum, sol vero in *tot* (*cf. postea*: explicuit annum). Sidon. carm. 23, 385 iam sexto reditu *quadrigarum* -to (fere explicato *Leo*). **2** *officia monachorum* (*cf. l. 17*): Regvla mag. 46, 8 in nocturnis ... in responsoriis psalmi ⌞-entur⌟; in prima vero ... bina *tantum* capita dicantur (⌞ ⌟ explicentur *cod. alter ante corr.*). 93, 11 celebrantes oratorio missas cum -erint (explicuerint *idem cod.*).

perexsequor, -secūtus sum, -sequī. *a* per *et* exsequi. *scribitur* -exeq- Conc. *i. q. penitus exsequi: in fide christ.*: Conc.^{S} II 3, 2 vers. ant. p. 109, 24 (*inde* Epist. pontif. 937 Conc.^{S} IV 2 p. 155, 11) -imur et omnia, quae acta sunt ... in prima Ephesena synodo (*gr. II 1, 2 p. 102, 25 διατελοῦμεν*). *in iure* (*elliptice; subaudias* causam, litem *sim.*): Novell. Iust. 93 praef. appellantem et per biennium tacentem, aut certe exercentem quidem, non tamen -entem appellationum cadere certaminibus (*gr. ἐπεξελθόντα*). *ibid.* illum ... propterea non -tum apud tuam gloriam, eo quod *eqs.* (persecutum, per exercitium *var. ll.; gr. ἐπεξελθεῖν*).

perexsicco, -ātum, -āre. *a* per *et* exsiccare. *i. q. penitus exsiccare*: Vet. Lat. Os. 13, 15 (cod. 175) inducet dominus ventum ... a deserto super eum, et exsiccavit (*i.* -bit) venas eius; desertos faciet fontes eius; ipse -bit terram eius *Israel* et omnia vasa desiderii eius (*gr. καταξηρανεῖ, cod. 176* [r]ex siccavit, *Hier. ad loc. l. 356* arefaciet, *Vulg. aliter*). *accedente abl. separ. i. q. exsiccando privare* (*cf.* exsiccare ab *vol. V 2, 1861, 31*): Arnob. nat. 7, 24 p. 371, 11 intestini ... perrectio, per quam proluvies editur sucis -ta vitalibus.

perexsolvo, -ere. *a* per *et* exsolvere. *i. q. penitus exsolvere* (*sc. dissolvendo sim.*): Oribas. syn. 1, 26, 6 Aa p. 80, 4 coctis ... ficis fortiter, ut -antur, et tritis iterum coquis *eqs.* (*gr. ὡς διαχεῖσθαι δύνασθαι, La* ut solvi possint. *in eadem re 3, 80, 5 Aa p. 868* donec exsolvantur).

perex(s)pecto, -ātum, -āre. *a* per *et* exspectare. *scribitur* -expec-. missam -are *fere i. q. finem missae exspectare*: Caes. Arel. serm. 74, 1 vos video missas ad integrum -are non velle (*ibid. iterum, item in titulo huius sermonis. cf. ibid.* de ecclesia non expletis [expectatis *var. l.*] missis ... discedunt).

perextēnsus, -a, -um. *a* per *et* extensus (extendere). *i. q. valde extensus* (*de versibus*): Virg. gramm. epit. 4, 2, 1 *metra* quaedam ... prosa, quaedam liniata, quaedam etiam mederia, ⌞nonnullaque -a⌟ ponuntur (nonnulla perquam extensa *var. l.; cf. 4, 2, 2* prosa ... sunt perbrevia). 4, 2, 9 -i ... versus ornato... circuitu pene usque ad xii metra perveniunt.

perextermino, -āre. *a* per *et* exterminare. *i. q. penitus exterminare* (*sc. delendo, perdendo sim.*): Vet. Lat. Os. 11, 9 (cod. 176) non derelinquam ut -etur Ephrem (*gr. τοῦ ἐξαλειφθῆναι, Hier. ad loc. l. 237* deleatur, *Vulg.* disperdam).

[perextime(sc)o *v.* pertimesco.]

perfabrico, -āvī, -āre. [*fortasse potius a* per *et* fabrica *quam a* per *et* fabricari, *cum genus et structura a verbo simplici discrepet. Fo.*] *i. q. conficere fabricis* (*i. dolis sim.; ad vim praeverbii cf. p. 1181, 4 sqq., ad imaginem fortasse* deasciare, deruncinare): Plavt. Persa 781 (*loq. leno dolo captus*) pessimus hic mihi dies hodie inluxit corruptor, ita me Toxilus -vit itaque meam rem divexavit.

perfacētus, -a, -um. *a* per *et* facetus. *i. q. admodum facetus* (*accedit locutio fere gradum quendam describens sub 2*): **1** *respectu dicendi, eloquentiae*: Cic. Planc. 35 *dicenti mihi* exit aliquando aliquid si non -um, at tamen fortasse non rusticum. Sidon. epist. 9, 7, 3 *Remigii declamationibus inest* structura ... firma coniunctionumque -arum nexa caesuris insolubilibus *eqs.* *de ipso oratore*: Cic. Brut. 105 *Carbonem* oratorem ... et vehementem et valde dulcem et -um fuisse. **2** *potius respectu lautitiarum, elegantiarum victus*: Sidon. epist. 4, 7, 2 (*ironice de rustico quodam*) homini non usque ad invidiam -o nova erunt omnia.

adv. **perfacētē.** *i. q. admodum facete* (*sc. respectu dicendi, eloquentiae*): Cic. Verr. II 1, 121 quae ego non commemorarem – neque enim -e (perfacile *var. l.*) dicta neque porro hac severitate digna sunt –, nisi *eqs.* *Breimeier.*

***perfacilis,** -e. *a* per *et* facilis. *legitur inde a* Plavto (*bis*), Cic. (*11*^{ies}). [*confunditur c.* prae- Pelag. in II Thess. 2, 2, *v. vol. X 2, 600, 35 sqq.*]

i. q. valde facilis: **1** *de rebus*: **a** *de actionibus sim., quae sine labore vel difficultate fiunt* (*hic illic vergit in notionem celeritatis*): **α** *iuxta subst. vel pron.* (*attributive vel praedicative*): Plavt. Men. 893 *te* duco, ... illum ut sanum facias. :: -e id quidemst (Poen. 423 Cic. div. in Caec. 24. *cf.* Apvl. flor. 7, 11 quod utrumque ... -e est). Cic. Cael. 51 *quoniam* scopulos praetervecta videtur esse oratio mea, -is mihi reliquus cursus *orationis* ostenditur. 62 *ea* -em rationem habent reprehendendi. orat. 122 res in -i cognitione versantur. fin. 3, 36 -is et perexpedita defensio. off. 3, 32 -e iudicium est (*3, 30* ad iudicandum ... facillima). Avien. Arat. 641 trahit in *caelum* ... volatum -em *Cygnus* (*643* praepes ... subvehitur). Hier. epist. 39, 4, 2 responsio. **β** -e est: Ⓘ *cum inf.* (*subaudiendo* Hor.; *cf. l. 33 sq.; c. dat. personae e. g.* Lvcr.): Lvcr. 2, 381 -e est animi ratione exsolvere nobis, quare *eqs.* 6, 532. Cic. Cael. 24 isti loco respondere (Rvfin. Orig. in Rom. 5, 9 p. 1044^{A}). leg. 2, 17 *Platonis* sententias interpretari (*postea*: quid ... negotii est). Caes. Gall. 1, 2, 2 imperio potiri. Hor. sat. 1, 5, 88 *oppidum* versu dicere non est, signis -e est. Liv. 33, 5, 12. Tert. anim. 57, 6 *diabolo* mentis aciem excaecare -e est (*antea*: nec magnum). CE 254, 3 (*saec. III*). Avien. Arat. 559 noscere Piscem (*cf.* Hier. epist. 22, 32, 2 usu nosse [*al.*]. Rvfin. hist. 3, 26, 2 scire [*gr. ῥᾴδιον*]). Rvfin. Adamant. 5, 19 (*gr. εὐχερές*). *al.* Ⓘⓘ *cum supino* (*cf. bβ*): Caes. Gall. 1, 3, 6 -e factu (-tum *var. l.*) esse ... conata perficere (7, 64, 2 Romanos prohibere). Ivl. Val. 2, 7 in qua *aetate* aestimatu -e est, quod illa dimicare *potius* ... quam consulere possit.

b *de rebus variis, quae parva opera, minimo sumptu tractantur, parantur, percipiuntur*: **α** *absolute*: Cic. rep. 2, 27 *sacrorum* diligentiam difficilem, apparatum -em esse voluit *Numa* (*postea*: sine impensa). Rvfin. apol. adv. Hier. 2, 14 leve paronychium pedis aut -is ungulae ... offensa (*antea*: quod difficile curatur). **β** *cum supino* (*cf. l. 33*): Cic. Tusc. 4, 6 *disciplina* erat cognitu -is. Hier. in eccles. 12, 13 l. 380 finis sermonis ... auditu -is est. Rvfin. Basil. hom. 2, 8 p. 1744^{B} *lingua* mollis est et motu -is (*postea*: absque ... rigoris difficultate; *gr. p. 217*^{A} *εὔστροφος*).

c *de loco vel tempore apto, quo aliquid fiat* (*quod indicatur per dat. vel* ad): Ivl. Val. 1, 34 qui *aditus* ... agminibus militaribus inviabiles atque exim occursui -es habeantur. Petr. Chrys. serm. 39, 3 (*sec. Luc. 11, 5 sqq.*) *mediae noctis* hora est efficax impetrandi, est ... -is ad obtinendum.

2 *de hominibus ad agendum promptis* (*vergit ad malam partem* Greg. Tvr.): Cic. de orat. 1, 93 *cuidam Antonium* -em in audiendo, te, *Crasse,* perpugnacem in disputando esse visum. Greg. Tvr. Franc. 5, 49 p. 259, 10 subdiaconus *quidam* simili levitate -is.

acc. neutr. sing. pro adv. ***perfacile.** *formam priscam v. p. 1349, 12. legitur inde a* Plavto, *sed raro excepto* Cic. (*decies*).

i. q. facillime, valde facile: **1** *de eis, quae potius agentis prono vel facili animo fiunt, ut vergat ad notionem q. e. libenter* (*huc fort. p. 1349, 1 sq.*): Plavt. Most. 621 -e ego ictus perpetior argenteos (*cf.* Acc. trag. 9 pervicacem dici me esse et vincere -e patior). Decl. in Catil. 32 *hominem* -e (pre-, pro-, facile *var. ll.*) sese taeterrimo cuique ... facinori fore accomodaturum. Avson. 91, 3 p. 318 -e id faciam. Hier. adv. Rufin. 1, 17 l. 18 nisi forte se litteras non didicisse iurabit *Rufinus*, quod nos illi et absque iuramento -e credimus. **2** *de eis, quae potius sine ulla difficultate aut labore fiunt* (*subest hic illic notio celeritatis, e. g. l. 71. p. 1349, 4. 6* [*cf.* Gloss. V 555, 51 -e: valde cito, leviter]; *saepe c. inf. e verbo* posse *pendente*): Rhet. Her. 4, 10, 14 *clamat* voce ista, quae ⌞-e cuivis⌟ rubores eicere potest (vel facile c., vel fabulae cuius *var. ll.*). Cic. Quinct. 92 nos nostram *causam* -e cuivis probaturos (Verr. II 3, 69 Hier. adv. Rufin. 3, 38). S. Rosc. 20 cum pater huiusce ... nullo negotio sit occisus, -e hunc hominem ... de medio tolli posse (*cf.* Val. Max. 3, 1, 2 -e se eum interfecturum). Verr. II 1, 153 (*ironice*) *liberos nostros* tutoresne defendent? -e vero apud istius modi praetorem. II 5, 8 -e ... sese Sicilia iam tuebatur (Liv. 34, 39, 2). Brut. 227 expedita ... erat et -e currens oratio (*220* expeditam ac profluentem ... celeritatem). fin. 2, 109 -e ⟨ut⟩ appareat *eqs.* (*cf.* Diom. gramm. I 400, 4 quo -e innotescat *eqs.*). Att. 5, 15, 1. 13, 32, 3 magistratus eum legitimis annis -e cepisse. Ps. Cic. exil. 11 adversariorum vim ... repelli posse. Pvblil. sent. P 28 -e quod vota imperant felix facit. Lvcr. 2,

[Schmitz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

763 -e extemplo rationem reddere possis. 2, 1171 antiquum genus ut ... -e angustis tolerarit finibus aevom. Liv. 25, 36, 8. Val. Max. 3, 7 ext. 1 (*opp.* maximo inpenso labore). Apvl. met. 9, 21, 2 vestigium ... posse se -e indipisci. 10, 17, 5 (*loq. asinus*) haec omnia -e oboediebam, quae nullo etiam monstrante scilicet facerem (*gr. 48 εὐθύ*). Porph. Hor. epist. 2, 2, 172 ('puncto quod mobilis horae') -e et cito. Ivl. Val. 3, 4 *barbaros* -e mox in dicionem nostram esse venturos (*antea*: facile; *gr. p. 101, 5 ῥᾳδίως*). Plin. med. 1, 13, 8 *medicina quaedam* -e eos *dentes* cadere cogit (*cf. Plin. nat. 30, 23* ex facili). *al. vergit ad notionem q. e. sine dubio, certo* (*cf. vol. VI 1, 70, 76 sqq.*): Cic. or. frg. A 8, 9 *villarum ornamentis* L. Mummium ... ab aliquo video -e (facile *var. l.*) Deliaco aut Syro potuisse superari.

acc. neutr. sing. forma prisca pro adv. **perfacul.** Fest. p. 214 -l antiqui et per se facul dicebant, quod nunc ⌞facile⌟ dicimus (facile et perfacile Pavl. Fest. p. 215). *Schmitz.*

perfācundus, -a, -um. *a* per *et* facundus. *i. q. valde facundus*: Apvl. flor. 18, 19 *Protagoras* sophista fuit longe multiscius et cum primis rhetoricae repertoribus -us. Ivst. 22, 1, 9 *Agathocles* et manu strenuus et in contionibus -us habebatur.

perfalsus, -a, -um. *a* per *et* falsus. *i. q. omnino falsus: de opinione, sententia sim.*: Afran. com. 320 -um et abs te creditum *nimis celeriter.* Boeth. in herm. comm. sec. 1, 1 p. 41, 19 *Aspasius* arbitratur ...; quod -um est (p. 48, 9 [*cf. p. 47, 16 sq.* quod omnino falsum est]. 3, 9 p. 235, 14 quod est -um). *de homine errore capto* (*cf. vol. VI 1, 192, 77 sqq.*): Boeth. in herm. comm. sec. 2, 4 p. 87, 21 *Aspasius* ait ...; sed ille -us est; neque enim *eqs.*

perfamiliāris, -e. *a* per *et* familiaris. *per tmesin* Gell. *i. q. valde familiaris* (*gradus explicatur per* adeo ut *apud* Macr.; *pro subst. maxime l. 29 sqq.*): **1** *de hominibus* (*indicatur cui praeter l. 32. 39*): Cic. Quinct. 24 vident -em Naevi, ... L. Publicium (*item c. gen.*: Verr. II 4, 49 Eupolemo ..., homini nobili, Lucullorum hospiti ac -i. Brut. 168 M. Gratidius M. Antoni -is. leg. 2, 54 doctum hominem ..., cuius fuit Accius -is). fin. 5, 94 *cum visitasset Arcesilam aegrotum Charmides* Epicur⟨e⟩us -is. fam. 13, 51 Messienum, equitem Romanum omnibus rebus ornatum meumque -em, tibi commendo. ad Q. fr. 2, 12, 4 ipse est ... veterator magnus et -is Philisto Dionysius (*item c. dat.*: Gell. 2, 18, 1 Phaedon ... Platoni per fuit familiaris [*inde* Macr. Sat. 1, 11, 41 Phaedon ... Platoni -is, adeo ut Plato eius nomini librum illum ... dicaret, servus fuit]. Svlp. Sev. chron. 2, 13, 2 erat ... regi Aman quidam -is). Liv. 42, 17, 4 *Rammius* ad regem profectus brevi -is haberi ... est coeptus. **2** *de rebus* (*accedit dat.* Sidon.): Liv. 25, 18, 4 *Romano cuidam* Campanus hospes erat, -i hospitio iunctus. Sidon. epist. 2, 10, 3 trochaeis triplicibus adhuc mihi iamque tibi -bus.

adv. **perfamiliāriter.** *i. q. valde familiariter*: Rvfin. hist. 6, 2, 13 *Origenes* ob insigne ... religionis studium a quadam nobili ... femina -r foveri coepit (*cf. gr. τυγχάνει δεξιώσεως ὁμοῦ καὶ ἀναπαύσεως*).

perfāmōsus, -a, -um. *a* per *et* famosus. *non nisi superl., sc. abundantia quadam. i. q. valde famosus*: Rvfin. hist. 6, 3, 3 quo in tempore -issimum apud omnes ... domi forisque nomen eius *Origenis* effectum est (*gr. μάλιστα διαβόητον*).

perfatuus, -a, -um. *a* per *et* 1. fatuus. [*pars edd. vet. e cod. rec.* Mart. 10, 19 (18), 4 -ae *pro* fatuae.] *i. q. admodum fatuus*: Epist. pontif. 322 Aug. epist. 182, 5 (*inde* Aug. c. Pelag. 2, 4, 7) illud ..., quod eos vestra fraternitas adserit praedicare, parvulos aeternae vitae praemiis etiam sine baptismatis gratia posse donari, -um est. *Breimeier.*

perfectē *v. sub* perficio.

***perfectio,** -ōnis *f.* *a* perficere. Prisc. gramm. II 122, 1 *derivatur a gen. part. perf.* perfectus. 178, 5 *enumeratur inter* dubia, utrum decomposita sint an composita. *scribitur* -fecci- *hic illic in codicibus medii aevi.* Gloss. *συμπλήρωσις. τελείωσις. τελεσιουργία.* efficacia. *legitur apud* Cic. (*21ies*), Vitr. (*16ies*), Pavl. Fest. (*semel ut* Plin. nat.), Apvl. (*bis*), *postea increbrescit, frequentant e. g.* Rvfin., Avg.; *non invenitur in versibus nisi* Mar. Victor. aleth. 3, 264 Alc. Avit. carm. 2, 266. 6, 519; *plur. occurrit apud* Vitr. (*decies*), Pavl. Fest., Mar. Victorin. *al.* [*confunditur in codd. maxime cum* pro-, *e. g.* Vvlg. deut. 33, 8 Leo M. serm. 76, 4 Orig. in Matth. ser. 51 p. 115, 16 (*restit. p. 1351, 69*), *ceterum cum* perceptio (Avg. trin. 1, 2, 4 Mart. Cap. 9, 994) *et* perfrictio (*v. p. 1350, 54. 1404, 36*). *vix recte trad.* Cod. Theod. 16, 2, 11 Cael. Avr. acut. 1, 4, 114; *loco lacunoso* Frg. Vat. 249, 10 Alc. Avit. hom. 22 p. 138, 20. 22.]

i. q. actio perficiendi vel status perfectus, qui efficitur: **I** *absolvendo, excolendo sim., ut aliquid (aliquis) absolutum, plenum reddatur. passim accedit gen. indicans, quid perfectum sit vel quid perficiatur* (*cuius loco ponuntur praepos.* de *p. 1351, 59, pron. poss. [v. praecipue p. 1351, 6], adi. ut* divina *p. 1350, 35,* mundana Mart. Cap. 7, 733, humana Boeth. cons. 4, 4, 31 Ennod. dict. 4, 3 p. 436, 18; *nota enallagen p. 1352, 69*). *gen. inversum praebent e. g.* Vitr. 3, 1, 4. 4, 3, 9. 5, 5, 6. 5, 8, 2 Sidon. epist. 6, 2, 1. *ceterum indicatur, qua in re -o appareat, per praepos.* in Cic. *l. 19.* Favstin. trin. 5, 2 in omnibus. Verec. in cant. 4, 24 l. 13 in dei dilectione. Pallad. hist. mon. I 17 p. 295A in abstinentiae virtute, *per gen. gerund.* Avg. in epist. Ioh. 1, 9 diligendorum inimicorum; *apud quem quis perfectus sit, per praepos.* in *et* secundum *p. 1351, 9. 11. saepius accedunt adi. vim vocis augentia, e. g.* absoluta *l. 19. 35. p. 1353, 8* (*iuxta ponitur* absolutio Cic. de orat. 1, 130. 3, 192 Brut. 137), perfecta *p. 1382, 14,* plena *l. 27. 35. p. 1352, 47, adde* Hier. in Ezech. 46, 8 l. 457. Avg. civ. 10, 22 p. 436, 14 (*superl.*). *al.* (*iuxta ponitur* plenitudo Tert. resurr. 14, 10 Favstin. trin. 5, 2. *al.*), summa Ps. Apvl. Ascl. 8 Rvfin. Orig. princ. 4, 4, 2 Cassian. inst. 4, 43. *al.* (*cf.* -is summa: Ambrosiast. in II Cor. 1, 22, 2 Rvfin. Orig. in num. 11, 3 p. 81, 10. *al.*). *e contra* imperfecta -o *sim. l. 40. p. 1352, 30.*

A *generatim*: **1** *sensu strictiore -o fit assequendo summum, optatum finem vel gradum, summum bonum*: **a** *notione sollemni*: α *varia exempla* (*inde a* Tert. *perpauca selecta; maxime in scriptis rhet., philos., theol.; sensibus percipitur l. 32. 45; cum acumine de summa malitia l. 38*): Cic. inv. 1, 36 habitum ... appellamus animi aut corporis constantem et absolutam aliqua in re -em ... industria partam (Hil. in Matth. 25, 5). de orat. 1, 130 hanc ego absolutionem -emque in oratore desiderans, a qua ipse longe absum (*ad rem cf.* orat. 103, *ubi opp.* conatus). fin. 2, 38 *ratio* anteponet eam *doctrinam,* quam ... totius -e vitae locupletatam videbit (Apvl. Plat. 2, 23 p. 253 *beatitudo est,* cum ad -em vi⟨t⟩ae nihil deest. Symm. epist. 9, 2 [*ad Iamblichum*] illis desiderium doctrinae v. que tribuens, tibi -em. Rvfin. Orig. in gen. 15, 6 p. 135, 3 v. aeternae [Avg. in psalm. 65, 17]. *al.*). 2, 88 perfici beatam vitam -e virtutis (Ambr. obit. Valent. 12 donec plena se -e v. erudiat. Avg. civ. 19, 27 p. 402, 28. Vita Hil. Arel. 24 l. 3 v. celsa illa -o, quae ... in caelis paraverat mansionem. *al.*). 5, 60 mentis excellens -o. ac. 1, 20 quod ... absolutum *est,* id est virtus, quasi -o naturae *appellatur* (nat. deor. 2, 133 [perspectio *var. l.*]. Apvl. Socr. 4 p. 127. Hil. trin. 2, 4 ut intra n. suae -em pater ... perseveret. *al.*). *al.* (*in rhet., philos.*). Plin. nat. 11, 2 in his tam parvis *corporibus insectorum* ... quam inextricabilis -o! Tert. adv. Hermog. 28, 2 *terra* habuit imperfectae locum ante -em (*de eadem* 29, 3. 4). Mar. Victorin. adv. Arium 3, 7 l. 16 plena, absoluta, super omnes -es omnimodis est divina -o. Hil. trin. 11, 43 dei (Rvfin. Orig. in cant. 3 p. 225, 15 *ut anima* -is eius *dei* particeps fiat. *al.*). Clavd. Don. Aen. 7, 570 p. 86, 10 *Iuno* dabat rebus *belli* extremam manum, hoc est -em. Act. Archel. 37, 14 qui ad -em malitiae pervenerunt. Hier. adv. Pelag. 1, 15 l. 53 cunctorum in carne iustorum imperfecta -o est. psalt. sec. Hebr. 83, 13 qui ambulant in -e (*Vulg.* in innocentia). Rvfin. Basil. hom. 2, 4 p. 1737D per quod *praeceptum* (*deut. 15, 9*) et aegris cura suggeritur et sanis -is demonstratur integritas (*in imag. spectat ad valetudinem perfectam, de qua proprie agitur* Cael. Avr. acut. 2, 37, 217 chron. 4, 3, 29). Not. urb. Const. praef. *urbem* in novam faciem ... ita virtus et cura decoravit, ut eius -i ... nihil *quisquam* possit adiungere. Conc.S II 3, 2 p. 136, 17 (= p. 155, 6) de patre ... et filio et spiritu sancto -em docet *symbolum* (*gr. II 1, 2 p. 128, 17 τὸ τέλειον. aliae vers. e. g. II 2, 2 p. 7, 26* quod plenissimae fuerat institutionis. *p. 64, 6* plenitudinem. *p. 84, 31* doctrinam perfectam). Cassiod. var. 11, 1, 8 cum *Amalasuintha* tanta gaudeat -e linguarum. hist. 8, 1, 54 omnem -em adhibebat examinando (*gr. Sozom. 6, 28, 10 ἀκριβείας*). Ios. antiq. 3, 56 pugnae -o (*gr. κατορθωθεῖσα ... μάχη. cf. 55* victoriam ... optimam atque perfectam). *et saepe. iunctura* ad -em *fere pro adv. perfecte* (*si recte trad.*): Hist. Apoll. rec. B 27 sanguis, qui ⌞ad -em⌟ coagulatus erat (intus *var. l.,* intus a perfrictione *rec. A*). **β** *de consecratione sacerdotis* (*in versione libri levitici, quam praebet* cod. 100; *gr. respondet τελείωσις, in Vulg. fere* consecratio; *agitur de consecrationis ritu*): Vet. Lat. lev. 8, 22 arietem -is ([*Hesych. ad l. p. 882A* explicationis, *v. vol. V 2, 1723, 38*]. 8, 29 [*huc spectat* Rvfin. Orig. in lev. 5, 2 p. 335, 8. 10]). 8, 26 canistello -is ([*Hesych. ad l. p. 883C* consummationis; *Vulg. aliter. huc spectat* Rvfin. Orig. in lev. 5, 5 p. 344, 13]. *cf.* 8, 31 vanno -is [*Aug. loc. hept. 3, 13* consummationis]). 8, 28 holocaustum -is. 8, 33 dies -is vestrae. **γ** *de communione integra sacramenti* (*agitur de lapsis paenitentibus, qui gradatim admittuntur; gr. fere respondet τὸ τέλειον*): Canon. Turner II p. 67 rec. V (*sim.* rec. VI) tunc demum ad -is gratiam pervenire (*rec. III* ad perfectum, *rec. IV* reconciliari sacramentis. *sim.* p. 68 sq. [*omnes rec. ut* p. 78 sq.]. p. 108 [rec. III. V. VI; communioni *rec. IV*]. *cf. iuncturam pleniorem* p. 76 rec. IV -em recepturi communionis [*gr. Mansi 2, 517A τελείως δεχθήτωσαν*]).

b *metonymice*: **α** *de deo vel Christo, qui est perfectus vel praebet -em*: Hil. trin. 11, 28 (*ad Rom. 10, 4* finis ... legis Christus) quaero, utrum abolitio legis Christus sit anne -o (*item c. gen. obi.*: Sacr. Leon. 1003 deus, origo cunctarum -oque virtutum. Cassiod. in psalm. praef. 3 l. 18 qui *Christus* est ... bonorum omnium completiva -o. *al.*). Optat. 2, 20 p. 55, 18 *deus* solus est -o et perfectus solus dei filius Christus. Avg. in psalm. 98, 12 l. 17 *id* illi -i adhuc imperfectum est (*opp.* hominibus). Ioh.

[Mensink-Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

MAXENT. Conc.S IV 2 p. 37, 39 sq. (*de trinitate*) non tres -es, sed una -o. *al.* β *de hominibus perfectis ideoque honorandis* (*fere in sermone epist.; gr. respondet τελειότης*): *usu liberiore*: AVSON. Symm. epist. 1, 32, 3 *quid* aliud es quam ex omni bonarum artium ingenio collecta -o? ALC. AVIT. carm. 6, 519 dolet titubans ⌞-o⌟ *crimine abbatis* (⌞ ⌟ *i. monachi vitam perfectam agentes*). tua -o (vestra -o *l. 12*) *est appellatio honorifica*: CONC.S I 3 vers. Tur. p. 38, 7 tuae -i scribendas esse curavi causas (*ad episcopum ut*: I 3 p. 202, 25. RVSTIC. Conc.S I 4 p. 95, 9 tua, quae omni sapientia est plena, -o. CONC.S IV 1 p. 94, 1 [*sim.* p. 115, 9] in Christo. *al. in* CONC.S ENNOD. epist. 2, 1, 10 p. 40, 21). I 5 p. 316, 16 (*ad archiepiscopum*) tua secundum deum -o. RVRIC. epist. 1, 4 p. 357, 5 (*ad educatorem filii*). ALC. AVIT. c. Ar. 30 p. 15, 1 (*ad Gundobadum regem*) ne ad -em vestram aliquatenus differendam persistant blasphemare.

2 *sensu latiore -o fit assequendo quemlibet finem vel effectum* (*respectus finiendi manifestus est e. g. l. 45 sq. 64. 69 et saepius sub a; quaedam vergunt ad 1*): **a** *perficiuntur manu facienda*: α *aedificia eorumve partes* (*in imagine* CIC.): CIC. Marcell. 25 tantum abes a -e maximorum operum, ut fundamenta nondum, quae cogitas, ieceris (VITR. 4, 1, 10 in o. -bus Corinthii generis. 4, 4, 4 medii lapides ... firmiorem facient omnis o. -em. 10, 2, 1 de is *machinationibus,* quae aedibus sacris ad o.que publicorum -em ... comparantur. *al.* SYMM. epist. 5, 76, 3 *ut* utriusque o. -i usurpatorum summa sufficiat). VITR. 2, 1, 9 de copiis, quae aptae sunt aedificiorum -bus (*cf.* 7, 14, 3 aedificationum [aedificiorum *var. l.*]). 4, 3, 1 marmoris copiam in doricae aedis -em (4, 3, 3. *cf.* QVODV. prom. 2, 37, 84 *templi*). 4, 3, 9 ita dorica columna ... striaturae habebit -em. 5, 5, 6 theatrorum (5, 8, 2). 10 praef. 2 habendo spem -is. HIL. in psalm. 126, 10 *non* iam aedificatio coepta -o est, sed per aedificationem -is consummatio conparatur. CIL III 5670a, 13 (*a. 370*) hunc burgum a fundamentis ... milites ... ad summam manum perduxserunt -is (-es *apographa duo*). *al.* β *cetera exempla*: VITR. 5, 4, 4 artifices, qui organa fabricant, *intervallis* ex natura constitutis utendo comparant ... eorum -es. PAVL. FEST. p. 71 omnes -es antiqui politiones appellabant (*si recte huc traximus*). CLAVD. DON. Aen. 8, 435 p. 178, 33 *armorum* speciebus sine aliqua -e reiectis.

b *perficiuntur incorporea varia*: α *spectat potius ad actionem peragendam ab aliquo vel ad eius effectum*: ① *accedit gen. obi.* (*praepos.* de *l. 59*): CIC. rep. 1, 2 *usus virtutis est* earum ipsarum rerum, quas *philosophi* ... personant, reapse, non oratione -o (CLAVD. DON. Aen. 7, 540 p. 82, 20 rerum *iussarum.* NOVELL. Theod. 23, 2 totius rei -em *tibi* ... delegamus. CASSIOD. in psalm. 135, 5 l. 106 *deus* quidquid in intellectu ... disposuit, hoc et ad effectum momentanea operatione perducit; -o enim rerum voluntas ipsius est [*cf. infra l. 65*]). leg. 2, 29 -em operum rusticorum (TERT. ieiun. 15 p. 294, 16 paterni o. *per Christum.* Ps. HIER. epist. 19, 1 p. 189A procinctus itineris mei ... non solum ei *epistulae* limam nitoris, verum etiam -em o. invidit. FAVST. REI. grat. 1, 10 p. 36, 1 o. consummati domino *deo* est deputanda -o [*antea*: initium ... vel finem]. *al.*). HIL. coll. antiar. p. 98, 8 caelestis concilii. Ps. PACIAN. sim. carn. p. 142, 18 decreti illius *dei* non fugienda -o est. Ps. AMBR. serm. Sess. 1, 3 mandati (*cf.* -o praeceptorum: CONC.S II 2, 1 p. 46, 20 [*gr. II 1, 1 p. 72, 28 πλήρωσιν, altera vers. II 3, 1 p. 47, 26* ad ea, quae praecepimus, adimplenda]. SERM. Migne suppl. 3, 1415 caelestium p.). VVLG. num. 6, 21 ita faciet ad -em sanctificationis (*sim. de caerimonia quadam*: CONC.S II 3, 3 p. 53, 28 a nobis mysteriorum -o celebrata est [*gr. II 1, 3 p. 45, 12 τελέσαι*]. SACR. Gelas. 1188 sacrificii -e. *cf. l. 71. p. 1350, 55*). Ps. ORIG. in Iob 1 p. 408C (*deus ad diabolum*) *venis* ab omnium ... malorum -e (*postea*: ab omni impietatis atque iniustitiae -e atque operatione). AVG. pecc. mer. 2, 13, 20 p. 93, 12 (*ad Phil. 3, 12 sqq.*) *Paulus* nondum erat ipsius itineris -e perventor. in psalm. 39, 12 l. 28 promissorum (*l. 30* impletum). CAEL. AVR. chron. 3, 2, 17 post eius *transvorationis* -em. *al.* *accedit praepos.* de: VET. LAT. Luc. 1, 45 (cod. 2; *Elisabeth ad Mariam*) erit -o de his, quae dicta sunt tibi a domino (*gr. τελείωσις τοῖς λελαλημένοις, cod. 3. al.* consummatio, *Vulg.* perficientur. *huc spectat* HIER. hom. Orig. in Luc. 7 p. 46, 19 erit -o his, quae *eqs.*). ② *cetera exempla*: CIC. fin. 3, 32 ea, quae proficiscuntur a virtute, susceptione prima, non -e recta sunt iudicanda. Ps. APVL. Ascl. 8 voluntas ... dei ipsa est summa -o, utpote cum voluisse et perfecisse uno ... temporis puncto compleat. FORTVN. rhet. 2, 23 (*enumerat locos positos in re*) a toto, a parte, ... ab initio, a progressione vel profectu, a -e vel consummatione (*item* MART. CAP. 5, 557). SYMM. epist. 7, 125 *ut* addas ... inchoato beneficio -em (pro- *trad.*). CLAVD. DON. Aen. 5, 765 p. 514, 4 tunc ... abscessus est gravior, cum fit, non cum disponitur; ... si ad -em fuerit ventum *eqs.* AMBR. sacr. 3, 2, 8 (*de consignatione*) post fontem superest, ut -o fiat, quando ... spiritus sanctus infunditur. AVG. in euang. Ioh. 105, 6 (*ad Ioh. 17, 5*) sicut tunc (*sc. ante mundum*) praedestinatione *clarus fuit Christus,* ita et nunc -e. EVSEB. EMES. serm. 29, 28 praecedit promptus animus -em (*27* complerent). BOETH. in herm. comm. sec. 2, 14 p. 224, 21 sq. *ut* puniatur animus *peccantium,* non -o, idcirco quod voluntas quidem nobis libera est, sed aliquotiens -is ordo retinetur. *al.*

β *spectat potius ad eventum, sc. respectu agentis evanido*: VITR. 9, 2, 2 *lunam* descrescentiā cotidianā ad -em lunaris mensis *soli appropinquare* (*sim. de tempore expleto*: PELAG. in I Cor. 10, 11 ['finis saeculorum'] tota temporum -o [QVODV. prom. 4, 13, 22]. GREG. M. in Ezech. 1, 6, 18 l. 410 [*ad Is. 66, 23*] quid est mensis nisi -o dierum?). MAR. VICTOR. aleth. 3, 264 intentos operi (*sc. turri Babyloniae aedificandae*) ... oblivio ... intrat et ignotae subiit -o linguae. CASSIOD. inst. praef. 2 *Paulus* testamenti veteris scripturas novorum temporum -e dilucidat. in psalm. 28, 1 l. 10 post -em generalis ecclesiae.

c *in iunctura c. gen. explic. significatur pars rei compositae, qua totum completur* (*cf. p. 1354, 52*): RVFIN. Orig. in num. 5, 2 p. 28, 9 septem ... septimanis si addatur unius numeri -o, quinquaginta faciunt dies (*an de numero I perfecto?*). BOETH. in Porph. comm. sec. 5, 15 p. 330, 14 si *homo* unius pedis -e curtetur.

B *peculiaria quaedam*: **1** *de actione crescendi, maturescendi vel de statu maturo* (*saepius in imagine vel metaphorice; sensu generali* CHALC. comm. 225 MACR. Sat. 7, 16, 3): **a** *plantarum*: CIC. fin. 5, 39 earum ... rerum, quas terra gignit, educatio quaedam et -o est non dissimilis animantium. ARNOB. nat. 5, 12 poma ... -is propriae maturitate completa. HIL. myst. 1, 24, 2 'ager plenus' (*gen. 27, 27*) -o fructuum est ([*postea*: perfectis fructibus]. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 178, 4 verbum dei non potuit a flore proficere et ad -em f. pervenire [perfectum fructum *var. l.*]). HILARIAN. curs. temp. p. 158, 4 -em omnium seminum (*ad gen. 1, 11 ut* EVSTATH. Basil. hex. 5, 2, 2 seminis -o [*gr. ἀπαρτισμὸς τῶν αὐξομένων διὰ τοῦ σπέρματος*]). ENNOD. epist. 1, 1, 6 p. 3, 3 ut adolescentia in te, quae ⌞-em⌟ primordiis monstrant, bonae frugis germina convalescant (*om codd. plerique,* quae primordii se monstrant *temptat Hartel*). *metonymice et per oxymoron*: VVLG. Is. 18, 5 immatura -o germinabit (*ad homines refert* HIER. *ad l.*).

b *animantium* (*cf. etiam* CIC. *sub a*): α *spectat ad partum maturum*: TERT. anim. 37, 5 a congregatione seminum ipsorum usque ad figmenti -em (*cf. p. 1372, 10 sq.*). IREN. 2, 19, 1 *semen* informe et sine specie et imperfectum depositum ... in demiurgum ..., ut ... -em et formationem percipiat (*item in imag. de semine spiritali*: 2, 19, 4 [*ter*]). CHALC. comm. 227 *animam corpore antiquiorem non* crescere cum conceptis seminibus cumque isdem maturari et ad -em venire. MACR. Sat. 7, 16, 12. VINDIC. med. 12 compendiosam foetus -em fieri, *si post septem menses nascuntur* (*postea*: perfectam fortitudinem). *ibid.* nono mense magis partum fieri ⌞-is⌟ est causa (-o *Grensemann*). EVSEB. GALLIC. hom. 1, 5 ossium compago membrorumque -o *in fetu Christi*. VEREC. in cant. 4, 2 l. 53 *qui* adhuc infirmiter vivunt ..., intra uterum dicuntur usque ad -em partus portari.
β *spectat ad hominem adultum*: FILASTR. 150, 5 *quod quaedam animae* ad incrementum -is (perfectioris *Fabricius*) aetatis in coniunctionem futurae fidei ... vocarentur (MART. CAP. 7, 739 quinta *hebdomas* iuvenalis a. plena -o est). AVG. civ. 22, 14 p. 591, 12 sqq. perfecto ... infanti deest utique -o magnitudinis corporalis, quae, cum accesserit, statura iam longior esse non possit; hunc -is modum ... habent omnes. 22, 15 p. 592, 20 (*ad Eph. 4, 13*) ut illi capiti, *sc. Christo,* in populis christianis accedente omnium -e membrorum aetatis eius mensura compleatur. *transfertur ad -em mundi*: RVFIN. Adamant. 1, 9, *v. vol. VIII 494, 1.*

2 *de creatione divina*: CIC. ac. 2, 120 (*in Stoicos*) *divinam* maiestatem deducitis usque ad apium formicarumque -em. HIL. syn. 60 ad omnium -em. trin. 4, 21 ob laetitiam patris *dei* in -e mundi ... laetantis (HILARIAN. curs. temp. p. 158, 9). AVG. gen. ad litt. 4, 17 p. 114, 25 *quies dei* in septimo die, qui earum *rerum* sequitur -em. *al.*

3 *de vita perfecta Christianorum* (*cf. p. 1381, 21; pauca notabiliora; hinc pendet p. 1351, 5*): VET. LAT. II Cor. 13, 9 (cod. 64) hoc etiam praecamur, vestram -em (*gr. κατάρτισιν, cod. 75. al.* = *Vulg.* consummationem). HIER. adv. Pelag. 1, 10 nobis euangelica -o requirenda est (*spectat ad Matth. 19, 21 ut*: CASSIAN. inst. 7, 14, 1 *avaritia eos* ad e. -em numquam pervenire concedit. 7, 17, 5 e. -em conscendere. *al.*). Ps. PAVL. epist. app. 2, 22 -is magister *Paulus.* EVSEB. GALLIC. hom. 57, 2 (*de Romano martyre*) -is turre ... ac fidei arce. *al.*

4 *de qualitate numerorum rerumve cum eis coniunctarum*: **a** *-o tribuitur ipsis numeris*: HIL. psalm. instr. 14 ogdoadis -em (*13* perfectam ... virtutem). AVG. civ. 11, 30 p. 505, 1 ad commendandam senarii numeri -em (gen. ad litt. 4, 35 p. 136, 17 senariam n. -em [*eadem enallage* 5, 4 p. 144, 17]. in psalm. 104, 7 l. 19 'mille ... generationes' propter n. -em pro omnibus intellegendae sunt. BOETH. arithm. 2, 41 denarii n. *al.*). MART. CAP. 7, 742 *decas* omnes numeros diversae virtutis ac -is intra se habet. *al.* **b** *-o tribuitur aliis rebus secundum numerum quendam*: LACT. opif. 10, 9 (*agit de forma narium*) quantum dualis numerus ... ad rerum valeat -em. AVG. serm. 51, 32 denarius ... numerus, quo significatur

[Mensink-Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-o beatitudinis. 270, 4 *denario* numero legis etiam -o commendatur. MART. CAP. 2, 108 *heptas* rationis sapientiaeque -o est. POMER. 18, 2 virtutes istae *quattuor,* quae tantum continent -is in numero *eqs. al.*

5 *reddit t. t. philos. Aristotelis q. e. ἐντελέχεια*: CHALC. comm. 222 anima est prima -o corporis naturalis organici possibilitate vitam habentis (*vertit Arist. anim. 412a27 sq. [addit*: -em nunc appellans specialem essentiam *eqs.]. fusius agit de hac doctrina in capp.* 222–226, *nota* 222 entelechiam, id est absolutam -em).

6 *in sermone gramm.; pertinet ad*: **a** *orationem eiusve partes, quae sunt plenae, integrae: eo quod legibus sermonis congruunt vel quod nihil deest*: MACR. exc. gramm. V 622, 17 'lego' cum 'sedere' *infinito* iunctum ... nullam efficit sensus -em ([*opp. e. g.* volo sedere]. PRISC. gramm. III 17, 12 genetivus vel verbo adiungitur ad -em s. ut ... 'illius potior' vel possessioni ut 'mei servo loquor'. 114, 17 *praepositiones et coniunctiones* sine adiumento aliarum partium orationis ... proferri ad -em s. non possunt. 155, 3 'accusat', 'videt' ... *verba* imperfecta sunt et egent obliquorum casuum adiunctione ad -em s.). PRISC. gramm. II 580, 9 sqq. verba primae et secundae personae adiuncta pronominibus -em faciunt: 'ego scripsi' ..., nominibus autem non nisi sint verba substantiva vel vocativa ut 'Trypho dicor', 'Cicero sum'; 'ipse' vero omnibus verbis adiunctum -em habet: 'ipse dedi'. III 110, 27 (*ad Verg. Aen. 1, 85*) 'ruunt' pro 'eruunt'; deest enim praepositio ad -em plenae orationis (111, 2. 116, 21 ex pronomine et verbo perfecta constat oratio, cum dicimus 'ego ambulo' ...; tum enim constat -o o., cum loco nominis sumatur pronomen. 149, 15 solent *in epistulis pronominibus* nomina praeponere propria, quibus sine -o o. non constaret ... ut 'Cicero Bruto'. 239, 2 imperativa verba vocativis adiuncta nominum -em o. habent). *eo quod vocales longae sunt*: MACR. exc. gramm. V 604, 12 (*agit de augmento q. d. verborum graecorum*) ω et η ... manent, quod incrementum -o tanta non recipit. **b** *actiones finitas* (*fere in describendo praeterito perfecto*): POMP. gramm. V 221, 33 *verba ut 'senesco'* videntur quasi partem habere -is, id est perfectae formae (*sc. perf. 'senui'*), et partem habere inchoativae. 235, 12 perfectum est, ubi conplevimus paulo ante, ubi iusta ipsa -o est ... ac si dicas 'modo desii, iam tamen re peracta'. PRISC. gramm. II 415, 20 mox ... scripto versu recenti adhuc -e dico 'scripsi' ...; sin dudum sit perfectum, incipit transire in plusquamperfectum. III 200, 5 praeteritum imperfectum inceptionem quidem rei significat, nondum tamen -em. 243, 28.

?**II** *consumendo*: **A** *exhauriuntur vires*: VINDIC. med. 13 causa est ... partus secundum Hippocratem uteri -o, ex qua fiet nutrimenti inopia (*cf. Hippocr. vol. VII 534. sed fortasse sec. I intellegendum, cf. p. 1352, 39 sqq.; locutionem gr. ἐκπλήρωσις τῆς μήτρας subesse et parum apte versam esse suspicatur V. Schmidt in plagulis*). **B** *concoquuntur cibi*: PROSP. in psalm. 130, 2 infante nondum idoneo ad -em solidioris cibi (*nisi spectat ad statum cibi, qui est perfectior quam lac, ut pertineat ad I; subest enim I Cor. 3, 2*). *Mensink-Reineke.*

perfectissimātus, -ūs *m.* *a* perfectissimus (*cf.* clarissimatus). *legitur in* COD. Theod. *et* Iust. *inde ab aet. Constantini.* *i. q. dignitas viri perfectissimi* (*cf. p. 1379, 69*): COD. Theod. 1, 32, 6 procurator⟨es⟩ nostri -us honore donati ab iniuriis vin⟨di⟩centur (8, 1, 10 *actuarii* h. -us in palatio nostro potientur *eqs.* 8, 5, 36 quinquennio devoluto⟨eos *mancipes* h. -us manere. 12, 1, 5 h. -us vel egregiatus. 12, 1, 15 qui *veteranorum filii* -us sibi h. blandiuntur). 6, 35, 7 a primis quibusque gradibus ad -us ordinem. 6, 38, 1 (= Iust. 12, 32, 1) codicillis -us fruantur, qui impetraverint, si *eqs.* (rubr. *utrobique*: de -us dignitate). 8, 4, 3 primipilaribus post emeritam militiam -us vel ducenae vel centenae vel egregiatus dari dignitas potest (*eadem serie*: 10, 7, 1 [*negatur Caesarianis*]. 10, 20, 1 [*negatur monetariis*]. 12, 1, 5. *ceterum: l. 54 et* 12, 1, 5 -us suffragio impetrati d.). 12, 1, 42 -us accessione cumulati (*disting. viri* clarissimae ... dignitatis).

perfectitās, -ātis *f.* *ab* 1. perfectus (perficere). POTAM. subst. 8 -em castalinis induantur (*significare videtur i. q. perfectio, sed neque vocem sequentem neque quomodo totum membrum cum contextu iungatur intellexi-mus*).

perfectīvus, -a, -um. *ab* 1. perfectus (perficere). *i. q. ad perfectionem perducens*: **1** *in sermone gramm. de partibus orationis, quibus notio perficiendi inest*: PRISC. gramm. III 38, 10 *'per'* est etiam ⌞-um⌟ plerumque in compositione, ut 'perficio, percurro, persevero ...' (⌞ perfecti unde, perfectionis *var. ll.; item de praeverbio*: 48, 23 *'ex'* intentivum vel -um, ut 'expleo, exoro, efficio ...'). 242, 16 *'si'* tam pro *ἐάν* graeca coniunctione, quae causalis est vel -a, quam pro *εἰ,* quae coniunctiva est, ponitur. **2** *in sermone philos. ad reddendam vocem q. e. ποιητικός* (*t. t. Aristotelis, qui vertitur etiam voce q. e.* effectivus, *v. vol. V 2, 127, 49 sqq.; accedit fere gen. obi.*): BOETH. categ. 9b6 quoniam ... qualitatum passionis -a sunt, passibiles qualitates dicuntur. top. Arist. 106a7 -a alicuius *sunt euectivum* (*i. εὐεκτικόν*) *et sanativum.* 137a4 sq. *medicum* -um esse sanitatis, ... *gymnasten* -um esse euexiae (*i. εὐεξίας*). *neutr. pro subst.*: BOETH. top. Arist. 107b8 -um sanitatis (110a19. 137a6 -um euexi(a)e, ... -um s. *cf.* 114a29 sq. -a et conservativa coniugata *dicuntur* illi, cuius sunt -a vel conservativa, ut salubria sanitatis).

adv. **perfectō** *v. p. 1383, 68.* *Reineke.*

perfector, -ōris *m.* *a* perficere. [*confunditur cum* perfectus AVG. conf. 13, 19, 25 GLOSS. IV 41, 14. *de* DAMIG. lapid. 13, 4 *v. infra l. 50, falso legitur* -r *pro* per tector(es) CIL II 4085, *v.* INSCR. Tarr. Alföldy 39.]

i. qui perficit (*sensu generali in* GLOSS., *v. vol. V 2, 1722, 73 sqq.; plerumque accedit gen. obi., iuxta alterum subst. l. 23*): **1** *de hominibus*: TER. Eun. 1035 (*adulescens ad servum*) o mearum voluptatum omnium inventor, inceptor, -r. CIC. rep. 5, 8 huius ... operis ... illum *moderatorem rei publicae* esse -em volo. AVG. serm. 149, 13 *is est* nullius praecepti contemptor, sed utriusque -r (*sc. eorum, quae Matth. 5, 16 et 6, 1 praecipiuntur*). PHYSIOGN. 33 magnarum rerum cogitatorem atque -em (*cf. Adamant. p. 328, 6 δραστήρια*). **2** *de rebus*: CIC. de orat. 1, 257 stilus ille tuus, quem tu vere dixisti -em dicendi esse ac magistrum (*spectat ad 1, 150* dicendi effector). TERT. anim. 37, 3 qui numeros ratiocinantur, ... decurialem numerum ... colunt ... -em nativitatis humanae. **3** *de deo vel Christo*: VET. LAT. Hebr. 12, 2 (Ps. Vigil. Thaps. c. Marivad. 1, 37. *sim. al.*) respicientes ad principem fidei -em Iesum (*gr. τελειωτήν, Vulg.* consummatorem. *inde* HIER. Orsies. doctr. 6 AVG. praed. sanct. 15, 31). MAR. VICTORIN. hymn. 1, 58 fit idem *Christus* doctor et magister, idem -r spiritus. COLLECT. Arian. c. pag. 3, 4 huius operis -em *deum* (*sc. mundi ut* SEDVL. op. pasch. 4, 20 -r o. sui *Christus*). AVG. epist. 144, 2 non sunt *bona corporis* nisi ex deo creatore ac -e naturae. EVSTATH. Basil. hex. 9, 6, 16 hominis ... -em volunt angelis coaequare *Iudaei* (*ad Christum spectare videtur, licet gr. praebeat τελειούμενος ἄνθρωπος*). SACR. Leon. 991 quorum auctor tu bonorum, sis ipse -r (*cf.* CASSIOD. in psalm. 126, 1 l. 39 auctorem et -em rerum. PASS. Petr. 15 p. 38, 7 domine, ... auctor et -r salutis). Gelas. 469 deus, aeclesiae tuae redemptor atque -r *eqs.*

f. **perfectrīx,** -īcis. *i. quae perficit*: **1** *varia exempla*: NEP. frg. 39 Marsh. magistram ... esse vitae philosophiam beataeque vitae -em. EVSTATH. Basil. hex. 6, 6, 4 morum *munifici* ... pars illa caeli, *sc. signum Arietis,* -x est (*gr. ποιητικόν*). BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 1 p. 87, 5 non est dubium, quin ... *differentiae quaedam* speciei huius *hominis* sint -es. **2** *in explicationibus adiectivi*: NON. *v. p. 1364, 48.* SCHOL. Hor. gloss. *Γ* epod. 17, 1 efficaci: -i arti magicae. *Stirnemann.*

1. perfectus, -a, -um *v. sub* perficio.

2. perfectus, -ūs *m.* *a* perficere. *afferimus pauca certiora; ambigua v. sub* 1. perfectus, *praecipue sub iunctura* ad -um *p. 1376, 64.*

fere i. q. perfectio: **1** *de actu vel effectu perficiendi*: VITR. 1, 2, 6 *si* interiora -us (prospectus *ed. vet.*) habuerint elegantes, aditus autem ... inhonestos, non erunt cum decore. 10, 3, 1 *duae res* pariunt eos -us, *sc. machinae motus et virtutes.* TERT. anim. 20, 3 Empedocles causam ... indolis ... in sanguinis qualitate constituit, -um ac profectum de doctrina disciplina[m]que deducit. VET. LAT. Sirach 23, 29 post -um *mundi deus* respicit omnia (*gr. 23, 20 μετὰ τὸ συντελεσθῆναι*). VEN. FORT. carm. 2, 16, 33 fur sine -u (-o *var. l.*) voto deceptus inani. GLOSS. V 473, 7 -s: boni operis processus (perc- *var. l.*). **2** *de causa actus vel effectus*: DAMIG. lapid. 13, 4 *iaspis* imbrium est -s et invocatus imbres facit (perfector *Pitra,* profectu [*dat.*] *Ring*). COD. Iust. 1, 17, 2, 8c *liber* quinquagesimus, totius consummationis -s (*cf. p. 1352, 13*). *Reineke.*

perfēcundus, -a, -um. *a* per *et* fecundus. *i. q. valde fecundus: proprie*: MELA 1, 49 *Aegyptus est* terra ... mire ... fertilis et hominum aliorumque animalium -a generatrix. *translate*: PETR. CHRYS. serm. 173, 2 vos, filioli, dominici gregis portio copiosa ..., 'gemellis fetibus' (*cant. 4, 2*), caelesti germine -a.

[perfegitare CASSIOD. anim. 15 *errore typothetae pro* perfectionis *praebet Migne 70 p. 1303[A].*]

perfellea. *vox obscura significans signum quoddam zodiaci*: VIRG. gramm. epit. 4, 12, 2 *apud Graecos signa* sedecim habentur, quorum sunt nomina mon, mah ..., -a (-lleae, -llia *sim. trad.*), belgalic *eqs.*

perfendio, -ere. *fort. ad* de-, offendere (*v. etiam* infendo, infensus *et* fendo) *sec.* capio, capere *sim. fictum; cf. formam* offendies *Virg. gramm. epit. 1, 3, 3, usum intrans. passim sub* offendo. [*conicit Stangl* -iunt *pro* perpend(i)unt VIRG. gramm. epist. praef. 4, 2.] *fere i. q. penetrare, pervenire sim.*: VIRG. gramm. epit. 1, 2, 1 ut *scandentes* ab inferioribus incipiant et ad superiora scalatim -iant (fendiant, ptendant *var. ll.*). 4, 7, 5 ad veram sapientiae scientiam -ere. 4, 8, 2 *mari* transitorie tincto *sol* usque ad possessores festinato -iens (-dens, perfidens *var. ll.*) toto illis ... fulget noctu.

perferēns *v.* perfero. **perferentāria** *v. p. 1355, 5.*

perferentia, -ae *f.* *a* perferre. [*falso trad.* GLOSS.[L] I Ansil. PE 699 *pro* praeferentia.] *fere i. q. tolerantia*: LACT. inst. 3, 11, 9 vis

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et natura eius *virtutis* in malorum -a posita est (*cf. e. g. 3, 12, 7* in perferendis ... malis. *7, 1, 18* tolerantia). *dub. an transeat in notionem q. e. vigor sim.*: ALTERC. Hadr. et Epict. 32 *homo est* balneo similis: prima cella tepidaria unctaria, infans natus perungetur; secunda cella sudatoria pueritia est; tertia cella assa -a iuventus; quarta *eqs.* (perferentaria *Gelenius* [*dub., an e cod.*], prefervens *Suchier p. 108 ad l.* [*voluitne* perfervens *?*], perferventaria *dub. Daly p. 88 ad l. glossam suspicans*).

[perferiton octuber GLOSS. V 320, 57 *corruptum videtur ex* hyperbereteos.**]**

perfermento, -āre. *a* per *et* fermentare. *i. q. (penitus) fermentare*: VET. LAT. Luc. 13, 21 (Hesych. in lev. 14, 10 p. 955[C]) *mulier* accipiens fermentum abscondit in farinae tria sata, usque dum -retur totum (*gr. ἐζυμώθη, cod. 15. al. et Vulg.* fermentaretur).

cardamomu †**perfermenu,** id est in frixoria assum ORIBAS. syn. 9, 4 add. La p. 277 (*in compositione*). *πεφυρμένος vel πεφρυγμένος latere putat Bulhart in schedis nostris, πεφωγμένος Arnaldi-Turriani, Arch. Lat. Med. Aevi 21, 1951, 240; cf. supra p. 1125, 61 sqq. 66 sq.* *Breimeier.*

perfero, pertulī, perlātum, perferre. *a* per *et* ferre. NOT. Tir. 22, 62[c] -r. 22, 67[b] -rt. GLOSS. *ἀποφέρω. διακομίζω. καταφέρω. οἴσω. ὑποίσω. ὑπομένω. ὑποφέρω.* -re: *διαγαγεῖν. περιφέρειν.* -endum: *ἀποιστέον.* -imus: toleramus sive multa patimur. -r: porta, baiula. -re: adhibere, pati. -lata: perportata. GLOSS.[L] I Ansil. PE 697 -r: tolera pati. 700 -imus: sustinemus. 701 -rt: nuntiat. *al.* *legitur inde a* PLAVTO *per totam latinitatem; saepius occurrit in oratione prosa, e. g. apud* CIC. *163[ies] (dimidia pars in epist.), Corp. Caes. 34[ies]*, LIV. *90[ies], neque tamen evitatur a poetis, legitur e. g. apud* VERG. *21[ies]*, HOR. *octies*, OV. *28[ies].* [*confunditur in codd. saepius cum* proferre, *e. g.* LIV. 2, 59, 7 SEN. nat. 6, 18, 7 epist. 31, 3 SVET. Iul. 56, 6. *al.* (*falsa var. l. e. g.* CIC. Verr. II 2, 75 LIV. 10, 39, 7 LVCAN. 5, 761. 10, 487; *v. etiam p. 1358, 51 sq. 55*), *ceterum e. g. cum* afferre CIC. Att. 7, 18, 1, deferre CIC. Catil. 2, 6 (*in var. l.* CAES. Gall. 4, 27, 3), praeferre CIC. leg. agr. 2, 82 TIB. 2, 5, 70. *al.* (*falsa var. l.* CVLEX 262, *v. etiam p. 1363, 74*), referre OV. Pont. 2, 1, 49. *al. (cf. p. 1357, 63. 1358, 57), in stirpe perf. cum* percellere (*v. p. 1195, 48*) *et* perpellere (TER. Hec. 302; *falsa var. l.* LIV. 5, 51, 2. 8, 16, 9. *al.*). *sensu incerto propter contextum deficientem* COM. pall. inc. 61 CIC. frg. inc. K 36 VARRO Men. 73, *loco nondum sanato* HOMER. 7.**]**

i. q. ferre per spatium, tempus quoddam vel usque ad finem quendam (*distinguitur* ferre *l. 54. p. 1356, 45. 1359, 63 sqq. 1362, 27, ceterum e. g.* SAB. Gell. 11, 18, 11 PHAEDR. 1, 2, 30. *contra vis praeverbii evanuisse videtur p. 1360, 4. 1364, 16, addas* CYPR. eleem. 6 quominus *Christus* ... -ret auxilium *Petro* [*nisi praeferas var. l.* ferret]).

CAPVT PRIVS: *vi praeverbii* ***locali*** *(haud raro spectat ad successum actionis, e. g. l. 72 sqq. et p. 1358, 31 sqq.); -rtur aliquid vel aliquis*: **I** *vario modo*: **A** *transferendo, transportando* (*cum colore ducendi maxime l. 52. 59. p. 1356, 26. 37. 41. 69 sq.*): **1** *-untur extranea* (*sive animantes sive res* [*incorporeae e. g. p. 1356, 25. 27 sqq.*]): **a** *agunt homines vel dii* (*subiunximus ea, quorum agens non indicatur*): **α** *proprie; -untur*: Ⓘ *varia* (*exempla selecta inde a* LIV.): PLAVT. Truc. 444 iubebo ad istam quinque -ri minas. VARRO rust. 1, 41, 6 sic genera ficorum ... transmarina in Italiam -lata (*cf.* HIER. epist. 31, 3, 1 *Lucullus* genus pomi ... Romam). 3, 12, 6 *lepores Gallici* raro -untur Romam. HOR. carm. 4, 4, 56 gens, quae ... ab Ilio ... sacra natosque maturosque patres -lit Ausonias ad urbes (*cf.* OV. rem. 368 -lit huc victos quo duce Troia deos. SEN. benef. 3, 37, 1 *Aeneas* tulit illum *patrem* per ignes et ... -lit colendumque inter conditores Romani imperii posuit). TIB. 2, 5, 70 quas ... Tiburs *sibylla* per flumina sortes portarit sicco -leritque sinu (pretul-, perlu- *var. ll.*). LIV. 5, 22, 7 *statuam* in Aventinum ... -latam. VITR. 4, 1, 9 nutrix collecta *quaedam* et conposita in calatho -lit ad monumentum. VAL. MAX. 1, 6, 3 aruspex ... raptus et in castra -latus (*-rtur captivus ut*: FRONTIN. strat. 1, 2, 5). 1, 7, 4 *aegrotans* lecticula ... ad senatum -latus. SVET. Nero 22, 3 qui -lissent, *sc. legati coronas Neroni.* VET. LAT. Marc. 9, 17 (cod. 1) -li filium meum ad te (*gr. ἤνεγκα, cod. 4* adduxi, *Vulg.* attuli). HIER. epist. 53, 1, 1 Ambrosius tua munuscula -ens detulit et ... litteras. COD. Theod. 8, 4, 17 ut aurum ad officium ..., id est ... pro duodenis modiis salis singuli solidi -antur. ALC. AVIT. carm. 1, 205 nostros quicquid -rtur ad usus *ex oriente. al.*

Ⓘⓘ *scripta sim.* (*sc. nuntios vel quaelibet continentia*): Ⓐ *iunctura trita* litteras -re (*obi. subaudiendo e. g. l. 69. 73. 75*): *indicatur quo*: CIC. Att. 3, 13, 2 quo rarius ad me l. -entur. fam. 14, 4, 5 quis ad me -et? *et saepius in epist.* (*fere* ad me, te). CAES. civ. 1, 53, 2 Romam. BELL. Afr. 4, 2 in oppidum ad Considium. 4, 4 CVRT. 7, 2, 15 PLIN. epist. 9, 28, 1. *al.* *non indicatur quo*: CIC. Manil. 39 cotidie sermones ac l. -untur. Att. 5, 20, 8 libertus tuus curavit perlonga ... via -endas *l.* 10, 15, 4 qui -at. *al.* CAEL. Cic. fam. 8, 3, 1. POLLIO Cic. fam. 10, 31, 1 nave -latae. 10, 31, 4 CASS. Cic. fam. 12, 12, 1. CAES. Gall. 5, 40, 1 si -lissent. OV. ars 1, 457 littera ... pomo -lata, *sc. ad Cydippen.* CVRT. 7, 2, 36 *litteras quibusdam* -laturis ... traderet. *al.* Ⓑ *cetera exempla*: CIC. Att. 2, 1, 1 me ... librum L. Cossinio ad te -endum dedisse (2, 1, 12. *al.*). 3, 8, 3 acta mensis Mai ad nos. 4, 17, 1 si -latae non sint *epistulae* (12, 18, 2 *meam* curabis cum tua -endam. ad Brut. 22, 1. NEP. Paus. 4, 1 si -lisset. SEN. epist. 3, 1. *al.; cf. ellipsin* CVRT. 4, 1, 14 hanc). 8, 5, 2 fasciculum ... ad eum -endum (Q. CIC. Cic. fam. 16, 26, 1). 15, 13[a], 3 ad te orationem *meam* esse -latam (ad Brut. 4, 2 haec ad te o. -etur, quoniam te video delectari Philippicis nostris). fam. 9, 15, 4. PLANC. Cic. fam. 10, 21, 3 chirographa. SALL. Catil. 44, 1 quod *ius iurandum* signatum ad cives -ant. HOR. epist. 1, 13, 7 quo -re iuberis *chartam.* EPIST. imp. Aug. Suet. vita Hor. p. 47, 7 -lit ad me Onysius libellum tuum (MART. 10, 20, 4 Plinio). OV. am. 1, 11, 8 ad dominam ... tabellas. *al.*

Ⓘⓘⓘ *corpus, reliquiae defuncti*: NEP. Ages. 8, 7 quo Spartam facilius -re possent *regem mortuum.* FAST. mag. Ost. a. 37 (Inscr. Ital. XIII 1 p. 191) corpus *Tiberii* in urbe(m) -latum per mili⟨tes⟩. ASCON. Mil. p. 31, 24. CIL VI 8878 (*saec. II ex.*) *coniugis* reliquias ... ipsa -lit (*sc. Carnunto Romam*). INSCR. Année Épigr. 1932 n. 8 funere publ(ico). *al.* *?inde per oxymoron*: VEN. FORT. carm. app. 3, 26 cernere non merui vivum *fratrem* nec adesse sepulchro, -or exequiis altera damna tuis (*sc. absens quasi alterum damnum familiae efferor; depon. notione patiendi intellegit Blomgren, Stud. Fort. I, 1933, 47*).

β *translate*: CIC. leg. agr. 2, 82 ad paucos opibus ... adfluentes totum agrum Campanum -ri. SEN. contr. 9 praef. 5 *in foro* inter fremitum ... turbae ... *oratoris* vox ad aures iudicis -enda *est.* SEN. Herc. O. 272 (*Deianira ad Iunonem*) -r manus quocumque; ... utere furente. QVINT. inst. 2, 6, 3 *discipuli* divisionem *a praeceptore elaboratam* ... ad cogitationem ... et stilum -unt. CE 868, 3 (*saec. II ex.; in basi statuae Herculis*) haec tibi nostra potest tenuis -re camena.

b *agunt res*: **α** *impulsu corporeo* (*cf. p. 1362, 19*): PLAVT. Rud. 371 vix hodie ad litus -lit nos ventus exanimatas (CIC. Manil. 40 non ... illum eximia vis remigum ... aut venti aliqui ... in ultimas terras -lerunt. COLVM. 11, 3, 9 pulverem in *hortum. cf.* SEN. epist. 70, 3 alium pertinax flatus celerrime -rt, *sc. in portum.* LVCAN. 5, 605. *sim. al.*). LVCR. 5, 655 *solem* sub terras cursum convortere cogit vis eadem, supra quae terras -lit orbem. OV. fast. 1, 339 nondum -lerat ... murras ... navis (*cf. 341* nec miserat India costum). COLVM. 6, 18, 2 conceptum nidorem fistula usque ad hirudinem -rt. LVCAN. 4, 82 arcus ... Oceanum ... bibit raptosque ad nubila fluctus -lit. 5, 674 *navigantem* -lit unda *alta* ... *et* imposuit terrae. PLIN. nat. 11, 270 *vox* levi sono dicta verba ad alterum caput *theatri* -ens. FRONTIN. strat. 2, 4, 15 omnia, quae conceptum ignem usque in vallum -re poterant (*item* 4, 7, 40). *al.* **β** *impulsu incorporeo*: VERG. Aen. 11, 717 *non* fraus te *fugientem* incolumem ... -et Auno *patri.* LIV. 7, 15, 7 quos pavor -lerat in silvas (perculerat *codd. plerique*). 9, 13, 5 Romanos ira eadem, quae per mediam aciem hostium tulerat, et in castra -lit (perculit *codd. plerique*). SEN. epist. 58, 34 paucos longissima senectus ad mortem sine iniuria -lit (*item -rtur aliquis per spatium temporis*: CE 1501 bis quater ad denos -lit illu(m) dies [*i. ad LXXX annos?*]. *cf. p. 1363, 27*). HYG. astr. 2, 14, 4 qualis ... Phorbanta ... ad sidera gloriae -lit casus.

c *agunt animalia*: CIC. Tusc. 2, 67 equi Pelopis ... excipient te et quo velis -ent (*cf.* OV. fast. 2, 737 *equi* -lerant dominos, *sc. Romam.* LVCAN. 4, 763 *eques* -rtur ad hostes). OV. trist. 3, 12, 3 *aries* non bene -lit Hellen. MART. 10, 20, 9 *aquila Ganymeden* -lit Tonanti. PLIN. epist. 9, 33, 4 *delphinus puerum* in altum. *al.*

2 *-rt aliquid (aliquis) se ipsum vel rem sibi inhaerentem* (manus *l. 69*): **a** *personam vel rem motam eiusve cursum, motum, vim, impetum sim.*: **α** *active*: VERG. Aen. 10, 786 *hasta per clipeum* transiit ... imaque sedit inguine, sed viris haud -lit (SEN. dial. 2, 4, 1 ut ulla vis noxia usque ad illum *sapientem* v. suas -at [*cf. antea: iniuriam* non perventuram ad eum]. QVINT. inst. 1, 7, 10 quae *c littera* ad omnes vocales v. suam -at. PRVD. psych. 511 *non* nostra potentia -rt v. solitam). 12, 907 lapis *a Turno moriente iactus* ... nec spatium evasit totum neque -lit ictum (SIL. 5, 326 telum ... letalem -lit i. STAT. Theb. 11, 502. IVV. 6, 261 quo fremitu monstratos -at i. *in exercitio gladiatoris*). LVCAN. 10, 254 flumina Nilus ... non uno gurgite -rt (*sc. in mare*). STAT. Theb. 6, 941 venit harundo retro versumque a fine tenorem -lit. TAC. ann. 16, 13, 1 qui *turbo* villas ... disiecit -litque violentiam ad vicina urbi (LACT. opif. 11, 8 ne ... nocendi v. internis receptaculis -at *spiritus*). APVL. mund. 12 *venti quidam* minore nisu ... spiritus -entes. MARCELL. med. 28, 73 sub ventre manus -es (*antea quater*: pones). **β** *reflexive*: VERG. Aen. 1, 389 hinc te reginae ad limina -r. GELL. 12, 1, 13 *sanguis* in supernas se partis *corporis* -rt. **γ** *(medio)passive*: VERG. Aen. 11, 803 hasta sub exsertam donec -lata papillam haesit (STAT. Theb. 12, 749 longo -lata tenore transiit h. duos *equos. cf.* VVLG. I reg. 19, 10 lancea ... -lata est in parietem). SEN. nat. 2, 21, 3 fulguratio ... est non -latum usque in terras fulmen (*postea*:

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

perductam). 5, 18, 9 *nostra* felicitas est ad bella -ri. 6, 20, 7 spiritus agitatio ipso motu crescens et se incitans ab imo in summa usque -rtur. epist. 92, 30 noster animus -rtur illo (*sc. ad divinum*), si vitia non deprimant (*antea*: illo tendit). Avg. serm. 206, 3 *volat* oratio pennis adminiculata virtutum ... et ... facilius -rtur in caelum. Greg. Tvr. Franc. 3, 15 p. 116, 12 *pueri* abscesserunt et sic usque ad sanctum Gregorium -lati sunt. Mart. 1, 11 quo (*i. ad sepulcrum Martini*) *legati regis* -lati ... exorant ... pro aegroto. Ven. Fort. carm. 11, 26, 14 qui *spiritus caloris* ... in principio -batur aquis. *al.*

b *varias qualitates transferendas* (*fere cum colore retinendi, non amittendi; quaedam vergunt ad p. 1363, 37, e. g. l. 12. 13*): Ov. met. 13, 478 *Polyxena immolata* super terram ... labens -lit intrepidos ad fata novissima vultus. Val. Max. 6, 1, 4 ut *puella* non solum virginitatem inlibatam, sed etiam oscula ad virum *futurum* sincera -ret. Sen. Herc. O. 1515 hanc ... ad imos -am laudem inclutam, quod nulla pestis fudit Alciden (*cf.* Sil. 5, 563 ad manes leti -r decus). epist. 108, 7 pauci *philosopho audito* illam, quam conceperant mentem, domum -re potuerunt (*antea*: si illa animo forma permaneat). Cvrt. 4, 1, 22 in eam *regiae dignitatis* fortunam ... istam *pauperis* continentiam -r. Lvcan. 1, 401 *fluvius* famae maioris in amnem lapsus ad aequoreas nomen *suum* non -lit undas. Hil. c. Const. 8 ut aeterno iudici suo poenas *martyrii* et ... corporum -ant cicatrices (*cf.* Alc. Avit. carm. 6, 622 *virgo* intactum -rt vota ad caelestia corpus). Hier. Orsies. doctr. 19 *monachi* simplicitatem animae ad bona opera -entes (praef- *var. l.*).

3 *obi. omisso* (*nisi intransitive i. q. pervenire, cf. vol. VI 1, 561, 53 sqq. et Feltenius, Intransitivizations, 1977, 81*): Plin. nat. 2, 121 *ventus provinciae Narbonensis* Ostiam plerumque secto (recto *fere trad.*) Ligustico mari -ens. Act. Archel. 67, 11 per hoc exiguum lucis ... creaturae valuerunt generare similitudinem -entem ad illam, quam de luce conceperant, permixtionem.

B *diffundendo, extendendo* (*pass. vel mediopass. praeter l. 34. 42; ceterum cf. supra p. 1356, 67 sq. nec non infra l. 72 sqq.*): **1** *-untur res variae*: Cic. Cluent. 155 ut haec ... in omnes ordines quaestio -atur. Plin. nat. 6, 25 *Armenia maior* finem usque in Adiabenen -rt (*cf.* Mart. Cap. 6, 626 Propontis ... ad Maeotidem usque -rtur. 6, 639 *Europae tellus* in superum mare Boreamque -rtur). Avg. pecc. orig. 21, 24 *litteras* conscripsit per orbem catholicum -endas. **2** *-untur ea, quae sensibus percipiuntur, sc. clamor sim. vel odor* (*saepe ita, ut alii turbentur, tumultu afficiantur; aliter maxime* Sen., Rvfin.): Liv. 2, 59, 7 Volsci ... novissimos adoriuntur; a quibus -latus ad primos tumultus ... ordines turbavit (38, 6, 3 clamor t.que in castra est -latus. *aliter p. 1358, 21*). 3, 3, 1 *hostes* tanto cum tumultu invasere fines Romanos, ut ad urbem quoque terrorem -lerint (6, 8, 4 non in primam tantum aciem, sed etiam ad subsidiarios. 21, 57, 1 Romam tantus t. ex hac clade -latus est). 7, 36, 13 -rtur circa collem clamor fugatque ex suis quemque praesidiis (8, 32, 12 inde c. in totam contionem est -latus. 35, 30, 5 ab tergo paventium ad prima signa est -latus, ... diffugiunt. *al.* Sen. epist. 80, 2 ingens c. ex stadio -rtur. Cvrt. 5, 12, 13). Rvfin. hist. 5, 1, 52 cum ... nidor adustae carnis ad nares ... populi -retur (*gr. ἀνεφέρετο*).

II *dicendo, scribendo* (*v. etiam p. 1356, 25*): **A** *usu vario; spectat ad*: **1** *quemlibet actum nuntiandi, communicandi* (*-untur vel facta nuntianda vel rumor, fama sim.; syn.* nuntiare Cic. fam. 2, 8, 1 ad Q. fr. 1, 1, 39. *al.* [*cf.* Caes. Gall. 5, 58, 1 enuntiari], deferre Caes. civ. 1, 9, 1): **a** *formae activae*: α *-unt homines*: ① *indicatur quo*: Plavt. Capt. 377 qui ... patri meo ... omnem rem illuc -at. Cic. Lig. 7 C. Pansa mihi hunc nuntium -ente (Hirt. Gall. 8, 36, 1 Drappeti. Liv. 3, 46, 6 ad patrem. *al.*). Att. 7, 18, 1 tua ... erga se officia ... ad me -lerunt. 11, 8, 2 qui ex ipso audissent, ... ad me -lerunt. ad Q. fr. 3, 1, 18 Caesaris mandata ... ad Pompeium (Caes. civ. 3, 57, 2. Verg. Aen. 11, 825 Turno. Liv. 44, 26, 9. *al.*). *al.* Caes. civ. 2, 27, 2 quam habuerant opinionem, ad eum -unt. Ov. Pont. 2, 2, 41 verba ... nostra ... Romana ad numina -r (4, 4, 49 tua ... mihi v.). Sen. Phaedr. 733 -te in urbem (*sc. facinus commissum; aposiopesin intellegit Grimal, 1965, ad l.*; referte *var. l.*). *al.* ② *non indicatur quo*: Plavt. Amph. 216 haec ubi legati -lere (Cic. Att. 16, 8, 2 qui h. -lit, Antonium ... ad urbem pergere). Capt. 343 qui tua ... mandata ... -at (Plin. nat. 18, 20 Tac. ann. 1, 57, 2. *al.*). Cic. fam. 12, 30, 3 vultus ... tuos mihi expressit omnis, non solum animum ac verba -lit (Sen. Tro. 802 -r querelae v.). Bell. Alex. 28, 1 qui rem gestam -ret (Liv. 10, 27, 4 ut subinde, ut quaeque res nova decreta esset, exploratam -rent). Sen. Herc. O. 100 tu ..., Licha, -r triumphos *Herculis.* Cvrt. 5, 10, 11 preces. *al.*

β *-rt rumor, fama sim.*: Cic. fam. 2, 8, 1 multi nuntiabunt, -et multa etiam ipse rumor (*non indicato loco ut*: Amm. 18, 4, 2 cum haec primo rumores, dein nuntii certi -rent. *ceterum*: Ov. Pont. 2, 1, 49 -lit hic idem nobis ... r. oppida *expugnata esse.* Liv. 2, 54, 9 quod ubi in totam

contionem -lit r. *al.*). Liv. 42, 16, 7 ut fama mortuum *regem esse* in Asiam -ret (Sen. dial. 3, 11, 2 ut tantae cladis notitiam ad suos non nuntius, sed f. -lerit. Avg. gest. Pelag. 22, 46 coepit ad nos f. -re, quod ... disputaret). *al.; loco non indicato e. g.* Clavd. Don. Aen. 2, 25 p. 150, 30 ut opinio -lerat (*cf. 2, 15 p. 148, 30* sparsa est ... opinio).

b *formae passivae*: α *indicatur quo*: Cic. Font. 36 si hoc ita -latum erit in Galliam (fam. 9, 16, 4 haec ad *Caesarem.* Caes. Gall. 7, 8, 4 fama ac nuntii⟨s⟩ ad Vercingetorigem. *al.*). Catil. 2, 6 consilia ad me (Caes. Gall. 4, 21, 5 ad Britannos. *al.*). Sest. 120 nuntio de illo senatus consulto ... ad ludos scaenamque -lato (Balb. 64 illi. ad Q. fr. 1, 1, 1 Caes. civ. 1, 53, 2. Verg. Aen. 9, 692 Turno. *al.*). Att. 3, 24, 2 illa opinio, ut quidem ad nos -batur, ... amissa est. fam. 6, 3, 2 quas *res* ad te -ri existimo (*al.* Caes. Gall. 7, 1, 2 eae res in Galliam). 15, 21, 2 cum ad te ... dolores mei -rentur. *al. in epist.* Cael. Cic. fam. 8, 4, 1 Planc. Cic. fam. 10, 8, 5. Caes. Gall 2, 35, 1 tanta huius belli ad barbaros opinio -lata est, uti *eqs.* 5, 39, 1 nondum ad eum fama de Titurii morte -lata (*saepius, v. vol. VI 1, 220, 40 sqq.*). Nep. Lys. 4, 1 cum Lysander ... multa crudeliter ... fecisset deque iis rebus suspicaretur ad cives suos esse -latum. Liv. 4, 50, 1 -lata haec vox Postumi ad milites (32, 36, 1 cum haec ... omnes vociferarentur, ad Philippum quoque procul stantem v. est -lata. Sen. epist. 94, 53. *al.*). 10, 18, 3 qui tumultus repens ... est Romam -latus (21, 26, 1 [*postea*: acceperunt]. *aliter p. 1357, 40*). 34, 16, 8 fama ... volgatur consulem in Turdetaniam exercitum ducturum, et ad devios montanos profectum etiam falso -latum est. 44, 33, 7 singulos proximo cuique ... dicere ..., sive ... sive ab extremis ad primos -endum imperium sit. *al.* β *non indicatur quo*: Cic. Att. 4, 1, 4 omnia ... nuntiis ac rumore -lata *esse* (*postea*: cognoscere). ad Q. fr. 2, 11, 5 amor ... eius erga nos -rtur omnium nuntiis. Caes. Gall. 5, 53, 4 illo incommodo de Sabini morte -lato ... civitates de bello consultabant. civ. 2, 7, 3 nuntii -endi gratia. Bell. Afr. 92, 4 rumore ... -lato de eius lenitate. Cvrt. 7, 4, 32. *al.*

2 *actum pronuntiandi, narrandi* (*maxime de oratore [sim., sed sine respectu auditorum p. 1364, 12]; de voce l. 34*): **a** *accedit praepos.* ad: Sen. epist. 75, 2 *disputarem sine gesticulatione* contentus sensus meos ad te -lisse. Lvcan. 6, 446 *Thessalarum* vox ... verba ... ad invitum -rt cogentia numen. Qvint. inst. 1, 2, 13 ut *docenda* eadem voce ad omnes *discipulos* simul -antur. 4, 2, 81 aliter ab hoc *reo* atque ab illo *accusatore res* ad iudicem -ri oportet (12, 3, 2 domi ... composita). 8 prooem. 15 eloqui ... est omnia, quae mente conceperis, ... ad audientes -re. Svet. Claud. 37, 2 ordinem rei gestae -re ad senatum (*cf.* Apvl. met. 10, 8, 2 haec ad ordinem *decurionum* -lit: *eqs.*). *al.; sine obi.*: Lvcif. Athan. 2, 18 l. 26 (*ad Constantium*) fuisti ausus -re ad beatam ecclesiam, fuisti ausus dicere: *'eqs.'* **b** *non indicatur quo*: Lvcan. 7, 65 cunctorum voces ... -lit *Cicero Pompeium ad proelium hortans.* Stat. silv. 3, 3, 30 *pater mortuus* accedat domini *Plutonis* solium gratesque supremas -at. Qvint. inst. 4, 1, 47 *ab oratore non* eadem vi -rtur alieni animi qua sui motus. 12, 3, 2 *orator iuris imperitus* quodam modo mandata -et et ... aliena fide dicet (decl. 333, 8 -enda fuerunt m. falsa. *al.*). decl. 333, 3 ea, quae dicenda accepit, -lit. Ivv. 6, 392 stetit ante aram ... dictataque verba *precationis* -lit. 7, 153 quaecumque sedens modo legerat *discipulus oratoris,* haec eadem stans -et atque ... cantabit. Apvl. met. 4, 31, 1 tota illa -lata ... fabula (*ita F et edd.,* prof- *codd. rec.; item variant codd.* 1, 14, 3. 1, 26, 5. 3, 3, 5. 10, 7, 10. 11, 7, 1, *quibus locis* prof- *legunt edd. plerique*). *al.*

3 *actum scriptoris, poetae* (*pro obi. est persona laude efferenda* Ps. Orig.): Cvrt. 7, 8, 11 *verba legatorum,* utcumque sunt tradita, incorrupta -emus (prof- *Bentley*). Hyg. mun. castr. 48 nunc munitionem castrorum et reliqua, quae pluribus auctores scripserunt, breviter -amus. Flor. epit. 2, 19, 5 quae ... separatim -entur (ref-, prof- *coni.*). Opt. Porf. carm. 5, 23 siquod *mens mea* -et audens maius opus nectens (*cf. 20* componis). 18, 24 vates quae -rt. Ps. Orig. in Iob 2 p. 493^{C} magnificans illum *Iob* et laudans atque -ens dicit *propheta eqs.* *gerund.* -endus *fere i. q. memorandus*: Vita Roman. rec. (bhl 7306) 5 quam -endum miraculum ... virtus divina per virum dei sit operata, *narrabo.*

B *in iunctura* -re in notitiam *sim. alicuius*: Frontin. strat. 2, 7, 5 ne ... in aliorum id notitiam -ret (Traian. Plin. epist. 10, 38 in n. meam. Plin. epist. 10, 67, 2 haec in n. tuam -enda. 10, 75, 2. *et saepe; accedit dat.*: Cypr. epist. 45, 1 collegis singulis. 55, 5 ecclesiis omnibus. Avg. epist. 35, 3 illi. Ps. Sen. epist. Paul. 8 ei. *al.; cf.* ad notitiam: Lvcif. non parc. 9 l. 24 *dei* praecepta ... ad populorum credentium -ri n. Cod. Theod. 12, 6, 25. *al.*). Cypr. epist. 58, 1 ad vestram ... conscientiam admonitionis nostrae sollicitudinem -re (72, 3). Epist. imp. inc. (cil iii 6866) 4 ad scientiam nostram (Firm. math. 4, 21, 2 Cod. Theod. 11, 16, 8. *al.*). Interpr. cod. Theod. 16, 2, 12 in episcoporum audientiam. *al.*

III *appendix syntactica ad I et II; indicatur*: **A** *quis -at: indicatur perlator praepositione* per: Cic. fam. 1, 9, 20 sermones ... ad me per homines honestissimos (*nuntiando ut*: Caes. Gall. 4, 21, 5 civ. 1, 9, 1.

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

al.; iuxta formam act.: COD. Iust. 10, 32, 2 [*impp. Diocl. et Maxim.*] nominationem ... per officialem publicum -re curent *magistratus*). *indicatur et auctor*: VITR. 8, 3, 16 *aqua mortifera* ab Antipatro in provinciam ... per Iollam filium -lata esse *memoratur*. *indicatur et agens et instrumentum e. g.* LIV. 29, 14, 14 *matronae* per manus ... in aedem Victoriae ... -lere deam. SEN. contr. exc. 9, 4 qui deorum ... dona suis manibus -lit ad tyrannum ([*e contr. 9, 4, 10* tulit]. *item abl.*: VAL. MAX. 2, 4, 5 adrepto calice aquam flumine haustam eo ... -lit. *al.*). *quatenus verbum adhibeatur de rebus, apparet e. g. p. 1356, 30 sqq. 1357, 72 sqq.*

B *quid -atur, per*: **1** *acc. rei vel personae passim. obi. subaudiendo p. 1355, 68. 1357, 58. 62* (*adde e. g.* CALP. ecl. 3, 93), *pro obi. substituitur adv.* ut *p. 1358, 4. 11; obi. omnino deest p. 1357, 25. 1358, 41.* **2** *acc. c. inf.* (*iuxta pron. praepar.* CIC. *p. 1357, 65.* CAEL. Cic. fam. 8, 4, 1. *al., pendet e iunctura c. subst.* NEP. Dion 2, 2 VERG. Aen. 9, 692. *al.*): CIC. fam. 14, 1, 1 sermone omnium -rtur ad me incredibilem tuam virtutem ... esse. CAEL. Cic. fam. 8, 6, 1 Appium ... reum factum (*omissa copula ut*: VERG. Aen. 5, 665 nuntius ... incensas -rt navis Eumelus. *omittitur etiam acc. subiecti*: LIV. *p. 1358, 1. 23*). OV. Pont. 2, 1, 49. LIV. 3, 26, 4 equites ... Romam -lere consulem ... obsideri. 21, 25, 1 in Italiam ... Hiberum transisse Hannibalem a ... legatis Romam -latum erat. CVRT. 9, 3, 1. *al.* **3** *praepos.* de (*cf. l. 25. p. 1362, 53*): NEP. *p. 1358, 18.* VVLG. act. 23, 30 cum mihi -latum esset de insidiis (*gr. μηνυθείσης ... ἐπιβουλῆς*). COD. Theod. 9, 42, 7 singillatim de omnibus ... -atur. **4** *enunt. secund.*: quod (quia): VET. LAT. I Cor. 1, 11 (cod. 75. *al.*) -latum est ... mihi de vobis ..., quod contentiones inter vos sunt (*gr. ἐδηλώθη ... ὅτι*, Rufin. Adamant. 1, 8 quia, *Vulg.* significatum est ... quia). AMBR. obit. Valent. 23 quod ... pergerem (*item c. coni.*: AVG. *p. 1358, 3. al.*). *interrog.* (*iuxta obi. praepar. iam* PLAVT. Capt. 377): AMM. 14, 9, 3 quid quaesitum esset. HIST. AVG. trig. tyr. 10, 11 qualis ... in pugnando fueris.

C *quo vel per quem locum quid -atur*: **1** *structura simplici per*: **a** *praepos.*: ad: PLAVT. Rud. 371 ad litus. *et saepissime, maxime c. acc. personae; c. colore finali p. 1355, 65. 1358, 68 sqq.* in *c. acc.: saepe inde a* CIC., *v. p. 1356, 16. 32 sq. 1357, 75. al., cf.* usque in *p. 1356, 75. 1357, 2. al.; c. colore finali p. 1358, 63 sqq. alias*: circa: *p. 1357, 44.* inter: HYG. astr. 2, 42, 2 *Phaethon* a Sole i. sidera -latus *est.* per: *p. 1355, 56. 1357, 37, adde* DRAC. Romul. 10, 195 per aras ... molam -rt. sub: *p. 1356, 69. 72.* supra: *p. 1356, 35.* **b** *dat.: personae saepius inde a* CIC., *e. g. p. 1356, 43. 1357, 56. 1358, 11* (*cf.* PLAVT. *sub 2a*). *rei: p. 1356, 68.* **c** *acc. directionis: v. p. 1355, 51. 1356, 14. 1357, 27. al., addas e. g.* CAES. civ. 1, 53, 2 Romam. LIV. 6, 28, 9 domum (SEN. contr. 2, 4, 3. *al.*). **d** *adv. sim.* (*selecta*): CIC. fam. 2, 9, 1 quo ... propter latrocinia tardissime omnia -untur (*al., cf. p. 1356, 26 et 51*). CAEL. Cic. fam. 8, 4, 1 multa ... istoc. LIV. 4, 40, 1 eo (6, 25, 11. *al.*). SEN. epist. 92, 30 illo. *sim. al.*

2 *structura duplici*: **a** *iuxta adv. vel acc. directionis ponitur praepos. vel dat. personae*: PLAVT. Capt. 377 qui ... patri meo ordine omnem rem illuc -at. LIV. 3, 23, 2 haec *gesta* celeriter Romam, ab Roma in castra Antium -lata. 5, 28, 7 pavor ... inde Verruginem etiam ad praesidium alterum est -latus. 21, 25, 1 (*v. sub B2*). 33, 15, 3 quod ubi Cleonas ad Nicostratum -latum est. 33, 17, 2 Corcyram ad legatum. *al.* **b** *iuxta ponuntur praepos.* in *et* ad (*sc. haec personam, illa regionem indicans; aliter p. 1357, 43; cf. acc.* Romam *iuxta* in Italiam LIV. 21, 25, 1): VARRO frg. Aug. civ. 7, 34 p. 317, 10 *libros* in urbem -lit ad praetorem. BELL. Afr. 4, 2 in oppidum ad Considium. LIV. 3, 61, 11 fama -lata non in urbem modo, sed in Sabinos ad alterum exercitum. 27, 33, 3 id *cornu* inventum ab Aetolo quodam -latumque in Aetoliam ad Scerdilaedum. *al.*

D *unde quid -atur, per: adv.*: VERG. Aen. 1, 389 hinc. LIV. 5, 28, 7 inde (5, 28, 12. 8, 32, 12. *al.*). 38, 40, 11 unde. *al. praepos.*: ab *l. 48. p. 1355, 52. 1358, 25. al.*, ex *p. 1357, 47.*

CAPVT ALTERVM: *vi praeverbii* ***temporali*** *vel* ***perfectiva*** (*vis localis sublucere vid. sub IIA 1, ceterum fortasse p. 1364, 1 sq. 2 sq. 9*): **I** *ponitur potius vi* ***patiendi*** (*iuxta ponitur* ferre *l. 72. p. 1361, 41, addas e. g.* CIC. Catil. 4, 1. fin. 5, 32 [*distinguitur* SEN. Thy. 307 leve est miserias ferre, -re est grave. DON. Ter. Andr. 62 ferre est cum certo tempore, -re finem exspectat effectus], pati *p. 1361, 38. 66 sqq., addas e. g.* CIC. Verr. II 3, 228 HOR. epist. 1, 15, 17. **1**, 16, 74 *nec non* perpeti CIC. Verr. II 3, 64. 131 de orat. 2, 77 fin. 5, 32. *al.*): **A** *exempla selecta varios colores illustrantia* (*cf.* SYNON. Cic. p. 426, 4 fert. suffert. patitur. -rt. sustinet. sinit. tolerat. durat. permanet. perseverat): **1** *vi quodammodo activa -rt*: **a** *qui patiendo, sustinendo non succumbit, non infirmatur, non frangitur*: **α** *illustratur modus -endi*: PLAVT. Amph. 645 feram et -am usque abitum eius animo forti (*item per abl.*: CATVLL. 8, 11 [*v. sub γ*]. SEN. contr. 2, 2, 11 desiderium misera ... patientia -am. SEN. Med. 152 aequo mutus animo. dial. 12, 2, 3 forti et immobili constantia. *al.*). CIC. p. red. ad Quir. 24 in -endo labore industriam *exhibere*. Tusc. 2, 18 si *sapiens* fortis ⟨est⟩ in -endo. SEN. Herc. f. 417 intrepide (*item per adv. e. g.* dial. 1, 4, 11 ut ictus flagellorum fortiter -ant. epist. 78, 25 facile. CVRT. 7, 4, 12 moderate. *al.; fere pro verbo simplici in iunctura* indigne -re: *v. vol. VII 1, 1194, 58*). dial. 1, 2, 8 si *adulescens* leonis incursum *in venatione* interritus -lit. **β** *accedunt* non posse, nequire *sim.*: CIC. Verr. II 2, 9 cum -re non possent luxuriem, crudelitatem *eqs.* (3, 64. Mil. 57 ne dolorem -re non possent, ne tormentis cogerentur ... confiteri. LVCR. 3, 342 VERG. georg. 2, 343. *al.*). rep. 1, 67 ut, si minima vis adhibeatur imperii, *cives* irascantur et -re nequeant ([*Plato rep. 563*^{d} *ἀνέχεσθαι*]. LVCR. 3, 580 cum corpus nequeat -re animai discidium. VERG. Aen. 9, 289. *al.*). MART. 7, 36, 1 cum pluvias madidumque Iovem -re negaret ... villa (7, 39, 3). *al.* (*cf. l. 30. p. 1361, 31. 36. 1362, 10*). **γ** *varia exempla*: CIC. Cluent. 168 -r hunc dolorem. Catil. 2, 23 quo ... pacto illi Appenninum atque illas pruinas ac nivis -ent? (*postea*: hiemem toleraturos). part. 77 *virtus*, quae quod iam adest tolerat et -rt. fin. 5, 61 quos illi *pueri* labores ⌞non⌟ -unt, ut aequalium principes sint! (*v. Hofmann-Szantyr 807*). CATVLL. 8, 11 nec quae fugit sectare, nec miser vive, sed obstinata mente -r, obdura (*inde* -r et obdura: OV. am. 3, 11, 7. ars 2, 178 si ... *amica non* erit tibi comis amanti, -r et obdura. trist. 5, 11, 7). VET. LAT. Is. 53, 12 (Cypr. testim. 2, 15) peccata multorum -lit ([*gr. ἀνήνεγκεν, Vulg.* tulit]. I Petr. 2, 24 [cod. 65. *al.; sim.* VVLG.] qui p. nostra ipse -lit in corpore suo super lignum [*gr. ut supra*]. *al.*). CAEL. AVR. chron. 1, 1, 24 quam *quantitatem panis* ... facile accipere atque -re solebat. *al. c. colore permanendi*: QVINT. inst. 10, 1, 40 qui *scriptores* vetustatem -lerunt (*i. qui adhuc leguntur; sim.* fero *e. g. Ov. trist. 5, 9, 8 Pont. 4, 8, 51*).

b *qui admittit, permittit eo, quod non prohibet, non obstat* (*-unt homines praeter l. 41*): TER. Hec. 744 uxorem hanc prius quam duxit *filius*, vestrum (*filii et meretricis*) amorem -li. CIC. S. Rosc. 122 potentiam ... Chrysogoni ... et nobis obstare et -ri nullo modo posse. Verr. II 4, 126 etiamne huius operarii (*sc. Verris*) studia ac delicias, iudices, -etis? Sest. 85 omnia ... vi, manu gerebantur: -batis (*postea*: nemo resistebat). HOR. carm. 3, 8, 15 vigiles lucernas -r in lucem (*alii trahunt ad IIB1a*). OV. am. 2, 15, 24 (*monet puellam, ut anulum a se donatum etiam in balneo gerat*) damna ... sub gemmam -r euntis aquae (*coni. varii varia*). PLIN. epist. 9, 13, 16 *se* feminarum -re ... affectum. DECL. in Catil. 68 nos te tendentem contra mandata senatus ... -emus? CONC.^{S} I 4 p. 227, 14 ista scribentes non -li (*Migne gr. 77, 340*^{B} *ἠνεσχόμην*). CASSIOD. var. 12, 28, 6 *rex* dimidiam relaxare -lit fiscalis calculi functionem. hist. 10, 26, 4 deus experimenta pupilli eum sentire non -lit (*gr. Theodoret. 5, 36, 3 εἴασεν*). *al. de re, quae obstat*: MART. CAP. 1, 41 quorum ... nomina ... publicari secretum caeleste non -lit.

c *qui aliquid in animum inducit: v. p. 1361, 48.*

2 *vi quodammodo passiva -rt, qui subit aliquid, afficitur aliqua re* (*pro obi. sunt fere res incommodae, animantia infesta* QVEROL., GREG. M., *homo* AVG.): CIC. Cluent. 171 *mortuum* ad inferos impiorum supplicia -re. Rab. Post. 39 -lit ipse custodiam. Phil. 11, 8 dolores Trebonius -lit magnos. CAES. Gall. 5, 54, 5 ut ⌞a populo Romano⌟ imperia -rent *Galli* (populi Romani *var. l.*). VERG. Aen. 3, 323 *Polyxena* sortitus non -lit ullos. HOR. epist. 1, 2, 22 aspera multa -lit *Vlixes* (*cf. Hom. a 4 πάθεν. de eodem*: OV. Pont. 4, 10, 12 tempora solliciti sed non tamen omnia fati -lit, et placidae saepe fuere morae). STAT. Theb. 3, 640 (*verba vatis monentis*) quae signa futuri -lerim. QVEROL. p. 33, 16 felices vos, qui non cynocephalos -listis! HIST. AVG. Sept. Sev. 3, 7 cum iniurias quasdam ab Atheniensibus -lisset. AMBR. paenit. 1, 13, 64 *Iob* diaboli ... morsum -lit, sed venena non sensit. HIER. in Ier. 5, 44, 4 Iacobum ... statim Herodis -lisse sententiam et martyrio coronatum. AVG. pecc. orig. 40, 45 *Maria* non -lit virum (*cf.* MART. CAP. 2, 149 cum nihil contagionis corporeae sexu intemerata -lerim). INTERPR. novell. Valent. 32 si ... nihil horum venditor ... -lerit. DIONYS. EXIG. Conc.^{S} I 5 p. 298, 17 *Christum* -re ... somnum ... atque tristitiam (*gr. I 1, 6 p. 155, 21 ἀνασχέσθαι*). VITA Caes. Arel. 1, 31 dummodo ... nullus Iudaeorum ... captivitatem -ret aut praedam. GREG. M. in Ezech. 1, 7, 6 (*ad Luc. 18, 11 sqq.*) *Pharisaeus* hostem -lit (*i. diabolum se temptantem*). *al.; de rebus e. g.* DRAC. laud. dei 1, 457 *paradisus* nec placidas sustentat aves ..., unguibus armatas nescit -re volucres. CASSIOD. hist. 7, 36, 14 calamus ... contritus est; cumque secundus et tertius calamus hoc -lisset (*gr. Theodoret. 4, 19, 15 ὑπέμεινε*).

B *exempla sec. structuras digesta*: **1** *sec. obi.*: **a** *obi. est acc.* (*suppletur ex enunt. relat. vel condic.* PLAVT. Capt. 743 breve spatium est -undi, quae minitas mihi. CIC. *supra l. 9.* fam. 7, 17, 2. *al.*): **α** *rei; -untur*: ① *varia* (*maxime labores, dolores sim.; pauca selecta post* CIC.): PLAVT. Amph. 645 -am usque abitum *mariti.* Men. 726 *potius* vidua vivam quam tuos mores -am. Merc. 57 omnes labores ... -ens ([-ris *trad.*]. CIC. p. red. ad Quir. 24 fin. 5, 61. NEP. Alc. 1, 4 animi l. VERG. georg. 2, 343. Aen. 5, 617 pelagi. *al.* PROP. 2, 23, 7 Herculis. SEN. epist. 104,

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

27 militares. *al.*). TER. Ad. 496 paupertatem (*cf.* VERG. Aen. 6, 437 pauperiem). AFRAN. com. 347 quos *dolores* ... -listi (*saepius, v. vol. V 1, 1847, 82 sq.*). CIC. div. in Caec. 3 eas *res* omnes sese ... per triennium -lisse. Verr. II 1, 33 damna, dedecora (*al., v. vol. V 1, 30, 59 sqq.*). 2, 8 iniurias (AMM. 30, 1, 15 HIST. AVG. Sept. Sev. 3, 7. *al.; cf.* CIC. Verr. II 3, 64 hoc ... genus iniuriarum [ferre *var. l.*]). Cluent. 171 impiorum supplicia (Att. 8, 11[d], 7 miserrima. AMM. 19, 2, 15. *al.; cf.* CIC. leg. agr. 2, 92 poenas [TAC. Agr. 32, 4. *al., cf. p. 1363, 67 et* CIC. Sest. 145 -li poenarum satis]). Catil. 2, 9 frigore et fame et siti et vigiliis -endis (fin. 5, 57 curas, sollicitudines, v. AMM. 27, 6, 9 sitim -et et v.). 2, 23 Appenninum ... ac nivis (Tusc. 5, 77 n. hiemalemque vim. OV. am. 1, 9, 16. *al.*). 4, 1 cruciatus (*al., v. vol. IV 1219, 15 sq.*). 4, 2 multa (Rab. Post. 22. Tusc. 2, 20 [*vers.; verba Herculis*] quae corpore ... atque animo -li [*Soph. Trach. 1047 μοχθήσας*]. HOR. epist. 1, 2, 22. *al.*). Tusc. 2, 41 gladiatores ... quas plagas -unt! (*cf.* SEN. dial. 1, 4, 11 ictus flagellorum). off. 1, 113 contumelias (*al., v. vol. IV 803, 14 sq.*). fam. 7, 11, 3 -as nostri desiderium (SEN. contr. 2, 2, 11). *al.* LVCR. 3, 342 animai discidium (3, 580). CAES. Gall. 1, 17, 3 Romanorum imperia (*al., v. vol. VII 1, 578, 19 sq.*). VERG. Aen. 3, 584 noctem illam ... immania monstra -imus. HOR. epist. 1, 17, 41 onus ... subit et -rt (EPICED. Drusi 350 o. *fortunae.* QVINT. inst. 11, 3, 136 dicendi onera). OV. am. 1, 9, 16 amans ... frigora noctis (CVRT. 7, 3, 12. *adde* CIC. *l. 9*). trist. 5, 1, 33 tot mala -limus (*al., v. vol. VIII 232, 30 sq. et cf.* SEN. Herc. f. 1239 hanc molem mali). *et saepissime.* Ⓘ *tempora, per quae quid durat* (*cf. indicationes temporis iuxta obiectum l. 3. 18. 33. 37; v. etiam p. 1362, 71. 1363, 31. 33 sqq.*): ACC. trag. 557 (*loq. Philocteta*) sedem, in qua ego novem hiemes saxo stratus -li. CIC. Verr. II 2, 8 et illum annum -lerant, qui sic eos adflixerat, ut salvi esse non possent, nisi *eqs.* OV. Pont. 4, 10, 12 (*v. sub A 2*). STAT. silv. 3, 2, 83 *te absente* quo nunc ego pectore somnos quove queam -re dies? *al.* Ⓘ *sonitus, voces, conspectus, odor sim.*: RHET. Her. 4, 15, 21 in proelio prae ignavia tubae sonitum -re non potes (*cf.* SEN. nat. 4, 2, 5 quem *strepitum Nili* -re gens ... *prope cataractas* collocata non potuit. SIL. 17, 326 sonos *tonitrus* ac vana ... nubila. *sim. al.*). CIC. p. red. ad Quir. 11 *consules* totum illum annum querelas senatus, luctum bonorum, Italiae gemitum -lerunt. har. resp. 49 minas eius (*cf. p. 1360, 70*). CAES. Gall. 7, 19, 4 conspectum *hostium* (ferre *var. l.*). VERG. Aen. 9, 289 quod nequeam lacrimas -re parentis (STAT. Theb. 3, 291 l. non -lit ultra). HOR. sat. 2, 2, 59 odorem olei. *al.*

β *personae*: TER. Andr. 62 sic vita erat: facile omnis -re ac pati. Hec. 302 ita olim suo me ingenio -lit *uxor* (perpulit *A*). CIC. Verr. II 2, 9 hunc denique ipsum -lissent, si *eqs.* Catil. 1, 3 Catilinam orbem terrae ... vastare cupientem nos consules -emus? Sest. 14 quoad ferri poterunt, *inimicos* -emus. de orat. 2, 77 facile omnis *Graecos* perpetior et -o. off. 2, 23 quem *tyrannum* armis oppressa -lit civitas. STAT. Theb. 3, 571 *vates* nec aspectum vulgi nec fida tyranni colloquia aut coetus procerum -re, sed atra sede tegi. *al.*

b *pro obi. ponuntur alia* (*'adv.' v. supra l. 8, vix etiam infra l. 72*): α (*acc. c.*) *inf.* (*l. 51. 52. 55. 58. al. indicatur actio ipsius -entis, ut vergat in notionem q. e. inducere in animum sim.; acc. c. part. praedic. v. l. 40. p. 1360, 37*): PLAVT. Most. 1170 aliud quidvis impetrari a me facilius -am. PROP. 2, 8, 30 Achilles cessare in tectis -lit arma sua. OV. ars 2, 524 -r et immunda ponere corpus humo. MELA 1, 38 se vivos obrui. SIL. 13, 877 ubi ... *Hannibal* -lerit vinci turpemque orare salutem. STAT. Ach. 2, 71 quis ... genialia rumpi pacta dolis ... -at? TAC. hist. 4, 58, 2 exscindi urbes ... seque ... cremari (MIN. FEL. 37, 4). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 47, 1 qui consentire illi haereticae vesaniae minime -lerunt ([*gr. I 1, 5 p. 130, 11 ἀνασχομένων. altera versio I 5 p. 353, 41* non assentiebantur]. *idem gr. respondet*: p. 60, 20 quia in Ephesum dei genetricis vocem nec audire omnino -lerit. p. 231, 9 si nec anathematizavit eas *blasphemias suas* neque -lit eius deiectioni subscribere. *al.*). EPIST. pontif. 1055 Conc.[S] IV 2 p. 108, 32 nec taliter eos qui venerunt dirigere -listis, ut ... satisfactionem se paterentur accipere. *al., v. e. g. p. 1360, 39 sqq.* β *enunt. secund.* (*cf. p. 1360, 69*): HEGES. 3, 16 p. 212, 13 -emus ..., quod servire elegeris adsertor libertatis?

c *sine obi.* (*sive obi. subaudiendum est e contextu ut l. 68. 70. al. sive -re absolute ponitur ut l. 72 sqq.; notabiliora selecta*): CIC. Sest. 85 *v. p. 1360, 32.* fin. 4, 23 Panaetius, cum ... de dolore patiendo scriberet, ... *docuit* quae ratio esset -endi (*item gerund.*: Tusc. 4, 53 adfectio animi in patiendo ac -endo summae legi parens. *al.*). Tusc. 2, 17 patietur, -et, non succumbet, *sc. sapiens, cum cruciabitur.* Att. 5, 21, 7 *molestus sum* fortasse tibi, qui haec praedicem de me; -r si me amas (*item imperat. p. 1360, 18; cf. p. 1363, 24*). *al.; exempla potiora aetatis posterioris*: SVLP. SEV. epist. 1, 7 dum per omnia temptamenta patientes ... tanto fortius vincerent *sancti,* quanto gravius -lissent. CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 179, 17 non solum credidisti in Christo, sed etiam pro eo -listi (*gr. I 1, 3 p. 71, 9 ἔπαθες. subest Phil. 1, 29*). MAR. MERC. Conc.[S] I 5 p. 65, 19 noli aegre ferre ... -ens ab his qui

ea, quae inferuntur, facere debent. RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 229, 34 manens impassibilis dei sermo -lit propria carne pro nobis. VEN. FORT. carm. 1, 3, 3 -lit hic *Stephanus* martyr pro Christo. PASS. Rogat. 3 ut tormentorum ... feralitas ... -entis fidem frangeret (*opp.* spectantes).

2 *sec. subi.; -unt*: **a** *animantes: passim inde a* PLAVTO. **b** *res*: α *fere pro hominibus positae*: CIC. Verr. II 1, 33 damna, dedecora, quae res patris eius, aetas ipsius -lit. Phil. 13, 17 si eius pueritia -lerat libidines eorum. part. 77 *virtus* quae quod iam adest tolerat et -rt. *al.* β *aliae*: CIC. leg. agr. 2, 70 Sullanus ager ... tantam habet invidiam, ut ... fortis tribuni plebis stridorem unum -re non possit. LVCR. 5, 314 nec *montes* validas ⌞aevi⌟ vires -re patique ⌞finiti⌟ *videmus* (*i. temporis percursi; cf. p. 1363, 64*). CAES. Gall. 3, 13, 3 naves ... factae ex robore ad quamvis vim et contumeliam -endam. VERG. georg. 2, 343 nec res *nascentes* hunc ... possent -re laborem, si non *eqs.* (*cf.* COLVM. 3, 1, 5 genus vitis ..., quod nebulas pruinamque sine noxa -rt. 3, 2, 26 *vitis* siccitates [*syn.* sustinet]. *al.*). Aen. 10, 695 rupes ... exposta ... ponto vim cunctam atque minas -rt caelique marisque ipsa immota manens (*cf.* VITR. 2, 7, 2 *saxa mollia non* -unt aestus *maris*). LIV. 10, 2, 7 gravissimas navium non -lit alveus fluminis, in leviora navigia transgressa multitudo *eqs.* (*nisi vi locali*). STAT. Theb. 9, 496 nec -lit illa *fraxinus* trahentem *Hippomedontem. al.*

3 *indicatur auctor passionis per praepos.* ab (*cf. p. 735, 25*): *p. 1360, 48. 54. 1361, 75, adde* HIL. ad Const. 2, 2, 1 AVG. catech. rud. 23, 42. *al.*

II *ponitur potius vi* ***peragendi, perficiendi:*** **A** *speciatim et fere technice* (*usu liberiore l. 44 et sub 1b*): **1** *-untur ea, quae proponuntur concilio cuidam ita, ut rata fiant, diiudicentur*: **a** *-untur apud populum, in comitiis sim.* (*vis localis sublucet maxime l. 53; saepe distinguitur* ferre *vel* promulgare, *v. l. 30. 44. 45. 52, addas e. g.* LIV. 2, 8, 3 [*cf. 1*]. 3, 11, 10 [*cf. 14, 1*]. 3, 16, 6 [*cf. 17, 2*]. 4, 49, 6. 38, 36, 9 [*cf. 7 sq.*]. 41, 6, 3 [*cf. 2*]): α legem -re (*obi. subaudiendo l. 30*): Ⓘ *apud Romanos*: CIC. or. frg. A 7, 31 *non est* gravius incipere ferre quam -re, *sc. legem.* Att. 1, 19, 4 Pompeius ... ad voluntatem -endae l. incubuerat (*cf.* 13, 33[a], 1 ista l. -etur; vult enim Caesar). 4, 1, 4 legem comitiis centuriatis esse -latam (LIV. 3, 34, 6 decem tabularum leges. 3, 37, 4). 6, 1, 25 si Curio *tribunus* l. -lerit (*item indicatur, quis l. -at*: LIV. 2, 8, 3 quas cum *consul* solus [*sc. sine collega*] -lisset. 2, 56, 9 [*verba tribuni*] aut ... moriar aut -am l. 3, 19, 11 l. vos, *tribuni,* hoc anno -laturos. 4, 24, 6 [*dictator ut* 9, 39, 1 auspiciis repetitis]. *al.* ASCON. Corn. p. 52, 16. *al.*). *al.* LIV. 2, 57, 4 l. silentio -rtur. 2, 58, 5 -latam l. esse, quam ... impedierint consules. 3, 14, 2 cum ... tribuni ... prope -latam esse crederent l. (*de eadem 3, 14, 6* his per totum annum artibus l. elusa est). *al.* ASCON. Mil. p. 35, 15. *al.* Ⓘ *apud exteros*: LIV. 33, 46, 6 *Hannibal* l. extemplo promulgavit -litque, ut ... iudices legerentur.

β *cetera exempla* (*pro obi. est praepos.* de FRONTIN.): CIC. dom. 24 si, quae tum promulgasti, constituisti, promisisti, vendidisti, -re potuisses. Att. 3, 23, 4 id caput *legis* sane nolim novos tribunos plebis ferre; sed -ant modo quidlibet. ad Q. fr. 2, 2, 3 per vim (*cf. l. 50*) rogationem Caninium -laturum (SALL. Iug. 32, 5. LIV. 3, 54, 15 de consulibus creandis ... M. Duilius r. -lit. 7, 16, 1 de unciario fenore a ... tribunis plebis r. est -lata et plebs aliquanto eam cupidius scivit. 41, 6, 3 huic r. *tribunorum* ... collega intercessit ... *et* obtinuit, ne -retur. *al.*). 3, 6, 6 ne per vim -atur *dictatura Pompei contra intercessionem.* LIV. 4, 49, 6 plebi scitum. 6, 39, 11 -laturos enim, quae promulgaverint. FRONTIN. strat. 4, 1, 22 tribuni ... plebis de eadem re ad populum -lerunt.

b *-untur apud iudices* (*ponitur variis coloribus, sc. obtinendi vel continuandi vel agendi, sed similia separare noluimus*): QVINT. decl. 249, 2 qualem causam -lerim (300, 8 aliquando c. -rtur neglegentius, interim defenditur. PLIN. epist. 5, 13, 4 si c. Vicetinorum eodem animo quo susceperat -lisset. PAPIN. dig. 48, 16, 11 qui praescriptione temporis exclusi c. adulterii -re non potuerunt. *al.*). PAPIN. dig. 5, 2, 16, 1 filia *exheredata* ... quaestionem inofficiosi testamenti recte -lit. VLP. dig. 38, 2, 14, 8 non -lisse accusationem (COD. Iust. 6, 35, 6, 1 [*a. 229*]. 6, 35, 8 [*a. 239*] qui inchoatam a. non -lit. 9, 1, 7 [*a. 230*] certa -endae a. tempora. *al.*). 50, 10, 1 pr. *quidam* praescriptione motus ab excusatione -enda. DIG. de confirm. dig. 17 qui antea lites agebant, ... ex paucis *libris* lites -bant (*gr. ἐκρίνετο*).

2 *-untur, quae (qui) ad maturitatem ducuntur*: **a** *de plantis fructum ferentibus*: COLVM. 3, 20, 3 aliquid ex ... *vinetis varii generis* inviolatum erit, quod fructum -at (4, 27, 5 num maiore fructu vitis se induerit, quam ut -re eum possit. *al.*). PLIN. nat. 16, 110 ad maturitatem -re (*sc. semen ut*: 17, 95 floret semenque -rt). **b** *de animantibus gravidis, parituris*: COLVM. 6, 24, 2 *vaccae* decem mensibus ventrem -unt (6, 27, 7 equas sine coitu v. -lisse. *item de equis*: 6, 36, 2 ut discordantem utero suo generis alieni stirpem insitam facile recipiat ac -at [*sc. mulam*]. CHIRON 760 -re fetum). PLIN. nat. 7, 49 ubi paululum temporis inter duos conceptus intercessit, utrumque -rtur, ut in Hercule et Iphicle ... apparuit

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*item de muliere*: 7, 58 quaedam non -unt partus [APVL. met. 6, 9, 6 PLAC. med. 1, 13 rec. β]. TERT. anim. 6, 8. *sine obi.*: ARNOB. nat. 3, 10 habere conceptus, aboriri, -re). NEMES. ecl. 3, 24 *Bacchum* pater ... -lit et iusto produxit tempore partus.

B *generatim et usu vario* (*-unt fere animantes, res l. 19. 31. 35. 64, ceterum saepius sub 2b*): **1** *spectat potius ad perseverantiam vel continuationem; -untur*: **a** *variae actiones vel res* (*huc fortasse* AFRAN. com. 385 animam in naribus primoribus vix -li [*si loquitur is, qui clivum ascendit*]): CIC. S. Rosc. 10 id quod suscepi, quoad potero, -am; quod si -re non potero, opprimi me onere offici malo quam *eqs.* fam. 7, 11, 2 -r istam militiam et permane (*cf.* COD. Theod. 6, 4, 28 qui gravissimam armatae militiae sollicitudinem longa temporum serie -lerunt. 7, 1, 6 pr. armatae sacramenta militiae inpigro quinquennii labore). LIV. 5, 4, 12 nos ... annuam oppugnationem -re piget (*postea*: quod nos ad perseverandum stimulet). SEN. nat. 6, 18, 7 (*agitur de tremore senili*) *spiritus inhibitus est* parum potens in -endis his, quae suo vigore tendebat. Ps. QVINT. decl. 15, 11 mortalium ferarumque coitus usque in monstruosa fecunditatis onera -latos (*nisi sec. A2b explicandum*). TER. MAVR. 311 hunc *versus* modum si competenti -lit ductu stilus. PORPH. Hor. carm. 4, 1, 33 inpeditam linguam, quominus -re posset ipsam excusationem (*vix ad p. 1358, 31, cf.* 4, 1, 35 ne -re possem, quod coeperam dicere). LACT. inst. 7, 1, 1 non fundamenta solum iecimus, quae ... idonea essent operi -endo, sed ... aedificium ... usque ad summa perduximus. *al.* *imperat.* -r *sine obi.*: OV. rem. 218 quanto minus ire voles, magis ire memento: -r (*sim.* 642). SEN. nat. 3, 27, 15 concepisti imaginem *mundi,* quantam debebas ...; -r: scies quid deceat, si *eqs.* **b** *vita eiusve partes* (*imagines vim localem praebentes v. p. 1356, 46*): CIC. fin. 3, 76 si *Croesus* beatus umquam fuisset, beatam vitam usque ad illum ... rogum -lisset (CENS. 14, 16 ut magis mirum sit ad annos *tot Aristotelem* ... v. -lisse quam ultra non ⌞protulisse⌟ [-lisse *trad., emend. Jahn*]. *addas fort.* CE 840, 1 ⟨bis⟩ denos vita⟨... p⟩ertulit ⟨annos⟩). PLIN. nat. 21, 69 rosa ... quinquennium -rt (*antea*: vita ... violae). CE 1048, 4 (*saec. I*) felicem cursum -at ad superos. 1188, 2 (*saec. II med.*) *tot* secum quae -lit annos (482, 3. 718, 4 [*a. 593*] *tot* in pace quietos -li a. 784, 3 [*saec. VI*]. *cf. p. 1364, 17 et* CE 841 [*saec. II?*] animam sine crimine -lit annos *tot*). Ps. QVINT. decl. 17, 9 *ut futuri parricidae* feritas sub placida mente primam -lerit aetatem. **c** *status conservandi, retinendi vel qualitates exhibendae* (*in meram notionem exhibendi vergit l. 60 sqq.; v. etiam l. 27. 32 et quae p. 1357, 11 monuimus*): AVGVSTVS Suet. Aug. 58, 2 ut hunc consensum vestrum ad ultimum finem vitae mihi -re liceat. SEN. dial. 6, 22, 2 ut ad senectutem inlaesum -ret formae decus. *ibid.* neque ... recta ingenia, qualem in adulescentia spem sui fecerant, usque in senectutem -lerunt. epist. 91, 7 quota quaeque felicitatem civitas -lit? LVCAN. 8, 702 (*per ironiam*) hac Fortuna fide Magni tam prospera fata -lit. STAT. Theb. 8, 45 (*loq. Pluto*) quid *Iuppiter terram aperiens* me otia maesta ... et implacidam prohibet -re quietem? QVINT. decl. 307, 9 -re quam semel indueris persuasionem. Ps. QVINT. decl. 2, 19 ut quis -at dormientis simulationem (7, 6). *ibid.* contra ... experimenta telorum mortium -lere patientiam. 16, 1. 17, 1. 19, 7 quod (*sc. silentium*) quosdam totius vitae -lisse patientia[m]. PLIN. epist. 1, 23, 5 *persona induta* sapienti viro ita aptanda est, ut -atur (*cf.* IREN. 4, 33, 5 ne forte, cum et ipsi homines non sint ..., hominum umbras apud plurimos -ant [prof-, praef- *var. ll.*]). 3, 9, 35 eandem ... usque ad extremum *cognitionis* vel constantiam vel audaciam -lit. TERT. monog. 6, 7 *Isaac* unum matrimonium -lit. uxor. 1, 6 l. 15 cum gentiles satanae suo et virginitatis et viduitatis sacerdotia -ant. CYPR. eleem. 26 *munere dei* Christianus adiutus -rt gratiam spiritalem, promeretur Christum iudicem. epist. 12, 1 toleraverunt et ad finem usque ... immaculata virtutum suarum merita -lerunt. Fort. praef. 3 ut vetere illa nuditate contecta -ant omnes indumenta Christi caelestis gratiae sanctificatione vestiti. hab. virg. 11 virginitatis ... gloriam. HERM. Pal. sim. 9, 21, 1 *dubitantes* in labiis dominum, non in praecordiis -entes (*gr. ἔχοντες, vulg.* ferentes). ALC. AVIT. carm. 2, 131 *vere* procedit coluber ... *et* -rt terribilis metuendum forma decorem (prof- *var. l.*). COD. Iust. 1, 51, 14, 4 incorrupti iudicis ... nomen -re. *al.* *spectat ad statum naturae*: STAT. Theb. 7, 745 montis latus aut ... solvit hiems aut victa situ non -lit aetas.

2 *spectat potius ad finem vel perfectionem*: **a** *untur mandata, officia absolvenda, praestanda sim.*: NEP. Arist. 1, 5 decem annorum legitimam poenam non -lit, nam *antea* ... in patriam restitutus est. PROP. 1, 18, 25 omnia consuevi timidus -re superbae iussa (*sc. puellae me non admittentis. an ad p. 1359, 71?*). OV. epist. 11, 128 tu ... mandata sororis ⌞-r⌟; mandatum persequar ipsa patris ([perfice *cod. unus*]. PLIN. epist. 10, 81, 6 *esse se* ... advocatum Flavi Archippi, cuius m. -lisset). SEN. Herc. f. 1315 (*loq. Hercules*) -r imperium patris, eat ad labores hic quoque Herculeos labor: vivamus (*aliter* SIL. 1, 250 *Hannibal* in magno praecedens agmine ductor i. -re suum [*'explere munus imperatoris' intellegit Ernesti*; praef- *Duff*]. *notione patiendi p. 1361, 17*). STAT. silv. 5, 2, 166 *princeps* omnes -re gradus cingique ... fascibus ... dabit *tibi.* QVINT. inst. 7, 4, 36 post -latam legationem (HIL. coll. antiar. p. 83, 3. *al.*). PLIN. paneg. 90, 3 publica gratiarum actione -lata. EPIST. imp. Carac. Consult. 9, 8 iureiurandi a te -lati. PANEG. 5, 11, 4 desperatio -endi debiti (*i. totius d. solvendi*). AVSON. 333, 10 p. 27 (*ad annum*) praecipitem aeterna -r vertigine cursum. DRAC. Romul. 6, 15 *armis* et proludere nostis et bellum ... -re valetis. *al.*

b *-untur alia, quae quid (quis) vario modo peragit, efficit vel perpetrat, consequitur*: STAT. Theb. 2, 10 *Oedipi gladius* Furiarum -lit iras *Laium occidens* (*subest usus p. 1356, 57 sqq. descriptus ut etiam* 9, 346 vulnus ... illa *manus* retentum -lit). 2, 217 tantum ausae -re manus! (*sc. imagines avorum fingere*; prof- *pauci cod.*). QVINT. inst. 11, 3, 33 plerisque *oratoribus* extremas syllabas non -entibus (*cf. p. 1358, 31 et* AVSON. 323, 5 p. 258 ut ... voces ... -ret lingua). Ps. QVINT. decl. 5, 7 ut liberorum parentumque concordiam -ant ... merita vitae *parentis.* CYPR. epist. 56, 2 p. 649, 19 *quosdam* per inbecillitatem carnis confessionis suae coronam non potuisse -re. EPIST. pontif. 216 Hil. coll. antiar. p. 165, 20 victoriam de perfidis -listis. CE 1846, 5 (*saec. IV*) decimum non -lit annu(m) coniugii. BOETH. arithm. 2, 50 p. 163, 28 hunc *numerum* si medium constituas, medietatem geometricam -et (*cf. p. 163, 5* medietatem ... efficiet). COD. Iust. 8, 17, 12, 6 quod antiquitas quidem dare incepit, ad effectum autem non -lit. CE 576A, 2 coniugis absentis reditum -re nequisti. 629, 6 *non* potui -re vota meorum.

part. praes. **perferēns,** -entis *pro adi.* (*exemplum propter struct. notabile, cetera v. sub verbo*). *i. q. patienter vel aequo animo ferens*: CIC. de orat. 2, 184 mores ... iustos, integros ..., -es iniuriarum (*cf.* patiens *c. gen.*).

deriv.: perferentia, perlatio, perlator (-trix). *Ramminger.*

perfervēfio, -fierī (-facio, -facere). *a* per *et* fervefacere. *per tmesin, cf. vol. VI 1, 589, 83.* *i. q. valde fervidum fieri*: VARRO rust. 1, 9, 2 carbunculus, id est *pars vel species terrae,* quae sole perferve ita fit, ut radices satorum comburat.

perferveo, -ēre. *a* per *et* fervere. *i. q. penitus fervere*: MELA 1, 39 *fons Solis* prima nocte calidus atque, ut illa procedit, ita caldior ..., cum est media, -et (*antea*: media nocte fervet, *opp.* per meridiem maxime riget; *de eadem aqua Curt. 4, 7, 22* fervida exaestuat). *part. praes.* perfervēns, -tis *pro adi.* (*superl., sc. abundantia quadam*): AVG. in psalm. 147, 2 l. 22 in aquilonia plaga, ubi nec aestate sol -issimus invenitur.

?**perfervidus,** -a, -um. *a* per *et* fervidus. *i. q. valde fervidus*: COLVM. 5, 5, 1 in locis temperatis, in quibus aestas non est -a (praefervida *Schneider, cf. vol. X 2, 618, 64 sq.*).

perferus, -a, -um. *a* per *et* ferus. *i. q. valde ferus*: VARRO rust. 2, 1, 5 (*agit de pecudibus feris*) boves -i etiam nunc sunt multi in Dardanica *eqs.* (*postea*: asini feri ..., equi feri).

[perfestīnātim *v.* praefestinatim *vol. X 2, 618, 84.*]

perfica, -ae *f.* (*sunt qui adi. intellegant apud* LVCR.). [*a* perficere; *nomen deae c. usu p. 1372, 52 descripto iungendum videtur, cf. Adams, Latin Sex. Voc., 1982, 144. Fo.*] *i. quae perficit, perfectrix*: LVCR. 2, 1116 donique ad extremum crescendi -a (perfice *var. l.*) finem omnia perduxit rerum natura creatrix (*affert* NON. p. 160, 13 sqq. *explicans*: -a ⌞perfectrix⌟ [*Lachmann,* perficeris *trad.,* perficiens *Iunius,* perfice *duo codd. in marg. et gloss. Nonii, sc.* GLOSS. V 646, 16 -a perfice). *nomen proprium deae*: ARNOB. nat. 4, 7 p. 209, 17 etiamne -a una est e populo numinum, quae obscenas ... voluptates ad exitum perficit dulcedine inoffensa procedere? (*inde supplevit Oehler in lacuna* TERT. nat. 2, 11, 13 [12]). 4, 11 p. 213, 15 *deos* Lateranum ..., Pertundam -a⟨m⟩ Noduterensem. *Breimeier.*

perficio, -ēcī, -ectum, -ere. *a* per *et* facere (*cf.* VARRO ling. 7, 49). *scribitur* perfecientibus VET. LAT. Luc. 2, 43 (cod. 26), perficeatis TAB. devot. Audollent 247, 19; perféci R. GEST. div. Aug. 20. *abbreviatur* perf(ecit) INSCR. Année Épigr. 1955 n. 52 (*a. 368/370*), perfec(tas) CIL III 14370^2 (*a. 181*), p(er)f(ecit) CIL XII 5336b (*saec. V; Mommsen,* p(oni) f(ecit) *solvit Le Blant*). NOT. Tir. 22, 40e -it. 22, 49 -ecit. *de formis*: perfixit (*pro* perfecit) *p. 1366, 13; inf. fut. pass.* -ctuiri LACT. inst. 3, 28, 21 (*cf. Brandt, Arch. lat. Lex. 2, 1885, 352*), *part. fut. notione pass.* (*cf. Hofmann-Szantyr 289*) AMBROSIAST. *p. 1371, 53.* *de notione* (*cf. p. 1369, 34 sqq.*): SYNON. Cic. p. 416, 24 expedire. efficere. extricare. explicare. -ere. perducere ad finem. p. 417, 11 conficit. peragit. -it. transigit. GLOSS. -o: *τελειῶ. ἐπιτελῶ. ἐκτελῶ. ἀπαρτίζω. καταρτίζω. ἀπεργάζομαι. ἐξεργάζομαι.* -it: *πληροῖ.* peragit, perpetrat. -am: *ἀνύσω.* -or: *τελειοῦμαι.* *legitur inde a* PLAVTO, CAECILIO, CATONE *per totam latinitatem, praecipue in prosa oratione* (*frequentant e. g.* CIC., CAES., LIV., VITR., TERT., IREN.), *in versibus multo rarius exceptis* PLAVTO (*septies*), TER. (*octies*), LVCR. (*novies*), VERG. (*14ies*). [*variat in codd. maxime cum* proficere, *e. g.* RHET. Her. 3, 15, 27 CAES. Gall. 4, 19, 4. OV. ars 2, 589 (*falso trad.* CIC. p. red. ad Quir. 10, *restit.* SEN. contr. 7 praef. 7 TAC. hist. 3, 60, 2 VLP. dig. 50, 12, 3 pr.), *praeterea e. g. cum* conficere TER. Haut. 803 CIC. Verr. II 3, 156. Tusc. 5, 117 (*e coni. dub.* CIC. leg. 1, 18), praeficere BELL. Alex. 37, 5

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

GERM. 443. VET. LAT. prov. 8, 31 (Tert. adv. Hermog. 18, 1), facere IREN. 4, 20, 6 VVLG. Hebr. 4, 3 PSALT. Rom. 73, 16 *nec non* perspicere QVINT. inst. 4, 1, 52 (*falso trad.* CIC. p. red. ad Quir. 12, *restit.* VITR. 5, 6, 4), prospicere CIC. Phil. 10, 23 TERT. resurr. 7, 11, percipere MART. CAP. 9, 912. *al.* (*v. supra p. 1207, 29 sq., restit.* VELL. 2, 97, 2 SACR. Leon. 609).]

exempla sic digerenda censuimus:

CAPVT PRIVS: *i. q. absolutum, plenum reddere*:

I *generatim*:

A *spectat ad quemlibet finem*: **1** *accedit obi. acc.: infra l. 57 (ad obi. accedunt additamenta p. 1368, 49).* **2** *accedunt struct. verbales: p. 1369, 27.* **3** *pro obi. est praepos.* de: *p. 1370, 17.* **4** *sine obi.: p. 1370, 22.*

B *spectat ad finem summum, gradum optatum*: **1** *accedit obi.: p. 1370, 54 (hominum p. 1371, 28).* **2** *sine obi.: p. 1371, 67.*

II *specialia et technica*:

A *corporaliter; spectat ad*: **1** *actionem naturaliter crescendi: p. 1372, 2.* **2** *creationem mundi sim.: p. 1372, 26.* **3** *amorem: p. 1372, 52.* **4** *generationem subolis: p. 1372, 58.*

B *incorporaliter*: **1** *in arte logica: p. 1372, 59.* **2** *in arte arithmetica: p. 1372, 75.* **3** *in sermone iuris: p. 1373, 10.*

CAPVT ALTERVM: *i. q. consumere: p. 1373, 30.*

p. p. p. **perfectus,** -a, -um *pro adi. vel subst.*

CAPVT PRIVS: *generatim*:

I *spectat ad statum quam maxime excultum*: **A** *animo percipiendum: p. 1374, 3 (de rebus p. 1374, 4; neutr. pro subst. p. 1374, 48; de animantibus p. 1375, 9).* **B** *sensibus percipiendum: p. 1375, 74 (de rebus p. 1375, 74; de animantibus p. 1376, 25).*

II *spectat ad quamlibet plenitudinem: p. 1376, 33 (iunctura* ad -um *p. 1376, 64; pro adv. p. 1377, 1).*

CAPVT ALTERVM: *specialia et technica*: **I** *de eis quae naturaliter crescendo -a fiunt: p. 1377, 8.* **II** *in sermone grammaticorum: p. 1377, 62.* **III** *in arithmetica et geometria: p. 1379, 5.* **IV** *in sermone iuris: p. 1379, 51.* **V** *in vita publica, sc.* vir -issimus: *p. 1379, 69.* **VI** *in religione: p. 1381, 21.*

appendicula syntactica et stilistica: p. 1381, 66.

adv. **perfectē** *p. 1382, 35,* ?**perfectō** *p. 1383, 68.*

fere i. q. ad finem quendam perducere, conficere aliquid vel aliquem: **CAPVT PRIVS:** *ita ut* ***absolutum, plenum reddatur*** *vel ut efficiatur aliquid. vim praeverbii perfectivam testatur* PRISC. gramm. III 38, 10. 468, 23; *respectus finiendi praecipue apparet oppositis verbis incipiendi, conandi, e. g. p. 1366, 11. 73. 1367, 2. 15. 1368, 1. 5. 14 et saepe; disting.* facere *p. 1369, 34. 1371, 14 (adde* AVG. c. Pelag. 2, 8, 18), *sed saepe vi praeverbii evanescente abit in usum verbi simplicis, e. g. p. 1366, 37 sqq.; varia ratione ponitur iuxta* facere *e. g.* PLAVT. Pseud. 531 (*cf. 533 nec non* efficere *530. 535*). TER. Hec. 775 RHET. Her. 2, 4, 6 CIC. inv. 2, 39. 45. 146 Att. 6, 2, 7 CAES. Gall. 7, 27, 1. LIV. 3, 54, 6 (*cf. 5*). 38, 28, 10. -ere *provincias verborum q. s.* con-, efficere *attingit e. g. p. 1368, 21. 46. 50. 1369, 29. 1370, 17. 1373, 30. agunt fere animantes, multo rarius res; ponitur saepe passive, mediopass. p. 1366, 25 sqq. 1369, 24. 1372, 2 sqq. 1373, 32. al., reflex. p. 1371, 62 sq., intrans. fort. p. 1371, 73. gr. respondent τελειόω, ἐπι-, συντελέω sim., nisi alia adnotavimus.*

I ***generatim*:** **A** *spectat ad quemlibet finem (cf.* PAVL. FEST. p. 53 *Graeci κραίνειν* dicunt -ere. GLOSS.^{L} II Philox. PE 151 -it: *πληροῖ.* 154 -am: *ἀνύσω*): **1** *accedit obi. acc. vel enunt. relat. (obi. e contextu supplendo l. 63. p. 1366, 40. 1367, 68*): **a** *cum simplici obi.; pro obi. sunt*: **α** *exsequenda, implenda, sc. promissa, mandata, officia sim. (vaticinia p. 1366, 4)*: PLAVT. Asin. 122 *hic* moriri sese misere mavolet, quam non -ctum reddat quod promiserit (*cf.* TER. Andr. 631 promissa. RHET. Her. 4, 37, 49 quae vobis pollicitus sit [CIC. dom. 16 facillime. NEP. Paus. 2, 5 ne cui rei parcat ad ea efficienda, quae pollicetur; si -erit, *eqs.*]). CE 248, 3 (= CIL I^2 632) tibei, *Hercules, ...* donum ... hoc ... -ecit (*si sic iungendum, v. add. ad* CIL p. 922). CIC. inv. 2, 146 id, quod statim faciendum est, -i prius oportet (*cf.* LIV. 32, 3, 1 rebus, quae Romae agendae erant [PAPIN. dig. 50, 17, 76 omnia, quae ... a. sunt]). VERG. Aen. 6, 629 (*Sibylla ad Aenean*) susceptum -e munus (6, 637 VELL. 2, 48, 2 SIL. 2, 693. TERT. patient. 12, 3 m. apud altare. *al.*). OV. Pont. 2, 11, 24 mandata (LIV. 1, 56, 10 SIL. 13, 343 PAVL. dig. 17, 1, 45, 1. VITAE patr. Iurens. 114 [*iuxta* impletis]. *al.*). VAL. FL. 7, 61 iussa (VVLG. iud. 9, 54. *cf.* VET. LAT. II Macc. 3, 23 [rec. B, *sim. al.*] quae iusserat [V quod decreverat]). QVINT. inst. 2, 18, 2 rhetoricen in actu consistere; hoc enim, quod est officii sui, -it (VINDIC. med. 17 *cor* ita respirationis -it o.). decl. 388, 24 '... vade, ... adduc ...'; -ctum est. FRONTO p. 77, 18 nisi quantum postulo -eris (*sim.* APVL. met. 3, 20, 2 id *postulatum*). CE 864, 3 (*ca. a. 160*) -ta ... prece. TERT. bapt. 12, 9 (*ad Matth. 10, 37*) *apostolus* illud domini praeceptum ... ante -ecit, quam audivit (patient. 6, 2 IREN. 5, 21, 2). adv. Marc. 4, 39 p. 558, 2 quae praedicaverant *prophetae, deus* confirmat -i oportere (*cf. e. g.* IREN. 5, 26, 2 haec *per prophetas praedicta* Christus ... -ecit. HIL. in Matth. 25, 2 haec ... in eam *Hierusalem,* ut fuerant praedicta, -cta sunt). VET. LAT. Ioh. 19, 30 (cod. 2, *sim. al.*) *moriens Iesus* ait: -ctum est (*cod. 3. al. et Vulg.* consummatum est. *ad praedicta impleta refert e. g. Aug. in euang. Ioh. 47, 11*). *al.*

β *spatia loci vel temporis, motus, quos quis vel quid permetitur*: Ⓘ *active (-unt animantes vel sidera sim.; in imagine l. 16. 21)*: PLAVT. Merc. 913 *ut* inceptum hoc itiner -ere exsequar (NVX 182 coeptum -atis iter. VITR. 9, 1, 15. VITA Roman. vet. [BHL 7305g] p. 54, 26 i. sibi propositum usque perfixit). CAES. civ. 2, 3, 3 cursum Massiliam versus -it (VITR. 9, 1, 3 *de signis zodiaci.* 9, 1, 15. 9, 8, 9 *imago solis in horologio.* GERM. 290 *hieme non* -et c. et vota *nautarum* brevis lux. VET. LAT. II Tim. 4, 7 [Cypr. epist. 10, 4. *al.*] bonum agonem certavi, c. -eci, fidem servavi [*Vulg.* consummavi]. *al.*). HOR. epist. 2, 1, 39 'est vetus atque probus *poeta,* centum qui -it annos'. VITR. 9, 1, 5 *luna,* ex quo signo coeperit ire, ad id signum revertendo -it lunarem mensem. 9, 1, 6. 9, 1, 15. GERM. 443 annosas ... vias vix -it orbis *planetarum* (INST. Iust. de inst. promulg. 1 utramque viam, *sc. ut hostes superarentur et omnes populi legibus regerentur, ...* -ecimus). frg. 2, 16 binos Gradivus -it orbis (FIRM. math. 1, 5, 11 *stellarum ignes* circulos suos o.que). VET. LAT. Luc. 2, 43 (cod. 26) *parentibus Iesu* perfecien⟨t⟩ibus dies *paschae* (*cod. 2* fecissent, *cod. 15. al. et Vulg.* consummatis). *al.* Ⓘ *(medio)passive*: VERG. Aen. 6, 745 -cto temporis orbe ([SERV.: finito]. PORPH. Hor. carm. saec. 21 [*ubi Schol.* completo]). OV. met. 15, 817 *Caesar* sua complevit ... tempora -ctis, quos terrae debuit, annis (FIRM. math. 1 prooem. 5 quantis ... conversionibus maior ille ... -retur a. CLAVD. 17, 259). LIV. 38, 15, 14 vix quinque milium die toto itinere -cto. MANIL. 2, 852 -itur cursus *orbis zodiaci.* 4, 857 ubi -ctum est spatium, quod *signo* cuique dicatur. STAT. Theb. 5, 180 -cto sole (*i. die*). QVINT. decl. 263, 7 de praeterito et de -cto iam transactoque tempore (COD. Iust. 10, 55, 2, 1 [*impp. Diocl. et Maxim.*] non -cto statuto militiae t.). VET. LAT. Luc. 2, 21 (cod. 2) cum -cti essent dies octo ad circumcidendum infantem (*gr. ἐπλήσθησαν, cod. 3. al.* impleti, *cod. 15. al. et Vulg.* consummati).

γ *res manu, artificio faciendae, tractandae (respectu finiendi saepe neglecto interest, quo modo vel qua materia quid -atur vel -ctum sit; ad B vergunt l. 62. 65 et multa p. 1367, 7 sqq. allata)*: Ⓘ *variae, quae qualibet ratione vel tractantur vel efficiuntur*: CATO agr. 16 *calcarius calcem* -it et coquit (*postea*: ligna conficit ad fornacem). 67, 1 *in torculario curent,* uti olea bene -atur (*sc. purgando sim.?*) beneque siccetur. OV. epist. 19, 49 stamina (met. 6, 578 -cta ... tradidit *servae. cf.* APVL. mund. 38 p. 373 [*spectat ad Atropon*] quod in fuso -ctum est, praeteriti temporis habet speciem). VITR. 7, 6 sunt *colores,* qui per se ... procreantur ...; nonnulli ex aliis rebus tractationibus aut mixtionum temperaturis compositi -untur (*sim. de certis coloribus*: PLIN. nat. 33, 162 ex caeruleo fit ... lomentum; -itur id lavando terendoque. 35, 43 atramentum sole -itur). PLIN. nat. 1, 19, 3 *linum* quomodo seratur et -atur. 6, 99 bitumen. 13, 63 *semine spinae* coria -unt (*al., v. vol. IV 953, 42 sqq.*). 28, 143 -itur *sebum* omne exemptis venis aqua ... lotum, mox in pila tusum *eqs.* 33, 118 non licet ibi -ere id *minium, ubi nascitur* (*sim.* 37, 92 *de carbunculis*). 34, 2 *vena aeris* foditur ignique -itur (35, 174 *sulphur.* 36, 200 nihil paene non i. -i. *ibid.* aurum). *al.* VLP. dig. 32, 52, 6 chartae nondum -ctae. 34, 2, 19, 11 *quid,* si coeptum sit argentum fabricari? nondum -ctum utrum facti an infecti appellatione contineatur, dubitari potest. PAVL. dig. 50, 16, 5, 1 *ἀποτέλεσμα* est ex opere facto corpus aliquod -ctum. VET. LAT. Ezech. 36, 9 (cod. 176) *montes Israel,* et -emini et seremini (*gr. κατεργασθήσεσθε, Tycon. reg. 4 p. 36, 8* colemini, *Vulg.* arabimini). AVG. in psalm. 31, enarr. 2, 5 l. 42 finitur cibus, ut non sit; finitur tunica, ut -cta sit (*explicat vocem q. e.* finis; *sim.* in psalm. 56, 2. *cf.* BOETH. cons. 1, 1, 3 *Philosophiae* vestes erant tenuissimis filis subtili artificio indissolubili materia -ctae). 35, 13 l. 23 numquid *operario* dabis mercedem ante, nisi -erit opera sua? (REGVLA mag. 9, 19 opus laboris, quod faciebat. 50, 27). *al.* *-itur lyra (sc. quae temperando praeparatur? an ad B?)*: MART. CAP. 9, 912 (vers.) salve, *Iuppiter,* nostra cui -itur chelys. Ⓘ *aedificia sim. (urbes* VEG.; *cf.* GLOSS. II 343, 33 *καταρτίζω*: struo, instruo, construo, -o. *afferuntur pauca selecta*): CIC. Verr. II 4, 64 nondum -ctum templum offenderant (LIV. 1, 55, 1 patrem vovisse, filium -isse. 1, 56, 1. 41, 20, 9 non -ecit. LEX de Germ. tab. Heb. 52. *al.*). ad Q. fr. 3, 1, 2 paucis mensibus opus Diphili -ctum fore (CAES. Gall. 1, 8, 2 murum ... perducit; eo o. -cto *eqs.* 3, 3, 1 cum neque opus hibernorum munitionesque plene essent -ctae. *al.* BELL. Alex. 37, 5 SALL. hist. frg. 1, 46. R. GEST. div. Aug. 20 coepta profligataque. LIV. 27, 12, 9. *al.* VITR. 2, 7, 4 ut ex his officinis omnia o. -rentur. *et saepe*). CAES. Gall. 5, 42, 4 minus horis tribus ... munitionem -erunt (civ. 1, 83, 4 m. institu-

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tas ... -ere. *al.* BELL. Alex. 17, 2 magna ex parte. 61, 6). LIV. 5, 55, 3 aedificia ([*2* coepta]. VITR. 2 praef. 5 e quibus *materiis* collatis aedificia ... -untur. VLP. dig. 50, 16, 139, 1 -isse a. is videtur, qui ita consummavit, ut iam in usu esse possit. *al.*). VITR. 1, 4, 12 portum e lacu municipio -ecit. APVL. met. 5, 2, 1 horrea sublimi fabrica -cta. VEG. mil. 4 praef. *ab imperatore* innumerabiles urbes ita iugi labore -ctae sunt, ut ... divino nutu videantur natae (*antea*: fundare, conditas). *et saepe.* Ⓘⓘ *opera artis* (*maxime p. p. p. in descriptionibus; additamenta* [*sc. abl. vel praepos.* ex, in] *indicant materiam vel artificium sim.; cf. et p. 1372, 31. 45*): CIC. Verr. II 4, 64 candelabrum e gemmis clarissimis opere mirabili -ctum (71 e gemmis auroque). 72 ex aere Dianae simulacrum ... singulari opere artificioque -ctum (VAL. MAX. 3, 7 ext. 4 PLIN. nat. 36, 10). 97 hydrias ... eadem arte -ctas. 103 eburneae Victoriae antiquo opere ac summa arte -ctae. 124 ex ebore diligentissime -cta argumenta erant in valvis. fin. 4, 34 Phidias potest a primo instituere signum idque -ere, potest ab alio incohatum accipere et absolvere (PLIN. nat. 34, 81 *Apollodorum* crebro -cta s. frangentem. CE 1616, 11 [*saec. IV*[1]]). fam. 1, 9, 15 ut Apelles Veneris caput et summa pectoris politissima arte -ecit, reliquam partem corporis incohatam reliquit. VERG. Aen. 5, 267 cymbia ... argento -cta (*sim.* 9, 263 argento -cta ... pocula [SERV. auct.: id est tota argentea]. *cf. etiam* STAT. Theb. 1, 540 signis -ctam ... pateram). 6, 895 *Somni porta* candenti -cta nitens elephanto. 8, 612 (*Venus Aeneae arma tradit*) en, -cta mei ... coniugis arte munera (*cf.* SIL. 2, 403 *arma* aere et duri chalybis -cta metallo). 9, 357. VITR. 3 praef. 2 *artifices inferiores pauperibus* civibus non minus egregie -cta fecerunt opera (PLIN. nat. 35, 84. 145 suprema o. artificum imperfectasque tabulas ... in maiore admiratione esse quam -cta). SEN. contr. exc. 8, 2 them. -cto Iove. VELL. 1, 13, 4 maximorum artificum -ctas manibus tabulas ac statuas. STAT. Theb. 4, 132 *in Hippomedontis casside* -cta ... vivit in auro nox Danai. *al.*

δ *scripta, dicta eorumve argumenta sim.* (*spectat ad res plene tractatas vel ad opera finita; ad B vergunt praecipue l. 40. 43*): CIC. top. 71 -cta est omnis argumentorum inveniendorum praeceptio, ut ... nulla praeterea sedes argumenti quaerenda sit. leg. 1, 56 *si* id, quod suscepimus, -cturi sumus. fin. 4, 44 disputationem. div. 2, 3 tres libri -cti sunt de natura deorum, in quibus omnis eius loci quaestio continetur; quae ut plane esset cumulateque -cta, de divinatione ingressi sumus *eqs.* (Att. 13, 18. QVINT. inst. 4 praef. 1 -cto ... tertio l. PLIN. epist. 5, 5, 3 iam tres l. absolverat ..., ... reliquos -ere cupiebat). ad Q. fr. 3, 6, 3 me institutum ... poema iubes -ere (PLIN. epist. 9, 10, 2). *al.* HIRT. Gall. 8 praef. 4 nihil tam operose ab aliis esse -ctum, quod non horum elegantia commentariorum superetur (*cf.* 6 quam bene atque emendate ..., quam facile atque celeriter eos *commentarios* -erit [perscripserit *Suet. Iul. 56, 3 verba Hirtii afferens*]). VERG. ecl. 9, 26 haec, quae Varo necdum -cta canebat *Menalcas* (SERV.: carmen nondum ad limam redactum *et* quod quasi coeperat ... componere). PROP. 2, 34, 85 -cto ... Iasone, *sc. Argonauticis.* OV. rem. 40 'propositum -e', *Amor* dixit, 'opus' ([*sim.* fast. 4, 16]. PHAEDR. 4, 22, 8 invenit ille *Livor,* nostra -ecit manus. PLIN. epist. 4, 3, 5 COD. Iust. 1, 17, 2, 11. *cf.* Ps. HIL. libell. 22 p. 95, 10 opusculum coeptum). *al.*

ε *animantia, quorum status, natura, mores constituuntur vel formantur*: SEN. epist. 76, 16 cum sola ratio -at hominem, sola ratio perfecte beatum facit ([*nisi ad B1b*]. IREN. 4, 12, 2 dilectionem ... -ere perfectum h. 5, 8, 2 animae et carnis adunatio assumens spiritum dei spiritalem h. -it. AVG. beat. vit. 7 ad complendum ac -endum h. MART. CAP. 7, 739 septem corporis partes h. -unt). VET. LAT. psalm. 30, 20 (cod. 304) -isti, *deus,* sperantes in te (*alias vers. v. p. 1368, 41*). FIRM. math. 3, 3, 22 *Mars* biothanatos ... -et (*item agit de vi siderum*: 3, 6, 3 *Venus* tinctores maximos. 3, 7, 7 *Mercurius* palaestricorum hominum duces praepositosque. 3, 12, 15. 6, 31, 89. *al.*). HIL. trin. 7, 14 nativitas ... dei deum -it. AVG. in psalm. 28, 9 *vox domini* -ecit superatores et repulsores venenosarum linguarum.

ζ *varia* (*omisimus neutr. pron. sim. notione minus definita adhibitum, e. g.* hoc: TER. Haut. 862 Phorm. 420. CARM. CIL I[2] 2262, 7 [*ca. a. 101 a. Chr.*]. RHET. Her. 4, 25, 34. *et saepe,* omnia: CIC. prov. 19 Phil. 2, 55 fam. 6, 12, 5. VET. LAT. Luc. 21, 32 [cod. 2]. *al.,* nihil: CIC. dom. 134 ad Q. fr. 2, 3, 3 HOR. carm. 4, 4, 73. *al.; sim. saepius*): Ⓘ *praevalente notione peragendi, usque ad finem perducendi* (*exempla selecta; ad res sacras spectant l. 73. p. 1368, 2. 18*): PLAVT. Cist. 595 -ctum ... dabo negotium (CIC. ad Q. fr. 2, 8, 2 videntur n. suscepisse; si -unt, optime. LIV. 29, 11, 5 TERT. bapt. 18, 2. *al.*). Pseud. 531 istaec opera (CATO agr. 2, 5 quae reliqua o. sint. LEX agr. [CIL I[2] 585] 98. CIC. de orat. 1, 204 -ctum sibi *Socrati* o. esse, si *eqs.* Brut. 200 o. oratorium fieri aut -ctum iam esse. LIV. 2, 10, 10. PROC. dig. 45, 1, 113 pr. [*variat cum* efficere]. *et saepe*). ACC. trag. 690 recte -ctis sacris (VERG. Aen. 4, 639 [*opp.* incepta]. *al.*). TRAG. inc. 65 *Aias* Danais inclinantibus summam rem -ecit manu (CIC. Cluent. 36 [*opp.* inire ... consilium]. rep. 1 frg. 6 fam. 1, 1, 1. *al.* CAES. Gall. 1, 47, 1 quae ... agi coeptae neque -ctae essent. civ. 1, 30, 5 paene. 3, 2, 1. VERG. Aen. 8, 306 divinis r. [LIV. 23, 14, 2 PAVL. FEST. p. 259]. *saepe*). RHET. Her. 2, 4, 6 id, quod adversarium fecisse criminatur, ... alium neminem potuisse -ere *demonstrat accusator.* 4, 41, 53 -endi maleficii spe ([*antea*: conficiendi]. CIC. Cael. 53). CIC. Verr. II 1, 69 quod conatus esset (p. red. in sen. 22. fin. 2, 74 quae conaris. CAES. Gall. 1, 3, 6 conata [NEP. Dion 8, 5 SVET. Galba 17]. DARES 1. 6). 2, 82 id facinus natum a cupiditate, auctum per stuprum, crudelitate -ctum atque conclusum. Cluent. 194 scelus (Sull. 76. Deiot. 15 tanto s. non modo -cto, sed etiam cogitato. SEN. Herc. f. 121. Med. 986 [*v. p. 1176, 38*]. dial. 2, 7, 4. *al.*). fam. 1, 4, 1 -ctis aut reiectis legationibus (LIV. 36, 29, 4 SCAEV. dig. 50, 7, 13 VLP. dig. 5, 1, 2, 4). 10, 19, 2 ut belli extrema -as (*sim.* LIV. 26, 1, 6 reliqua belli. *cf.* bellum -ere: CAES. civ. 3, 18, 4 LIV. 1, 19, 3. *et saepe.* IVST. 6, 1, 6. *al.*). POLLIO Cic. fam. 10, 33, 2 si, antequam ego incepta -rem, proelium confectum esset (SALL. Iug. 11, 9). CAES. civ. 3, 1, 4 iudicia (LIV. 29, 22, 9. 38, 58, 1 ASCON. Mil. p. 35, 29 TAC. ann. 4, 30, 2. *al.*). 3, 2, 1 his rebus et feriis Latinis comitiisque -endis (*al., v. vol. III 1808, 83 sq.*). ACT. lud. saec. Aug. (CIL VI 32323) 147 sacrificio ... -cto (LIV. 10, 38, 7. 22, 1, 6. *al., praecipue in* ACT. lud. *et* Arv.). LIV. 5, 49, 1 priusquam ... merces -retur (*i. tota solveretur*). COLVM. 4, 29, 17 insitionem (arb. 8, 4). *et saepe.* ⓘⓘ *praevalente notione efficiendi, constituendi, faciendi, ut aliquid fiat* (*accedit praepos.* ex *l. 25. 28 sq. 32. 43; exempla selecta*): PLAVT. Mil. 214 numquam hodie quiescet prius, quam id, quod petit, -erit. Persa 753 pacibus -ctis, bello extincto. TER. Eun. 180 rem voluisti a me ..., quin -eris? (*181* impetrare). CIC. leg. agr. 3, 14 quoad angulos conformando ex multis praediis unam fundi regionem normamque -erit. de orat. 1, 37 *regum* exactionem mente, non lingua -ctam L. Bruti esse. 3, 179 formam *corporis* quasi -ctam ... arte, non casu (*vergit ad B*). orat. 57 cuius *vocis* ... e tribus ... sonis ... tanta sit et tam suavis varietas -cta in cantibus. 223 ex duobus ... membris -cta est *periodus.* ac. 1, 38 quasdam virtutes quasi natura aut more -ctas (VITR. 2, 8, 5 *Graeci modo suo muri construendi* firmas -unt v.). LVCR. 3, 268 odor et ... color et sapor, ... ex his omnibus est unum -ctum corporis augmen (*270* creant). VITR. 5, 5, 8 sollertes architecti *theatrorum* ... fictilibus doliis ... -erunt utilissimos effectus. 9, 3, 1 *sol* cum pervenit in partem octavam *cancri,* -it solstitiale tempus. GERM. frg. 3, 26 *Saturnus* siccas hiemes ... -it. SEN. nat. 3, 15, 6 *interdum aqua* comprimit ... quam -erat viam. QVINT. inst. 1, 10, 7 muta animalia mellis ... saporem vario florum ... genere -unt. 2, 18, 1 quarum *artium in agendo* ... finis est et ipso actu -itur. TER. MAVR. 201 *lingua dentes pulsans* 'd' sonitum -it. 2287 *iambus syllabas* suas iungens priori *longae* -it *Creticum.* VET. LAT. psalm. 30, 20 (cod. 303. *al., sim.* VVLG.) quam *dulcedinem* ... -isti, *deus,* sperantibus in te (*gr.* ἐξεργάσω, *cod. 136* confecisti). IREN. 4, 20, 12 *Christus e gentibus* ecclesiam sibi -ecit (AVG. in psalm. 8, 5 non ex his *perfectis* solis -untur e.). VINDIC. med. 19 anima ... omnes sensus -it. CAEL. AVR. acut. 2, 25, 140 -unt hanc passionem causae, quae etiam pleuriticam faciunt. *al.*

ⓘⓘ *spectat ad pecuniam ex venditione reficiendam* (*cf. vol. IV 201, 35 sqq. nec non V 2, 166, 1 sqq.*): VARRO rust. 3, 6, 6 *venditione pavonum* -i sexagena *milia sestertia* posse.

b *ad obi. accedunt additamenta actionis finem vel effectum significantia* (*structura usitata verborum q. s.* facere, efficere, *v. vol. V 2, 174, 59 sqq.*): α *praedicativa* (*afferuntur certiora, fortasse huc trahas l. 35 sq. p. 1367, 51 sq.; addidimus abl. et gen. qual. l. 55. 67 sqq. 73. 75*):

Ⓘ *ad obi. personae*: CIC. inv. 1, 20 oratio ... -ens auditorem benevolum aut docilem aut attentum. VITR. 1, 1, 7 philosophia ... -it architectum animo magno et uti non sit arrogans *eqs.* APVL. met. 9, 15, 6 *Photis* me, dum avem fabricat, -ecit asinum. IREN. 3, 20, 1 ingratum ... eum *hominem* hoc (*sc. se deo similem putare*) ei, qui eum fecerat, -ens. ARNOB. nat. 3, 23 p. 182, 6 *Mercurius* cur invictos omnes non -it, quibus praeest ...? (*sim. de vi siderum*: FIRM. math. 6, 4, 5 *Iuppiter et Mercurius* tales eos *homines* -unt, ut *eqs.* [6, 23, 6]). HIL. c. Aux. 6 sacramento baptismi vere dei filius unusquisque -itur. CLAVD. DON. Aen. 1, 260 p. 60, 18 *Iuppiter Venerem* securam succincta dictione -ecit. PAVL. NOL. epist. 32, 14 (*epigramma in basilica*) nos ... -es placitas tibi, Christe, columbas (*cf.* SACR. Leon. 142 *ut* tibi nos placitos ... -as [*nisi ad p. 1369, 67, cf. 1370, 7*]). AVG. in psalm. 109, 14 COD. Theod. 16, 8, 21. *al.* ⓘⓘ *ad obi. rei*: VITR. 2, 1, 6 *cum* cottidie faciendo tritiores manus ad aedificandum -issent. 5, 11, 3 *porticus una* -atur duplex amplissima latitudine, altera simplex. 6, 1, 4 *qui* sunt proximi ad axem meridianum ..., brevioribus corporibus, ... sanguine exiguo solis impetu -untur. 8, 3, 7 fontes ..., qui per salifodinas percurrentes necessario salsi -untur (8, 3, 26 dispares variique -untur. *cf.* 8, 3, 11 aqua ... -itur amara [*antea*: facit]). 9, 2, 4 *quarto decumo die luna* -itur plena. 9, 8, 7 ea ... columna versatilis -atur. *al.* PLIN. nat. 10, 96 cui *avi* nidus ex musco arido ita absoluta -itur pila, ut inveniri non possit aditus. HYG. astr. 2, 2, 2 de septem stellis ... quinque et viginti sunt a quibusdam astrologis constitutae, ut ursae species non septem stellarum -retur. ARNOB. nat. 2, 28 *ani-*

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mae prope insensibiles eorum *corporum* commixtione -ctae. TRACT. in Luc. 1, 6 *deus* abscondita -it manifesta. HIST. AVG. Gord. 24, 1 *Gordiani* saeculum emendatius ac diligentius socero adiuvante -ctum (*cf.* PRISC. Anast. 139 -ens firmum, quod cepit debile, regnum). PAVL. NOL. carm. 24, 846 *Christus* cum vitali divitem substantia -erit terram suam. CONC.^{S} I 5 p. 176, 7 *ut Christus* resurgens naturam liberam morte -ret. *al.*

β *locutiones c. praepos.* (*sc.* ad *vel* in *c. acc. praeter l. 14* [sine *iuxta adi. praedic.*]): CAES. Gall. 4, 19, 4 satis et ad laudem et ad utilitatem populi Romani -ctum *esse* ([pro- *var. l. fortasse recta*]. VITR. 2, 8, 17 *altitudines* cenaculorum ad summas u. -unt despectationes. IREN. 2, 32, 5 *ecclesia* virtutes ad u. hominum, sed non ad seductionem -it). LIV. 9, 8, 7 *cum* omnia iusta in ⌞deditionem nostram⌟ -cta erunt (*abl. recc. quidam, fortasse recte*). VITR. 3, 5, 1 *spirae* ad symmetriam sic -antur, uti *eqs.* 5, 9, 7 *cloacis aquas excipientibus* siccae et sine umore -ctae fuerint ambulationes. VET. LAT. Rom. 9, 22 (Aug. c. Faust. 21, 2. *al.*) vasa irae, quae -cta sunt in perditionem (*gr.* κατηρτισμένα, *cod. 77. al.* praeparata, *Vulg.* aptata). II Cor. 5, 5 (cod. 77. *al.*) -it nos in hoc ipsum deus, *sc. ut mortale absorbeatur a vita* (*gr.* κατεργασάμενος, *cod. 89. al. et Vulg.* efficit). IREN. 2, 31, 3 *cum* in ecclesia ... misericordia ... ad opitulationem hominum ... gratis -atur (2, 32, 4 in o. gentium. *cf. ibid.* ad beneficia reliquorum hominum). NEMES. ecl. 2, 34 -eci calathos cogendi lactis in usus. HIL. in Matth. 14, 10 (*agit de eucharistia*) ad vitae aeternae cibum caelestem panem -ere. AVG. pecc. mer. 3, 13, 23 quemadmodum nos curando -at *Christus* in aeternam salutem. VINDIC. med. 39 hydropem nasci sive -i ad tumorem totius corporis. DAMIG. lapid. 14, 14 *sapphirum* -ctum in formam scarabaei (in -cta forma *var. l.*). EVSEB. GALLIC. hom. 3, 4 spes in rem ... -itur. *al.*

2 *accedunt structurae verbales indicantes actionis finem vel effectum*: **a** *enunt. secund.* (*c. acc. praepar. l. 38 sqq. 57 sq. 59; usus est frequentissimus in verbis q. s.* efficere, facere, *in nostro autem rarus extra* CIC.): α ut (ut ne *infra l. 49; eodem subiecto enuntiati regentis et secund., ut actio simplex circumscribatur, e. g.* CIC. inv. 1, 3 Catil. 3, 29 Phil. 12, 21 DIONYS. EXIG. praef. 2, 1): PLAVT. Asin. 103 -ito, argentum hodie ut habeat filius. ELOG. Scip. (CE 8) 2 mors -e⟨cit⟩, tua ut essent omnia brevia. TER. Hec. 20 -eci, ut spectarentur *fabulae Caecilii* (DON.: non 'feci' dixit, sed potius '-eci', ut molem difficultatis ostenderet). Eun. 21 *alter poeta* -ecit, sibi ut inspiciundi esset copia *fabulam meam* (DON.: mire, quasi difficile et illicitum. SCHOL. p. 95, 17 operatus est. SCHOL. Bemb. *ad l.* laboravit). 1054 -e hoc precibus, pretio, ut haeream in parte aliqua tandem apud Thaidem (CIC. inv. 1, 3 Verr. II 2, 178. *al.; cum simili acc. praepar. e. g.*: RHET. Her. 3, 15, 27 id [id, quod *eqs.*: CIC. leg. agr. 1, 27 rep. 3, 4]. CIC. fin. 2, 62 illud [Tusc. 1, 112 NERAT. dig. 2, 14, 58]. *al.*). LVCIL. 734 an -am (pereiciam *trad.*), ut me amare expediat? CE 248, 5 (*saec. I in. a. Chr.*) -as, *Hercules,* decumam ut faciat verae rationis. CIC. inv. 1, 52 nisi hoc -eritis, ut neque vir melior neque femina lectior ... sit (*item* ut *c. negatione*: Verr. I 32 -am, ut nemo *eqs.* [de orat. 1, 260 fam. 12, 30, 1. *al.*]. II 2, 113 ut ... nullum signum *eqs.* [Q. CIC. pet. 57 CAES. civ. 3, 77, 2]. Pis. 77 -ctum, ut ... non liceret [Phil. 12, 21. *al.*]. *sim. al.*). div. in Caec. 39 -endum est ..., ut homines te ... libenter ... audiant. Tusc. 1, 109. fam. 10, 12, 5 -e, ut ne minus res publica tibi quam tu rei publicae debeas. *et persaepe.* Q. CIC. pet. 6 CAES. Gall. 1, 9, 4 VITR. 2, 1, 6 VAL. MAX. 6, 2, 1 TAC. ann. 1, 6, 2 SVET. Iul. 24, 1 Dom. 11, 2 NERAT. dig. 2, 14, 58 APVL. met. 2, 20, 9. 3, 22, 5 CYPR. epist. 48, 4. *al.* β ne: CIC. Verr. II 2, 169 *publicanorum* gratia ne quid tibi prodesse posset, ego mea diligentia -eci. leg. agr. 2, 62 *Pompeius* profecto -et (-at *trad.*), ne diutius inviti ferre cogamini. Mur. 17 ne ignobilitas generis obiceretur, meo labore esse -ctum. Phil. 2, 55 *Antonius* omnia -ecit, quae senatus salva re publica ne fieri possent -erat (ef- *Cobet, alii alia*). *al.* (*oratt., epist.*). CYPR. epist. 43, 1 hoc ... quorundam ... perfidia -ecit, ne ad vos ... venire licuisset. ARNOB. nat. 2, 28. γ quo minus: CIC. fam. 3, 7, 6 illud non -es, quo minus tua causa velim; hoc adsequēre, ut *eqs.*

b *inf.*: α *solus (aliter p. 1370, 9): subi. verbi idem est ac inf.*: VET. LAT. lev. 19, 9 (cod. 104) non -etis messem agri -ere (Aug. ioc. hept. 3, 46 non -etis ... permetere, *Vulg. aliter*). Sirach 24, 38 qui -it primus scire ipsam *sapientiam.* *inf. spectat ad subi. generale*: FIRM. math. 6, 10, 7 *Venus* circa cultum vestis ⟨et⟩ corporis morari -et. 7, 24, 4 *siderum collocatio quaedam* damnari -et (*iterum ibid. et* 5. *cf. ibid. 2* facient ... d.). β *acc. c. inf.* (*v. et p. 1372, 62*): IREN. 5 praef. ut *Christus* nos -ret esse, quod est ipse (*gr.* καταρτίση). COD. Iust. 4, 54, 6 (*a. 283/4*) iudex fundum ... restitui tibi ... -et. 7, 14, 10 (*impp. Diocl. et Maxim.*). PANEG. 9, 17, 4 locum, in quo ... *avus* docuit, si ab isto *oratore* ... recoli ornarique -ero *eqs.* ARNOB. nat. 4, 7. FIRM. math. 2, 29, 12 *Iuppiter* eos *inimicos* superiores esse -ecit (*sim. saepius apud eundem de vi siderum, e. g.* 5, 5, 3 *Mercurius* ipsos *mediocres animo* difficiles ... litteras tractare -et. 7, 25, 3 vitia latenter exerceri -ent). HIL. psalm. instr. 9 virtus ... numeri -ecit hunc et illum *psalmum ... sic* collocari. trin. 8, 12 l. 39. 8, 35 cum deum id -at esse, quod dominus est, et dominum id constituat esse, quod deus est. CLAVD. DON. Aen. 2, 10 p. 146, 12 *Aeneas breviter narravit, ne* Didonem ... plurimum vigilare -ret. COD. Theod. 6, 4, 34. 12, 1, 14 *ut* illos ..., quos ... proveximus, intactos esse -ant. EPIST. pontif. 701 Schwartz p. 10, 11 (*iuxta* efficeret). AVELL. 95, 14. SACR. Leon. 571 *ut* nos ... quae prava sunt declinare -as et amare quae iusta sunt (*item oratur deus, ut -at aliquid*: 1071 tibi nos placitos esse. 1107 [= Gelas. 1447, *ubi trad.* pro-]. 1222 [= Greg. 184, 4] *divina mysteria* sicut tuis sanctis ad gloriam, ita nobis ... ad veniam prodesse. *al.*). *al.* *acc. e contextu supplendo*: CIL VIII 25377 (*a. 407/408*) patronus ... novum fontem habere -ecit (*sc. municipes vel municipium*). COD. Theod. 16, 8, 22 *ut patriarcha* nullas condi faciat synagogas et, si quae sint in solitudine, si sine seditione possint deponi -at. SACR. Leon. 454 bonis omnibus hanc *plebem tuam* replebis, si tibi placere -eris. Gelas. 1347 *nostra sacrificia* de adversis prospera sentire -ant.

?γ *dat. c. inf.*: PETR. CHRYS. serm. 118, 6 quid non caecare potuerunt, qui vivere malum, mori bonum incautis (-os *var. l.*) credere -erunt?

3 *pro obi. est locutio nominalis c. praepos.* de (*breviloquentia quadam, cf. l. 20 et* conficere *vol. IV 196, 62 sqq.*): CIC. Att. 12, 27, 1 si -itur de hortis Silii, hoc est: si *tu* -is (*cf. 12, 31, 3* cum Silio ... confici posse). fam. 6, 12, 3 de te iam esse -ctum (*structura pleniore* 6, 12, 5 omnia de ... reditu tuo -ta *sunt*).

4 *sine obi.* (*pauca selecta; supra inseruimus ea, ubi obi. certum subaudiendum videtur; v. etiam B2 et IIA3*): **a** *formae finitae*: CAECIL. com. 291 fac velis, -es. CIC. Att. 13, 32, 1 (*antea*: age, quod scribis, de Faberio) ut facis ..., urge, insta, -e. TAB. devot. Audollent 247, 19 (*saec. II/III; ad daemones*) per nomen dei ... ut perficeatis. TERT. bapt. 10, 6 *qui* praeparat, non idem ipse -it, sed alii -endum procurat. adv. Prax. 15 p. 256, 6 *deus pater* sensu agit, filius ... -it. VET. LAT. II Cor. 8, 11 (cod. 64. *al.* = VVLG.) facto -ite, *non solum voluntate* (*Ambrosiast.* facere consummate). IREN. 3, 25, 5 *deus* initium et finem et medietates omnium ... habens recte -it secundum naturam circumiens (*vertit Plat. leg. 715^{e}* περαίνει). PONT. vita Cypr. 3, 2 tam matura fide coepit, quanta pauci fortasse -erunt. DIOM. gramm. I 336, 1 (*in descriptione imperfecti*) coepimus nec -ecimus. HIER. epist. 3, 5, 3 *ut,* cum ego voluerim, ille -erit, *sc. vitam monachi agens* (*postea*: inplere). *al.* *accedit part. praes.* (*sec. gr., ut videtur; e coni. l. 38*): VET. LAT. lev. 16, 20 (cod. 100, *sim. al.*) *sacerdos* -et propitians sanctum (*gr. συντελέσει ἐξιλασκόμενος, Vulg.* postquam emundarit sanctuarium). Matth. 11, 1 (cod. 1) cum -isset Iesus ⟨praecipiens⟩ duodecim discipulis suis (*add. von Soden sec. gr.* ἐτέλεσεν ... διατάσσων *et Vulg.* [= *cod. 3*] consummasset ... praecipiens). **b** *formae infinitae*: RHET. Her. 2, 4, 6 idonea -endi facultas (*al., v. vol. VI 1, 146, 22 sq.; item gerund.*: RHET. Her. 2, 4, 6 spem -endi [2, 4, 7. CIC. inv. 2, 39 spes -endi ... et faciendi facultas. *al.*]. CIC. Arch. 28 *Archiam scribere incipientem* ad -endum adornavi. CAES. Gall. 7, 37, 6 civ. 3, 63, 3 SVET. Nero 43, 2. TERT. patient. 10, 5 in domino ... tam potenti ad -endum. *al.*). VITR. 2, 7, 5 si qui voluerit sine vitiis -ere (*item inf.*: Ps. APVL. Ascl. 8 *v. p. 1351, 65.* TERT. paenit. 3, 15 -ere debes, qui vis, aut nec velle, quia nec -is. DON. Ter. Eun. 1035 incipere audacis *est,* -ere constantis. VVLG. Phil. 2, 13 *deus* operatur in vobis et velle et -ere [*gr.* τὸ ἐνεργεῖν]. *al.*). TERT. apol. 21, 11 cui *spiritui dei* ... et ratio adsit disponenti et virtus praesit -enti.

B *spectat ad finem summum, gradum optatum* (*ad notionem v.* AVG. *p. 1371, 8. 15; in malam partem p. 1371, 22 sqq.; maxime apud philos. et eccl.; sub A huc vergunt praecipue p. 1366, 62. 65. 1367, 7 sqq. 40. 43. 1368, 28. 30; cum usu sub IIA 1 descripto cohaerent l. 68. 72. p. 1371, 14. 20*): **1** *accedit obi.*: **a** *rerum* (*fere incorp., aliter l. 66. p. 1371, 17*): CIC. Manil. 1 nihil huc (*sc. ad rostra*) nisi -ctum ingenio, elaboratum industria afferri oportere (*inde, ut vid.,* BOETH. arithm. praef. p. 5, 12 nihil ... oblatum iri oportere, quod non elaboratum ingenio, -ctum studio ... videretur). de orat. 1, 151 collocatio conformatioque verborum -itur in scribendo ... oratorio numero et modo (*cf.* 3, 175 eam coniunctionem *verborum* sicuti versum numerose cadere et quadrare et -i volumus). Brut. 26 *Graecia* omnes artes vetustiores habet et multo ante non inventas solum, sed etiam -ctas (Tusc. 3, 69. PLIN. nat. 35, 76 arithmetica et geometria, sine quibus ... *picturae* artem -i *non* posse. SVET. Nero 41, 1 [*iuxta* elaboratae]). 126 praeclare incohata multa *Gracchi opera,* -cta non plane (VET. LAT. Sirach 38, 28 *fabri* vigilia ... ⌞-it opus⌟ [*gr.* κοσμῆσαι ἐπὶ συντελείας, *cf. e. g. 38, 31* consummationem]). orat. 105 *Demosthenem* multa -ere, nos multa conari, illum posse, nos velle. leg. 1, 22 *ratio* cum adolevit atque -cta est, nominatur rite sapientia (1, 27 [*iuxta* confirmat]. ac. 2, 30. *al.* SEN. epist. 49, 11 *natura nobis* r. dedit imperfectam, sed quae -i posset. 76, 10. 92, 2. 124, 11). fin. 5, 59 natura ... corpus ... hominis sic et genuit et formavit, ut alia in primo ortu -ret, alia progrediente aetate fingeret ...; animum autem ... -ecit ut corpus; sensibus ... ornavit ...; sed virtutem ipsam incohavit. ac. 2, 26 *ratio* -ecit virtutem (Tusc. 5, 2 inventa et -cta. VELL. 2, 97, 2 quot et quantas natura mortalis recipit vel industria -it [percipit *trad.*].

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

QVINT. inst. 12, 2, 1 doctrinā. VET. LAT. II Cor. 12, 9 [cod. 75. *al.* = VVLG.] v. in infirmitate -itur [*ad explanationem cf. e. g.* HIER. epist. 39, 2, 8 v. spiritus in carnis infirmitate -itur. *v. et l. 12*]. *al.*). *al.* LIV. 24, 22, 17 incohata vestra gloria, nondum -cta est periculumque ingens manet, nisi *eqs.* SEN. epist. 71, 27 *summum bonum* antequam impleatur, incerta mentis volutatio est; cum vero -ctum est, immota illa stabilitas est (76, 10. 124, 14 PANEG. 4, 4, 2. AVG. civ. 19, 1 p. 346, 24 finem boni ... dicimus, non quo consumatur, ut non sit, sed quo -atur, ut plenum sit). SCRIB. LARG. 200 neque chirurgia sine diaetetica neque haec sine chirurgia ... -i possunt, sed aliae ab aliis adiuvantur et quasi consummantur. APVL. flor. 3, 2 *nihil potest* in primordio suo -i. TERT. apol. 11, 5 imperfectum non potuit esse quod -ecit omnia (IREN. 2, 32, 2). fug. 2, 2 *ut* iustitia iniquitate -atur (LACT. inst. 6, 2, 17 [*iuxta* consummandam]. AVG. epist. 145, 5 nondum est -cta, sed quodam modo adulta i. nat. et grat. 62, 72 'facere' est ... 'iustitiam' ... cum interno concupiscentiae malo ... pugnare, '-ere' autem omnino adversarium non habere. *al.*). VET. LAT. psalm. 79, 16 (cod. 300 = VVLG.) visita, *deus,* vineam istam et -e eam (*gr. κατάρτισαι, cod. 303. al.* dirige). FAV. EVL. 1, 3 rationes, quibus ... *Scipionis* vita -itur (*cf. ad rem Cic. rep. 6, 12*). AVG. in epist. Ioh. 5, 4 -cta ista caritas est, ut paratus sis mori pro fratre; ... sed numquid mox, ut nascitur, iam prorsus -cta est? ut -atur, nascitur, cum fuerit nata, nutritur ..., roboratur, ... -itur (in psalm. 16, 5 ut -retur c. ecclesiae in itineribus angustis). *al.* *cum acumine de augendis malis*: AVG. in psalm. 7, 9 (*explicat 7, 10* consummetur ... nequitia peccatorum) -atur (*postea*: perveniatur ad summam nequitiam). GREG. M. moral. 2, 65 (*de diabolo*) humana corda circumvenit, ... ut mala mentibus inserat, ut inserta cumulet, ut cumulata -at, ut -ctos in iniquitatibus ad poenam socios acquirat.

b *hominum* (*quo respectu quis -atur, indicat abl. l. 33. 34. 58,* in *c. abl. l. 54. 57. 60 et supra l. 26,* secundum *l. 50*): **α** *usu vario*: CIC. Brut. 120 Peripateticorum ... consuetudo in ratione dicendi talis est, ut nec -ere oratorem possit ipsa per sese nec sine ea orator esse perfectus (PLIN. epist. 3, 5, 5 quibus *libris* o. ab incunabulis instituit et -it [-ecit *var. l.*]). OV. ars 1, 11 *Chiron* puerum cithara -ecit Achillem. QVINT. inst. 1 praef. 4 *quidam praeceptores* ita sunt exorsi, quasi -ctis omni alio genere doctrinae summam in eloquentia manum imponerent. *c. respectu numerorum perfectorum*: MART. CAP. 2, 106 Philologia ... absoluta ... ratione -itur (*cf. Lenaz, comm. 1975, ad l.*). **β** *usu christiano -untur fideles dei auxilio ita permutandi, ut vitam sanctam agant et vivant in aeternum* (*cf. p. 1381, 21; -untur consecratione quadam l. 43. 49*): VET. LAT. Dan. 3, 40 (Verec. in cant. 4, 21, *sim. al. et nonnulli codd. Vulg.*) -e, *deus,* subsequentes te (*explicat* VEREC. l. 7 sive perfecti fiunt seu stabiliti consistunt. *cf.* AVG. in psalm. 9, 4 *Christus* discipulum vocans, ut -atur, dicit 'sequere me' [*Matth. 19, 21*]). Hebr. 10, 14 (cod. 64, *sim. al.*) *Christus* una ... oblatione -ecit in perpetuum sanctificatos ([*Vulg.* consummavit]. *cf.* PELAG. in Eph. 4, 12 [*ad 4, 11 sq.* dedit ... doctores ... ad consummationem sanctorum in opus ministerii] ut -antur ⌞sancti⌟ sive ut eorum numerus impleatur [sanctis *var. l., cf. vol. V 2, 178, 17*]). I Petr. 5, 10 (cod. 64. *al., sim.* VVLG.) modicum passos ipse *deus* -et, confirmabit fundabitque (*gr. καταρτίσει*). IREN. 2 praef. 1 quomodo *gnostici* initiant eos, qui -untur, ... manifestavimus (*respicit 1, 21, 3 ubi bis*: sacrantur). 5, 21, 2 (*de Christo*) -ens hominem secundum imaginem ... dei (PETR. CHRYS. serm. 114, 7 non interficit h. finis iste *Christi,* sed -it. ORIG. in Matth. ser. 95 p. 213, 15). AMBROSIAST. in Rom. 8, 9, 2 *Paulus Romanis* aliquando quasi -ctis loquitur, aliquando quasi -cturis. PELAG. in Eph. 3, 19 ut -amini in omnibus virtutibus Christi (*circumscribit* impleamini, *quo vertitur πληρωθῆτε*). PRVD. apoth. 993 *Christus ut* -ret mortale genus virtute perenni (*opp. 990* imperfectus ... limus mortalis). AVG. civ. 15, 26 p. 114, 19 -endi sunt cives civitatis dei in illa inmortalitate. 19, 4 p. 358, 19 -i volumus fine (-em *var. l.*) summi boni. gen. ad litt. 10, 8 p. 305, 13 *superbi* infirmantur, ut -antur (*cf.* in psalm. 58, serm. 2, 5 l. 64 superbia ... eos non permittebat -i). in psalm. 39, 12 -amur in corpore (88, serm. 2, 5 l. 41 sqq. [*iuxta* in animo]). 99, 15 ut, qui fecit vos, -at vos. 117, 11 non homo se exaltavit, non homo se -ecit *eqs.* (*item refl.*: PROSP. carm. de ingrat. 369 *non* se -et solis naturae viribus ullus). MVTIAN. Chrysost. hom. 5 p. 275 nos per tribulationes -i. *al.* *spectat ad vitam Christi -endam passione, morte*: VET. LAT. Luc. 13, 32 (cod. 5) tertia *die* -or (*cod. 4. al. et Vulg.* consummor, *11* crucifigor).

2 *sine obi.* (*fere in describenda natura dei et Christi*): CYPR. epist. 61, 4 ut qui perfectus est atque -ens ... -at in vobis confessionis ... coronam. AVG. in psalm. 30, enarr. 2, serm. 1, 1 *Christus* finis non consumens, sed -ens (*interpretatur Rom. 10, 4* finis ... legis Christus *ut e. g.* in psalm. 45, 1 finis ... dicitur, ... quia -it. 56, 2 consummare -ere *est*). 58, serm. 2, 6 aliquando ad hoc vindicat deus, ut -at, aliquando ..., ut damnet (*antea*: ira consummationis *et* consumptionis). *al.* *? intransitive* (*cf. usum refl. l. 62 sq.*): HESYCH. in lev. 25, 47 p. 1135^{A} qui in scientia -ecit (*fortasse subest confusio praeverbiorum, cf. postea*: profecerunt; *v. supra p. 1364, 71*).

II ***specialia*** *et technica quaedam*: **A** *corporaliter; spectat ad*: **1** *actionem naturaliter crescendi* (*passive vel mediopass., saepe p. p. p. pro adi., quod invenias p. 1377, 9 sqq.; in imagine l. 17; ceterum cf. p. 1370, 54*): **a** *de hominibus vel animalibus: qui crescunt ad partum maturum sim.*: LVCR. 3, 679 si iam -cto corpore nobis inferri solitast *anima* ([*sim.* 3, 729. 738]. SEN. dial. 4, 1, 2 color ultimus -cto iam c. adfunditur). MELA 1, 52 per umentes campos *Nili* quaedam nondum -cta animalia, sed tum primum accipientia spiritum et ex parte iam formata, ex parte adhuc terrena visuntur. PLIN. nat. 10, 154 *ova* et ab homine -untur, *si in sinu foventur.* TERT. anim. 27, 1 *substantias corporis et animae simul* concipi et confici, -i. virg. vel. 14, 7 infantes et -i et perduci ad partum integros. FAV. EVL. 14, 2 semen. *cetera exempla*: TERT. paenit. 6, 1 necdum -ctis luminibus *catulorum.* CENS. 7, 4 dentes ... maxime decimo -i mense. AVG. civ. 22, 20 p. 601, 25 quas *mensuras corporis* habebat -endae sive -ctae ... ratio iuventutis. **b** *de quibuslibet crescentibus* (*de tumore v. p. 1369, 24*): PLIN. nat. 13, 132 *cytisus* -itur triennio (*item de plantis*: 18, 60 *cicer* a sementi diebus XL -itur. *in imag.*: AVG. in psalm. 44, 1 l. 9 *bonus auditor* mandat cordi, quod ... germinet, erumpat, crescat, -atur). IREN. 1, 6, 4 semen, quod est *e Pleromate* ... pusillum quidem emissum, hic autem -ctum factum (1, 7, 1). AVG. conf. 4, 10, 15 *omnia creata* oriendo quasi esse incipiunt et crescunt, ut -antur, et -cta senescunt et intereunt (*sec. Sall. Iug. 2, 3, ubi*: aucta senescunt). gen. ad litt. 2, 15 p. 57, 8 *si* lumen in ea *luna* crescit vel -itur vel minuitur (*de luna ipsa*: in psalm. 60, 8 luna nascitur, crescit, -itur, senescit et occidit. 88, serm. 2, 5 l. 28 sq. [*opp.* minui]).

2 *creationem mundi, rerum naturae, animantium*: LVCR. 2, 409 bona sensibus et mala tactu dissimili ... -cta figurā (*sim.* 524. 671. 3, 246. *item respiciuntur atomi sim.*: CIC. nat. deor. 2, 94 *Epicurei* adseverant ex corpusculis ... concurrentibus temere atque casu mundum esse -ctum. PRISC. gramm. II 6, 16 *elementa* coeuntia omne -unt corpus). CIC. nat. deor. 2, 87 meliora sunt ea, quae natura, quam illa, quae arte -cta sunt (*sim.* 2, 88 *cum* sint illa *opera naturae* -cta quam haec *ab artificibus* simulata sollertius [*iuxta ponitur* efficere]). 2, 147 animum ipsum mentemque hominis, rationem, consilium, prudentiam ... divina cura -cta esse (*cf.* MIN. FEL. 17, 3 mundi totius ornatum non divina ratione -ctum volunt, sed frustis ... conglobatum). MANIL. 1, 131 caeca ... materies caelum -ecit et orbem (*inter varias de mundi origine opiniones, cf. e. g. 132* fabricavit, *135* peperit). VITR. 9, 1, 2 naturalis potestas ... circum eos cardines *caeli* orbiculos ... -ecit, qui Graece *πόλοι* nominantur. TERT. adv. Hermog. 3, 5 ubi *deus* universa -ecit ipsumque ... hominem *eqs.* (IREN. 5, 1, 3 manus eius *dei* vivum -erunt h. [*sc. Christum in incarnatione*]. *cf.* FIRM. math. 3 praef. 2 ad imaginem ... mundi formam hominis *eqs.* FILASTR. 117, 1 mulieris carnem de costa Adae [*antea*: plasmasse]). VET. LAT. psalm. 88, 38 (cod. 303. *al.* = VVLG.) luna -cta in aeternum (*gr. κατηρτισμένη, cod. 300* conposita). IREN. 2, 14, 6 *Pythagorici e numeris* primis omnia -cta dicunt, quemadmodum statuam de aeramento et de formatione (2, 30, 9 *deus* ex sua potestate et disposuit et -ecit o. [*postea*: condens et faciens]. LACT. inst. 7, 14, 13 -ctis o., quae in usum hominis molitus est, deus ipsum hominem ... fecit. *al.*). 2, 30, 8 *gnostici* ne quidem muscam aut culicem ... -ere possunt. FILASTR. 155, 6 tantam elementorum naturam immensam creando -ecit (*postea*: fecisse). *al.*

3 *amorem, rem veneream* (*sine obi.*): OV. ars 1, 389 *in ancilla illicienda* hoc unum moneo ...: aut ⌞non temptasses⌟ aut -e! (⌞ ⌟ *v. Pianezzola al., 1991, ad l.*). *sensu obsceno spectat ad semen emittendum* (*cf. p. 773, 66. 1364, 52*): MART. 3, 79, 2 rem peragit nullam Sertorius, incohat omnes; hunc ego, cum futuit, non puto -ere. HIST. AVG. Maximin. 4, 7 potes tricies cum muliere -ere?

4 *generationem subolis: v. l. 73.*

B *incorporaliter*: **1** *in arte logica*: **a** *argumentando -untur quae vera esse conceduntur, concluduntur*: CIC. leg. 1, 35 cum haec iam -cta sint, primum quasi muneribus deorum nos esse instructos ..., secundo autem loco *eqs.* (*item sequitur acc. c. inf., sed sine pron. praepar.*: fin. 2, 85 -cto ... et concluso ... *nusquam* locum esse *eqs.* FAV. EVL. 4, 2 *monadem* semen ... numerorum esse manifestum *est* et ex illa supra [*sc. 4, 1*] posita definitione -itur). div. 2, 106 ita concludunt: '...'; id enim iam -ctum arbitrantur. *p. p. p. neutr. plur. pro subst.*: CIC. Tusc. 5, 72 (*inter ea quae ratio disserendi praestat*) -cta concludit. **b** *constituuntur genera vel species*: MAR. VICTORIN. Porph. isag. p. 10, 17 (*sim. vertit* BOETH.) differentia animata atque sensibilis sociata substantiae -et animal. BOETH. Porph. isag. p. 19, 3 quidam ... equus cuidam asino permiscetur ad muli generationem, equus autem simpliciter (*i. tamquam species*) asino nunquam conveniens -et mulum (*in eadem re*: in Porph. comm. sec. 5, 14 p. 329, 12 individua ... individua ... alia fortasse -unt, ipse vero equus simpliciter ... et asinus ... aliquid ... *non* efficiunt).

2 *in arte arithmetica, sc. computando -itur summa* (*saepius variat*

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cum facere *vel* implere, complere *sim.*): VITR. 3, 1, 5 *v. p. 1379, 13.* IREN. 1, 16, 2 appositus eis *xv* VII numerus II et XX -it. FIRM. math. 2, 23, 2. 2, 23, 7 ut partes eorum *locorum* ... integrum CCCLX partium numerum -ant (CENS. 11, 4 eundem *n.* AVG. civ. 11, 30 p. 505, 2 *senarius n.* partibus suis in summam redactis ipse -itur. Ps. HIER. monogr. p. 197, 30 *XPICTEI vocis* septem litterae secundum suum numerum computatae prope illum dierum n. -unt, qui *eqs.*). 4, 20, 3 LXIII. annus, qui utriusque numeri (*sc. VII et IX*) multiplicatam ... -it summam (Ps. HIER. monogr. p. 198, 5. BOETH. mus. 2, 28 *octo LXIIII* additi totam s. LXXII -unt). MART. CAP. 7, 741.

3 *in sermone iuris spectat ad negotia ita conficienda, ut iure valeant, rata sint* (*augetur saepius abl.* iure [*maxime in* COD. *et* INST. Iust.], *alia additamenta v. l. 15. 19. 22, cf. adi. l. 13; p. p. p. hic illic vergit in vim adi., cf. p. 1379, 51*): VARRO rust. 2, 10, 4 in emptionibus dominum legitimum sex fere res -unt: si hereditatem iustam adiit, si *eqs.* (PAP. Tjäder 34, 23 [*a. 559*] ut d. legitima valeditate -ctus ... possideas). IAVOL. dig. 18, 1, 63 pr. -i venditio non potuit in eius persona, cui dominus venire eam noluit (GAIVS dig. 18, 1, 35, 5 ut, simul atque de pretio convenerit, videatur -cta v. VLP. dig. 18, 1, 7 pr. PAVL. dig. 50, 1, 21, 7 non posse recedi a ... venditione ... iam -cta. COD. Iust. 4, 51, 3 [*a. 293*] recte. *al.*). AFRIC. dig. 48, 10, 6 pr. cum -ctum testamentum erit (PAPIN. dig. 29, 1, 35 militis t. sola -itur voluntate. COD. Iust. 3, 28, 16 [*a. 258*] non iure. *ibid.* iure. *al.*). VENVL. dig. 45, 1, 137, 1 stipulatio ex utriusque consensu -itur (*opp.* nihil acti erit). GAIVS dig. 18, 1, 35, 5 -i emptionem ..., cum adnumerata, admensa adpensave sint (PAVL. dig. 40, 12, 38 pr. post -ctam sine ulla condicione e. *al.*). PAPIN. dig. 39, 6, 42 pr. donatio, quae ... pridem -cta est (VLP. dig. 24, 1, 5 pr. iamdudum. FRG. Vat. 311 promissio non -it d. INST. Iust. 2, 7, 2 *donationes* -untur ..., cum donator suam voluntatem ... manifestaverit. *al.*). *et saepius, v. e. g. Voc. Iurispr. Rom. s. v.; sim. in ecclesia*: CYPR. epist. 67, 5 ordinationem iure -ctam.

CAPVT ALTERVM: *ita ut consūmatur, pereat* (*cf.* GLOSS.^{L} V Aa D 290 deruit: evertit seu -it): **I** *-untur res*: **A** *liquor arborum vi naturali deficiens*: VITR. 2, 9, 11 *ulmus et fraxinus* ⌞-cto qui est eis liquor stantes emoriuntur⌟, fiunt duriores *eqs.* (*Cet. Fav. 12* cum aruerint). **B** *cibi, qui concoquuntur, digeruntur*: PLIN. nat. 11, 282 difficulter ... -untur omnia in cibis acria, aspera, inconsueta *eqs.* 283 athletas ambulatione ... cibos -ere ([*antea*: concoquere]. 19, 71. 23, 53 stomacho ... c. non -enti). 19, 65 *cucumeres.*

II *-untur homines, sc. morte*: CE 1058, 10 si quis forte mea gaudet de morte iniqua, huic sit iniqua Ceres -atque fame. CIL VIII 21630 vi Bavarum -ct⟨u⟩s ⟨est⟩. *dub. an huc*: SCHOL. Ter. Bemb. Eun. 15 -ctus aetate (*verba Ter.* defunctus iam sum [*sc. negotio sim.*] *male intellexisse vid., nisi est fragmentum explicationis longioris*).

p. p. p. ⁂**perfectus,** -a, -um *pro adi.* (*vel subst.*). *scribitur litteris gr.* GLOSS. iurispr. *ἄδετ Π* 61 *πεϱφεστον.* *notatur*: perf CIL VIII 10686; *cetera v. p. 1379, 72 sqq.* *acc.* -em *pro* -um *inepte* VIRG. gramm. epit. 5, 15, 5. *comparatio a gramm. improbatur* (*v.* SERV. Aen. 2, 642. 11, 124 quod si velis comparare, incipit '-us' non esse '-us'. POMP. gramm. V 151, 10 sqq. ISID. orig. 10, 202; *at v. l.52*), *sed saepe occurrunt compar.* -ior *inde a* CIC. (*cf.* magis -us FAV. EVL. 18, 5), *superl.* -issimus *inde a* RHET. Her., CIC. (*cf.* maxime -us QVINT. inst. 1, 10, 41, valde -us IREN. 2, 30, 7. 3, 3, 1); *v. etiam p. 1381, 74.* *de notione et differentia*: PRISC. gramm. II 414, 16 id ... omnium semper est -issimum, cui nihil deest. ISID. diff. 1, 433 inter -um et consummatum hoc distat, quod -um est, cui iam nihil addi potest, consummatum vero est quodlibet opus in finem deductum. GLOSS. *πεπεϱαιωμένον, ἀπηϱτισμένον. ἀπηϱτισμένος, τέλειος, ἐκτικός. ἐντελής. τέλειον*: -um, finitum. *τέλειος*: -us, integer. *legitur in prosa oratione inde a* VARRONE, RHET. Her., CIC., *qui vocem frequentat ut* SEN. *philos.*, QVINT., TERT., IREN. *aliique eccl. nec non grammatici; deest e. g.* CAES., SALL., LIV.; *raro occurrit in poesi, sc. singulis vel perpaucis locis apud* VERG., HOR., OV., GERM., STAT., MART. *al.* [*pleraque sermoni docto tribuenda, sed sermoni continuato fortasse francog. vet.* parfit. *cf. M.-L. 6408. Wartburg VIII 237 sq. St.*] [*confunditur maxime cum* profectus (pro- *falsa var. l. e. g.* SEN. dial. 11, 6, 3 OPTAT. 5, 5 p. 131, 4 EVSEB. GALLIC. hom. 64, 5, per- CIC. Tusc. 5, 119; *restit.* CAEL. AVR. gyn. 1, 128. 130) *et* praefectus (*v. vol. X 2, 623, 46 sqq.*), *praeterea e. g. cum* praesectum HOR. ars 294 (*v. vol. X 2, 835, 43 sqq.*), provectam HIER. epist. 52, 4, 3. *ex* peritissimus *restit.* CIC. opt. gen. 6, *ex* tectam DIDASC. apost. 62, 10.]

fere i. q. usque ad finem perductus, absolutus, plenus, nullius rei indigens. *iuxta pos. vel syn.*: absolutus *p. 1374, 6. 32. 1375, 24. 1378, 30. 60. al., addatur e. g.* CIC. Tusc. 2, 51 VARRO frg. Gell. 16, 18, 6; consummatus *p. 1374, 11. 18. 1375, 71, addas* QVINT. inst. 5, 10, 119 CYPR. eleem. 7. *al.*; plenus *p. 1374, 8. 1376, 39. 1379, 19. 1382, 20. 28. al., addas* TERT. nat. 2, 2, 4 CHROMAT. in Matth. 39, 1 COD. Iust. 8, 53, 35, 5b. *al.*; summus *p. 1374, 75. 1375, 13, addas* CIC. off. 2, 31 MIN. FEL. 17, 6. *al.; sim. al.* *gr. fere respondet τέλειος, quod infra non adnotavimus.*

CAPVT PRIVS: ***generatim*:** **I** *spectat ad statum* ***quam maxime excultum,*** *consummatum* (*adhibetur in malam partem p. 1375, 7. 42. 58, per ironiam p. 1375, 15, cf. etiam* IVV. 2, 5): **A** *perfectio potius animo percipitur*: **1** *de rebus*: **a** *adi.* (*maxime apud rhetores, philos., eccl.; spectat ad valetudinem l. 44 sqq.; accedunt determinationes variae l. 15. 18. 20. 23. 41. 45. al.; afferuntur pauca selecta*): RHET. Her. 2, 18, 28 absolutissima et -issima est argumentatio ea, quae in quinque partes est distributa (2, 20, 31 -am et plenam). 4, 12, 17 elocutio commoda et -a (4, 56, 69. COD. Theod. 1, 4, 2 *Pauli* sententiarum libros plenissima luce et -issima e. ... succinctos). 4, 56, 69 vitae -issimae (CIC. fin. 2, 19. SEN. benef. 3, 31, 3 consummatam, -am. epist. 85, 20 si beata v. nullius est indigens, omnis beata v. -a est. 93, 4 [*opp.* aetas ... inperfecta]. 93, 7. AMBR. obit. Theod. 36 resurget ..., ut -ior ... v. reparetur. *al.*). CIC. Sest. 86 -ae cumulataeque virtutis (Tusc. 1, 109. 2, 47. POLLIO hist. 5 mortalium nulli v. -a contigit. VAL. MAX. 2, 10, 8 omnibus numeris -a v. *Catonis.* 8, 7 pr. SEN. benef. 2, 31, 1 cum pietas, fides, iustitia, omnis denique v. intra se -a sit. *al.* APVL. Plat. 2, 6 p. 228 [*opp.* inperfectae]. 2, 9 p. 234 [*opp.* semiperfectae]. LACT. inst. 1, 3, 3 *deus* ex omni utique parte -ae consummataeque v. est. *al.*). de orat. 3, 85 vis ... et natura rei (fin. 5, 26 vivere ex hominis n. undique -a et nihil requirente. nat. deor. 2, 33 a primis incohatisque n. ad ultimas -asque ... procedere. *al.* SEN. epist. 124, 17. *al.*). Brut. 71 nihil est ... simul et inventum et -um (*item gradu positivo*: PRISC. gramm. II 2, 14 nihil ... ex omni parte -um in humanis inventionibus esse posse. *compar.*: CIC. Brut. 143 Crasso n. statuo fieri potuisse -ius. nat. deor. 2, 39 n. mundo -ius. Att. 9, 7, 2 quibus *litteris* n. potest esse explicatius, n. -ius [*cf.* MART. 5, 63, 3 illis *libellis.* FRONTO p. 104, 14 epistulis Ciceronis]. QVINT. inst. 10, 1, 32 qua *brevitate Sallustiana. al.*). Lael. 22 *non* de vulgari aut de mediocri *amicitia ...,* sed de vera et -a loquor. VITR. 4 praef. 1 disciplinae corpus ad -am ordinationem perducere. VELL. 1, 17, 7 frequens ac mobilis transitus maximum -i operis impedimentum *est* (VAL. MAX. 8, 7 ext. 2 -issimum o. sapientiae. PLIN. nat. 22, 117 naturae ... opera absoluta atque -a gignuntur. QVINT. inst. 12, 11, 21 PLIN. epist. 5, 10, 3. DECRET. decur. Tergest. [CIL V 532] 1, 13 ut, quamvis admodum adulescens, senilibus tamen et -is o. ac factis patriam suam ... sibi ... obstrinxerit. *al.*). SEN. epist. 76, 30 animus (120, 14 -um a. et ad summum sui adductum. APVL. Socr. 15 p. 150 virtute. PHYSIOGN. 12 medium temperamentum corporis -um a. indicat, is autem -us est a., qui pari virtute est atque sapientia). TERT. adv. Marc. 4, 29 p. 520, 6 quam *fidem* nondum poterant -am exhibere deo ([*opp.* modicae]. PELAG. in I Cor. 11, 17 eo -ior debet esse, quo senior. IOH. MAXENT. Conc.^{S} IV 2 p. 3, 17 cum sit *catholica f.* -a et plena in omnibus, augmentum recipere non potest [*opp.* imperfectum]. *al., v. iam* SEN. *l. 16*). HIL. trin. 3, 19 *caro virginis* -am ex se carnem generans (*item de corpore Christi*: APRING. in apoc. 1, 15). PELAG. in Rom. 5, 4 sanitatem ([*antea*: aeternam salutem]. CHROMAT. in Matth. 39, 2 fidei ac salutis. 44, 4 integram et -am s. secundum corpus et animam. *in medicina* [*vergit ad B*]: MARCELL. med. 9, 91 hoc auxilio usque ad -am s. uti [*sim.* CASS. FEL. 15 p. 22, 21]. *al.*). *et saepe.*

b *neutr. pro subst.* (*compar. l. 50. 53. 69. al.*): **α** *usu vario*: Ⓘ *sing.*: CIC. de orat. 1, 5 (*antea*: adulescentulis nobis ... inchoata ac rudia exciderunt) *vis* aliquid ... politius a nobis -iusque proferri (Brut. 69 quaerendum esse a. -ius *quam Catonem.* nat. deor. 2, 35 a. extremum atque -um. SEN. epist. 124, 20 BOETH. cons. 3, 10, 4. *cf.* CIC. Brut. 132 quid ... -ius). nat. deor. 2, 37 *homo* nullo modo -us, sed est quaedam particula -i. 2, 38 off. 3, 15. HOR. sat. 1, 10, 70 *recidere,* quod ultra -um traheretur. VELL. 1, 17, 6 *difficilis* in -o mora. SEN. nat. 6, 5, 3 longe semper a -o fuere principia. epist. 66, 9 quid accedere -o potest? 75, 12 -o proximi animi (*cf.* 109, 15 vicinum ... -o). QVINT. inst. 11, 3, 9 -um quiddam. VET. LAT. I Cor. 13, 10 (cod. 77) *cum* venerit -um (cod. 89. *al.* = VVLG. quod -um est. *inde e. g.* AVG. haer. 26 hoc ... -um in Montanum ... venisse delirant). HIL. trin. 3, 24 l. 6 non ... concipiunt inperfecta -um. *al.* Ⓘⓘ *plur.*: CIC. orat. 178 *animus auditoris* -a ac moderata semper exspectat. Tim. 17 ut unum opus *mundi* totum atque -um ex omnibus totis atque -is absolveret *deus* (*gr. 33ª ἕνα ὅλον ὅλων ἐξ ἁπάντων τέλεον. sim.* 20 *et* CHALC. transl. p. 34^{B}). MAR. VICTORIN. in Gal. 4, 4 l. 82 *Christus editus* ex femina, id est ex non -is. homous. 3 omnimodis ... -a neque augeri neque minui possunt. HIL. trin. 2, 5 -a concerpere. 12, 39 *dei sermo* loquitur -a et absoluta significat. AVSON. 412, 5 p. 270, 25 *tui opusculi* universa limabo ..., *sed non ...* ut -is aliquid adiciam. HEGES. 5, 44, 1 p. 392, 9 ut sequerentur -iora *post cultus Iudaeorum* (*sc. religio christiana*). PELAG. in I Cor. 7, 38 prudentibus semper meliora et -iora sectanda sunt (*opp.* mediocribus). RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 79, 9 *promoveri* de scientia inferiorum ad scientiam -orum. *al.*

β *iunctura* ad -um (-a, -iora *p. 1375, 1. 2; indicato respectu l. 75; fere iuxta verbum movendi [subaudias p. 1375, 2, nisi excidit]; aliter p. 1376, 64. 1382, 19*): CIC. de orat. 1, 131 quis ad ista summa atque in omni genere

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-a potest pervenire? (IREN. 4, 38, 3. Ps. HIL. libell. 1 p. 71, 4 ad intima et -iora fidei. *al.*). ad Q. fr. 3, 3, 1 tua ad -um iam res rustica Arcani et Laterii (*v. app. crit.*). SEN. epist. 36, 6 *ut* animus ad -um veniat (PORPH. Hor. epist. 2, 1, 167 ingenia bona. *al.*). 69, 5 unam quamlibet rem vix ad -um perducit adsidua vigilia et intentio (TERT. virg. vel. 1, 6 [*8* ad meliora, *10* in maturitatem]. RVFIN. Orig. princ. 4, 3, 13. ACT. Archel. 37, 15 *Iudas* ad -um perducens iniqua consilia [*14* ad perfectionem malitiae pervenerunt]. *al.*). *al.*

2 *de animantibus* (*cf.* SYNON. Cic. p. 442, 32 summus vir. paratus. doctus. -us. eruditus. instructus. splendidus. clarus *eqs.; de divinis e. g. l. 35. 41. 64, de hominum coetibus l. 46. 70 sq., de animali l. 34; cf. sub 1 p. 1374, 24. 51*): **a** *nude ponitur* (*pauca selecta*): CIC. Q. Rosc. 29 *Panurgum actorem* eruditum et -um existimabant. Manil. 36 in summo ac -o imperatore (*cf.* SVET. Aug. 25, 4 duci. Ps. AVR. VICT. epit. 45, 6 princeps). Pis. 59 (*per ironiam de Pisone*) homo factus ad persuadendum, concinnus, -us, politus ex schola (Lael. 100 -orum h., id est sapientium. *al.* SEN. epist. 57, 3. 83, 17 APVL. Plat. 1, 18 p. 217. *al.*). de orat. 1, 34 -i oratoris moderatione ... rei publicae salutem ... contineri (Brut. 35 quem *Lysiam* iam prope audeas o. -um dicere; nam plane quidem -um ... Demosthenem facile dixeris. *al., v. vol. IX 2, 899, 75 sqq.*). Brut. 32 magister (TERT. apol. 45, 1. *cf.* FILASTR. 110, 5 a sanctis illis doctoribus et -is [AVG. pecc. mer. 2, 15, 22]. *sim. al.*). 76 sit Ennius sane ... -ior (*sc. Naevio*). 118 *in* -issimo Stoico (*de Catone ut* parad. 2. *cf.* Brut. 131 Epicurius). Tusc. 2, 12 philosophos (div. 2, 150 prope iam absoluti et -i). off. 3, 45 in sapientibus viris -isque (SEN. dial. 2, 6, 8 -um illum v., humanis divinisque virtutibus plenum. epist. 94, 50 [*opp.* inperfecto, sed proficienti]. *al.*). HOR. epist. 2, 1, 37 -os veteresque *scriptores* (*opp.* viles atque novos). VITR. 1, 1, 3 artificem (VLP. dig. 21, 1, 19, 4 utique [*opp.* ad aliquem modum peritum]. *cf.* AVG. civ. 16, 8 p. 137, 22 minus -i opificis). SEN. dial. 3, 13, 5 si bonum esset ira, -issimum quemque sequeretur (QVINT. inst. 1, 1, 23 a -issimo quoque. *al.*). COLVM. 1 praef. 32 agricolam. 11, 1, 12 vilicum. BASS. gramm. VI 272, 10 poetae (PORPH. Hor. epist. 2, 1, 32. AVG. c. acad. 2, 3, 7 paene. Ps. MAR. VICTORIN. gramm. VI 104, 7). APVL. met. 3, 26, 1 asinus. TERT. adv. Marc. 2, 13 p. 353, 18 plenitudo ... divinitatis ... exhibens deum -um et patrem et dominum (2, 16 p. 357, 19 solus deus -us. HIL. syn. 17 ex -o deo -us deus natus est. CHROMAT. in Matth. 7, 1 filium dei, -um d., -um hominem [*sim.* VINCENT. LER. comm. 13, 10 BOETH. c. Eut. 7, 46 sqq. *al.*]. *al.*). *et saepe.*

b *indicatur, quo respectu*: **α** *per praepos.* (*quas hic illic fortasse cum verbo iungere mavis*): Ⓘ *varias*: VARRO Men. 208 secundum naturam -i homines (IREN. 2, 19, 6 demiurgus ... s. suam substantiam. 2, 22, 4). CIC. har. resp. 41 actor ... egregius et ad animos imperitorum excitandos ... -us (ORIG. in Matth. 13, 2 p. 183, 8 *homines* ut fiant -i ad susceptionem verbi -i [*gr. κατεσκευασμένος*]). Tim. 11 *animantia* inchoata, nulla ex parte -a (AMM. 27, 7, 2 Rufinus, omni ex p. -us [VEG. mil. 2, 2 *legio* ex o. p. -a, nullo extrinsecus indigens adiumento]). Ps. CYPR. pudic. 2 ut per omnia -i stetis in deo (CHROMAT. in Matth. 21, 2, 1. 26, 1, 1 [*iuxta* in praeceptis]). ORIG. in Matth. 12, 38 p. 155, 4 aliquem ... erga divinitatem Christi ⌞cautum atque -um⌟ (*gr. ἀκριβοῦντα*). Ⓘ in *c. abl.*: CIC. de orat. 1, 58 Hyperidem aut Demosthenem, -os iam homines in dicendo et perpolitos (*cf.* FRONTO p. 49, 4 in eloquentia). 3, 16 (*de Antonio et Crasso*) fuit uterque ... in suo genere -us (leg. 1, 54 *de Antiocho philosopho. cf.* SEN. nat. 4, 2, 13 in omni litterarum genere). Brut. 114 prope -us in Stoicis. 264 in litteris. fin. 1, 20 in geometria. OV. ars 2, 547 hac ... in arte (PAVL. FEST. p. 288). VELL. 1, 5, 2. 2, 36, 3 *scriptores et poetae* -issimi in forma operis sui. 2, 68, 1. COLVM. 1 praef. 22 in hac *ruris* scientia. TERT. adv. Marc. 1, 24 p. 322, 30 in omnibus (*de deo ut*: IREN. 2, 17, 10 FAVSTIN. trin. 5, 1. *al.; v. etiam l. 71*). *al.; in malam partem*: PASS. Petr. Paul. brev. 1 *Simon* magus erat non mediocriter doctus, sed -us in omni artis ipsius iniquitate.

β *per abl.* (*nisi est dat. apud* OV.): CIC. Brut. 247 litteris (SVET. gramm. 4, 5 [*definit 'litteratorem'*] non -um l., sed imbutum). nat. deor. 2, 37 *v. p. 1374, 53.* OV. am. 2, 8, 1 *ancilla* ponendis in mille modos -a capillis. TERT. monog. 5, 7 -ior Adam, id est Christus, eo quoque nomine -ior, qua integrior. AVSON. 100, 3 p. 349 (*de Hermaphrodito*) concretus sexu sed non -us utroque (*si abl. ἀπὸ κοινοῦ*). CONC.^{S} I 5 p. 352, 25 (*de Christo*) natura -issimus est (*gr. I 1, 4 p. 60, 16 παντέλειος*). INSCR. Gall. Wuilleumier 290 (*a. 549 vel 554*) caretate.

γ *per adverbia*: QVINT. inst. 12, 1, 25 *instituimus* virum ... singularem -umque undique (NOVATIAN. trin. 29, 10 *spiritus* ecclesiam domini u. et in omnibus -am et consummatam facit). MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 33 l. 26 omnimodis (*de deo ut*: 4, 24 l. 28. gen. div. verb. 22 o. -us et supra o. -us. *item de Iesu*: CANDID. gen. div. 10).

B *perfectio potius sensibus percipitur* (*maxime visu*): **1** *de rebus* (*c. praepos. p. 1376, 1 sq. 3; neutr. pro subst. p. 1376, 1. 6*): **a** *proprie*:

CIC. inv. 2, 3 nihil simplici in genere omnibus ex partibus -um natura expolivit (orat. 8 Phidiae simulacris, quibus n. in illo genere -ius videmus). Verr. II 4, 124 valvas magnificentiores, ex auro atque ebore -iores nullas ... fuisse. 126 (*de statua Sapphus*) Silanionis opus tam -um, tam elegans, tam elaboratum. Brut. 70 *signa* Polycliti ... iam plane -a. orat. 9 in formis et figuris *artificum* est aliquid -um et excellens. 169 haec *pictura* iam -a (*opp.* antiquissima). VITR. 1, 5, 8 -us ... sine vitio murus. FRONTO p. 156, 18 cum imperfecta vox balbuttientium sit, *vocem contrariam* potuisse dici '-am'. GAIVS dig. 41, 1, 7, 7 *cum* grana, quae spicis continentur, -am habeant suam speciem. APVL. met. 10, 31, 1 *Venus* -am formonsitatem professa. Socr. 2 p. 121 in hoc -issimo ⌞mundi ... clipeo⌟ (*spectat ad Enn. scaen. 216*). TERT. bapt. 3, 2 liquor, semper materia -a, laeta, simplex, de suo pura. adv. Hermog. 29, 2 postea ... quam facta est *terra,* futura etiam -a, interim erat invisibilis et rudis ... nec visui -a. 29, 4. PORPH. Hor. sat. 1, 5, 32 iuncturas marmorum tum demum -as dicunt, si unguis superductus non offendat; unde iam quaecumque -issima esse volumus significare, ad unguem facta dicimus. *al.* **b** *metaphorice*: TERT. adv. Val. 12, 4 pulcherrimum pleromatis sidus fructumque -um ..., Iesum (*sim.* IREN. 1, 2, 6). VET. LAT. Hebr. 5, 12 (Orig. in Matth. 15, 6 p. 363, 5) lacte opus habentes, non esca -a ([*gr. στερεᾶς, cod. 89. al. et Vulg.* solido cibo]. *spectat ad I Cor. 3, 2 ut*: IREN. 4, 38, 1 *Christus,* qui erat panis -us patris, lac nobis semetipsum praestavit. HIL. in Matth. 25, 6 *animae* -i cibi virtute indigentes. *al.*). VVLG. prov. 4, 18 *semita iustorum* quasi lux splendens procedit et crescit usque ad -um diem. *al.*

2 *de animantibus* (*non nisi in vet. test.; de animali sacrificando l. 27; quo respectu indicatur per* in *l. 31, abl. l. 32*): VET. LAT. exod. 12, 5 (Cypr. testim. 2, 15. *sim. al.*) ovem ⌞sine vitio, -um⌟, masculum, anniculum (*Vulg.* absque macula). cant. 5, 2 (cod. 169. *al.*) columba mea, -a mea ([*Vulg.* immaculata]. *iterum* 6, 8 [cod. 169. *al.* = VVLG.]. *huc spectat* HIER. hom. Orig. in cant. 1, 3 p. 32, 23 sponsam [1, 5 p. 35, 3 speciosa, -a, sine macula]). VVLG. Ezech. 16, 14 (*deus ad Hierusalem tamquam ad feminam*) -a eras in decore meo (*cf.* 28, 12 [*verba dei ad regem Tyri*] tu ... -us decore).

II *spectat ad* ***quamlibet*** *plenitudinem, integritatem* (*respectu qualitatis accedente notionem sub I illustratam saepe elucere non negamus*): **A** *usu vario*: **1** *de disciplina, scriptis, dictis sim., quae argumenta plene tractant*: CIC. de orat. 1, 190 *iure civili in genera membraque digesto et vi cuiusque definita* -am artem iuris civilis habebitis. leg. 2, 18 leges ... a me edentur non -ae ..., sed ipsae summae rerum atque sententiae. fin. 4, 36 *sententia* -a atque plena (*opp.* curta). ac. 2, 15 *Plato* reliquit -issimam disciplinam, Peripateticos et Academicos (*sim.* AVG. c. acad. 3, 17, 37). Tusc. 4, 9 *si isto modo disseres, erit* hoc totum, quod quaero, ex utroque -ius. QVINT. inst. 4, 2, 3 alias *narrationes* -as, alias imperfectas vocant (AVG. catech. rud. 2, 13 plena atque -a sit). 5, 10, 5 non destinata vel inchoata, sed -a probatio. MIN. FEL. 40, 2 aliqua consubsidunt ... -ae institutioni necessaria. IREN. 3, 14, 4 -o euangelio (*sc. non more Marcionis decurtato*). PRISC. gramm. II 2, 20 in tanta operis materia impossibile est aliquid -um breviter exponi. DIG. de conc. dig. 1, 7 *si in veteribus libris* inveniatis ... aliquod superfluum vel minus -um, ..., quod imperfectum est, repleatis. COD. Iust. de emend. cod. 2 constitutionum. **2** *de aliis rebus*: CIC. top. 69 *ut anteponantur* -a inchoatis, tota partibus *eqs.* (*item neutr. pro subst.*: NOVATIAN. trin. 28, 13 providens ... scriptura ... pro -is dicit, quae futura habet). GERM. 572 orbis -i divisus ... arcus. SEN. nat. 1, 12, 1 -a defectio *solis.* epist. 85, 5 oculos maior et -a suffusio excaecat (*opp.* modica. *sim. de morbis, incommodis*: CAEL. AVR. acut. 3, 5, 49 *apoplexiam* sequitur ... immobilitas -a totius corporis. 3, 17, 140 officii ventris -a abstinentia). 124, 17 *animalibus* usus -i temporis non est (*sc. praeteriti et praesentis et futuri*). Ps. CYPR. rebapt. 16 integrum atque -um, non ... mutilatum et decurtatum baptisma. NOVATIAN. trin. 11, 5 *non* tenebit -am veritatem, quisquis aliquam veritatis excluserit portionem. 11, 9 (*de duabus naturis Christi*) utrumque credatur, ut fides ita demum vera sit, si et -a fuerit. HIST. AVG. Car. 2, 2 *Romulus* unus omnium conditorum -am urbem reliquit. VVLG. III reg. 6, 7 *domus dei* lapidibus dedolatis atque -is aedificata est. METROL. p. 132, 6 as, untiae XII, id est libra -a.

B *iunctura* ad -um *in locutionibus, quae indicant aliquid absolvi, ad effectum perduci* (*quas possis etiam ad* 2. perfectus *trahere, cf. vol. V 2, 133, 22 sqq., sed v. etiam supra p. 1374, 730*): VITR. 5, 5, 6 (*de vasis in theatro collocandis*) haec ... si qui voluerit ad -um facile perducere, animadvertat *eqs.* (VVLG. III reg. 7, 1 *templum* ad -um usque. VITA Melaniae [BHL 5885] 55 deus ... propositum eius. NOVELL. Iust. 1, 4 epil. *lex dispositiones testatorum* [*sim.* 1, 1, 4]. *cf.* ACT. Archel. 35, 2 *deus* ad -um adduxerat omnem ... creaturam). VET. LAT. Luc. 14, 28 (cod. 5) volens turrem aedificare ... computat erogationem, si habet ad -um (*gr. εἰς ἀπαρτισμόν, cod. 10. al. et Vulg.* ad perficiendum). ANON. Vales. 12, 71 palatium usque ad -um fecit. CASSIOD. hist. 3, 10, 4 ne ad -um verba Eusebii pervenirent (*gr. Sozom. 2, 29, 3 εἰς ἔργον*).

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

C *exempla notabiliora usus praedicativi* (*est quasi pro adv.; sec.* totus, *nisi fallimur*): PAVL. dig. 6, 1, 78 perceptionem fructus accipere debemus non [si] -i collecti, sed etiam coepti ... percipi *eqs.* IVL. RVF. rhet. 24 p. 44, 25 cum -ae formae similes conferuntur (*opp.* cum ex partibus aliqua similitudo colligitur). CLAVD. DON. Aen. 1, 1 p. 7, 26 quod ait 'cano', quasi iam carmine completo loqueretur, ostendit ex aperto thema esse, quod plenum atque -um futurae conscriptioni carminis praeparaverat.

CAPVT ALTERVM: ***specialia*** *et* ***technica*** *quaedam*: **I** *spectat ad perfectionem, quam* ***naturaliter crescendo*** *assequuntur*: **A** *animantia*: **1** *respicitur aetas, sc. fere adulta* (*aetas infantis l. 17 sq.*): **a** *proprie*: **α** *de animantibus ipsis eorumve corpore sim.*: CIC. nat. deor. 2, 38 *Chrysippus* omnia in -is et maturis docet esse meliora, ut in equo quam in eculeo *eqs.* Lael. 9 in -o et spectato viro ([*opp.* in pueris]. Ps. AMBR. mans. praef. p. 9[A] v. -orum numerum [*ad num. 1, 3* a viginti annis et supra]. HIER. c. Ioh. 32 si de infantibus et senibus in -i v. aetatem resurrectio fiat [*postea*: consummatus]. *al.*). TYCON. reg. 3 p. 22, 1 (*opp.* parvulus). AVG. civ. 22, 14 p. 591, 11 sq. *defuit* infanti mortuo -a quantitas sui corporis; -o quippe infanti deest utique perfectio magnitudinis corporalis. CAEL. AVR. gyn. 1, 13 in -is iam feminis. 1, 69 -a hominum corpora ([*opp.* semina]. 128 [pro- *trad.; opp.* infantibus]. 130 [pro- *trad.*]. 153 [*opp.* tenera]. 169 [*opp.* infans]). *al.* **β** *de aetate sim.*: aetas: GAIVS inst. 1, 144 feminas, etiamsi- ae a. sint, ... in tutela esse (*item gen. qual. saepe in sermone iuris, ceterum*: VET. LAT. II Macc. 5, 24 [rec. L, V; *gr. τοὺς ἐν ἡλικίᾳ, B, M* seniores, *P* solidioris a.; *opp.* iuniores]. CHALC. comm. 106 iuvenes [*opp.* puerorum, adulescentes]. *al.*). PAVL. dig. 4, 4, 32 minor viginti quinque annis ... falso probavit -am a. HIER. epist. 121, 4, 8 ad pueritiam et ad -am a. pervenire (RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 62, 23 ad a. -am maturamque. *al.*). CAEL. AVR. chron. 4, 8, 109 *praefocatio fit* magis in aetatibus -is (*opp.* imperfectis). *al.* *alia*: COD. Theod. 2, 17, 1, 3 *aetas firmata* inter plenam -amque adulescentiam et robustissimam iuventutem media est. ALC. AVIT. carm. 5, 238 sumite ... -i temporis agnum (*spectat ad exod. 12, 5* anniculus).

b *metaphorice spectat ad perfectionem hominis interioris*: VET. LAT. I Cor. 14, 20 (cod. 75. *al., sim.* VVLG.) malitia parvoli estote, ut sensibus -i sitis (*in eadem oppositione*: PELAG. in Rom. 6, 14. in I Cor. 7, 7). AMBR. Cain et Ab. 1, 5, 19 ut ablactati in deliciis (*sc. consolatione Christi*) in plenitudinem -ae aetatis adolescant (HIER. epist. 52, 4, 3 qui te ab incunabulis fidei usque ad -am [provectam *var. l.*] ducat a. 64, 3, 1. *al.*).

2 *respicitur formatio corporis nascentis* (*cf. supra l. 17*): SCRIB. LARG. praef. 5 *qui* nefas existimaverint spem dubiam hominis laedere, quanto scelestius -o iam (profecto iam nato *T,* perfecte iam nato *R*) nocere iudicabunt? PLIN. nat. 10, 176 *quaedam animalia* -os edunt partus (*opp.* incohatos, informe). 10, 184 quae -os fetus edunt (CAEL. AVR. gyn. 1, 43). APVL. met. 9, 33, 6 pinnis et unguibus et oculis et voce etiam -um edidit pullum *gallina* (*opp.* ovum). PAVL. dig. 1, 5, 12 septimo mense nasci -um partum. CENS. 9, 2 septimo *mense* iam hominem esse -um ([*antea*: maturi. *in eadem re*: MART. CAP. 7, 739 h. absolutum -umque]. FIRM. math. 4, 1, 1 posteaquam -um h. vitalis aura susceperit). MACR. Sat. 7, 16, 11 sq. (*quaeritur ovumne an gallina prius exstiterit*) natura primum singula animalia -a formavit *eqs.*

B *fructus sim.* (*in imag. apud eccl.*): VARRO rust. 1, 37, 4 omnis fere fructus quinto denique gradu pervenit ad -um (*sc. quando condendus est*). HIER. hom. Orig. in Is. 3, 1 p. 254, 16 (*ad Is. 11, 1*) *de radice Iesse exiit flos homini* valenti iam florere incipere ad -um fructum (ORIG. in Matth. ser. 53 p. 119, 25 [*ad Matth. 24, 32–35*] facta ... aestate plenius -os et maturos Christo f. praestabit *ficus*). VAL. CEM. hom. 19, 2 (*desides admonet*) ut ... otiosum esse *non* conveniat, cum agricolae arista fructus -o flore commendat (*postea*: adultae messes).

C *luna*: EVSTATH. Basil. hex. 6, 3, 14 quando -a est luna ([*gr. τελειοτάτη, 13* plena]. 6, 10, 5 nunc ... -a videtur in globo [*gr. ἀπηρτισμένη*]. MAX. TAVR. 30, 3 plena atque -a. *al.*).

II *in sermone* ***grammaticorum***: **A** *de re absoluta, finita et inde de vocibus vel formis talia describentibus*: **1** *spectat ad tempora verbi*: **a** *usu laxiore apud* VARRONEM *tam de re descripta quam de variis formis verbi* (*opp.* infectus): VARRO ling. 9, 32 quibus *similitudinibus utimur* in infectis rebus, quibus in -is (9, 96 'legi' rem -am significare, ... 'lego' ... inchoatam). 9, 96 *tempora* -i, ... 'didiceram, didici, didicero' (*item neutr. sing. pro subst.*: 9, 101 -um ... imperat nemo. *ibid.* novena fiunt verba infecti, novena -i [*sc. trinae personae trium temporum*]. 10, 33. 10, 48 [*bis*]. *cf. plur.*: 9, 97 -a duplicia ... *sunt* in omnibus verbis. 9, 99 dissimilia ... conferunt, verba infecti cum -is [-i *Spengel*]. *ibid. iterum*). 9, 100 'fui' est -um. 10, 48 cum sint verba alia infecta ..., alia -a. **b** *usu strictiore apud posteriores de forma praeteriti* (GLOSS.[L] II Philox. PE 159 -um: *παρακείμενον, περαιώμενον, συντελικόν*): PROB. de dubio -o (*si hic fuit tit. libri, v.* Prisc. gramm. II 541, 20. *item neutr. sing. pro subst.* [*per ellipsin*]: DIOM. gramm. I 387, 1. 5. *al.; masc.* [*sc. χρόνος?*]: DOSITH. gramm. 76, 1 in eundem -um cadunt [*nisi sec. vol. VII 1, 182, 3 explicandum*]). QVINT. inst. 1, 6, 26 'fero', cuius praeteritum -um ... non invenitur (SACERD. gramm. VI 432, 11 *praeteritum* in tria dividitur, in imperfectum, -um, plusquamperfectum [*sim. dividunt* DON. gramm. mai. 2, 12 p. 638, 2 CHAR. gramm. p. 216, 9 DIOM. gramm. I 335, 29 sqq. *al.*]. *al.; gr. resp. παρῳχημένος ἀόριστος* DOSITH. gramm. 36, 4). SACERD. gramm. VI 430, 21 tempus praeteritum -um (PROB. cath. gramm. IV 33, 25 DIOM. gramm. I 364, 11 SERV. Aen. 1, 451. *al.; cf.* tempus -um: SACERD. gramm. VI 485, 13. DIOM. gramm. I 380, 22 *verba quaedam* sua -a t. non habent. SERV. gramm. IV 413, 9. *al.; aliter p. 1376, 56*). 486, 12 specie (PROB. inst. gramm. IV 159, 40. *et persaepe*). DON. gramm. mai. 2, 12 p. 637, 14 *praeteriti temporis differentiae*: inperfecta, -a, plusquamperfecta. *et saepe.*

2 *spectat ad qualitatem quandam verbi* (*v. explicationes l. 19 sqq.*): PAVL. FEST. p. 83 'erugere' semel factum significat, quod 'eructare' saepius; illud enim -ae formae est, hoc frequentativae. CAPER gramm. VII 93, 18 'sordet', 'acet' ... -a sunt, at inceptiva 'sordescit', 'acescit' (*item neutr. plur. pro subst.*: PRISC. gramm. II 421, 11 EVTYCH. gramm. V 461, 26). VICTORIN. gramm. VI 200, 1 sqq. *verborum formae sunt* meditativa, inchoativa, -a, frequentativa; ... -a ut 'ferveo' (*eodem modo distinguunt*: DON. gramm. min. 3, 4 p. 591, 12. *al.; fusius* SERV. gramm. IV 412, 27 sqq. [*nota* l. 35 *forma* tertia est -a, ut 'lego', quae plenum ostendit actum]). DIOM. gramm. I 342, 29 qualitates verborum sunt hae: absoluta sive -a, inchoativa, iterativa sive frequentativa, meditativa, transgressiva, defectiva, supina, ambigua. POMP. gramm. V 220, 10 -a regula est, ubi plenus est sensus. *et saepe, plerumque in iunctura* forma -a.

3 *spectat ad voces vel formas a comparatione alienas*: DON. gramm. mai. 2, 4 p. 618, 7 (*inde* DIOM. gramm. I 325, 1) conparatio nominum proprie in conparativo et superlativo gradu est constituta; nam positivus -us et absolutus est (CONSENT. gramm. V 342, 4). CHAR. gramm. p. 246, 5 (*e Varrone, ut vid.*) in his (*sc. collativis, quae comparationem admittunt*) extra consuetudinem communem frequenter -is uti solet Plautus, ut ... 'paenissume' et ... 'oculissime'. SERV. Aen. 1, 561 'parvum' et 'magnum' nihil -i habent, sed per conparationem intelleguntur.

B *de oratione eiusve partibus, quae ipsae sunt integrae, quibus nihil deest*: **1** *spectat ad integritatem sensus vel metri sim.* (*occurrunt similia iam apud* CIC., *sed usu minus technico, nisi fallimur, v. p. 1374, 61 et* orat. 20. 168. 182. 207): **a** *in re metrica, sc. -i sunt versus eorumve partes sim.*: BASS. gramm. VI 257, 20 *si* sextus pes *hipponactei* -um habeat disyllabon, tamquam 'sedit' (*antea*: absolutis). SACERD. gramm. VI 525, 15 de tetrametro -o acatalecto. Ps. MAR. VICTORIN. gramm. VI 103, 12 sq. colis (*ter, opp.* imperfectis). 104, 1 -i versus mensura. 105, 30 brevia et non -ae proceritatis ... cola. *al.* **b** *in rebus syntacticis, sc. -a sunt enuntiata, membra vel eorum sensus sim. nec non singulae voces formaeve, quae plene intelleguntur, non egent additamentis*: QVINT. inst. 9, 4, 123 'o callidos homines' *membrum* -um est, sed remotum a ceteris vim non habet. DON. vita Verg. l. 159 omnia fere apud eum hemistichia absoluto -oque sunt sensu praeter illud: 'quem tibi iam Troia' ([*Aen. 3, 340*]. COD. Iust. 6, 42, 10 [*a. 239*] verbum 'volo' ... additum -um s. facit. PRISC. gramm. II 424, 13 *subiunctivus* eget ... altero verbo, ut -um significet s. [*l. 9* plenum]. *al.; cf.* PRISC. gramm. II 56, 3 -am significationem [413, 30. *al.*]). GELL. 5, 8, 4 (*exemplum verbi omissi*) cum dicitur 'M. Cicero homo magna eloquentia' ..., non plenum hoc ... neque -um est, sed enim pro pleno atque -o auditur. 16, 8, 8 quicquid ... dicitur plena atque -a verborum sententia (CASSIOD. gramm. VII 146, 11 *distinctio* plena est ..., ubi finitur -a s.). Ps. APVL. herm. 4 p. 267 quod ex his solis (*sc. nomine et verbo*) fieri possit -a oratio (*al., v. vol. IX 2, 879, 69. 75 sqq.*). PRISC. gramm. II 425, 11 *infinitivus eget forma finita,* ut significet aliquid -um (*item neutr. pro subst.*: III 152, 14 *cum 'ego sum'* sine qualitate nihil -um significaret). III 154, 27 *verba* quaedam ... -a sunt et absoluta ..., ut si dicam 'ambulat homo' ..., non egent obliquis casibus (*opp.* imperfecta, *e. g.* 'accusat'). 508, 15 'interea' ... *compositum* est ex 'inter' et 'ea', qui est ablativus -us (*sc. non pendens e praepos.*). *al.*

2 *spectat ad plenitudinem formarum*: **a** *variarum vocum, quae sunt integrae, non decurtatae*: Ps. MAR. VICTORIN. gramm. VI 71, 7 -ae parti orationis (*i. vocabulo terminato*). PRISC. gramm. II 48, 25 *quod 'vah' et 'ah' in 'h' terminantur,* per apocopam ... fieri, cum -a 'vaha' et 'aha' sint. 129, 2 *'primas', 'optimas' sim.* per syncopam proferuntur; -a enim eorum inveniuntur apud antiquissimos in 'tis' desinentia, 'hic' et 'haec' 'primatis', 'optimatis' (*de eisdem nominibus*: 130, 5. 337, 16. 586, 27. *al.*). 302, 13 accentus -i vocativi in his servatur (*sc. accentus vocativi* Mercúrie *in forma* Mercúri). 557, 21 *quarti ordinis* participia ad -orum regulam nasci (*e. g. 'poliens' a 'poliebam', non a 'polibam'*). **b** *verborum, quae omnes formas praebent*: POMP. gramm. V 230, 22 *'pudet', 'taedet'* tertiae sunt personae de verbo -o (*sim. distinguuntur defectiva vel impersonalia*: 230, 26

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PRISC. gramm. II 413, 24 III 158, 5. 24). 232, 7 (*e Donato*) *verba defectiva* non sunt -ae declinationis (PRISC. gramm. II 373, 11). PRISC. gramm. II 421, 21 *indicativus* -us est in omnibus tam personis quam temporibus. 424, 8 *optativus* et temporibus et personis -ior *est* ... imperativo. *al.*

III *in* ***arithmetica*** *et* ***geometria*****:** **A** *de numeris* (*cf. sub B l. 47. 49; ad rem v. Hultsch, RE II 1087, 54 sqq. 1090, 41 sqq.*): **1** *de singulis* (*fere in iunctura* numerus -us; *saepius hi numeri iunguntur cum perfectione naturae, dei sim., e. g. l. 11 sq. 17. 21. 24, cf.* HIL. psalm. instr. 13 ut in numeris -is -ae huius beatitudinis ordo consisteret): *de X*: VITR. 3, 1, 5 -um n., quem Graeci *τέλεον* dicunt; -um autem antiqui instituerunt n., qui decem dicitur; ... si autem in utrisque palmis ex articulis ab natura decem sunt -i, etiam Platoni placuit esse eum n. ea re -um, quod ex singularibus rebus, quae *μονάδες* apud Graecos dicuntur, perficitur decusis. 3, 1, 8. AVSON. 336, 52 p. 203 (*in aenigmate, quod solvit Hultsch allatus a Schenkl p. 280; alii num. senarium intellegunt*). *de VI*: VITR. 3, 1, 6 (*partitiones numeri senarii*) sextantem unum, trientem duo ..., -um sex. 3, 1, 7 etiam, quod pes hominis altitudinis sextam habet partem ..., eum *n.* -um constituerunt. 3, 1, 8. CENS. 11, 4 (-us *vocatur, quod partibus suis impletur [cf. et l. 32]; item*: CHALC. comm. 38 plenus et -us. FAV. EVL. 10, 1 AVG. gen. ad litt. 4, 2 p. 94, 11. *al.*). FAV. EVL. 24, 2 -us ac sapiens n. AVG. gen. ad litt. 4, 2 p. 97, 19 -o ... n. dierum, hoc est senario, perfecit deus opera sua. *al.* *de III*: CYPR. domin. orat. 34 per ternas horas *inter orationes positas* trinitas -a numeratur ([*antea*: consummatum n. trinitatis]. CHROMAT. in Matth. 1, 5 sacramentum ... -ae t. *cf.* HIER. hom. Orig. in Is. 4, 1 p. 259, 1 -um numerum trinitatis). CHALC. comm. 38 primus ... et ante omnes -us est habens initium, finem, medietatem *eqs.* (*sim.* MART. CAP. 2, 105, *qui addit*: idem numerus seminarium -orum *est,* sexti videlicet atque noni, alterna diversitate iuncturae [*cf.* 7, 733 -os gignit senarium novenariumque]). *de aliis numeris*: VITR. 3, 1, 8 (*de XVI*). SEN. epist. 58, 31 (*de LXXXI*). LACT. opif. 8, 6 (*de II*). *al.* **2** *generatim de -i numeri natura*: AVG. gen. ad litt. 4, 2 p. 97, 15 sqq. numeri, qui suis talibus partibus in summam redactis ad seipsos occurrunt dicunturque -i; quorum enim numerorum tales partes simul ductae non inplent eosdem numeros, quorum partes sunt, inperfecti nominantur, quorum autem etiam excedunt, plus quam -i appellantur (*sim. distinguunt*: MART. CAP. 7, 753 BOETH. arithm. 1, 9 p. 20, 16. 1, 19 p. 41, 8. *al.*). BOETH. arithm. 1, 20 p. 41, 23 -os ... numeros rarenter invenies. p. 42, 3 sunt autem -i numeri intra denarium numerum VI, intra centenarium XXVIII, intra millenarium CCCCXCVI *eqs.* (*sim.* ISID. orig. 3, 5, 11). *al.*

B *de figuris planis et corporibus*: QVINT. inst. 1, 10, 40 ut quaeque forma -issima, ita capacissima est. 1, 10, 41 *orbis,* quae forma est in planis maxime -a, amplius spatium complectetur, quam si quadratum ... efficiat. CHALC. comm. 8 -a ... corpora sunt solida, quae ex tribus constant, longitudine, latitudine, crassitudine ([*opp.* planas figuras]. 13 -orum c. superficies [*transl. p. 32*[4] solidorum]. 38 gradatim per lineam et superficiem ... usque ad -um c. *increscere* [*postea*: solida]. FAV. EVL. 15, 6 a nobis solida, a Graecis *στερεά* nominantur [*spectat ad numeros cubicos q. d.*]). MART. CAP. 7, 755 *ut* tessera -issima inter eas *figuras* videatur. BOETH. arithm. 2, 24 p. 110, 1 (*de numerorum pyramidibus*) -a ... pyramis est, quae ... *ad unitatem* pervenit (*opp.* curta).

IV *in sermone* ***iuris*****:** **A** *de negotiis sim. iure peractis, valentibus, ratis* (*certiora; cf. sub verbo p. 1373, 10*): IVLIAN. dig. 39, 5, 2, 2 *cum* ego Titio pecuniam donaturus te, qui mihi tantundem donare volebas, iussero Titio promittere, inter omnes personas donatio -a est (SCAEV. dig. 39, 5, 35, 1. VLP. dig. 39, 6, 32 non videtur -a d. mortis causa facta, antequam mors insequatur. *et saepius*). PAPIN. dig. 29, 1, 35 miles si testamentum inperfectum relinquat, scriptura, quae profertur, -i testamenti potestatem optinet (INST. Iust. 2, 10, 14 -issimum t. iure civili firmumque. *cf.* VLP. dig. 43, 5, 1, 5 scripturam testamenti [*opp.* imperfectam]. COD. Iust. 6, 23, 27, 1 *si* -issima est secundi testamenti confectio). COD. Iust. 4, 38, 12 (*impp. Diocl. et Maxim.*) non idcirco minus emptio -a est, quod *eqs.* 5, 13, 1, 1c causa valida et -a, quasi omnibus dotalibus instrumentis a prudentissimis iuris confectis. COD. Theod. 8, 18, 1, 3 solidum -umque dominium. *al.* **B** *de quodam genere legis* (*in textu manco leges dividi videntur in -as, minus quam -as, imperfectas, de qua divisione v. praecipue Kaser, Sitz.-Ber. Wien. Ak. 312, 1977, 9 sqq.*): VLP. reg. 1, 2 minus quam -a lex est, quae vetat aliquid fieri et, si factum sit, non rescindit, sed poenam iniungit ei, qui contra legem fecit.

V *in* ***vita publica,*** *sc. in titulo honorifico* vir -issimus (*paulo aliter sub A1cβ; accedit alterum adi. p. 1380, 2; subst. omittitur saepius sub A2*).

A *usu sollemni est titulus prius ordinis equestris, inde a saec. IV magistratuum quorundam vel aliorum honoratorum. nota sollemnis est* v p (v̄ p̄ CIL VI 1088 [*a. 239*]. *al.,* v p CIL II 4106 [*a. 323/337*], *in ligatura* CIL III 10981 [*a. 303*]. *al.*), *ordine inverso* p v *praecipue in exemplis vetustiss.* (*v. et p. 1380, 4*): CIL II 1085 (*saec. II ex.?*). III 11376 (*v.* p. 2328[43]). 15130 (p̄ v̄). VI 1587. 1603 (*a. 201*). 1608. *al.* *aliae formae*: v perf CIL II 4104 (*a. 288/289*), vir p *v. vol. X 2, 1236, 15,* perf et praestantissimo viro CIL IX 1683 (*saec. III ex.?*). *plur.*: vv pp GROM. p. 307, 21 CIL VI 1696, 18 XIV 5309, 22. 26, pp vv INTERLOC. praef. vig. (CIL VI 266) 5. 25. *perscribitur apud auctores exceptis tit.* COD. Theod. *et* Iust. *et* SYMM. rel. 27, 2. 3, *raro in inscr., sc.* CIL VIII 9360 (*saec. II ex.?*). V 8972 (*saec. III/IV in.*). VI 32082. 32082b. *al.* *titulus notus est inde ab aet. Marci (v. infra l. 72), occurrit maxime in inscr. nec non in pap. et in* COD. Theod. *et* Iust., *ceterum praebent* LACT. (*semel*), SYMM. (*quater*), AMM. (*semel*), EPIST. imp. Constant. Aug. epist. 88, 4, NOT. dign. (*semel*), GROM. (*quater*). *gr., sc. ubi agitur de praefecto Aegypti, respondet διασημότατος vel λαμπρότατος. cf.* GLOSS. *ἀξιολογώτατος. διασημότατος. ad rem v. maxime Enßlin, RE XIX 664 sqq. et libros illic laudatos.*

1 *de singulis (afferimus specimina selecta; plura v. apud Enßlin, loco cit.); titulus ponitur*: **a** *iuxta munera maiora administrandae rei publicae vel militiae* (*ponitur fere post nomen subsequente munere ex quo titulus datus est; loco posteriore* GROM. p. 307, 1. CIL III 10596 [*a. 365/367*]. XI 1836. XIV 4397 [*a. 239*], *nominibus omissis* CIL XIV 5309, 22 [*a. 221/235*]. 26 [*a. 251/3*]; *primo loco* EPIST. imp. Constant. Aug. epist. 88, 4 vir -issimus Verus vicarius praefectorum. CIL VIII 8811 [*saec. IV med.*] v. p. Iucundi Peregrini p(raesidis) n(ostri). SYMM. rel. 41, 2 virum -issimum rationalem Bassianum): α *ante Diocletianum*: CIL II 1085 Salutari domo Roma p. v. a cognitionib(us) domini n(ostri) ...Pertinac(is). VI 1603 (*a. 201*) Iuliano p. v. praef(ecto) annon(ae). INTERLOC. praef. vig. (CIL VI 266) 5 interlocutiones ... praef(ectorum) vigil(um) pp. vv. CIL X 3336 (*a. 238/44*) Valens v. p. praefect(us) classis Mis(enensis). CHART. lat. ant. XI 486 (*a. 249*) Sabino v. p. praef(ecto) Aegypti. CIL V 3329 (*a. 265*) v. p. duce ducenario. *et saepe, v. Enßlin, loco cit. 665, 36 sqq., addas e. g.* INSCR. Tun. Merlin 250 (*aet. Sept. Sev.*) Saturnino p. v. trecenario a declamationib(us) Latinis. Maroc. Gascou 360 (*a. 277*) v. p. praeses p(rovinciae) M(auretaniae) T(ingitanae) (*item* 361 [*a. 280*]).

β *inde a Diocletiano*: Ⓘ *in re publica administranda*: *persaepe, v. Enßlin, loco cit. 668, 60 sqq.; addas e. g.* INSCR. Année Épigr. 1934 n. 10 (*a. 302/4*) Euethius v. p. rat(ionalis), *sc. Aegypti.* CIL III 1968a (*a. 303*) Valentiniano v. p. bis prefecto, *sc. in Dalmatia.* INSCR. Tripol. 577 (*a. 303*) Vibiano v. p. praesidi provinciae (*de eodem munere*: 566 [*saec. IV?*]). PAP. Oxyrh. 2952 (*a. 315?*) Iulianus v. p. a(gens) v(ices) praef(ectorum) praet(orio). CHART. lat. ant. IV 254, 19 (*a. 321*) praes(es) Aeg(ypti) Herc(uleae). 255, 15 (*saec. IV*[1]) iuridicus Aeg(ypti). X 463 (*saec. IV med.*) B 1 Strategius v. p. comes pres(es) Thebei(dos) (*item* 8. 11. *de eodem* PAP. Lips. 33 II 8 [*a. 368*]). INSCR. Année Épigr. 1930 n. 120 (*a. 352/7*) rect(or) pr⟨ovinciae⟩, *sc. in Samnio.* COD. Iust. 1, 3, 31 pr. (*a. 472*) apud v. -issimum magistrum census, *sc. Constantinopoli* (*cf.* INSCR. Afr. Cagnat 147 mag(istri) a censibus). Ⓘⓘ *in re militari*: CIL III 764 (*aet. Diocl.*) v. p. dux limit(is) prov(inciae) Scyt(hiae) (XIII 3672 [*a. 305/6*]. *al.*). XII 673 (*saec. IV*) Fl. Memorio v. p., qui milit(avit) int(er) Iovianos annos XXVIII, pro(tector) dom(esticus) an(nos) VI ..., com(es) Mauret(aniae) Ting(itanae) an(nos) IIII. *al., v. Enßlin, loco cit. 671, 48 sqq.*

b *iuxta sola munera municipalia vel iuxta patronatum*: INSCR. Alger. I 288 (*saec. III*) v. p. cur(atore) r(ei) p(ublicae) (1299 f(lamen) p(er)p(etuus), v. p., c. ⟨re⟩i public(a)e. INSCR. Tripol. 567 [*saec. IV*]). Tripol. 564 (*saec. IV*) benignissimo viro principali ... Heraclio v. p., auguri, sacerdoti Lauren(tium) Labinat(ium) (*cf.* CIL III 9540 [*saec. IV/V*] v. p. prin(cipalis) col(oniae) [X 5395]). CIL X 1255 (*saec. IV?*) Clementiano v. p. patrono inimitabili (1492 p. coloniae. *al.; cf. Inscr. Dessau 8843 τὸν λαμπρότατον πάτρωνα*). *al., v. Enßlin, loco cit. 672, 18 sqq.*

c *nulla indicatione muneris publici*: α *forma sollemni (v. etiam Enßlin, loco cit. 672, 63 sqq.):* *in titulis* (*maxime urbanis; de* CIL VIII 2403 *v. vol. X 2, 1236, 14*): CIL VI 1357 (*saec. III*) Papirius Socrates v. p. pater, *sc. posuit* (*sim. iuxta nomen eius, qui aliquid curavit*: 733 [*saec. III/IV*] Zosimus v. p. sacerdus dei Brontontis. 1381. 1768 [*a. 346*]. INSCR. christ. urb. Rom. 4929 [*a. 454*]. 20933. *al.*). 31998 (*a. 338*) Ienurio v. p. q⟨ui⟩ vixit an(nis) LI (*item iuxta nomen mortui*: 31951. 31984 INSCR. christ. urb. Rom. 18503. *al.*). *in libris*: SYMM. rel. 28, 2 Scirtius v. p. GROM. p. 309, 1 Latinus v. p. togatus. β *cetera exempla*: CIL XIV 5340 (*saec. III*) Aureli Hermetis p(erfectissimae) m(emoriae) v(iri) (*cf. vol. VIII 674, 14 sqq. 34 sqq.*). VI 2137 (*a. 286*) Septim(ius) Epictetus i(uvenis) p(erfectissimus) (*si recte trad. [lapis non exstat], dicitur de iuvene ad familiam -issimi pertinente, cf. vol. III 1275, 31 sqq.*).

2 *de ordine perfectissimatus vel de eius parte* (-issimi [-us] *pro subst. praeter l. 72. 75*): **a** *exempla varia*: COD. Iust. 9, 41, 11 pr. (*a. 290*) divo Marco placuit eminentissimorum quidem nec non etiam -issimorum virorum ... liberos plebeiorum poenis ... non subici. LACT. mort. pers. 21, 3 non decuriones modo, sed primores etiam civitatum, egregii ac -issimi viri (*item distinguuntur viri egregii*: COD. Theod. 6, 22, 1). COD.

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Theod. 2, 17, 1, 2 senatores ..., -issimi ..., equites Romani et ceteri (*item iuxta* senatores: 4, 6, 3 s. seu -issimos vel quos in civitatibus duumviralitas vel quinquennalitas vel flamonii vel sacerdotii provinciae ornamenta condecorant [*simili enumeratione* Novell. Marc. 4, 1]. 13, 3, 2). 6, 22, 1. 12, 1, 44 quicumque intra palatium -issimus aut comes provectus suffragio est. Amm. 21, 16, 2 *non* sub eo *Constantio II* dux quisquam cum clarissimatu provectus est; erant enim ... -issimi. *iunctura* ex -issimis (*v. vol. V 2, 1102, 10 sqq.*): Cod. Theod. 8, 1, 6 *septimo* anno, cum eosdem *numerarios* bene creditum munus administrasse claruerit, ex -issimis dimittantur. 12, 1, 26 cunctos ex comitibus ... et ex praesidibus ..., denique ex -issimis honorarios. **b** *viri -issimi dividuntur in tres ordines*: Cod. Iust. 12, 23, 7, 2 sqq. (*a. 384; definiuntur dignitates primiceriorum*) scrinii exceptorum: -issimus ordinis secundi numero unus, id est primicerius omnis scholae; -issimus (ordinis tertii *dub. add. Krüger*), id est primicerius exceptorum, numero unus (*al. ibid.* [*hic illic trad.* per formam]). 3 scrinii numerorum: -issimus ordinis tertii numero unus (4 [-us *trad.*]. 5. 7. 8 [o. t. *inseruit Krüger*]. *v. et l. 14*). *sim. al. in eadem constitutione.*

B *usu peculiari in allocutione imperatoris* (*sc. Constantii I in oratione a. 297 ab Eumenio habita*): Paneg. 9, 1, 1 vir -issime (*item vocativo*: 3, 1. 2. 4. 4, 1. *et saepe in eadem oratione*).

VI *in* ***religione*** *de eis, qui sanctissime vivunt* (*sc. fidei doctrinaeque pleni et praecepta diligentissime observantes; saepe masc. pro subst.; distinguuntur fideles ordinarii, gradus inferioris l. 41. 42 sq. 48. 61; ad vitam monasticam spectant l. 44 sqq. 57 sq. 62; hic usus subesse videtur etiam* Evseb. Gallic. hom. 5, 4 lex Christi ... a licitis ad -a sollicitat *et p. 1382, 32. 34; ceterum cf. p. 1352, 58. 1371, 37. 1377, 34. 1382, 14*): **A** *loci sacrae script., unde hic usus oriri potuit*: Vet. Lat. Matth. 5, 48 (cod. 4. *al., sim.* Vvlg.) estote ... -i, sicut pater vester, qui in caelis est, -us est. 19, 21 (*ibid.*) si vis -us esse, vade, vende omnia tua *eqs.* Eph. 4, 13 (cod. 75. *al.* = Vvlg.) donec occurramus ... in virum -um, in mensuram aetatis plenitudinis Christi (*explicat e. g.* Ambrosiast. *non* temporali aetate et mensura significat, sed ... -os nos vult fieri in plenitudine intellectus divinitatis filii dei). Phil. 3, 15 (*ibid.*) quotquot ... -i sumus, hoc sapiamus (Ambrosiast. *ad l.* -i dicendi sunt, qui adhibita sollertia perfectionis ambulant iter). Col. 1, 28 (*ibid.*) ut exhibeamus omnem hominem -um in Christo (Pelag. *ad l.* notandum, quod omnes conetur exhibere -os). Hebr. 5, 14 (*ibid.*) -orum ... est solida esca (*opp.* parvulus). *al.; cf.* Ind. capp. bibl. Paul. Pelag. 2 de -is.

B *apud ecclesiasticos* (*ad gnosticos spectat* Iren., *cf. p. 1371, 49; specimina paucissima*): **1** *exempla varia*: Iren. 3, 3, 1 si recondita mysteria scissent apostoli, quae seorsum et latenter ab reliquis -os docebant *eqs.* Rvfin. Basil. reg. praef. 2, 4 quaedam ... omnibus ... contestari, quaedam vero secretius -ioribus quibusque disserere. Avg. mor. eccl. 31, 65 -orum Christianorum ... mores (*i. eremitarum*). Cassian. inst. 12, 24 -os quosque pulsari *spiritali superbia.* conl. 6, 11, 12 virum -um in ... temptatione manere semper inmobilem. 21, 29 tit. quod -i supergrediantur legem quadragensimae. 21, 29, 3 illos vere esse -os, qui etiam his, quae a lege concessa sunt, non utuntur. 24, 20, 2 (*opp.* infirmis). Evcher. form. 9 p. 55, 8 turres (*psalm. 121, 7*): apostoli vel -i quique. Fvlg. Rvsp. serm. 1, 1 F. (*opp.* parvulus). Mvtian. Chrysost. hom. 9 p. 299 -um ... illum vocamus, qui cum fide vitam habet rectam. Orig. in. Matth. ser. 73 p. 174, 9 *Christi* fratres ... sunt, qui -i sunt et imitatores sunt eius. *et saepe* (*frequentat e. g.* Cassian.). **2** *accedunt determinationes variae*: Clem. ad Cor. 55, 6 -a in fide Hester (*cf.* Ambr. in Luc. 3, 50 circa fidem vir -us. Avg. in psalm. 49, 10 fide). Hil. psalm. instr. 14 -um virum secundum doctrinam euangelicam. Optat. 7, 2 p. 169, 4 aliquos esse tota sanctitate -os. Cassian. conl. 5, 19, 4 -os ad patientiam. 19, 8, 1 in utraque professione -um esse (*sc. coenobii et eremi ut* 19, 9, 2). Sacr. Leon. 440 nos ... pietate pariter adque iustitia vis esse -os. Orig. in Matth. 17, 36 p. 701, 26 qui ... -issimi sunt circa deum (*cf.* in Matth. ser. 35 p. 67, 6 *hoc est* viri -i in Christo [*opp.* cuiuscumque hominis; *v. etiam l. 35*]. Regvla mag. 9, 46 de -is apud deum). *al.*

C *apud Manichaeos de electis, qui distinguuntur ab auditoribus* (*cf. vol. V 2, 387, 55 sqq.*): Frg. Manich. 6, 1 -orum ⟨dis⟩ciplinam ..., qui mundo ren⟨un⟩ciantes caeli⟨s⟩ habeant con⟨ver⟩sationem. *ibid. iterum.*

appendicula *syntactica et stilistica*: **1** *accedunt determinationes* (*afferimus potiores*): **a** *indicantes, quo respectu quis (quid) -us (-um) sit*: α *praepos. variae (maxime* in *c. abl.): v. l. 53 sqq. p. 1375, 40 sqq. 49 sqq. al., addas e. g.* Cic. de orat. 3, 34 in suo genere. Sen. epist. 124, 14 in sua natura. Apvl. Socr. 3 p. 123 ad summam beatitudinem. Max. Tavr. 39a, 1 ad credendum. *al.* β *casus: abl.: v. l. 53 sqq. p. 1374, 36. 1375, 61 sqq. 1376, 32. 1377, 44. dat.: v. p. 1375, 61. 1376, 14.*

b *terminantes gradum perfectionis (sc. adv. sim. vel praepos.): augendo: v. p. 1374, 15. 18. 23. 41. 65. 1375, 19. 28. al., addas e. g.* Iren. 5, 4, 1 *deus pater* -us super demiurgum (*de eodem* Mar. Victorin. adv. Arium 1, 50 l. 4 -us super -os *eqs.*); *cf.* undique *p. 1375, 70, locut. c.* omnis *p. 1375, 45. 47. 57. 71. 1376, 1, ceterum v. etiam p. 1373, 46 sqq. minuendo: v. p. 1375, 24. 33. 45. 54.*

c *indicantes apud quem, cuius iudicio quis -us sit: v. p. 1381, 60 sqq., addas e. g.* Vet. Lat. deut. 18, 13 (coll. Mos. 15, 1, 4) -us eris ante dominum (Vvlg. cum deo). Iren. 3, 12, 5 -os ad deum. Vvlg. II reg. 22, 24 cum eo *deo* (Lib. iubil. 23, 10).

2 *abundantia quadam accedit ad subst. quae per se perfectionem indicant*: Val. Max. 6, 8, 7 -issimum ... pietatis cumulum. Cypr. Fort. 11 p. 337, 27 -ae consummationis (Vita Hil. Arel. 6 l. 19). Chalc. transl. p. 36[B] ad -am cumulatamque completionem (perfectionem *var. l.; cf.* comm. 44. 50; *gr. brevius*). Mar. Victorin. in Gal. 4, 4 plenitudo tota et -a (*ibid. iterum.* Candid. gen. div. 5). Ambr. Abr. 2, 10, 69 habes ... perfectionem -am in euangelio (Hier. adv. Pelag. 1, 15 l. 68 vera et -a. Fvlg. Rvsp. ad Monim. 1, 15, 2. *al., v. etiam* Chalc. *supra*). *al.*

3 *ponitur pro subst.: masc.: p. 1375, 30 sq. 1377, 41. 1380, 70 sqq. 1381, 22 sqq., cf. p. 1371, 26. 34. 53. fem.: p. 1376, 28. neutr.: p. 1374, 48 sqq. 1376, 46. 48. 50. 1377, 68 sqq. 1378, 58 sq. al., v. etiam p. 1372, 66.*

4 *iunctura* ad -um *ponitur fere pro adv.* perfecte (*cf. p. 1376, 64*): Sen. epist. 71, 18 beatum quidem esse ..., sed non ad -um nec ad plenum (*item iuxta adi.*: Ps. Avr. Vict. orig. 1, 9 praecipuus. Hier. adv. Pelag. 2, 12 nullus ... ad -um iustus est, sed ex aliqua parte peccator. Pallad. hist. mon. I 19 p. 296[A] misericors et humanus [*gr. p. 88, 3 εἰς ἄγαν*]. *al.; iuxta subst.*: Aster. ad Renat. l. 177 spes ad -um illa est, quae nihil habendo retinet totum). Vet. Lat. I Thess. 5, 23 (cod. 75. *al.*) *deus* sanctificet vos ad -um (*gr. ὁλοτελεῖς, cod. 77. al. et Vulg.* per omnia, Iren. 5, 6, 1. *al.* -os). Iren. 1, 2, 6 requiescentia (*gr. τελέως*). Don. Ter. Andr. 378 perspicere est ad plenum et -um (-e *var. l.*) videre (*cf.* Cassiod. hist. 1, 19, 3 ad -um inspicere aut interpretari [*gr. Socrat. 1, 7, 5 πρὸς τὸ ἀκριβές*]). Rvfin. Adamant. 2, 8 *creator* non potuit ⌞ad -um eum *hominem* explicare⌟ (*gr. τελεσφορῆσαι*). Clement. 8, 56, 5 scire. Avg. serm. 142, 13 coll. Morin p. 704, 21 *quidam* secuti dominum *Iesum*, sed non ad -um secuti (ad -um enim sequi est imitari). Oros. hist. 7, 24, 2 liberavit. Regvla mag. 92, 26 omnia quicumque ... ad -um (-e *var. l.*) inpleverit (*27* perfecte). *al.*

adv. **perfectē.** *compar.* -ius Apvl. flor. 16, 47 Veg. mil. 1, 4 Avg. epist. 179, 2. *al., superl.* -issime Gell. 11, 16, 9 Avg. soliloq. 2, 1, 1. *al., v. e. g. p. 1383, 17 sqq. legitur in prosa oratione inde a* Rhet. Her. (*ter*), Cic. (*octies in rhet. et philos.*), Sen. (*sexies in* epist.), Colvm., *frequentat* Avg. *magisque* Greg. M., *non in versibus nisi* Carm. adv. Marc. 4, 170 Sidon. carm. 15, 74. [*confunditur cum formis adi.* Cic. de orat. 1, 130 fin. 4, 10. Pelag. in Eph. 6, 14 (*restit.* Sen. epist. 76, 16 Ivst. 16, 5, 13).]

i. q. modo perfecto, plene, absolute (*significat plerumque statum vel gradum quam maxime excultum, rarius quamlibet plenitudinem, v. maxime l. 61 sqq. et 2b; potius ad effectum actionis quam ad modum spectare videntur l. 53 sqq. 58 sq. p. 1383, 2. 17 sqq.; vergit in notionem q. e. penitus, omnino, prorsus l. 66. p. 1383, 1. 48; dicitur in malam partem l. 55 sq. p. 1383, 52; postponitur p. 1383, 12, v. et p. 1383, 1*): **1** *generatim*: **a** *pertinet ad verbum vel totam sententiam* (*verbo suppl. l. 63. p. 1383, 7; participia pro adi. vel subst. usurpata v. sub b*): α *usu communi*: Ⓘ *varia exempla, sc. describuntur fere actiones hominum*: Rhet. Her. 2, 9, 13 scriptum illud esse dilucide, breviter, commode, -e (Ascon. Mil. p. 37, 17 scripsit ... hanc *orationem* ... ita -e, ut iure prima haberi possit). 3, 16, 29 qui *loci* breviter, -e, insignite aut natura aut manu sint absoluti ..., ut aedes, intercolumnium *eqs.* (4, 32, 44 verba sicut ad poeticum quendam extruere numerum, ut -e et perpolitissime possint esse absolutae *continuationes verborum.* Cic. fin. 4, 18 his initiis ... a natura datis ... omnis honestas -e absoluta est. Fronto p. 44, 12 [*loco manco*]). Cic. fin. 4, 10 *duae* artes, quibus -e (-a *var. l.*) ratio et oratio compleatur, una inveniendi, altera disserendi (Cassiod. inst. 1, 15, 14 ut, quod nos ... minus explicare potuimus, vos ... -ius ... compleatis). nat. deor. 2, 74 id (*sc. 'providentia mundum gubernari'*) praecise dicitur ...; plene autem et -e sic dici existumato: 'providentia deorum mundum administrari' (*sim., sed de plenitudine totius orationis*: Apvl. flor. 16, 47 de hoc tum ego -ius, cum *eqs.* Rvfin. hist. 1, 2, 1 -ius nobis narratio dirigitur, si *eqs.* [*gr. ἐντελής*]). div. 1, 23 ut numquam -e veritatem casus imitetur (Don. Ter. Eun. 855). Sen. epist. 12, 3 '-e ... iste delirat'. 118, 9 *honestum* est -e petendum (*antea*: expetendum). Qvint. inst. 2, 20, 6 ut possemus orare ..., etiamsi non -e, tamen ut inessent quaedam ... semina eius facultatis (Avg. soliloq. 2, 1, 1 ora brevissime ac -issime, quantum potes). Fronto p. 44, 3 gnomas egregie *in Latinum* convertisti, hanc quidem ... prope -e (*de conversione hominum*: Cassiod. in psalm. 140, 5 l. 169 se -e nondum fuisse conversum. Orig. in Matth. 12, 30 p. 136, 6. *al.*). Gell. 11, 16, 9 quod a Graecis -issime verbo uno et planissime dicitur. Tert. apol. 45, 1 -e eam *innocentiam* novimus, ut a perfecto magistro revelatam (Pelag. in I Cor. 13, 12 me -e dominus n. Avg. in psalm. 98, 3 l. 41 -e nosse legem. *al.*). Vet. Lat. I Petr. 1, 13 (cod. 67.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

al., sim. VVLG.) sobrii in omnibus -e sperate in ... gratiam (*gr. τελείως. nisi c. adi. iungendum, cf. cod. 65. al.* -i). IVST. 16, 5, 13 cotidie -ius ... erudiebantur (CASSIOD. inst. 1, 28, 5). CHALC. comm. 253 (*de Politia Platonis*) in his -e docuit, quod perfunctorie posuit in Timaeo (PELAG. in II Cor. 9, 13 d. et ostenditis). HIL. psalm. instr. 16 *quicumque* -e credidisset perfectum hunc ... numerum (PELAG. in Rom. 4, 22 tam -e et firmiter. *al.*). PHILO quaest. in gen. 4, 211 *bonus* -e bonum (*sc. facit sim.; in versione parum accurata, v. Petit ad l.*). GENNAD. vir. ill. 10 deo ... servire. RVFIN. Orig. in gen. 4, 6 p. 57, 21 plene et integre et -e ... agnoscere. AVG. in epist. Ioh. 1, 6 nondum -e splenduit vita tua, quia insunt peccata, sed tamen iam illuminari coepisti. CAEL. AVR. gyn. 1, 124 mulier suum fetum *lacte suo* nutriens -e deficere conprobatur (profecto *dub. proponit Drabkin*). COD. Iust. 6, 29, 3, 1 si vivus -e natus est. *al.* Ⓘ *describuntur eventus, rerum progressus vel effectus, qui quasi per se fiunt et ab hominibus observantur (fere in re medica; gr. respondet τελέως)*: COLVM. 12, 21, 3 cum iam -e mustum deferbuit et constitit. 12, 48, 3 donec -e refrigescant *taliolae inulae.* PS. APVL. herb. 105 adn. 5 *medicamentum* -issime stomacho prodest (111 adn. 5). 116 adn. 9 -issime sanat (125 adn. 8 PLAC. med. 11, 10 rec. *β.* ORIBAS. eup. 2, 1 G 3 Aa [= La] p. 474 -ius). PLAC. med. 16, 13 rec. *β medicamentum* dolorem -issime tollit. ORIBAS. eup. 2, 1 *E* 3 Aa (= La) p. 467 *oleum inveteratum* amittit -ius stipticam virtutem. *M* 12 Aa (= La) p. 490 (*de ganglio*) -ius invisibilis fit. syn. 2 add. Aa p. 141, 25 si ālius edatur, -ius relaxat. 6, 16, 3 Aa p. 14, 30 antequam -e solvatur aegritudo. PHILVM. med. 1 p. 114, 4 pausante febre iam -ius (*si sic iungendum*).

β *potius ad subi. vel obi. referendum est (quasi pro praedicativo; notabiliora)*: CIC. de orat. 1, 130 quam nihil ab eo *Roscio histrione* nisi -e (-um *codd. rec.*), nihil nisi cum summa venustate fiat. PS. TERT. haer. 6 p. 223, 19 quia *deus Marcionitarum* non illum *mundum inferiorem* tam -e fecisset quam *superiorem.* IREN. 5, 31, 2 -e resurgentes, hoc est corporaliter (*gr. ὁλοκλήρως. cf.* RVFIN. apol. ad Anast. 4 carnis nostrae resurrectionem fatemur integre et -e futuram). AVG. in Rom. 12, 12 liberum ... arbitrium -e fuit in primo homine.

b *pertinet ad alias partes orationis (nota compar.* -ius *iuxta compar. adi. l. 52)*: CIC. Brut. 101 *Fanni historia* neque nimis est infans neque -e diserta. 282 cum institutus optume, tum etiam -e planeque eruditus ([-e ⟨litteratus⟩ *Stangl*]. CIL VIII 8500 [*a. 229*]. HIST. Apoll. rec. A 36 [*rec. B deest*]). orat. 113 -e eloquentis puto non solum facultatem *dicendi* habere ..., sed *eqs.* part. 64 sapiens (QVINT. inst. 12, 1, 19 APVL. Plat. 2, 20 p. 247). ac. 2, 55 -e et absolute ... pares. Tim. 21 hunc ⌞-e beatum⌟ deum ([*gr. 34ᵇ εὐδαίμονα, Chalc.* summe b.]. Tusc. 2, 17. 4, 38 -e atque absolute. SEN. epist. 76, 16 sola ratio -e beatum facit [-a *codd.*]. 85, 19 [*bis*]. AVG. civ. 11, 11 p. 478, 10 vere -eque. POMER. 1, 3, 2 ita -e beati, ut nec cupiant beatiores fieri ultra nec valeant. *al.*). SEN. epist. 118, 12 unde adcognoscitur bonum? si -e secundum naturam est. APVL. apol. 95, 5 *oratio* undique sui -e absoluta, ut ... neque additum quicquam velis neque detractum *eqs.* met. 2, 4, 3 signum -e luculentum. Socr. 20 p. 167 bonus (TERT. adv. Marc. 1, 24 p. 325, 1. HIER. in Ion. 4, 10 l. 273 D. -e et vere). CHALC. comm. 6 peritus. MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 42 l. 12 quasi aliud ... et non -e aliud (EVSEB. ad Paul. vers. *γ* 3 l. 19 [*de fīlio dei*] factum -e a. *ac deum ingenitum* [*gr. ὁλοσχερῶς, vers. β l. 8* omnino]). AVG. civ. 15, 3 p. 62, 24 concors. in euang. Ioh. 110, 2 l. 37 (*ad Ioh. 17, 11*) credendo unum fiunt, -e unum. AVELL. 77, 4 (*ad quendam haereticum*) -ius miserabilior es omnibus hominibus. SIDON. carm. 15, 74 quod ... -e medium est. POMER. 1, 9, 1 non est, ut ita dicam, -e perfectus (*antea*: absolute, *postea*: vere *et* -e sanus et summe perfectus). PRISC. LYD. solut. 1 p. 51, 26 *anima* -issime incorruptibilis. *al.*

2 *specialia quaedam*: **a** *in sermone iuris i. q. pleno et perfecto iure, ut quid valeat*: AFRIC. dig. 46, 3, 38, 3 quando isto casu *mortis tuae* nullo tempore -e hominem meum feceris. GAIVS dig. 50, 17, 139, 1 non videtur -e cuiusque id esse, quod ex casu auferri potest. AVG. c. Cresc. 4, 6, 7 -e pleniusque damnatus (*antea*: praedamnatus). **b** *in sermone gramm. (vario respectu)*: PRISC. gramm. II 475, 9 Terentius ... in Phormione (*837*) -e protulit: 'non potaturus *eqs.*' (*sc. plena forma usus, non breviata, quae esset* poturus). VIRG. gramm. epit. 7, 8, 2 *verborum forma* perfecta (*v. p. 1378, 14*) ..., quae per omnes modos, numeros, figuras, personas, tempora -e (-a *var. l.*) declinatur. 8, 8, 4 *plusquamperfectum* dicitur, quia longius et -ius ostenditur inpletum.

?adv. **perfectō.** *i. q. perfecte*: FRONTO p. 129, 19 neque res militaris neque officii observantia, quam philosophiam vocant, -o gigni potest, nisi *eqs.* (*sic Bischoff, Sitz. Ber. Münch. Ak. 1958, 2, 23,* -a *legit Hauler*).

deriv.: perfectio, perfectissimatus, perfectitas, perfectivus, perfector (-trix), 2. perfectus (-ūs), perfica.

compos.: im-, semiperfectus. *cf. Onom.* Perfectus.

perficus, -a, -um *v.* perfica. *Reineke.*

perfidē *v.* perfidus.

perfidēlis, -e. *a* per *et* fidelis. *i. q. valde fidelis*: CIC. Att. 2, 19, 5 ad te ..., si -em habebo cui dem, scribam plane omnia. AVR. VICT. Caes. 13, 8 *Traianus fuit* in amicos -is.

[perfīdēns, -entis *olim legebatur* AVR. VICT. Caes. 17, 5 *pro* pervigens, *ceterum cf. p. 1354, 71 et vol. X 2, 633, 17. 26.*]

perfidēs *v.* perfidia *l. 9.*

perfidia, -ae *f.* *a* perfidus. *de mensura*: -fīd- PAVL. PETRIC. Mart. 2, 307. *de formis: gen.* -diei (*sc. a nom.* *-dies) HIER. epist. 153, 5 (*cf. var. l.* -dei *pro* -diae HIL. trin. 6, 52 LEO M. serm. 65, 1); *abl.* -dio (*sc. a nom.* -dium) Ps. FVLG. RVSP. serm. 75 p. 947ᶜ; *plur.* (CHAR. gramm. p. 39, 19 *inter abstracta* singularia semper) *occurrit raro, sc. sub I l. 40. 45. 63. 69, sub II* HIL. syn. 63 CONSVLT. Zacch. 2, 13 p. 75, 18 COD. Theod. 16, 5, 63 MARCELL. chron. II p. 61, 380 EPIST. pontif. 1056 Conc.ˢ IV 1 p. 87, 4 *et p. 1387, 44. 59.* *de notione*: CHAR. gramm. p. 39, 19 -a *ἀπιστία* (*idem* GLOSS.ᴸ II Philox. PE 143). GLOSS.ᴸ III Abol. PE 72 infidelitas. GLOSS. II 216, 50 *ἀγνωμοσύνη*: -a, fraus, fraudatio. *legitur in versibus apud* PLAVTVM (*11ies*), CATVLL. (*semel ut in* CVLICE, *apud* GERM., PHAEDR., IVV. *al.*), PROP. (*ter*), OV. (*quater ut apud* SIL.), *al., ergo multo rarius quam* perfidus (*q. v.*); *in oratione soluta inde a* VARRONE, RHET. Her., *frequentant* CIC. (*45ies, deest in philos.*) *et* TAC. (*30ies*). [*i. q. 'pertinacia', a sermone docto non alienum: hisp.* porfía; *port.* porfia. *cf. M.-L. 6409. Corominas² IV 613 sq. Machado³ IV 403. St.*] [*confunditur in codd. c.* perfidus *e. g.* PLAVT. Pseud. 583 HIL. trin. 5, 18 BOETH. cons. 2, 1, 12, per fidem HIRT. Gall. 8, 48, 3, superbia EVSEB. GALLIC. hom. 4, 3, invidia COD. Iust. 1, 27, 1, 2; *falso trad.* PS. SALL. in Tull. 1 (praedae *edd.*).]

significatur sive actio vel consilium sive qualitas (perpetua) eius, qui perfidus est (ponitur fere pro hominibus perfidis p. 1386, 8. 18 sq. 1387, 22. 33. 40. 43, pro re p. 1388, 8): **I** *usu originario dicitur de eis, quibus alii confidere non possunt (cf.* fides *vol. VI 1, 663, 60 sqq.; vergit ad notionem q. e. periurium, mendacium p. 1386, 40, cf. iuxta posita p. 1385, 13. 69)*: **A** *exempla notionem illustrantia; respicitur -a*: **1** *animantium, sc. fere hominum (animalis l. 56, deorum p. 1385, 37 sq. 39 sq., diaboli l. 67 sqq. et p. 1386, 24; quis -a fallatur, indicatur per* in *c. acc. p. 1385, 11. 1386, 6 et* CIC. fam. 5, 12, 4 ad Q. fr. 2, 3, 3): **a** *usu vario*:

α *exempla minus definita, saepius notionem potius generaliter illustrantia*: PLAVT. Amph. 76 *Iuppiter* virtute dixit vos *Romanos* victores vivere, non ambitione neque -a (*78* virtute ..., non favitoribus). Asin. 545 -ae laudes gratiasque habemus merito magnas, quom nostris sycophantiis, dolis astutiisque *vicimus.* Bacch. 226 *nemini* supplico, dum ... hoc valebit pectus -a meum. Capt. 522 neque deprecatio -is meis nec male factis fuga est *eqs.* Merc. 47 *pater solebat* -am, iniustitiam lenonum expromere; lacerari ... suam rem, illius augerier. Persa 555 (*in serie decem vitiorum urbi nocentium*) -a et peculatus ex urbe et avaritia si exulant, *eqs.* Pseud. 580 (*in imagine militiae*) ego in meo pectore prius ita paravi copias, duplicis triplicis dolos -as, ... (583) ut spoliem meos perduellis meis -i⟨i⟩s. *al.* VARRO Men. 495 in quarum locum subierunt inquilinae inpietas, -a, inpudicitia. CIC. inv. 1, 71 si quid ... -a illorum, *qui nos per fidem fefellerunt,* detrimenti acceperimus, *eqs.* (*cf. p. 1385, 52*). Q. Rosc. 46 ex -a et malitia, per quam insidiae tenduntur alicui. Pis. 38 non neces sociorum, non caedes hospitum, non -am, non immanitatem, non scelera praedico. Phil. 11, 5 dexterae, quae fidei testes esse sole[ba]nt, sunt -a et scelere violatae. *al.* SALL. or. Lep. 1 *Sullae* spes omnis in scelere atque -a *est.* LIV. 25, 33, 2 *Hasdrubal* peritus omnis barbaricae ... -ae. 32, 19, 7 *Achaei Philippum* suspectum habebant pro eius crudelitate -aque. RVT. LVP. 2, 3. VAL. MAX. 9, 6 pr. (*in cap.* de -a) occultum ... et insidiosum malum, -a, ...; cuius ... vires sunt mentiri ac fallere *eqs.* PHAEDR. app. 19, 7 si -ae se commisisset lupi *scrofa parturiens* (*3* promittens opem). SEN. epist. 22, 15 *natura homines genuit* sine -a ceterisque pestibus. *al.* QVINT. inst. 5, 10, 74 si malum *est* -a, non est fallendum. IVV. 13, 24 ut cesset *dies* prodere furem, -am, fraudes atque omni ex crimine lucrum quaesitum. SVET. Nero 5, 2 *pater Neronis fuit* -ae ... tantae, ut ... in praetura mercede palmarum aurigarios fraudaverit. DECL. in Catil. 9 rem ... barbaram crudelitate, flagitiosam -a, intolerabilem superbia *eqs.* GELL. 14, 2, 6 *hominem* plenum ... -arum et fraudum. APVL. met. 4, 21, 6 (*loq. latrones*) reputabamus nullam fidem ... repperiri, quod ad manis iam ... odio -ae nostrae demigrarit. 10, 4, 6. FIRM. math. 1, 2, 5 *si quis* conciliationis humanae iura neglexerit totumque se feritati -aeque tradiderit. FILASTR. 107, 12 cognita eius *antichristi* -a atque fallacia ... *Iudaei* ad Christi fidem ... pervolabunt (*item de fallacia diaboli*: VEN. FORT. Mart. 2, 138 quia -is inlusio *diaboli in varias formas mutati* nulla valebat, ... iaculabat probra beato [*cf. Sulp. Sev. Mart. 21, 2* fallere ... insidiis]). *al.*

β *laeduntur certa quaedam pacta, necessitudines (spectat ad promissum e. g. p. 1385, 11, officium, munus e. g. p. 1385, 1. 28, depositum servandum e. g. p. 1385, 32, hospitium p. 1385, 34, silentium obtinendum p. 1385, 15. 17)*: CIC. S. Rosc. 10 *nolo* id, quod mihi cum fide semel impositum est ...

[Oshiba]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

propter -am abicere (*disting.* infirmitas. *item de advocati -a*: Cluent. 51 [*disting.* neglegentia *ut*: de orat. 2, 101]. de orat. 2, 303. 2, 330 [*opp.* stultitia]. Tac. ann. 11, 5, 2 advocatorum -a [*postea*: praevaricatione]). 113 qui non neglegentia privatum ... commodum laeserit, sed -a legationis ipsius *publicae* caerimoniam polluerit *eqs.* (*in eadem re*: 117 offici ... socios ... destituit, adversariis tradidit, omni fraude et -a fefellit. *al.*). Flacc. 6 *testibus* qua levitate, qua egestate, qua -a, qua audacia praeditis (*cf. 9* testimoniorum ... fidem numquam ista natio coluit. *de Graecis ut e. g.* Clavd. Don. Aen. 2, 150 p. 168, 11 ['arte Pelasga'] a -a ... nullum Graecorum esse immunem). Phil. 2, 79 quanta fuerit uterque vestrum (*sc. Caesar et Antonius*) -a in Dolabellam, quis ignorat? (*spectat ad consulatum promissum, sed postea interversum*). *al.* Bell. Afr. 64, 1 *Afranianum, qui a Caesare dimissus ad Pompeium transfugerat,* ob periurium -amque Caesar iussit necari (periurii -am *var. l.; nisi ad bα*). Sall. Iug. 71, 5 *Nabdalsa* dicit, quae ipse paravisset facere, -a clientis sui praeventa (*sc. qui rem indicaverat*). Ov. met. 11, 206 *muri* pretium rex *Laomedon* infitiatur et addit -ae cumulum, falsis periuria verbis. Liv. 39, 13, 4 incusata -a Aebuti, qui optime de ipso meritae *amicae* talem gratiam rettulisset, *eo quod non tacuit.* Sen. contr. exc. 4, 8, 1 (*-a liberti in dominum ut*: Tac. ann. 15, 54, 4 cum ... servilis animus praemia -ae reputavit ..., cessit ... acceptae libertatis memoria. *cf.* Sen. benef. 3, 25, 1 in publica -a [*i. proscriptione*] fidelem *servum inveniri*!). Germ. 162 *Myrtilus* maestus ... -a Pelopis raptam gemit Hippodamiam. Val. Max. 6, 5, 4 (*contra trib. plebis creditoribus satis facere nolentem*) maiestatem publicam privatae -ae obtentu *non* esse. Sen. clem. 1, 26, 1 *tyrannorum* praesidia in ipsos consurrexerunt -amque ... et, quidquid ab illis didicerant, in ipsos exercuerunt. epist. 74, 23. Gell. 4, 5, 4 *haruspices Tusci Romanis male suadentes,* cum de -a confessi essent, necati sunt. Apvl. met. 10, 25, 2 medicum ... notae -ae, qui ... magna dexterae suae tropaea numerabat. Tert. apol. 2, 6 homicidium, adulterium, fraudem, -am et cetera scelera *Christiani prohibent* (*spectat ad Plin. epist. 10, 96, 7* ne fidem fallerent). Vlp. dig. 16, 3, 1, 4 cum *quis* ... extante necessitate deponat *nec depositum redditur,* crescit -ae crimen (*postea*: fidem frangere. *in eadem re e. g.*: Firm. math. 6, 17, 4 Cod. Iust. 4, 34, 11 pr.). Cypr. idol. 4 in raptum Sabinarum -a *Romanorum* provenit. Firmil. Cypr. epist. 75, 2 -a sua et proditione (*de Iuda ut*: Leo M. serm. 54, 3 in paschali cena iam de -a tua ... detectus. 58, 3. *cf. p. 1387, 30*). Symm. epist. 4, 21, 3 adde -am mandata frustrantium, *sc. perlatorum.* Clavd. Don. Aen. 10, 5 p. 289, 19 non moveri ab aequo et bono, non uti -a *debent dei.* Veg. mil. 3, 6 *viarum ducibus* fidei praemium ac -ae parata supplicia. Prvd. c. Symm. 2, 501 -ane deum indigenum cecidere tot urbes destructaeque iacent ipsis prodentibus arae? Cod. Theod. 3, 5, 5 si intra bi(enni)um *pater puellam prius militi desponsam nuptum dat alii,* ut -ae reus in insulam relegatur. Inst. Iust. 2, 23, 12 si heres *fideicommissarius* -a tentus adimplere fidem recusat, *eqs. al.*

b *specialia quaedam; -a apparet*: **α** *in bello externo vel domestico* (*de eis, qui partes suas deserunt, produnt e. g. l. 49. 67. p. 1386, 8, qui indutias, pacta non servant e. g. l. 52. 56. p. 1386, 17, qui omnino iniuriose, more barbaro bellum gerunt e. g. l. 64. p. 1386, 4. 20, cf. p. 1386, 52; exempla selecta inde a* Sen. *rhet.*): Varro frg. Non. p. 287, 20 *Tullus Hostilius* Mettium Fufetium propter -am interemit (*in eadem re e. g.* Liv. 1, 28, 4 dimicatum est ... non magis cum hostibus quam ... cum proditione ac -a sociorum). Rhet. Her. 4, 22, 31 Saturninum fide captum malorum -a per scelus vita privavit (*nisi ad β*). Cic. inv. 1, 71 in eorum fide spem habere, quorum -a totiens deceptus sis (*antea*: Carthaginienses ... persaepe iam nos fefellerunt. *cf. p. 1384, 47*). Mancia or. frg. Val. Max. 6, 2, 8 *M.* Brutum ferro laceratum querentem id sibi prius -a, deinde crudelitate tua, *Gn. Pompei,* accidisse. Caes. Gall. 4, 13, 4 eadem et -a et simulatione usi Germani (*antea*: qui per ... insidias petita pace ultro bellum intulissent). civ. 2, 14, 4 multorum mensum labor hostium, *sc. Massiliensium,* -a ... puncto temporis interiit (*antea*: occasionem fraudis et doli). *al.* Hirt. Gall. 8, 23, 3 infidelitatem eius *regis Commi* sine ulla -a ... comprimi posse (*de eadem re*: 8, 48, 3 -a interposita [per fidem interpositam *var. l.*]). Sall. Iug. 61, 3 *Metellus* insidias regi per amicos tendere et eorum -a pro armis uti parat. epist. Mithr. 7 *Romani Persen* acceptum in fidem callidi et repertores -ae ... occidere. *al.* Nep. Lys. 2, 1 de crudelitate ac -a *Lysandri* (*de eodem*: 4, 2 *Pharnabazus* eius avaritiam -amque accusarat. *cf. 4, 1 cum* in bello multa crudeliter avareque fecisset). Dat. 11, 5 qui multos consilio, neminem -a ceperat, simulata captus est amicitia. Eum. 10, 2 invidia ducum ... -aque Macedonum veteranorum ... Antigono est deditus (*cf. eius verba*: 11, 5 amicorum -a decidi). Liv. 3, 2, 4 -a et periurio *Aequorum* (*cf. 3, 1, 8* inritam ... eam *pacem petitam* ipsi subita incursione ... fecere). 21, 4, 9 (*vitia Hannibalis*) crudelitas, -a plus quam Punica, nihil veri, nihil sancti *eqs.* (*item spectat ad Carthaginienses*: 30, 32, 7 manere in ea *pace* prae insita animis -a *non possunt. al.* Val. Max. 5, 6 ext. 4. 9, 6 ext. 1 fontem -ae, *sc. Carthaginem,* contemplemur. Sil. 11, 597 fama fugetur ab urbe -ae, Phoenissa, tua. *al.* Flor. epit. 2, 2, 11). 32, 34, 12 *Philippus* invectus ... in -am *Achaeorum* (*cf. Polyb. 18, 6, 7 ἀθεσίαν ... καὶ ἀχαριστίαν*). *al.* Sen. suas. 6, 11 Aegyptum ... agere -ae paenitentiam (*sc. caedis Pompei ut e. g.*: Val. Max. 5, 1, 10 caput ... nefarium Aegyptiae -ae munus). Vell. 2, 119, 2 *exercitus Romanus in clade Variana* marcore ducis, -a hostis, iniquitate fortunae circumventus (*postea*: inclusus ... insidiis. Tac. ann. 1, 55, 1 in Arminium, *sc. civem Romanum,* ac Segestem, insignem utrumque -a in nos aut fide [*item de Arminio*: 2, 46, 1 *Quintilium Varum* fraudis ignarum -a *decepit*]. *cf. p. 1390, 52*). Val. Max. 2, 3, 3 novitas pugnae unicum Campanae -ae debilitavit auxilium ([*sc. equitatum*]. 3, 2 ext. 1. *cf.* Sil. 13, 261 -ae ductorque caputque senatus). 3, 2 ext. 3 *Leonidas* -a et scelere incolarum eius regionis, *sc. circa Thermopylas, victus.* 9, 6, 4 Viriathi ... caedes duplicem -ae accusationem recipit, in amicis, ... *et* in Q. Servilio Caepione consule, quia is sceleris huius auctor fuit ... victoriamque non meruit, sed emit. Cvrt. 8, 12, 10 *Alexandrum* famam timere -ae. Frontin. strat. 4, 4, 1 Camillus ... sprevit -am *magistri Falisci* (*cf. Liv. 5, 27, 2*). Tac. hist. 2, 99, 2 *Caecinae* -am meditanti (*postea*: pacta transitionis). 3, 46, 1 -a sociali prope adflicta Romana res. Svet. Tib. 49, 2 *regem, qui* in fidem populi Romani ... se receperat, spoliatum -a et occisum. Paneg. 6, 21, 2 quibus se terroribus barbarorum -a iactaverat. Hist. Avg. Maximin. 19, 2 *sciens esse* in Afris nihil virium, multum quin immo -ae. Heges. 5, 29, 1 p. 368, 11 *Romani* per cuniculum *a Hebraeis defossum* ... in urbem *Hierosolymam* se inferebant; versa in perniciem perfidis *Iudaeis* -a sua (subsidia *var. l.*). Clavd. 26, 278 si -a nacti penetrabile tempus inrupere Getae, nostras dum Raetia vires occupat. *hostis est diabolus*: Sacr. Leon. 219 ('contra inpetitores') vastatoris, *sc. diaboli,* antiqui -am ... destruendo.

β *in contentione factionum rei publicae*: Rhet. Her. 4, 19, 26 inimicos invidia, iniuriis, potentia, -a sustulisti. Cic. dom. 44 placavi odia improborum, saturavi ... -am et scelus proditorum, *sc. exilio.* Sest. 53. Rab. Post. 33 *nihil* simulate feci, ne cum mea -a illi ... facerem, cui beneficium dedissem, iniuriam. Att. 2, 22, 2 *Pompeium in* -ae et sceleris infamia fore, si mihi periculum crearetur *eqs.* 3, 19, 3 *me omnibus* -a hominum spoliatum, ... a meis consiliariis proditum. fam. 4, 14, 3 novarum me necessitudinum fidelitate, *sc. novo matrimonio,* contra veterum -am muniendum putavi. *et saepe in epist.* Balb. Cic. Att. 8, 15ª, 1. Lent. Cic. fam. 12, 14, 5 *quod amisimus* crudelitate Dolabellae aut -a eorum, qui fidem mihi reique publicae non praestiterunt.

γ *in amore, sc. cum deseruntur, decipiuntur amantes*: Cvlex 132 *Phyllidi* Demophoon aeterna reliquit -am lamentandi mala. Prop. 1, 15, 2 multa tuae levitatis dura timebam, hac tamen excepta, Cynthia, -a. 1, 15, 34 ocelli, per quos saepe mihi credita -a est. 4, 7, 70 -ae crimina. Ov. epist. 6, 146 -ae pretio qua nece dignus eras? (*ad Iasonem ut*: 12, 19 quantum -ae tecum ... perisset!). 7, 58 *non* violasse fidem temptantibus aequora prodest; -ae poenas exiget ille locus, praecipue cum laesus amor (*Dido ad Aenean; de eodem*: Clavd. Don. Aen. 4, 305 p. 395, 21. 4, 330 p. 402, 20). Porph. Hor. epod. 15, 3 quasi *Neaera,* cum iuraret, iam -am fallendi in animo haberet. Clavd. Don. Aen. 1, 670 p. 133, 17 Didonis -a (*i. voluntas amorem dissolvendi*).

2 *rerum*: **a** *quae pertinent ad perfidos vel ab iis oriuntur*: Cic. Q. Rosc. 1 egone hanc manum plenam -ae ... impellere potui, ut falsum perscriberem nomen? Q. Cic. pet. 39 fraudis atque insidiarum et -ae plena sunt omnia. Catvll. 64, 322 *Parcarum* carmine, -ae quod post nulla arguet aetas. Hist. Avg. Aurelian. 21, 2 -a et calliditas barbarici ... motus. **b** *quae ipsae sunt fallaces, ingratae sim.* (*plerumque per prosopopoeiam*): Ps. Qvint. decl. 12, 4 ab agricolis accusari solet -a terrarum et ingratae messis inritus labor (Paneg. 5, 6, 1 [*postea*: ager qui numquam respondet impendiis]). Apvl. met. 5, 23, 4 lucerna ... sive -a pessima sive invidia noxia ... evomuit ... stillam ferventis olei super umerum dei. Arnob. nat. 1, 21 *dii faciant in ore Christianorum* in acoris -am vinum repente mutari. Clavd. Don. Aen. 5, 845 p. 525, 13 non esse dormiendum propter -am maris ([*antea*: mare ... infidum]. 6, 695 p. 599, 9 *Tyrrheni maris*). Boeth. cons. 2, 1, 12 -am *fortunae* (perfidam *var. l.*) perhorrescis.

B *stilistica quaedam*: **1** *in prosopopoeia*: Tert. spect. 29 p. 28, 9 aspice impudicitiam deiectam a castitate, -am caesam a fide. Cypr. zel. 6 *zelo praevalente* inflat superbia, exacerbat saevitia, -a praevaricatur *eqs.* (*nisi ad II*). Paneg. 4, 31, 3 *in triumpho ducitur* victa -a. Clavd. 17, 169 nonne vides, ut ... adsurgat Pietas, fractis ut lugeat armis -a?

2 *iuxta pos. potiora*: Plavt. Persa 555 -a et peculatus ... et avaritia (*in sim. serie*: Cic. Verr. II 5, 189 Mur. 14. *ceterum*: Nep. Lys. 4, 2 Gran. Lic. 35, 43). Cic. S. Rosc. 109 scelus atque -a (Verr. II 5, 189 [*in serie ut*: Sest. 53 Pis. 38 Liv. 28, 19, 7]. Att. 2, 22, 2. 3, 13, 2 Sall. Iug. 107, 2 or. Lep. 1 Liv. 40, 39, 9. *ordine inverso* Cic. dom. 44 Phil. 11, 5 Val. Max. 3, 2 ext. 3). 117 omni fraude et -a (Q. Rosc. 23 [*in serie ut*: Mur. 14 Q. Cic. pet. 39 Ivv. 13, 24]. Gell. 14, 2, 6). Verr. II 5, 189 facinora sceleris, audaciae, -ae, libidinis, avaritiae, crudelitatis (*in sim. serie*: Mur. 14 Liv. 28,

[Oshiba]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

19, 7. *ceterum*: Nep. Lys. 2, 1 Liv. 21, 4, 9. 32, 19, 7 Decl. in Catil. 9. *cf.* Lent. Cic. fam. 12, 14, 5 Mancia or. frg. Val. Max. 6, 2, 8 Sen. benef. 3, 25, 1).

II *usu secundario dicitur de eis, qui ipsi non confidunt, sc. deo, qui non vel non recte credunt* (*cf.* fides *vol. VI 1, 686, 56 sqq.*): **A** *respicitur quilibet fidei defectus vel error, sc. infidelitas, incredulitas, haeresis, idololatria sim.* (*usus sub I illustratus hic illic sublucet, ubi agitur de eis, qui a deo deficiunt vel Christum ecclesiamque produnt; de diabolo fideles fallente v. p. 1384, 32*): **1** *negatur fides christiana*: **a** *a variis, sc. gentilibus, lapsis, apostatis sim.*: Cypr. Demetr. 24 quae tunc *in iudicii die* erit fidei gloria, quae poena -ae! laps. 9 perdidit nos *infantes* aliena -a, ...: illi *parentes lapsi* nobis ecclesiam matrem ... negaverunt (*postea*: aliena fraude). Hil. trin. 6, 52 *Christum dei filium esse* homo gentilis -ae confitetur (*sc. centurio Matth. 27, 54*). Pacian. epist. 3, 10, 3 *Thomas* -ae reus notatur a domino (*sc. Ioh. 20, 27* noli esse incredulus). Filastr. 129, 8 sapientes Graeci suae -ae diversa mendacia saeculo seminaverunt. Ambr. paenit. 1, 5, 24 vicit eos, *sc. in persecutione lapsos,* poena, non vertit -a. Tract. de indur. cord. Phar. 50 in -a Symonis magi (*respicitur act. 8, 1 sqq.*). Rvfin. hist. 6, 3, 1 *quosdam Origenes* ad fidem de -a convertebat. Orig. in gen. 10, 4 p. 98, 6 *antichristo* nubit anima, cum declinat ad -am. Prvd. perist. 11, 52 *persecutor christianos* rebelles idolii ardebat dedere -ae. Pavl. Nol. carm. 31, 378 Christum impia caecantem pectora -ae (*postea*: per corda fidelia). Chromat. serm. 2, 2 (*spectat ad Matth. 13, 24 sq.*) inimicus superseminat zizania, id est semen iniquitatis -ae. Consvlt. Zacch. 2 praef. p. 48, 22 profanorum -a (*opp.* fidelium credulitas). Cod. Theod. 16, 7, 7, 3 *apostatarum* etiam post mortem comprobata -a ... plectenda est. Leo M. serm. 3, 3 hanc fidem nec haeretica ... pravitas nec pagana ... *potest* superare -a. 52, 5 *dicens* 'peccavi tradens sanguinem iustum' (*Matth. 27, 4*) in impietatis tuae -a perstitisti, qui Iesum non deum ..., sed ... hominem ... credidisti (*de Iuda ut*: Max. Tavr. 49, 4 *Iudae* -a [*opp.* Petri fides]. *cf. p. 1385, 35*). Max. Tavr. 75, 3 *ut* magis praevaleret ostiaria ad -am *Petri Christum negantis* (*Matth. 26, 34. 69 sqq.*) quam apostolus ad cautelam. Pavl. Petric. Mart. 2, 307 ne cito conversam cernens -a pinum ... meritum *sancti* ... negaret. *al.*

b *ab haereticis schismaticisve* (*a catholicis, sc. e parte Arianorum, l. 60; cf. et l. 70 sqq.*): α *exempla varia*: Cypr. epist. 51, 2 Christi milites non potuisse diu aliena, *sc. haereticorum,* fallacia et -a extra ecclesiam detineri. Hil. c. Const. 24 quidquid ... praeter fidem unam est, -a, non fides est. trin. 1, 23 confesso unigenito deo Christo non unum deum praedicare -a *est* (*syn.* inreligiositas). 6, 30 Christum -a ista non diligit (*sc. Ariani*). Ambr. fid. 1, 19, 123 similem Iudae proditoris Arri quoque fuisse -am (*postea*: qui eundem dominum negaverunt et ... prodiderunt). in psalm. 118 serm. 19, 17 claudat os suum Arriana -a. Rvfin. hist. 5, 27 haereticorum -as confutantes. Avg. in euang. Ioh. 32, 7 *qui* credit in Christum, ... non est credendus accepisse spiritum sanctum? absit, ut ista -a tentetur cor nostrum. c. Fel. 2, 21 quid intersit inter nostram fidem et vestram, *sc. Manichaeorum,* -am. Chromat. in Matth. 35, 3 *Ario* magistro -ae. Epist. pontif. 235 Canon. Turner I 2, 1 p. 285 *Macedoniani* de Arii stirpe venientes non -am mutavere sed nomen. Cod. Theod. 16, 5, 37 Donatistarum desperatio fucata -a. Leo M. epist. 114 Conc.^{S} II 4 p. 71, 9 Nestorii tueri -am, vel ... Dioscori impium dogma defendere. Conc.^{S} I 2 p. 103, 23 haereticae -ae abdicationem (*gr. I 1, 4 p. 8, 24 κακοδοξίας* [*κακίας var. l.*]. *versio altera I 2 p. 105, 3. al.* pravitatis). II 3, 1 p. 145, 16 *Eutychen* haeretica ... aegrotare -a (*gr. II 1, 1 p. 160, 36 τὰ τῶν αἱρετικῶν πάθη*). Dionys. Exig. Conc.^{S} I 5 p. 295, 37 Macedonianae ... maculam -ae (*gr. I 1, 6 p. 151, 17 αἱρέσεως, versio altera I 4 p. 233, 6* haeresis). p. 304, 5 praeter hanc ... fidem alia probatur Nestorii esse -a (*gr. I 1, 4 p. 27, 5 κακοδοξία* [*κενοδ- var. l.*]). Cod. Iust. 1, 27, 1, 3 *Vandali* ipsas quoque dei sacrosanctas ecclesias suis -is maculabant (*postea*: iniurias). Vigil. Thaps. c. Arian. 2, 29 (*loq. Arius*) Athanasius -a caecitatis praecipitatur in profundum. *al.* β *de formula scripta confessionis* (*pauca certiora*): Hil. coll. antiar. p. 170, 3 -am ... apud Sirmium descriptam. Rvfin. apol. Orig. epil. 11 qui *episcopi* Ariminensi -ae subscripserant. Conc.^{S} I 5 p. 97, 12 fide spreta, quam patres Nicaeae ediderunt, fidei alteri, immo vero -ae subscribere (*gr. I 1, 7 p. 97, 6 πίστεως ἐκθέσει, μᾶλλον δὲ ἀπιστίας. melius vertit* Rvstic. Conc.^{S} II 3, 1 p. 212, 15 alterius expositioni fidei, magis autem -ae).

c *ab Iudaeis*: Hil. in Matth. 12, 11 *Pharisaei* pudorem confessionis suae maiore -ae scelere declinant, ut ... confiteri dei *esse opera Christi* nollent *eqs.* trin. 7, 23 eorum te, *haeretice,* intellege esse consortem, quorum in te refers -ae exemplum (*sc. Iudaeorum, cum quibus item comparantur haeretici e. g.* Epist. pontif. 235 Canon. Turner I p. 292 heretici ... in -a Iudaeorum et paganorum inveniuntur. Cod. Iust. 1, 1, 8, 21 quae ... male et Iudaice secundum Nestorii -am denegata sunt). Heges. 5, 2, 1 p. 296, 18 in te, *Iudaea,* conversa est -a tua. Chromat. serm. 21, 3 propter -am synagogae, quae praedicationem Iohannis suscipere noluit. Cassiod. in psalm. 104, 6 l. 137 Iudaei ... contumaces ... -a faciente filii esse noluerunt. Orig. in I reg. 10 p. 19, 7 (*iuxta pos.* incredulitatem). *al.*

2 *negatur fides Iudaica*: Pass. Macc. 4, 20 *Iason omnes* a religione seduxit, ita ut ... doctores in -ae parte congruerent. Svlp. Sev. chron. 1, 25, 6 Hebraeos pro solita -a eventum pugnae non deo, sed virtuti suae daturos. 1, 27, 1 *captivitate* poenas -ae pependerunt (*de idololatria ut*: 1, 42, 2 *Asab* vestigia paternae -ae sustulit). *dicitur de re ab religione aliena*: Pass. Macc. 7, 7 nihil -ae meatum illum faucium contigit (*antea*: nulla profani sacrilegii dape; *cf. gr. μιαροφαγία*).

B *respicitur potius pertinacia, induratio, obstinatio contra deum* (*v. Schmidt, Theol. Wb. NT V 1024 sqq. et Moltmann, RGG VI 1383 sqq.*): **1** *in contextu illustratur duritia vel caecitas*: Cypr. epist. 51, 1 ut *ecclesiae* unitas ... -ae et haereticae pravitatis obstinatione *non* vitietur. Ps. Cypr. adv. Iud. 4, 4 *in Christi morte* Israhel securus duravit; o duritia nova, ..., o -a cruenta. Ambr. obit. Theod. 10 ubi -a, ibi caecitas est (*sim. perit visus caecitate -ae*: Hier. in Ier. 6, 15, 4 quod, qui prius caeci erant -a, postea crediderunt salvatori *eqs. ceterum cf. p. 1387, 22. 60*). Heges. 2, 12, 1 p. 164, 8 *Iosephus* non credidit propter duritiam cordis et -ae intentionem. Greg. M. moral. 29, 56 l. 11 lapides ... duros -a gentiles vocans *Iohannes* (*sc. Matth. 3, 9*). l. 21 *ut* Iudaeae populus -ae torpore duresceret. Isid. nat. 35, 2 figuraliter ... grando -ae duritia est torpore malitiae frigida. *al.* **2** *pertinacia ipsa voce q. e. -a exprimitur*: Cypr. epist. 69, 15 (*spectat ad exod. 7, 13 sqq.*) *Pharao* diu reluctatus et in sua -a demoratus tam diu resistere potuit ..., donec *eqs.* Heges. 5, 43, 2 p. 391, 5 nec adhuc tamen Iudaei -am deponebant, quae causa maioris exitii fuit; nam cum animi multorum inflecterentur, ut se ... Romanis traderent *eqs.* (*opp.* si voluissent credere). Rvfin. Orig. princ. 1 praef. 4 Iesum Christum primo ... vocaturum Israel, secundo ... etiam gentes post -am populi Israel (*nisi ad A1c*). Sacr. Leon. 680 *Stefanus* -am destruens Iudaeorum (*idem fere* 686. *spectare vid. ad act. 7, 51* dura cervice *eqs.*).

deriv.: perfidiabilis, perfidians, perfidiosus.

perfidiābilis, -e. *a* perfidia. *i. q. perfidiam efficiens*: Greg. Tvr. vit. patr. 1, 1 p. 664, 22 *diabolus* metuit, ne, unde ille -is corruit, genus humanum fide nobilitatum ascendat (perfidia vilis *cod. unus*).

perfidiāns, -antis *adi.* *a* perfidia; *cf. e. g.* parricidans. *i. q. falsam fidem habens, in perfidia manens*: Greg. M. in Ezech. 1, 7, 13 quod Stephanus Iudaeis -antibus diceret, 'vos semper spiritui sancto restitistis' (*act. 7, 51*; -fida- *pars codd.*).

perfidiēs *v.* perfidia *p. 1384, 8.*

perfidiōsus, -a, -um. *a* perfidia. Prisc. gramm. II 138, 26 (*inter denominativa in '-osus' desinentia*) perfidiae -us. *compar. l. 59, superl. l. 56, cf.* tam -us *l. 54.* *de notione v. p. 1389, 14 sq.* *legitur inde a* Plavto, Rhet. Her., *sed raro excepto* Cic. (*decies*). [*confunditur c.* perfidus *l. 48.*]

i. q. plenus perfidiae, perfidus: **1** *de hominibus* (*de oppido l. 49, de deo* Plavt.): **a** *qui (semper) fidem frangunt, fallunt*: Plavt. Cist. 72 -us est Amor. :: ergo in me peculatum facit. Rhet. Her. 2, 3, 5 *accusator reum* demonstret conruptorem, -um (perfidum *var. l.*). 4, 15, 22 -ae Fregellae. 4, 18, 25 quem in amicitia -um cognoveris, *eqs.* (*opp.* cum fide). Cic. Quinct. 26 necesse est iste, qui amicum, socium, adfinem ... spoliare conatus est, vanum se et -um et impium esse fateatur (*de Naevio ut*: 56 audacem, cupidum, -um. *in serie simili*: Cluent. 70 [*de iudice corrupto*] audax, callidus, -us. Pis. 66). div. in Caec. 58 utrum te -um an praevaricatorem existimari mavis? Verr. II 1, 42 (*de Verre*) tam -um, tam importunum animal. de orat. 2, 297 improbi esse hominis et -i, dicere quod ... noceret ei, pro quo quisque diceret. nat. deor. 3, 80 cur omnium -issimus C. Marius Q. Catulum praestantissuma dignitate virum mori potuit iubere? Tac. ann. 16, 32, 3 *testis* animo -us subdolus, avaritiam ac libidinem occultans. Ambr. epist. 9, 62, 17 nec muliere aliquid -ius. Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 3, 372 p. 726 *si quis* depositum hominis surripuerit ..., pessimus ... ac -us habetur (*gr. ἄπιστος*). **b** *qui deo non fidunt*: Ivvenc. 2, 433 devitate itiner, quod gentes -ae et Samaritarum fraudis vestigia calcant (*cf. 438* sancta fides, *1, 650* gentibus infidis; *sec. Matth. 10, 5* viam gentium).

2 *de rebus, quae modo perfido fiunt vel parantur*: -um est *c. inf.*: Cic. Q. Rosc. 16 aeque ... -um et nefarium est fidem frangere ... et pupillum fraudare ... et socium fallere. *cetera*: Cic. fam. 3, 10, 7 nihil in me ... -um et insidiosum et fallax in amicitia ... debes agnoscere. Hyg. astr. 2, 17, 3 *servi Arionis* arbitrati plus in -a libertate commodi quam in placida servitute esse *dominum in mare proiecerunt.*

adv. **perfidiōsē.** *compar.* Svet. *i. q. modo perfido, cum perfidia, inique*: Plavt. Amph. 72 *si* adeo aediles -e (*sc. pretio adducti*) cui *histrioni palmam* duint (*80* si illis fides est, quibus est ea res in manu). Curc. 719 hercle istam rem iudicasti -e. Vid. 61 *nihil* -e ... agere (*antea*: quasi sequestro detis). frg. inc. 15 -e captus ... nervo (*i. vinculo*) cervices probat. Rhet. Her. 1, 5, 8 si quid *adversariorum* ... spurce, superbe, -e ... factum

[Oshiba]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

proferemus (Cic. S. Rosc. 118). Svet. Aug. 21, 2 aut crebrius aut -ius rebellantis *barbaros ulcisci.* Vir. ill. 85, 2 *M. Antonius* Augustum -e tractavit.

perfidium *v. p. 1384, 10.* **[perfido,** -ere *v. p. 1384, 4.***]**

⁂perfidus, -a, -um. [*a* per *et* fides; *locutio* per fidem *cum verbis fallendi iuncta (v. vol. VI 1, 674, 67 sqq.) in malam partem mutata est; v. Ed. Fraenkel, Kleine Beiträge I, 1964, 25 sq. Fo.*] Not. Tir. 34, 55[a]. *compar. deest, superl.* -issimus Firm. math. 1, 7, 37 Amm. 16, 12, 25. *al.; cf.* -us multum *p. 1390, 25,* tam -us *p. 1390, 2. 1391, 62. dub. an huc spectet* Qverol. p. 6, 15 bene -us. i *brevem testatur* Prisc. gramm. III 465, 26. *de notione*: Diom. gramm. I 411, 9 (*inter compos. quorum significatio praepositione diminuitur; sim.* Prisc. gramm. III 38, 14). Isid. orig. 10, 222 -us, quia fraudulentus est et sine fide, quasi perdens fidem. Frg. Bob. gramm. VII 543, 9 -us est qui fidem frangit aliquotiens, perfidiosus qui omnino caret fide (*sim. disting.* perfidiosus: Gloss.[L] III Abstr. pe 61 sq. *al.*). Gloss. *ἄπιστος. ἀγνώμων. ἀπόκροτος.* fraudulentus, sine fide, periurus, scelestus. *legitur in oratione soluta inde a* Cic. (*ter*), Liv. (*quater*), *apud Christianos inde a* Cypr. (*27[ies]; in script. sacris non invenimus nisi l. 62 infra*), *saepius in poesi inde a* Catvllo (*quater*), Verg. (*septies*), Hor. (*decies*), Prop. (*novies*), Ov. (*31[ies]*); *in dactylis non nisi formae* -us, -e (*persaepe*), -a (*nom./voc. sg. f., nom./acc. pl. n.*). *ceterum cf.* infidus (*vox levior, quae deest* Catvllo, Mart. [-us *novies*]), infidelis. [*confunditur in codd. cum* perfidia Vell. 2, 102, 1 Val. Max. 5, 3, 3. *al.,* fervidus Lvcan. 5, 415, perditus Chromat. in Matth. 35, 1 (*cf. p. 1390, 25*), perfidiosus Rhet. Her. 2, 3, 5, pessime Ov. Ib. 130. *e coni. dub.* Sall. hist. frg. 3, 82 (*cf. Arus. gramm. 343*).]

i. q. fidem non servans, non colens (*gr. respondet ἀπειθής l. 74. p. 1391, 62. pendet praepos.* erga *p. 1390, 72,* circa *p. 1391, 65 sq.,* apud *p. 1390, 15 sq., gen. respectus p. 1390, 48, dat. p. 1390, 2. 10. 25. 28. 1392, 24. 25* [*cf.* Prisc. gramm. III 301, 23 '-us' ... 'isti' et 'ad istum'], *abl. p. 1391, 35. 37. ponitur saepe pro subst., sc. masc. l. 40 sq. 44. 50. p. 1390, 12. 14. 55. 1391, 53 sq. al., fem. p. 1390, 19. 27. al., neutr. p. 1391, 14; pro adv. sub IC*): **I** *usu originario de eis, qui (quae) fidem non praestant, laedunt, rumpunt* (*respicitur maxime fides hominibus praestanda; haud raro vi attenuata fere i. q. fallax, mendax vel ingratus sim., ut aetate posteriore quaedam etiam ad II spectare possint, e. g. infra l. 64. 70 sqq.*): **A** *de animantibus eorumve coetibus*: **1** *de hominibus*: **a** *quibuslibet* (*exempla selecta inde ab* Ov.): Cic. p. red. ad Quir. 21 ulciscar ... -os amicos nihil credendo. off. 3, 60 omnes aliud agentes, aliud simulantes -i, improbi, malitiosi *sunt* (*sim. in sententia generali*: Sen. Oed. 686 aditum nocendi -o praestat fides. dial. 4, 28, 7 et fidei acerrimus exactor est -us. Symm. rel. 3, 5 [*de periuris*] *nullus* -is tutus est locus). Att. 4, 3, 5 *Milo* numquam ... cuiusquam invidi et -i consilio est us⟨ur⟩us. Catvll. 30, 3 Alfene ..., iam me prodere, iam non dubites fallere, -e? (*sim. compellatur amicus improbus*: Prop. 2, 34, 9 Ov. Pont. 4, 3, 17). Hor. epod. 9, 10 *Sex. Pompeius vincla* detraxerat servis amicus -is. sat. 1, 1, 29 -us ... caupo. carm. 3, 7, 13 *impulit* Proetum mulier -a credulum falsis ... criminibus nimis casto Bellerophontae maturare necem (*nisi ad b*). ars 124 sit ... -us Ixion. Ov. am. 1, 14, 40 anus ... -a. met. 6, 539 (*Philomela ad Tereum*) quin animam hanc, ... -e, ... eripis? Ib. 130 spe ... tuae mortis, ˹-e˺, semper alar (*cf. 85* capiti male fido. ˹ ˺ pessime *var. l.*). Germ. 534 -a Colchis (*sc. Medea*). Sen. Med. 775 vectoris ... -i (*i. Nessi; cf. p. 1391, 28*). dial. 6, 22, 5 in monumentis maximi imperatoris consecrari -um militem (*sc. Seianum*). Cvrt. 5, 12, 1 -i hominis insidias. Lvcan. 9, 1061 *Fortuna* te, *Caesar,* non passa est misereri, -e, Magni viventis. Stat. Theb. 3, 1 Aoniae moderator -us aulae (*de Eteocle ut*: 11, 569 -e. *v. etiam p. 1391, 11. 27*). Qvint. inst. 12, 9, 15 (*de oratore*) in suscepta causa -i ac proditoris est, peius agere quam possit. Ivv. 9, 82 (*cliens ad patronum*) ingrate ac -e (Ps. Avr. Vict. epit. 48, 12 *dominantes* -os et i.). Plin. epist. 2, 20, 5 (*de captatore*) hominem nequam, -um ac plus etiam quam periurum. Apvl. met. 5, 11, 4 (*de sororibus Psyches*) -ae lupulae. Vet. Lat. II Tim. 3, 3 (Vigil. Thaps. c. Eutych. 5, 1) erunt homines ... ˹-i sine fide sine affectu˺ (*gr. ἄστοργοι, Vulg.* sine affectione). Firm. math. 1, 3, 5 divinam scientiam proditoris animo -us accusator impugnat. 8, 9, 1 inreligiosus et -us (*cf.* 8, 19, 5 -i inreligiosi periuri). Qverol. p. 6, 6 uni ... fraudulento et -o (*de eodem*: p. 6, 15. 51, 10 furem ac -um. *al.*). p. 49, 3 agelasto illi et -o fidem accommodavi. Amm. 18, 3, 6 proditor erat et -us. 25, 6, 6 *Romanos* incessebant ut -os et ... principis peremptores. Prvd. apoth. 454 non -us orbi (*v. p. 1392, 24*). perist. 10, 879 (*praefectus de martyre, cf. p. 1392, 21*). Cod. Theod. 7, 1, 10 (*de militibus*) occultatores -os. Leo M. serm. 60, 4 -us Iudas inebriatus veneno *avaritiae* (*ad eundem*: Sedvl. carm. pasch. 5, 60 rebellis, -e, crudelis, fallax ... traditor immitis. hymn. 1, 23 sq. -e *Pharao,* corde peris, dum vastant omnia plagae: dum cessant plagae, -e *Iuda,* corde peris). Pass. Petr. Paul. long. 31 -us Simon ([*gr. ἀπειθέστατος*]. *de eodem Pseudochristo*: 33 hominem -um et desperatum magum maleficum. *cf. gr. ἀπονενοημένον. v. etiam p. 1391, 61*). *al.* mihi -us *de eo, qui sibi ipsi non constat, parum fidelis est*: Priscill. tract. 3, 64 *hoc* credo ... nec tam -us mihi sum, ut *a sententia mea recedam.*

b *de amantibus, coniugibus* (*v. et p. 1389, 47*): α *qui amantem deserunt, alio amore decipiunt sim.*: Catvll. 64, 132 sq. sicine me patriis avectam, -e, ab oris, -e, deserto liquisti in litore, Theseu? ([*cf. 135* periuria]. Aetna 583 [*nisi spectat ad fidem erga patrem*]. Ov. fast. 3, 473 periure et -e Th.! *de eodem*: Catvll. 64, 174 -us ... navita [*cf. l. 23*]. Ov. epist. 4, 59 -us Aegides. ars 1, 536 -us ille. fast. 3, 464 Prvd. c. Symm. 1, 137. *cf. p. 1391, 17; de eius filio*: Cvlex 132 sq. -e [-a *trad.*] multis, -e Demophoon. Ov. epist. 2, 78 heredem patriae, -e, fraudis agis. rem. 597). Verg. ecl. 8, 91. Aen. 4, 305 dissimulare etiam sperasti, -e, tantum posse nefas tacitusque mea decedere terra? (Serv. auct.: muliebre verbum. *item de Aenea*: 4, 366 -e [Serv. amantum verbo eum increpat]. 4, 421 -us ille. Ov. epist. 7, 79. 7, 118. Clavd. Don. Aen. 6, 455 p. 566, 22 ab homine apud Didonem -o. 6, 460 p. 567, 13 apud superos -us). Tib. 1, 8, 63 *puella* cum promittit, subito sed -a fallit. Lygd. 6, 55 sq. -a, *non* merito nobis ..., -a, sed, quamvis -a, cara tamen. Prop. 1, 11, 16 solet amoto labi custode puella -a communes nec meminisse deos. 1, 13, 3. 2, 5, 3 dabis mihi, -a, poenas (*de Cynthia ut* 2, 9, 28. 2, 18, 19). 4, 7, 13 (*umbra Cynthiae ad poetam*) -e nec cuiquam melior sperande puellae. Ov. am. 3, 3, 10 mentita est *Corinna* -a saepe mihi. epist. 12, 37 -e (*Medea ad Iasonem; de eodem*: Sen. Med. 916 -o ... hosti. Drac. Romul. 10, 294 -us ... nauta. 10, 553). 20, 113. met. 7, 742. Phaedr. app. 29, 1 meretrix -a (Romvl. fab. 60, 1 rec. vet.: m., quae erat -a multum multis [*sim.* rec. gall., *rec. W* perdita multis]). Sen. Ag. 117 femineos dolos, quod ulla coniunx -a *ausa est.* Apvl. met. 9, 26, 1 illam -am, illam impudicam *eqs.* Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 170, 27. Op. imperf. in Matth. 32 p. 802[C] non potest deo esse fidelis, qui uxori suae -us est. β *cetera exempla*: Lvcan. 8, 652 hoc merui, coniunx, in tuta puppe relinqui? -e, parcebas? (*verba Corneliae ut*: 9, 100 exsolvi tibi, Magne, fidem, mandata peregi; ... vixi, ne mihi commissas auferrem -a voces). Sil. 6, 518 (*loq. uxor Reguli*) promissa fides thalamis ubi, -e, nunc est? Stat. Theb. 4, 193 -a coniunx dona viro mutare velit (*de Eriphyle ut*: Drac. laud. dei 3, 418 -a ... uxor). *al.*

c *de hospitibus, sociis*: Verg. Aen. 7, 362 *me* relinquet ˹-us alta petens˺ abducta virgine praedo (*Amata de Aenea;* ˹ ˺ *obscene vertit* Avson. 359, 5 p. 216). Hor. carm. 1, 15, 2 pastor cum traheret ... Helenen -us hospitam (*de Paride ut l. 40*). Liv. 1, 12, 8 *nos Sabini* vicimus -os hospites ([*cf. 1, 9, 13* per fas ac fidem decepti]. Val. Max. 1, 6, 8. Drac. Romul. 8, 507 pastor, -us hospes). 4, 32, 12 ruptores indutiarum, ... -os socios (Val. Max. 2, 7, 12). Val. Max. 9, 6, 3. Sil. 13, 99 (*de Capua*) cur -a ... post foedera rupta ... stat adhuc? 15, 321 -a ... urbs (*sc. Tarentum*). Amm. 29, 5, 17 Drac. laud. dei 3, 445.

d *de hostibus, barbaris*: Verg. Aen. 10, 231 -us ... Rutulus (*sc. Turnus.* Serv.: qui post foedus bella commovit). Hor. carm. 3, 5, 33 *Regulus* -is se credidit hostibus (*item de Poenis vel Hannibale*: carm. 4, 4, 49 -us Hannibal [Avson. 418, 54 p. 287]. Ov. fast. 3, 148 -e Poene [6, 242]. Sil. 1, 5 sacri ... -a pacti gens Cadmea. 6, 681 -a ... manus. 9, 116. 11, 96 -a ... Carthago. Avg. civ. 3, 20 p. 130, 25 a -o. *v. etiam p. 1391, 11. 12. 18. 25 sq. nec non Otto, Sprichw. n. 1490*). Ov. met. 13, 246 -a Troia (Avson. 224, 6 p. 75. *cf. p. 1391,28 et* Clavd. Don. Aen. 7, 360 p. 59, 22 -ae gentis). trist. 4, 2, 33 -us hic nostros inclusit fraude locorum (*sc. Germanus* [*de clade Variana cf. p. 1386, 4 sqq.*]. *cf.* Pont. 3, 4, 97 -a ... Germania. Mart. 7, 7, 4 -ae gentis. Tac. hist. 5, 16, 2 -um ignavum victum hostem. ann. 2, 13, 1 -os et ruptores pacis). Liv. 9, 3, 2 Romano in -um Samnitem pugnanti. Lvcan. 8, 425 -a Susa. Heges. 5, 29 p. 368, 11 versa in perniciem -is *Iudaeis* perfidia sua. Amm. 22, 7, 8 Gothos saepe fallaces et -os (*cf.* Salv. gub. 7, 64 Gothorum gens -a ..., Alanorum ... minus -a; ... *Afri sunt* -issimi). *al.*

2 *de deis* (*cf. p. 1391, 3. 13*): Sil. 4, 643 (*Scipio ad genium fluminis*) magnas, o Trebia, ... mihi, -e, poenas exsolves. Stat. Theb. 6, 197 (*loq. pater pueri mortui*) alio tibi, -e, pacto, Iuppiter, hunc crinem voti reus ante dicaram. Clavd. Don. Aen. 11, 40 p. 413, 7 cur tu, *Pallas,* obiectus es -ae? (*sc. Fortunae, postea*: fallaci. *cf. p. 1391, 42*).

3 *de animalibus*: Mart. epigr. 10, 1 laeserat ingrato leo -us ore magistrum. 2, 75, 9 (*ad leonem mansuetum, qui pueros trucidavit*) crudelis, -e, praedo. Apvl. met. 3, 27, 1 equi -i. Clavd. 28, 264 -a ... examina *apium fugacium.* Avian. fab. 30, 6 *sus* -us, *sc. campum iterum vastans.*

B *de rebus*: **1** *quae pertinent ad animantes fallaces* (*per prosopop. p. 1391, 16 sq.; saepius res pro persona ponitur, e. g. p. 1391, 2 sqq. 25; de qualitate hominis p. 1391, 12*): **a** *de partibus corporis, animo sim.*: Hor. carm. 2, 8, 6 obligasti -um votis caput (Val. Max. 6, 8, 4 -um erga te, *Caesar,* c. [*sc. C. Cassium*]). Ov. met. 13, 561 *Hecuba* digitos in -a lumina *Polymestoris* condit (*cf.* Phaedr. app. 28, 14 oculis ... -is *pastoris, qui leporem venatori nictando prodidit*). Ib. 170 -a corda (Val. Fl. 5, 289 regis

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Aeetae. cf. Liv. 35, 31, 13 ingrati ac -i animi). Mart. 7, 24, 2 (*ad calumniatorem*) quid non audebis, -a lingua, loqui? (Avian. fab. 2, 8 -a l. *testudinis*). 9, 101, 17 *Domitianus* cornua Sarmatici ter -a contudit Histri (*sc. genii fluminis*). Rvt. Nam. 1, 142 submittant trepidi -a colla Getae. **b** *de actionibus, verbis sim.*: Hor. carm. 2, 17, 9 non ego -um dixi sacramentum (*in imagine militis.* Porph. -um ius iurandum). Ov. rem. 722 -a verba (*i. litteras puellae; de mercatore*: fast. 5, 682 periuria ..., -a verba). Vell. 2, 102, 1 M. Lolli ... -a et plena subdoli ... animi consilia. Sen. Ag. 887 mortifera vinctum *Agamemnona* -⟨a⟩e tradit neci induta vestis. Sil. 12, 476 colloquium et promissa ... -a gentis Lucanae. 15, 816 Hannibal, ... i, duplica nunc -a bella (Stat. Theb. 10, 593 *Eteoclis*). Mart. 4, 14, 3 periuria barbari furoris ... -osque astus Hannibalis levisque Poenos. Fronto p. 238, 10 -um facinus. Arnob. nat. 5, 44 *Iuppiter* se pellax fraude induit -a (*sc. imbri aureo*). Symm. rel. 13, 3 -ae sponsionis. Amm. 17, 10, 9 -um quicquam *agere. al.* **c** *de rebus variis*: Prop. 1, 16, 43 (*amator ad ianuam*) ante tuas quotiens verti me, -a, postes! Ov. epist. 10, 58 (*loq. Ariadna*) -e, pars nostri, lectule, maior ubi est? fast. 2, 226 (*ad Fabios*) simplex nobilitas, -a tela cave! fraude perit virtus (Sil. 2, 655 gentis Sidoniae. Opt. Porf. carm. 14, 13 fallax, en, -a t. fugarum Parthus deposuit. *cf.* Ov. fast. 4, 380 -a ... arma Iubae). Val. Max. 5, 3, 3 *cliens patronum profugum* a sacris -[i]ae mensae ... avulsum ... victori iugulandum tradere non exhorruit. Sen. Ag. 570 *Nauplius per insidias* in saxa ducit -a classem face. Lvcan. 8, 539 -a qua tellus Casiis excurrit harenis et vada testantur iunctas Aegyptia Syrtes (*et ad perfidiam Aegyptiorum et ad pericula vadorum spectare videtur, ut pertineat simul ad 2*). Sil. 10, 248 agit qua -us ensis (pervius *trad., em. Delz* ensis *pro* miles *intellegens*). 17, 58 litora Agenoreae ... -a terrae. Stat. Theb. 11, 677 -a regna *Thebarum.* silv. 1, 3, 85 iuga -a Circes. Ach. 1, 872 sine -a palleat Ide (*v. p. 1390, 50*). Mart. 9, 65, 8 Nessi -a dona. Anth. 58, 1 -a nox Danai (*item* 58, 2). *al.*

2 *quae ipsae per se sunt fallaces, dubiae, periculosae*: **a** *corporeae*: Verg. Aen. 12, 731 -us ensis frangitur in medioque ardentem deserit ictu (*cf. l. 25. sim. de capulo ensis fracti*: Prvd. psych. 149 ebur infelix ... *et* -a signa). Prop. 4, 4, 49 lubrica tota via est et -a (*postea*: fallaci ... limite). Sen. Med. 302 qui freta primus rate tam fragili -a rupit. Mart. 12, 48, 14 Vaticani -a vappa cadi. Flor. epit. 3, 4, 5 -um glacie flumen (Amm. 15, 10, 5 valles ... g. -ae). Tract. in Luc. 5, 1 palus ... periculosa navigio, ... naufragio -a. Rvric. epist. 2, 13 aestus ipsius -i ... et amari ⟨mari⟩s (*in imagine de rebus humanis, ut simul ad 1c pertineat; cf.* Arator ad Vigil. 10 -a mundani desero vela freti [*simul ad IIB2 referre possis*]). **b** *incorporeae*: Lvcan. 5, 415 -a (fervida *var. l.*) nubiferi ... inconstantia veris. Anth. 931, 15 -a felices ostendit regula divos (*si recte trad. et carmen genuinum est*). Opt. Porf. carm. 30, 1 Fortuna ..., res -a (*cf. p. 1390, 64*).

C *acc. sg. neutr. pro adv.*: Hor. carm. 3, 27, 67 aderat querenti *Europae* -um ridens Venus.

II *usu secundario de eis, qui (quae) fidem deo vel Christo denegant sive omnino non fidentes sive a recta fide dissidentes* (*aliter l. 61; notio sub I descripta immisceri videtur maxime l. 65 sqq.; respicitur pertinacia sim. [v. p. 1388, 10] maxime l. 62. p. 1392, 26. 47. 1389, 72, cf.* Gloss. II 238, 4 *ἀπόχροτος*: -us, rigidus): **A** *de animantibus*: **1** *de hominibus vel coetibus eorum*: **a** *generatim*: Cypr. epist. 76, 5 *est* culpa gravissima -orum non credere *deo.* mortal. 6 tu mente incredula -us fluctuaris? 15 datur ... tutela fidentibus, -is poena (*cf.* Max. Tavr. 23 regnum credulis, -is poenam). Hil. in Matth. 26, 5 (*opp.* sancti). Lvcif. non parc. 19 l. 30 nequam ... ac -os. Gavdent. serm. 19, 2 robustis in fide mentibus ..., dubiis, -is (*nisi ad B1*). Ambr. fid. 1 prol. 5 toto orbe subactis -is. spir. 3, 17, 126 (*opp.* fideles; *sim.* Sedvl. hymn. 1, 84). Ambrosiast. in I Cor. 1, 9 diffidentes et -i. Pavl. Nol. carm. 24, 126 perisse Christianum neminem et interisse -os. Avg. serm. 215, 6. Chromat. in Matth. 23, 2, 3 hominibus -is ac blasphemis. Greg. Tvr. Franc. 1 praef. p. 1, 6 (*opp.* devotis). *al.* *spectat ad fidem erga Pseudochristum*: Pass. Petr. Paul. long. 17 Nero ad Petrum ait: quare tam -i estis vos vel genus vestrum? (*gr. ἀπειθεῖς. cf. p. 1389, 74*).

b *cum certo respectu*: **α** *de Iudaeis* (*aliter p. 1390, 57*): Cypr. Fort. 7 Iudaicus populus ... circa deum -us et ingratus (patient. 19 circa beneficia divina. Max. Tavr. 2, 2. *cf.* populus -us: Cypr. patient. 10 Lvcif. non parc. 34 l. 53). Ps. Cypr. adv. Iud. 3, 1 -i coloni. Heges. 5, 16, p. 326, 19 *rex Israhel* -us non credebat (*antea*: neglegens circa dei cultum). Chromat. in Matth. 44, 1 -i scribae. Sacr. Gelas. 414 (*sim.* Greg. 79, 15 [352 D.]) oremus et pro -is Iudaeis. Max. Tavr. 49, 2 *Christus* spernit synagogam -am, fidelem adsumit ecclesiam (Arator act. 1, 981). Sedvl. carm. pasch. 5, 144 iura dei gens -a *vitat* ([impia *var. l.*]. Greg. Tvr. Franc. 8, 1 p. 370, 20 genti Iudaicae malae et -ae et subdolo semper sensu viventi). Alc. Avit. carm. 4, 573 nescis, Iudaee, fidem servare magistro; ... violasti, -e, pactum. Pallad. hist. mon. II 9 -issimi nostrae fidei aemuli Iudaei. *al.* **β** *de haereticis vel schismaticis*: Cypr. epist. 43, 4 per minas et per insidias -orum. 52, 2 p. 617, 22 (*de Novato*) quasi haereticus ... et -us (Avell. 2, 2). 72, 2 si qui presbyteri aut diaconi ... -i ac rebelles contra ecclesiam steterint. unit. eccl. 8 p. 216, 15 sic sceleratus et -us ..., ut ... audeat scindere unitatem dei. 12 p. 221, 15 (*opp.* fidelibus). 17 p. 226, 5 pro fide *est* -us. Optat. 6, 8 p. 155, 23 ex fidelibus -i *facti sunt.* Lvcif. Athan. 1, 38 l. 41 a -is atque inconsideratis. Epist. pontif. 216 Lucif. epist. 8 l. 28. Prvd. ham. 1 -e Cain, divisor blaspheme dei (*ad Marcionem; de eodem*: Carm. adv. Marc. 1, 29. 3, 299 loquens latebrosa -us arte). Chromat. in Matth. 31, 2, 2 per pravam fidem ... nequam et -us doctor. Cod. Theod. 16, 5, 15 diversarum -arumque sectarum. Leo M. epist. 50 Conc.^{S} II 4 p. 21, 23 ut pro catholicae fidei defensione -orum nequitiae resistatis. Epist. pontif. 620 Schwartz p. 53, 26 reiectis contagiis -orum (*postea*: haereticorum tabe depulsa). Sacr. Leon. 296 (*sim. al. ibid. et* Greg. 129, 6 [599 D.]) *ecclesia* nulla recipiat consortia -orum. Marcell. chron. II p. 77, 430, 3 Nestorius ... -us antistes. *al.* *de catholicis apud haereticos*: Pallad. c. Ambr. fol. 339^{r}, 49 inter -os et fideles. Petil. Aug. c. Petil. 2, 48, 113. **γ** *de aliis infidelibus*: Cypr. Demetr. 24 p. 368, 14 quae *erit in iudicio* maestitia -orum noluisse ... prius credere (*item de gentilibus*: Prvd. cath. 11, 37. perist. 5, 88 *Christi* regnum tremendum -is. 5, 413. 10, 818 -e [*martyr ad praefectum, cf. p. 1389, 69*]). epist. 65, 3 ne contractare ulterius perseverarent ... fidem -i (*de lapsis sim. ut*: laps. 33 apostatis ac -is). Prvd. apoth. 454 -us ille deo, quamvis non -us orbi (*sc. Iulianus* [*antea*: consultor patriae, sed non consultor habendae religionis]. *de eodem*: Facvnd. defens. 4, 2, 61 Christo -us imperator). cath. 5, 61 hostis dirus adest cum duce -o (*sc. Pharaone*). *al.*

2 *de diabolo, daemone*: Hil. in Matth. 2, 3 *diabolus* in hominis transgressione fuit -us (*antea*: infidelis). Ps. Hil. hymn. 1, 19 *nostra corpora* ne rapientis -i diris pateant fraudibus. Prvd. cath. 3, 111 draco -us indocile virginis *Evae* inlicit ingenium ([*126* auctor ... doli]. Sedvl. carm. pasch. 2, 7 sq. [*ad Evam*] noxia tu coniux, magis an d. -us ille? -us ille d.). Qvodv. prom. 1, 22, 30 -us apostaticusque angelus. Ven. Fort. Mart. 2, 163 -us ... hostis. 2, 180 -us ... anguis. Arator act. 2, 388 vocem ... fidelem -us auctor habet (*i. Python, daemon Pythonissae*). *al.*

B *de rebus quae ad homines -os pertinent*: **1** *de mente sim.*: Cypr. eleem. 12 quid facit in domo fidei -um pectus? Heges. 5, 32 p. 373, 11 -as mentes *Iudaeorum* (Chromat. in Matth. 35, 1 *haereticorum* [perditae *var. l.*]. Comm. instr. 1, 28, 3 subdola mens ..., -a. Cod. Theod. 16, 5, 25, 1 Eunomianorum. *cf. p. 1391, 55 sq.*). Ps. Tit. epist. l. 125 animae -⟨a⟩e. **2** *de variis rebus*: Cypr. epist. 59, 18 p. 688, 17 *haeretici* verbis -is ... peccant (laps. 35 *deum* v. -is abnuisti). 73, 6 aqua mendax et -a (*antea affert Ier. 15, 18* aqua mendax non habens fidem, *quod refert ad baptismum haereticum*). unit. eccl. 5 rec. TR nemo fidei veritatem -a praevaricatione corrumpat. 14 p. 223, 2 -a dissensione (Vita Fulg. Rusp. p. 51). Vigil. Trid. ad Simplic. 2 l. 47 -a (*i. superstitiosa*) dierum observantia. Prvd. apoth. 433 Atlantis pridem plaga -a Mauri. Ps. Avg. vit. christ. 13 -us ignorantiae error (Orient. carm. app. 3, 40 *Iudaeorum* cor durum et -us e.). Chromat. in Matth. 55, 3 per pravam et -am doctrinam *haereticorum* (56, 4 per -am atque infidelem d.). *al.*

adv. **perfidē.** [*confunditur cum* fervidae (*falsa var. l.* Sen. Herc. O. 1788), per fidem Firmil. (*falso corr.* Caes. Gall. 1, 46, 3. *restit.* Salv.). *vix recte trad.* Sen. Ag. 887, *v. p. 1391, 9.*] *i. q. modo perfido, sine fide* (Gloss.^{L} I Ansil. pe 710 -e: sine fide): Sen. contr. 9, 3, 11 *patrem filios* crudeliter exponentem, -e recipientem (*postea*: vult ... eripere). Gell. 20, 1, 54 pactum ... -e ruperat. Tryph. dig. 26, 7, 55, 1 tutores *rem pupilli furantes* ... videntur ... -e agere. Vlp. dig. 44, 4, 4, 13 *aequum est* ex eo, quod -e gestum est, actorem nihil consequi. Firmil. Cypr. epist. 75, 20 de fratribus ... -e ... loquentibus. Salv. gub. 2, 5 aspicere dei vultum -e negas.

deriv.: perfidia. *compos.*: comperfidus. *Oshiba.*

perfigo, -fixi, -fixum, -ere. *a* per *et* figere. [*confunditur in codd. cum* praefigere, *v. vol. X 2, 633, 60 sqq.; vix huc* perfixit *p. 1364, 61.*] *i. q. penetrando figere, transfigere*: Lvcr. 2, 360 *mater* desiderio -xa iuvenci *immolati* (*item -itur animal affectu*: 3, 305 *natura boum placida non* torpet telis -xa pavoris). 6, 350 *fulmen* incolumis ... venit per res atque integra transit multa ...; multaque -it, cum corpora fulminis ipsa corporibus rerum inciderunt (*si vera lectio*; perfrigit, -fregit *var. ll.*, perfringit *Marullus. item de fulmine*: 6, 392 *cur dei scelestos non puniunt,* icti flammas ut fulguris halent pectore -xo?). Tab. devot. Audollent 250 B 17 (*Carthag., saec. III*) cito depremite defigite -ite consu⟨mite⟩ *bestiarium.* *addas* perfixi, *quod sine contextu in inscr. pariet. Ostiensi graphio scripta exstare indicat Solin per litteras.*

?**perfilis:** *μακροσκελής* Gloss.^{L} II Philox. pe 144. *obscurum* (petilis *Vulcanius* [*v. Thes. gloss.*]).

perfindo, -ere. *a* per *et* findere. *i. q. findere sulcos perducendo*: Prisc. periheg. 180 *nomades* ignaros terras -ere rastris (perfundere,

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

proscindere *var. ll.; gr. 190 οὐ γὰρ γειομόροιο τομὴν ἐδάησαν ἀρότρου*).

perfines perfringas FEST. p. 205 (*fort. e* CARM. Sal., *sc.* 4, 11). [*si forma et notio recte traduntur*, per-fināre* *statuendum est coniungendumque cum radice indogerm. prisca* *bhiə *'caedere', quam servant et hibern. vet.* benaid (*item cum praes. nasali q. d.*) *et slavon.* biti. *v. Ernout-Meillet* [4]*1959, 498. Fo.*]

perfinio, -ītum, -īre. *a* per *et* finire. [*edebatur olim pro* praefinire LVCR. 1, 618.] *fere i. q. penitus finire sim.* (*absolute et vi praeverbii evanescente* IREN.): IREN. 1, 16, 2 l. 31 incipiens ... quis ab *a* et -ens in *η* per numeros litterarum ... inveniet *eqs.* (*gr. τελευτῶν εἰς*). LVCIF. non parc. 19 l. 56 videamus ..., si apostoli praeceptis ... inimicorum temperaverint, an ea, quae implenda susceperant, instantissime fuerint -entes (prae- *Tilius; spectat ad act. 5, 40 sqq.*). LEX Visig. 2, 3, 8 *si quis* causam ... per suam instantiam ad fines usque legitimos perduxisse *dinoscitur,* et tamen ... casu intercedente necdum -ta (finita *var. l.*) res aut exacta remansit *eqs.*

deriv.: perfinitio.

perfīnītio, -ōnis *f.* *a* perfinire. *i. q. actio perfiniendi*: CANON. Tuner II p. 290 rec. II propter ecclesiasticas necessitates et ⌞quaerellarum -es⌟ (*rec. III* controversias dissolvendas, *p. 291 rec. IV* absolutiones earum rerum, quae *eqs., sim. rec. V; gr. Mansi 2, 1316*[E] *τὰς τῶν ἀμφισβητουμένων διαλύσεις*).

perfino *v.* perfines.

perfirmo, -āre. *a* per *et* firmare. *i. q. absolute, usque in finem firmare*: REGVLA mag. 79, 23 hospites, qui diu persistando fideliter ... indicaverint se monasterio -are (*opp. 79, 29* si non se voluerint firmare; *cf. e. g. 87, 28* se firmare monasterio).

perfixit VITA Roman. vet. (BHL 7305g) p. 54, 26 *v. sub* perficio.

perfixus, -a, -um *v.* perfigo. *Breimeier.*

perflābilis, -e. *a* perflare. *scribitur nonnumquam* perflav- *in codd.*

1 *usu originario c. respectu permeandi*: **a** *passive, i. quod perflatur vel perflari potest (accedit dat. l. 38): strictius de eo, quod flatu percurritur*: CIC. div. 2, 40 *deos* iocandi causa induxit Epicurus perlucidos et -is (*sim. nat. deor. 1, 75. 1, 123, at illic deest* -is). APVL. met. 3, 17, 3 *tectum scandulare* patore -i nudatum (perflatili *φ*). 4, 17, 2 domus tuae patulum ac -em locum ... refrigerantemque (PALLAD. 1, 36, 2 *area sit* loco sublimi et undecumque -i. AMM. 22, 16, 14 [*de Canopo*] locus ... auris ... -is). SOL. 27, 4 (*e Varrone*) -em ibi, *sc. in Syrtibus*, terram. PALLAD. 1, 32 *faeni repositiones* siccae sint atque -es. AMM. 14, 6, 9 *lacernas* nimia subtegminum tenuitate -es. 16, 10, 7 *dracones summis hastibus praefixi* hiatu vasto -es. *laxius de sonitu flando effecto*: AMM. 14, 6, 18 *domus* vocabili sonu, -i, tinnitu fidium resultantes (*distinxit Galletier conferens 30, 1, 20* nervorum et articulato flatilique sonitu; *alii emendant asyndeton durius, e. g. Heraeus* -i⟨que et⟩ tinnitu). ***?*b** *active de aere, sc. qui (per)flat*: PALLAD. 1, 6, 9 aer oleas tepidus iuvat et ventis mediocribus sine vi et horrore -is (*act. intellegit Svennung, Unters. Pallad., 288; pass. Martin*).

2 *transfertur ad id, quod instabile, vanum est*: IVL. VAL. 1, 11 *Nicolaus sublimius se ferebat* -i deorum adminiculo ... opulentia scilicet vel fortuna (*gr. p. 19, 1 ἀστάτοις*). AMM. 30, 7, 10 ad omnes dissensionum motus -es gentes Mauricas. PRVD. apoth. 1015 (*irridet Manichaeos corpus Christi phantasma putantes*) vanescat sanguis -is, ossa liquescant mollia. c. Symm. 2, 188 *animae natura* -is ... more noti.

perflagello, -ātum, -āre. *a* per *et* flagellare. *i. q. (vehementer an toto corpore?) flagellare*: RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 82, 22 Petrus et Iohannes, dum a Iudaeis -ti fuissent, exierunt gaudentes (*sec. act. 5, 40* caesis *apostolis*).

perflagitiōsus, -a, -um. *a* per *et* flagitiosus. *i. q. valde flagitiosus*: CIC. Cael. 50 cum hac *muliere* aliquid adulescentem hominem habuisse rationis, num tibi perturpe aut -um esse videatur?

perflagro, -ātum, -āre. *a* per *et* flagrare. *i. q. igni consumere, perurere*: MART. CAP. 6, 576 plurimum ... olivi ... superfluo perdidisti dispendiaque lini (*sc. ellychnii*) -ta cassum devorante Mulcibero (*cf. Otto, Sprichw. n. 1284*).

perflāmen, -inis *n.* *a* perflare. *i. q. actio perflandi*: PRVD. apoth. 692 (*de incarnatione Christi, sec. Ioh. 9, 6 sqq.*) sine divino domini -e ... arida terra (*i. corpus humanum*) fuit nulli prius apta medelae.

[perflammat *falso trad. pro* inflammat FIRM. math. 6, 36, 5.**]**

perflātilis, -e. *a* perflare. *i. quod facile perflari potest, sc. de spatio amplo*: VET. LAT. Ier. 22, 14 (Ambr. epist. 4, 12, 5) aedificasti domum, metire superiora eius -ia, distincta fenestris (*gr. ὑπερῷά*, Hier. *ad l.* cenacula -ia, *Vulg.* cenacula spatiosa). *cf. var. l. supra l. 35.*

perflātio, -ōnis *f.* *a* perflare. *i. q. actio perflandi, flatus*: MART. CAP. 1, 26 *Virtus* Mercurialis virgae -e concussa in caelum itura sustollitur (*i. flatu virga effecto; ad rem cf. 1, 9*). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 31, 15 p. 403[A] cordis ... -o vicini membri subministratur effectu, *sc. pulmonis* (*seq.: cor sicuti folles* pertrahit ad semet ex adiacente spiritu ... quod in se est igneum arteriis ... refovens; *gr. ἐγκάρδιον πνεῦμα*).

1. perflātus, -a, -um *v.* perflo.

2. perflātus, -ūs *m.* *a* perflare. *plur. l. 9. 15. 25. i. q. actus perflandi vel aer perflans, aer motus* (*notio actus manifesta est maxime apud* VITR., *nota gen.* venti *l. 19 [cf. vol. VI 1, 877, 83 sqq.]; opp.* procella *l. 15. 20*): **1** *respiciuntur spatia permeanda* (*aer ipse* VITR.): VITR. 1, 6, 3 crassus aer, qui -us non habet neque crebras redundantias (CELS. 1, 2, 3 aedificio lucido, -um aestivum ... habente. PLIN. nat. 18, 154 frequentissima haec *robigo* in roscido tractu convallibusque ac -um non habentibus. *cf. l. 21*). CELS. 3, 19, 3 fenestris patentibus sic, ut -s quoque aliquis accedat. 7, 29, 10 *conclavi* modicum calorem, sine ullo -u, habente. SEN. epist. 90, 43 spiritus ac liber inter aperta -s (flatus *var. l.*). COLVM. 1, 5, 8 *tale aedificium* et aestate liberius capere -us et hiemis procellis minus infestari. PLIN. nat. 17, 29 campi ... *non* minus solis atque -us, quam opus sit *vitibus*, accipiunt. **2** *respiciuntur arbores variaque corporea flatu fovenda vel infestanda*: VITR. 4, 7, 4 *trabes* inter se tangunt et non spiramentum et -um venti recipiunt. COLVM. 3, 1, 10 *vinea* -u modico lenique gaudet, procellis obnoxia est. 4, 17, 8 *vitibus ita institutis* fructus ... -um ... salubriorem habet. 5, 9, 7 in favonium dirigi ordines *olearum* convenit, ut aestivo -u refrigerentur (*v. l. 10*). PLIN. nat. 16, 218 (*de qualitatibus lignorum*) ulmus in -u firma *est.* 17, 78 *ordo quincuncialis plantarum* -u ... utilis (*vix supin. verbi* perflare). 140 *arbores* ablaqueant -usque admittunt *radicibus.* CAEL. AVR. salut. praec. 35 fervens ... -s corpora relaxat, frigidus autem constringit.

***?*perflecto,** -xum, -ere. *a* per *et* flectere, *si genuinum. saepius occurrit* -xus *in codd. pro* perplexus (*v. sub hac voce*), *ceterum loco corr.* QVINT. decl. 314, 20. *alias formas non invenimus praeter var. l.* perflectens CATVLL. 62, 51 (*def. Della Corte, Maia 28, 1976, 78 sq.*; deflectens *V et edd.*).

[1. perflētus, -a, -um *falso trad.* APVL. met. 2, 24, 2 corpus ... revelat et diutine † usu perfleto † ... singula demonstrat (insuper fleto *Gaselee Heinsii vestigia secutus, alii alia*).**]**

[2. perflētus, -ūs *m. perperam afferunt quidam ex* VET. LAT. act. 20, 37 (cod. 51), *ubi legitur*: et fletus *eqs.*]

[perflīgo, -ere *confusione quadam irrepsit in indicem* CONC.[S] I 3 p. 227 (*et inde in lexica quaedam*), *cf. enim ibid.* p. 126, 19, *ubi* perplexum *vers. Tur.,* confligentem *Rustic.*]

***perflo,** -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* flare. *legitur inde a* LVCR., CIC., VARRONE. [*dubium*: AVIAN. fab. 10, 5 Boreae spiramina -ant ridiculum ... caput *equitis* (praestant *plerique codd., quod probat Küppers, Gnomon 53, 1981, 244*).]

I *notione sollemni, i. q. flando percurrere vel commovere* (*cf.* GLOSS. *περιπνέω. διαφυσῶ*): **A** *proprie*: **1** *respicitur actio ventorum sim.*: **a** *vigente vi praeverbii locali*: **α** *c. obi. indicante id, quod flatu percurritur* (*sc. locum, aedificium sim. praeter l. 48 sq. 62. 67 sq.; hic illic accedit notio movendi, imprimis l. 49. 66*): LVCR. 6, 132 cum venti nubila -ant, ... sonitus *faciunt* (*cf.* PASS. Pont. Cim. [BHL 6896] 15 quam *nebulam* si ventus -verit ..., evanescit). 6, 136 crebram silvam cum flamina cauri -ant, dant sonitum frondes. CIC. rep. 2, 11 *Romulus delegit* locum ... salubrem; colles enim sunt, qui ... -antur. VARRO rust. 1, 12, 3 quod -atur *locus sublimis ...*, facilius discutitur *res vitiosa* (RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 9, 3 auris spirantibus. CAEL. AVR. salut. praec. 35 noto). 1, 13, 5 *nubilarium* fenestras habere oportet ex ea parti, unde commodissime -ari possit (*item -atur aedificium*: 1, 57, 1 granaria sublimia, quae -entur vento [PLIN. nat. 18, 302 undique]. 1, 59, 1 *oporothecae*). 1, 51, 1 *aream* esse oportet ... sublimiore loco, quam (qua *var. l.*) -are possit ventus (AVG. serm. 252, 5 undique). VERG. Aen. 1, 83 terras turbine -ant *venti* ([*huc spectat* GLOSS.[L] I Ansil. PE 717 flatu conflant]. *sing.*: FIRM. err. 3, 5 VVLG. Iob 37, 17). OV. rem. 369 -ant altissima venti (*cf.* SEN. nat. 4, 8 magis superiora). COLVM. 3, 12, 2 *Graecinus ait* perdensam humum ... *non* facile -ari. 4, 19, 2 *fructus vitis* -atur ventis. SIL. 9, 500 *Vulturnus* Daunia regna -at (*item -atur regio sim.*: 14, 259 Trogilos. AMPEL. 5, 2 Gallias). VET. LAT. cant. 4, 16 (Tycon. reg. 7 p. 74, 13 = VVLG.) veni auster, -a hortum meum (*gr. διάπνευσον. allegorice explicat* GREG. M. in Ezech. 1, 2, 9 *calidus spiritus* ecclesiam -at). AMM. 22, 8, 2 *mare* quando -atur, Lesbo inliditur violentius. SCHOL. Hor. carm. 1, 22, 18 ('arbor aestiva recreatur aura'): -atur. MART. CAP. 6, 656 Haemus sex milibus passuum cacumen extollens vicinia -atur astrorum (*sc. se moventium;* austrorum *var. l.*). *al.* **β** *sine obi.*: CVRT. 9, 4, 21 *Alexander dixit* iam prospicere se Oceanum, iam -are ad ipsos auram maris (*item c. praepos.* ad: LVCAN. 5, 419 [*loq. Caesar*] *utinam aquilo* incumbat ... furens et Graia ad moenia -et). PLIN. nat. 2, 240 *in ara quadam* cinerem immobilem esse -antibus undique procellis. AVG. gen. ad litt. 10, 5 p. 301, 8 (*sec. Ezech. 37, 9*) ex quattuor ventis caeli advocatur spiritus, quo -ante vivificantur *mortui.*

[Delhey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *cetera exempla* (*vi praeverbii minus dilucida, fortasse evanida, nisi ad actionem continuatam spectant e. g.* PLIN., PS. ORIG.; *sine obi. praeter l. 5*): CELS. 2, 1, 3 optimi *dies* ... hieme, qui omni vento vacant, aestate, quibus favonii -ant (COLVM. 2, 20, 5 *f.* aequalis ... aestivis mensibus -at). 2, 1, 16 *si* autumnus ... aeque siccus iisdem aquilonibus -atur *eqs.* PLIN. nat. 2, 124 post biduum ... exortus *caniculae* iidem aquilones constantius -ant diebus XL. PS. ORIG. tract. 8, 17 cur venti -ant *sabbato*? (EPIPHAN. Avell. 244, 41 aiunt eum *amethystum* praecidere ... pluvias, cum australes v. -verint).

2 *respicitur actio animantium* (*de deo v. infra l. 36*): **a** *qui tibiis sim. canunt*: **α** *c. obi. indicante: spatium sono percursum*: LVCAN. 9, 349 *Tritonem* pontus audit ventosa -antem marmora concha. *instrumentum*: SEDVL. op. pasch. 5, 28 p. 297, 13 tuba -bitur. *sonum effectum*: DRAC. Romul. 6, 69 calamis -are melos (7, 30 hinc inde [*i. tibiis binis*] m. -ante flabello). **β** *sine obi.* (*vi praeverbii evanida*): PAVL. NOL. carm. 27, 73 qui -antia textis labra terit calamis.

b *qui respirant vel spiritum immittunt; c. obi. indicante*: **α** *id quod flatu percurritur*: SIL. 5, 456 *morientis* spiritus exundans vicinum pulvere moto -vit campum. **β** *id quod flatu movetur vel efficitur*: DRAC. laud. dei 1, 240 *pisces* -bant naribus undas. Orest. 518 flatibus alternis -ans commercia somni lassus uterque, *sc. Orestes et Pylades,* fuit. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 31, 2 p. 401[A] *pulmo* spiritu ... cordis igniculum -ans (*gr. ἀναῤῥιπίζων*).

B *in imagine et translate* (*cf. et p. 1394, 65 sq. 75*): **1** *c. obi. indicante*: **a** *eos qui (ea quae) flatu afficiuntur, feriuntur*: SIL. 11, 579 (*Hanno Magonem vituperat*) spumanti turbine *verborum* -as ignorantum aures. AMM. 29, 1, 19 *qui tunc in regia versabantur,* omnia turbine intempestivo *insidiarum sim.* -bant. AMBR. in psalm. 118 serm. 11, 13, 4 frigescat aestus libidinis et quodam continentiae gelu ... restrictus matutina oratione -etur. HIER. in Tit. 2, 3 p. 581[C] *ne mulieres* divitiis et nobilitate -tae dei sententiae non meminerint. RVFIN. hist. 5, 16, 8 *Montanum* velut daemone repletum et erratico -tum spiritu (*gr. ἐν πλάνης πνεύματι. cf.* AVG. civ. 8, 23 p. 357, 28 *Hermes Trismegistus* quasi ⌞omni vento doctrinae hinc atque inde -tus⌟ [*sec. Eph. 4, 14*]. *cf. l. 42*). Orig. in psalm. 36 hom. 5, 5 p. 1364[B] sancto spiritu mentem tuam -ante et spirante. PRVD. apoth. 765 *deus,* qui membra dedit, qui fictilis ulvae -vit venam madidam (*spectat ad gen. 2, 7 ut* PROSP. carm. de ingrat. 944 supera -ti vivimus aura). GREG. TVR. vit. patr. 15 praef. iactantiae ... -ti supercilio saepius corruerunt *iustissimi. al.* **b** *id quod flatu movetur*: GREG. M. epist. 11, 1 l. 23 *detractores* in pulverem sufflant atque in oculos suos terram excitant, ut, unde plus detractionis -ant, inde magis nihil veritatis videant.

2 *sine obi.*: HIER. in Eph. 4, 13 p. 501[B] venti hinc inde -antes, haereticorum videlicet ... diversae ... rationes, naufragium audientibus ... minantur (in Tit. 2, 2 p. 580[A] -antibus h. i. ventis *temptationum*). hom. Orig. in Ier. 5 p. 629[D] (*ad psalm. 134, 7*) hi venti, qui super terram -ant, in thesauris dei sunt (*sc. spiritus sapientiae; gr. πνεόντων ἐπὶ γῆς*). PETR. CHRYS. serm. 97, 3 *ubi* persecutionis procella -verit, pauci martyrii repperiuntur in fructu (pro-, flaverit *var. ll.*).

II *notione deflexa:* ?**A** *fere i. q. efflando consumere, proflare*: APVL. met. 8, 14, 2 *Charite semet occidens* -vit animam virilem (*dub. an recte defenderit Armini, Eranos 26, 1928, 312,* perefflavit *codd. det.,* efflavit *Helm,* proflavit *Pricaeus*). **B** *p. p. p.* perflātus, -a, -um *pro adi., fere i. q. inflatus, turgidus* (*huc vergunt imagines l. 31. 38*): SEDVL. carm. pasch. 4, 179 turgida -um macies tenuaverat aegrum (*sc. hydropicum Luc. 14, 2 sqq.*).

deriv.: perflabilis, perflamen, perflatilis, perflatio, 2. perflatus (-ūs). *Delhey.*

perflōreo, -uī, -ēre. *a* per *et* florere. **1** *i. q. usque in finem florere* (*nisi est perf. verbi* perflorescere *'florere desinere', cf.* defloresco): DIOSC. 3, 143 p. 435, 7 flore albu habens *nymphaea* ..., sed cum -uerit, rotundus se facit sicut *eqs.* (floruerit *var. l.; gr. 3, 132, 1 ἀπανθήσῃ*).
2 *fere i. q. penitus vel ubique florere* (*simul translate de affluentia divitiarum sim.*): PRISC. periheg. 1026 pretio rubrae -et harundinis illa *tellus* (*i. India; gr. 1127 τηλεθόωσιν*).

perfluctuo, -āre. *a* per *et* fluctuare. *i. q. fluctuando pervadere*: LVCR. 3, 721 unde cadavera ... vermes expirant atque unde animantum copia tanta exos et exanguis tumidos -at artus? *Breimeier.*

perfluo, -xī, -ere. *a* per *et* fluere. [*confunditur cum* de-, prae-, profluere *et* perpluere; *e coni. otiosis pro* pertinere SISENNA hist. 54 CAES. civ. 3, 49, 3.]

praeverbio fere vis localis, sed variis coloribus inest; vim continuandi praebet OROS. *sub 2aγ*: **1** *-unt, quae (qui) manant rebus (quasi) liquidis*: **a** *quas in se retinere, continere non possunt*: **α** *eo quod perforata sunt, i. q. perstillare* (*cf.* perpluere): *in imag.*: TER. Eun. 105 quae vera audivi, taceo et contineo optime; sin ... finctumst, continuo palamst: plenus rimarum sum, hac atque illac -o (*Don.* vilis ... translatio est ...; translata autem est quasi ab aquario vase fictili). HIER. adv. Iovin. 1, 28 p. 250[A] *mulier maledica* quotidiana garrulitate facit -ere domum (perpluere *var. l.; postea affert* VET. LAT. prov. 3, 21 fili ne superefluas [perfluas *var. l., gr. παραῤῥυῇς*] *et* Hebr. 2, 1 [*v. p. 1298, 29*]). ANIAN. Chrysost. hom. 5, 1 *audita* haurientes vase undique hiante rimis atque undique -ente (*cf. Migne gr. 57, 55 εἰς πίθου τετρημένου*). *proprie*: AVG. civ. 10, 16 p. 427, 34 aqua inpleto cribro ... neque -ente (fluente, defl- *var. ll.; de eodem miraculo 22, 11 p. 586, 15* nulla eius *cribri* parte perstillante). **β** *eo quod plena sunt, i. q. superfluere, redundare*: TIB. 1, 10, 68 Pax alma, veni spicamque teneto, -at et pomis candidus ante sinus (pro-, praefluat, perpluat *var. ll.*).

b *quibus superficies eorum perfunditur, i. q. madere*: APVL. met. 1, 13, 1 sudore frigido miser -o (*cf. 2, 30, 8* sudore defluens. *aliter l. 22*). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 3, 187 p. 716 per murorum minas ... humida vestimenta suspendere, ut omnes repente aqua -rent (*gr. περιῤῥεῖσθαι ... τὸ τεῖχος*).

2 *-unt, quae fluendo moventur* (*sive per foramina sive per alveum, canalem sim. sive per superficiem*): **a** *i. q. fluere per aliquid vel fluere aliquo* (*cf.* GLOSS. *διαῤῥέω*): **α** *indicatur id, quod permeatur, penetratur, per: praepos.* per: LVCR. 2, 392 subito per colum vina videmus -ere (*cf. imag. l. 43*). PETRON. 23, 5 -bant per frontem sudantis *cinaedi* acaciae rivi (pro- *edd. vet.,* fluebant *Müller*). CELS. dig. 8, 6, 12 si aqua per rivum sua sponte -xit. *acc.*: PRIAP. 63, 4 (*loq. statua*) ⌞imi⌟ -unt sinus imbres ([⌞ ⌟ *proleptice, si recte trad.,* uni superfl- *var. l.,* hiemis *Bücheler*]. *cf.* ARNOB. nat. 6, 3 p. 310, 1 *templa* pluvialibus nimbis -untur). TAC. hist. 5, 6, 2 *Iordanes* unum atque alterum lacum integer -it, tertio retinetur (*item de fluviis*: AMM. 23, 6, 25 -unt ... has ... terras [23, 6, 69]). *adv.* (*in imag.*): APVL. met. 11, 4, 1 quaqua ... insignis illius *Isidis* pallae -bat ambitus. **β** *indicatur finis attingendus, sc. per praepos.* in *c. acc.*: FEST. p. 250 Petronia amnis est in Tiberim -ens (defl- *Paul.*). MELA 2, 115 *fretum maris Siculi* anceps alterno cursu modo in Tuscum, modo in Ionium pelagus -it. PLIN. nat. 36, 190 Belus amnis ... in mare -ens iuxta Ptolemaidem coloniam. **γ** *sine structuris* (*in imag. vel translate praeter* CIL): CIL XII 2493 (*item* 2494; *saec. I in.*) praef(ectus) fabr(um) balineum, campum, porticus, aquas iusque earum aquarum tubo ducendarum ita, ut recte -ere possint, vicanis *dedit.* SEN. nat. 6, 14, 2 *subterraneo* spiritu illo, qui modestius -bat, icto (*comparatur cum spiritu corporis ut*: 6, 18, 7 quamdiu sine iniuria -it). OROS. hist. 4, 12, 12 si continuus labor *belli* aequali tolerantia sine respirandi appetitu -isset.

b *i. q. (permanando) effluere* (*in imag.* LVCR., PHAEDR.; *cf.* GLOSS.[L] I Ansil. PE 719 -as: effluas, pereas): LVCR. 3, 937 *si* omnia pertusum congesta quasi in vas commoda *vitae peractae* -xere atque ingrata interiere. PHAEDR. app. 7, 12 *Danaidum dolia docent*: luxuriae quicquid dederis, -et (profluit *var. l.*). RVFIN. Adamant. 5, 17 p. 88, 19 quamdiu viderint *medici* adulterinum sanguinem et superfluum -entem ([*gr. ἐκκρίνηται*]. VET. LAT. II Macc. 14, 45 [rec. P] -ente tamquam ex fistulis sanguine *vulnerati* [*gr. φερομένων κρουνηδὸν τῶν αἱμάτων, recc. L, X, V* deflueret]). DIOSC. 3, 92 p. 417, 20 (*colligitur sucus euphorbiae*) cum percussa fuerit radix, uno flumine statim -et lacrimus (*gr. 3, 82, 1 ἀποχεῖται*).

deriv.: perfluus. *Schad.*

[perfluviēs: sordis effusio GLOSS.[L] I Ansil. PE 720. *depravatum ex* profluvies, *ubi v.*]

perfluus, -a, -um. *a* perfluere. [*falsa var. l. pro* praefluus PLIN. nat. 19, 60. *falso trad. pro* superfluus AVR. VICT. Caes. 38, 5.] *i. q. perfluens, mollis*: APVL. met. 11, 8, 2 alius ... incessu -o feminam mentiebatur.

?**perfluxum:** difficile GLOSS.[L] V Abba PE 155 GLOSS. V 575, 38. *obscurum* (perplexum *coni. Warren*). *Breimeier.*

[perfōcat *falso cod. F* PAVL. dig. 25, 3, 4 *pro* praefocat, *v. vol. X 2, 647, 61.*]

perfodio, -fōdī (-fōdīvī), -fossum, -ere (-īre). *a* per *et* fodere. *formae quarti ordinis (cf. vol. VI 1, 991, 77 sqq. 992, 1 sqq.): inf.* -ire *p. 1397, 10,* -iri *p. 1397, 6. 9, adde* PS. TIT. epist. l. 160; *perf.* -fodivi *p. 1397, 13, cf. p. 1397, 72; imperat.* -i *p. 1397, 12 et* VVLG. Ezech. 12, 5 (-e *var. l.*). NOT. Tir. 56, 60[a] -ssum. GLOSS. -it: *διορύσσει.* -ssus: *τετρυπημένος. τετρημένος. legitur inde a* PLAVTO, CIC., VARRONE, VERG. (*semel, v. p. 1397, 60; simili usu saepius apud* LVCAN., SIL., STAT., *cum* SEN. *min.,* CVRT., TAC., SVET. *praeferant* confodere); *inter formas praevalet p. p. p.* [*confunditur in codd. maxime p. p. p.* -ssus *cum* percussus STAT. Theb. 11, 153 APVL. met. 4, 4, 4 AVSON. 393, 35 p. 246. *al.,* perfusus LVCAN. 3, 660. 6, 253 HIL. trin. 10, 11. *al.; falso trad.* HIST. AVG. Aurelian. 21, 8 -endum talem principem, non optandum (perodiendum *Salmasius*). *spurium censetur* STAT. Theb. 9, 760 (*versum om. codd. plerique*).]

I *i. q. fodiendo penetrare, perforare*: **A** *vario modo* (*fere ita ut*

[Holmes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aperiatur via sim., sc. per aliquid): **1** *obi. est res penetrata* (*obi. e contextu intellegitur l. 12 sq.*): **a** *-itur murus, aedificium sim.* (*saepius ad furandum sim.*): α *proprie*: PLAVT. Asin. 563 (*inter maleficia*) ubi parietes -eris, in furto ubi sis prehensus (*al., v. p. 389, 31 sqq. 75; in parabola*: VET. LAT. Luc. 12, 39 [cod. 2, *sim. al.*] si sciret pater familias, qua hora fur venit, non sineret -iri p. suum [*gr. διορυχθῆναι τὸν οἶκον,* cod. 13 -fodi, cod. 4. *al. et* VVLG. -iri domum suam]). SEN. contr. 9, 5, 6 si -issem villam. 10, 6, 2 non tu ... -isti domum? (VET. LAT. Matth. 24, 43 [cod. 2, *sim. al. et* VVLG.] non permitteret -iri d. suam [*gr. διορυχθῆναι,* cod. 7. *al.* -ire, cod. 8 -fodi, cod. 9 -ere, *cod. 5. al.* perforari]. VVLG. Iob 24, 16 -it in tenebris d. [*Hier. interpr. Iob* suffodit]. *adde l. 7*). VET. LAT. exod. 22, 2 *v. p. 1401, 33.* Ezech. 8, 8 (cod. 175. *al.*) *deus* ait ad me: 'fili hominis, -i' et -vi et ecce ostium unum (*gr. ὄρυξον· καὶ ὤρυξα,* VVLG. 'fode parietem', et cum ⌞-issem⌟ parietem, *eqs.* [fodissem *var. l.*]). VEG. mil. 2, 11 muris ... intra fundamenta -ssis *a cuniculariis.* COD. Theod. 15, 2, 9 (*de aquae ductu*) interruptis formae lateribus atque -ssis *aquae subducendae causa.* VITAE patr. Iurens. 53 tectillum. β *in explicatione spiritali locorum sacr. script., qui supra laudati sunt*: HIL. in Matth. 26, 6 *diabolum* corporum nostrorum domibus insidiantem, ut ea ... illecebrarum iaculis -at (*cf. B1c*). in psalm. 61, 4 corporis ... parietem, quem ... libido, ebrietas, avaritia, ira -erat. GREG. M. moral. 16, 76 ut in adversitatis tenebris ... mentes suadendo -ant *magistri errorum.* ORIG. in Matth. ser. 59 p. 134, 7 'fur' ..., qui ... -it 'domum', puto quod diabolus est aut omnis sermo contrarius. p. 135, 8 (*ad* exod. 22, 2 *p. 1401, 31*) *versus intellegitur de eo,* qui conprehendit *malum* et interficit in eo, dum -retur ab eo. 60 p. 138, 9 qui ... a fure ... ⌞-ssus⌟ fuerit domum (*sc. animae*; 'perfo⟨di pa⟩ssus?' *Klostermann*). *al.*

b *-itur terra, mons sim.*: α *ita ut perforetur ab uno latere ad alterum*: CIC. fin. 2, 112 Xerxes, cum ... Athone -sso ... terram navigavisset (CVLEX 31 MELA 2, 32. *cf. l. 33*). VARRO rust. 3, 17, 9 posteaquam -isset montem ac maritumum flumen inmisisset in piscinas *Lucullus* (LIV. 4, 22, 6 -sso a castris m. erecta in arcem via est. CVRT. 5, 7, 8 contabulato mari molibus -ssisque m. [*de Athone ut*: FLOR. epit. 2, 8, 2]. *al., cf. l. 38*). PLIN. nat. 3, 4 *creditur columnas Herculis* -ssas ... admisisse maria (-ssos [*sc. montes*] *var. l.*). 4, 10 (*de Isthmo*) -ere navigabili alveo angustias eas temptavere Demetrius rex, dictator Caesar *eqs.* (*cf.* SVET. Iul. 44, 3 Isthmum [Cal. 21 Nero 19, 2]). 6, 31. β *ita ut cavetur, aperiatur tantum*: MANIL. 4, 396 nisi -ssis fugiet te montibus aurum (*-itur metallorum causa ut*: PETRON. 120 vers. 90 -ssa dehiscit molibus insanis tellus). EVCHER. laud. her. 29 silicibus -ssis ... e saxis aquae profluunt (*cf. e. g. exod. 17, 6* percuties).

c *-untur varia: quae ipsa perforantur*: PLIN. nat. 9, 151 *nubes quaedam in mari urinatoribus imminentes* nisi -ssae *stilis* ... non recedant. 32, 15 Trebius Niger *tradit piscem quendam* ... rostro mucronato esse, ab hoc naves -ssas mergi (*inde* ISID. orig. 12, 6, 15). SIL. 3, 551 *equorum* ungula -ssis haesit comprensa pruinis. SYMPH. 71, 2 (*loq. aqua putei*) non nisi -ssis possum procedere venis (*luditur cum usu sub B1c descripto*). *quorum intervalla fodiuntur* (*purgando*): PETRON. 33, 1 *Trimalchio* pinna argentea dentes -it (*nisi per iocum sec. II intellegendum*).

2 *obi. est res -endo effecta*: LIV. 33, 17, 6 Leucadia nunc insula est, vadoso freto, quod -ssum manu est, ab Acarnania divisa. VITR. 2, 1, 5 (*de domibus Phrygum*) eligunt tumulos naturales eosque medios fossura distinentes et itinera -entes dilatant spatia. PLIN. nat. 36, 88 -ssis cuniculis. VET. LAT. Luc. 23, 53 (cod. 6) posuit illud (*sc. corpus Christi*) in monumento ⌞-sso in petra⌟ (*gr. λαξευτῷ, cod. 2. al. et Vulg.* exciso).

B *ita ut corpus vulneretur, secetur vel arma munientia perforentur* (*fere telis, gladiis sim., ulcere l. 70, vulneribus l. 63. 69. p. 1398, 7; ad incitandos equos spectant l. 74 et p. 1398, 16*): **1** *obi. est res vulnerata, perforata*: **a** *-untur arma*: VERG. Aen. 11, 10 bis sex thoraca petitum -ssumque locis ([*cf. Lyne, Words and the Poet, 1989, 112 sq.*]. SIL. 10, 400 multa t. -ssus cuspide). VAL. MAX. 3, 2, 23 scutum c et xx ictibus -ssum. SIL. 1, 620 -ssi clipei (PLIN. paneg. 17, 2). 16, 107 -ssis debilis armis ... acies (STAT. Theb. 2, 710 -ssa ... vulnere crebro ... a.). CLAVD. DON. Aen. 10, 485 p. 353, 25 -ssis omnibus *tergis scuti.*

b *-itur animans*: α *exempla varia*: SEN. contr. 7, 5, 10 pater meus tamquam paries -ssus est (*cf. l. 4*). STAT. Theb. 11, 153 ⌞-ssi in⌟ sanguine fratris expirare cupit *Polynices* (-ssi, -fusus *al. var. ll.*). GELL. 3, 7, 16 (*e Catone*) *milites* -ssi gladiis aut missilibus operti cadunt. 5, 2, 4 cum ... vulneribus altis in cervice atque in latere equus -ssus esset. HIL. in psalm. 118 nun 7 p. 478, 3 exesus vermibus, sanie defluens, -ssus ulcere fuit (*sec. Iob 2, 7* Satan ... percussit Iob ulcere). VVLG. num. 25, 8 -it ambos ... in locis genitalibus (-iit *var. l.*). PRVD. perist. 2, 507 (*in imag.*) dum daemon invictum dei testem lacessit proelio, -ssus ipse concidit. *al.* β *p. p. p. c. acc. respectus* (*cf. l. 26*): SIL. 8, 556 *calcaribus* ilia -ssum et campi per aperta volantem ... equum (*cf. p. 1398, 16*). STAT. Theb. 9, 767 -ssus telo niveam gemis, Aeole, frontem (-ssam *trad.; inde* GLOSS. -ssam: perforatam). TERT. resurr. 20, 5 *Christus* -ssus manus et pedes (*sec. psalm. 21, 17* foderunt manus *eqs.*).

c *-untur membra, corpora (cf. bβ): varia*: SEN. contr. 10, 6, 2 non parietem tantum, pectus ipsum -issem (LVCAN. 3, 660 deiectum in pelagus -sso p. corpus volneribus transmisit aquas. 6, 253. *al.*). CVRT. 6, 1, 4 hastā femina -ssa. 9, 3, 10 corpora exsanguia, tot -ssa vulneribus (SIL. 2, 322 Romanas -sso c. turmas tela intorquentes correpta e vulnere vidi. 11, 525. *cf. p. 1397, 19*). PLIN. nat. 11, 3 telum *culicis* ... -endo tergori quo spiculavit ingenio *natura*! 11, 250 qua *inanitate genuum* -ssa ceu iugulo spiritus fluit. SIL. 2, 644 iugulum -erat ense Lycormas (*sc. suum ut*: TAC. ann. 3, 15, 3). 5, 343 -ssis ossibus. *al.* AMM. 25, 3, 6 hasta ... costis -ssis haesit in *iecore* (CLAVD. DON. Aen. 10, 380 p. 342, 9 -ssis spina eius et c. PRVD. psych. 597. CLAVD. 26, 255 *duobus lupis interfectis* humano geminas de corpore palmas utraque -ssis emisit belua c.). PRVD. perist. 11, 108 *equorum* ilia ... infestis -unt stimulis (*cf. p. 1397, 74*). SIDON. epist. 1, 8, 2 auribus ... culice -ssis. *al.* latus: LVCAN. 8, 619 mucrone l. *Pompei* funestus Achillas -it. VET. LAT. Ioh. 19, 34 (cod. 6) *miles* lancea sua l. eius *Christi* -it (*gr. ἔνυξεν,* cod. 13 percussit et -it, *cod. 10. al. et Vulg.* aperuit. *huc spectant*: TERT. bapt. 16, 2 de vulnere -ssi l. [percussi *var. l.*]. coron. 11, 3). CLAVD. DON. Aen. 2, 560 p. 227, 1.

2 *obi. est vulnus effectum*: PRVD. apoth. 96 *naturam Christi divinam* -ssa cruci clavorum vulnera *non* figunt.

II *i. q. fodiendo, subigendo tractare, sc. superficiem terrae pala sim.*: **A** *strictius in agricultura*: COLVM. 1, 6, 12 *horrei* solum terrenum ... -ssum et amurga ... madefactum (11, 3, 56 *cepinae* solum ... bidentibus aequaliter -ssum). 2, 2, 23 non valent *boves* alte -ssa novalium terga rescindere (10, 71 rastris cunctantia -e t. *Terrae* [*lusu verborum etiam ad IB pertinet*]). 11, 2, 29 rosarium serotinum -ssum et cultum habere iam tempus est. *pro obi. sunt vinea eiusve ordines*: PETR. CHRYS. serm. 106, 7 (*ad Luc. 13, 9* fodiam circa illam *vineam*) vult eam apostolico vomere -ere (-iri, -i *var. ll.*). SIDON. epist. 8, 8, 1 quousque pondus ligonis obtusi nec -ssis antibus ponis? **B** *laxius de apro terram fodiente*: STAT. Theb. 2, 472 *aper* volvens fracta ... -ssis arbusta Acheloia ripis.

deriv.: perfossio, perfosso, perfossor, perfossura.

compos.: imperfossus. *Holmes.*

perfoederātus, -a, -um. *a* per *et* foederatus, foederare. NOT. Tir. 43, 48 -us. *i. q. admodum foederatus, coniunctus, consociatus sim.*: PHILO vita contempl. 19 omnis ... civitas, etiam legibus -a, perturbationis fons est (*gr. εὐνομωτάτη*).

perfōmento, -āre. *a* per *et* fomentare. *fere i. q. penitus vel ubique fomentare sim.*: CHIRON 547 aqua[m] frigida[m] renes *iumenti* et cerebrum, testiculos -fumentato (*Oder,* -fumigato *codd.; cf. Pelagon. 65* foveto, *Veg. mulom. 2, 34, 2* perfundis *nec non Hippiatr. gr. II p. 63, 19 sqq.; ad scripturam* -fu- *v. vol. VI 1, 1018, 41*). *Breimeier.*

perfōrāculum, (-ī) *n.* *a* perforare. *v.* furfuraculum, *ubi addas* GLOSS.^{L} II Philox. PE 146 perforaculum: *τέρετρον.* GLOSS. II 460, 41 *τρύπανον*: terebra, perforaculum. III 325, 53 (*in capite* de ferreis) *τέρετρον*: perforaculum.

perfōrātio, -ōnis *f.* *a* perforare. *i. q. actio perforandi vel status perforatus* (*pendet gen. rei efficientis l. 60. 63. 68, rei affectae l. 57. 58. al., effectae l. 53*): **1** *perforatur mons, sc. aquae perducendae causa*: CIL VIII 2728, 20 (*saec. II med.*) -o operis cuniculi longior erat effect(a) quam montis spatium. *ibid.* 47 cum opus adsignar(em), ut scirent, quis quem modum suum -is haber(et).

2 *perforatur corpus hominis*: **a** *a medico, qui perforat ossa*: Ps. SORAN. quaest. med. 246 anatresis, id est pertusio et -o ossis decisi. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 127 testae -o ... patientes partes insumit (*cf.* 1, 4, 143 *Themison* utitur ... adiutoriis *falsis* ... ut ... ⌞medii⌟ testae, quod Graeci bregma appellant, terebri -e [⌞ ⌟ *Drabkin in app.,* medium *trad.*]. 2, 1, 59 anatresin testae ..., quam nos -em vocamus). **b** *a carnifice*: CONC.^{S} II 3, 1 p. 84, 8 (*cf.* 3, 2 p. 9, 9) non ... dei verbum, *sc. Christus,* in sua natura passum est aut plagas aut -es clavorum (*gr. I 1, 1 p. 27, 15 διατρήσεις. cf. alias vers., e. g. I 2 p. 38, 21* perforaturas [*inde IV 1 p. 148, 32*], *I 3 vers. Tur. p. 21, 26* fixuras, *I 5 p. 339, 9* transfixiones). **c** *laesione per se orta, sc. morbo sim.*: CAEL. AVR. acut. 1, 14, 108 *fieri* hydropismum -e carnis in parvam formulam viarum (*ad condicionem carnis spongiosam spectare vid.; item de hydrope*: chron. 3, 8, 98 umoris infusi -em). CASS. FEL. 39 p. 87, 2 -e facta veluti ex orificio sanguinem emittant *venae* (*describitur anastomosis, cf. vol. II 19, 84 sqq.*).

perforātūra, -ae *f.* *a* perforare. *i. q. actio perforandi: v. l. 64.*

perforātus, -a, -um *v. p. 1399, 19 sq.* *Hansen.*

performīdo, -āre. *a* per *et* formidare. NOT. Tir. 43, 13^{a} -at (*cf. 43, 11* pertimescit). [*falsa var. l. pro* praeformidare SIL. 3, 608.]

performīdulōsus, -a, -um. *a* per *et* formidulosus. *scrib.* -dol- *[Breimeier]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*cf. vol. VI 1, 1100, 56 sqq.*). *i. q. valde formidulosus, timidus*: AVR. VICT. Caes. 4, 9 Claudium ... natura -um iniecto metu sui agitabant, maxime coniurationis (*cf. 4, 1* pavidus ... animi. *ibid.* per formidinem).

perfōrmo, -āre. *a* per *et* formare. *fere i. q. formando pervertere* (*ad vim praeverbii cf. e. g.* perdo): TERT. apol. 1, 10 (rec. vulg.) non ideo ... bonum *est aliquid,* quia multos convertit; quanti enim ad malum -antur (re- *rec.* Φ, prae- *codd. det. rec. vulg.*)! quanti transfugae in perversum!

[perfornicāriam *vel* per fornicariam *falsa var. l. cod. unius deperd. pro* fornicariam VET. LAT. gen. 38, 15 (Zeno 1, 13, 9).**]** *Breimeier.*

[perforo, -āvī, -ātum, -āre. *a* per *et* forare. *in tmesi* LVCR. 5, 1268. NOT. Tir. 56, 90 -at. GLOSS. *διατιτρῶ. διατρυπῶ. διορύσσω. τρυπῶ. legitur inde a* LVCR., CIC., VARRONE, *saepius apud* CELS., COLVM., PLIN. nat. [*de* PS. DIOSC. herb. fem. 38 *v. vol. X 2, 647, 31 sq.*]

i. q. perfodere, pertundere sim.: **I** *pro obi. est id quod foramine afficitur* (*sive omnino transfoditur [cf.* penitus *p. 1400, 32] sive perrumpitur superficies [rei cavae e. g. sub A 1b et d] sive invaditur, cavatur aliquatenus res solida [e. g. l. 65 sq. 69. p. 1400, 25]. p. p. p. haud raro ponitur fere pro adi. notionis q. e. multis foraminibus affectus, fistulosus, e. g. l. 31 sq. 54. 67. 68. p. 1400, 10. 11. 67. nota usum refl. l. 66 sq., obi. subaudiendum p. 1400, 3. 65 sq., acc. limit. p. 1400, 27. agunt fere homines eorumve instrumenta, ceterum animalia l. 34. 70. p. 1400, 35 sqq., vires vel substantiae naturales e. g. l. 55. p. 1400, 6. 57 sqq. 1401, 4 sq., agente non indicato de cavernis, foraminibus naturalibus l. 67 sq. et p. 1400, 10 sq. 52 sqq. [in re simili, sed forma act. l. 66 sq.*]): **A** *proprie*: **1** *-antur res variae*: **a** *ligna, arbores*: LVCR. 5, 1268 *ferramentis sim.* tigna ... terebrare ... ac pertundere perque forare. VARRO rust. 1, 14, 2 *saeps* fit ... palis ... -tis et per ea foramina traiectis longuris. VITR. 2, 9, 4 *arbusta* cum ... ad imum -ta castrantur, profundunt e medullis ... per foramina liquorem. COLVM. 4, 29, 7 vitis ... -ta terebrā (*surculi inserendi causa ut* 4, 29, 15. *cf. ibid.* quam *partem* -verat *terebra* [*sim.* arb. 8, 3]). 7, 4, 5 *umor in ovilibus* siccatur -tis tabulis (PAVL. sent. 5, 25, 6 *tabulas contractus* ita signari, ut in summa marginis ... -tae triplici lino constringantur [*in eadem re Suet. Nero 17* pertusae]). arb. 25, 1. PLIN. nat. 11, 3 teredini ad -anda robora ... dentes adfixit *natura.* AMM. 23, 4, 4 *axes* ex utroque latere patentius -ti. PRVD. perist. 10, 1019.

b *navigia*: CIC. or frg. B 13 miror ... quemquam hominem ita pessum dare alterum velle, ut etiam navem -et, in qua ipse naviget (LIV. 21, 50, 6. VLP. dig. 9, 2, 27, 24. CYPR. epist. 17, 3 fluctibus. HIER. epist. 7, 5 [*proverb.*] ut -tam n. debilis gubernator regat. 43, 3, 1 n. *vitae nostrae. al.*). BELL. Alex. 25, 5 *cum* quadriremem hostium -asset ac demersisset (46, 5). VAL. MAX. 9, 4 ext. 1 ut classe -ta ... hostes praeda carerent. HEGES. 3, 20, 2 p. 224, 23 fuere ..., qui contis trudere volentes navigia -verint.

c *aedificia, muri, tecta sim.*: α *varia ratione*: VARRO ling. 5, 66 *templi Iovis* -tum tectum *est,* ut ea videatur ... caelum. COLVM. 8, 10, 2 in eo *ornithone* transversae perticae -tis parietibus adversis aptantur. FRONTIN. aq. 75, 3 *quidam* formas rivorum -ant (*sc. aquae deducendae causa ut*: COD. Iust. 11, 43, 6 pr. [*a. 440?*] eum *aquaeductum*). β *invadendi vel erumpendi causa*: APVL. met. 1, 10, 3 *maga* cunctos ... clausit, ut ... non ... parietes ipsi quiverint -ari (VLP. dig. 47, 18, 1, 2 effracto -toque p. pecuniam abstulerat). VLP. dig. 48, 13, 13 muros *aedis sacrae* (VEG. mil. 4, 23 arietibus). VET. LAT. Matth. 24, 43 (cod. 5) domum (*v. p. 1397, 9*). CLAVD. DON. Aen. 2, 450 p. 210, 25 si hostes aditum *aedium* -assent.

d *vasa sim.*: LIV. 38, 7, 11 operculum ... dolii ferreum ... pluribus locis -tum. COLVM. 12, 19, 4 peragitet *mustum,* ne quid subsederit, quod possit plumbeum -are. SCRIB. LARG. 61 ⟨tenuiter⟩ -to cribro (*suppl. ex* MARCELL. med. 11, 26). 271 (*inde* MARCELL. med. 35, 9) fundum caccabi -are et vinum omne emittere (CAEL. AVR. chron. 5, 1, 17 vasis fictilis f.). PLIN. nat. 17, 64 in ollas -tas. CAEL. AVR. acut. 3, 16, 128. CASS. FEL. 48 p. 127, 7 tibiam iniectoriam multis cavernulis -tam, quae appellatur polytretos.

e *terra, caelum, lacus sim.*: VITR. 2, 6, 2 *in montibus Baianis* vapor fervidus ab imo nascens ignis vehementiā -at eam terram. SEN. suas. 2, 3 montes -at *Xerxes,* maria contegit (RVFIN. Clement. 2, 9, 3 [*verba magi*] si fugere velim, m. -em [*in eadem re* 2, 9, 9]. *aliter de specu*: STAT. Ach. 1, 107 domus *Chironis* ardua montem -at. CLAVD. 28, 502 qua mons arte patens vivo se -at arcu). SEN. nat. 4, 2, 28 sunt ... -ta omnia et invicem pervia (*sc. in terra*) et sicca ab umidis sumunt. 6, 15, 1 terra multis locis -ta est. COLVM. 4, 16, 3 prius paxillo -to solo altius adigendus *est palus vitium.* PALLAD. 4, 9, 1 *carduus* pangatur in solido, ne terra ab inimicis animalibus (*sc. talpis*) facilius -etur. 9, 10 -tis usque ad infimam partem terris, *sc. puteo.* AVIEN. Arat. 89 *axis* tenuis ... sacra viscera caeli -at (*cf.* MART. CAP. 8, 815 cum poli velut -tae exterioris sphaerae *aeneae* cavernis emineant *eqs.*). CLAVD. carm. min. 26, 14 quacumque *aqua fervens Aponi* cavernas -at, offenso truditur igne latex. EVSTATH. Basil. hex. 4, 4, 11 *hos* lacus, occultis quibusdam -tos cavernis (*sc. in eorum fundo*), in mare ... suos meatus evolvere (*gr. συντέτρηνται*). VEN. FORT. vita Pat. 8, 25 fons erupit ... ac si Moyses alter virga -ante aquas traxisset de lapide.

f *quaelibet res*: CELS. 7, 4, 4[A] quod *linum* in aliam eius *specilli* partem, ob id ipsum -tam, coniectum sit. 7, 5, 3[B] *lammina ferramenti* -ta est. SEN. nat. 2, 40, 2 *dissipantis fulminis* vis rumpit icta, non -at. SCRIB. LARG. 47 (*inde* MARCELL. med. 10, 8) *pinnam vel fistulam* ita praecidere, utraque parte ut -ta sit (*cf.* VEG. mulom. 4, 24, 1 cannam vel fistulam -tam inserito faucibus. MARCELL. med. 8, 127 cannam aut sabucum -tam. CAEL. AVR. acut. 3, 16, 137). PLIN. nat. 24, 9 (*enumerat genera gallae*) solidam -tam *eqs.* 27, 109 *herba othonna est* -tis crebro foliis. 28, 19 *a superstitiosis* ovorum ... calices ... coclearibus -ari (*cf.* CAEL. AVR. chron. 3, 2, 43 testam *ovi* ex utroque suo vertice -tam). 37, 78 -tos *berullos* elephantorum saetis subligant *Indi* (37, 79. *cf.* 37, 88 -tis *sardonychibus.* VLP. dig. 9, 2, 27, 30 *si uxor* margaritas ... -asset, ut pertusis in linea uteretur). *al.* SOL. 52, 40 ita acutum *cornu monocerotis,* ut, quicquid impetat, facile ictu eius -etur. HIL. trin. 10, 23 *ictus in Christo est* ut telum aliquod ... aquam -ans. SIDON. epist. 9, 13, 6 nugas in imo scrinii fundo muribus -tas. *al.*

2 *-antur corpora animantium eorumve partes vel tegumenta*: **a** *aggredientium telis, ictu, vulnere* (*cf. supra p. 1397, 56. 60*): VERG. Aen. 10, 485 *Turnus Pallantis* clipeum ... transverberat ictu loricaeque moras et pectus -at (OV. met. 12, 377. STAT. *infra. al.*). 10, 589 *hasta* laevum -at inguen. OV. fast. 5, 711 Pollux ... Lyncea -at hasta, qua cervix umeros continuata premit. trist. 3, 9, 26 *Medea* -at ense latus *fratris* (STAT. *infra.* AMM. 16, 12, 49. *al.; latus Christi* [*sec. Ioh. 19, 34*]: LACT. inst. 4, 26, 32. RVFIN. Adamant. 5, 3 lancea [AVG. serm. 213, 8. *al.*]. *al.; cf.* PS. VIGIL. THAPS. trin. 3, 43 lancea ⟨latus⟩ -tus [*abl. var. l.*]). VELL. 2, 80, 3 cum lacerna eius *Caesaris* -ta esset lanceā. VAL. MAX. 1, 8 ext. 19 cum *serpens* telorum iactu -ari nequiret. CELS. 7, 4, 3[A] venter ... telo -atur (7, 16, 1 ictu). 7, 16, 1 intestinum. CVRT. 7, 9, 8 vix ... ullum fuit scutum, quod non pluribus simul spiculis -retur (SVET. Iul. 68, 4 centum et viginti ictibus scuto *centurionis* -to. CLAVD. DON. Aen. 2, 545 p. 223, 17 penitus). STAT. Theb. 8, 698 *Tydeus* ora Thoantis, pectora Deilochi, Clonii latus, ilia torvi -at Hippotadae (IORD. Get. 163 gladio). APVL. met. 2, 32, 6 vastis et crebris -ti vulneribus *latrones. al.* *ictu animalium*: PLIN. nat. 9, 128 *purpura linguā* pascitur -ando reliqua conchylia. AMM. 23, 4, 7 eminus lapides ... calcitrando emittunt *asini,* ut -ent pectora sequentium. PALLAD. hist. mon. I 6 p. 271[A] *Scythiae* culices ... aprorum quoque -ant cutem (*gr. p. 49, 4 τιτρώσκουσιν. sim.* II 10 p. 360[B], *ubi seq.* -tus est totus [*gr. p. 49, 5 κατετρώθη, I 6 p. 271[A]* exulceratus est]). **b** *a quibuslibet hominibus* (*saepe a medico*): CELS. 7, 7, 12 *tubercula quaedam oculi* ad imam radicem -are acu. 7, 8, 3 ubi aures ... -tae sunt (*ornamenti vel signi infigendi causa ut*: EPIST. Alex. p. 211, 15. VVLG. exod. 21, 6 -bit ... aurem eius *servi* subula [*pendet* HIER. adv. Iovin. 2, 25 p. 322[D] *si liberi esse* noluerimus, -bitur nobis auricula, in testimonium inobedientiae]. deut. 15, 17. *cf. l. 70 infra*). 7, 15, 1 umbilico -to *aquam emittere.* 7, 22, 3. 7, 25, 2 cutis, quae super glandem est, ... notatur ..., qua -etur. 8, 3, 7 aut simplex ŏs dimidium -tum est, aut in duplici superius. 8, 9, 1[H]. COLVM. 6, 14, 1 radix consiliginis ... -tae auriculae *bovis aegroti* inseritur. MARCELL. med. 29, 45 *per lacertae* oculos acum ... traicies -tisque oculis *eqs.* *sensu obsceno*: PRIAP. 76, 3 quod sim iam senior ...: deprensos ego -are possum Tithonum Priamumque Nestoremque. **c** *natura* (*in descriptione partium corporis*): CELS. 8, 1, 11 mediae *vertebrae sunt* -tae, qua spinae medulla ... descendit. PLIN. nat. 11, 163 *dentes serpentini* tenui fistula -ti ... venenum infundentes (*cf.* EVSTATH. Basil. hex. 9, 5, 16 aculeum ... scorpii, quem tamquam fistulam quandam sapientia -vit artificis [*gr. ἐκοίλανεν*]). ARNOB. nat. 3, 18 *aures* flexuosis tramitibus -tas, qua inrepere vox possit. **d** *substantiis nocentibus sim.*: MACR. Sat. 7, 8, 7 *quare* sinapi et piper, si adposita cuti fuerint, vulnus excitent et loca -ent? VINDIC. epist. ad Valent. 9 *liquor fervens* -ans cutem ac pertundens cratem capitis *eqs.* MARCELL. med. 8, 128 palpebras -tas umore vetusto. CASS. FEL. 32 p. 68, 1 qui *tumor maxillae* ... ipsam buccam -et.

B *in imagine et translate* (*v. etiam p. 1399, 40*): **1** *exempla varia* (*multis subest usus sub A 2a descriptus, aliter e. g. l. 67. 68. 73*): SEN. benef. 1, 4, 2 *Chrysippi* acumen nimis tenue retunditur ...; etiam cum agere aliquid videtur, pungit, non -at. dial. 7, 23, 5 *sapiens* habebit sinum facilem, non -tum, ex quo multa exeant et nihil excidat. epist. 99, 5 si ... non -to animo hauriebamus (*sc. bona sim.*) et transmittente quicquid acceperat. MOYS. Cypr. epist. 31, 5 clipeum fidei, qui non potest -ari. HIER. epist. 54, 11, 2 -entur aures tuae ... sermone dei *tamquam inauribus,* ut pretiosa ex illis novarum segetum grana dependeant. c. Lucif. 13 tuae propositiones, quia sine ferri acumine mittuntur, hostem non valent -are. VVLG. Iob 30, 17 nocte os meum -atur doloribus. RVFIN. Orig. in psalm. 37 hom. 1, 2 p. 1373[A] correptionis iaculo cor -at audientis. Orig. in Rom. 5, 1 p. 1012[C] eum *Christum* -are aculeo suo *temptavit mors peccati.* GREG. M. in euang.

[Hansen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

20, 13 mentem dolore compunctionis -ant, *sc. aeterna supplicia minantes* (*antea*: corda audientium pungunt). moral. 3, 13 vis amoris cor -at *audientis. al.* **2** *respicitur vis lucis vel soni*: STAT. silv. 1, 5, 46 multus ubique dies, radiis ubi culmina *balnei* totis -at ... sol. EVSEB. EMES. serm. 23, 5 aures ... nostras non -at melodia.

II *pro obi. est id quod forando efficitur, aperitur* (*huc fortasse p. 1399, 53. 56*): **A** *via sim.*: CIC. Tusc. 1, 46 viae quasi quaedam sunt ad oculos, ad auris, ad naris a sede animi -tae (CLAVD. carm. min. 26, 16 conclusa ... subter anhelo pumice rimosas ⌞-at⌟ unda vias [*nisi perperam iteratum ex v. 14*; perfodit *Koch, alii alia*]). CIC. nat. deor. 3, 9 duo lumina ab animo ad oculos -ta (*cf. vol. VII 2, 1814, 21 sq.*). *?***B** *res quae apertura quadam in conspectum venit*: CIC. fam. 7, 1, 1 ex quo *cubiculo* tibi Stabianum ⌞-asti et⌟ patefecisti sinum (-ando [*sc. parietem?*] *Reid, cf. Shackleton Bailey, 1977, ad l.*).

III *pro obi. est instrumentum infigendum*: VET. LAT. iud. 4, 21 (cod. 100) *Iael* fixit palum *tabernaculi* ad tempus eius *Sisarae* et -vit in terram (*gr. διήλασεν, Vulg.* defixit *clavum* in cerebrum usque ad terram).

deriv.: perforaculum, perforatio, perforatura. *Hansen.*

perfortis, -e. *a* per *et* fortis; *prius legitur* perfortiter. [*dub. an agnoscendum* perfo⟨rtes⟩ *in contextu lacunoso* PAP. mil. Fink 53 frg. a II 3 (*saec. III*). *i. q. admodum fortis*: BOETH. in categ. comm. 2 p. 224^{D} Iamblichus duas huius rei protulit solutiones, unam pervacuam, aliam vero -em (*cf. p. 225^{A}* causam prorsus gravem).

perfortiter *adv. potius a* per *et* fortiter *quam a* perfortis. *i. q. admodum fortiter*: TER. Ad. 567 (*pater et servus de actione filii*) *egit* fortiter. :: perquam, quia miseram mulierem et me servolum, qui referire non audebam, vicit: ⌞hui -r⌟ (⌞ ⌟ DON. hoc gestu servili et nimis leviori personae congrue dictum est). *Breimeier.*

perfossio, -ōnis *f. a* perfodere. *i. q. actus perfodiendi* (GLOSS. *διορυγμός. διορυγή*): VET. LAT. exod. 22, 2 (Orig. in Matth. ser. 59 p. 135, 4) si ... ⌞in ipsa -e⌟ inventus fuerit fur et percussus mortuus fuerit, non est ei homicidium (⌞ ⌟ *gr. ἐν τῷ διορύγματι, Aug. quaest. hept. 2, 84. al.* perfodiens, *Coll. Mos. 7, 1, 1* perfodiens nocte parietem, *Vulg.* effringens ... domum sive suffodiens. *huc spectat* ORIG. in Matth. ser. 59 p. 134, 28).

perfosso, -āre. *a* perfodere. GLOSS. -o: *διορύσσω. διατρυπῶ. διατιτρῶ.*

perfossor, -ōris *m. a* perfodere. *i. qui perfodit* (GLOSS. *διορύχτης. τοιχωρύχος*): *proprie de fure*: PLAVT. Pseud. 980 (*senex ad lenonem*) ut vestitu's, es -r parietum (*fort. vertit τοιχωρύχος*). APVL. apol. 32, 2 eo ... pacto ... qui myoparonem quaesierit pirata erit et qui vectem -r. ANIAN. Chrysost. laud. Paul. 4 p. 494 adulteri et fures et -es domorum (*gr. 4, 18 τοιχωρύχοι*). *in explicatione spiritali loci l. 31 allati* (*apponitur substantivo*): ORIG. in Matth. ser. 59 p. 134, 29 percutit furem (*i. temptatorem*) et -em sermonem confutans eum interficit eum (percussorem *trad.*).

perfossūra, -ae *f. a* perfodere. GLOSS. II 278, 31 *διορυγή*: -a, perfossio. *Holmes.*

perfoveo, -ēre. *a* per *et* fovere. NOT. Tir. 82, 38 -et. **1** *-entur aegri curandi eorumve partes* (*vi praeverbii minus perspicua, fort. intensiva, nisi evanida*): VEG. mulom. 2, 121, 3 ventrem aquā calida -bis (*cf. Pelagon. 132* calidaveris). SEDVL. carm. pasch. 4, 25 *qui* nudis largitur amictum, solatur nexos in carcere, -et aegros. **2** *-etur officium, quod continuatur* (*vi praeverbii temporali*): SEDVL. op. pasch. 5, 28 p. 296, 19 te *custodem* fuisse pervigilem ..., numquam lumina somno flexisse, nisi labori vicibus -endo proximus rite collega succederet.

perfrāctus *v.* perfringo.

[⟨per⟩fragilēs mundi ... honores *legit olim Martène* ORIENT. comm. 2, 93, ⟨si⟩ fragiles *Commire et edd. rec.*]

perfragrāns, -antis *adi. a* per *et* fragrans, fragrare. *i. q. vehementer fragrans* (*an i. q. fragrando penetrans?*): PS. FVLG. RVSP. serm. 27 p. 894^{C} unguento perfunditur *Christus* (*Ioh. 12, 3*), qui ... *in olivis* pinguedinem coagulat olei -antis (*postea*: fragravit unguento domus).

perfrango *v.* perfringo.

perfremo, -ere. *a* per *et* fremere. *fere i. q. fremendo pervadere* (*an i. q. magno sonitu fremere?*): Acc. trag. 403 sicut ... alacres rostris -unt delphini (*per comparationem fortasse cantus nautarum describitur*).

perfrequēns, -entis *adi. a* per *et* frequens. *i. q. valde frequens frequentatus*: LIV. 41, 1, 5 in portu emporium brevi -ens factum, omniaque hinc in castra supportabantur.

perfrequento, -āre. *a* per *et* frequentare. *fere i. q. saepe frequentare sim.*: PS. LACT. PLAC. fab. Ov. 3, 3 nymphis, quae Nysam montem Indiae -rent (-bant *Giselinus,* frequentant *var. l.*).

perfreto, -āvī, -āre. *a* per *et* fretum (*cf.* transfretare, fretare). *i. q. transfretare*: SOL. 27, 40 *anno quodam* inter haec *Syrtium* vadosa classem Romanam inpune accipimus -asse. *Breimeier.*

perfricātio, -ōnis *f. a* perfricare (perfricatus); *cf.* 1. perfrictio. [*saepius falso trad. pro* 2. perfrictio (*v. p. 1404, 27 sqq.*), *nisi nostram vocem confusione quadam in sermone vulgari pro illa adhibitam esse censeas.*] *i. q. actus perfricandi, τρίψις*: VEG. mulom. 4, 9, 1 *sanguis in crura iumenti contractus* triti salis -e discutitur (ANIAN. Chrysost. hom. 15, 6 p. 29, 12 [*in imagine, cf. l. 36 infra*] ut ea, quae corrupta sunt, s. -e reparentur [*gr. ἐπιπάσσοντας ἅλας*]). ORIBAS. eup. 3, 7, 23 Aa p. 522 prodest ... his, *qui emphraxin patiuntur,* -o corporis (Ab perfrecatio, *gr. ἀνατριβέσθω*).

perfrico, -uī (-āvī), -ātum *et* -ctum, -āre. *a* per *et* fricare. *scribitur in codd. hic illic* -frig- (CELS. 6, 6, 15^{A} [*var. l. ut* 6, 6, 34^{B}]. PELAGON. 249 CHIRON 390. *al.*), -freg- (CHIRON 44) *vel* -frec- (ORIBAS. syn. 5, 4, 4 Ab p. 51. 5, 53, 5 Ab p. 91. *al.*). NOT. Tir. 93, 96 -at. *de formis: imperat.* -ito CHIRON 952 (*cod. Basil.* -ato [*ita cod. uterque* 318. 410. *al.*]); *perf.* -ui *sim. praebent* CIC. Tusc. 3, 41 SEN. nat. 4 praef. 9. *al.,* -averis MARCELL. med. 32, 48, -ixit CHIRON 70 (*cf. l. 13 et* fricito, frigito *apud eundem 461. 747. al.*); *p. p. p.* -atus: VITR. 7, 1, 4 CELS. 6, 6, 8^{C} SCRIB. LARG. 95. PETRON. 132, 13 (-cta *var. l.*). *al.*; -ctus: APVL. met. 2, 25, 1 MARCELL. med. 8, 68. 34, 61 (*sed* -atus 23, 29. *al.*). *al. legitur inde a* CATONE, CIC., VARRONE, *frequentant scriptores rei medicae, imprimis* CELS. (*54^{ies}*), VEG. mulom. (*32^{ies}*) et MARCELL. med. (*plus 34^{ies}*). [*confunditur cum* confricare CIC. Verr. II 3, 62. CELS. 3, 14, 3 (con- *FV et Marx, quae vox a sermone* CELSI *aliena est*), defricare HOR. sat. 1, 10, 4 sale multo urbem defricuit (SCHOL. dicturus erat -uit). *e coni. dub.*: PLIN. nat. 8, 100 pantheras -ta carne aconito barbari venantur (*Gelenius,* per fricatas carnes *sim. codd.*).]

I *spectat ad actionem, qua (tota) superficies alicuius (rei) fricando tractatur*: **A** *structura sollemni pro obi. est vel subauditur id quod (is qui) tractatur*: **1** *-antur res*: **a** *illinendo, unguendo* (*sc. conservandi causa praeter l. 30. 31 sq.*): CATO agr. 116 lentim oleo -ato, sinito arescat ([*cf. de eadem re Plin. nat. 18, 308* o. unguant]. PLIN. nat. 36, 181 quod malthatur, o. -atur ante). VARRO rust. 3, 9, 12 *ova* -ant sale minuto. 3, 16, 22 *alvus* apiastro -anda, quod inlicium hoc *apibus* (COLVM. 9, 8, 13 sunt qui *apiastrum* ... aliasque colligant similes herbas ... et ita alvos -ent, ut odor ... vasis inhaereat). COLVM. 12, 55, 3 (*de salsura facienda*) -atur caro (*antea*: quotidie salsuram fricare *manibus*). *in imagine* (*cf. l. 5 et 22*): ANIAN. Chrysost. hom. 15, 6 p. 29, 14 (*respic. Matth. 5, 13*) *sibi* tradita atque ab illa iam putredine, *sc. peccatorum,* liberata -bant sale inque hac novitate servabant (*gr. ἤλιζον*). **b** *purgando, poliendo, limando*: CATO agr. 152 *scopis* latera doliis intrinsecus usque bene -ato, ne faex ... adhaerescat (*cf. 26 dolia* extergeantur, ... labra doliorum circumfrices). VITR. 7, 1, 4 *testacea spicata Tiburtina* ⟨sint⟩ extenta et ad regulam -ata (*cf. Cet. Fav. 19 p. 303* fricaturis et politionibus exerceantur).

2 *-antur animantes eorumve partes* (*morbi sim. p. 1403, 21*): **a** *in sermone communi*: **α** *-at aliquis frontem, caput suum animo moto* (*saepius tropice, sed re non prorsus perspicua. cf. Otto, Sprichw. n. 631; Sittl, Die Gebärden der Griechen u. Römer, 1890, 47; Lamacchia, in: Miscellanea M. Barchiesi, 1980, 969 sqq.*): Ⓘ *eo quod miratur aliquid vel consilio eget*: CIC. Pis. 61 *ut scriba aerarii* perscriptis rationibus secum ipse caput sinistra manu -ans commurmuratus sit: 'ratio quidem hercle apparet, argentum *οἴχεται*' (*Plaut. Trin. 419*). Ⓘⓘ *eo quod animum confirmat ad actionem audaciorem vel impudentem*: CIC. Tusc. 3, 41 quid tergiversamur, Epicure, nec fatemur eam nos dicere voluptatem, quam tu idem, cum os -uisti, soles dicere? CALV. or. frg. Quint. inst. 9, 2, 25 (*exemplum permissionis*) -a frontem et dic te digniorem, qui praetor fieres, quam Catonem (*al., v. vol. VI 1, 1357, 84 sqq.*). PLIN. nat. praef. 4 -ui faciem nec tamen profeci (QVINT. inst. 11, 3, 160 -are f. et quasi improbam facere. *aliter l. 58 sq. 60 sq.*).

β *cetera exempla*: COLVM. 6, 2, 5 nares *boum* -ato, ut hominem discant odorari. PETRON. 22, 1 ancilla totam faciem eius *Ascylti dormientis* fuligine ... -uit et non sentientis labra umerosque sopi[ti]onibus pinxit. SVET. Tib. 60 piscatori, qui sibi secretum agenti grandem mullum inopinanter obtulerat, -ari eodem pisce faciem iussit. APVL. met. 2, 25, 1 -ctis ⟨o⟩culis (CAEL. AVR. chron. 1, 4, 101). 3, 24, 2 manus immersi *in pyxidem* et haurito plusculo uncto corporis mei membra -ui. 10, 21, 1 multo sese perungit oleo balsam⟨in⟩o meque indidem largissime -at. PALLAD. hist. mon. I 11 p. 288^{C} caput ... serpentis -ando conterens in verendis *meis* (*gr. p. 77, 2 προστρίψας*).

b *in re medica* (*iuxta* unguere *sim. e. g. l. 69. 71. p. 1403, 32*): **α** *exempla sec. obi. digesta*: Ⓘ *-antur ipsi homines vel iumenta*: CELS. 1, 3, 4 *oportet fatigatos* multo oleo ungui leniterque -ari. 3, 15, 2 *qui febri quartana vexatur, debet septimo die* in unctione vehementer -ari ... *decimo die* aeque -ari. 3, 22, 5 *tabe laborantem convenit oleo* ungui, -ari, si potest maxime per se ipsum. 3, 22, 14 ipse se suppresso spiritu -are. 6, 6, 8^{C} *qui oculos inflammatos habet,* lavari debet leviter ante oleo -tus diutiusque in cruribus ([ex oleo perstrictus *var. l.*]. *item additur locus, ubi -etur*: MARCELL. med. 25, 22 eo medicamine sic uteris, ut sciaticum ... -es in coxa,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quam dolet). *al.* PELAGON. 352 haec coquito et equum -ato (*cf.* CHIRON 43 *iumentum* [410 VEG. mulom. 1, 49. *al.*]. VEG. mulom. 1, 11, 14 animal [2, 88, 14. 2, 135, 3 scabiosum a.]). *al.* Ⓘⓘ *-antur corpus eiusve partes vel vulnera sim.*: CELS. 1, 3, 5 totum quidem corpus, maxime tamen eas partes, quae in aqua fuerunt, leviter -are ex oleo (3, 27, 2^A. 6, 6, 34^A. *al.*). 2, 14, 8 extremas partes -amus *materiae evocandae causa* (3, 21, 5 superiores. 4, 2, 8 inferiores [4, 5, 6]. *al.*). 3, 22, 12 -anda crura brachiaque (4, 12, 9 -anda ... et calfacienda. 4, 20, 3). 4, 4 caput et os et ... cervicem (66, 6, 15^A *pediculosis est* c. ad cutem tondendum diuque cotidie ieiunis -andum. 6, 7, 7^B. *al.*). 4, 9, 1 -are fauces periculosum est (SCRIB. LARG. 68. PLIN. nat. 28, 190 spinam aliudve quid faucibus adhaerens felis extrinsecus fimo -atis ... delabi tradunt. *al.*). 4, 27, 1^B coxas et poplites. 6, 13, 1 *tubercula gingivarum* sale contrito -are. 8, 10, 1^L summa cutis. *al.* COLVM. 7, 5, 22 ea mixtura palatum atque lingua totumque ōs *agni* -atur. SCRIB. LARG. 8 nares interius. PLIN. nat. 20, 169 vulnera ab his *serpentibus* facta -ant, *sc. herba quadam.* 20, 221. APVL. met. 5, 10, 2 duratos in lapidem digitos *mariti podagrici.* CHIRON 480 cimices tres in ... manu sumito et ⌞os⌟ ei -ato et orificium, qua consuerit urinam facere (⌞ ⌟ *cod. Basil.*, eos *cod. Monac.; cf. Hippiatr. gr. I p. 174, 14 ἐπάνω τοῦ αἰδοίου ... ἐπίτριψον*). MARCELL. med. 11, 23 oris ac linguae vitia ... eo pulvere. 12, 47 pulvere ... dentes tibi -a (13, 5. *al.*). *al.* Ⓘⓘ *-antur morbi, dolores*: PLIN. nat. 20, 27 Hippocrates capitis mulierum defluvia -ari raphanis *iubet* (*cf. Hipp. de morb. mul. 2, 189 ἔμπλασσε ... ῥάφανον τριπτήν*). 28, 192 (*inde* MARCELL. med. 18, 16) cervicum dolores butyro aut adipe ursino -entur, rigores bubulo sebo (28, 198 lumborum d. et quaecumque alia molliri opus sit). *morbus ponitur pro homine affecto*: ORIBAS. syn. 9, 5, 3 Aa p. 278 astmaticos et tusses et pus iactantibus -bat (*gr. ἆσθμα, βῆχα καὶ πνώδη διάθεσιν ἀπετρίβετο,* La qui pus expuunt passionem -antur [*sec.* privari, exui *aliquid?*]). Ⓘⓥ *cetera exempla* (*sc. obi. subaudiendo vel per praepos. indicato*): CELS. 3, 18, 14 *ut insano* frictio admoveretur lenis, ut ne manum quidem, qui -ret, vehementer inprimeret. 4, 3, 3 post perfusionem iterum -are. CHIRON 44 si sol fuerit, perunges et -as ne minus quam hora. MARCELL. med. 8, 31 *ut* ad angulos eorum, *sc. oculorum lippientium*, utraque manu -et (*cf. Plin. nat. 28, 44* aqua ... oculos tangant). *al.*

β *conspectus additamentorum notabiliorum, quae rationem -andi accuratius describunt; indicatur*: Ⓘ *gradus vel modus -andi* (*cf. l. 55*): CELS. 1, 3, 4 leniter (1, 4, 1. 3, 27, 2^A. *al.*). 1, 3, 5 leviter (4, 31, 3. *al.*). 3, 15, 2 in unctione vehementer (3, 23, 6 v. et diu. 4, 26, 2 omnia praeter ventrem. *al.*). CHIRON 43 adversus pilum (*inde* VEG. mulom. 2, 82, 1 contra pilos. *cf. ibid.* 4, 12, 2 contra pilum). VEG. mulom. 2, 135, 3 diligentissime (ORIBAS. syn. 5, 53, 5 Ab p. 91 diligenter). *al.* Ⓘⓘ *quamdiu vel quotiens -etur*: CELS. 1, 4, 2 aliquamdiu. 3, 22, 5 donec insudet (6, 6, 34^B. CHIRON 318 tam diu, d. sudet. 410 usque d. excalefaciant. *al.*). 3, 22, 12 ter quaterve die vehementer (*item definitur numerus frictionum* [*cf.* 2, 14, 9]: 3, 23, 6 non minus ducenties. 3, 27, 2^A bis die. 4, 3, 3 iterum [ORIBAS. syn. 6, 6, 10 Aa p. 9, 8]. *al.*). 3, 27, 2^A satis diu (6, 6, 15^A. *al.; cf.* 6, 6, 8^C diutius [8, 16, 4 SCRIB. LARG. 68. *al.*]. VEG. mulom. 1, 42, 3 diutissime [2, 92, 7. *al.*]). 6, 8, 1^B adsidue (PELAGON. 238. MARCELL. med. 11, 22. *al.*). *al.* Ⓘⓘ *substantia, qua quis -etur (v. etiam supra l. 12.13.20): per praepos.*: CELS. 8, 10, 7^N ex cerato liquido (8, 16, 4 ex oleo et nitro ac sale. *al.* SCRIB. LARG. 95. PLAC. med. 5, 11 rec. *a* ex eo. *al.*). MARCELL. med. 20, 145 de nardo tepido stomachum -bis. *per abl.*: CELS. 4, 6, 4 adipe quam vetustissima (PLIN. nat. 28, 192 butyro aut a. ursino. *al.*). 3, 27, 3^B oleo (4, 13, 3 o. et sulpure. *al.* ORIBAS. syn. 6, 6, 6 Aa p. 8, 22 habundanti molliter [*gr. λιπαρῶς ... καὶ μαλακῶς ἀνατρίβειν*]. *al.*). 4, 31, 8 acopo vel liquido cerato cyprino (8, 10, 2^D molli c.). 6, 6, 34^B irino. 6, 13, 1 sale contrito. PELAGON. 204, 2 eo *sanguine* ... vino et oleo permixto totum corpus pecoris -bis. 235 hoc medicamine. *al.* Ⓘⓥ *instrumentum -andi*: CELS. 1, 4, 1 manibus suis (3, 11, 2 m. unctis ex vetere oleo. 3, 27, 3^B m. puerilibus. VEG. mulom. 2, 92, 7 pressa manu. *al.*). SCRIB. LARG. 8 *his mixtis* pinna longiore nares interius -antur (68 fauces [*inde* MARCELL. med. 15, 2]). MARCELL. med. 32, 48 *inguina* sanabis, si ipso veretro denudato ... adsidue ea contigeris vel -veris.

B *structurae ceterae*: **1** *structura inversa, sc. pro obi. est id quod fricando inungitur*: GARG. MART. cur. boum 4 muriam salsamenti optimam et ... rutam conterito et labris *bovis* -ato (*item accedit dat.*: MARCELL. med. 12, 40 oleo puro naribus -cto). VEG. mulom. 1, 42, 3 oleum vetus et picem ... misces ... et diutissime -bis ita, ut testiculos ipsius *iumenti* perungas. MARCELL. med. 23, 29 *spina alba* lienem in eodem loco -ata sanabit. 35, 25 *haec ut supra dictum confecta* calida manu -ans ad placandos ... nervos uteris. **2** *structura mixta, sc. -are aliquem aliquid* (*cf. Hofmann-Szantyr 44 sq.; addas l. 1, si* haec *ἀπὸ κοινοῦ ponitur; aliter explicandum l. 28*): PELAGON. 235 marrubium cum veteri axungia ... permixtum ungulas -bis (*cf.* 245, 1 haec vino permixta omne corpus -bis [*nisi utrobique intellegas nom. vel acc. absol.*]). CHIRON 309 eam unctionem eum *equum lienosum* -bis (*sed* VEG. mulom. 2, 92, 4 unctione eadem). MARCELL. med. 34, 61 fel ursinum -cti articuli dolore relevabuntur. PLIN. phys. Bamb. 41, 1 lacte caprinum et leporis cerebrum gingive -antur (*sec.* PLIN. med. 1, 14, 1, *ubi abl.* lacte ... aut ... cerbello).

II *spectat ad actionem terendi, contundendi, depsendi sim.* (*vi praeverbii perfectiva maxime apud* APIC.): COLVM. 12, 38, 5 bacas ... myrti quam maturissimas legito et -ato, ita ne interiora semina conteras. PLIN. med. 2, 27, 13 si *malagma* induruit, modice ad ignem calefactum manibus -atur et ita mollescit. MARCELL. med. 8, 68 lupi fimus diu -ctus ad summam levitatem. 18, 46 -ando vel terendo concorporabis omnia. 32, 23 stercus suillum cum oleo -ctum (*cf. Plin. med. 2, 22, 3* tritus). 36, 50 cum videris omnia bene mixta, defunde in aquam frigidam et manibus subige vel -a. APIC. 4, 2, 5 *asparagos* in mortario fricabis, aqua suffundes, -bis, per colum colabis.

deriv.: perfricatio, 1. perfrictio.

1. perfrictio, -ōnis *f.* *a* perfricare (perfrictus). *?***1** *i. q. affectio cutis fricando effecta*: PLIN. nat. 21, 116 *Apollodorus cypiron dicit* alarum vitiis -busque cum oleo inlitum mederi (*nisi pertinet ad* 2. perfrictio). **2** *i. q. perfricatio* (*spectat ad medicamenta infricanda*): MARCELL. med. 6, 4 alopiciarum vitia anserinae adipis -e supplentur. 36, 23 ad omnes ... membrorum dolores ex -e relevandos. *cf. l. 64. p. 1405, 30.*

2. ※**perfrictio,** -ōnis *f.* *a* perfrigescere. *scribitur* -frigio GLOSS. II 495, 16 (*cf.* 481, 13 -frictio haec perfrigio); -frix- *ibid.* 406, 15 (re- *var. l.; de* 589, 32 *v. p. 1408, 35*). GLOSS. *ψυγμός. περιψυγμός. κατάψυξις. περίψυξις.* GLOSS.^{L} V Aa P 398 corpus frigore perfunctum (*sim.* Corp. P 243). *legitur inde a* SCRIB. LARGO, PLIN. nat. *apud scriptores rei medicae praeter p. 1405, 33.* [*confunditur in codd. maxime cum* perfricatio, *e. g. l. 59. p. 1405, 6. 8. 13* (*restit. l. 62. 68. p. 1405, 24. 28, ceterum nobis restituendum videtur* [*sed v. p. 1402, 2*]: CHIRON 308 *equi lienosi fiunt* ex nimia perfricatione [*cod. Basil.*, -frigat- *cod. Monac., cf. infra l. 53. 71, unde* perfrig⟨id⟩atione *Oder in add.*, -e VEG. mulom. 2, 92, 2]. MARCELL. med. 20, 114 ad stomachi ... *et* ad nervorum ... perfricationem [*antea*: ne stomachus perfrigescat]. PS. MVSA. herb. Vett. l. 140 qui perfricationibus laborant. HIPPOCR. num. sept. 31, 70 [cod. G] post lavacrum *febricitantis oportet* ... -em observare [*cod. A* infrictionem]), *ceterum cum* perstrictio *l. 55. p. 1405, 9. 13. al.* (*restit. p. 1405, 24*), perfectio *l. 54. al.* (*restit. p. 1405, 11. 12*). *al. v. infra.* *e versione inepta* ORIBAS. syn. 1, 28, 1 La p. 82, 7 (*v. Svennung, Unters. Pallad., 237 adn. 3*).]

i. q. actus vel effectus perfrigescendi, quo afficiuntur animantium corpora vel singula membra (*pars affecta indicatur per gen. infra l. 71, adde* PS. THEOD. PRISC. add. p. 325, 31 stomachi, p. 349, 8 vulvae; *gradus affectionis per adi., e. g.* nimia CHIRON 317 VEG. mulom. 2, 88, 2. *al.*, vehemens *ibid.* 1, 29, 4 CAEL. AVR. acut. 3, 5, 48, profunda *ibid.* 2, 13, 87 CASS. FEL. 46 p. 117, 14. *al.; iuxta pos.* frigus *p. 1405, 9. 18, opp.* tepor *p. 1405, 34,* aestus *p. 1405, 23,* sol *p. 1405, 4,* adustio *p. 1405, 29*): **1** *respicitur ipsa affectio; agitur de*: **a** *curatione, praecautione*: SCRIB. LARG. 268 acopum ad -em, lassitudinem, tensionem nervorum (270. 271 a. *quoddam* ... facit ad -em et nervorum dolorem. *al.*). PLIN. nat. 20, 156 *puleio silvestri* tuso in -e fricari ante balinea convenit (*ed. Basil.*, in -es *vel* infer frictiones *codd.*). 20, 240 *oleo sinapis* utuntur ad nervorum rigores ... et -es. 21, 141 *iris rufa* contra canum morsus ex oleo inponitur et contra -es (23, 134 *sucus mori* inlinitur et c. -es. 27, 130 *radix rhecomae decocta* bibitur c. inflationes et -es [-flict- *var. l.*]. *cf.* 32, 140 *adarca* utilis ... c. -um vitia [-frigat- *var. l.*]). 23, 80 *oleum* lassitudinum et -um refectio est (-fect- *var. l.*). 26, 124 in loco calido et a -bus tuto (-strict- *var. l.*). *al.* SER. med. capp. 9 humoribus et -bus sedandis. CHIRON 13 diligenter curabimus tergere *equos lautos,* ne aliqua pars humoris -em eis inferat; ... perfricare eos oportet, ut corpora eorum thermasiam passa a -e corroborentur (*i. ab ea defendantur, cf.* VEG. mulom. 1, 22, 12 ut ... aut repellant aut perferant -is iniuriam (-fricat- *var. l.*). VEG. mulom. 1, 10, 5 lana cerebro indita ab omni -is necessitate munies *iumentum morbo maleo vexatum* (frict- *var. l.*). MARCELL. med. 5, 4 ad distillationes -esque ... *fumum quendam* naribus trahito (-fricat- *trad.*). 18, 9 nervorum omnium rigori et -bus cito subvenitur malagmate tali (*sunt qui trahant ad* 1. perfrictio, *sed cf. l. 47. 50*). 20, 115 *ea potione usus* nec tussem nec -es ... sentiet (PS. APVL. herb. 93 l. 4 nec gravedinem senties nec -em). *al.* **b** *origine, causis* (*cf. p. 1405, 7*): PS. HIPPOCR. ad Maecen. 3 de pituita -o nascitur. CAEL. AVR. chron. 1, 1, 49 nocens appositio sanguisugarum, ex quibus -o atque commotio ... consequitur (-fricat- *trad. ut* 3, 7, 95 ex quibus *actionibus* periculum -is necessario sequetur). CASS. FEL. 42 p. 96, 13 sequitur ... in passione *stomachi* constitutos ... articulorum -o ([-frigat- *var. l.*]. 47 p. 121, 1 [-fricat-, confrictio *trad.*]. 64 p. 156, 21 aegrotos *cardiaca passione*).

2 *respiciuntur eius effectus*: **a** *-o aliorum morborum, dolorum sim. est causa vel accidens*: α *abl. pendens e praepos.*: ex: SCRIB. LARG. 57 si quando moventur dentes ex -e, confirmandi erunt. 257 quic-

[Delhey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quid ex -e est. CHIRON 116 quae *signa febris* contingunt ... ex -bus et ex sudoribus (*inde* VEG. *l. 24*). 405 *ecedermia* nascitur ... ex -e. VEG. mulom. 1, 38, 1 ex -e ... fiunt opisthotonici, podagrici (-strict- *var. l.; cf. Chiron 152* ex frigore). MARCELL. med. 10, 17 quae *gravedines narium* ex sole aut -e generantur. 16, 15 ad tussem ex -e collectam. SORAN. p. 54, 5 *fervura matricis* ex nimia -e emergit (-fricat- *var. l.; gr. p. 105, 5 ψύξις*). CASS. FEL. 28 p. 44, 5 aurium dolores efficiuntur ex antecedenti -e ex frigido vento flante aut ex lavacris frigidis (-fricat- *var. l.*). 46 p. 117, 14 si fuerit ex frigore aut profunda -e dysuriae causatio (-strictio *var. l.*). *et saepius.*

aliis: PELAGON. 58 si *equus* caput a pletura aut a -bus plenum habuerit ([-fict- *cod.*]. *item* ab: 59 *mucus* rubeus tenuis frigidus a -bus veteribus [-fect- *cod.*]. CHIRON 143 qui a -e febricitat [*inde* VEG. mulom. 1, 35, 1, *ubi* -strict-, -fricat- *var. ll.*]. 154 a -e humor erit tenuis, aquaticus et frigidus [*inde* VEG. mulom. 1, 38, 2]. *cf. etiam l. 34*). VEG. mulom. 2, 98 passio de nimia -e descendit ([-fricat- *var. l.*]. MARCELL. med. 5, 18 si de -e fuerit catarrus. 28, 58 qui de -e adsidue sedere cupiunt). CASS. FEL. 29 p. 48, 20 *oculorum* dolores efficiuntur aliquando cum -e et torpore sensus (-fricat- *vel* cum fricatione *codd.*). 46 p. 115, 5 *vesica* sub ingenti ⌞-e aut⌟ frigore ab humore venenoso ... nocetur (*om. cod. unus*). *al.* β *cetera exempla*: CHIRON 175 humorem malignum totius corporis et -is longi temporis (208 *venter* -e l. t. concipit multum doloris. *al.*). 208 si nulla -is causa digestionem impedit. 212 dolor coli per plures dies contingere solet ... ex -is iterationibus. VEG. mulom. 1, 29, 4 *febris* interdum aestu nimio aut -e vehementi ... evenire consuevit (-fricat- *vel* -strict- *codd.; cf. l. 1*). 1, 41 propter -is iniuriam coli ... dolore vexantur *iumenta* (frictionis, instrictionis, inflationis *codd.*). 2, 79, 8 ex ⌞-is etiam⌟ indignatione dysuria assolet evenire (-e et *var. l.*). PS. THEOD. PRISC. ves. vit. 1 vitium vesicae, quod diuturno tempore -bus ... increvit (-fricat-, infrictionibus *codd.*). CAEL. AVR. acut. 3, 5, 48 iugis adustio et -o vehemens *causae antecedentes apoplexiae sunt* (*vix ad* 1. perfrictio, *cf. Bendz, Caeliana, 1943, 72*). chron. 1, 5, 147 *furor* generatur ... nunc ex occultis, nunc ex manifestis causis, ut est ustio, -o. *al.*

b *agitur de rigore mortis*: HIST. Apoll. 27 rec. A *sanguis mortuae puellae, qui* a -e coagulatus fuerat, accepto te[m]pore liquefactus est (*rec. B* ad perfectionem).

deriv.: perfrictiuncula.

perfrictiuncula, -ae *f.* *a* 2. perfrictio *deminutive.* *i. q. perfrictio levissima*: AVR. Fronto p. 62, 9 ego aliquantum prodormivi propter -am (*cf. p. 62, 1* perfrixisse).

perfrīgātio, -ōnis *f. v. p. 1404, 30.* *Delhey.*

perfrīgēfacio, -ere. *a* per *et* frigere *et* facere (frigefacere *non legitur ante saec. VI*). *i. q. penitus frigidum efficere* (*sc. metu; ad imaginem cf. vol. VI 1, 1322, 23 sq.*): PLAVT. Pseud. 1215 mihi ... iamdudum ille Surus cor -it.

perfrīgeo, -ēre. *a* per *et* frigere. *perf.* -xi *sub* perfrigesco *inseruimus.* GLOSS. II 345, 20 *καταψύχω*: -o (-ceo *trad.*).

perfrīgero, -ātum, -āre. *a* per *et* frigerare. NOT. Tir. 69, 42 -at. [*falsa var. l.* PLIN. nat. 25, 162.] *i. q. (penitus) refrigerare*: SCRIB. LARG. 271 *additamenta medicamenti* infervescunt super carbones, deinde -ta ... reponuntur (refrigerata *Marcell. med. 35, 9*).

⁂perfrīgēsco, -frīxī, -ere. *a* per *et* frigescere. NOT. Tir. 69, 43 -it. 69, 44 -xit. GLOSS. *διαναψύχω. παραψύχομαι.* *inde a* VARRONE, CELSO, SCRIB. LARGO. [*confunditur perf.* -xit *cum* perfixit CELS. 1, 3, 10 FRONTIN. strat. 1, 12, 11 APIC. 1, 1, 1; CHIRON 70 *v. p. 1402, 15.*]

i. q. (penitus) frigescere: **1** *frigore extrinsecus accedente, sc. de animantibus vel partibus corporis, quae frigore nimio, perfrictione afficiuntur; spectat ad*: **a** *animalia* (*sc. iumenta praeter l. 58*): VARRO rust. 2, 9, 13 pluviis diebus cubilia substernenda fronde ..., ut ne ... -ant *catuli.* PELAGON. 401 si -xerit *iumentum* ..., sanabitur *potione antea descripta.* CHIRON 149 cum ... iumentum ... aestuavit aut -xit. 152. VEG. mulom. 1, 56, 32 si animal domi forisve -xerit. 2, 73 *iumentum* diligenter cooperies, ne -at.

b *homines*: α *apud scriptores rei medicae*: CELS. 1, 3, 10 ei, qui -xit, opus est in balneo primum involuto sedere, donec insudet (*opp.* exustus in sole). SCRIB. LARG. 268 acopum ad perfrictionem, lassitudinem ...; idem hieme non patitur -ere artus (*sim.* 271. *inde* MARCELL. med. 35, 6. 35, 9). PLIN. nat. 23, 120 *fici* autumno insalubres, quoniam sudantia huius cibi operā corpora -unt (CAEL. AVR. chron. 1, 4, 76. 4, 7, 102 *ex lavacris* facile c. -unt). 31, 66 difficilius -unt marinā calefacta. MARCELL. med. 20, 114 ne stomachus -at (*cf. p. 1406, 9*). SORAN. p. 37, 22 *aures exsiccandae sunt, ne* graciles adhuc infantum pori ⌞-ant et male accipiantur⌟ (*gr. p. 79, 17 βλάψῃ*). p. 39, 17 ne parvitate eorum *operimentorum* -xerit *infans.* HIPPOCR. aer. 3 quando repente solem passi fuerint aut -xerint (*gr. ῥιγώσωσι*). PLIN. phys. Bamb. 56, 6 *si thorax* -xerit. CAEL. AVR. chron. 1, 1, 42 *cum natatur sub divo,* solum supernatans remanet caput, quod necessario -ens inaequalitatem corporis facit. gyn. 2, 71 ut *fetu mortuo et frigido* etiam matrix ... -at et ob hoc densata claudatur. CASS. FEL. 38 p. 84, 10 *si* dorsalis medulla -xerit. *al.* β *apud alios*: MART. 3, 18, 1 (*ad recitatorem*) -xisse tuas questa est praefatio fauces (*cf. de oratore*: IVV. 7, 194 et si -xit, cantat bene). FRONTIN. strat. 1, 12, 11 *Timotheus alicui omina verenti,* quia ex remigibus quendam sternutantem audierat, 'miraris' inquit 'ex tot milibus unum -xisse?' AVR. Fronto p. 62, 1 videor mihi -xisse; quod mane soleatus ambulavi an quod male (*sc. frigide*) scripsi, non scio. HIER. c. Ioh. 39 ne ... stomacho -at *mulier* (*cf. p. 1405, 70*). INSCR. Bull. com. Roma 61, 1933 p. 119 n. 164 (*parieti inscriptum*) -xi (*cf. fortasse* INSCR. pariet. Palat. I 269 -xi. 357 [*v. adn.*]).

2 *calore interno tepescente, exstincto*: **a** *in imagine de languescentibus*: VET. LAT. Matth. 24, 12 (Lucif. Athan. 2, 22 l. 18) quoniam abundabit iniquitas, -et caritas multorum (*gr. ψυγήσεται, cod. 2. al. et Vulg.* refrigescet. *inde* LVCIF. *ibid.* l. 33). LVCIF. moriend. 5 l. 27 (*ironice ad Constantium, sec. Matth. 7, 15*) adhuc in ovem, cum sis lupus, -is? LAVRENT. paen. p. 91⁸ in quibus calor fidei ... -xit. **b** *proprie de cibo calefacto*: APIC. 1, 1, 1 cum -xerit *mel coctum,* rursus accenditur.

deriv.: 2. perfrictio.

*?***perfrīgidātio,** -ōnis *f. v. p. 1404, 30 sq.*

perfrīgido, -āre. *a* per *et* frigidare. *i. q. refrigerare*: CHIRON 658 *iumentum suffusione affectum aestate* in frigidam mittis vel per diurnum -bis, ut epifora sanguinis ... per rigore constringatur.

deriv.: ? perfrigidatio.

perfrīgidus, -a, -um. *a* per *et* frigidus. [*de* CELS. 1, 3, 16 *v.* praefrigidus *vol. X 2, 654, 30.*] *i. q. valde frigidus*: CIC. Verr. II 4, 86 erat hiemps summa, tempestas ... -a, imber maximus. ORIBAS. syn. 6, 11, 3 Aa p. 12, 28 cibi ordinatio non sit -a (*gr. ψύχουσα*).

perfrigo *v.* perfrico.

⁂perfringo, -frēgī, -frāctum, -ere. *a* per *et* frangere. -frangit GILD. paenit. 26. GLOSS. -o: *διαθραύω.* -it: *ἀποκλᾷ.* *legitur inde a* RHET. Her., CIC., LVCR., CAES. [*confunditur in codd. maxime c.* perstringere (CIC. Arat. 199 LVCR. 6, 138 OV. met. 12, 273 HOMER. 761 STAT. Theb. 5, 162 FIRM. math. 1, 1, 1. *et saepius*) *et* praefringere (*v. vol. X 2, 654, 43*). *olim legebatur pro* praefringere PLAVT. Mil. 26 TER. Ad. 37, confringere CIC. Catil. 4, 22. *dub. trad.* AMPEL. 30, 1; *e coni. dub.* CIC. ad Q. fr. 2, 3, 2 (*v. p. 1176, 6*). LVCR. 6, 350 (*v.* perfigo). STAT. Theb. 10, 512 (*v. Ker, Class. Quart. 3, 1953, 180*).]

i. q. (penitus) frangere, dirumpere vel frangendo penetrare (*praeverbium saepius vi intensiva poni videtur, vis localis apparet maxime sub IA 1b–d et IA 2; variat c. verbo simplici e. g. p. 1407, 55*): **I** *proprie* (*addidimus comparationes l. 65. p. 1407, 25, imagines l. 67. 74 sq. p. 1407, 1. 4. 8. 9. 27*): **A** *cum obi.*: **1** *rei affectae* (*intellegere possis obi. motum, sc. frangendo impressum p. 1407, 49. 51, effractum p. 1407, 59; nota prolepsin p. 1407, 45*): **a** *-untur varia*: α *quolibet modo*: Ⓘ *formae act.*: *subi. ipsum frangit aliquid*: CIC. Arat. 199 *si* gravis inciderit vehementi flamine ventus, -et celsos defixo robore malos. LVCR. 6, 138 fit ... ut validi vis incita venti perscindat nubem -ens impete recto. OV. met. 1, 154 *Iuppiter* misso -egit Olympum fulmine et excussit ... Pelion Ossae. CVRT. 5, 6, 14 rex dolabra glaciem -ens iter sibi fecit. COLVM. 8, 2, 8 *gallina transverso calcare ornata,* cum incubat, calcis aculeis ova -it. TAC. hist. 4, 30, 1 quam *turrim* praetoriae portae ... propinquantem ... incussae trabes -egere (*cf. l. 68 infra*). HIST. AVG. Gord. 9, 3 statuas Maximini deiecerunt, imagines -erunt. CLAVD. 26, 386 cum ferus Ausonias -ret Hannibal arces. MART. CAP. 5, 436 *comites Rhetoricae* cognoscentum ... -egere subsellia. GILD. paenit. 26 qui sarculum -it ..., restituat. *subi. admittit actionem*: LIV. 22, 20, 2 quae *naves* ... -erant proras litori inlisas. CVRT. 4, 6, 9 humus ... desidente sabulo ... tabulata turrium -bat.

Ⓘⓘ *formae pass.*: SIL. 16, 411 *auriga* -to volvitur axe cernuus (16, 453). APVL. mund. 15 *cum* -ta nubecula patefecerit caelum (*gr. 395a 15 τὴν τοῦ νέφους ἔκρηξιν. cf. supra l. 48*). HIL. in psalm. 51, 22 (*de psalmista oleae fructiferae comparato*) non -endus in ramis, non relinquendus in truncum (*sed cf. antea*: praefractis ... ramis). PS. APVL. herb. 98 l. 5 (*herba saxifraga ad calculos expellendos bibitur*) ut eodem die -tis eiectisque cauculis ad sanitatem perducat. PHYSIOGN. 115 vocem tamquam -tam habent *cinaedi.*

β *ita ut obstantia penetrentur, superentur*: CIC. har. resp. 49 *Pompeius* omnis angustias, omnis altitudines moenium obiectas semper vi ac virtute -egit. CAES. civ. 2, 9, 4 *turri* centones ... iniecerunt, ne ... tela tormentis missa tabulationem -rent (*cf. supra l. 52*). PANEG. in Mess. 90 quis ... melius ... sagittam iecerit aut lento -erit obvia pilo (*cf.* TAC. ann. 14, 37, 1 eques protentis hastis -it, quod obvium ... erat). CVRT. 9, 5, 7 galeam saxa -erant (AMM. 31, 13, 3 securium ictibus g. -bantur atque loricae. *cf.* SIL. 10, 236 saxum ingens ... -tae cassidis aera ossibus infodiens). VAL. FL. 6, 184 arma (*v. sub e*). SIL. 5, 160 -tas Alpes (*a Poenis ut* FLOR. epit. 2, 6, 9 Punici belli vis ... medias -egit A.). PLIN. paneg. 49, 1 (*de*

[Wirth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

morte Domitiani, qui muris salutem suam tueri videbatur) dimovit -egitque custodias poena. *al.*

b *-untur claustra, fores, munitiones sim.* (*cf. l. 62. p. 1406, 67*): Cic. Verr. II 5, 39 ut earum rerum vi et auctoritate (*sc. securibus et imperio*) omnia repagula pudoris officiique -res. Caes. Gall. 7, 85, 3 Galli nisi -erint munitiones, ... desperant. Tib. 1, 10, 54 femina -tas conqueritur ... fores ([*metaphorice intellegit Fruhstorfer, Rhein. Mus. 129, 1986, 54 sqq.*]. Stat. Theb. 10, 553 tuba ... obsaeptas ... f. sonitu -it amaro [-stringit, -strinxit *var. ll.*]. Apvl. met. 4, 10, 1. 9, 18, 2 *quod* auro ... soleant adamantinae etiam -i fores). Sen. Tro. 723 *Hercules* -to limine Ditis caecum retro patefecit iter. Cvrt. 9, 5, 19 *milites* dolabris -egere murum (Tac. hist. 3, 20, 3 -ere ac subruere). 10, 7, 17 *conclavis* claustra -ta sunt (Apvl. met. 1, 10, 3. Paneg. 8, 6, 4 cum Oceanus ... numquam tua, Caesar, c. -erit [*i. murum ad portum tuendum structum*]). Lvcan. 3, 343 vi -ere portas (Sil. 13, 255 -tae rapido ... milite p. Homer. 761 saxo. Tac. hist. 3, 29, 1 securibus gladiisque). Tac. ann. 12, 31, 4.

c *-untur loca quodammodo clausa, quae -ta patefiunt*: Cic. div. 2, 85 -to saxo sortes *ligneas* erupisse (*antea*: silicem caedere). Plin. nat. 10, 30 *ut cornices* duritiam nucis ... *ex alto* in saxa ... iaciant ... saepius, donec quassatam -ere queant. Sil. 3, 658 *ventus* -to populatus carcere terras. Stat. Theb. 7, 434 (*Hippomedon ad comites*) ite viri, ... sic clausas voveo -ere Thebas. Tac. hist. 4, 1, 2 initium id *fuit* -endarum domorum (*sc. a militibus praedantibus; sim. a furibus*: Apvl. met. 4, 12, 2 -to tuguriolo. 4, 18, 6 -to *horreo*). ann. 2, 38, 2 (*Tiberius subsidia a senatu petentes vituperat*) *est* istud ... efflagitatio, ... urgere modestiam senatus ... ac velut -ere aerarium. Oros. hist. 3, 2, 2 castellum ... repentina inruptione -unt (*cf. imaginem*: Novell. Marc. 1, 7 *refrenare* eos, qui ... avaritia stimulante ... castra -ere conabuntur militantum). *effringitur, scinditur terra*: Stat. silv. 3, 1, 113 (*Hercules ad Pollium*) aspera ... invitae -am viscera terrae (*i. montem, ut templum meum amplificare possis*). Plin. epist. 5, 6, 10 campi, quos non nisi ingentes boves et fortissima aratra -unt.

d *-untur homines congregati, sc. acies, caterva sim., fere pugnando* (*cf. infra l. 64 sqq.*): Caes. Gall. 1, 25, 2 milites e loco superiore pilis missis facile hostium phalangem -erunt. Cvrt. 7, 9, 10 equitum ... turmae ... -egere barbarorum aciem (Sil. 9, 362. 11, 398 Tac. hist. 4, 20, 3). Tac. hist. 2, 21, 3 *murorum defensores* immensas lapidum ... moles -endis obruendisque hostibus expediunt (-endis operibus *codd. rec.*, vineis *suppl. Classen*). ann. 1, 64, 1 -ere stationes seque inferre munitoribus. 2, 11, 3 *dux* hortatus suos, ut ingruentes catervas globo ⟨per⟩fringerent. 14, 11, 2 *quis crederet ab Agrippina* missum cum telo unum *ad Neronem interficiendum,* qui cohortes et classes imperatoris -ret? Ivl. Val. 1, 20 cum ... -to praesidio iuventutis in seniores periculum vadat (*gr. p. 26, 1 ἡττηθέντων ... αὐτῶν*).

e *-untur partes corporis animantium*: Verg. Aen. 11, 614 *duo equites collisi* ruinam dant ... -taque quadripedantum pectora pectoribus rumpunt (Stat. Theb. 5, 162 *Lemniades* ferro pectora ... -unt *pueri* [-stringunt *var. l.*]. Prvd. c. Symm. 2, 705 -ta ... congredientum p.). Ov. epist. 4, 115 *Theseus Minotauri* ossa ... clava -ta trinodi sparsit humi (Cels. 8, 3, 11 ut ex ictu neque findatur os neque -atur, sed summum tamen collidatur. 8, 4, 15 *si os calvariae* totum -tum est. Sen. Herc. f. 1025 *Hercules clava* -egit o. *coniugis.* Plin. nat. 11, 132 *capitis ossa* -ta non queunt solidari, sed exempta *eqs.* Sil. 2, 187. 4, 378 -ta ... in ore *leonum* [-facta, -fecta *var. ll.*]. *al.*). Liv. 4, 28, 8 *tribunus* ictus saxo -to capite acie excessit (Clavd. Don. Aen. 11, 695 p. 520, 29). Cels. 8, 5, 3 ubi interior cartilago *nasi* -ta est. 8, 9, 1[C] si tota costa -ta est ([*opp. 1[A]* si tota fracta non est]. Stat. Theb. 2, 636 curvas -it lancea costas. *cf.* Apvl. met. 4, 12, 8 *e fenestra cadens* -ta diffissaque crate costarum ... vitam evasit). Val. Fl. 1, 192 *victimarum* colla bipenni. 6, 184 -ta ... caedibus arma corporaque *pugnantium sunt.* Sil. 10, 511 *sunt* -ti turbine dentes muralis saxi. Tac. ann. 6, 14, 1 *tribunus captivus* catenam ... circumdatam in diversum tendens suam ipse cervicem -egit.

2 *rei effectae* (*cf. e. g. vol. VII 2, 545, 12*): Sil. 12, 38 aggressus ... moenia non ullas valuit -ere Poenus tota mole vias.

B *obi. omisso vel subaudiendo* (*v. et p. 1408, 6. 25*): Verg. Aen. 10, 279 (*Turnus suos hortatur, ut Troianos repellant*) quod votis optastis, adest, -ere dextra (Serv.: fortiter facere; et bene verbo usus est militari. *cf.* Prvd. psych. 250 [*loq. Superbia*] sub pedibus stipularum more teratur ... manus *Mentis Humilis*; neque enim -ere duris dignamur gladiis). Liv. 21, 36, 8 iumenta secabant interdum etiam infimam ingredientia nivem et prolapsa iactandis gravius in conitendo ungulis penitus -bant, ut ... haererent in ... glacie. Plin. nat. 5, 84 *fluvium* Ommam vocant inrumpentem *Taurum montem,* mox ubi -egit, Euphraten.

II *translate* (*imag. manifestiores v. sub I*): **A** *-untur varia* (*sine obi. p. 1408, 6*): **1** *potius c. colore violandi, delendi*: Rhet. Her. 4, 39, 51 (*fingitur scelestus quidam*) aliorum domum ac omnem familiam -ens. Cic. Cluent. 15 *mater Cluenti* -egit ac prostravit omnia cupiditate ac furore. Firm. math. 1, 1, 1 qui ... disputationibus suis omnem philosophiam divinamque scientiam putant se posse elati sermonis auctoritate -ere (-stringere *var. l.*). **2** *potius c. colore vincendi, superandi* (*cf. C*): Cic. Sull. 46 nemo umquam me ... suspicione perstrinxit, quem non perverterim ac -erim. Att. 3, 23, 5 si qua spes erit posse ... rem confici (*sc. ut revocetur exul*), des operam, ut uno impetu -atur. Sen. Herc. f. 1275 (*Theseus ad Herculem*) surge et adversa impetu -e solito. epist. 66, 49 maius est ... difficilia -ere quam laeta moderari. Vet. Lat. Sirach 46, 9 -ere murmur malitiae (-stringere *var. l.; gr. κοπάσαι*). Clavd. 8, 407 quid mora -at, Fabius *Cunctator docet* (-stringat *var. l.*). Boeth. c. Eut. 4, 119 *argumenta,* quae hunc sensum inpugnare valeant atque -ere.

B *-untur iura, decreta sim.*: Cic. Verr. I 3 sin istius ingentes divitiae iudiciorum religionem veritatemque -erint, *eqs.* (*cf.* Cod. Iust. 6, 23, 6 [*a. 285*] verba testamenti, ... si res se aliter habent, fidem veri non -unt). Caecin. 73 *ius civile* neque inflecti gratia neque -i potentia *potest* (Frg. Vat. 249, 9 diuturna possessio saepe legitima proprietatum iura -it. Prvd. psych. 88 [*Pudicitia ad Libidinem victam*] *non* mea post Mariam potis es -ere iura). leg. agr. 2, 99. Catil. 1, 18 etiam ad evincendas -endasque *leges* valuisti ([Gloss.[L] II Philox. pe 152 *κατεαχτέας*]. Sest. 134 l. ac iudicia). Mil. 87 *Clodius* senatus gravissima decreta -erat (*cf.* Decl. in Catil. 67 quae *edicta senatus* -ere ... non es veritus). Hil. coll. antiar. p. 57, 2 iustam sententiam conabantur -ere.

C *-untur animi movendi eorumve affectus, qualitates*: Cic. Brut. 38 suavitate ea, qua perfunderet animos, non qua -ret *orator quidam* (*cf.* orat. 97 *eloquentia* modo -it, modo inrepit in sensus). Don. Ter. Andr. 642, 1 *aliquem* alloqui ad -endam iracundiam *eius* (-string- *var. l.*). Prvd. perist. 13, 22 *iuvenis* doctissimus artibus sinistris: fraude pudicitiam -ere *eqs.* Avg. civ. 16, 43 p. 194, 14 plagis tot tantisque -ti ... dimiserant *Aegyptii Israelitas.* Chrysost. hom. I 873[D] *Maccabaeorum matrem* quasi -tam orbitatibus. *Wirth.*

[perfrio *pro* perfrico *legebatur olim* Colvm. 12, 38, 5.**]**

perfrīvolus, -a, -um. *a* per *et* frivolus. *i. q. valde frivolus*: Hist. Avg. Aurelian. 6, 6 haec *ante scripta* video esse -a (-ibo- *var. l.*), sed ... tacenda esse non credidi (*cf.* frivolus *vol. VI 1, 1342, 58 sqq.*).

Gloss. II 589, 32 **perfrixio:** exsiccatio. *a* per *et* frigĕre (frixus).

perfructio, -ōnis *et* **perfruitio,** -ōnis *f.* *a* perfrui (perfructus, perfruitus). *forma* -ct- *traditur* Avg. quant. anim., Ivlian. in Iob, Mar. Merc., -it- Avg. in psalm. 149, 12 quaest. euang. 2, 33, 5, Rvstic., Greg. M. in I reg. (*praeter* 2, 139, *ubi manus prima praebet* -ct-); *ceteris locis utraque forma invenitur* (-ct- *cod. vetustissimus saec. V* Avg. doctr. christ.). [*confunditur in codd. c.* perfectio Avg. quaest. euang. 2, 33, 5 trin. 6, 10, 11, perfunctio *locis cit. et* Avg. epist. 102, 27.]

i. q. actio perfruendi (*perfruitur homo praeter l. 47. 68*): **1** *spectat ad beatitudinem perfectam vel aeternam* (*sc. in vita aeterna vel terrena*): **a** *sine gen.*: Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 2, 155 *Esseni putant animas post mortem* ultra Oceanum degere, ubi eis sit reposita -o. Avg. trin. 6, 10, 11 complexus patris et imaginis (*sc. Christi*) non est sine -e, sine caritate. Greg. M. in I reg. 2, 109 perenni -e. **b** *accedit gen. obi.*: Avg. doctr. christ. 1, 39 ceteris *rebus* ... utendum est, ut ad illarum *aeternarum* -em pervenire possimus (*cf.* in psalm. 149, 12 l. 21 aeternorum -em. serm. 305 A, 7 coll. Morin p. 62, 8 aeternitatis). quaest. euang. 2, 33, 5 (*ad Luc. 15, 31*) *pater* perseverantiam eius *filii maioris* (*i. Iudaeorum*) adprobans ad -em potioris ... exultationis invitat. 2, 39, 4 veritatis. quant. anim. 33, 76 -o summi et veri boni (fructio *var. l.*). Mar. Merc. Conc.[S] I 5 p. 62, 19 *non baptizatus* verorum exemplariorum non replebitur -e. Greg. M. in I reg. 1, 100 *Iudaei Christum non agnoscentes redemptorem* habebant gaudium desiderii, sed non habebant -em saturitatis. 2, 139 *Petrus dominum transformatum videns* (*Matth. 17, 4*) amore tantae maiestatis -e vincebatur (*nisi ad a*). 3, 13 veri gaudii. 3, 27 ad -em inventae ... cognitaeque perfectionis.

2 *cetera exempla* (*ubique c. gen. obi.*): Avg. epist. 102, 27 *peccator* aeternam voluit habere peccati -em (Rvstic. Conc.[S] I 4 p. 111, 27 propter temporalem p. -em aeternum sentire tormentum [perruit- *cod.*]). in psalm. 25, serm. 1, 4 qui providere conantur, quemadmodum ... rerum transeuntium -e beati sint (Ivlian. in Iob 3, 26 in r. mearum -e ac prosperitate. epit. in psalm. 48 praef. [*restit. Bulhart sec. gr. ἀπολαύσεως,* perfussio *trad.*]). Greg. M. in I reg. 4, 106 (*ad cant. 3, 5*) ne, dum illa *sponsa* (*i. mentes perfectorum*) surgit a secreto thalami, ipse *sponsus* (*i. Christus*) -em perdat amoris.

perfruor, -uctus (-uitus) sum, -ī. *a* per *et* frui. *scribitur* -uui *p. 1409, 28; cf. vol. VI 1, 1423, 45 sq. et Väänänen, Latin vulg. inscr. pomp., [3]1966, 49.* Not. Tir. 82, 63 -itur. *de formis: part. perf.* -ctus: Cic. phil. frg. V 77, -itus: Hier. epist. 96, 9, 4 Vvlg. eccles. 6, 6 Avg. nat. bon. 41 p. 875, 18. *al.; inf. act.* -ere *fortasse* Isid. epist. 3, 1. *de notione*: Dosith. gramm. 73, 4 *ἀπολαύω* (*cf.* Gloss.). Gloss.[L] II Abav. pe 71 (= V

[Delhey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Aa p 399) -itur: consequitur. V Abba pe 141 utitur. *legitur inde a* Cic. (*24ies*), Ov. (*bis ut* Liv., Val. Max.), Vell. (*semel ut* Lvcan., Mart.), Sen. *min.* (*quater*), Plin. *min.* (*novies ut* Apvl.); *frequentant* Avg. *nec non* Cod. Theod. *et* Iust. [*dub. var. l.* Ov. rem. 537 -ere usque tua ... puella (⟨i⟩ fruere *edd. plerique*). *vix recte trad.* Cod. Theod. 7, 20, 2, 1 (*v. Pharr, Am. Journ. Phil. 67, 1946, 25*).]

i. q. (ultra vel usque ad finem, perpetuo) frui, magnum fructum percipere. praeverbii vis temporalis variis coloribus intellegi potest e. g. l. 32. 46. p. 1410, 4. 20 sqq. (sed nota p. 1410, 33). 47. 1411, 1, illustratur insuper per adi. vel adv. sim. l. 69. p. 1410, 8. 25. 30. 40. 47. 58. 60, addas e. g. Cod. Theod. 7, 20, 2 pr. perenniter. *alibi de vi intensiva cogitare possis (cf.* perdolere *al.), sed haud raro compos. fere pro simplici poni videtur (cf. syn.* frui *l. 38. p. 1410, 73. al.). respectu fructus deficiente abit in notionem q. e. aliqua re praeditum esse infra l. 56, affici l. 64 nec non p. 1411, 8, fungi p. 1410, 13. 16.*

I *fruuntur animantes* (*eorum coetus sim. l. 71. p. 1410, 35. 60, animus sim. p. 1410, 27 sq. 34*): **A** *rebus*: **1** *variis*: **a** *bonis, commodis* (*cf. l. 71. p. 1410, 21*): α *quibuslibet* (*sive corporeis sive incorporeis*): Cic. Catil. 4, 11 ita mihi salva re publica ... -i liceat, ut *eqs.* (*item c. praedicativo*: Mil. 93 tranquilla re p. Hist. Avg. Prob. 10, 7 salva. *sine praedicativo*: Cic. Mur. 24 [*v. infra*]. Marcell. 27 [*ad Caesarem*] ut r. p. constituas eaque ... otio -are). Mur. 24 eorum, *qui militari laude antecellunt,* periculo cum re publica, tum etiam nostris rebus -i possumus (Plin. epist. 1, 4, 3 ut perinde nostris r. ac nos tuis -aris. paneg. 50, 1. *al.*). Liv. 7, 38, 7 an aequum esse dediticios suos illa *Capuae* fertilitate ... -i? Val. Max. 3, 2 ext. 5 si eum *Epaminondam* di ... victoriis suis -i passi essent. Tab. cer. Herculan. 4 (Parola del pass. 1, 1946, 381; *a. 60*) ex fundo Blandiano fructus omnes ... percipere, -uui (Epist. imp. Constant. [Année Épigr. 1937 n. 232] 11 *milites* laborum suorum fructibus ... -i gaudeant). Tryph. dig. 19, 2, 8 quanti interest -i conductione *locatori praestandum est.* Vlp. dig. 19, 1, 13, 30 si venditor habitationem exceperit, ut inquilino ... habitare vel colono ut -i liceat ad certum tempus, *eqs.* Tert. adv. Hermog. 29, 4 hanc *terram* video, ⌊hanc⌋ -or (hac *var. l.*). Cypr. hab. virg. 11 ut illis *divitiis* non salubriter -aris (Hier. epist. 39, 2, 3 saeculi d. *al.; cf.* Hier. in eccles. 7, 3 suis opibus [Avg. civ. 2, 23 p. 85, 23]). Prvd. cath. 7, 140 (*ad Ion. 4, 5 sq.*) *Ionas* umbraculo *hederae.* Avg. doctr. christ. 1, 73 dicimus ea re nos -i, quam diligimus propter se ipsam, et ea re nobis fruendum esse tantum, qua efficimur beati, ceteris vero utendum. *al.* β *quae animum vel sensus afficiunt*: Cic. Sull. 88 quae habet ornamenta, quae solacia reliquae vitae, quibus laetari ac -i possit? (Hier. hom. Orig. in Ier. 9 p. 651^{C} *ne* -antur solacio *suorum exules*). Pis. 45 his *rebus* delector, his -or, quod *omnes Pisonem et Gabinium oderunt.* fam. 5, 12, 1 (*ad rerum scriptorem*) ut vel auctoritate testimonii tui ... vel suavitate ingenii vivi -amur (Plin. epist. 6, 8, 7 sine me s. eius *amici,* sine leporibus -i). phil. frg. V 77 amoenitate summa (Hier. epist. 3, 4, 3 euriporum). Ov. epist. 16, 216 (*Paris Helenae*) totis ... noctibus ille *Menelaus* te tenet amplexu -iturque tuo. Sen. epist. 108, 6 *quidam philosophos audiunt,* ut oblectamento aurium -antur. Apvl. met. 2, 8, 2 *Photidis* caput capillumque ... publice prius intueri et domi postea -i (*cf.* 9, 16, 3 omnium matronarum deliciis -i. Rvfin. Orig. in cant. 1 p. 110, 30 [*in imagine, ad cant. 1, 1*] *sponsa* meruit ... uberibus eius *sponsi* -i). 2, 20, 7 sermonis tui ... comitate. 3, 22, 4 adfectionis tuae fructu. Cypr. epist. 58, 8 ut *deus* ... certaminis nostri spectaculo -atur. epist. Silvan. l. 19 *scribite,* unde et utilitatis et salutis emolumentum -ar. Hier. epist. 36, 16, 5 (*Hippol.; spectat ad gen. 27, 27*) *Isaac filii* odore -itur (Vvlg. exod. 30, 38 *thymiamatis*). Greg. M. moral. 16, 7 qui cordis puritate -itur. *al.*

b *malis* (*per paradoxon vel ironiam praeter* Sacr.; *cf. p. 1410, 48*): Ov. epist. 8, 106 (*querela Hermiones*) *interdiu Pyrrho absente* -or infelix liberiore malo. Epist. imp. Constant. in Arium rec. γ l. 10 *placuit Arianos* vocari Porphyrianos, ut, quorum mores imitati sunt, eorum vocabulo -antur (*gr. ἔχωσιν καὶ τὴν προσηγορίαν*). Inscr. christ. Hisp. 336 *si quis* monumentum meum inquietare voluerit ..., percussus lebra Gezie -atur (*cf. IV reg. 5, 25 sqq.*). Sacr. Gelas. 1356 *sit nobis medicina,* quod de altaris tui benedictione percipimus, ut nullis adversitatibus -amur.

2 *vita eiusve statu vel condicione quadam*: **a** *in vita corporali; pro obi. sunt*: α *varia*: Cic. Sest. 57 *Ptolemaeus* regno paterno ... regali otio -batur. 138 otio suo -i (fam. 7, 1, 1. *al., v. vol. IX 2, 1184, 10 sq.*). leg. 1, 56 *summum bonum est* vita modica et apta virtute -i (Vvlg. eccl. 9, 9 -ere v. cum uxore ... cunctis diebus. Comm. instr. 1, 26, 9 putas nunc vitam ... te -i laetum? *al.*). Liv. 34, 22, 4 universa Graecia simul pacis libertatisque -ens bonis (*cf.* Vet. Lat. psalm. 36, 11 [cod. 136] possidebunt terram et -antur in multitudine pacis [*gr. κατατρυφήσουσιν ἐπὶ πλήθει εἰρήνης, Vulg.* delectabuntur]. Svlp. Sev. chron. 1, 23, 7 pace summa [2, 33, 3]). Epist. imp. Constant. (Année Épigr. 1937 n. 232) 25 *ut milites dimissi* securitate ... firmissima -antur (Cod. Theod. 9, 34, 2). Avg. c. acad. 1, 8, 23 *ut sapiens* fruatur ... divina beatitudine, qui humana sit ante -itus (-ctus *var. l.; cf. infra l. 31*). *al.* β *gloria, honores, privilegia, munera publica sim.*: Cic. Brut. 9 *vixerunt* fortunate ..., quibus cum auctoritate ... *et* gloria, tum etiam sapientiae laude -i licuit. fam. 5, 12, 9 *ut* vivi gloriola nostra -amur. Plin. epist. 9, 3, 1 qui bonae mansuraeque famae praesumptione -itur. Cod. Iust. 10, 32, 10 (*a. 294*) personalium munerum vacatione -i. Epist. imp. Constant. (Année Épigr. 1937 n. 232) 29 indulgentiae nostrae beneficio perpetuo idem milites perpetuo -antur (Cod. Theod. 11, 16, 19 quamdiu vixerint. 16, 2, 30. Iust. 2, 7, 15 pr. [*a. 472*] imperialibus b. 5, 27, 5, 1 [*a. 477*] huius legis b. *al.*). Cod. Theod. 6, 10, 2 eodem honore ... notarius -etur (Avg. civ. 2, 23 p. 85, 23). 6, 21, 1 isdem ... dignitatibus -antur (8, 1, 5. Iust. 2, 7, 20, 1 [*a. 497*]. *al.*). 6, 27, 16, 2 qui armata militia -untur. 8, 1, 17 ne ... alterius (*sc. domesticorum*) sacramenti privilegiis -antur *numerarii* (Iust. 12, 5, 2 pr. [*a. 428*]. *al.*). 8, 4, 10 cornicularios stationes ... non aliis vendere, sed ipsos ... his administratiunculis -i iubemus. *al.* (*maxime in* Cod. Theod. *et* Iust.). *pro obi. est insigne muneris*: Cod. Theod. 6, 27, 21 *principes ducenarii* eorum, qui vicariam egerint praefecturam, infulis -antur. Novell. Theod. 25, 7 cingulo (Cod. Iust. 12, 29, 2 pr. [*a. 474*]).

b *in vita aeterna sim.*: α *apud paganos*: CE 995A, 12 (*saec. I^{1}*) quae ... tuis olim -rere bonis (Lact. ira 2, 7 aiunt ... quidam *philosophi deum* ... quietum immortalitatis suae b. -i. Clavd. Don. Aen. 6, 635 p. 591, 26 *in elysio degentes*). 1247, 4 (*saec. I? loq. mortuus*) gratis aeterno -or hospitio. β *apud Christianos*: Lvcif. Athan. 1, 20 l. 5 Heliae ... translatum ad amicitias dei -endas aeternas (*sim.* moriend. 1 l. 31). Ambr. bon. mort. 11, 48 p. 745, 8 priusquam in suis habitationibus quietae congregationis munere -antur *animae.* Prvd. perist. 10, 534 *martyris* spiritus dei parentis -etur lumine. Pavl. Nol. carm. 31, 16 laetor obisse *puerum* ..., ut cito divinas -retur opes. Avg. civ. 9, 21 p. 396, 8 *angeli* participata aeternitate -untur (*cf. infra l. 59*). 13, 17 p. 577, 31 animae ... sempiterna beatitudine (20, 28 p. 478, 4. Fvlg. Rvsp. epist. 3, 24 regni caelestis b. [*acc. var. l.*]. *cf. supra l. 1*). Vinc. Vict. Aug. anim. 2, 12, 17 felicitate (-em *var. l.*) paradisi post mortem interim -untur *parvuli* (Evseb. Gallic. hom. 4, 7. 60, 10). CE 2099, 2 (*saec. V?*) caelo mens pia *defuncti* -itur. Evseb. Emes. serm. 8, 2 ⌊ut illius vitae⌋ quae vera est, -atur *ecclesia* (⌊ ⌋ i. v. ut *cod. ante corr.*). *al.*

3 *affectibus sim. ipsorum -entium* (*eorum indiciis* Lvcan., *sensibus l. 45*): Cic. Catil. 1, 26 qua laetitia -ēre ..., cum in tanto numero tuorum ... *non* audies virum bonum! (Plin. epist. 4, 15, 12 duplici. *al.*). fin. 1, 57 -i ... maximis et animi et corporis voluptatibus (2, 118 perpetuis. off. 1, 25 ad -endas voluptates. Sen. dial. 4, 5, 3 Plin. epist. 5, 10, 3. Apvl. met. 11, 24, 5 *paucis* ibidem commoratus diebus inexplicabili voluptate simulacri divini -bar. *al.; cf.* Avg. nat. bon. 41 p. 875, 18 suavitate suae voluptatis). Tusc. 5, 72 gaudiis (Rvfin. epist. Clement. 7, 6 ingenti gaudio ac laetitia. *al.*). nat. deor. 2, 146 ad quos *quinque* sensus capiendos et -endos ... *multae* artes repertae sunt. Att. 3, 17, 3 fortuna det ..., ut incolumes amore nostro -amur (Apvl. met. 6, 23, 3 amplexus Psychen semper suis amoribus -atur *Cupido*). Lvcan. 9, 112 *Cornelia* -itur lacrimis et amat pro coniuge luctum. Avg. epist. 140, 58 oblectationibus, qualibus hic iniqui -untur.

4 *actionibus, quas ipse -ens agit*: Vell. 2, 101, 3 haud iniucunda tot ... urbium recordatione -or. Val. Max. 1, 8 ext. 2 *homini memoria litterarum privato* si talibus studiis -i fas non erat, utilius ... fuit ad illa aditum non impetrasse. Apvl. met. 9, 28, 1 *pistor* cum puero cubans gratissima corruptarum nuptiarum vindicta -batur. Avson. 406, 9 p. 239 *circumlocutione utens* diu ... fando -ar. Symm. epist. 3, 46 -i datur salutis tuae cognitione (frui *var. l.*). Prvd. perist. 12, 60 his et illis -amur hymnis, *sc. Petrum et Paulum celebrantibus.* Avg. civ. 9, 22 p. 397, 34 *angeli* indeclinabiliter participatione et contemplatione *dei* -untur (*cf.* 10, 32 p. 460, 13 civitatis dei conspectu eius immortaliter -entis). *in figura quasi etymologica*: Hier. in Philem. 20 p. 615^{C} *ut* intelligeretur et alia esse fruitio, qua quis absque domino -atur (*antea*: fruitionem ..., qua ... nostri ... praesentia delectamur).

B *animantibus* (*ad obi. accedit praedic. l. 65. 68. 69*): Plin. epist. 1, 19, 2 ut te ... equite Romano -amur, offero tibi ... trecenta milia nummum. paneg. 39, 5 *civitate Romana accepta* iisdem omnes quibus ante pignoribus, sed honestiores -entur (Lact. inst,. 6, 4, 15 *bello* periclitandum est, ut salvis p. et domo ... -i possis). Apvl. met. 3, 23, 3 quam pulchro ... matronae -entur amatore bubone. 5, 7, 5 mutuis amplexibus ... sese -untur *sorores.* Clavd. 18, 395 (*loq. Roma*) ante pedes humili Franco tristique Suebo -or. Avg. beat. vit. 34 animis deum habere, id est deo -i (frui *var. l.; sim. Christiani -untur deo*: catech. rud. 25, 7 trinitate. serm. 22 A, 4 [*syn. bis* fruaris]. *al.*). serm. 51, 9 *multi volunt uxores* et adulteras habere, ut eis per carnalem concupiscentiam -antur. Isid. epist. 3, 1 quia non valeo te ⌊-ere⌋ oculis carnis, -ar saltem alloquiis (-i *var. l.*). CIL

[Delhey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VI 33929, 4 quem *puerum* plenis septem annis -i patri infelici non licuit (*nisi* quem *est subi. infinitivi*). *al.*

II *fruuntur res*: **A** *ad homines pertinentes* (*cf. etiam p. 1409, 16 sq.*): Cic. fin. 5, 44 sequamur ... eam vitam, quae rebus iis ipsis, *sc. corpore et animo,* -atur. Sen. Med. 1016 -ere lento scelere, ne propera, dolor. Avg. civ. 19, 3 p. 354, 13 (*e Varrone*) ut omnibus *naturae bonis* delectetur atque -atur *ars vitae agendae.* Cod. Iust. 4, 35, 23, 3 ut omne, quod contra legem ... excogitatum est, hoc in posterum nostro -atur remedio. Cassiod. in psalm. 33, 4 l. 75. **B** *naturales*: Mart. 4, 64, 6 *collis* caelo -itur sereniore ... nebula tegente valles. Avg. conf. 12, 12, 15 *caelum* ita formatum est, ut sine ullo defectu contemplationis ... tua aeternitate ... -atur. Prisc. periheg. 43 *oceanus borealis* minimo ... lumine solis -itur (*gr. 33 εἵνεκ' ἀφαυροῦ ἠελίου*).

appendicula syntactica: **1** *indicatur unde fructus capiatur per: abl. passim. acc. (cf. gerundivum* Cic. nat. deor. 2, 146 off. 1, 25 Lvcif. Athan. 1, 20 l. 5. *al.): l. 1. p. 1409, 28. 33. 48 sq. 54. 1410, 29, adde* Lvcif. non conv. 7 l. 21 Comm. apol. 760 instr. 1, 26, 9. 22 Evseb. Emes. serm. 18, 28. 22, 1. 5 Verec. in cant. 9, 16 l. 38 Greg. Tvr. Franc. 1, 47 p. 31, 11. 8, 31 p. 397, 7 CIL V 8122, 10. *al.* (*saepius in var. l.*). *gen.: p. 1410, 35. praepos.* in *p. 1409, 72* (*nisi obi. est* terram). **2** *ponitur obi. subaudiendo*: Vlp. *p. 1409, 32, addas* Avg. in psalm. 9, 14 l. 15. 33, serm. 2, 2 l. 48 Cassiod. var. 9, 18, 6.

deriv.: perfructio (-itio). *Delhey.*

perfrustro, -ātum, -āre. *a* per *et* frustrare. *i. q. penitus frustrare*: Ps. Avg. epist. app. 10 *virum quendam restituam* -tis inimicis eius et domitis.

perfūco, -ātum, -āre. *a* per *et* fucare. *i. q. ubique (vel penitus) fucare* (*in imag.*): Petr. Chrys. serm. 115, 2 *synagoga occurrit legi* non compta moribus ..., sed lasciva oculis ... et tota dolis et simulationibus -ta (-fug- *var. l.*). *Fl.*

perfuga, -ae *m.* (*cf. l. 33. pro adi. p. 1412, 74*). *a* perfugere. *abl. pl.* -eis Lex agr. (CIL I² 585) 76. *vox communis est* Prisc. gramm. II 121, 5 'hic' et 'haec -a'; *sed non nisi masc. invenimus. de notione*: Fest. p. 214 -am, Gallus Aelius ait, qui liber aut servus ⌞aut hostis⌟ sua voluntate ad hostes transierit, qui idem dicitur transfuga; quamquam sunt, qui credant -am esse non tam qui alios fugiat, quam qui ob spem commodorum ad quempiam perfugiat (⌞ ⌟ *del. Mueller, notione q. e. peregrinus explicat Lanciotti, Materiali e discussioni 27, 1991, 131 sqq.*). Char. gramm. p. 392, 10 transfuga suos reliquit et ad alios venit, -a supplex est. Gloss.ᴸ I Ansil. pe 729 perf[r]ugis: fugitivis (*affert* Crass. *l. 73*). *legitur inde a* Lege agr., Crasso, Cic., Caes. *non nisi in prosa oratione, fere apud rerum scriptores; ceterum inde a* Liv. *fere praevalet* transfuga (*quae vox legitur inde a* Cic.), *cf. tabulam adiectam* (*afferimus scriptores potiores*):

	per-fuga	trans-fuga		per-fuga	trans-fuga
Cic.	8 (9)	1	Vell.	1	1
Caes.	13	–	Val. Max.	–	4
Hirt.	1	–	Cvrt.	–	21
Bell. Afr.	7	1	Qvint.	–	10
Bell. Hisp.	3	4	Frontin.	4	13
Sall.	12	–	Tac.	9	7
Nep.	2	–	Flor.	–	4
Liv.	33	55	Amm.	16	7

[*variat in codd. hic illic cum* profugus, *saepius una cum* profuga, *sc. compendiis perperam solutis ultimaque syllaba correcta, e. g.* Vvlg. IV reg. 25, 11. *cf. p. 1413, l.*]

i. qui perfugit, perfugium quaerit: **1** *sensu strictiore de eo, qui ad partes adversas fugit, fere i. q. transfuga* (*distinguere temptant gramm. l. 34 sqq.; eos, qui praesidii causa fugiunt [cf. p. 1413, 26], intellegit Obricatis, De per praepositionis ... usu, Diss. Königsberg 1884, 26 sq. loco antiquissimo l. 72, ubi dici videtur sine contemptione, quae postea saepius apparet, e. g. p. 1412, 1 sqq. 12. in contextu variat cum* transfuga *p. 1412, 14. 55 sq., adde* Liv. 24, 27, 2 [*cf. 7*]. 32, 35, 9 [*cf. 33, 3*]. *al.; ceterum iuxta ponuntur* fugitivus *p. 1412, 19 sq. 26,* proditor *p. 1412, 33. 59. 61; indicatur, cuius partis -a fuerit, per pron. poss. l. 73, adi. p. 1412, 12. 37. 46. al., gen.* Liv. 27, 12, 5. 27, 28, 9, *praepos.* ab *l. 74*): **a** *proprie et fere technice in re militari* (*cf. etiam p. 1414, 7; ad rem cf. Schnorr v. Carolsfeld, RE VI A 1252 sqq.*): **α** *varia exempla*: Lex agr. (CIL I² 585) 76 ⟨quei ager l⟩ocus -eis datus adsignatusve est (*spectare vid. ad Himilconem eiusque equitatum. de iisdem ibid.* 85). Crass. or. frg. Cic. orat. 223 cur de -is nostris copias comparant contra nos? Cic. off. 1, 40 (*interpol.?*) a Pyrrho -a senatui est pollicitus se venenum regi daturum (*quem senatus ad Pyrrhum reduci iussit; de eadem re* 3, 86 [*bis*]). Caes. civ. 2, 28, 2 *ne* pro iis pugnarent, a quibus ⟨per⟩ contumeliam -ae appellarentur. 3, 71, 4 quo maior -ae fides haberetur, *commilitones priores interfecit Labienus.* Bell. Afr. 19, 1 -ae plures ex omni genere hominum. 35, 5 qui conlaudati a Caesare stipendioque donati ad reliquos -as deducuntur (*de quibus antea*: in ... *Caesaris* praesidia confugere). Hisp. 34, 2 quae *legiones* ex -is conscriptae (*item -ae ad militiam adhibentur*: Sall. Iug. 56, 2 additis auxilio -is, quod genus ..., quia fallere nequibat, firmissimum erat. 103, 1. Liv. 24, 32, 7 mercennarii milites -aeque ... agmen hostium augent. 27, 12, 5. 27, 28, 9). Sall. Iug. 32, 3 *avaritiā* -as vendebant *Iugurthae* (*inde* 40, 1). 76, 5. Liv. 24, 2, 10 auctore ac duce -a Bruttii corona cinxerunt urbem. 28, 23, 8 fide accepta dataque -is. *al.* Tac. hist. 4, 21, 2 *ut* -a Batavus, *sc. Civilis, ...* meritas sceleris poenas exspectaret. ann. 12, 15, 1 illicere -as. Amm. 16, 12, 2. 19, 5, 8 scelestum facinus -ae (*de eodem 19, 5, 5* transfuga). Vvlg. IV reg. 25, 11 -as, qui transfugerant ad regem Babylonis, ... transtulit *dux Babylonem* (*fere item* Ier. 39, 9. 52, 15). *al.* **β** *-ae capiuntur aut indutiarum vel pacis componendae causa redduntur vel poscuntur*: Caes. Gall. 1, 28, 2 reliquos ... obsidibus, armis, -is traditis in deditionem accepit (Liv. 30, 43, 11 -as, fugitivos, *captivos.* Tac. hist. 3, 48, 2. *cf.* restituere: Liv. 30, 16, 10 captivos et -as et fugitivos; reddere: 30, 37, 3 -as fugitivosque et captivos [*sim.* 31, 19, 2. *al.* Evtr. 3, 21, 3 Svlp. Sev. chron. 2, 23, 6]. 31, 11, 7; remittere: Liv. 32, 35, 9). Sall. Iug. 62, 6 iubet omnis -as vinctos adduci. hist. frg. 2, 87C -ae, arma tormentaque omnia poscebantur. Liv. 25, 29, 10 *mercennarii intellexerunt* aliam suam ac -arum causam esse. 30, 16, 15 legatos ... ad pacem petendam mittunt, ducentes paucos in speciem captivos -asque et fugitivos, quo impetrabilior pax esset. *agitur de poena -arum redditorum* (*cf. l. 12*): Liv. 24, 20, 6 recepti -ae ...; quos cum Romam misisset consul, virgis in comitio caesi omnes ac de saxo deiecti. 24, 47, 10 sine clade ullius praeterquam unius veteris proditoris, novi -ae. 30, 43, 13 de -is gravius ... quam de fugitivis consultum ...: Latini ... securi percussi, Romani in crucem sublati. Vell. 2, 23, 6 *Sulla* in -as noxiosque animadvertit. Tac. ann. 4, 48, 3 *plures ex Thraecum auxiliis* tanto infensius caesi, quanto -ae et proditores ferre arma ad suum patriaeque servitium incusabantur. Hier. in Is. 10, 31, 1 l. 24. **γ** *-ae ut peritissimi de rebus suorum hostibus referunt, agunt pro exploratoribus sim.*: Caes. Gall. 5, 18, 4 his rebus cognitis a captivis -isque (7, 72, 1 civ. 3, 49, 2 Hirt. Gall. 8, 40, 1. *al.; cf.* Caes. civ. 2, 38, 1 ex -is quibusdam oppidanis audit. Bell. Afr. 66, 1 certior factus. Hisp. 6, 2 cum Pompeius ex -is rescisset. *sim. al.*). 7, 44, 2 admiratus quaerit ex -is causam, quorum magnus ad eum cotidie numerus confluebat. civ. 2, 39, 2 captivorum orationem cum -is convenire (*cf.* Amm. 18, 6, 8 *speculatores* -is concinentibus affirmabant [20, 4, 1]). *al.* Sall. Iug. 100, 3 -ae, minume cari et regionum scientissumi, hostium iter explorabant. Liv. 2, 11, 6 -ae indicio (10, 40, 1 Tac. ann. 2, 12, 1 Amm. 17, 1, 8. 18, 10, 1. *cf.* Liv. 22, 28, 1 *nihil Hannibalem* fallebat et -is multa indicantibus et per suos explorantem). *al. -ae mittuntur, ut suis aliquid persuadeant* (*fere per fraudem*): Bell. Afr. 55, 1 Gaetuli ... -ae *a Caesare cum mandatis missi* ... ad suos cives perveniunt. Liv. 27, 28, 7 *nuntius* -a ... Romanus erat. Frontin. strat. 3, 6, 5 *Mago* -am misit, qui persuaderet appropinquantibus Romanis *eqs.* (*sim.* 3, 17, 7). **δ** *quidam specie -arum ad hostes transfugiunt, sc. speculandi causa*: Caes. Gall. 3, 18, 3 qui ubi *a Caesare instructus* pro -a ad eos venit, timorem Romanorum proponit *eqs.* Bell. Afr. 35, 2 duos *Gaetulos* ... pro -is speculandi gratia in castra Caesaris mittunt (Frontin. strat. 2, 5, 18 quosdam ex militibus suis sub specie -arum m. in hostium castra). Nep. Dat. 6, 4. 6. Liv. 27, 15, 11 pro -a iussus Tarentum transire. 35, 29, 11 non tam fidem dictis -a fecit, quam *eqs.* (*de eodem 9* unum de auxiliaribus specie transfugae mittit *eqs.*). Amm. 24, 7, 5 Hier. chron. a. Abr. 2379.

b *translate vel in comparatione*: Cic. S. Rosc. 117 iste, qui initio proditor fuit, deinde -a, qui primo sociorum consilia adversariis nuntiavit, deinde societatem cum ipsis adversariis coiit. Verr. II 1, 98 (*de testibus a Cic. repudiatis*) non modo proditori, sed ne -ae quidem locus in meis castris cuiquam fuit. Symm. or. 2, 23 *Rhenus ripis excedens* aversatus est solum barbarorum totumque principi agmen (*sc. aquam*) exposuit more migrantium -arum (*nisi ad 2, cf. postea*: venit similis supplicanti). Hier. c. Lucif. 10 vos hosti castra traditis; et a nobis -a reiciendus est? (*item in controversia*: Avg. c. acad. 2, 12, 28 quid ... dubitem transire *ad victorem* ...? ... :: non ego ... -as metuam).

2 *sensu laxiore de eo, qui fugit ad quemlibet locum* (*cf. p. 1413, 36; iuxta ponitur* profugus *l. 73*): Tac. ann. 14, 29, 3 Monam insulam, incolis validam et receptaculum -arum (*nisi ad 1*). Cod. Theod. 9, 45, 4, 2 (*tit.* de his, qui ad ecclesias confugiunt) si -a non ... consentit *eqs.* (*gr. ὁ προσφεύγων*). Mvtian. Chrysost. hom. 28 p. 409 (*ad Hebr. 11, 37 sq.* circumierunt ... in solitudinibus errantes) sicut profugi et -ae (*gr. p. 192 φυγάδες καὶ μετανάσται*). *?pro appos. vel adi., si recte trad.*: Apvl. met. 6, 4, 5 (*Iuno Psychae auxilium in Venerem iratam petenti*) legibus, quae servos alie-

[Arias]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nos -as invitis dominis vetant suscipi, prohibeor (p̲ fugas *F*, profugos φ^2, *cui adi. et usus de fugitivis convenit*). *Arias.*

perfugio, -fūgī, -ere. *a* per *et* fugere. NOT. Tir. 26, 25a (*inter 25* confugit *et 26* fugit *addit cod. L*[1] per per, *i.* -it *et* -fūgit). *legitur inde a* SISENNA, CIC. *fere apud rerum scriptores, post* TAC. *paucis solum locis, in versu non nisi* PVBLIL. sent. P 24; *de frequentia apud scriptores potiores v. tabulam adiectam*:

	per-fugio	trans-fugio		per-fugio	trans-fugio
CIC.	5	1	VELL.	3	3
CAES.	11	–	VAL. MAX.	1	–
BELL. Afr.	5	–	SEN.	1	4
BELL. Hisp.	–	14	CVRT.	2	4
SALL.	3	1	QVINT.	–	6
NEP.	1	2	FRONTIN.	1	9
LIV.	45	20	TAC.	17	4

[*confunditur in codd. c.* pro- CIC. Pis. 89 SALL. Iug. 103, 4 LIV. 37, 27, 6 FRONTIN. strat. 3, 3, 6. *al., v. etiam l. 39. 67* (*restit. l. 58 et p. 1414, 1*), con- CAES. Gall. 8, 21, 1, re- LIV. 29, 30, 10. 33, 28, 10 (pro- *B*), *c.* pervenire *p. 1414, 4*; -ere *scribebat Gudius* BELL. Afr. 19, 1 *pro* perfugae (*ceterum v. app. ed. Klotz*).]

1 *i. q. confugere ad locum vel hominem, ubi quis tutus reddatur vel sibi auxilium reperiat* (*cf.* FEST. *supra p. 1411, 34*). *indicatur, quo quis -at, passim per praepos.* ad, in, *acc. loci, adv. (accedit altera indicatio finis e. g. l. 46 sq. [cf.* retro *l. 61, ceterum v. l. 68]; finis non indicatur p. 1414, 22); unde quis -at per praepos.* ex, ab *vel adv.* inde *l. 45 sq. 49 sq. p. 1414, 13 sq.; vim praeverbii ad finem attingendum spectare apparet ex verbis oppositis vel distinctis e. g. l. 48. 51. 53. 55. 58 sq. 72. p. 1414, 20. 28, alio modo e. g. l. 40. 49. 60, nota adi.* incolumis LIV. 5, 29, 5. 5, 38, 9; *fortasse spectat ad fugam ulterius continuatam l. 41.*

a *proprie, -unt homines proelio, seditione sim. victi, pulsi evadentes vim, iniuriam* (*angustias quaslibet l. 45*): α *-unt quolibet*: ① *ad locum* (*in sacrum, ad asylum sim. l. 44 sq. 58. 64 sq., cf. p. 1414, 25 sq. 32*): SISENNA hist. 37 plerique inermi in castra -unt. CAES. Gall. 7, 40, 7 Gergoviam (pro- *var. l. ut*: civ. 2, 23, 3). BELL. Afr. 85, 4 qui *fugientes* postquam ad ea castra, quae petebant, -erunt, *eqs.* SALL. Catil. 57, 1 *reliquos Catilina* in agrum Pistoriensem abducit eo consilio, uti per tramites occulte -ret in Galliam Transalpinam. Iug. 12, 5 quo (*sc. in tugurium ancillae*) initio pavidus et ignarus loci -erat. NEP. Dion 5, 1 Corinthum pervenit Dion et eodem -it Heraclides ab eodem expulsus Dionysio. LIV. 1, 8, 6 eo (*sc. ad asylum*) ex finitimis populis turba ... avida novarum rerum -it (29, 31, 7 ex acie in montem [44, 42, 7]. 35, 27, 8 ex tam ancipiti peste ad Gytheum in maiora castra. *al. apud* LIV.; *cf. p. 1414, 14*). 5, 38, 9 *maxima* pars incolumis Veios -it (*antea*: defugit; *postea*: confugerunt). 9, 27, 14 *caesi captique sunt* Samnites, nisi qui Maleventum ... -erunt. 24, 30, 2 inde (*sc. ex arce*) clam nocte Herbesum -unt (CVRT. 7, 9, 20 [*Hedicke,* in qua *codd.*]. *v. l. 70, cf. l. 75*). 24, 40, 13 *ut* rex ... prope seminudus fugiens ... ad flumen ... -erit. 31, 42, 6 relictis stationibus per aversam partem castrorum. 33, 18, 18 *turbati in* fugam effunduntur; Bargylias petentes fugerunt; eodem et Dinocrates -it. 42, 44, 2 nisi in tribunal legatorum -isset, haud multum afuit, quin *eqs.* 43, 10, 6 itaque fugientes plures quam pugnantes interempti sunt; vix duo milia ... in castra -erunt. frg. 12 ut patres *seditione plebis* territi in Capitolium -rent. *al.* VELL. 1, 9, 4 *Perses* in insulam Samothraciam -it templique se religioni supplicem credidit (pro- *trad.; antea*: e Macedonia profugere). CVRT. 6, 6, 22. ASCON. Mil. p. 33, 11 tabernam in quam -erat *P. Clodius vulneratus.* p. 41, 9 Romam vix -it. TAC. hist. 4, 60, 2 retro in castra. 4, 70, 4 quidam principum, ut primi posuisse bellum viderentur, in civitates, quae societatem Romanam non exuerant, -ere. 5, 12, 2 illuc. ann. 1, 32, 2 Septimius *centurio* cum -isset ad tribunal pedibusque Caecinae advolveretur, *eqs.* 3, 36, 2 senator disseruit ... *neminem* in Capitolium aliave urbis templa -ere, ut eo subsidio ad flagitia utatur. 5, 8, 1 *Aelius Gallus,* qui punito Seiano in hortos Pomponii quasi fidissimum ad subsidium -isset. *al.* FLOR. epit. 4, 10, 10 (pro- *var. l.*). IVST. 11, 12, 1. ② *ad homines* (*indicatos praepos.* ad; *c. indicatione loci l. 73. 74. p. 1414, 1*): LIV. 2, 9, 1 iam Tarquinii ad Lartem Porsennam ... -erant. 22, 15, 10 Cales primum, inde prope inviis callibus ad dictatorem. 24, 33, 5 Romanus orator ... opem *se* ... auxiliumque adferre ait ... eis *Syracusanis,* qui ex media caede elapsi -erint ad se. 27, 1, 15 Romani, qui ex tanta clade evaserant, ... ad Marcellum consulem in Samnium -erunt. *al.* VELL. 2, 23, 3 dominante in Italia Cinna maior pars nobilitatis ad Sullam in Achaiam ac deinde post in Asiam -it. 2, 24, 2 cum *tribuni plebis* ... metu ad Sullam -issent *eqs.* (pro- *trad.*). TAC. hist. 3, 84, 4 Tarracinam ad cohortes fratremque. ann. 4, 67, 4 *monebant Agrippinam et Neronem* -ere ad Germaniae exercitus. *al. re pro homine posita*: LIV. 28, 7, 12 cum in fidem Aetolorum -issent, sedem iis Aetoli ... dederant (pervenissent *var. l.*). VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 *Themistocles* eo usque sensit inimicam *patriam suam,* ut ad Xerxis ... non debitam sibi misericordiam -ere necesse haberet.

β *-unt a partibus suis ad hostem* (*ex suppl. iam in* LEGE agr. [CIL I[2] 585] 75. 80 [*cf. ibid. 76. 85* perfuga]): CIC. Balb. 24 qui hostes ad nostros imperatores -issent et magno usu ... fuissent ..., scimus civitate esse donatos. div. 1, 100 *Veienti bello* quendam ad nos ... -isse (pro- *Klotz*). CAES. Gall. 5, 45, 2 *Nervius quidam,* qui a prima obsidione ad *Q.* Ciceronem -erat suamque ei fidem praestiterat. civ. 1, 78, 2 magnus eorum *Afranianorum* cotidie numerus ad Caesarem -bat. 2, 18, 3 ab eo *Caesare* ... ad Afranium (3, 61, 2 [*syn.* transierat]). 2, 27, 1 ex castris. *al.* BELL. Afr. 32, 3 *Numidae Gaetulique* in eius *Caesaris* castra -ere catervatim non intermittunt (*antea*: diffugere ... ex castris Scipionis). *al.* LIV. 7, 16, 2 *Falisci* eos, qui Falerios -erant ..., repetentibus fetialibus Romanis non reddiderant. TAC. hist. 4, 56, 3 illuc (*sc. in coloniam Agrippinensem*) Claudius Labeo *Batavus* ... corruptis custodibus -it. ann. 2, 45, 1 *Arminius* praepollebat, ni Inguiomerus ... ad Maroboduum -isset (*antea*: defecere). *al.* VLP. dig. 48, 4, 2 qui exercitum deseruit vel privatus ad hostes -it, *lege maiestatis tenetur. non indicatur, quo*: BELL. Afr. 51, 3 id ... opus instruebat *Caesar,* ut ..., siqui -ere vellent, ... *id* sine periculo fieret.

b *translate vel per imaginem* (*finis est res praeter* PVBLIL.): CIC. Verr. II 5, 126 hic locus (*sc. iudicium*) ... est unus quo -ant, hic portus, haec arx, haec ara sociorum. Sest. 18 in tribunatus portum -erat *Gabinius aere alieno oppressus.* off. 1, 69 multi ... sunt et fuerunt, qui ... tranquillitatem expetentes a negotiis publicis se removerint ad otiumque -erint (SEN. dial. 9, 2, 9 *sollicitudines animi graviores* sunt, ubi odio infelicitatis operosae ad o. -erunt *homines inquieti*). PVBLIL. sent. P 24 -ere ad inferiorem se ipsum est tradere. GELL. 7, 2, 13 *quidam* cum in culpa et in maleficio revicti sunt, -unt ad fati necessitatem tamquam in aliquod fani asylum. COD. Theod. 6, 35, 4 ut, si *munus sordidum* ... sustineant *Palatini otio donati,* ad eas *leges* inlico quasi ad praesentia remedia -ant *eqs.*

2 *i. q. effugere* (*fine non indicato*): BOETH. top. Arist. 164b10 *necesse est* contra eum, qui omnino temptat videri -ere, iustum quidem omnino temptare syllogismum facere (*gr. διαφεύγειν*).

deriv.: perfuga, perfugium.

perfugium, -ī *n.* *a* perfugere. *scribitur* -fig- GREG. TVR. Mart. 2, 1 p. 609, 16, *v. Bonnet, Le latin de Grég. de Tours, 1890, 137 adn. 2. de formis: gen. sing.* -gi *metro firmatur* PLAVT. Cas. 623, -ii *trad.* RVFIN. Clement. 2, 25, 1. *al.; plur. invenitur inde a* CIC., *gen. et dat. desunt. de notione*: GLOSS. *καταφυγή. καταφύγιον.* locus refugii. locus confugii. auxilium, latebrae, receptaculum. *legitur in versibus paucis locis apud* PLAVT., LVTAT., LVCR., AVSON., RVT. NAM. *al., in oratione soluta apud* CIC. (*49*[ies]*, maxime in oratt. et epistt.*), CAES. (*semel ut* VAL. MAX.), SALL. (*bis ut* VELL.), LIV. (*septies*), PLIN. nat. (*ter*), TAC. (*octies*). *al.* [*confunditur c.* pro- CIC. Caecin. 100 Arch. 16 off. 1, 58 PLIN. nat. 31, 59. RVFIN. hist. mon. prol. 8 (refugia, suffragia *cett. var. l.*). *al., c.* con- PASS. Theclae B a 38 p. 106, 7 (*restit.* EVSEB. GALLIC. hom. 49, 7, *ubi* con-, pro- *trad.*).]

I *de eo, quo quis confugit* (*animus p. 1415, 67, animal l. 61. p. 1415, 6, navis p. 1415, 15 sq.*). *qua in re constet -um, indicatur per gen. explic. p. 1415, 5 sq. 13. 63. al. (cf. adi. p. 1416, 7), praepos. p. 1416, 12; quis -um petat eove utatur, saepe per dat. poss. vel commodi, per gen. p. 1415, 5 sq. 31. 1416, 4. al. (nota gen. rei l. 64 sq. p. 1416, 1); quid -o petatur per gen. vel dat. p. 1415, 34. 39. 62(?). 64; quid -o vitetur vel arceatur per gen. l. 64. 67. p. 1415, 26. 60. al.; praepos.* adversus *p. 1415, 58.*

A *-um consistit in rebus*: **1** *de loco, ubi quis tutus reddatur, sibi auxilium reperiat* (*spectat ad asylum l. 66. p. 1415, 13 sq. 18, cf. e. g. l. 69 sq. p. 1415, 14*): PLAVT. Truc. 870 *mus se* non cubili ⟨uni⟩ umquam committit ..., quin, si unum obsideatur, aliud ⟨iam⟩ -um ⟨ele⟩gerit. CIC. Verr. II 1, 82 hic (*sc. Romae*) tibi -um speras futurum? Caecin. 100 exilium ... *est* -um portusque supplicii (*nisi ad 2a*). Manil. 39 hiemis ..., non avaritiae (*sc. avarorum*) -um maiores nostri in sociorum ... tectis esse voluerunt. leg. agr. 2, 36 sunt ... loca publica urbis, sunt sacella ..., quae maiores in urbe ... periculi -a esse voluerunt. Catil. 4, 2 domus, commune -um (AVG. civ. 19, 5 p. 364, 8 domus, c. -um in his malis *hominum [cf. p. 1415, 17. 19. 1416, 4]. item de domo sim.*: CIC. dom. 109 hoc -um est ita sanctum ..., ut inde abripi neminem fas sit. Att. 12, 13, 2 volo aliquod emere latibulum et -um doloris mei. fam. 7, 20, 2 habere -um, primum ... urbem ..., deinde tuam domum *eqs. aliter l. 65*). rep. 1, 8 *ut patria* tutum -um otio nostro suppeditaret ([*vergit ad 2a*]. TAC. ann. 12, 29, 2. *cf. p. 1415, 37. 70. 1416, 25*). LVCR. 5, 1109 *coeperunt* arcem ... locare praesidium reges ipsi sibi -umque (*cf.* LIV. 24, 2, 11 arcem optimates tenebant praeparato

[Mueller]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... ad talem casum, *sc. impetum plebis,* -o [*cf. l. 4. 19. 30*]). Caes. Gall. 4, 38, 2 quo -o superiore anno erant usi (*sc. paludibus, cf. l. 13*). Sall. Iug. 52, 3 Romani, ubi intellegunt ... sibi -um *non* esse, ... evadunt (*de castris ut*: Liv. 22, 22, 11 castra Romana ..., arcem tutam -umque *transfugis.* 44, 39, 3 [*disting.* receptaculum]). Val. Max. 7, 3, 9 in Siciliam, certissimum tunc proscriptorum -um. Plin. nat. 10, 9 ave, *quae ab aquila petitur,* ad -a litorum tendente. Tac. Agr. 25, 2 Britannos ... visa classis obstupefaciebat, tamquam aperto maris sui secreto ultimum victis -um clauderetur. hist. 5, 11, 1 sub ipsos muros struxere aciem, ... si pellerentur, parato -o. ann. 2, 3, 1. 2, 63, 5 idem, *sc. atque Marobodui,* Catualdae casus neque aliud -um (*sc. in provincia Romanorum; nisi ad 2a coll. 63, 1* non aliud subsidium quam misericordia Caesaris). 3, 62, 1 uti Dianae Leucophrynae -um inviolabile foret. Paneg. 6, 12, 2 -is silvarum et paludum bellum ... frustrari (8, 8, 4). Symm. epist. 9, 140 servili nequitiae negare -um. Tract. in Luc. 4, 7. Rvt. Nam. 1, 220 *navigamus* parvis per littora proxima cymbis, quarum -o crebra pateret humus. Oros. hist. 5, 2, 8 bona, quae ... in -o communi, *sc. hospitio omnium Christianorum,* non habuere maiores. Evseb. Gallic. hom. 49, 7 *iniuria est* confugientem ad domum dei ... evellere et arcem communis expugnare -i. Pavl. Pell. euch. 528 *est mihi* ad -um secreti parvus agellus.

2 *cetera exempla, sc. notione locali per imaginem vel translate percipienda de quolibet auxilio vel salute*: **a** *de incorporeis*: α *variis* (*qualitates hominum sim. v. sub B; huc fort. p. 1416, 24*): Plavt. Cas. 623 nescio unde auxili, praesidi, -i mi aut opis copiam comparem. Cic. Verr. II 1, 82 *nolite* cogere socios ... hoc uti -o, quo, nisi ..., utentur necessario (*de morte ut*: Cluent. 171 unum in malis ... -um calamitatis. Tusc. 1, 118 portum potius paratum nobis et -um [*huc pertinet*: 2, 66 paratum. Att. 15, 2, 4 melius aut paratius]. fam. 5, 15, 3 a portu et -o *excludere*). Rab. perd. 4 *ut sit* nullum extremis rei publicae temporibus -um et praesidium salutis. Sull. 79 munite communem arcem bonorum, obstruite -a improborum, *sc. in causa dicenda.* Arch. 16 haec studia ... *rebus* adversis -um ac solacium praebent (*de litteris ut*: fam. 5, 15, 3. 5, 21, 2 utor eodem -o, quo tibi utendum censeo, litterulis nostris. 6, 12, 5 [*antea*: medicinam]. *sim.* de orat. 1, 199 senectuti ... ornandae quod honestius potest esse -um quam iuris interpretatio?). Phil. 13, 37 ut -um scelerum esset *militibus legionis Alaudarum iudicibus factis. al.* Fronto p. 148, 13 in philosophiae disciplinis, ubi tutum sibi -um putant, *sc. qui eloquentiam desperant* (*antea*: fugam ... meditantur). Edict. imp. Diocl. praef. 18 L. cum in promptu adsit -um declinandi periculi *capitalis* modestiae observantia. Priscill. can. praef. p. 110, 14 *dialecticae syllogismi haereticis* maxima solent esse -a. Amm. 28, 1, 22 imperatoris praesidium appellavit nominisque eius -o tectus servabatur. Cod. Theod. 11, 30, 30 nullum audebit iudex provocationis -um iurgantibus denegare (*sim.* 11, 36, 14 appellationis -a). β *de excusatione, defensione sim.* (*explicatur structura verbali l. 47. 51. 54 sqq.*): Cic. Tull. 40 cum -o nullo constituto *vim inferendi* tamen haec scelera servi audacissime faciant, *eqs.* (*postea*: defensionem constituant). Verr. II 2, 101 postremo illo desperatissimo -o uti posset, se imprudentem fecisse *eqs.* ([*antea*: defensione]. Vatin. 34 cum legationis -o uti noluisses. Cael. 30 -is ... aetatis. Gell. 10, 12, 8. 17, 13, 9 -is [-o *var. l.*] commutationum in verbis, quae non intelleguntur. Clavd. Mam. anim. 2, 3 p. 108, 10 si illo ... voluisses uti -o, ut diceres *eqs. cf. supra l. 2. 25. al.*). II 5, 132 intercludere -a fortunae. rep. 1, 9 illa, -a quae sumunt sibi ad excusationem (*cf.* Cod. Theod. 8, 5, 58, 1 ne ... sit ullum in aliqua excusatione -um, *eqs.*). Lvcr. 5, 1186 *veris causis incognitis* -um sibi habebant omnia divis tradere. Plin. nat. 30, 16 sunt quaedam Magis -a, veluti lentiginem habentibus non obsequi numina *eqs.* Symm. epist. 5, 14 ademptum generale tibi -um, *sc. cur non scripseris* (*seq.* genus defensionis). Avg. mor. Manich. 17, 60 *non* deest homini callido adversus indoctos in naturae obscuritate -um; caelestes enim, ait, *eqs.* Ps. Prosp. carm. de prov. 628 vana vetusti -a erroris Chaldaeis quaeris in astris.

b *de corporeis*: Cic. Phil. 8, 26 Campanus ager et Leontinus, quae duo maiores nostri annonae -a ducebant. Plin. nat. 31, 59 quae *medicina* ... nunc aquarum -o utitur (*sim. de quibusdam medicamentis*: Greg. Tvr. Mart. 2, 1 p. 609, 16 si hoc non valuerit, amissa sunt omnia evadendi -a. *cf. p. 1416, 8*).

B *-um consistit in hominibus, deo eorumve qualitatibus* (*de concilio l. 71*): **1** *exempla varia*: Lvtat. epigr. 1, 2 aufugit mi animus; credo, ut solet, ad Theotimum devenit; sic est, -um illud habet. Cic. S. Rosc. 150 unum -um, iudices, una spes reliqua est Sex. Roscio ..., vestra pristina bonitas et misericordia (*sim. respiciuntur iudices*: Verr. II 3, 28 o tutum -um aratorum! Cluent. 7 hunc locum consessumque vestrum ... *Cluentii* fortunae ... portum ac -um futurum. Flacc. 3 *praeter iudices* omnia alia -a bonorum, praesidia innocentium, subsidia rei publicae. Cassiod. var. 4, 9 ad nostrum comitatum ..., ubi ... innocentia -um *inveniat. cf. p. 1416, 14*). Lig. 14 -um misericordiae tolli. Phil. 2, 50 ad Caesarem cucurristi; id enim unum ... egestatis, aeris alieni, nequitiae perditis vitae rationibus -um esse ducebas. off. 1, 58 liberi totaque domus, quae spectat in nos solos neque aliud ullum potest habere -um, *eqs.* 2, 63 summi cuiusque bonitas commune -um est omnium. fam. 12, 8, 1 (*Cassio*) *spem habemus* in te et M. Bruto ... ad praesens -um. Vell. 2, 72, 5 cum fortuna *proscriptis* ... -um, *sc. Sex. Pompeium,* ostenderet. Tac. ann. 5, 3, 1 incolumi Augusta erat adhuc -um. Rvfin. hist. mon. prol. 8 non ad humana -a, sed ad deum versi. Tract. in Luc. 5, 18 *paralyticum* portabant non ad tumulum, sed ad salutis -um, *sc. Iesum.* Pass. Theclae B a 38 p. 106, 7 *Christus* fluctuantibus tranquillum existit -um (*gr. καταφυγή, rec. A* auxilium, *B b* quies, *cett.* re*vel* con-). Prosp. carm. de ingrat. 29 gratia Christi ... -um lapsis ... in se *condidit.* **2** *in iuncturis* in *aliquo,* apud *aliquem* -um *est,* -um habere *sim.* (*cf. p. 1415, 53. 58 nec non l. 11*): Cic. Verr. II 1, 119 erat in aequitate prudentiaque Pisonis *iudicantis* paratissimum -um, quo ... homines uterentur. Mur. 87 sit apud vos modestiae locus, sit demissis hominibus -um, sit auxilium pudori. fam. 12, 6, 2 (*Cassio*) omne -um bonorum in te et Bruto esse positum. Sall. Catil. 54, 3 in altero, *sc. Caesare,* miseris -um erat, in altero, *sc. Catone,* malis pernicies. Liv. 40, 10, 2 qui periturus ... fuit, -um in patris misericordia et iustitia habeat. Vell. 2, 109, 2 a nobis desciscentibus erat apud eum *Maroboduum* -um. Amm. 30, 8, 14 in principis benignitate (*seq.* portus ... exoptatus).

II *de actione (per)fugiendi* (*accedit gen. indicans, quis fugiat, l. 36, quae res fugiatur, l. 32*): **A** *proprie*: Plavt. Cist. 161 *is* ilico pedibus -um peperit, in Lemnum aufugit, ... *illa* peperit filiam (*nisi ad IA2a*). Liv. 9, 43, 16 passim fuga coepta ... fieri; ... nec in ullam partem tutum -um est. Hist. Avg. trig. tyr. 2, 4 *quendam* clarum -um et parricidium ... litteris dederunt (*de actione transfugae ut*: Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 5, 422 p. 795 *id* eos ad -um hortabatur [*gr. πρὸς αὐτομολίαν, cf. 421* ad profugiendum]. *huc fortasse pertinet* Heges. 5, 13, 2 *Iudaeus quidam deditionem simulans fidem Titi poscit,* ita se -o usurum). Pavl. Nol. carm. 26, 104 ⌞-o⌟ ... parent ... moenia *infideles* (*si dat. fin., ad IA1 trahas, ut fortasse etiam* Cassian. inst. 8, 18 *heremum* non pusillanimitatis -o, sed divinae contemplationis obtentu ... intrare). Cod. Theod. 12, 1, 50, 2 ut tam foeda -a prohibeantur, multam statuimus, *eqs.* Sidon. epist. 5, 14, 1 *te Baiis esse* delectat? an *habes ...* in eligenda sede -i ... difficultatem? **B** *translate*: Tac. dial. 5, 6 *eloquentiae* vis et utilitas rebus prospere fluentibus aliorum -o et tutela intellegitur. Avson. 157, 12 p. 14 *e somniis foedis* -um ... est, quotiens portenta ... solvit rupta ... quies. Rvfin. Clement. 2, 25, 1 *in disputatione,* ubi errorem suum senserint confutari, causa -i conturbare ... incipiunt. Tract. in Luc. 1, 3 *Christus* inter supplicia paradisum praemium intulit, per passionem -a, per mortem vitam. Vita Hil. Arel. 6 l. 17 saeculi voluptas ... rationabili *est* evitata -o *ab Hilario eremum petente.* *Mueller.*

perfulcio, -sī, -īre. *a* per *et* fulcire. Not. Tir. 72, 3 -it. 72, 6[1] -sit. Gloss. II 467, 54 *ὑποστηρίζω*: effulcio, subfulcio, -o. *i. q. penitus fulcire*: Lavs Pis. 98 eloquio ... modo -ire (permulcere *var. l., fort. recta*) senatum, exonerare pios modo *eqs.*

perfulgeo, -ēre. *a* per *et* fulgere. Gloss. II 341, 44 *καταλάμπω*: -o (prae- *var. l.*). [*confunditur cum* praefulgere Prisc., Gloss., *v. etiam vol. X 2, 656, 11 sq. 77 sqq.; falsa var. l. pro* effulgere Germ. 412.] *i. q. valde fulgere*: **1** *proprie*: Porph. Hor. carm. 2, 17, 22 *pericula sidere Saturni allata* evinci, si -et Iovis stella (⟨su⟩per- *Petschenig, fort. recte*). Prisc. periheg. 581 -et nigro splendore gagates hic (*sc. in Britannia*) lapis, ardescens *eqs.* (prae- *var. l.*). **2** *translate*: Prosp. epist. 2, 4 p. 79[A] *Augustino* inter tot certaminum palmas ... ad gloriam Christi ... -enti quidam ... occultis susurrationibus obloquuntur. Favst. Rei. epist. 8 p. 208, 23 *per sensus candidam puritatem* divinae imaginis speculum in interioris hominis nitore -et.

perfulgero *v.* perfulguro.

perfulgidus, -a, -um. *a* per *et* fulgidus. *i. q. valde (an ubique?) fulgidus*: Mart. Cap. 1, 67 (*spectat ad lunam*) *Iunonis* genua zona ... diversicolor ambiebat, quae nunc -o resplendebat orbe, nunc *eqs.*

perfulguro, -āre. *a* per *et* fulgurare. Not. Tir. 72, 17 -gerat. [*legebatur olim* Stat. Theb. 7, 502 *pro* praefulgurare.]

perfūmento *et* **perfūmigo** *v.* perfomento. *Breimeier.*

perfunctio, -ōnis *f.* *a* perfungi. *notatur* perfunc *p. 1417, 4. legitur apud* Cic. *et inde ab* Apvl., *undecies apud* Ambr. (*cf.* perfunctorius); *plur. p. 1417, 7.* [*in codd. confunditur c.* perfructio (*v. p. 1408, 42*), perfectio (Chalc. comm. 244 Ambr. hex. 4, 3, 10).]

i. q. actus perfungendi, qui fit: **1** *absolvendo, peragendo aliquid*: **a** *c. gen. obi.*: Cic. de orat. 3, 7 qui ... annus ei *Crasso* primus ab honorum -e aditum ... ad summam auctoritatem dabat. fin. 1, 49 neque laborum -o neque perpessio dolorum per se ipsa allicit ..., sed ista sequimur, ut sine cura metuque vivamus. Apvl. Socr. 12 p. 147 debet deus *semper aequabilis* nullam perpeti vel odii vel amoris temporalem -em. Chalc. comm. 244 *lumen oculi intimum non est* sufficiens ad muneris con-

[Holmes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

petentis -em. AMBR. exc. Sat. 2, 36 *animae* mors non -o huius est vitae, sed lapsus erroris. hex. 4, 5, 24 annua ... fertur ei *soli* totius spatii esse -o. **b** *cetera exempla*: CHART. lat. ant. VIII 356 col. XXXIII 21 (*a. 222*) in perfunc(tione) Zabdibolus Salman (*sc. mortuus est, dum officio fungitur? nomen enim linea perductum est*). OPTAT. app. 10 p. 215, 30 (*epist. Constant.*) *clericos quosdam* ad nullum munus statui evocandos; sed et *alios* ... iussimus protinus ⌊molestis⌋ -bus absolvi ([molestiae *trad.*]. *item de muneribus publicis*: MVTIAN. Chrysost. hom. 24 p. 388 [*v. l. 29*]). PAVL. NOL. epist. 23, 2 tibi ... satis non fuit institutam observantiam *epistularum mittendarum* sollemni -e celebrare. CAPREOL. epist. 2, 7 (Conc.^{S} II 3, 3 p. X l. 33) itane ... deus hominem *Iesum,* quem ... suscepit, in hac -e (*i. in passione*) destituit? Ps. MAX. TAVR. serm. 78 p. 690^{B} *ut martyres* benedictionem ⌊-emque⌋ sacerdotis excipiant (functionemque *var. l.*, per functionem *Bulhart in schedis nostris*).

2 *fruendo aliqua re* (*apud* AMBR. *fere pro gr. ἀπόλαυσις*): **a** *c. gen. obi.*: AMBR. bon. mort. 11, 48 futurae gloriae prima -o (*cf. Vet. Lat. IV Esdr. 7, 91* vident cum exultatione multa gloriam *dei*). epist. 6, 29, 11 *ut necessaria* ministraret abundantia copiarum terrestrium ad ⌊voluntatis -em⌋ (voluptatis -em *Faller; cf. Philo opif. mund. 77 πρὸς ἀπόλαυσιν*). Hel. 9, 32 quorum ... difficilis possessio, eorum grata -o. hex. 1, 2, 6 *Moyses* maluit ... subire exilium voluntarium quam in tyrannidis fastigio peccati -em deliciis adquirere (*cf. Eustath. Basil. hex. 1, 1, 4* fructum). AVG. serm. 142, 8 coll. Morin p. 701, 10 *etiam blasphemi* habent -em aëris huius. **b** *cetera exempla*: AMBR. hex. 3, 11, 48 quae *vita* suavitatem -is suae ... saepe conpungat *curis* (*cf. Eustath. Basil. hex. 5, 6, 3* voluptati). 3, 13, 55 sensus -is. 4, 3, 10. 5, 10, 30. in psalm. 1, 25, 2 quae ... suavia sunt, ... praesentem habent -em.

perfunctor, -ōris *m.* *a* perfungi. *i. qui perfungitur* (*sc. munere publico*): MVTIAN. Chrysost. hom. 24 p. 388 nonne ⌊-r circa finem perfunctionis suae⌋ opera sua clariora demonstrat? (*gr. p. 170 ὁ ... λειτουργῶν πόλει ... ἐπ' ἐξόδῳ τῆς λειτουργίας*).

⁂perfunctōrius, -a, -um. *a* perfungi; *cf. etiam* defunctorius. GLOSS. -a: imaginaria. simulatoria. GLOSS.^{L} I Ansil. PE 738 -um: verbum transitorium et leve. *legitur adv. semel apud* PETRON., *ceterum et adi. et adv. inde a saec. IV, utrumque frequentat* AMBR. (*cf.* perfunctio); *saepius in locutionibus negatis.*

1 *notione verbi quodam modo servata dicitur*: **a** *de actionibus, operibus, quae quis cura levi, parum diligenter agit, sed ita ut officio perfunctus videatur*: CHALC. comm. 142 -um ... tractatum haberi nunc convenit iuxta Platonicum dogma; longum est enim persequi ceterorum *dogmata.* OPTAT. 4, 5 p. 108, 4 in -a salutatione oscula denegatis solita. AMBR. epist. 2, 7, 33 non -a gerebantur opera, sed plena ponderis atque virtutis (*cf. Philo vol. VI p. 9, 5 ἐπιπολαίως*). 10, 77, 6 non -o sermone verbum dei, sed intimo corde eructarunt (in psalm. 43, 14, 1. *cf.* GAVDENT. serm. 13, 27 -a confessione ore tantum refert divina mandata. AVG. persev. 23, 63 non veras, sed -as orationes). in Luc. 7, 85 non ... -a, sed diligens audientia (*cf.* GAVDENT. serm. 16, 6 auditio). NOVELL. Valent. 2, 2, 1 ut ... requirantur mores natales ... *non* -a examinatione. *al.* **b** *de homine, qui non ex animo agit*: AMBR. sacr. 6, 3, 13 (*antea*: non ..., de labiis tantummodo tua procedat oratio) non te -um videat *deus.*

2 *usu deflexo fere i. q. levis*: **a** *de rebus, quae sibi non constant, non diuturna sunt*: CHALC. transl. p. 29^{C} *simulacri ratio* -am similitudinem mutuatur ([*opp.* constans perspicuaque et inexpugnabilis; *gr. εἰκότας*]. comm. 330). comm. 249 nihil aut leve quiddam incertumque et -um somniamus (*opp.* simulacra ... residentia; *vertitur Tim. 45^{e} βραχυόνειρος*). IVLIAN. epit. in psalm. 77, 17b ob -am parvamque ... sitim (*cf. gr. βραχύ κτλ.*). 128, 6 -ae momentaneaeque prosperitatis. **b** *de rebus, quae gravitate carent vel speciem tantum praebent a veritate discrepantem*: AMBR. fid. 1, 2, 12 non ... -a fides debet esse. incarn. 7, 66 non per parabolam hoc dicitur nec -a significatione, in qua aliud dicitur et aliud intellegitur (*cf. p. 1418, 37*). in Luc. 7, 95 *plebs Iudaea* forensi et -a specie compta animo manet interiore pollutior. parad. 6, 30 p. 287, 14 -a scientia (*al. ibid.; p. 289, 3 opp.* altam et profundam s.). Tob. 14, 46 (*de faenore*) non novum nec -um hoc malum est. HEGES. 2, 9, 1 p. 145, 16 -a spes libertatis (*gr. 2, 346 ἀλόγιστος*). *ibid.* p. 146, 27 -a bellorum materia (*gr. 2, 350 μικρά*). RVFIN. Basil. hom. 8, 2 p. 1792^{A} ne forte ⌊levis quaedam et -a⌋ eius *psalmi* cantilena putaretur (*Migne gr. 29, 464^{C} πάρεργος*). PETR. CHRYS. serm. 60, 8 ut veram carnem Christi mortemque non -am probet confessio sepulturae (61, 6. 62bis, 5). EPIST. pontif. 557 Arel. 21 p. 31, 14 nec -um praevaricator existimet esse quod fecit. *al.*

adv. **⁂perfunctōriē.** NOT. Tir. 67, 23. GLOSS.^{L} I Ansil. PE 736 inaniter. III Abstr. PE 90 imaginarie, leviter aut transitorie.

i. q. modo perfunctorio, leviter (*saepius in locutionibus negatis*): **1** *notione verbi quodam modo servata describuntur actiones cura levi, animo non intento, vix commoto actae, sed ita fere ut is qui agit officio perfunctus videatur*: **a** *exempla varia*: PETRON. 11, 4 lorum de pera solvit et me coepit non -e verberare. CHALC. transl. p. 21^{C} quid, si non -e, sed dedita opera poeticam fuisset ... executus Solo? (*gr. παρέργῳ*). DON. Ter. Ad. 918, 1 ex tota mente praestare, non -e. OPTAT. 3, 3 p. 76, 13 ut *Donatus* solus secreto nescioquid ageret et postea ceteris -e misceretur. AMBR. epist. 4, 14, 1 non -e motus videris (9, 63, 1). in psalm. 118 serm. 13, 2, 5 qui deum diligit, non -e diligit. HEGES. 1, 17, 2 non -e ... iuvit hostes suorum. 1, 37, 5 *Iosephi uxor familiaritates inter coniugem reginamque* haut -e ferendas arbitrabatur. 1, 44, 8 p. 119, 26 *non* -e de vilioribus testibus requirendam ... veritatem (COD. Theod. 12, 3, 2 pr. *opp.* verissime). AVG. epist. 21, 1 si -e atque adulatorie res agatur, *sc. officium clerici.* COD. Theod. 14, 9, 1 ne haec -e ... curentur. *al.*

b *spectat ad dicta vel scripta*: α *quae omnino breviter vel negligenter eduntur vel accipiuntur*: CHALC. comm. 253 in his perfecte docuit, quod -e posuit in Timaeo. AMBR. exc. Sat. 2, 33 obsecrandum non -e, sed obnixe. parad. 12, 58 p. 318, 12 dei verbum investigare ... non -e, non inprovide, sed diligenter atque sollicite. in psalm. 118 serm. 7, 25, 2 non ... -e transeamus quae legimus (RVFIN. Basil. hom. 5, 7 p. 1769^{A} lectionem eius *mandati* non ⌊negligenter et -e⌋ [*Migne gr. 31, 400^{C} ἀργῶς*]. *cf.* PALLAD. hist. mon. I 42 *libros* ⌊non quasi -e⌋ transcurrebat [*gr. p. 149, 15 sq. οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ ὡς ἔτυχε*]). *al.* β *quae non ex animo proferuntur vel auribus tantum accipiuntur* (*cf. l. 48*): AMBR. fug. saec. 3, 15 quae ... non solum scire vel audire -e, sed etiam facere debemus (RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 105, 12 -e et ut libet). in psalm. 37, 42, 4 *in consolando* non facile, non -e loquamur. ANIAN. Chrysost. laud. Paul. 2 p. 481 non -e illud optabat, sed clamabat (*gr. 2, 6 ἁπλῶς*). AVG. epist. 217, 6 inaniter ... et -e potius quam veraciter ... fundimus preces, si *eqs.* (*sim. ibid. iterum et* PROSP. auct. de grat. 8).

2 *usu deflexo describuntur variae actiones, eventus, status*: **a** *qui breviter fiunt* (*huc vergit l. 5*): AMBR. hex. 6, 9, 63 *nares* antrum quoddam recipiendis odoribus praestant, ut non -e odor transeat, sed diutius inhaereat. PALLAD. hist. mon. I prooem. p. 247 *non* tamen id, *sc. sanctorum visitationem,* ⌊veluti per transitum et -e⌋ faciens, sed per triginta ... pergens dies (*gr. p. 11, 5 περιέργῳ ... λογισμῷ*). **b** *qui praebent speciem tantum, carent sensu vero, pleno, proprio*: α *dictis vel scriptis verbo tenus prolatis aut acceptis*: AMBR. fid. 3, 16, 133 *Christus* non ... -e nuncupandus deus, sed ita ut eandem divinitatem praedices in filio (FACVND. defens. 6, 3, 30 quasi -e nuncupatus et non vere fuerit factus homo *Christus*). Iac. 1, 3, 12 *Paulus* non -e, sed proprie dixit: '...' (in psalm. 118 serm. 8, 48, 1 non -e ista dicuntur, sed ... mysteria declarantur. FACVND. defens. 1, 4, 6 non potest *Eutyches* beatam virginem vere et proprie dicere matrem dei, sed nuncupative potius ac -e [*sim.* 1, 4, 9]). in psalm. 118 serm. 9, 9, 2 ne ... quis -e accipiens bonum deum esse in erroribus perseveret (VINCENT. LER. comm. 28, 12). VINCENT. LER. comm. 8, 4 haec ... -e praelocutus est. *al.* β *vario modo*: AMBR. Abr. 2, 4, 18 quae *mulier* non -e, sed legitimo teneatur coniugio. epist. 9, 62, 10 quod non -e tanta eum *Samsonem* anteisset gratia (*sc. angeli adnuntiatio iud. 13, 3 sqq.*). parad. 7, 36 qui -e ... cognovit (*opp.* ut profunde noveris). in psalm. 36, 69, 1 in corde eius *iusti* lex est, non -e sicut in labiis Iudaeorum. FACVND. defens. 1, 4, 9 ut *virgo*, si vere et proprie non sit, nuncupative et -e sit mater dei.

⁂perfundo, -ūdī, -ūsum, -ere. *a* per *et* fundere. *de formis: inf. pass.* -ier SER. med. 973 (-i CIC. fin. 5, 70. *al.*); *perf.* -fund- *non nisi in var. l. e. g.* VVLG. lev. 11, 38 PAVL. NOL. carm. 18, 355, *ceterum codd. confundunt III^{ae} pers. sing. praes. et perf.; vix agnoscas formam primi ordinis* GLOSS.^{L} V Aa P 403 perfundarent: prosternerent (*cf.* profundo). *de notione*: PROB. app. gramm. IV 203, 29 oblitum ... -sum significat. GLOSS.^{L} I Ansil. PE 739 -is (-es): lababis (*i.* lav-). II Philox. PE 149 -it: *καταχέει, καταχύννει.* GLOSS. -o: *διαχέω. ὑπερχέω.* -e: *περίχεε.* -e te: *περίχεε ἑαυτόν. legitur inde a* RHET. Her., VARRONE, CIC., CATVLLO, LVCR., VERG. [*var. raet. centr. cf. M.-L. 6410 et Faré, Postille. St.*] [*in codd. confunditur maxime c.* profundere (*e. g.* Ov. epist. 11, 115 COLVM. 7, 8, 7 HEGES. 2, 9, 1 p. 155, 23; *fere restit.* -ere *aliquid aliqua re* [*structura a* profundere *aliena*]: PLIN. nat. 34, 95 APIC. 2, 1, 6. 2, 5, 4. 4, 5, 1. 5, 3, 2 DRAC. Romul. 10, 569, *ceterum p. 1424, 41*) *vel aliis compositis, e. g.* CELS. 3, 20, 3 LVCAN. 2, 535, pertundere VARRO frg. Non. p. 21, 8 FEST. p. 169 PLIN. nat. 29, 137, *v. et p. 1239, 2 sq. et 1396, 71. in contextu manco* (*vel corrupto*): VALG. carm. frg. 6 -sam pelvem. DRAC. Romul. 2, 130.]

i. q. aspergere, madefacere, tinguere. praeverbium pertinet plerumque ad rem per locum vel superficiem diffundendam, rarius per corpus, interiora rei, e. g. p. 1421, 34 sq. 36. 1422, 7 sqq. 56 sqq.; ad motum potius linearem per spatium vel corpus circumdatum e. g. p. 1420, 75 sqq. minus valet quam mergere *p. 1423, 62 et* MART. BRAC. trin. mers. 2, linere *p. 1423, 59 sq.*, tinguere *p. 1421, 51 et* AVG. bapt. 6, 7, 10, inficere *p. 1421, 52,* lavare *p. 1424, 7,* replere AVG. c. Petil. 2, 101, 233, *plus valet quam* unguere

[Holmes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 1423, 60; vergit ad notionem mergendi e. g. p. 1420, 23 sq. (c. abl. loci). 1421, 16 sqq., miscendi p. 1420, 73. 1421, 15. 43 sqq. 1424, 34, implendi p. 1420, 50. 1421, 42 et e. g. 1422, 7 sqq., abundanter dandi l. 41. p. 1420, 57, pariendi p. 1424, 57, confundendi, turbandi p. 1424, 61; disting. infundere *p. 1421, 41. usum mediopass. invenimus l. 35. 59 sqq. p. 1420, 16 sqq. 1423, 49 sq. 1424, 35. 40; cf.* se -ere (se invicem CLAVD. DON. Aen. 12, 225 p. 580, 17): *p. 1418, 59. 1420, 8. 11. 1421, 52. 1423, 61 sq. 1424, 53. 63. al. (cf. e. g.* -ere artus *sim. p. 1420, 28 sqq.*).

I *obi. significat id, quod alia re (dif)fusa afficitur, sc. aspergitur, madefit, tegitur sim.:* **A** *indicatur, qua re quid -atur:* **1** *per casum, sc. nom. vel abl. praemonenda grammatica: invenimus multo rarius structuram 'aliqua res aliquid -it' (inde a* CIC. Att. 8, 6, 3; *accedit* ab *vel abl. nudus indicans, unde, a quo sim. -atur, p. 1421, 30 [bis]. 1422, 23; dat. p. 1422, 23) quam structuram 'aliquis aliquid aliqua re -it' vel 'aliquid aliqua re -itur', in qua abl. assumit colorem localem hic illic p. 1420, 16 sqq. et e. g. p. 1420, 41. 1421, 17 (cf.* hic *et* in *c. abl. p. 1423, 49 sq.), modalem propter nomina a verbo derivata l. 36. 55. p. 1420, 66. 1421, 68. 1423, 22* (*exempla, ubi abl. indicat instrumentum -endi [v. p. 1423, 54 sq. 70] vel locum, unde quis -at [v. p. 1424, 1] sub B afferimus, sed distinguimus l. 57. p. 1420, 13. 1421, 54*). *accedit acc. graec. q. d. in versibus inde a* VERG. Aen. 2, 221, *e. g. p. 1420, 21. 1422, 22. 1423, 24 sq., in prosa oratione apud* AMBR. *l. 62 sq. p. 1423, 3 sq., sc. ad p. p. p. praeter* SIL. 1, 517; *accedunt praepos.* per, in, inter *p. 1420, 10 sqq. 1423, 10, cf. sub B p. 1423, 68 sqq., sub II p. 1424, 19 sqq., sub III p. 1425, 7. obi. est supplendum e. g. p. 1420, 41. 48. 1421, 30. 1422, 28, subi. in struct. pass. hic illic infra l. 72 sqq., ut de pass. impers. cogites.*

***pergo,** -rēxī, -rēctum, -ere. *a* per *et* regere (*item* PRISC. gramm. II 523, 10. *al.*); *sed notione et usu intrans. aliquanto a verbo simplici discrepat; cf. e. g. Wackernagel, Vorl. über Syntax II², 1928, 179.* *perf. scribitur* perex- CE 692, 3 (*a. 476*). NOT. Tir. 29, 8 (-it, *non* peregit, *etiam cod. Cass.*). *de formis: longe praevalet stirps praes.* (*imperat.* -e *frequentant maxime* PLAVT. [*sed saepius occurrit* i] *et* SEN. *trag.* [i *rarius*]). *pass. impers.* CAECIL. com. 185. LIV. 9, 44, 12 (*perf.*). *al.* *part. fut.* -recturus *praeter* AVG. epist. 78, 3 -ituros (*codd. pars, Goldbacher*; -recturos *var. l.*; peregrinaturos *edd. vet.; alias forma* -recturus *utitur* AVG., *e. g.* civ. 20, 22 p. 462, 10. epist. 65, 1). *de notione*: VARRO *p. 1431, 29.* DON. Ter. Hec. 450 modo '-unt' pro eunt, alias perseverant. GLOSS.^{L} II Philox. PE 161 -it: *ἐπείγεται, σπεύδει, ὁρμᾷ, βαδίζει.* PE 164 -o: *παραγίνομαι.* Abav. PE 72 -entes: ambulantes, viantes. PE 73 -ere: porrigere (*per errorem pro* porgere). GLOSS. -e: *ἐπίμεινον.* gressum dirige. -rexit: profectus est. ambulavit, abiit. perseveravit. *legitur inde a* PLAVTO *per totam fere latinitatem; in oratione soluta frequentant e. g.* CIC., LIV., TAC., VVLG. (*sc. in libris ab* HIER. *versis, alibi perraro*), *contra deest e. g.* VITR., CELSO, COLVM.; *in versibus saepius apud scaenicos veteres,* LVCR., VERG. Aen., SEN. *trag.,* VAL. FL., SIL., STAT., *ceterum raro.* [*confunditur in codd. maxime cum* peragere PROP. 4, 7, 95 OV. Ib. 53 CVRT. 4, 7, 9 STAT. Theb. 9, 21. *al.* (*falso trad.* SEN. Herc. O. 435 PS. HIL. Macc. rec. B 233; *restit.* TAC. ann. 3, 66, 4), perdere PLAVT. Poen. 295 TER. Haut. 582 Phorm. 806 STAT. Theb. 9, 58. *al.* (*restit.* AMM. 14, 6, 24), perexire (*v. sub illa voce; restit.* HIST. Apoll. rec. A 40). *locis vix sanis vel corruptis*: PLAVT. Truc. 718 tu -e, ut lubet, † ludinistos † (ludo in istoc, ludere istum *conicitur*). frg. inc. 56 † -at † quantum valet tuorum pedum pernicitas (-e ad ⟨eam⟩ *Leo*; -e, ait *Lindsay*). PACVV. trag. 227 si resto, † pergitur † eam: si ire conor prohibet baetere (poscit ut *L. Müller, alii alia*). TAC. ann. 1, 28, 1 *milites putabant* prospere ... cessura, quae -rent (*acc. intern., quem dubitanter accipit e. g. Goodyear, 1972, ad l., vix defendi potest locis p. 1430, 59 et 1431, 57 allatis et ellipsis infinitivi agendi iuxta* -ere *exemplis caret* [*vix conferas p. 1431, 48. 1433, 44*]). CONC. Hippon. a. 393 p. 20 l. 12 ne ... macula quisquam episcopus vel clericus -atur (⟨as⟩pergatur *vel* ⟨s⟩pargatur *legendum vid.*). *e coni. dub.*: SYNON. Cic. p. 423, 30 egreditur. exit. proficiscitur. -it (regit *cod.*, perrexit *edd. vet.*).]

CAPVT PRIVS: *fere i. q. procedere, progredi* (*sub I plerumque respicitur finis attingendus, saepe etiam processus actionis, qui respectus praevalet sub II, sub III potius eius initium*).

I *notione motus magis minusve servata* (*si res sunt pro subi., abire potest in notionem q. e. tendere, vergere, pertinere, v. p. 1431, 74. 1432, 1 sq. 31 sqq.*). *plerumque accedit indicatio finis* (*v. structuras sub A1 digestas; raro indicatur, unde motus fiat, v. 1429, 10 sq. 30. 33. 36. 39. 71. 73. al.*). *saepe spectat ad motum inceptum vel interruptum, quem quis persequitur vel conficit, v. e. g. p. 1429, 34. 73. 1431, 26 sq. 1432, 5 sqq. et locos. ubi refertur ad initium, e. g. p. 1430, 12 sq. 30. 60 sq. (ceterum cf. IIA). interdum vis porro eundi pertinet ad ultimum finem, e. g. p. 1429, 69 et* TAC. hist. 1, 27, 2; *ad coniunctionem variarum actionum spectat e. g. p. 1429, 3 sq. 54 sq. (cf. IIB). sed haud raro vergit in merum verbum eundi* (*variat c.* ire *e. g. l. 74. p. 1429, 10 [distincte p. 1430, 71]; cf. supra l. 14 et Adams, Text and Language of a Vulg. Lat. Chron., 1976, 112*). *ceterum dici potest etiam de appropinquantibus, venientibus, v. l. 72. 75 sq. p. 1429, 2 sq. 1430, 5. 15. 1431, 15, addas* APVL. met. 1, 26, 2 SEDVL. carm. pasch. 4, 284. *al., contra de abeuntibus p. 1431, 22; notionem proficiscendi intellegere possis e. g. p. 1429, 4 sq. 16. 22 sq. 47* (*cf. etiam infra sub III*). *eo quod* -ere *saepius actionem statim sequentem inducit, accedere potuit color festinandi, quem testantur aliquot glossae (cf. supra l. 20) quique augetur additamentis* protinus, propere, citato gradu *sim., v. p. 1429, 1 sq. 4 sq. 6. 11. 15. 68, addas* LIV. 9, 2, 9. 26, 46, 3. 28, 3, 13. 35, 36, 1. *al.*

A *proprie respicitur actio eundi, vehendi sim.* (*subi. sunt fere animantes, res e. g. p. 1429, 39 sq. 42. 1431, 5. 10 sq. 33 sq.*): **1** *indicatur finis (qui interdum locus sim., interdum autem actus est) per*: **a** *structuras nominales*: **α** *c. praepos.*: Ⓘ ad (*iuxta* in *l. 75*) *c. acc. indicante*: Ⓐ *personam*: PLAVT. Capt. 108 nunc ad eum -am. 488 abeo ab illis ..., -o ad alios. Mil. 1267 illa ad nos -it. TER. Haut. 1001 ad Menedemum ⌞hunc⌟ -am (hinc *var. l.*). Phorm. 112. Ad. 586 cesso ad eum -ere? :: i sane. CIC. Planc. 98 antequam de meo adventu audire potuissent *inimici,* ... in Macedoniam ad Planciumque -rexi. *al.* SALL. Iug. 69, 1 ad se

[Holmes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vorsum exercitum -ere (*nisi ad 3*). 71, 4 epistulam ... perlegit, dein propere cognitis insidiis ad regem -it. Liv. 1, 6, 1 *Numitor* iuvenes perpetrata caede -ere ad se ... vidit. 7, 23, 5 *consul* iam satis omnibus instructis conparatisque ad hostem -it (28, 1, 9 *dux* praemissis speculatoribus citato agmine ad h. -it. Tac. hist. 4, 26, 3. *al.*). *et saepe.* Ⓑ *locum*: Plavt. Amph. 1111 postquam pueros conspicati, *angues* -unt ad cunas citi. Asin. 245 nunc -am ad forum. Cic. Att. 16, 8, 2 Antonium cum legione Alaudarum ad urbem -ere (Liv. 4, 39, 9. 9, 41, 10. *al.; cf.* Sall. Iug. 59, 1 ad oppidum [*al.*]). *al.* Svlp. Rvf. Cic. fam. 4, 12, 3. Caes. Gall. 3, 18, 8 qua re concessa laeti ... ad castra -unt ([*5* ad castra iri]. Liv. 9, 44, 12 inde ad c. Postumi -tum. *al.*). Sall. Iug. 52, 5 legatus ad flumen ... festinans -it. epist. Mithr. 17 ad occidentem -entibus *Romanis* finem Oceanus fecit. *al.* Liv. 7, 13, 2 *miles* praecedens militum agmen ad tribunal -it *dictatoris.* 7, 27, 6 ad Satricum exercitu infesto -it *consul.* 24, 31, 2 extemplo praetores citatis equis ad prima signa -rexerunt. *et saepe.* Ⓒ *actionem vel statum* (*cf. infra l. 48*): Liv. 5, 21, 2 (*loq. Camillus*) -o ad delendam urbem Veios (*item c. gerundivo*: 31, 10, 3 traiecto Pado ad Cremonam diripiendam -unt *Galli. al.* Ampel. 45, 3. Symm. epist. 4, 6, 1 ad agendas gratias. *al.; cf. p. 1432, 19*). 28, 2, 14. Fest. p. 64 flamines ... -entes ad sacrificium. Tac. ann. 4, 74, 4 incertum *erat,* quod quisque ad negotium -at. Apvl. met. 5, 4, 6 *filiae* certatim ad parentum suorum conspectum adfatumque -erant. Lact. mort. pers. 9, 7 *barbaris* mos est cum omnibus suis ad bellum -ere. Veg. mil. 1, 9 ut ad explorandum alacriter ⌞-ant⌟, alacrius redeant ([-ere et, currant *var. ll.*]. *item c. gerundio*: Hier. epist. 58, 2, 2 cum *Crates* ad philosophandum Athenas -ret. Vvlg. exod. 3, 4 ad videndum. *al.*). *al.*

Ⅱ in *c. acc. (abl. l. 41. 43 sq.) indicante*: Ⓐ *locum*: Plavt. Amph. 1052 (*antea*: intro rumpam in aedis) -am in aedis nunciam. Varro Men. 522 -rexit in interioris partis domuis. Cic. Rab. perd. 21 in Capitolium (Sil. 12, 741). Att. 5, 20, 2 ex his castris ... -rexi in Ciliciam. *al.* Sall. Iug. 54, 6 in loca Numidiae opulentissima. *al.* Ov. hal. 83 in medias pelagi ... -ere sedes. Liv. 1, 23, 4 praeteritis hostium castris infesto exercitu in agrum Albanum -it (3, 6, 7 *hostis* -it inde infestus in a. Romanos. 6, 12, 1). 4, 34, 2 *dictator* receptus ... intra muros in arcem ... -it. 7, 5, 3 in urbem (Val. Max. 2, 4, 5 Tac. hist. 2, 1, 3. *al.*). *al.* Vell. 2, 42, 3 Val. Max. 8, 7 ext. 2. Mela 1, 25 hinc (*sc. ex oceano*) in nostrum mare -entibus. Tac. hist. 1, 18, 1 *omen* non terruit Galbam, quo minus in castra -ret (1, 31, 2 ann. 15, 59, 1. *al.*). *al.* Apvl. apol. 58, 7 in cubiculum. Avson. 371, 3 p. 101 *sol* in Cancrum ... ab Ariete -ens. Heges. 1, 44, 8 p. 120, 17 in viscera mea -at interrogatio veritatis (*sc. instrumenta tortoris; gr. 1, 635 ὁδευέτω διὰ τῶν ἐμῶν σπλάγχνων*). Comm. apol. 927 inde ... -it victor in terra Iudaea. Ivl. Hon. cosmogr. A 12 *Iordanes* circuiens eum *Libanum* -it in lacum Tiberiadem (vergit *rec. B*). Patric. conf. 43 -ens in Brittaniis. Vitae patr. 5, 12, 3 *e cella* exeuntes -reximus in eremo (*Cot. p. 404*[B] *ἐποϱεύθημεν εἰς*). *al.* Ⓑ *varias res, maxime actiones sim.* (*statum actione effectum* Avg.): Plavt. Cas. 93 etiam si in crucem vis -ere, sequi decretumst. Cic. Catil. 1, 23 recta -e in exilium (Prosp. chron. I p. 464, 1220). Sall. hist. frg. 2, 92 in bellum a⟨ut ad la⟩trocinia -ent⟨ibus⟩ ([*cf. Serv. Aen. 10, 281* euntibus]. Ivst. 5, 3, 9 Alcibiades ... in b. adversus Lacedaemonios -it). Plin. nat. 8, 88 in dimicationem. Stat. Theb. 5, 683 -ite in excidium. Tac. ann. 11, 32, 2 ut Britannicus et Octavia in complexum patris -rent. Avien. Arat. 1796 si capra ... ultro in venerem -at. Avg. in psalm. 36, serm. 3, 14 erigitur in altum fumus et in globum tumidum -it. *al.* Ⓒ *personam*: Verg. Aen. 11, 521 sic ait ... et -it in hostem. Liv. 9, 20, 9 Apulia perdomita ... in Lucanos -tum. Tac. ann. 12, 16, 2 exim in Siracos -unt. Avson. 417, 60 p. 278 in Medos Arabasque tuos, *Nemesis,* per nubila et atrum -e chaos.

Ⅲ *aliis*: Sall. Iug. 74, 1 modo advorsum hostis, interdum in solitudines -ere (*cf.* Liv. 28, 2, 14 Scipio ... ad id quod relicuum belli erat in ultimam Hispaniam adversus Hasdrubalem -it [*adde l. 49*]). Amm. 14, 6, 24 usque Spoletium -unt ([perdunt *trad.*]. Marcell. chron. II p. 99, 515, 5. *in descriptione finium*: Vvlg. gen. 10, 30 *filiis Iectan* -entibus u. Sephar montem orientalem [*in re simili 10, 19* venientibus]). 29, 1, 2 contra has copias ... cum agminibus -rexere pervalidis (*item pugnandi causa*: Vvlg. iud. 1, 10. 8, 1. *de fugiente*: Vvlg. gen. 31, 21 cum ... amne transmisso -ret c. montem Galaad).

β *casu nudo*: Ⓘ *acc.*: Cic. Att. 16, 8, 2 suasi, ut Romam -ret (ad Q. fr. 1, 3, 4 ut R. protinus -as et properes. Sall. Iug. 23, 2 uti per hostium munitiones noctu ad proximum mare, dein R. -rent. Liv. 1, 60, 1. *al.*). *al.* Sall. Catil. 44, 3 priusquam domum -rent *Allobroges* (Liv. 7, 5, 3 in urbem atque a porta d. confestim ad M. Pomponium tribunum -it. *al.; cf.* Liv. 2, 22, 7 -unt domos eorum, apud quem quisque servierant). Liv. 1, 57, 8 quo (*Romam*) cum ... pervenissent, -unt inde Collatiam. *et saepe cum nomine proprio urbis; ceterum*: Itin. Alex. 28 Tigri transmisso Vxios -it, efferum hominum genus (*si recte trad.*). Ivl. Val. 1, 37 inde Syriam -ens (*cf.* Hier. epist. 36, 16, 6 Mesopotamiam. *sim. al.*). Clavd. *infra l. 35.* Sev. Malac. euang. 9, 4 -ite ... vicum (*sec. Matth. 21, 2* ite in castellum). 9, 95 -ens ... urbem (*sec. Matth. 21, 18* revertens in civitatem). Ⅱ *loc. vel dat.*: Pap. Corp. 253, 19 (*saec. II in.; epistula Alexandriae scripta*) -er⟨e rog⟩o te Alexandri(a)e. CIL VI 1408, 12 (*saec. II ex.*) praeposito vexillation(ibus) Perinthi -entib(us). Pass. coron. 1 Diocletianus -rexit Pannoniis ad metalla (Pannonias, Pannoniam *var. ll.; gr. vertitur ἐπορεύθη ἐν τοῖς μέρεσιν Παννονίας*). Marcell. auct. chron. II p. 108, 547, 3 Bilisarius ... venit Dyrracio indeque ... per Siciliam Romae -rexit. Ven. Fort. vita Germ. 63 -ens Augustiduno (*acc. var. l.*).

b *adverbium* (*subaudiendum ex enunt. relat. l. 12 sqq.*): Plavt. Asin. 115 -am, quo occepi (*sc. in forum*), atque ibi consilia exordiar (*cf.* Ter. Hec. 194 *l. 60.* Cic. Catil. 1, 10 -e, quo coepisti: egredere aliquando ex urbe. Att. 9, 19, 2 quo placet. Tert. anim. 10, 5 quo volunt. *sim. al.*). Ter. Hec. 450 horsum -unt. Eun. 228 sed quis hic est, qui huc -it? 555 rogitando ..., quo -am, unde emergam (Liv. 10, 25, 6 quaerit Fabius, quo -rent. *al.* Sen. Herc. f. 1012 quo misera -is? Tac. ann. 1, 27, 2. *al.*). Rhet. Her. 4, 51, 64 frater venit ex Falerno: ego illi obviam -am (*al., v. vol. IX 2, 315, 27 sqq.*). Sall. Iug. 56, 4 eo cum delectis equitibus noctu -it (Lact. mort. pers. 19, 2 Amm. 15, 4, 1. *al.*). Hor. sat. 2, 4, 89 ducere me auditum, -es quocumque, memento (Sen. Herc. O. 329. Cvrt. 9, 3, 6 *militibus,* q. -is, secuturis. Qverol. p. 45, 4 -amus q. celeriter. *al.*). Liv. 31, 16, 3 classe tradita Heraclidi, ut Maroneam peteret, ipse *Philippus* terra eodem ... -it (Svet. Galba 19, 1). Sen. epist. 104, 19 nullum est ... iter, quod te extra cupiditates ... sistat: aut si quod esset, ... gens illuc humana -ret (Tac. ann. 14, 23, 1. *al.*). Ivv. 10, 154 iam tenet Italiam *Hannibal,* tamen ultra -ere tendit ([*nisi ad B*]. Tac. hist. 4, 66, 1. *cf.* Amm. 24, 4, 1 quibus actis -bat ulterius [29, 4, 5. *al.*]). *al.*

c *structuras verbales*: α *supinum* (*iuxta acc. loci* Clavd.; *ceterum cf. IIB2*): Plavt. Mil. 749 nunc, quod occepi, opsonatum -am. Ser. med. 322 cubitum -ens sucum cape tristis aceti. Arnob. nat. 6, 4 hoc est ... proprium deorum, conplere omnia vi sua, ... non cenatum ad Aethiopas -ere. Dict. 3, 15 Achilles ... insidiatum propere -it. Hier. adv. Iovin. 2, 14 spectatum -ite (*cf. Arrian. Epict. 3, 22, 58 ὀψόμενοι ἄπιτε κτλ.*). Clavd. 17, 283 *Neptuni* aulam oratum ... -e quadrigas. Avg. c. acad. 3, 4, 7 potum. *al.* β *enunt. fin. cum* ut (*cuius subi. est idem ac enunt. regentis excepto* Sen.): Acc. trag. 298 nunc ⌞-am, ut⌟ supliciis placans caelitum aras expleam (⌞ ⌟ -amus *var. l.*). Sen. Herc. O. 536 (*Deianira ad nutricem*) -e, ut ... virus ... mentem *Herculis* ... adeat. Ivvenc. 4, 217 -unt stultae, ut liquidum mercentur olivum (*cf. Matth. 25, 10* [*cod. 4. al.*] eunt emere). Vvlg. iud. 11, 5 *hostibus* instantibus -rexerunt maiores natu de Galaad, ut *auxilium arcesserent. al. in* Vvlg. γ *inf.* (*cf. IIA2*): Verg. Aen. 12, 586 arma ferunt alii et -unt defendere muros. Ov. hal. 53 impiger ecce leo venantum sternere -it agmina. Tac. hist. 1, 40, 2 milites Romani, quasi Vologaesum ... Arsacidarum solio depulsuri ac non imperatorem suum ... trucidare -rent, ... forum inrumpunt. ann. 1, 51, 3 Caesar ... hoc illud tempus oblitterandae seditionis clamitabat: -rent, properarent culpam in decus vertere (*nisi ad III*). Gell. 12, 5, 2 -it eum propere videre. Vet. Lat. num. 23, 15 (Rufin. Orig. in num. 16, 1) -am percontari deum (Vvlg. -am obvius; *gr. ποϱεύσομαι ἐπεϱωτῆσαι*). Ivvenc. 3, 561 iuvenes conducere -it (*cf. Matth. 20, 5* exiit). Pelag. in Rom. 15, 25 p. 119, 14 Prvd. psych. praef. 23. Avg. civ. 22, 8 p. 581, 15 ad sanctum martyrem orare -rexerat. *al.* δ *gerund.* (*sc. sine praepos., aliter p. 1429, 17. 24; cf. Hofmann-Szantyr 379*): Pavl. Med. vita Ambr. 31 Aquileiam -rexit precandum (precaturus *var. l.; sim. iuxta indicationem loci*: 37 cum ad praetorium Macedonii ... pro quodam intercedendum -rexisset). Ven. Fort. epist. (carm. 5, 1) 1 *paradisus novus,* quem non tam ad auram dominus revisendum post meridiem -ret, quam *eqs.* (*cf. gen. 3, 8*).

2 *indicatur via* (*hic illic simul indicatur finis*): **a** *per acc. int.* (*cf. p. 1431, 57 sqq. 1432, 17. 65*): Ter. Hec. 194 -am, quo coepi, hoc iter (Bell. Afr. 69, 4 i. coeptum -ere. Sall. Iug. 79, 5 Carthagine duo fratres missi ... maturavere i. -ere [*sine attributo ut*: Val. Fl. 4, 690. 5, 173. *al.*]. Tac. ann. 15, 27, 1 mox *Corbulo* i. L. Lucullo quondam penetratum ... -it. *al.*). Avg. c. acad. 1, 4, 12 -ere occipere illam viam (Qvodv. virtut. carit. 6, 8 [*sine attributo ut*: Ven. Fort. carm. 10, 12d, 1]. Greg. M. in I reg. 4, 173 per v., ⌞quam⌟ ad collem ... -itur [qua *ed. princ., fort. recte*]). Macr. Sat. 1, 17, 31 *Apollo* obliquum circulum ab occasu ad orientem -it (*gr. ibid. ἐκποϱεύεται τὸν λοξὸν κύκλον*). **b** *per abl.* (*cf. infra p. 1431, 51 sqq.*): Ter. Phorm. 112 ad anum recta -it (Cic. Catil. 1, 23 Liv. 3, 46, 5). Ad. 577 hac -ito (*al., v. vol. VI 3, 2747, 63 sqq.*). Cic. div. 1, 123 quaerentibus, cur non eadem via *ac ceteri* -ret (Liv. 35, 28, 5 -ere, qua coepisset -ire, via an eam, qua venisset, repetere. Amm. 20, 4, 11. Vvlg. exod. 8, 27 via trium dierum [*acc. var. l. ut* III reg. 19, 4 via unius diei]). Sall. Iug. 20, 8 qua -bat, urbis agros vastare (Ivl. Val. 1, 33. *al.; cf.* Val. Fl. 3, 147 -unt ... fusi, qua tenebrae ... ferunt). 47, 1 haud longe ab eo itinere, quo Metel-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lus -bat (Liv. 4, 39, 9 proximis. 21, 56, 3 recto [Avg. c. acad. 1, 4, 11]. Tac. hist. 2, 59, 2 exercitum i. terrestri -ere iubet, ipse Arare flumine devehitur. 3, 68, 3 *iter,* quo[d] in sacram viam -ret. *al.*). Vvlg. eccles. 1, 6 circuitu -it spiritus (in c. *var. l.*). **c** *per praepos.*: Aetna 486 *undae e monte demissae* bis sena in milia -unt (*cf.* in *c. abl.*: Vvlg. iud. 1, 14 -entem in itinere monuit [II reg. 13, 30]). Lvcan. 8, 183 illa *stella* ... -e sinistra trans Pharon, in medio tanget ratis aequore Syrtim. Tac. hist. 3, 40, 1 ut ... per occultos tramites ... Hostiliam ... -ret (Min. Fel. 6, 2 *Romani* per Gallorum acies ... -unt telis inermes. *al., adde p. 1429, 68*). ann. 2, 78, 2 praeter ... insulas. 14, 33, 1 medios inter hostes. Macr. Sat. 7, 9, 14 unguis quantus extra carnem crescendo -it. *al.*

3 *cetera exempla* (Naev., Afran., Pompon. *contextu deficiente dubitanter huc inseruimus*): **a** *imperat.* -e, -ite (*v. quae infra ad III monuimus*): Naev. trag. 31 -ite thyrsigerae Bacchae Bacchico cum schemate. Catvll. 61, 200 -e, ne remorare (*191* iam licet venias, *202* iam venis). Cic. Tusc. 1, 101 (*loq. Leonidas*) -ite animo forti ..., hodie apud inferos fortasse cenabimus (⟨prandere⟩ -ite *Giusta, alii alia*). Verg. Aen. 1, 389 -e modo atque hinc te reginae ad limina perfer (1, 401). Liv. 7, 34, 5 -e hinc. Sen. Herc. f. 584 tu, *Eurydice,* post terga tui -e viri comes (Med. 974 -e tu mecum c.). Phaedr. 862 Val. Fl. 3, 625. Sil. 12, 193 -e age, fer gressus (12, 511. 15, 571). *al.* Stat. Theb. 3, 275. Vet. Lat. gen. 26, 16 (Philo quaest. in gen. 4, 192) -e a nobis (*gr.* ἄπελθε, *Vulg.* recede). Avson. Mos. 426 (*ad Rhenum et Mos.*) vos -ite iuncti et mare ... gemino propellite tractu. Amm. 15, 8, 14 -e vir fortis ducturus viros itidem fortes. *al.* **b** *aliae formae* (*cf. p. 1433, 70*): Afran. com. 424 ⟨co⟩xendice -am ⟨remilla⟩. Pompon. Atell. 26 -is properatim. Cic. div. 1, 49 deum ... *Hannibali* praecepisse ..., ut -ret protinus. Att. 15, 22, 1 certe, si -it, bellum paratum est (*nisi ad IIA1*). ad Brut. 18, 4 -rexi tamen Romamque perveni. Varro ling. 5, 33 *ager* dictus peregrinus a -endo, id est a progrediendo. Liv. 2, 40, 9 (*mater ad Coriolanum Romam oppugnantem*) *uxorem et liberos,* si -is, ... longa servitus manet. 3, 46, 6. *al.* Sen. Phaedr. 96 -it furoris socius (*sc. Theseus apud inferos*). benef. 4, 23, 4 plerique *di* (*i. sidera*) obscuro gradu -unt. Cvrt. 5, 3, 18. Plin. nat. 2, 114 *venti,* cum e mari redeunt, tropaei vocantur, si -unt, apogei. 10, 67. Val. Fl. 1, 745 qui gentibus horror -it! *al.* Tac. ann. 6, 44, 1 Apvl. met. 1, 26, 2. *al.* Amm. 26, 5, 9 Alamannis ... occursurum Dagalaifum -ere mature praecepit. Anon. Vales. 12, 59 felicitas est secuta Italiam ... ita, ut etiam pax -entibus esset (*i. iter facientibus*). *et saepius.*

B *translate* (*imago eundi sublucet eo, quod fere ubique finis vel via vel modus -endi indicatur*): **1** *respiciuntur variae actiones*: **a** *-it animans*: **α** *indicatur finis* (*addas l. 53. 56*): Caecil. com. 185 ad plebem -itur *iudicii causa.* Sen. contr. 2 praef. 3 (*antea*: video animum tuum a civilibus officiis abhorrentem) -e, quo inclinat animus. Sen. Herc. O. 909 quo, misera, -is? (*item* Phaedr. 142). dial. 2, 8, 2 *sapiens* ad illa nitens -ensque excelsa, ordinata, intrepida. epist. 108, 17 quanto maiore impetu ad philosophiam iuvenis accesserim quam senex -am. *al.* Gell. 14, 3, 10 cursus ... eorum ad eandem virtutis calcem -entium. Apvl. met. 4, 15, 4 sic ⟨ad⟩ reliqua fallaciae -imus. Plat. 2, 11 p. 236 si ad eiusmodi mala -it *homo.* Dict. 2, 31 uti adversum Agamemnonem ab cunctis -retur. Cod. Theod. 1, 16, 1 ad officium praefectorum vel vicarii -ere. *al.* **β** *indicatur via: vario modo*: Sall. or. Phil. 16 -e, qua coeptas⟨ti⟩ (*cf.* Plin. epist. 5, 17, 4 adulescentem ... laudibus incitavi, -ret, qua coepisset). Ps. Sall. rep. 1, 5, 1 bonis malisque dimotis patenti via ad verum -es (1, 8, 10 sive hac seu ... alia via). Plin. epist. 9, 14 -amus modo itinere instituto (*i. studiis litterarum sim.*). Firm. math. 4, 17, 4 a Lunae parte incipiens et per signa sequentia ... -ens usque ad partem Solis (*sc. computando; sim.* 6, 32, 21). *al.* *per acc. int.* (*cf. p. 1430, 59 sqq.; hucine p. 1428, 37?*): Tac. ann. 3, 66, 4 Bruttedium artibus honestis copiosum et, si rectum iter per[a]geret, ad clarissima quaeque iturum (4, 20, 3 i. ambitione ac periculis vacuum. Conc.^{S} I 5 p. 412, 18 -e tuum i. [*gr. I 1, 7 p. 65, 8* ἴθι *τὴν κατὰ σαυτόν*]. *al.*). Avg. virg. 52, 53 -ite viam sublimitatis pede humilitatis (Ps. Svlp. Sev. epist. 2, 10 latam ... v., quae ducit ad splendida saeculi. *al.*). **γ** *cetera exempla*: Sall. Iug. 8, 2 *si* properantius -ret, suamet ipsum pecunia praecipitem casurum. or. Macri 8 dubium habetis, num officere quid vobis uno animo -entibus possit, quos languidos socordesque pertimuere? Sen. Thy. 490 -e non dubio gradu (Hier. epist. 58, 6, 1 expedito -is g. 58, 7, 2 firmo). Qvint. inst. 1, 6, 35 (*antecedunt varia veriloquia dubia*) -amus: sic perveniemus eo usque, ut *eqs.* Fronto p. 87, 28 ubi primum progredei denuo et -ere visum erit (*sc. ad eloquentiam*). Lact. inst. 5, 21, 2 -itur ... caeco furore. *al.*

b *-it res* (animus Sen.): Cic. Tusc. 5, 13 ut ad eas *virtutum imagines* cursim -tura nec eas beata vita a se desertas passura videatur. Sen. dial. 4, 3, 5 animi ad ultionem voluntate et iudicio -entis. Gell. 14, 3, 5 *disciplinae,* quae ad bene beateque vivendum non -rent. Apvl. mund. 19 p. 333 fortunarum per varias fines exitusque -entium. Plat. 2, 22 p. 252 *sapienti* ex se omnia sunt apta, quae ad beatitudinem -unt. Tert. apol. 45, 4 leges ..., quae videntur ad innocentiam -ere. Min. Fel. 13, 4 quod sibi, quanto inquisitio tardior -ret, tanto veritas fieret obscurior. Don. gramm. mai. 3, 6 p. 668, 11 metalempsis est dictio gradatim -ens ad id quod ostendit. *al.*

2 *respicitur actio loquendi, scribendi* (*cf. IIA2a*): **a** *-it homo actionem inceptam persequens* (*pleraque a II distinguuntur eo, quod indicatur finis*): Lvcil. 56 ad cetera -it (Cic. Att. 4, 16, 2 Svlp. Sev. chron. 2, 14, 8). Cic. Verr. II 3, 51 -am atque insequar longius. leg. agr. 2, 48 (*ad praeconem*) Italiam percensuisti, -e in Siciliam. Flacc. 41 nos, ut instituimus, ad reliqua -amus (Brut. 158 -amus ... ad r. et institutum ordinem persequamur. *al.* Amm. 22, 8, 48. 26, 1, 14). off. 2, 8 sed iam ad instituta -amus. *al.* Val. Max. 4, 6 pr. (*caput de amore coniugali post caput de verecundia incipiens*) a placido ... adfectu ad ... concitatiorem -am. Plin. nat. 29, 58 nunc ad institutum ordinem -emus. Tert. resurr. 33, 10 nunc eo -imus, uti ... demonstremus *eqs.* Amm. 26, 1, 2 ad residua narranda -amus. Hier. epist. 53, 9, 2 *euangelistae* -unt, quocumque eos flatus sancti spiritus duxerit. Macr. Sat. 1, 17, 7 rei ordinem -am (*de acc. v. A2a*). *al.* **b** *-it res sive ad finem certum tendens sive longius producta*: Cic. rep. 3, 44 video iam quo -at oratio (leg. 1, 37 ad res publicas firmandas ... omnis nostra -it o.). Ter. Maur. 2803 (*antea Hor. carm. 1, 5, 1–4 citantur*) -unt cetera post consimili strophe. Iren. 1, 31, 4 enarratio ... in longum -it (*cf.* Avg. spec. 5 p. 29, 18 ne hoc opus ... in nimiam longitudinem -at). Consvlt. Zacch. 2, 14 p. 78, 6 ordo nunc haereses -at in caeteras.

3 *respicitur progressus per tempus* (*cf. p. 1433, 43*): Aetna 229 (*loco corrupto*) *principia mundi* ad saecula -unt. Stat. Theb. 5, 466 iam plena quater quinquennia ⌞-unt⌟ *filii mei absentes,* si modo fata sinunt (degunt *Damsté, alii alia*). Hier. hom. Orig. in Ezech. 13, 2 p. 447, 17 corpus ab adulescentia -it ad senium. Avg. civ. 13, 10 p. 567, 22 qui ... usque ad mortem productiora spatia temporis agit, non lentius -it, sed plus itineris conficit.

4 *indicatur, quatenus aliquid pateat, quo se porrigat vel vergat* (*notione motus evanescente*): **a** *in descriptione terrae sim.* (*flumina v. p. 1429, 42. 1431, 23*): Mela 1, 9 *Asia* altero cornu -it ad Nilum, altero ad Tanain. 1, 20 *Africa* -it incurva ad occasum. Ivl. Val. 3, 59 Indicae regionis eiusque tractus, qui ad Hydaspim fluvium -it (vergit *Kroll, Rhein. Mus. 70, 1915, 603, adn. 1; gr. p. 143, 10* παρατεινούσης παρὰ τῷ Ὑδάσπῃ). Amm. 27, 4, 7 *freto* undosius ab Euxino ponto labenti -entique fluctibus reciprocis ⌞Aegaeum⌟ (ad A. *Gelenius*). Vvlg. Ios. 18, 12 fuit ... terminus eorum (*sc. filiorum Beniamin*) contra aquilonem ab Iordane -ens iuxta latus Hiericho. Mart. Cap. 6, 650 in mare Italia plurimum -ens. *ibid.* Illyrici, cuius ... longitudo -it quingenta quinque milia. Prisc. periheg. 261 *Europe* vergit ad arctos, finibus et ... distentis -it ad ortus (*gr. 272* ἕρπει). 515 Ionium -ens ... aequor ad ortus. *al.* **b** *cetera exempla*: Gell. 10, 10, 2 nervum ... ab ... digito ... ad cor hominis -ere ac pervenire. Vlp. dig. 8, 5, 8, 7 (*e Pomponio*) cuniculum -entem in Vrsi Iuli (*sc. fundum*). 39, 3, 1, 5 (*ex Ofilio*) sulcos agri colendi causa directos ita, ut in unam -ant partem, ius esse facere. Vvlg. Ezech. 40, 40 portae, quae -it ad aquilonem.

5 *respicitur exitus e vita terrena, saeculari* (*resurrectio* Vet. Lat., *sensu spiritali l. 62. 64 sq.; fere usu christiano*): Vet. Lat. Luc. 16, 30 sq. (Rufin. Adamant. 2, 10) si quis a mortuis -rexerit ad illos, tunc paenite bunt; ... si ... a mortuis -rexerit *eqs.* (*gr. ibid.* πορευθῇ ... ἀπέλθῃ, *Vulg.* ierit ... resurrexerit). Cypr. epist. 6, 1 exhortor, ut ... ingressi viam dominicae dignationis ad accipiendam coronam *martyrii* ... -atis. mortal. 14 ad Christum per angustam Christi viam -imus. Hil. coll. antiar. p. 57, 7 qui ... iudicaverunt, iam ad dominum -rexerunt (-rexere *var. l.*). Ps. Philo antiq. 62, 2 -e in locum tuum; tu enim morieris. Pallad c. Ambr. fol. 337^{r}, 49 *ut scripturarum* ducatu vites, ad quam ultro -is, Geennam. Hier. hom. Orig. in Luc. 15 p. 94, 18 ad sanctos patres. in Is. 3, 9, 1 l. 54 qui cum operibus mortuis ad inferos -rexerunt. Vvlg. eccles. 6, 4 frustra ... venit et -it ad tenebras (-et *cod. unus*). Rvfin. hist. 5, 2, 3 discedere de hac vita et -ere ... ad deum. Nicet. apell. p. 3, 2 *Christus* dicitur via, quia per ipsum -imus ad salutem. Regvla mag. 91, 10 *novus monachus* nullis ulterius saeculi laqueis inretitus securus -at ... ad dominum. 91, 51 ad comitatum sanctorum. Ven. Fort. carm. 9, 11, 7 -e libenter iter caeli mansurus in orbe (*de acc. v. A2a*). *al.* *in inscr. sepulcralibus*: Inscr. christ. Diehl 3349 -ens ad iustos et electos. CE 569, 6 (*christianis caret indiciis*) non ... ad manes, sed caeli ad sidera -is. 640, 8 (*non ante saec. IV*) ad occasus. 686, 16 (*a. 427*) -e caelestis per regna dei. 692, 3 (*a. 476*) membra solo posuit, celi -rexit ad astra. *et saepius.*

II *cum notione persequendi, perseverandi, continuandi* (*est quasi verbum auxiliare sub A2 et B [cf. III]; ponitur cum colore pertinaciae maxime sub A1b et C; agunt fere animantes, res p. 1433, 43. 1434, 33. 44. 46. al.; accedit acc. limit. p. 1433, 44*): **A** *-it is, qui actionem inceptam persequitur vel conficit* (*locut.* porro -ere *v. p. 1433, 2. 50. 56. 1434, 6*): **1** *solum*

[Holmes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ponitur: **a** *imperat.* -e, -ite: α *exempla varia*: PLAVT. Asin. 472 -e porro (Mil. 386. *al.* TER. Haut. 346 CIC. de orat. 2, 39 fin. 4, 75). Cist. 554 age -e, quaeso (CIC. leg. 1, 22. *al.; cf.* PLAVT. Rud. 1162 -ite, obsecro, continuo [Truc. 949. TER. Haut. 302 -e, o. te. *cf. p. 1435, 14*]. LVCIL. 890 -e, amabo. AVR. Fronto p. 55, 15 -e, oro te). Men. 607 -e tu. *al.* TER. Ad. 650. *al.* CIC. de orat. 1, 113 -e vero ..., Crasse (2, 350 ac. 1, 18 Lael. 32). 1, 209 -e modo. fam. 11, 15, 2 quod superest, -e, mi Brute, et iam non cum aliis, sed tecum ipse certa. VARRO rust. 3, 7, 11 tu, Merula, sic -e deinceps (STAT. silv. 2, 2, 141). VERG. ecl. 6, 13 -ite Pierides (*nisi ad III*). SEN. Tro. 1002 (*Hecuba ad Pyrrhum*) -e, mactator senum, et hic decet te sanguis (*nisi ad III*). PERS. 3, 97 -e, tacebo (*sc. noli modum vivendi mutare*). SIL. 11, 254 -e ac primordia tanta accumula paribus factis. PS. QVINT. decl. 6, 23 (*ad matrem poenam filii implacabiliter poscentem*) tu vero -e et bono tuo utere. TAC. dial. 27, 3. PLIN. paneg. 45, 6 -e modo, Caesar, et vim effectumque censurae ... tui actus obtinebunt. FRONTO p. 9, 13 -e uti libet (AVR. Fronto p. 249, 2). *al.* β *forma* '-e, ut coepisti' *sim.*: PLAVT. Amph. 277 -e, nox, ut occepisti, gere patri morem meo (Merc. 618 -e, excrucia *mala nuntiando ...*, quandoquidem o. semel. Most. 63 agite, porro -ite, quoniam o.). Persa 809 -e, ut coeperas (CIC. leg. 3, 1. 3, 14. fam. 7, 18, 1 quare, -e, ut coepisti; forti animo istam tolera militiam. SALL. Iug. 102, 9. *al.*). CIC. de orat. 1, 34 -ite, ut facitis, adulescentes, atque in id studium, in quo estis, incumbite (Att. 9, 7, 7 -e, ut facis, et scribe quantum potest). 2, 124 tu vero ..., Antoni, -e, ut instituisti (rep. 2, 22). fam. 10, 12, 5 -e ..., ut agis, nomenque tuum commenda immortalitati.

b *interrog.* -is? -isne?: PLAVT. Amph. 539 -in autem? (Merc. 998 -in tu a.?). Cas. 904 quin tu -is? Cist. 666 -in? *al.* TER. Eun. 380 eamus. :: -in? :: certumst. 1007. Ad. 853 ah, -isne? :: iam iam desino. VARRO Men. 135 nunc corius ulmum tuus depavit; -is? heia. VAL. FL. 7, 128 (*Medea ad semetipsam*) -is ... demens?

c *ceterae formae* (*saepius in enunt. condic.*): PLAVT. Cist. 687 -am, ut coepi, tamen; quaeritabo (LIV. 3, 9, 10). TER. Phorm. 849 -it hercle. Ad. 127 ah, si -is, abiero. VARRO Men. 82. CIC. de orat. 1, 209 ego vero ... -am. orat. 155 *Pacuvius* -it: 'postquam *eqs.*' (*item inducuntur verba, quae antea allata sequuntur*: nat. deor. 2, 22 -it idem et urguet angustius: '...'). ac. 1, 19. Att. 11, 14, 3 Quintus -it. VERG. Aen. 1, 372 si prima repetens ab origine -am, ... ante diem ... componet Vesper. OV. Ib. 53 postmodo, si -es, in te mihi ... iambus ... tela dabit. LIV. 6, 38, 8. 30, 42, 7 responsum tulerunt *Macedones*: bellum quaerere regem et, si -at, propediem inventurum. SEN. Thy. 890 sed cur satis sit? -am et implebo patrem funere suorum. Tro. 664 -am et e summo aggere traham sepulcra. epist. 70, 12 *animus* exeat, qua impetum cepit: sive ferrum appetit sive laqueum ..., -at et vincula servitutis abrumpat (*nisi ad IB*). VAL. FL. 1, 531 vetera haec nobis et condita -unt ordine cuncta suo. 4, 121 sic te olim -ere sensi (5, 630 sic cetera -at, si valet. STAT. Theb. 9, 21. silv. 1, 2, 174 sic indulgentia -at praesidis Ausonii. 4, 4, 57. *cf.* PS. QVINT. decl. 6, 12 si ita -itis). APVL. apol. 38, 9. met. 4, 25, 6 si -is ulterius. VVLG. Tob. 14, 4 cum bono profectu timoris dei -rexit in pace (*nisi ad IB5*). *al.*

2 *accedit inf.* (*cf. p. 1430, 42*): **a** *loquendi, scribendi sim.*: α *ponitur inf.*: PLAVT. Amph. 801 non placet principium ...; -e exsequi. 803 -e porro dicere (Rud. 1089 tu -e ut occepisti d. Trin. 777 -e porro d. *al.* TER. Andr. 920 si mihi -et quae volt d.). Capt. 591 -in servom me exprobrare esse? Cist. 518 -e eloqui (TER. Phorm. 641. *cf.* PLAVT. Curc. 569 tu auferere hinc a me, si -es mihi male loqui [Truc. 265 TER. Phorm. 372]. Poen. 983 hosce ... appellabo Punice; si respondebunt, Punice -am loqui [TER. Eun. 817 -in, scelesta, mecum perplexe l. ?]. Trin. 162 ut occepisti, -e porro proloqui). *al.* CIC. rep. 1, 20 -isne eam, Laeli, artem inludere, in qua primum excellis? Att. 10, 18, 2 -e, quaeso, scribere. STAT. Theb. 1, 688 ne -e queri casusque priorum adnumerare tibi. APVL. met. 8, 10, 1 -it ... susurros improbos inurguere. *al.* β *subaudiendus est inf. ex structura ad eum pertinente* (*cf. B1b*): PLAVT. Men. 611 -e in virum. CIC. Phil. 13, 40 -it in me maledicta. Brut. 258 -e ... de Caesare et redde quae restant (TERT. adv. Marc. 5, 3 p. 576, 20 de cetero -at apostolus). Att. 3, 15, 5 sed -o praeterita. APVL. apol. 38, 4 ne ⌞operose animalium genitum⌟ -am (⌞ ⌟ perose a. genita *trad.*).

b *aliarum actionum*: PLAVT. Amph. 1015 nunc domum ibo atque ex uxore hanc rem -am exquirere. Curc. 572 non minitabor *malum,* sed dabo, si -es molestus esse (TER. Ad. 181 si m. -is esse [-es *var. l.*]. *c. aliis praedic.*: TER. Haut. 1006 -in mulier esse? Phorm. 937 si porro esse odiosi -itis). Most. 546 -am turbare porro (1053). 936 -am pultare ostium. Poen. 433 -in -ere? (*abundantia quadam; sim., nisi inf. ad I spectat*: Pseud. 1249 [*pedes adloquitur*] -itin -ere?). Pseud. 1007 ut occepisti, -e opera experirier, quid epistula ista narret. Rud. 590 si invitare nos paulisper -ret *Neptunus,* ibidem obdormissemus. *al.* TER. Andr. 522 has nuptias -e facere ita ut facis (Eun. 18 habeo alia multa, ... quae proferentur post, si -et laedere ita ut facere instituit). *al.* VARRO Men. 471 si *venti* -unt diutius mare vol-

vere (*cf.* LIV. 25, 27, 6 si -rent iidem ... flare per dies plures venti). FAV. or. frg. Gell. 15, 8, 2 si proportione ⌞-it⌟ luxuria crescere (crescit *var. l.*). CIC. Arat. 18 Andromedae laevo ex umero, si quaerere -es, adpositum poteris supra cognoscere Piscem (141 in tuto ... locatam Andromedam tamen explorans fera q. Pistrix -it. FRONTO p. 59, 3 si quaerendo desistes, numquam reperies; si -es q., reperies). Caecin. 59 -e porro hoc idem interdictum sequi. div. 1, 26 conclave illud, ubi erat mansurus, si ire -isset (LIV. 9, 2, 8. 21, 22, 9 [*somnium Hannibalis, cf. p. 1431, 27*] -ret porro ire. 21, 30, 1 -ere ire atque Italiam petere. 40, 21, 5 AMM. 19, 8, 6). Att. 11, 7, 4 haec tu -e, ut facis, mitigare. *al.* Q. CIC. pet. 55 -e tenere istam viam, quam institisti. OV. epist. 2, 134 inmittere corpus in undas mens fuit et, quoniam fallere -is, erit. LIV. 39, 28, 13 si ... hostem insectari propositum est, -ite, ut coepistis, facere. 42, 46, 3 si -rent Romani ... movere bellum (STAT. Theb. 9, 660 nec tu peritura m. auxilia et maestos in vanum -e labores). *al.* SEN. Phaedr. 882. epist. 35, 1 nisi -is, ut coepisti, excolere te (PLIN. nat. 18, 5 quorum *bonorum naturae* aestimatione ... -emus e. vitam). VAL. FL. 8, 404 haut ultra sociis obsistere -it. STAT. Theb. 10, 394 -unt anteire. *al.*

B *-it is, qui rem novam adiungens actionem quandam persequitur* (*saepe ita, ut* '-it ire' *sit fere i. q.* 'statim -it' *vel* 'deinde it'; *in periphrasin futuri vergit maxime l. 53 et 61 sq.; interdum res nova fere eadem est ac res antea acta, sed verbum -endi non nisi ad reliquam partem actionis spectat, e. g. l. 27. 49. 63. 70*): **1** *c. inf.*: **a** *ponitur inf.*: α *variorum verborum*: PLAVT. Amph. 262 nunc -am eri imperium exsequi et me domum capessere (CVRT. 4, 7, 9 donis acceptis ... destinata e. -it. 4, 7, 32). Cist. 556 -o illa⟨m onerare⟩ dictis. ENN. scaen. 202 *Grai* -unt lavere sanguen sanguine. CATO orat. 169 -e istuc quoque uti cum maxime delere. CIC. part. 28 -e ... ordine ... istas partis *antea enumeratas* explicare. fam. 15, 4, 8 id, quod iam ante statueram vehementer interesse utriusque provinciae, ... agere -rexi. LVCR. 1, 16 (*ad Venerem*) *pecus* capta lepore te sequitur cupide, quo quamque inducere -is. 1, 932 (*idem* 4, 7) religionum animum nodis exsolvere -o. 1, 1080 (*idem* 2, 237) nec quod inane ... est ulli subsistere debet, quin, sua quod natura petit, concedere -at. 2, 478 (*idem* 2, 522) quod quoniam docui, -am conectere *eqs.* 3, 178 is tibi nunc animus quali sit corpore ..., -am rationem reddere dictis. 3, 948 omnia si -es vivendo vincere saecla. 6, 42 inceptum -am pertexere dictis. *al.* CIRIS 376. HOR. sat. 1, 1, 102 -is pugnantia secum frontibus adversis componere? LIV. 9, 45, 16 transgressi ... vallum cum deserta omnia invenissent, -unt hostem vestigiis sequi (*cf.* CVRT. 5, 13, 1 fugientem insequi -it strenue). 27, 17, 8 Scipio ... ab Tarracone egressus ... ducere ad hostem -it (32, 6, 1 in continentem travectus ad hostem d. -it. 34, 25, 3 ipse copias adductas ab Elatia d. Argos -it. *al.*). 38, 12, 1 iisdem prope diebus ... Cn. Manlius ... bellum gessit, quod nunc ordiri -am. MANIL. 4, 108 nec tamen haec ratio facinus defendere -it. CVRT. 5, 1, 8 ille docere -it non speciosa dictu, sed usu necessaria ... sequenda esse. 6, 7, 14. PERS. 5, 150 ut nummi ... ⌞-ant ... sudare⌟ deunces (peragant, sudore *var. ll.*). BVC. Eins. 1, 19 -ite, io pueri, promissum reddere carmen. VAL. FL. 1, 31 *Iasonis* virtus ... haut laeta tyranno; ergo anteire metus iuvenemque extinguere -it. STAT. Theb. 5, 743 utinam plures innectere -as, Phoebe, moras. silv. 2, 1, 234. TAC. ann. 11, 4, 1 vocantur post haec patres, -itque Suillius addere reos equites Romanos inlustres. FRONTO p. 206, 9. APVL. apol. 91, 4 quod institui, -am disputare (*nisi ad A2a*). VET. LAT. gen. 25, 32 (Philo quaest. in gen. 4, 173) ecce ego -am mori (*nisi ad IB5; cf. gr. πορεύ(σ)ομαι τελευτᾶν. Vulg.* morior). *al.* β *verborum eundi*: ire: CATO orat. 30 inde -o porro ire in Turtam (*antea*: porro in Turtam proficiscor). TER. Phorm. 867 hoc ubi ego audivi, ad fores ... ire -rexi. *al.* CIC. ac. 1, 1. LIV. 21, 57, 9 vixdum satis percurato volnere, ad Victumulas oppugnandas ire -it. 22, 19, 4 ire obviam hosti -it. 22, 22, 4 Hiberum transgrediuntur nec ullo viso hoste Saguntum -unt ire. *et saepius.* SEN. Ag. 143 quocumque me ira ... feret, hoc ire -am. Phaedr. 1071. CVRT. 3, 8, 7 si retro ire -at. IVV. 14, 122 iuvenes hortatur *pater avarus,* ut illa ire via -ant. GELL. 3, 7, 12 (*sec. Catonem*) quorsum ire -ant *Romani,* in expectando sunt *hostes.* *al.*

alia: CIC. inv. 1, 77 nunc, ut statuimus, proficisci ordine ad reliqua -emus. de orat. 2, 290 *ut* iter reliquum conficere -as. VERG. Aen. 6, 198 *Aeneas* vestigia pressit, observans, quae signa ferant *columbae,* quo tendere -ant. OV. rem. 214 i procul et longas carpere -e vias. LIV. 36, 42, 4 -it protinus navigare Peloponnesum (45, 10, 2). ARATOR act. 2, 6 *Paulus* Cyprum Salaminaque linquens -it adire Paphum.

b *subaudiendus est inf., sc. loquendi, scribendi* (*cf. p. 1433, 59*): CIC. leg. 2, 69 sed -e cetera. :: -o equidem (MACR. Sat. 1, 7, 35). Att. 4, 11, 1 delectarunt me epistolae tuae ...; -e reliqua.

2 *c. supino* (*cf. p. 1430, 29*): GELL. 6, 3, 7 cum ... partim senatorum de Rhodiensibus quererentur ..., tum M. Cato exsurgit et ... socios ... defensum conservatumque -it. APVL. met. 7, 10, 4 quin igitur ... supplicatum Marti Comiti -imus ...?

[Holmes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

C *-it is, qui continuo, perseveranter, iterum atque iterum agit; c. inf., qui indicat: actionem continuatam sim.*: MET. MAC. or. frg. Gell. 1, 6, 8 parentes, si -unt liberi errare, bonis exheredant. CIC. Arat. 326 post hunc ... Capricornus vadere -it. LVCR. 2, 347 *variorum generum* unum quidvis generatim sumere -e, invenies tamen *eqs.* 4, 300 sol ... caecat, contra si tendere -as. HOR. carm. 2, 18, 16 truditur dies die novaeque -unt interire lunae (*nisi ad B*). IVV. 16, 40 si ... debitor ... sumptos -it non reddere nummos. *finem perseveranter petitum*: STAT. Theb. 10, 708 ne -e meos orbare penates. PLIN. epist. 3, 16, 10 ne mori -ret.

III *vergit in vim hortandi, sc. imperat.* -e, -ite (*cf.* PAVL. FEST. p. 215 -ite: agite; Vergilius: '-ite Pierides'. *exempla, quibus servata est vis movendi, v. p. 1431, 13, quo trahas fortasse l. 15. 17. 18; contra huc spectant fortasse p. 1430, 47. 1433, 9. 10*): **A** *nude*: PLAVT. Bacch. 695 -e, ac facile ecfeceris. 870 em illoc pacisce, si potest; -e, obsecro, pacisce quidvis. CIC. Tusc. 2, 21 (vers.) -e, aude, nate! (*Soph. Trach. 1070 ἴθ'*). VERG. Aen. 4, 114 (*Venus ad Iunonem*) tu coniunx, tibi fas animum *Iovis* temptare precando; -e, sequar. 12, 153 tu pro germano si quid praesentius audes, -e; decet. LIV. 7, 10, 4 -e et nomen Romanum invictum iuvantibus dis praesta (*nisi ad IIA 1a*). SEN. Herc. f. 75 -e, ira, -e et magna meditantem opprime. Med. 566 -e nunc, aude, incipe quidquid potest Medea. Phaedr. 173. *al.* SIL. 8, 32 -e age et insanos curarum comprime fluctus. ARATOR act. 2, 706. **B** *c. inf.*: CATVLL. 61, 27 (*ad Hymenaeum*) age huc aditum ferens -e linquere ... Aonios specus. VAL. FL. 3, 212 -e age Tartareae mecum simul omnia noctis, Musa, sequi. SIL. 2, 578 -ite primi ... invadere laudem. AVIAN. fab. 32, 7 (*ad aratorem, qui deos implorat, non ipse se adiuvat*) -e laborantes stimulis agitare iuvencos. *al.*

*?***CAPVT ALTERVM:** PAVL. FEST. p. 215 -ere dicebant expergefacere (peregre *trad.; quam notionem fortasse gramm. postulaverunt veriloquium verborum q. s.* expergere, expergisci *quaerentes, cf.* PRISC. gramm. II 513, 16 'expergiscor' a '-o, -is').

deriv.: pergula (*?*), perrectio.

compos.: circumpergo, expergo (*?*). *Holmes.*

pergracilis, -e. *a* per *et* gracilis. *i. q. valde gracilis*: PLIN. nat. 25, 159 est aliud genus *cotyledonis* ... longiore caule, sed -i (*v. app. crit.; cf. Diosc. gr. 4, 92 κοτυλίον λεπτόν*).

pergraecor, -ārī. *conferendum c.* graecari (*non ante* HOR.) *et* congraecari (PLAVT.). *codd. rec. saepius praebent* -greg-, *v. infra. act.* -are *trad.* PAVL. FEST., GLOSS.; *vix pass. agnoscas* PLAVT. Most. 960. *de notione*: PAVL. FEST. p. 215 -are est epulis et potationibus inservire (-ari *pars edd.; affertur* TITIN. *infra*). GLOSS. -ari (-are): luxuriari graeco ritu. luxuriari (*scribitur fere* -greg-). *i. q. penitus vel usque graecari sim.*: PLAVT. Bacch. 813 (*senex ad servum*) ut *gnatus meus* -etur tecum (-greg- *trad.; item accedit* cum: Truc. 87 ut cum solo -etur milite *Babyloniensi meretrix* [peregre getur militi *fere trad.*]). Most. 22 (*servus ad servum*) corrumpe erilem adulescentem ...; dies noctesque bibite, -aminei, amicas emite *eqs.* ([*inde* FVLG. myth. 1, 2 p. 17, 20 -greg- *codd. plerique*]. *in serie simili*: 64 bibite, -amini, este *eqs.* 960 esse et bibi, scorta duci, -ari, fidicinas ... ducere. Poen. 603 locum ... voluptarium, ubi ames, potes, -ere [pergere *var. l.*]). TITIN. com. 175 ⟨...⟩ hominem improbum; nunc ruri -atur. FRONTO Isid. orig. 15, 2, 46 (*pars codd.*) -ari potius amoenis locis quam coerceri carcere *videbantur.* *Breimeier.*

pergrandēsco, -ere. *a* per *et* grandescere (*inde a* CIC. progn.), *nisi a* per *et* grandis. *i. q. (penitus) grandescere* (*ad maturitatem spectare vid., cf. vol. VI 2, 2177, 35 sqq. 2182, 14 sqq.*): ACC. trag. 440 *aper Calydonius* frugis prohibet -ere.

pergrandis, -e. *a* per *et* grandis. *i. q. valde grandis*: **1** *spectat ad copiam pecuniae sim.*: PLAVT. Persa 494 *rem* narrabo, unde tu -e lucrum facias. CIC. Verr. II 2, 20 ea erat ... -is pecunia. 2, 141 video ... eius pecuniae summam esse -em. leg. agr. 1, 10 agris publicis -e vectigal imponere (2, 56). CYPR. GALL. iud. 723 Micia petit -e talentum argenti matrem (*cf. iud. 17, 2* mille centum argenteos). **2** *spectat ad spatium: vi locali de rebus variis*: CIC. Verr. II 4, 62 vas vinarium, ex una gemma -i trulla excavata. NON. p. 533, 25 cercyrus navis est Asiana -is. VVLG. Ios. 24, 26 *Iosue* tulit lapidem -em. *vi temporali de homine magnae aetatis*: LIV. 29, 29, 6 regnum ad fratrem regis Oezalcen -em natu ... pervenit (*cf. vol. VI 2, 2180, 59 sqq.*). *Stirnemann.*

pergraphicus, -a, -um. *a* per *et* graphicus. *i. q. admodum graphicus* (*vim praefixi auget* nimis): PLAVT. Trin. 1139 mi ... nugator quidam occessit obviam, nimis -us sycophanta (*de eodem 936* nimium graphicum hunc nugatorem, *892* solide sycophantast).

[*adv.* **pergraphicē** *coni. Spengel* PLAVT. Persa 843 (*v. Woytek, 1982, ad l.*).] *Breimeier*

⁂pergrātus, -a, -um. *a* per *et* gratus. *de tmesi v. p. 1436, 3. legitur sec. schedas nostras tantummodo apud* CIC. (*36ies, sc. 28ies in epist.*), CAES. (*semel ut* HIER.), LIV. (*bis*), PLIN. epist. (*ter*). *i. q. valde gratus* (*sc. vi passiva de gratia dignis, iucundis, acceptis; praedicative praeter* CIC. Mur. 23 dom. 81 LIV. 4, 30, 3; *cum emphasi quadam in tmesi l. 18* [*iterato* per]. *22. 27. 35; accedit dat. [fere e toto enunt. pendens] praeter* CIC. Mur. 23 *et* fam. 9, 2, 5): **1** *strictius de curis, donis, beneficiis sim., quibus quis obligatur, grato animo afficitur* (*exempla certiora*): **a** *usu vario*: CIC. dom. 81 legem ... tulisti Anagnino nescio cui ... pergrat[i]am, qui tibi ob eam legem statuam ... posuit. Att. 2, 15, 4 Terentiae -a est adsiduitas tua et diligentia in controversia Mulviana. 5, 11, 6. fam. 9, 15, 1 -am tibi esse curam meam valetudinis tuae. 13, 41, 1 cum ipsi *Lucceio,* quae fecisti, -a sunt, tum Pompeius ... gratias tibi agit singularis (*antea*: te homini gratissimo commodasse). ad Q. fr. 3, 1, 20.

b *in certis formulis gratias agentis vel beneficium petentis*: α -um facere *alicui*: CIC. de orat. 2, 155 (*verba Scipionis aliorumque*) -um Atheniensis ... sibi fecisse ..., quod ... philosophos misissent (Att. 2, 4, 1. 14, 16, 4. *cf. l. 20*). Lael. 16 -um mihi feceris ..., si ... disputaris quid sentias ([*postea*: gratum admodum feceris]. Att. 1, 20, 7 per mihi, per inquam gratum f., si *eqs.* fam. 3, 3, 2. *al. in his epist.; ordine inverso* f. m. -um: CIC. fam. 13, 26, 3). Att. 9, 7, 2 sic ... habeto salutares te mihi litteras misisse ...; -umque mihi tu fecisti ([quod me ... certiorem fecisti *add. Lehmann*]. *item sine enunt. secund.*: 10, 4, 1). β -um esse *alicui*: CIC. Att. 5, 10, 4 *si quid cognoveris,* per mihi gratum erit, si id curaris ad me perferendum (fam. 9, 2, 5 ad Brut. 16, 2). 5, 20, 10 des operam ...; utrique nostrum honestum existimo, tum mihi erit -um (*item sine enunt. secund.*: fam. 13, 75, 2 mihi gratissimum facere possis, si ...; erit id mihi -um). 14, 11, 2 quod ... *curas,* ut ei *Marco filio* suppeditetur ad ... cultum copiose, per mihi gratum est (*cf. l. 39. 45*).

2 *laxius de rebus vel personis, quae quolibet modo placent, acceptae, iucundae sim. sunt*: **a** *de rebus*: CIC. Mur. 23 omnes ... artes, quae nobis populi Romani studia concilient, et admirabilem dignitatem et -am utilitatem debent habere. de orat. 1, 205 nobis ... ista sunt -a perque iucunda; sed pauca etiam requirimus (*de iis, quae verbis proferuntur, ut*: Brut. 17 et exspectabo ea, quae polliceris, ... et erunt mihi -a, si solveris [*inde suppl. Reis ibid.* ⟨-a⟩ et exspectanda sunt ea]. fin. 5, 96. Att. 1, 4, 3 quod ad me ... scribis, per mihi gratum est. CAES. civ. 1, 86, 1 id, *quod postulaverat Caesar,* ... militibus fuit -um et iucundum). rep. 1, 18 *cum* Scipioni ... eorum (*sc. Laelii al.*) adventus periucundus et -us fuisset (*item de alicuius adventu* : Att. 5, 2, 1. ad Q. fr. 3, 1, 12 Balbum quod ais mature Romam ... esse venturum ..., id mihi -um perque iucundum). LIV. 4, 30, 3 legem de multarum aestimatione -am (per gratiam *var. l.*) populo ... a tribunis *plebis* parari. PLIN. epist. 9, 40, 1. HIER. in Gal. praef. p. 308[A] quod ... illi *Marcellae* ... -um fore ... existimo, aggrediar opus *explicandi epistulam Paulinam.* -um est *c. inf. vel enunt.* (*cf. supra l. 39*): PLIN. epist. 2, 7, 6 amavi ... iuvenem ...; erit ergo -um mihi hanc effigiem eius subinde intueri. 3, 5, 1 -um est mihi, quod tam diligenter libros avunculi mei lectitas. **b** *de hominibus*: LIV. 41, 1, 1 *populum* armasse eoque iuventuti praedandi cupidae -us esse dicebatur *regulus Historum.* *Wild.*

pergravis, -e. *a* per *et* gravis. *? superl. l. 53.* [*falso trad.* CIC. Sest. 107.] *i. q. valde gravis*: **1** *de rebus, quae sunt magni momenti vel difficultatis*: TER. Hec. 292 levia sunt, quae tu -ia esse in animum induxti tuom. AMBROSIAST. in Rom. 3, 9 pessima eorum et -is causa est ([-issima *var. l. rec.* γ]. PS. AVG. quaest. test. 126, 5 *peccator sciens* -em habet c.). in Col. 3, 5, 2 primum ... et -e crimen idolatriae est. -e est: PS. AVG. coll. c. Pasc. 4 (*verba Pascentii*) quam -e sit ... scripturarum auctoritate calcata illud ponere *eqs.* quaest. test. app. nov. 62 (*ad Matth. 24, 20*) *hieme* ninguit, gelat, flumina exeunt; ideoque fugientibus -e est. **2** *de hominibus, qui sunt magnae auctoritatis*: CIC. Cael. 63 (*per ironiam de testibus*) non dubito, quin sint -es *viri,* qui ... sint talis feminae *Clodiae* familiares.

adv. **pergraviter.** *i. q. modo pergravi*: CIC. de orat. 1, 227 *Rutilius Rufus* Servium Galbam ... -r reprehendere solebat. Att. 1, 10, 2 -r illum esse offensum. fam. 9, 25, 3 id M. Fabrius -r tulit. *Stirnemann.*

pergredior, -gressussum, -ī. *a* per *et* gradi. *i. q. per aliquid (aliquos) gradi, διέρχεσθαι* (*quod gr. plerumque respondet; accedit acc. praeter l. 73*): *potius transeundo*: VET. LAT. II Macc. 14, 45 (rec. P) *quidam* cursu[m] multitudinem -sus (*recc. cet.* pertransiit *sim.*). act. 13, 6 (cod. 5) cum -si fuissent totam insulam *Cyprum* usque ad Paphum (*gr. man. pr. eiusdem cod., ut vid.,* ⟨πε⟩ριελθόντων, *corr. δι- cum codd. cet.; cod. 50* pertransissent, *cod. 51. al.* = *Vulg.* perambulassent). AVR. VICT. Caes. 33, 3 uti Thraciam Gothi libere -si Macedonas ... occuparent. *potius circumeundo intra regionem quandam*: VET. LAT. act. 10, 38 (cod. 5) *Iesus* -sus est benefaciens *eqs.* (*gr. διῆλθεν* [*var. l. περι-*], *cod. 50. al.* perambulavit, *Vulg.* pertransivit). 15, 41 (cod. 5) *Paulus* -batur ... Ciliciam confirmans ecclesias ([*cf. 16, 1* pertransiens; *cod. 50. al.* = *Vulg.* peram-

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bulabat]. 18, 23 [cod. 5] -ens ex ordine ... Phrygiam c. omnes discipulos [*cod. 50. al.* = *Vulg.* perambulans]).

pergreg- *v. p. 1435, 37.* *Breimeier.*

2 *in sacra script. eiusque explicationibus* (*cf. etiam 3*): **a** *de partibus templi Hierosolymitani*: VET. LAT. I Macc. 14, 48 (rec. L) ponere eas *tabulas* in -bulo (-la *trad.*) sanctorum in loco notabili (*sim.* rec. V; *gr.* -ῳ, *rec. B* porticu, *rec. X* loco fideli). VVLG. Ezech. 42, 7 -us exterior secundum gazophylacia *quaedam* (*explicat* HIER. *ad loc.* l. 251 -us murum significat, qui erat exterior et cingebat gazophylacia *eqs.* l. 258 pro -o sive muro, quod hebraice dicitur gader *eqs.*). 42, 10 in latitudine -i atrii *cuiusdam* (*cf.* HIER. *ad loc.* l. 270). HIER. in Dan. 9, 24[a] l. 274 *in tribus annis* -us templi et quaedam alia ... perfecta sunt. in Ezech. 40, 5 l. 295 sq. pro muro, quem Aquila et Theodotio interpretati sunt, Symmachus et Septuaginta posuere ⌞*-ον*· murus ergo sive⌟ *-ος* ex omni parte ... templum ... circumdabat (⌞ ⌟ *v. app. crit.; sim.* 40, 44 l. 1056 [*litt. lat. man. alt. cod.*]). l. 382 in muro et extra templum in circuitu -i (*sic man. alt. cod., -ει man. pr., περιβολῇ Glorie* [*an per appositionem?*]). **b** *cetera exempla*: HIER. in Dan. 3, 1[b] pro Dura ... LXX *-ον* transtulerunt, quod nos vivarium vel conclusum locum dicere possumus. in Ezech. 43, 13 l. 866 *altaris* crepido, pro qua Septuaginta propitiatorium ..., Symmachus *-ον*, hoc est circuitum, interpretati sunt. in Is. 15, 54, 11 l. 189 muri ... civitatis *Hierusalem futurae,* sive termini et *-ος*, lapidibus electis exstruuntur (*cf. Is. 54, 12 et apoc. 21, 18; eodem pertinet*: RVFIN. Orig. princ. 2, 11, 2 p. 184, 17 *Hierusalem novam* -um ... habituram ex lapidibus electis *eqs.*). nom. hebr. p. 47, 14 saderoth *-οι*, moenia vel porticus publicae (*v. app. crit.*).

3 *in glossis*: **a** *masc.*: GLOSS. V 380, 49 -bulus idest in circuitu domus (*fere item* GLOSS.[L] Corp. P 249; *cf. sine explic.* GLOSS. Leid. Hessels 15, 26). 622, 20 -us est murus extrinsecus. **b** *neutr.*: GLOSS. deambulatorium: -um (*cf.* GLOSS. -um: d., ⌞moenia⌟ [*om. nonnullae*] vel belua marina [*vix cogites de spiris beluae; excidisse videtur lemma* pristis *vel* pistrix]. *huc fortasse spectat* GLOSS. chal⟨ci⟩dicum: foris d., quod et ⌞petibulum⌟ dicitur *eqs.* [⌞ ⌟ -um *Osbern.; v. Serbat, Dérivés nominaux, 1975, 88*]).

pericardion, -ī *n. (etiamne f.* -a*?), περικάρδιον* (*-ος*). *vox apud medicos graecos significat membranam cordi circumpositam (cf. e. g. Galen. III 488 sq.), sed qua notione locis infra allatis adhibeatur, parum perspicuum est* (*fortasse confunditur cum* praecordia): VINDIC. gyn. rec. Ba l. 147 *circa cor eiusve partem positum est,* quod Greci paricardian vocant, cingens extremas partes pulmonis (rec. M p. 15, 35 pericardian, p. 21, 10 perycardian, rec. C p. 439 peri cardian, rec. L p. 438 pencardiu [*i.* pericardium*?*], *recc. cet.* precordia[m] *vel om.*). rec. Li l. 162 membrano, quod Greci -on vocant (rec. Ba l. 156 procardiam, rec. C p. 441 procardian, rec. L p. 440 protocardion, rec. G p. 440 procausdion, rec. D p. 441 praecardiam, rec. M p. 21, 16 praecardian). med. 44 *cor* et -ia (praecor- *trad.*) habet ventris, id est receptacula sanguinis et spiritus singulis in partibus secundum aures *cordis eqs.*

pericarpum, -ī *n., περίκαρπον* (*quod in gr. non legitur*). *significatur genus bulbi*: PLIN. nat. 25, 131 (*inde* 1, 25, 82) -um bulbi genus est; duae eius species *eqs.*

[per⟨i⟩catabolicōs *e coni.* TERT. anim. 28, 5, *sed v. p. 1194, 33 sq.***]**

pericharactēr, -ēros *m., περιχαραχτήρ. nomen instrumenti, quo dentes circumsecantur*: CAEL. AVR. chron. 2, 4, 74 *sunt* gingivae ... circumseparandae a dentibus ferramento, quod -a vocant. 2, 4, 81 -es exhibiti, qui dentium dolores mitigent, locorum mortem faciunt (ferreici altheres *trad.*).

perichrīstarion, -ī *n., περιχριστάριον* (*quod in gr. non legitur. an suffixo lat.* -ārium *a περίχριστος formatum?* [*cf.* cerotarium, electarium]). *nomen collyrii, quod palpebris superungitur*: MARCELL. med. 8, 9 (*sec. Scrib. Larg. l. 56*) est huiusmodi medicamentum, quod -on vocant Graeci, quod *eqs.* (*v. postea*: ut palpebrae suptiliter inde superlinantur).

perichrīstus, -a, -um, *περίχριστος. i. q. superungendus, non inungendus* (*nisi est n. pro subst., sc. nomen collyrii, cf. l. 56*): SCRIB. LARG. 29 huiusmodi medicamenta, quae -a vocant (*antea*: superunctum, *disting.* inunctio. *hinc pendet l. 52*). ind. capp. 28 collyria acria et -a ad ... palpebrarum aspritudinem.

pericio *et* periacio, -iēcī, -ere. *a* per *et* iacere. NOT. Tir. 12, 35 -icit. 12, 52 -iecit. *i. q. iacere per totum spatium, usque ad finem*: SALL. hist. frg. 3, 5 *hostium* ⟨co⟩pias Antonius ha⟨ud fa⟩cile prohibens a ⟨navibus⟩, quia -iaci telu⟨m pote⟩rat angusto intr⟨oitu⟩.

pericīromenē, -ēs *f., περιχειρομένη. i. q. detonsa, sc. titulus fabulae Menandri*: SCHOL. Ter. Bemb. Eun. 61 videtur [detonsa] -cinomenen [detonso] Menandri quaerere, in qua fabula *eqs.* *Breimeier.*

perīclitābundus, -a, -um. *a* periclitari. *fere i. q. periclitans, explorans, temptans: c. acc.*: APVL. apol. 72, 5 *Pontianus* voluntatem meam verbis inversis -us ... orat, *eqs.* met. 5, 23, 2 *Psyche* puncto pollicis extremam aciem *sagittae* -a. *c. gen.* (*cf. p. 1459, 26 sqq.*): APVL. met. 3, 21, 6 fit bubo Pamphile; sic ... iam sui -a paulatim terra resultat.

perīclitāns *v.* periclitor.

perīclitātio, -ōnis *f.* *a* periclitari. *voces q. s.* -o *et* periculum *comparat* NON. p. 219, 24. 364, 13 *utrobique afferens* CIC. *i. q. actio periclitandi, experimentum faciendi*: CIC. nat. deor. 2, 161 quarum *herbarum* utilitates longinqui temporis usu et -e percepimus.

[Delhey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

perīclitor, -ātus sum, -ārī. [*a* periculum *vel potius a* periculari (*cf. Mignot, Verbes dénomin. lat., 1969, 328 adn. 2*). *Fo.*] *scribitur in codd.* pere-, *e. g.* SEN. contr. 1, 8, 4 TERT. anim. 9, 2. *al.*, -culi- COMMENT. *et* ADNOT. Lucan. 5, 653. NOT. Tir. 24, 33 -atur. *formae activae: praes. ind.* -at GLOSS. III 149, 66, *inf.* -are VINDIC. med. 14. *passive usurpantur gerund. (e. g. l. 19. 36. 45; impersonaliter c. acc. obi. l. 29) et part. perf.* (CIC. *l. 21.* ENNOD. *l. 21. 38 sq. nec non* dict. 21, 26 p. 490, 12. epist. 7, 21, 1 p. 189, 3). *legitur in versibus bis apud* PLAVT., *singulis locis apud* PHAEDR., MART., PRVD., *in oratione prosa inde a* SISENNA (*bis*), CIC. (*decies*), CAES. (*sexies*) *fere per totam latinitatem, frequentant* SEN. *rhet.*, CELS., QVINT., AVG.

I *transitive fere i. q. experiri, temptare sim.* (*cf. notionem originariam substantivi p. 1458, 54, sed immiscetur illius notio sollemnis infra maxime sub A2 et 3, sim. in iunctura* periculum facere, *v. p. 1458, 61*): **A** *c. obi. acc., quo indicatur*: **1** *id quod (is qui) quolibet modo temptatur*: **a** *animi, virtutes hominum vel ipsi homines*: PLAVT. Amph. 914 -tus sum animum tuom (CIC. rep. 3 frg. 2 [*loco nondum sanato*]. LIV. 1, 42, 3 seu patrum seu plebis animos -retur *Servius Tullius*). CIC. de orat. 1, 157 *oratori sunt* -andae vires ingenii. div. 2, 97 in -andis experiundisque pueris (*sc. a Babyloniis quaerentibus, quomodo sidera nascentes afficiant*). Lael. 63 utamur quasi equis temptatis sic amicitia, ... -tis moribus amicorum (ENNOD. epist. 5, 8, 1 p. 130, 20). LIV. 6, 15, 1 *Cossus dictator* senatu habito ... satis -tus voluntates hominum. APVL. met. 4, 6, 2 *speluncam describendo* meum ... -bor ingenium. 6, 10, 2 (*Venus ad Psychen*) ipsa frugem tuam -bor. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 1 p. 157, 20 eloquentia -anda est ... in publicis *rebus.* DOSITH. gramm. VII 425, 10 amicum. DIOM. gramm. I 315, 12 hospitem. **b** *varia fere incorporea*: CIC. Quinct. 96 omnia circumspexit Quinctius, omnia -tus est, *sc. litem componendi causa* (IVL. VAL. 3, 45 [*loq. Amazones*] haec *insignia* illa sunt, ... in quae o. -andum est, quicumque ... *nos* bello deposcent). Verr. II 5, 132 *homines* in proeliis, non in conviviis belli fortunam -ari solent (*al., v. vol. VI 1, 1184, 75*). GELL. 13, 8, 2 qui sapiens rerum esse humanarum velit, ... oportere eum versari ... in rebus comminus noscendis -andisque. SOL. 19, 3 *mare Caspium dulce esse* probatum est ... Pompeio Magno, qui ... ipsis haustibus -ari fidem voluit (peritari, pernoscere *var. ll.*). 38, 11 qui -antur naturas locorum. 52, 3 *Dionysius* a Philadelpho rege spectator missus est gratia -andae veritatis (*sc. de situ Indiae*). ARNOB. nat. 3, 23 p. 180, 18 quae obimus, quae gerimus aut in negotiis -amur humanis. ENNOD. epist. 7, 13, 1 p. 181, 10 -ta remedia non tenere. 8, 5, 6 p. 204, 18 ego ille -tae utilitatis. *al. apud eundem.* **c** *res corporeae* (*corpus puerperae* ZENO): SISENNA hist. 84 funis expediunt, claustra foribus imposita -antur. 91 -antur tormenta ac tela multaque genera machinamentorum. ZENO 1, 54, 5 obstetricis incredulae -antis enixam *Mariam* ... incenditur manus.

2 *id quod (is qui) in periculum ducitur* (*cf. IIB1*): CIC. Catil. 1, 11 non est saepius in uno homine summa salus -anda rei publicae (*cf. p. 1450, 71*). CANON. Turner I p. 115, 25 rec. III si quis ... praeter haec facit, ... ipse se -ans privabitur a clero (*rec. IV* se in periculo mittens; *ad p. 1449, 57 spectat* rec. II -bitur de clero).

3 *periculum ipsum* (*cf. IIB2*): PS. QVINT. decl. 10, 16 *sepulcro filii matri in somno apparentis a mago incantato* hoc -atur *mater,* ne filius se putet venisse ad invitam (*nisi* hoc *est abl., ut spectet ad p. 1450, 14 sqq., cf. imprimis p. 1450, 18*). IVL. VAL. 2, 4 inani iactantia periculum -andi (ADNOT. [*sim.* COMMENT.] Lucan. 5, 653 p., quod digne -entur fata maiora. CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 137, 7). HIL. myst. 1, 23, 2 (*ad gen. 42, 1 sqq.*) *Iacob* famem -tus est et de Aegypto frumenta emit (*cf. p. 1451, 36*).

B *pro obi. ponitur interrog. obliqua*: PLAVT. Amph. 688 an -amini, quid animi habeam? CIC. inv. 1, 76 quam facile factu sit, *sc. orationem variare,* -ari licet. PLANC. Cic. fam. 10, 18, 3 -ari volui, si possem mea praesentia ... exercitum facere meliorem. CAES. Gall. 2, 8, 2 *Caesar* equestribus proeliis, quid hostis virtute posset et quid nostri auderent, ⌞-batur⌟ (sollicitationibus exquirebat *β. sim.* 7, 36, 4 [perspiceret *var. l.*]). BELL. Alex. 13, 4 *Alexandrini* in portu -ti remigio, quid quaeque earum *navium* efficere posset. AMPEL. 30, 3 *Persa nobilis filiam* edocuit, ut, cum ille *Smerdis* sopitus esset, utrum aures tectas comis haberet, -retur. APVL. met. 6, 13, 3. 8, 25, 2 facile -beris, quam grandem tibi demonstret patientiam *asinus.* 9, 3, 2. PRVD. perist. 10, 659 -emur, quid recens infantia dicat sequendum.

C *obi. subauditur*: CIC. de orat. 3, 146 ut mihi non sit difficile -ari (*sc. sententiam tuam. sim.* off. 3, 73). APVL. met. 9, 4, 2 (*loq. asinus*) aurium flexus ... et quidvis aliud -antium (*sc. me*) placide patiebar.

II *intransitive fere i. q. periculum adire, in periculum venire vel in periculo esse, versari* (*qui colores saepe vix discerni possunt, v. e. g. p. 1448, 17. 59. 66. 1449, 22. 1451, 4, sed praevalet respectus actionis e. g. p. 1448, 8 sq., 24 sqq. 1449, 40, status vel effectus e. g. p. 1448, 18 sqq. 36. 1449, 1. 36; ceterum vergit in notionem q. e.* mori *p. 1449, 8, q. e. periculosumducere, timere, vereri imprimis p. 1449, 53. 1450, 34. 53 sqq.; in* GLOSS. *et gr. respondet κινδυνεύω, nisi aliud adnotavimus*): **A** *absolute*: **1** *-antur homines eorumve vita sim.* (*res publica p. 1449, 1*): **a** *c. certo respectu, sc. -antur*: **α** *qui bellum gerunt, pugnant* (*cf. p. 1447, 58. 60. 61. 1450, 68 sq. al.*): CAES. Gall. 6, 34, 8 *Caesar* omnes evocat ... ad diripiendos Eburones, ut potius ... Gallorum vita quam legionarius miles -etur. BELL. Afr. 28, 2 cum plures *naves* adortus esset, pulsus fugatusque inde discessisset nec tamen desisteret -ari. SEN. contr. 1, 8, 4 (*pater filio in aciem redituro*) quousque ... -beris? CVRT. 9, 3, 5 animus est ... ire quo iusseris, pugnare, -ari. QVINT. decl. 335, 12 quid attinebat -ari? (*sc. contra latrones pugnando*). FRONTIN. strat. 2, 5, 22 nisi Fabius -antibus (*sc. militibus Minucii*) subvenisset. TAC. Germ. 40, 1 *Langobardi* non per obsequium, sed proeliis ac -ando tuti sunt. FLOR. epit. 4, 2, 83 quas *cohortes* Labienus -antibus castris praesidio miserat. *al.*

β *quorum valetudo, sanitas afficitur* (*cf. p. 1450, 16 sqq. 1451, 21. 31 sqq. al.*): FEST. p. 241 ex qua zona *statuae remedio quodam imbuta* -antes ramenta sumunt. CELS. 2, 3, 1 scire licet *febricitantem* non -ari, si in latus ... cubat. 5, 26, 1[C] *prudentis est* indicare necessariis -antis in difficili spem esse (*item part. praes. pro subst.*: SCRIB. LARG. praef. 2 succurrere -antibus. CAEL. AVR. acut. 2, 1, 2. *al.*). *al.* PLIN. nat. 36, 156. PLIN. epist. 8, 11, 1 quod -ta sit *filia fratris* (*antea*: periculo *abortus* liberatam. *item ad pericula praegnatium spectat*: APVL. met. 6, 4, 3 soles, *Iuno,* praegnatibus -antibus ultro subvenire. IVL. VAL. 1, 4 p. 10, 2. *al., cf. p. 1449, 46*). FILASTR. 151, 1 (*ad Ios. 5, 2*) facilius ... Iudaei *circumcisione* -ari poterant quam curari. CHIRON 231 eum *equum* ilio pati et cito -ari scias (*inde* VEG. mulom. 1, 48). VINDIC. med. 14 *manifestum est* septizoniis aegros -are. CANON. Turner II p. 101 rec. V qui -antur, id est qui ab spiritu vexantur inmundo (*gr. Mansi 2, 520[B] χειμαζομένους. cf.* GLOSS.[L] II Abav. PE 75 -tus: vexatus). *et saepius.*

γ *qui accusantur, causam dicunt* (*potiora [in imagine l. 48]; cf. B1b et p. 1450, 15. 30. 1451, 6. al.*): Ⓘ *exempla varia*: SEN. contr. 2, 3, 4 (*verba patris a filio dementiae accusati*) nunc ego rogare debueram, qui -or. *al.* SEN. dial. 10, 2, 4 ille -atur, ille defendit, ille iudicat. epist. 71, 22. CVRT. 7, 2, 5 *desertor captus* maestus non suam vicem, sed propter ipsum -antium fratrum. QVINT. inst. 6, 1, 30 lacrimas movemus, unde et producere ipsos, qui -entur, squalidos ... institutum. decl. 331, 21 *non* mea actione effectum est, ut -reris. 380, 1 *servus* non -retur, si dedisset *domino petenti venenum. al.* TAC. dial. 10, 8 pro -ante amico potentiorum aures offendere. APVL. met. 9, 40, 4 *hortulanus* deprecatur, -anti sibi ferret auxilium ..., quoad ... capitalem causam evaderet. PAVL. dig. 42, 1, 41, 1 *donator potuit* non -ari, si statim restituisset *fundum. al.* Ⓘⓘ *part. praes. fere pro subst.*: SEN. contr. 7, 3, 2 scio quosdam ... -antes illa iactare. 9, 6, 12 compone te in -antium habitum. 10, 1, 7 per hunc squalorem, per haec necessaria omnibus -antibus instrumenta. VAL. MAX. 4, 1, 11 cum *testis* id respondisset, quod salutem -antis magnopere laesurum videbatur. 7, 3, 5 pro -antium ... capite ... eloquentia sua uti. 8, 10, 3. SEN. clem. 1, 5, 6 *rex* dat dignitatem -antibus. 1, 20, 2 non minorem agi rem -antis quam iudicis sciat *princeps.* PETRON. 110, 6 *Eumolpos* -antium advocatus. QVINT. inst. 6, 1, 21 -antem ... commendat dignitas ... et nobilitas. 6, 2, 35. 11, 1, 49 necessarium -anti sollicitudinis colorem *orationis.* TAC. dial. 5, 5 qua *eloquentia* semper armatus ... salutem -antibus ... feras. 5, 6 *non* gladius in acie firmius munimentum quam reo et -anti eloquentia. ann. 3, 25, 1 multitudo -antium gliscebat (6, 16, 3. *cf.* PLIN. epist. 10, 96, 9 propter -antium, *sc. Christianorum,* numerum). *al.*

δ *Christiani, qui peccatum, errorem fidei admittunt, non cavent* (*cf. p. 1449, 22 sqq.; sim. saepe cum additamentis, e. g. p. 1449, 59. 1450, 44. 60. 62. 63. 1451, 24. 28 sq.*): TERT. paenit. 7, 13 pigeat sane peccare rursus, sed rursus paenitere non pigeat; pudeat iterum -ari. patient. 12, 4 (*ad Eph. 4, 26*) sol super iram nostram si occiderit, -amur. IREN. 2, 28, 7 *non oportet* in tantum -ari, ut deo ... concedamus nihil. CYPR. epist. 55, 13, 1 (*de lapsis tamquam gravi morbo correptis*) -antibus pax data est. AVG. serm. 247, 2 nonnulli ... de hac re ita moventur, ut paene -entur, afferentes contra miracula divina praeiudicia ratiocinationum suarum. 286, 2 ecce -atur, ecce moritur Petrus, *sc. Christum negans. al.*

b *in universum; respicitur*: **α** *quaelibet calamitas, necessitas sim.*: SEN. contr. exc. 3, 3, 1 *frater* una navigavit, una -tus est (*item ad pericula navigantium spectant*: SEN. nat. 1, 1, 13. 5, 18, 6 vela ventis damus bellum petituri et -amur periculi causa. PETRON. 114, 5. VLP. dig. 47, 9, 3, 8 ne navi vel ibi -antibus opitulentur. *al.; cf. p. 1450, 24*). *al.* SEN. dial. 1, 4, 12 contemptum periculorum adsiduitas -andi dabit. *al.* PETRON. 96, 2. QVINT. inst. 6, 2, 36 orbum agimus et naufragum et -antem. decl. 371, 6. TAC. hist. 4, 42, 3 qui perdere alios quam -ari ipsi maluerunt. PLIN. epist. 6, 6, 9 *suscipiens candidatum* ego ambio, ego -or. *al.* APVL. met. 5, 19, 4. 6, 10, 6. TERT. adv. Marc. 2, 16 p. 357, 22 *deus* exacerbabitur, sed non -bitur. FIRM. math. 3, 13, 13 qui frequenter falli -arique consueverunt. ENNOD.

[Delhey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

opusc. 3, 52 p. 344, 7 nutabat status -antis Italiae. *al.* **β** *periculum mortis* (*potiora, cf. l. 48. 59. p. 1448, 66. 1450, 43. al.*): SEN. contr. 2, 2, 10 *pater filiam* dolet -tam esse. exc. 4, 2, 1 (*v. sub 2b*). CVRT. 8, 11, 12 *multos* amnis ... hausit, triste spectaculum etiam non -antibus. QVINT. inst. 8, 5, 18 Nero *scriptum* ad senatum misit occisa matre, cum se -tum videri vellet. decl. 296, 10. TAC. ann. 1, 39, 4 caedem parant, Planco maxime ...; neque aliud -anti subsidium quam castra primae legionis. APVL. flor. 18, 4 funerepus -atur. *al.* *fere i. q. mori* : PASS. Theclae epit. IV 2 p. 151, 13 *theatrum aqua completum est, ut* multi -rentur necati. VITA Melaniae (BHL 5885) 65 p. 38, 17 -beris modo, nisi pollicita fueris mihi, quod *eqs.*

2 *-antur res* : **a** *incorporeae* (*cf. p. 1450, 22. 39. 46. 71. 1451, 12. al.*): PHAEDR. 4, 6, 12 -atur magnitudo principum. SEN. dial. 5, 16, 2 *potentia* -atur ..., ubi eos, qui separatim gemunt, communis metus iunxit. QVINT. inst. 7, 3, 17 est ... periculosum, cum, si uno verbo sit erratum, tota causa cecidisse videamur optimaque est media illa via ..., ut res proponatur, verba non -entur. 11, 1, 32 in iuvenibus *dicentibus* etiam uberiora paulo et paene -antia feruntur (*opp.* sollicitum). *al.* CALP. decl. 3 ubicumque -atur pudicitia, suam legem habet (REG. eccl. Carth. l. 1535 necessitate -antis pudicitiae virginalis). TERT. anim. 32, 6 *anima alii corpori immissa,* si tantum extendetur aut contrahetur, profecto -bitur. fug. 2, 4 ne tantum diabolo permitteretur, ut fides -retur (scorp. 6 p. 158, 5 *prospexerat deus* etiam post lavacrum -turam f. HIL. trin. 7, 35. *al.*). VICTORIN. POETOV. in apoc. 3, 1 hortatur illos, si quo modo reversi ⟨a⟩ neglegentia -anti possint salvi esse. *al.* **b** *corporeae* (*cf. p. 1450, 18 sq. 37. 47. 1451, 3. 31. al.*): FEST. p. 339 navis cum recipit *multum aquae,* -atur (CALL. dig. 14, 2, 4 pr.; *cf.* AVG. in euang. Ioh. 122, 7 l. 32 *navigia* non ... mersa sunt, sed tamen -ta [*sim.* serm. 251, 1]. GLOSS. V 630, 32 pereunda: -anda [*spectat ad Plaut. supra p. 1335, 17*]). SEN. contr. exc. 4, 2, 1 *templo ardente* duo -bantur, ... sacra et Metellus *sacerdos* (*cf.* VET. LAT. II Macc. 15, 17 [rec. L, *sim. al.*] civitas et templum). PLIN. nat. 18, 302 *multi dicunt* curculionem ... non descendere infra quattuor digitos nec amplius *frumentum* -ari. Ps. APVL. Ascl. 25 (*de mundo*) hoc totum bonum ... -bitur. THEOD. PRISC. eup. faen. 62 ut loca vitalia -entur, *sc. cautere* (*ibid.* l. -antia [*sc. morbo affecta ut*: log. 23 locis faucium -antibus]). GREG. TVR. glor. mart. 103 p. 558, 34 *quidam oculo vulneratus* vultus -antis ... obtegit.

B *c. additamentis, quae indicant*: **1** *qua parte -etur, quid amittere possit*: **a** *is qui quidvis agit, facit; accedunt*: **α** *casus: abl.*: LIV. 29, 7, 2 *Scipio,* ut nuntiatum est in maiore discrimine Locris rem verti ..., ne praesidio etiam -retur, ... naves mari secundo misit. 38, 25, 7 donec *Galli* res suas, quibus -ari nolebant, ... trans Halyn flumen traicerent. EPIST. imp. Aug. Suet. Tib. 21, 7 *ne* ⌞summa⌟ imperi sui populus Romanus -etur, *sc. Tiberio languente* (de summa *var. l.*). COLVM. 4, 2, 3 praetulerim duobus potius seminibus *vitium* depositis quam unico -ari. 4, 29, 2 si exiguo numero *vitium* -andum sit. PLIN. nat. 32, 133 dicitur ... -ari partu, si superferatur *gravida castoreo* (*cf. p. 1448, 22*). MART. 6, 26, 1 -atur capite Sotades noster; reum putatis esse Sotaden? non est ...: lingit (*cf. infra l. 52. 72*). Ps. QVINT. decl. 3, 1 fas est vita -ari, qui natum se meminit lege pereundi (GREG. ILIB. fid. 8 l. 110). TERT. anim. 27, 6 ut adhuc verecundia magis -er quam probatione. Ps. APVL. Ascl. 12 futurae aeternitatis spe animae in mundana vita -antur. *al.* *gen.*: APVL. met. 8, 31, 1 hic ego me potissimum capitis -tum memini. EVSEB. EMES. serm. 19, 28 dum -retur animae *Petrus Christum negaturus* (*an dat. sec. gr. κινδυνεύω τινί?*). **β** *alia* (*sc. praepos. praeter* IREN.): VLP. frg. Vat. 239 se unum oculum amisisse et in alio -ari (HIER. in Eph. 3, 5 p. 481[A] magis volumus in compositione structuraque verborum quam intelligentia -ari). TERT. anim. 9, 6 siquidem *anima* prae ipsa tenuitatis subtilitate de fide corporalitatis -atur (pudic. 22 p. 271, 19 *impudici quidam* pacem ab his *martyribus* quaerunt, qui de sua -antur. HIER. epist. 49, 13, 2 de vita. *al.*). IREN. 4, 32, 1 *haeretici* scientes ... futile doctrinae suae et timentes, ne victi ⌞salvari⌟ -entur (*pro dat. gr. τῷ σωθῆναι positum putat Rousseau, adn. ad l.; an ironice dictum, ut ad 2c spectet?*). OP. imperf. in Matth. 49 p. 912 qui in die persecutionis cito -antur a fide Christi (EPIPHAN. in euang. 46 p. 111, 4).

b *is qui accusatur, apud iudicem litigat, cui poena imminet (cf. Alay et p. 1450, 32); accedunt*: **α** *abl. (fortasse addatur p. 1451, 11)*: LIV. 40, 15, 12 (*verba Demetrii*) si pro alio dicendum esset, tempus ad ... componendam orationem sumpsissem, cum quid aliud quam ingenii fama -rer (EVGRAPH. Ter. Ad. 339). QVINT. inst. 6, 1, 36 si aut statu -ari aut opinione litigator videtur. 7, 2, 12 *id* probandum est aut causa -andum. decl. 280, 12 -or ... nuptiis, -or matrimonio. 325, 15 pecunia. 331, 8 ut hic capite -tus sit et tu non capitis accusaveris (331, 20 *bis.* 331, 23. Ps. QVINT. decl. 3, 1. *cf. supra l. 47. 52*). 347, 2 omnibus ... bonis. GAIVS inst. 4, 13 periculosa est actio certae pecuniae propter sponsionem, qua -atur reus, si temere neget, ⟨et⟩ restipulationem, qua -atur actor, si non debitum petat. SYMM. epist. 5, 63, 1 exiguo ... argento. CONC.[S] II 2, 2 p. 109, 10 *clericos* hoc facientes -ari suo gradu (*gr. II 1, 2 p. 162, 14 κινδυνεύειν εἰς, aliae vers. e. g.* p. 39, 10 de gradibus, 91, 33 in proprio gradu). **β** *alia* (*sc. praepos. praeter* GAIVM, VLP.): QVINT. decl. 298, 1 (*de filio abdicato*) -ari de praeterita dignitate (EPIST. imp. Hadr. dig. 37, 10, 3, 5 ne de statu -entur *pupilli,* antequam se tueri possint [*item* de statu: PAVL. dig. 4, 2, 21 pr. *al.*]. *al.*). GAIVS inst. 4, 55 palam est, si quis aliud pro alio intenderit, ⌞nihil⌟ eum -ari eumque ex integro agere posse (*ad acc. respectus cf. p. 1449, 68*). VLP. dig. 19, 1, 11, 9 *condemnari* satis ... non dantem, quanti plurimum auctorem -ari oportet. RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 146, 8 in gradu (*cf. l. 3*). COD. Iust. 7, 2, 15 pr. qui *servus* ... libertate donatus est et pro sua -atur condicione (7, 17, 1, 2 pro libertate). *al.*

2 *quale sit periculum, quod imminet vel iam adest, sc. per*: **a** *casus* : **α** *abl.* (*certiora, cetera v. sub 3cα*): SEN. contr. 9, 3, 10 si quis me videt, iudices, modo duorum liberorum patrem, nunc solitudine -antem. CELS. 2, 1, 14 *vere frigido* feminae, quibus ... adest partus, abortu -antur (*cf. p. 1448, 22*). 4, 7, 5 angina. 5, 26, 24[B] (*de vulnere deligando*) quod nimis adstrictum est, cancro -bitur. 6, 6, 25[A] cicatrices duobus vitiis -antur, ne aut cavae aut crassae sint. 7, 26, 5[A] distentione nervorum. COLVM. 6, 26, 3 hoc modo nec eruptione sanguinis -atur iuvencus *castratus* nec *eqs.* PLIN. nat. 20, 165 ferunt eos qui cotidie id (*sc. capparim*) edint, paralysi non -ari. ITIN. Alex. 9 *Alexander* damno militiae -batur. HIL. myst. 1, 23, 4 scriptura mendacio non -atur (AVG. conf. 7, 19, 25). PRISCILL. tract. 4, 75 divina miseratio inter tot inconsulta naufragio velut fine -antibus ... optabilis portus occurrit. Ps. PHILO antiq. 62, 5 morte. *?***β** *gen.*: APVL. met. 3, 2, 6 *in forum convenientem* multitudinem, quae pressurae nimia densitate -retur (*alii gen. cum abl. iungere malunt*).

b *enunt. secund.* (*iunctura laxiore p. 1451, 8 et* TERT. adv. Prax. 18 p. 259, 25 [*cf. enunt. relat. p. 1451, 6*]): ne: SEN. contr. 9, 3, 2 -or, ne, qui cum duobus liberis in iudicium veni, sine ullo revertar. CELS. 8, 3, 7 *ne* -emur, ne mucrone *terebrae* cerebri membrana laedatur. *al.* IVLIAN. dig. 16, 1, 16 pr. *mulierem non* -ari, ne eam pecuniam perdat. HIL. trin. 8, 48 non -atur per plures praedicationes fides una, ne una sit. EVSEB. EMES. serm. 18, 23 *etsi scimus Isaac immolatum non esse,* tanquam -antes sermone, ne quid aliud proveniret ⟨quam⟩ quod est scriptum, ita solliciti sumus. *al.* ut: VET. LAT. Ion. 1, 4 (Ps. Fulg. Rusp. serm. 16 p. 879[B]) navis -batur ita, ut comminueretur (VVLG. -batur conteri, *gr. ἐκινδύνευεν συντριβῆναι*). IV Esdr. 12, 18 *regnum* -bitur, ut cadat; et non cadet *eqs.* quasi: TERT. carn. 18 l. 19 *vox ista non* -atur, quasi statim aliud sit factum caro et non verbum, si *eqs.*

c *inf.* (*part. l. 52; aliter p. 1449, 61*): PETRON. 140, 6 *Eumolpus* si non servasset integram simulationem, -batur totam paene tragoediam evertere. PLIN. nat. 7, 145 *Metellum* -tum ad libidinem inimici ... perire (TERT. paenit. 11, 3 deliqui ... in dominum et -or in aeternum p. *al.*). 7, 146. 26, 112 omnia ..., quae secari -entur. QVINT. inst. 11, 3, 42 *vox* ima vim non habet, summa rumpi -atur. PLIN. paneg. 84, 5. TRAIAN. Plin. epist. 10, 62 per quae nec -etur exhauriri *lacus* et *eqs.* TERT. orat. 22 p. 195, 26 -aris amittere, si gloriaris (HIER. epist. 22, 39, 4. *al.*). pudic. 4 p. 225, 29 occultae ... coniunctiones ... iuxta moechiam ... iudicari -antur. TRYPH. dig. 42, 1, 50 ne liberalitate sua inops fieri -etur. ACT. Archel. 7, 4 nisi ... pater ... misisset alteram virtutem, quae ... eduxisset eum de tenebris, olim primus homo detentus -retur (*gr. ἂν ... κατεχόμενος ἐκινδύνευσεν*). *et saepius.* *vergit in notionem verendi* (*cf. p. 1448, 1*): TERT. praescr. 39 l. 17 nec -or dicere ipsas ... scripturas sic esse ex dei voluntate dispositas, ut haereticis materias subministrarent. EVAGR. GALL. alterc. p. 48, 11 nisi mihi et hoc per scripturas probatum fuerit, -or credere).

d *praepos.* (*adv.* NOVATIAN.): VET. LAT. Sirach 34, 13 aliquotiens usque ad mortem -tus sum (SORT. Sangall. 11, 8. *al.*; *cf.* HIST. AVG. Aurelian. 26, 1 usque ad ictum sagittae -tus est). TERT. spect. 8 p. 10, 9 si alio in tempore circum adiero, -bor de inquinamento? (COD. Iust. 7, 32, 12, 2 de damno). NOVATIAN. Cypr. epist. 36, 2, 1 conlidentes contra euangelium martyres utrobique -buntur; nam et ... et *eqs.* AVG. civ. 19, 8 p. 368, 32 quibus *malis* ... etiam boni homines vel conteruntur vel depravantur vel in utroque -antur. ANON. de taxone l. 78 rec. *β* haec *loca* a grandine non -antur. EVGRAPH. Ter. Hec. 108 tergo circa plagas -ari.

3 *qua occasione vel qua de causa periculum exsistat; accedit*: **a** in: *c. abl.* (*aliter l. 63. p. 1449, 55*): CAES. Gall. 7, 56, 1 si esset in perficiendis pontibus -andum. BELL. Alex. 43, 1 ⌞qua⌟ *virtute* saepe in bellis -tus magnas res ... gesserat *Gabinius* ([quam *Schneider, ut spectet ad IA 1a*]. PORPH. Hor. carm. 3, 2, 14. *cf.* CVRT. 7, 1, 20 in acie). LIV. 28, 42, 21 (*Fabius Maximus ad Scipionem*) *fortuna publica* tum in tuo capite *-batur* (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 12, 15 p. 548, 19 in unius sorte). 40, 21, 5 in rebus dubiis. CELS. 1 prooem. 50 *nullus medicus* in splendida persona -ari coniectura sua voluerit, ne occidisse, nisi servasset, videretur (*item in persona* : TERT. adv. Marc. 1, 6 p. 298, 9 et in illo deo potiore -ari poterit

[Delhey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

summum magnum, si depretiari capit in creatore. virg. vel. 16, 4 omnes in te, *mulier,* aetates -antur. AMBR. obit. Theod. 36. *al.; cf. p. 1450, 71*). PLIN. nat. 18, 91 *siligo* minus quam cetera frumenta in stipula -atur. VET. LAT. eccles. 10, 9 (Cypr. testim. 3, 86. *sim. al.*) scindens ligna -bitur in eis (*Vulg.* vulnerabitur ab eis). COD. Iust. 9, 46, 5 (*a. 286/305*) qui calumniatores pronuntiantur, in publicorum dumtaxat iudiciorum quaestionibus ... -ari solent. *al. c. acc.*: IREN. 2, 19, 4 matrem ... ipsorum (*i. Achamoth*) in materiam -tam ..., uti paene suffocaretur (*sed abl.* 2, 18, 5 *Aeon non* -retur in simili lumine).

b *aliae praepos.* (*aliter sub 1aß, 1bß, 2d*): DOM. AF. or. frg. Quint. inst. 9, 4, 31 eis utrisque apud te iudicem -atur Laelia (MART. 12 praef. *carmina* ista, quae tantum a. te non -antur, diligenter *aestimes.* HEGES. 1, 33 p. 65, 5 a. quem *Augustum* non virtutum merita, sed crimina -antur. *al.*). SEN. contr. 1, 1, 14 propter aliquod honestum factum -anti succurrere (PETRON. 30, 7 p. quod *peccatum* -retur *servus.* PLIN. nat. 37, 82 ferae *captae* abrosa parte, p. quam -ari se *sciunt, se redimunt.* AMBR. obit. Valent. 35 p. se. *al.*). 2, 2, 3 (*maritus uxori*) non sum tanti, ut bis pro me -eris (SEN. benef. 2, 21, 3 cum ille *patronus* pro me *reo* -ari velit. QVINT. inst. 12, 1, 40. AMBR. in psalm. 118 serm. 14, 29, 2 pro veritate. *al.*). QVINT. decl. 317, 6 -ari ex eventu pugnae unius civitatem (SVET. Claud. 32 -tum *esse* quendam prae pudore *flatus emittendi* ex continentia. CHIRON 981 ex his vitiis. *al.; cf. l. 32*). DECL. in Catil. 122 *ne* per ignaviam vestram ac desidiam -emur (CONC.^{S} II 2, 1 p. 34, 25 -or sicut haereticus per dolos ... et inimicitias. *al.*). HIL. trin. 7,12 *cum non* sub alterius dei impia confessione fides naturae -retur unius (CLAVD. DON. Aen. 12, 435 p. 605, 16 sub ... incerto *fortunae. al.*). AMBR. Nab. 6,31 *num est* beatus, qui de abundantia -atur? (THEOD. PRISC. log. 22 de conclusione locorum vel suspirio. *al.*). in psalm. 118 serm. 14, 29, 2 -or ab insidiatore, -or ab obtrectatore *eqs.* (PAVL. NOL. epist. 1, 9 p. 8, 5 a falsis fratribus). *al.*

c *casus* (*cf. p. 1449, 39. 66. 1450, 14*): α *abl.*: PLIN. nat. 17, 217 arbores gelu -antur. 30, 114 *ulcera* vermibus. 32, 54 cinis *cancrorum* ... prodest pavore potus -antibus ex canis rabiosi morsu. QVINT. decl. 268, 22 *valetudine,* qua visus -atur (*cf.* COD. Iust. 7, 6, 1, 3 servum ... aegritudine -antem). APVL. met. 3, 2, 6 (*v. sub 2aβ*). 6, 9, 2 (*Venus ad Psychen*) maritum, qui tuo vulnere -atur. 9, 10, 2. IVST. 37, 3, 7 *Mithridates* veneno -tus est. VEG. mil. 4, 7, 9 numquam -ti sunt fame, qui frugalitatem inter copias servare coeperunt (HIER. hom. Orig. in Luc. 28 p. 166, 9 [*sec. gen. 41, 56*] Aegyptum f. -antem. PELAG. in Rom. 13, 10 p. 104, 3. VITAE patr. 5, 4, 19 [*gr. Cot. p. 469^{C} ἐκ τοῦ λιμοῦ ἀπολλύμενοι*]). MAX. TAVR. 93, 1 ne alieno -emur periculo. *al.* β *gen.*: CLAVD. MAM. anim. praef. p. 20, 16 (*ad Sidon. opus Claud. edi iubentem*) ego conscriptionis -bor, sed tu editionis.

-ari *vario modo iungitur c. subst.* periculum *p. 1447, 52. 1448, 68. 70.*

part. praes. perīclitāns, -antis *ponitur pro subst. masc. saepius, v. imprimis p. 1448, 41, ceterum e. g. p. 1448, 11. 19 sq. 71. 1449, 7, neutr. p. 1449, 18, pro adi. p. 1449, 24. 35 sq.*

part. perf. perīclitātus, -a, -um *pro adi. (fere i. q. probatus) p. 1447, 38 sq.*

deriv.: periclitabundus, periclitatio.

compos.: compericlitor.

perīclum *v.* periculum. *Delhey.*

periclymenon, -ī *n. (gen. gr.* -u *l. 58; vix f. l. 56), περιχλύμενον (quod in gr. respondet). nomen herbae (fort. Lonicera etrusca L. vel Lonicera caprifolium L.; herbam eiusque usus fusius describunt* PLIN. nat. 27, 120 DIOSC. 4, 14): SCRIB. LARG. 129 (*inde* MARCELL. med. 23, 3; *in potione*) *quantitas* -i, quam silvae matrem vocamus (-yclimenum, *-κλιμένου var. ll.*). PLIN. nat. 27, 120 (*inde* 1, 27, 94) -on fruticat et ipsa *eqs.* (-ycli-, -os *var. ll.; vix fem., v. Andrews apud Ernout, 1959, ad l.*). DIOSC. 3, 57 p. 403, 13 seseli ethiopicu folia habet ... similia -imenu (*sim.* 4, 137 p. 62, 19 *de smilace*). 4, 14 p. 15, 7 de -imenon; -emono aut splenion vocant; frutex est simplex *eqs.* (*v. app. crit.; cf. gr. Vind. 4, 14 Ῥωμαῖοι βούλουκρουμ [i. volucrum] μάϊους*). PHILAGR. med. 4 (Alex. Trall. cod. Andecav. fol. 93^{v}, *sim.* cod. Paris. fol. 208^{v}) -imeni radicum cortice (*om. cod. Oxon. p. 170 et ed. Mihaileanu p. 190, 14*).

*?***perico** feto (fetu *var. l.*): pleno scilicet GLOSS.^{L} I Ansil. PE 771. *obscurum, nisi latet* pecori (*cf. Verg. ecl. 3, 83*).

pericopē, -ēs *f., περικοπή. vocem in codd. litteris tam lat. quam gr. tradi scripturamque vario modo depravari (maxime in πη- et -κω-) semel hic monemus. formae sunt graecae praeter abl. plur.* -is *l. 73. 74.*

1 *in re metrica gr. de serie versuum lyricorum ordine quodam sibi respondentium*: PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 59, 11 sq. quae *versuum in carminibus* compositio *κατὰ -ὴν ἀνομοιομερῆ* dicitur; est enim *-ή* carmen subsistens ex strophe et antistropho et epodo. 59, 14 sqq. si ... dissimilia inter se in ⌞-is⌟ cola iungantur, *carmen πολυπερίκοπον* nuncupatur, quando ... per distantiam et varietatem in ⌞-is⌟ periodi compleantur, id est tres partes [ea]e quibus -e subsistit (⌞ ⌟ epodis *trad.*). **2** *de parte, capitulo sacrae scripturae (apud gr. inde a Iust., Clem.)*: HIER. in Dan. 7, 1^{a} haec -e, quam nunc conamur exponere, et sequens, de qua dicturi sumus *eqs.* ([*sc. Dan. 7 et 8*]. in Ier. 6, 6, 2 haec *-ή* in LXX non habetur *eqs.* [*sc. Ier. 30, 10 sq.*]. 6, 26, 7 secundum huius *-ῆς* intellegentiam [*sc. Ier. 31, 31 sqq.*]). 7, 5 l. 505 in *-ῇ* Baldasar et Darii legimus *eqs.* (*sc. Dan. 5 sq.; fort. huc spectat* GLOSS.^{L} Corp. P 225 -e: visione [*qua voce partes libri Dan. designantur, v. e. g. Hier. in Dan. 3, 12^{b}*; peri⟨s⟩cope *Lindsay*]). epist. 48, 2, 3 illam apostoli *-ήν*, in qua de virginitate et nuptiis disputat (*spectat ad I Cor. 7, 1 sqq. ut*: adv. Iovin. 2, 35 p. 333^{A}. *item c. gen. auctoris* : praef. Vulg. Dan. p. 6, 10 unam Hieremiae -en). in Ier. 5, 2, 16 totam visionis huius simul proposui *-ήν* (*sc. Ier. 24*). 6, 37, 5 loci istius ... *-ή* (*cf. Ier. 32, 16 sqq.*). in Ioel 2, 1 l. 134 cohaerentem sibi -en dividere nolui, ne quod sensu unum erat, diversis capitulis carperetur (*sc. Ioel 2, 1–11*). GLOSS. V 379, 18 pericapis: lectio (*item* GLOSS.^{L} Corp. P 235; *subesse vid. sive* -e: l. *sive* -es: lectionis; *Goetz in indice agnovit vocem* pericopis).

[pericopis *v. l. 15.*]

pericranion, (-ī) *n.* (*vix adi.* -os), *περικράνιον. nomen membranae ossibus capitis circumdatae*: CASS. FEL. 1 p. 2, 10 *membrana* ossa capitis desuper circumvestit superposita ossibus, subposita cuti, et appellatur a Graecis -on (-gra- *var. l.,* -os *Rose*). p. 2, 16 membranae -on supra dictae (-gra-, -cta- *var. ll.,* -ou *Rose*).

pericranon *n., περίκρανον. i. q. tegimentum capitis (an ligamentum?)*: HERMEN. Celtis coll. 58 (*inter res ad lavacrum pertinentes*) -on *κρίδεμνον* (*i. κρή-*).

perīculātus *v.* periculor.

[perīculo, -ōnis *m. derivandum a* periculum *vix recte coni. olim* COMM. instr. 1, 12, 12 (*cf. supra p. 976, 28 sqq.*).**]**

perīculor, -ātus sum, -ārī. *a* periculum. *i. q. periclitari*: CATO orat. 91 -tus sum (*notione experiendi? deest contextus*). VET. LAT. Luc. 8, 23 (cod. 3) *discipulis* navigantibus ... descendit turbo ... et conplebantur et -bantur (*gr. ἐκινδύνευον, codd. cet. et Vulg.* periclitabantur). GLOSS.^{L} I Ansil. IA 53 iactati: -ti, vexati (*cf. Verg. Aen. 1, 442; vix pass.*).

deriv.: cf. periclitor. *Breimeier.*

***perīculōsus,** -a, -um. *a* periculum. *scribitur* -col- *prima manu codicis M* VVLG. II Tim. 3, 1. *al.* NOT. Tir. 24, 32 -um. *compar. inde a* CIC., *cf.* magis -us CIC. Rab. perd. 4 PLANC. Cic. fam. 10, 18, 1 COLVM. 7, 11, 1, nimium -us MART. 1, 27, 6, nimis -us VET. LAT. Matth. 8, 28 (cod. 12. *al.*). VEG. mulom. 2, 80, 1. *al.; superl. inde a* CIC., *cf.* maxime -us PLANC. Cic. fam. 10, 23, 1 PLIN. epist. 9, 26, 4 FIRM. math. 3, 8, 4; *sim. al., e. g. p. 1454, 28. 1455, 47. de notione* : SYNON. Cic. p. 430, 8 -um. exitiosum. pestiferum. perniciosum. ominosum. PRISC. gramm. III 219, 9 *inter ea,* quae ferre aliquid ... incommodi demonstrantur. GLOSS. II 308, 38 *ἐπικίνδυνος*: -us. *v. et p. 1455, 61. legitur inde a* CATONE, RHET. Her., CIC. (*qui frequentat ut* LIV., SEN. *rhet.,* CELS., SEN. *philos.,* QVINT.) *per totam latinitatem, in versibus apud* HOR. (*semel*), PHAEDR. (*ter ut* MART.), PRIAP. (*semel*). *al.* [*confunditur c.* periculum CIC. Balb. 22 CELS. 5, 26, 31 SYMM. epist. 2, 7, 1; *ceterum v. p. 976, 34 sq. et vol. VIII 900, 81 sqq.; loco dubio* QVINT. decl. 254, 10 (peculiaris *coni. Shackleton Bailey*), *e suppl.* SEN. contr. 7, 8, 1 TERT. nat. 2, 14, 13.**]**

i. q. periculi plenus: **I** *usu sollemni de eis, quae (qui) periculum praebeant*: **A** *de rebus plerumque incorporeis, actionibus, statibus sim., quae alios vel possessores, auctores sim. suos in periculum adducant; spectat ad pericula*: **1** *quae oriuntur varia occasione (periclitatur incolumitas corporis e. g. l. 58. 68. p. 1453, 2)*: **a** *adi.* (*pauca selecta inde a* PHAEDRO): CATO agr. praef. 1 est interdum praestare mercaturis rem quaerere, nisi tam -um sit. CIC. Verr. II 1, 38 *fide, more maiorum, necessitudine sortis perturbatis* totam vitam -am, invidiosam infestamque reddemus *eqs.* Caecin. 34 -a *sunt facta mea* (*antea*: terrore periculoque mortis *inermos pellere*). de orat. 2, 346 *virtus praestantis viri* fructuosa aliis, ipsi aut laboriosa aut -a aut certe gratuita (*sim.* SEN. benef. 4, 13, 2 voluptas est dare beneficia vel laboriosa ... vel -a, dum alios periculis extrahant. epist. 76, 18 [*iuxta pos.* damnosum]). off. 1, 82 *multis videntur* -a et calida consilia quietis et cogitatis ... maiora. ad Brut. 6, 1 non soleo ... temere adfirmare de altero: est enim -um propter ... hominum ... multiplicis ... naturas. *al.* PLANC. Cic. fam. 10, 23, 1 qui *pudor* in bello maxime est -us. VARRO rust. 1, 12, 4 torrentes fluvii -i illis, qui in humilibus ... locis aedificia habent. LIV. 2, 3, 4 -um esse ... sola innocentia vivere. VITR. 7, 3, 3 planitiae coronarum gravi pondere inpendentes sunt -ae (*cf.* GAIVS dig. 44, 7, 5, 5 *si quis* quid positum suspensumve habuerit, cuius casus -us est. CIL VI 6656 *ruinam thermarum* -is ponderibus imminentem). SEN. contr. 2, 1, 20 turpem esse adoptionem *pauperis a divite,* inutilem esse, -am esse (2, 1, 21). 7, 8, 1 in omni discrimine -a libertas est (*sc. loquendi ut ibid. iterum [coni. Shackleton Bailey, Class. Quart. 19, 1969, 327]. cf. p. 1453, 54*). contr. exc. 4, 8, 2 operas ... tam -as, *sc. proscripto auxilio esse.* suas. 4, 1 *quid* -is atteritur armis manus? *al.* VAL. MAX. 7, 3, 10 *filium* inconcessis ac -is facibus *amoris*

[Mueller]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

accensum ab insana cupiditate ... inhibere (*nisi ad 8*). PHAEDR. 1, 8, 9 *gruis lupi* gulae ... credens colli longitudinem, -am, *sc. sibi,* fecit medicinam lupo. 5, 4, 8 -um semper vitavi lucrum. SEN. dial. 4, 11, 1 -ius est ... timeri quam despici. epist. 119, 6 habere illas *divitias* (*sc. satis habere*) -um *non* est (*cf.* QVINT. inst. 10, 1, 30 *fulgor* auri ... habenti -us). PETRON. 20, 3 -um esse alienis intervenire secretis. QVINT. decl. 345, 15 tam -um ... secretum, *sc. consilium tyrannicidii.* PLIN. epist. 9, 26, 4 sunt ... maxime mirabilia, quae maxime inexspectata, maxime -a, utque Graeci magis exprimunt, *παράβολα.* APVL. met. 4, 7, 2 *tam* -is laboribus *latronum.* TERT. carn. 4 l. 1 si neque ut impossibilem neque ut -am deo repudias corporationem. cult. fem. 2, 3 l. 3 *ne dignitas formae sit* possidentibus gravis ... nec coniunctis -a. VLP. dig. 48, 18, 1, 23 *quaestio tormentis habita* res est fragilis et -a et quae veritatem fallat. CYPR. epist. 14, 2, 1 vos, quorum minime illic, *sc. Carthagine,* invidiosa et non adeo -a praesentia est. AMM. 23, 6, 87 capturas *margaritarum* ... difficiles et -as. *al.* **b** *neutr. plur. pro subst.*: SALL. Iug. 1, 5 aliena ac nihil profutura multaque etiam -a ac perniciosa petunt *homines.* SEN. clem. 2, 6, 1 ad -a vitanda. epist. 94, 6 *non* exaudiet ... timidus, quomodo -a contemnat. TERT. scorp. 5 p. 154, 13 exitiosa suscipere, -a conquirere. *al.*

2 *quae in arte, disciplina quadam obsistunt effectui, fini proposito* (*maxime in rhetorica; cf. p. 1454, 62*): RHET. Her. 1, 10, 17 *enumerationem* plus quam trium partium numero esse non oportet, nam ... -um est, ne quando plus minusve dicamus *eqs.* (*sim.* QVINT. inst. 4, 5, 2 [*de partitionis usu*]. 5, 10, 67 -um et cum cura intuendum genus, *sc. divisio,* quia, si in proponendo unum quodlibet omiserimus, cum risu quoque tota res solvitur). 2, 9, 13 ostendetur, quam -um sit ab scripto recedere. CIC. Phil. 7, 8 -issimum locum *orationis* ... sum praetervectus (ac. 2, 92 *ars* venit ad soritas, lubricum sane et -um l.). ac. 2, 68 ipsa consuetudo adsentiendi -a ... et lubrica ([*postea*: tam in praecipitem locum ... se ... committere]. nat. deor. 3, 62). SEN. contr. 9 praef. 2 in foro futurus -us stupor *in scholis partus.* QVINT. inst. 1, 6, 44 -issimum ... praeceptum non orationi modo, sed ... vitae *eqs.* 7, 3, 17. IAVOL. dig. 50, 17, 202 omnis definitio in iure civili -a est: parum (rarum *Haloander*) est enim, ut non subverti posset. FRONTO p. 146, 8 sensum dictu -um. CLAVD. DON. Aen. prooem. p. 2, 19 -um opus, *sc. Aenean Augusto dignum demonstrandum* (HIER. praef. Vulg. pent. p. 64, 1 [*postea*: quod ut auderem]). AVG. epist. 143, 4 -issimarum quaestionum libros de genesi scilicet ... diutius teneo, ... ut ... saltem pauciora sint, *quae reprehendantur. al.*

3 *quae in vita publica accidunt, imminent*: **a** *potius singulis, ordini cuidam, sive gubernant, munere funguntur sive potentibus obsistunt* (*generalia v. sub 1a; v. etiam sub 4*): CIC. Verr. I 1 inveteravit ... opinio perniciosa rei publicae vobisque *iudicibus* -a ... his iudiciis ... neminem *pecuniosum* posse damnari. 35 hoc me ... suscepisse magnum fortasse onus et mihi -um (*sim. respicitur periculum accusatoris vel patroni* : off. 2, 50 id, *sc. capitis accusare,* ... -um ipsi *accusatori* est. SEN. contr. 2 praef. 4 -ae ... industriae *rhetoris.* QVINT. inst. 2, 20, 8 cum -a potentium offensa *dicere. al.*). Flacc. 87 *in provinciis administrandis* severitas -a est, liberalitas ingrata, sermo insidiosus *eqs.* rep. 1, 9 confligere ... multitudine ... incitata miserum et -um *esse.* fam. 1, 7, 6 ratio rei gerendae (4, 2, 3 [*opp.* turpis]). ad Q. fr. 3, 4, 3 inimicitias ... -as subeundas fuisse aut infamiam sempiternam. *al.* PLANC. Cic. fam. 10, 8, 4. 10, 18, 1 ut consilium sequerer -um magis, dum me probarem, quam tutum, quod habere posset obtrectationem. SALL. Iug. 74, 1 novorum *administrorum* fidem in tanta perfidia veterum experiri -um *ducebat.* or. Lep. 26 potior ... visa est -a libertas quieto servitio (CVRT. 6, 10, 26 veri consilii -a l. *cf. p. 1452, 72*). HOR. carm. 2, 1, 6 (*de historiis Asinii Pollionis*) -ae plenum opus aleae. LIV. 27, 31, 7. 39, 41, 2 *nobiles* tristem censuram -amque multorum famae ... *a Catone* laedendi cupido exspectabant. SEN. contr. 1, 8, 10 quam -a res esset invidia, quam magnos viros oppressisset (*sim.* 7, 6, 20). SEN. benef. 3, 27, 1 nondum hominibus verba sua -a erant, iam molesta (*sim. de libere dictis* : dial. 9, 6, 2 *quidam non* -is abstinent salibus [12, 19, 6]. 10, 15, 1 *quorum* sermo -us erit, ... amicitia capitalis. PLIN. epist. 8, 14, 8 cum dicere quod velles -um, quod nolles, miserum esset. *al., cf. p. 1452, 72 sq.*). *al.* CVRT. 3, 8, 6 neminem stolidum consilium capite luere debere; defuturos enim, qui suaderent, si suasisse -um esset (*sim. respicitur periculum consiliarii* : 7, 1, 37 forsitan non -ius est tacere quam dicere. *cf. l. 55*). TAC. dial. 10, 6 *tragoediā, quae Cato inscribitur, non* pro amico aliquo, sed, quod -ius est, pro Catone offendis. *al.* *sim. in vita ecclesiastica*: AVG. epist. 21, 1 nihil esse in ... hoc tempore difficilius, laboriosius, -ius episcopi aut presbyteri ... officio (*opp.* facilius et laetius et hominibus acceptabilius). 29, 7 qui *episcopus* mihi tractandi verba veritatis tam -um onus non dubitarit ... inponere. *al.* **b** *potius totius rei publicae saluti, statui (libero), eius legibus sim.*: CIC. Verr. II 3, 225 *est* -um provinciis ..., perniciosum nostro ordini. Font. 48 cavete, ne -um superbumque sit eius *virginis Vestalis* vos obsecrationem repudiare. Manil. 4 bellum grave et -um vestris vectigalibus atque sociis (*al., v. vol. II 1848, 48 sqq., addas e. g.*: CIC. Manil. 27 magnitudine -um. Catil. 3, 16 conscleratissimi -issimique b. *al.* POMP. TROG. hist. Iust. 38, 4, 14 -ius esse Italico civile b. LIV. 38, 53, 11 quo *bello Punico* nullum neque maius neque -ius Romani gessere). Sull. 57 in ... tam novis consiliis, tam -is, tam turbulentis. Flacc. 6 in summo et -issimo rei publicae tempore (*sc. coniurationis Catilinae ut*: p. red. ad Quir. 15. *al., ceterum*: Balb. 22. LIV. 2, 30, 3 -issimo t., cum ... *hostes* una omnes in armis essent. *cf.* LIV. 27, 35, 5 -issimus annus). Cael. 22 contra -as hominum potentias. Phil. 7, 9 quia turpis est *pax cum Antonio,* quia -a, quia esse non potest. rep. 2, 39 *ut multitudo* neque excluderetur suffragiis, ..., nec valeret nimis, ne esset -um. *al.* CAEL. Cic. fam. 8, 5, 1 -am et gravem illam dimicationem, *sc. cum Parthis,* evitaremus (LIV. 1, 28, 4 dimicatum est ..., quae d. maior atque -ior est, cum proditione ... sociorum). POLLIO Cic. fam. 10, 33, 5. CAES. Gall. 1, 33, 3 in Galliam magnam eorum *Germanorum* multitudinem venire populo Romano -um videbat. LIV. 2, 2, 3 *nomen Tarquiniorum* -um libertati esse. 2, 41, 2 largitione consulem -as libertati opes struere. 3, 61, 4 Appium civem -ae libidinis. SEN. contr. exc. 3, 6, 2. VAL. MAX. 7, 4, 3 *Iuppiter* -o consilio *strategematis* salutarem exitum dedit. QVINT. inst. 5, 13, 21. decl. 255, 1 illud, propter quod lex fertur, -um esse, *sc. transfugas recipere.* TAC. Germ. 21, 1 -iores sunt inimicitiae iuxta libertatem. ann. 1, 36, 2 -a severitas, flagitiosa largitio: seu nihil militi sive omnia concederentur, in ancipiti res publica. *al.*

4 *quae in bello accidunt militibus pugnantibus vel ceteris vi hostili petitis, fugientibus* (*de periculo rei publicae v. sub 3b*): CIC. Phil. 12, 25 si me huic itineri, *sc. ad Antonium,* tam infesto tamque -o commisero (Att. 13, 42, 1 ad bellum. BELL. Hisp. 30, 2 hostis erat superior, ut ... i. vehementer esset -um. LIV. 43, 1, 9 VIR. ill. 30, 2). Att. 7, 23, 1 ne me dem incertae et -ae fugae (SEN. suas. 6, 14 [*Ciceronis proscripti*]). ATT. Cic. Att. 9, 10, 6. CAES. Gall. 7, 8, 1 intrare intra praesidia -um putabat. HIRT. Gall. 8, 42, 3 -o genere proelii locoque iniquo premebantur (*cf.* VELL. 2, 55, 3 nullum umquam atrocius -iusque ... initum proelium [IVST. 11, 15, 4. AVG. civ. 19, 27 p. 403, 16 *vitia* -o debellantur p.]). BELL. Alex. 22, 2 *milites* deterrendi ... a -issimis ... dimicationibus. LIV. 10, 42, 1. 25, 37, 14 *fuisset* temerarius -usque ... impetus, ni *eqs. al.* SEN. contr. 1, 8, 10 militia (*ibid. iterum*). suas. 2, 11 aeque -um esse fugere et pugnare; -ius esse fugere, pugnantibus hostes timendos, fugientibus et hostes et suos. SEN. dial. 9, 3, 5 *qui* statione minus -a, non otiosa tamen fungitur. *al.* *neutr. plur. pro subst.*: LIV. 38, 20, 8 si qua -a et praerupta occurrant (*potius de loco ut*: IVST. 11, 14, 5 *Alexander* -issima quaeque aggrediebatur. CLAVD. DON. Aen. 9, 285 p. 226, 26 peregrina et -a *petere*). SEN. dial. 1, 4, 8 -a fortissimis imperantur (*de actionibus ut*: AMM. 16, 12, 4. SVLP. SEV. chron. 1, 34, 7 -a audentem).

5 *quae in iudiciis imminent reis*: CIC. Verr. II 1, 24 nihil esse tam -um fortunis innocentium *reorum* quam tacere adversarios. 3, 165 turpis ... est et -a confessio *huius rei* (*cf.* Cluent. 85 nihil ... erat -ius nec turpius quam ... confiteri). Cluent. 157 video, quanta et quam -a ... quaestio temptetur ab accusatoribus. SEN. contr. 7, 8, 2 -ius est negare raptum quam commisisse. VAL. MAX. 4, 7, 1 (*de responso rei*) multo audacius multoque -ius. TAC. ann. 3, 67, 2 multa adgerebantur etiam insontibus -a. GAIVS inst. 4, 13 (*loco lacunoso*) *sacramenti* actio ... -a erat (*ibid.* nunc -a est a. certae creditae pecuniae propter sponsionem, qua periclitatur reus *eqs.*). 4, 56. SORT. Sangall. 98, 10 accusaris de causa -a. *al.*

6 *quae occurrunt iter facientibus, navigantibus, sc. ab ipso itinere vel viribus naturalibus, damno navigii sim.*: CIC. Verr. II 4, 103 insula est Melita ... satis lato a Sicilia mari -oque diiuncta (QVINT. decl. 257, 2. *al.*). CAES. civ. 3, 6, 3 Cerauniorum saxa inter et alia loca -a quietam nanctus stationem (HYG. fab. 116, 3 quo saxa acuta et l. -issimus erat. CYPR. epist. 4, 2, 2. *al.*). LIV. 42, 55, 4 gaudium -i saltus superati. FEST. p. 355 ut *propter Poenos* omnibus ... navigatio esset -a (VAL. MAX. 2, 4, 5 et longa et -a n. SEN. dial. 9, 5, 5. *al.*). SEN. contr. 7, 1, 10 nihil esse -ius quam etiam instructa navigia. VAL. MAX. 3, 6 pr. (*in imagine*) animadverto in quam -um iter *scribendo* processerim (FRONTO p. 46, 27 per i. asperum et -um. *al., cf. l. 26 et* IREN. 3, 5, 2 -issimae viae [INSCR. Dessau 2724 v. pub⟨licam⟩ ... angustam fragosam ⟨pe⟩riculosamq(ue)]). PETRON. 114, 3 quod omnibus procellis -ius erat, ... tenebrae lucem suppresserant. QVINT. decl. 388, 14. VLP. dig. 2, 11, 2, 8 calamitas ... praesentiam venienti -am fecit. *al.*

7 *quae imminent aegrotis, vulneratis, vitio corporis affectis, curandis* (*cf. IIB1; exempla selecta inde a* CELSO): CIC. Cluent. 198 in morbum gravem -umque incidit; in quo ... de sua vita laborat (Phil. 9, 15 gravi -oque m. LIV. 23, 34, 11. 42, 28, 11 gravi et -o. VEG. mulom. 1, 10, 9. *al., cf.* CELS. 3, 23, 1 id genus *morbi* ... vitae non -um *est* [4, 11, 3]). Phil. 14, 26 -is vulneribus acceptis sublatus e proelio (SEN. contr. exc. 3, 3, 2. CELS. 5, 26, 3[A] -a ... v. sunt, ubicumque venae maiores sunt. *al.*). off. 1, 83 *medici* gravioribus ... morbis -as curationes et ancipites *adhibent* ([*explicat*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

NON. p. 364, 18 maius et vehemens]. LIV. 42, 18, 4 -a et difficili. VEG. mulom. 2, 112, 3. CAEL. AVR. acut. 1, 15, 131 vehementem et -am, quam philoparabolon appellavit *Asclepiades* [*opp.* meticulosam]. *al.*). VAL. MAX. 5, 5, 3 gravi ... et -a valitudine ... fluctuare (SVET. Aug. 81, 1 FRONTO p. 184, 10. *al.*). CELS. 2, 1, 1 saluberrimum ver est, proxime deinde ab hoc hiemps; -ior quam salubrior aestas, autumnus longe -issimus. 2, 11, 5 auxilium ut minus vehemens, ita magis tutum neque umquam -um. 4, 6, 6 *vini* usus praecipue -us. *al.* COLVM. 7, 11, 1 *ratio castrationis* speciosior, sed magis -a. SCRIB. LARG. 206 qui *punctus nervorum* -issimi sunt. PETRON. 17, 7 vexata ... -o inhorrui frigore. ZENO 1, 54, 4. VEG. mulom. 1, 17, 5 -ae iumentis aegritudines ... proveniunt (PS. SORAN. quaest. med. 97 quid est cindynodes nosema? -a a. est quae ascendit novissime ad peius aut ad salutem. *al.*). *al.*

8 *quae corrumpunt mores, virtutes, modum recte vivendi sim.*: **a** *usu communi* (*cf. p. 1472, 75. 1453, 31*): SEN. clem. 1, 23, 2 -um est ... ostendere civitati, quanto plures mali sint. dial. 5, 5, 1 *moribus* eo turpior ac -ior est *ira,* quo plus in illis mutat. 12, 16, 3 -a etiam probis peiorum ... imitatio (*cf.* MART. 1, 27, 6 exemplo nimium -o). epist. 51, 7 (*respicitur bellum contra vitia gestum, cf. p. 1454, 33*) desidiam ... vincenti -am. *al.* PS. SEN. mon. 50 voluptas -a vitanda est (*postea*: gaudium ..., quod metus subsequitur). QVINT. decl. 268, 12 *quidam philosophi* nihil -ius civilibus officiis credunt. FRONTO p. 139, 20 o iuvenis, -a est tibi praepropera placendi fuga. VET. LAT. II Macc. 4, 16 (recc. L, V) sacerdotes *gloriis graecis studentes* -a ... contentio habebat (*gr. χαλεπὴ περίστασις, rec. X* periculum ... contingebat). *al.* **b** *apud Christianos de eis, quae ad peccata perducunt, a vera fide, modestia alienant, vitae aeternae consequendae obstant sim.* (*subest notio audacitatis, praesumptionis e. g. l. 42. 49*): TERT. paenit. 7, 4 hactenus -is ... *nos* inferamus, etsi iterum evasuri videmur (*neutr. plur. pro subst. ut*: NOVATIAN. trin. 25, 2 usque ad -a descendunt, qui fidem legitimam reliquerunt. PS. HIL. libell. 10 p. 83, 20 temporalibus aeterna sunt praeponenda, ... is libera). PS. TERT. haer. 5 p. 222, 15 quod ... -um sit: alterum deum fingunt praeter creatorem. CYPR. domin. orat. 20 (*ad I Tim. 6, 9*) divitias. epist. 4, 2, 3 *per* inlicitas et -as coniunctiones corrumpi plurimas virgines. HIL. in Matth. 18, 3 quid mundo tam -um quam non recepisse Christum? FILASTR. 66, 2 *Arius* heresim -am incurrit. RVFIN. hist. mon. 1, 3, 1 grave est iactantiae vitium et -um nimis et quod de ipso ... perfectionis fastigio deiciat animas. AVG. conf. 1, 11, 17 *post baptisma* maior et -ior in sordibus delictorum reatus *est.* in euang. Ioh. 124, 5 *Christiani* peregrinantes ... *in saeculi* temptationibus laboriosis et -is. serm. 153, 1 (*de Rom. 7, 5 sqq.*) quam difficilis, quam latebrosa, quam, si non intellegatur aut male intellegatur, -a *lectio.* QVODV. c. Iud. pag. Ar. 22, 1 hic -a elatio, illic secura exultatio. SVLP. SEV. chron. 2, 46, 1 tempora ... gravia et -a, quibus non usitato malo pollutae ecclesiae et perturbata omnia (*respiciuntur gnostici*). DIONYS. EXIG. Conc.^{S} I 5 p. 236, 23 cum laeditur fides, parentum reverentia velut inutilis et -a despicitur (*gr. I 1, 1 p. 33, 18 ἐπισφαλής, Conc.^{S} I 3 Rustic. p. 27, 11* fallax, *vers. Tur.* vitiosa, *IV 1 p. 160, 16* infirma). CASSIOD. hist. 11, 5, 2 rem commisit valde -am (*Socrat. 7, 5 πρᾶγμα ... πολλῶν κινδύνων ἄξιον*). CAES. AREL. grat. p. 159, 8 deum ... -a temeritate reprehendere. *et saepe.*

B *de animantibus* (*deis l. 54, diabolo l. 60*): **1** *variis*: CIC. Phil. 10, 17 -um rei publicae ... exercitum. Att. 13, 27, 1 fuissemus ... in nosmet ipsos, si illum *Caesarem* offensuri fuimus, paene -i. SEN. epist. 95, 49 nec accipere iniuriam queunt nec facere *dei*; ... natura, quos periculo exemit, ne -os quidem fecit. VET. LAT. Matth. 8, 28 (cod. 12. *al.*) homines daemonia habentes ... -i nimis, ita ut nemo possit transire per viam illam (*gr. χαλεποὶ λίαν, cod. 10. al. et Vulg.* saevi). QVEROL. p. 33, 21 *non* -a haec animalia (*sc. simiae*), sed molesta atque improba. p. 38, 21 *non* -us est ille homo, verum ingratus. AMM. 22, 9, 11 *iube* -o (pedic- *Reinesius*) garrulo, *sc. delatori cuidam,* pedum tegmina dari purpurea. SERV. Aen. 3, 558. VICTRIC. 12 l. 47 -us ac fortis est hostis, *sc. diabolus.* **2** *tam audacibus, ut se ipsos periculo exponant* (*nonnulla ad IIA trahi possint; cf.* GLOSS. II 428, 26 ὁιψ⟨ο⟩κίνδυνος: -us): FIRM. math. 3, 4, 24 *Mars* faciet calidos, -os, sed argutos; tamen ... mortem nihilominus decernit *repentinam.* 4, 4, 1 calidos, -os, violentos. 4, 12, 3 in vita et actibus -os. 7, 22, 3 erunt *reges* -i, terribiles, efficaces. 8, 28, 12 erit tyrannus crudelis, ad omne facinus armatus, -us, temerarius. *al. apud eundem.*

II *usus peculiares*: **A** *de eis, qui periculo expositi sunt* (*de re non nisi l. 72. 74. p. 1456, 4; actiones, qualitates sim., quibus auctores vel domini earum periculo afficiantur, v. sub IA; ceterum cf. IB2*): CATO agr. praef. 3 mercatorem ... strenuum studiosumque rei quaerendae existimo, verum, ut supra dixi (*v. p. 1452, 55*), -um et calamitosum (*nisi neutr. sing. est*). CVRT. 4, 11, 8 -um est praegrave imperium: difficile est enim continere, quod capere non possis. ARNOB. nat. 4, 34 senatorem ... convicio prosequi suis esse decrestis -issimum poenis. FIRM. math. 3, 11, 2 -os et qui saepissime decipiantur. 3, 11, 12 tales, qui nihil ... consequi possunt, sed -os et qui omne patrimonium funditus amittant. 4, 5 *Luna* faciet -os, miseros, deiectos *eqs.* 5, 3, 18 *quidam* in prima iuventute erunt languidi, -i et multis occupationibus inplicati, corporis etiam quaedam tormenta patientur. *al. apud eundem.* HIL. in Matth. 5, 3 thesaurus pecuniae aut detrimento sit -us aut furto. CHRONOGR. a. 354 chron. I p. 42, 16 qui *quodam tempore* nascentur, -i erunt (*item* p. 43, 17 [*opp. e. g. p. 44, 17* vitales]). ORIBAS. syn. 9, 3, 2 La p. 272 qui ... sursum per ore proiciunt pus, -iores sunt (*aegroti pro morbo ponuntur; notione sollemni* Aa: quae ... per ore fiunt reiectiones puris -iores sunt; *gr. κινδυνωδέστερα*).

B *de eis, quae ad rem periculosam pertinent*: **1** *in medicina, sc. de eis, quae periculum indicant* (*exempla certiora, ceterum cf. IA7*): CELS. 2, 4, 6 -um ... est post arcuatum morbum febrem oriri. 2, 8, 22 in pulmonis morbo, si sputum ... non fuit, deinde ... coepit et ... mansit, -um est (*postea*: in eodem morbo -a sunt tussis, destillatio ...; -issimumque est, si *eqs.*). 5, 26, 26^{A} nimis ... intumescere vulnus -um, nihil intumescere -issimum est: illud indicium est magnae inflammationis, hoc emortui corporis. PRIAP. 26, 11 -am cum tussi miser expuo salivam, *sc. sanguinem.* AMM. 19, 4, 7 *lues* concitat -os umores. MISC. Tir. p. 61, 19 si sic esse coeperit, -um signum est. **2** *de affectibus*: CASSIOD. Ios. antiq. 16, 235 p. 468 *dicta* in suspicionem -am suscepit (*gr. οὐκ ἀκινδύνως ἐκλαβών*). 17, 125 p. 490 *ne* timore -o tacerent (*gr. ὑποψίᾳ κινδύνων*).

C *de ipsis periculis, sc.* -um esse *fere i. q. imminere*: PS. QVINT. decl. 12, 22 nusquam est -ius legationis tuae, *sc. ad frumentandum,* naufragium: tu, ..., ut auferri frumentum posset, effecisti. IVST. 12, 2, 14 *rex ad Acherontem in Italia, non in Graecia moriens intellexit* non in patria fuisse sibi -am mortem (*cf. 4* ad declinanda ... pericula *oraculi in Italiam iit*; sortem *coni. Graevius*).

appendicula syntactica: **1** *indicatur, unde periculum oriatur*: **a** *in iunctura* -um (est) *sim.* (-ius IVST. 11, 9, 3; *addidimus abl. absol. l. 37*): **α** *per (acc. c.) inf.* (*hic illic e contextu suppl., nota usum absol.* CIC. rep. 2, 39 *p. 1454, 11*): CATO agr. praef. 1 (*p. 1452, 55*). RHET. Her. 2, 9, 13 (*p. 1453, 26*). CIC. Verr. II 3, 225 *est* -um provinciis genus iniuriae confirmari iudicio *eqs.* (*item acc. c. inf.*: Font. 48 Att. 10, 8, 1 PLANC. Cic. fam. 10, 8, 4 CAES. Gall. 1, 33, 3. *al.*). rep. 1, 9 (*p. 1453, 48*). Att. 8, 3, 6. *et saepe.* **β** *per enunt. secund.*: CELS. 2, 4, 3 -issimum (-um *var. l.*) ... est, si venae ... vehementer agitantur (2, 8, 22 *supra l. 12 sqq.* FIRM. math. 3, 8, 4 AMM. 24, 4, 6. *al., cf.* TAC. ann. 1, 6, 3 iuxta -o, ficta seu vera promeret, monuit Liviam, ne *eqs.*). CYPR. epist. 73, 25 quam -um sit ... in divinis rebus, ut quis cedat iure suo, ... scriptura sancta declarat *eqs.* (CAES. AREL. serm. 173, 1 si propterea -um est, ut ames animam tuam, ne pereat anima tua, ideo non debes illam amare). PS. AVR. VICT. orig. 19, 4 *Amulius* -um ducens, ne quis ex ea *Rhea Silvia* nasceretur, qui *eqs.* (*cf. 2a*). HIER. epist. 21, 40, 2 nulli -um, nulli videatur esse blasphemum, quod ... diximus *eqs.*

b *exempla cetera*: CIC. Manil. 27 *bellum* magnitudine -um (*item per abl.*: ZENO 1, 54, 4. AVG. serm. 252, 3 saeculum ... tempestatibus -um et naufragiis molestum. *al.*). SEN. dial. 9, 4, 3 *quibusdam* -um etiam ingressu forum est (*item per supinum*: FRONTO p. 146, 8 sensum dictu -um). PORPH. Hor. carm. 2, 10, 4 *litus* -um propter humilitatem vadorum (*item per praepos.*: HIPPOCR. progn. 23 uva crescens -a est ... ad incidendum *eqs.* [*gr. ἐπικίνδυνοι*]. CASSIOD. in psalm. 57, 8 l. 128 *torrentes* in hoc -i, quia praecipites).

2 *indicatur, quale periculum immineat, quid metuendum sit, per*: **a** *enunt. secund. c.* ne (*cf. l. 42*): RHET. Her. 1, 10, 17 -um est, ne quando plus minusve dicamus *quam enumeravimus.* LIV. 38, 4, 10 -um inceptum ratus, ne ... regressus ... in tuto non esset. 44, 26, 13 -um esse tantam multitudinem in Macedoniam accipere, ⟨ne⟩ graviores eos socios habeant (*sim. iuxta inf.*: IVST. 11, 9, 3 -ius differre bellum ratus, ne desperatio suis cresceret. 23, 3, 7 AVG. in psalm. 137, 7. CAES. AREL. serm. 173, 1 -um est animam amare, ne pereat. *cf. l. 40 sq.*). COLVM. 9, 13, 9 -um (periculum, periculo *var. l.*) sit, ne seditione consumantur *apes.* AMBR. in Luc. 10, 134 -a est ... mulieribus copula adulescentis ..., ne *eqs.*

b *abl.*: *l. 4. p. 1455, 74, adde* COD. Theod. 10, 10, 28 abrupto periculo.

3 *indicatur, cui quid -um sit, passim per dat., per* in *c. acc.* CIC. Att. 13, 27, 1 in nosmet ipsos. AVG. conf. 2, 3, 8.

4 *ponitur neutr. plur. pro subst. inde a* SALL., *v. e. g. p. 1453, 15 sqq. 1454, 39 sqq. 1455, 28 sqq.*

?**perīculōsa,** -ae *f. pro subst. nomen herbae* (*cf. André, Les noms de plantes, 1985, 193*): GLOSS. mandragora id est -a (*an excidit vox q. e.* herba*? cf.* GLOSS. mandragora herba -a. mandragora id est herba -a).

adv. ⁂**perīculōsē.** *compar.* -ius BELL. Alex. *p. 1457, 8 (vix neutr. adi. ut l. 58). al., cf.* nimium -e *p. 1457, 14; superl.* -issime SEN. *p. 1457, 26. al., cf.* valde -e AVG. serm. 56, 12. *legitur inde a* VARRONE, CIC., *deest in versibus.* [*confunditur c.* periculosus *p. 1457, 23. 35 sq. al.; c.* periculum CIC. Att. 9, 10, 3 QVINT. inst. 4, 2, 96.]

[Mueller]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

i. q. modo periculoso, cum periculo suo aut alterius (*i. q. audacter e. g. l. 33; vergit ad notionem q. e. temere, arroganter hic illic sub 1b*): **1** *pendet e quibuslibet verbis vel ex adi. (ita l. 21. 29. 38 sq. 50, fortasse etiam l. 40); spectat ad periculum*: **a** *quodlibet* (*quod imminet e. g. aegrotis 16 sq. 22 sqq. al., vi petitis l. 17 sq. 40, navigantibus l. 7 sqq. 30. al., arte rhetorica fidentibus l. 18 nec non 31, rem publicam gerentibus l. 15. 19. al.*): VARRO frg. Serv. auct. Aen. 1, 108 *procul a terra* sciunt -e se navigare (CIC. fam. 16, 11, 1 hieme. BELL. Alex. 64, 3 nihilo -ius se n. credens. AVG. serm. 56, 19 [*in imagine*] in hac terra). CIC. Planc. 94 cum tempestate pugnem -e potius quam illi ... obtemperem? (AMM. 16, 12, 14 [*opp.* ratione secunda]). Mil. 9 *tribunum stupratorem interficiendo* facere ... adulescens -e quam perpeti turpiter maluit (SEN. contr. 7, 8, 3 iniuriam -ius negavimus quam f. [*cf. p. 1454, 48*]. CELS. 2, 15, 2 id -e fit. QVINT. decl. 348, 5 nimium. POMPON. dig. 33, 6, 8 pr. -e heredem facturum [*sc. periculo suo*]). Phil. 7, 8 -e dico: quemadmodum accepturi ... sitis, horreo (SIDON. epist. 4, 22, 5 turpiter falsa, -e vera d.). Att. 8, 2, 3 hominis ... -e aegrotantis (AVG. serm. 175, 2. *al.*). 9, 10, 3 (*cogitat de fuga*) *si* -e experiundum erit *eqs.* 10, 1[a], 1 *aut* mihi libere inter malos *πολιτευτέον* fuit aut vel -e cum bonis. SALL. Iug. 8, 2. or. Lep. 7 *Sullam* per scelus occupata -ius dimissurum. SEN. contr. 1, 1, 6. 10, 3, 1 quam -e istum offendo, qui ... nescit ignoscere. VAL MAX. 6, 2, 12 quam -e contumax. CELS. 3, 22, 1 diutius saepe et -ius tabes eos male habet (CHIRON 321 *datur medicamentum* lassis et -i⟨u⟩s se habentibus [*inde* VEG. mulom. 2, 88, 13, *ubi* periculosis *var. l.*]). 5, 25, 5 id *medicamentum* ... in febre -e datur. 8, 10, 1[c] sub qua *inflammatione* et difficile et -e vis nervis adhibetur. *al.* SEN. dial. 5, 22, 2 faciebant, quod homines et -issime et libentissime faciunt: de rege suo male existimabant. epist. 89, 22 fera -e capta. QVINT. inst. 4, 2, 96. 8, 3, 37 si quid -ius finxisse videbimur (*postea*: licentius tralata). decl. 340, 12 *mango* -e avarus est. Ps. QVINT. decl. 2, 17 omnia ... -e temptanda (VEG. mil. 4, 39, 9 usque in idus Maias -e maria temptantur). FRONTO p. 159, 1 q⟨uo⟩ *edicto* -e scripseris (*opp.* verba apta et propria). VLP. dig. 9, 3, 5, 7 ut, si quid *alicubi* ... -e positum esset, non noceret. ARNOB. nat. 5, 2 p. 250, 15 quod ab ipso Iove -ius, *sc. quam a Fauno,* Numa cupiebat audire. CLAVD. DON. Aen. 3, 645 p. 346, 20 inter lustra ... ferarum ... latui -e. HIER. in Dan. 3, 2 l. 478 excelsa -ius stant. epist. 128, 1, 1 de cuius *puellae* -e (periculosa *var. l.*) voluntate promittas, ut ... spes magis in ea laudanda quam res sit. AVG. epist. 97, 2 animos imperitorum *haeretici quidam faciunt* ... nobis ... -e ac vehementer infestos. serm. 348, 2 est aliquis audacissimus latro, quanto perverse fortior, tanto -e crudelior. CONC. Rei. a. 439 p. 65 l. 36 *clerus* vim ... -e perniciosa ... caede pertulerat. NOVELL. Valent. 27, 1 *viros probatos* trahi ad *colonatum* ... et tunc -ius laborare. *al.* **b** *quo quis perducatur ad peccatum, erret, perdat vitam aeternam sim.* (*subest notio praesumptionis l. 50*): TERT. paenit. 3, 14 *adulterium* satis -e animus sibi repraesentat. NOVATIAN. trin. 25, 2 si umquam intellegerent ..., quod legunt, numquam tam -e loquerentur (*sc. deum mortuum esse*). HIL. in Matth. 5, 4 *cum* -e soleat animi generositati terrenae carnis vitiosa origo dominari *eqs.* AVG. epist. 238, 21 (*ad Matth. 12, 32 qui* dixerit adversus spiritum sanctum, non remittetur ei) -ius ... peccatur in maiorem (*sc. spiritum*) quam in minorem (*sc. filium*). serm. 13, 2 si ... spem tuam posueris in te, -e superbis; ... -e superbus praecipitatur. 259, 4 qua *via* reconciliamur ei *deo,* quem -issime offendimus. RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 146, 27 communicare ... -e *haereticis. al.*

2 -e est (*vix huc* AVG. serm. 56, 12): VLP. dig. 5, 1, 61 pr. Celsus ait -e esse ex persona rei hoc metiri, *eqs.* (*cod. F,* -um *var. l.*). *Mueller.*

perīculum, -ī *n.* [perīculum < perīclum (*v. l. 63 sqq.*) < *perī-tlo-m *a verbo non servato* *perīrī *derivatum est* (*cf.* ex-perīrī; perītus) *similiter ac* pavī-cula, redimī-culum *a* pavī-re, redimī-re. *de notione v. p. 1458, 54 sqq. 1459, 74. ceterum cf. Serbat, Dérivés nominaux, 1975, 182 sqq.; Leumann, Gramm. 1977, 313. Fo.*] *de origine*: PRISC. gramm. II 125, 7 (*derivatur a* 'perior periris', unde 'peritus'. *cf.* II 115, 6, *ubi* -um *non ad deminutiva pertinere affirmat*). EVTYCH. gramm. V 452, 24 pereo -um. VIRG. gramm. epit. 5, 4, 3 'poera', ex qua '-um', quam Latini non bene mutarunt, ut ... 'poenam' vocent. *formam pristinam* -cl- *testatur deriv.* periclitor; *cf. etiam* SERV. georg. 3, 166 (*explicat* per synaeresin). AGROEC. gramm. VII 124, 24 -culum ad discrimen pertinet, -clum ad experimentum (*cf.* GLOSS. IV 271, 47 perclum: experimentum). GLOSS. -clum: -culum. *exstat* -cl- *in versibus saepe apud* PLAVT. (*sc. metro probatum et haud raro in codd. servatum* [*in cod. A quinquies, sed* -cul- *contra metrum* Persa 524. 715 Poen. 878]. -cul- *decies metro firmatur* [*in fine versus praeter* Asin. 457 Rud. 349]); *apud* TER. -cl- *ubique metro convenit* (*cod. A praebet decies* -cl-, *decies* -cul-), *item apud* PVBLIL. sent., *praevalet etiam apud* PHAEDR. *et* SEN. *trag.; dactylici utuntur forma* -cula (*in hexametris semper ante pedem sextum excepto* LVCR. 5, 44), -cl- *nimirum in ceteris casibus (in hexametris semper in fine versus), raro autem* -cla (*in fine versus*: LVCR. 3, 775. 5, 1299 HOR. sat. 1, 2, 40. *al.; alio loco*: PROP. 2, 27, 6. 2, 28, 46. SIL. 6, 319 (*vix recte trad.*]. CLAVD. carm. min. app. 1, 4). *in oratione prosa* -cl- *traditur* R. GEST. div. Aug. 5. CIL VIII 12253, 10 ⟨... per?⟩iclum. PORPH. Hor. carm. 1, 23, 9 PRISCILL. tract. 5, 84 AMM. 22, 9, 1. 29, 1, 42 CLAVD. DON. Aen. 9, 200 p. 213, 17. *al., in var. l. e. g.* CIC. de orat. 2, 192. CAES. Gall. 4, 21, 1 (*v. Seel ad l.*). PANEG. 2, 14, 2. *ceterum scribitur*: -reic- CIL I[2] 2510 (*aet. Aug.*), -cyl- CIL XIV 85 = INSCR. Ost. Thylander B 310 (*a. 46*), -col- GREG. TVR. Franc. 5, 28 (*in var. l.*). ORIBAS. syn. 9, 2, 1 Ab p. 271; *de* -c- *vel* -q- *agit* VEL. gramm. VII 79, 14, *v. supra vol. VI 1, 489, 77 sqq.* NOT. Tir. 24, 31 -um. 24, 34 in -o. 24, 35 ex -o. 24, 36 de (-o). 24, 36[a] pro -o. 24, 37 sine -o. 24, 38 sine ullo -o. 24, 38[a] sine -o ullo. *de genere et formis: neutr. testantur* NON. p. 219, 22 CHAR. gramm. p. 458, 20. *al. masc.* -us: HIPPOCR. mul. 1 l. 105 grandis -us (-is *trad.; cf. et var. l.* PRESB. Cypr. epist. 8, 3, 2). CANON. Turner II p. 22 aliqui -us (*cf. gr. τις κίνδυνος*). ORIBAS. syn. 7, 22, 21 Aa (= La) p. 159 nullus. 9, 2, 1 Aa p. 271 primus (*sed* -um La *ibid.*). *al.* RVF. podagr. 14. GLOSS. IV 56, 6. 57, 16 (-um *utrobique var. l.*). *de notione et differentia v. infra l. 52. 58. p. 1460, 5 sqq. legitur inde a* PLAVTO, ENN., CATONE, *frequentant e. g.* CIC. (*maxime in oratt.*) *et* CELS. *magisque rerum scriptores, imprimis* CAES. *et* SALL., *multo minore frequentia occurrit apud poetas et aetate posteriore.* [*pleraque haud aliena a sermone docto: it.* pericolo; *raet. occ.* privel; *francog.* péril; *prov.* perilh; *cat.* perill; *hisp.* peligro; *port.* perigo. *cf. M.-L. 6414. Battisti-Alessio IV 2853 sq. Wagner II 247. Wartburg VIII 242 sq. Corominas[2] IV 463. Machado[3] IV 346. St.*] [*variat cum* periculosum COLVM. 9, 13, 9 Ps. APVL. herb. 3 l. 33, *ceterum e. g. cum* ridiculus CIC. de orat. 2, 329 (*cf.* PETRON. 54, 3), proelium BELL. Afr. 71, 2, procellis MANIL. 1, 414. *falso trad. pro* fer(i)culum VAL. MAX. 9, 1, 1. PETRON. 60, 7 (*cf. p. 1461, 7*).]

exempla sic digerenda censuimus:

CAPVT PRIVS: *i. q. experimentum, πεῖρα*:
- **I** *proprie de actione experiendi*: **A** -um facere: *l. 58.* **B** *cetera exempla: p. 1459, 45.*
- **II** *metonymice de libellis quibusdam: p. 1459, 56.*

CAPVT ALTERVM: *i. q. calamitas, discrimen, κίνδυνος*:
- **I** *exempla notionem illustrantia*:
  - **A** *in universum*: **1** *usu communi: p. 1460, 13.* **2** *c. respectu interitus: p. 1460, 43.* **3** *audacius vel metonymice dicta: p. 1460, 73.*
  - **B** *specialia quaedam*: **1** *in negotiis gerendis: p. 1461, 13.* **2** *in iudiciis: p. 1462, 10.* **3** *in re medica: p. 1463, 1.* **4** *apud Christianos: p. 1463, 49.*
- **II** *iuncturae, locutiones, structurae*:
  - **A** *iuncturae verbales*: **1** *nom.: p. 1463, 74.* **2** *dat.: p. 1464, 20.* **3** *acc.: p. 1464, 39.* **4** *abl.: p. 1465, 29.* **5** *c. praepos.: p. 1465, 46.*
  - **B** *iuncturae nominales*: **1** *per casus vel praepos. nexae: p. 1466, 7.* **2** *iuxta posita: p. 1466, 61.* **3** *epitheta: p. 1467, 20.*
  - **C** *locutiones adverbiales*: **1** *abl. sine praepos.: p. 1468, 10.* **2** in -o: *p. 1468, 41.* **3** cum -o: *p. 1468, 57.* **4** sine -o: *p. 1468, 74.*
  - **D** *structurae indicantes*: **1** *cui (rei) -um exsistat: p. 1469, 34.* **2** *quid -o sit, quale -um immineat: p. 1469, 47* (*gen. p. 1469, 48; praepos. p. 1469, 70; struct. verbales p. 1470, 25*).

CAPVT PRIVS: *i. q. experimentum, πεῖρα* (*cf.* GLOSS. *πεῖρα.* experimentum. documentum. *exemplum vocis olim mediae est* GELL. 12, 9, 2). *est notio originaria (v. p. 1457, 56), quae servatur maxime in locutione* -um facere (*v. IA et cf.* periclitari); *quae quomodo abire potuerit in illam sollemnem, exposuit Panagl, in: Beekes al., Rekonstruktion u. relat. Chronol., 1992, 317 sq.; cf. etiam l. 61 sqq.*

I *proprie de actione experiendi*: **A -um facere** (fieri. *cf.* SYNON. Cic. p. 417, 20 conari. experiri. temptare. -um facere [*sim.* p. 446, 21]. GLOSS. *παραβολεύσασθαι. aliter, sc. notione -i creandi, p. 1465, 25; cetera omnia huc inseruimus, etsi nonnulla transeunt ad notionem sollemnem, v. maxime l. 74. 75. p. 1459, 19. 21. 31 sqq.; nota lusum notionum p. 1459, 3, fort. et p. 1459, 15; iuncturam in simili contextu modo notione -i creandi, modo -i adeundi ponit* CHIRON, *e. g.* 452. 475): **1** *varia exempla* (*ponitur subst. per se praeter l. 69. 74*): PLAVT. Asin. 617 qui pendet, multo est miserior *quam qui amat.* :: scio, qui -um feci. Bacch. 63. Cist. 504 face semel -um (*sc. fidei meae*). :: feci saepe, quod factum queror. Mil. 635 magis cum -um facies, magis nosces meam comitatem. Stich. 269. TER. Andr. 565 sq. qui scis ... istuc, nisi -um feceris? :: at istuc -um in filia fieri gravest (DON. *ad* 565 temptamentum; *ad* 566 *dictum,* quod merito in proverbium cesserit). Phorm. 326 factumst -um, iam pedum visast via (SCHOL. p. 131, 32 probatio. *post* pedum *interpungit Marouzeau, ut pertineat ad 2aβ*). 933 tune hanc *uxorem* duceres, si tibi daretur? :: fac -um. CAES. Gall. 4, 21, 1 ad haec cognoscenda, priusquam -um faceret, *eqs.* Ps. SALL. rep. 2, 7, 1 occulta -a neque facere neque vitare bonis in promptu est (*i. res adire, quarum -a latent;*

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

plerique intellegunt '-a aliis efficere' [sec. p. 1465, 25], quod antecedentibus male congruit). Liv. 9, 27, 4 levibus proeliis ... utrimque -um factum. Apvl. Socr. prol. 1 p. 104 bono -o -um faciam ... dicturus incogitata (*cf. l. 30*). Sort. Sangall. 126, 11 nunc fac, age, -um. Svlp. Sev. chron. 1, 43, 7 (*ad III reg. 18, 23 sqq.*) placuit fieri -um, ut, si *eqs.* ..., rata esset religio.

2 *cum additamentis, quae indicant*: **a** *rem vel personam explorandam, periclitandam*: α *interrog. obliqua*: Ter. Hec. 767 qualis sim amicus aut quid possiem potius quam inimicus, -um facias, *moneo* (Schol. p. 115, 31 probationem). Avr. Fronto p. 42, 12 volo -um facere, an id, quod non didici, facilius obsecundet mihi. Symm. epist. 4, 28, 3 quantum in scribendo ... profecerim. Prvd. perist. 2, 403 (*martyr igni vexatus ad tortorem*) fac -um, quid tuus Vulcanus ... egerit (*407* experimentum). 10, 991 fiat -um ..., cuiusmodi edat querellam quadrupes lingua eruta *eqs.*

β *gen.*: Ⓘ *variae rei vel personae*: Lvcil. 905 cuius si in -o feceris -um. Cic. Verr. I 34 *Siculos* velle meae fidei diligentiaeque -um facere, qui innocentiae abstinentiaeque fecissent (Fronto p. 171, 2 f. consiliique). prov. 35 eius deae (*sc. Fortunae. cf.* Phil. 5, 14 *Curius aleator* -um fortunae cottidie facit [Hirt. Gall. 8, 34, 1 qui f. illius, *sc. oppidi obsessi,* -um fecerat]). Pis. 1 consilii (*addatur* Fronto *supra*). 65 odii. Caes. Gall. 1, 40, 5 factum eius hostis -um patrum nostrorum memoria *eqs.* Liv. 36, 43, 3 navalis proelii. Cvrt. 7, 8, 27 videntur pares, qui non fecerunt inter se -um virium. Itin. Alex. 51 naturae (*sc. oceani*). Ivl. Val. 3, 49 eius rei (*sc. an aurum solidum sit*). Symm. epist. 1, 43, 2 iudicii mei. 7, 115 morum. Svlp. Sev. chron. 2, 2, 1 artis *magicae.* Clavd. Mam. anim. 3, 18 p. 190, 2 viarum. Ⓘⓘ *pron. refl.*: Cic. div. in Caec. 27 quid potes? quo tempore aut qua in re ... tui -um fecisti? Sen. epist. 59, 6 translationes verborum ut non temerarias ita quae -um sui fecerint. 74, 13. 100, 4 ubi -um sui faciet *philosophus,* qui timet verbis? Cvrt. 4, 9, 12 *Euphraten transit hoste* non auso -um sui facere. Gell. 9, 15, 5 subitaria dictione -um sui facere audebat. Ⓘⓘⓘ *eius rei, quae amitti, perire potest* (*gen. personae* Bell. Afr.; *cf.* Cvrt. *supra*): Bell. Afr. 33, 5 non ausus -um (-o *var. l.*) suorum facere. 79, 1 cogere adversarios ..., ut ... descenderent legionumque -um facerent. Ps. Sall. rep. 2, 1, 4 *mihi* consilium fuit ... quoius rei lubet -um facere (*cf.* Liv. 6, 22, 9 summae rerum [25, 39, 18. 33, 8, 12]. Tac. hist. 4, 71, 3 summae rei). 2, 4, 3 libertatis. Tac. ann. 14, 28, 1 ut, qui ... ad senatum provocavissent, eiusdem pecuniae -um facerent, cuius *eqs.* 15, 6, 2 meritae ... gloriae. *al.*

b *ubi experimentum fiat: in, ex homine*: Ter. Andr. 566 in filia (*v. sub 1*). Haut. 210 hoc scitumst -um ex aliis facere, tibi quod ex usu siet (*sim.* 221). *in re*: Ter. Eun. 476 fac -um, *sc. eunuchi,* in litteris, fac in palaestra, in musicis ([Schol. p. 103, 13 probationem vel experimentum. Schol. Bemb. probamentum]. *sim. commendatur aliquis*: Fronto p. 175, 7 Symm. epist. 1, 60). Cic. div. in Caec. 27 *v. l. 26 sq.*

B *cetera exempla* (*certiora; sunt qui huc trahant* Sen. Oed. 971 [*sed v. Töchterle, 1994, ad l.*]. epist. 91, 5): Sall. Catil. 2, 2 -o atque negotiis conpertum est in bello plurumum ingenium posse. Apvl. met. 6, 13, 2 secundi laboris -um *Psyches* secundum testimonium *Veneris non* meruit (*cf. de -o tertio puellae a Venere mandato*: 6, 14, 6 *Psyche* inextricabilis -i mole ... obruta. 6, 17, 3 [*turris ad Psychen*] quid ... novissimo -o laborique ... succumbis?). Ivl. Val. 1, 9 p. 17, 1 praeceptoris ... ad puerorum ingenia colligenda tale -um exstiterat *eqs.* Amm. 22, 16, 8 ut -um docuit per varias collectum aetates: nullo paene die *Alexandrini* ... solem serenum non vident (29, 1, 42 docente -o postremo). Hier. c. Ioh. 13 cuius *lectionis* te occasio provocarit, ut ... ad -um ingenii descenderes?

II *metonymice de re experiendo effecta, sc. usu technico de libellis publicis* (*de coni.* pariculum *ex var. l.* Cod. Theod. *facta v. p. 387, 13 sqq.; de* Cic. leg. 1, 4 *v. p. 1462, 43*): **A** *de libello a scribis quaestoriis in provinciis confecto posteaque Romae probando* (*ad rem v. Mommsen, Staatsrecht I³ 348 adn. 3*): Cic. Verr. II 3, 183 *scribarum* fidei tabulae publicae -aque magistratuum committuntur. **B** *de actis, quae sententiam iudicis continent* (*notione experiendi non iam perspicua; cf. Cod. Iust. 7, 44, 2 pr. ut iudices sententias* ante formarent et emendatas ... in libellum ... conferrent scriptasque ex libello partibus legerent): Nep. Epam. 8, 2 *accusatus, quod imperium diutius tenuisset, poenam non recusavit,* sed unum ab iis *iudicibus* petivit, ut in ⌞-o⌟ suo scriberent *'eqs.'* (sepulchro *pauci codd. det. congruentes fontibus graecis*). Hist. Avg. Aur. 11, 10 habuit secum praefectos, quorum et auctoritate et -o semper iura dictavit (*nisi sec. p. 1461, 22 explicandum*). Cod. Theod. 4, 17 rubr. de sententiis ex -o recitandis (*item* Cod. Iust. 7, 44 rubr.). 4, 17, 3 ut in omnibus negotiis ex -o promatur deliberationis plena sententia (*cf. 4, 17, 1* de scripti recitatione. *4, 17, 4* ex libello).

CAPVT ALTERVM: *i. q. calamitas, discrimen, κίνδυνος* (*fere respondet in gr., quod infra non notavimus*). *notio secundaria, sed iam apud* Plavt. *praevalens; de origine v. p. 1458, 55. significantur tam ea, quae quis sua sponte adit (gesta periculosa, audaciora e. g. p. 1466, 30 sqq. 44), quam calamitates imminentes (v. e. g. IIA1). ceterum saepe spectat ad condicionem eius, qui obligatus vel paratus est ad periclitandum (v. maxime IB1 et IIC1), ut sit fere i. q. theodisce 'Risiko' dicitur. colores peculiares v. l. 39. 44. p. 1462, 51. 1463, 2. testimonia notionis*: Non. p. 364, 1 -um est salutis discrimen (*affert* Verg. Aen. 3, 367). Synon. Cic. p. 413, 28 ambiguum. anceps. dubium ... -um. discrimen (*sim.* p. 427, 22. 428, 25). Gloss. *κίνδυνος.* discrimen. *de differentia*: Char. gramm. p. 401, 15 -um timetur, pernicies ... necem (*sc. significat vel fert, si textum recte em. Keil*). Serv. auct. Aen. 1, 204 bene dicendo 'casus' et 'discrimina' praeterita attenuat; neque enim ait '-a'. Evgraph. Ter. Phorm. 57 in praesenti vel praeterito -um est, in futuro metus est. **I** *exempla* ***notionem*** *illustrantia*: **A** ***in universum:*** **1** *usu communi* (*specimina paucissima*): Plavt. Capt. 740 (*filius incognitus ad patrem, qui eum tamquam servum puniri iussit*) -um vitae meae tuo stat -o. Ter. Andr. 677 (*servus ad dominum*) tibi ... debeo conari manibus pedibus noctesque et dies, capitis -um adire, dum prosim tibi. Cic. Verr. II 5, 42 neque bellum ... neque belli -um fuit in Sicilia. 5, 157 multa mercatoribus sunt necessario -a subeunda fortunae. dom. 18 rem ... summi -i non solum a fame, sed etiam a caede, incendiis, vastitate. Mil. 96 *nihil* praestabilius viro quam -is patriam liberare. Phil. 12, 9 *Gallia* belli patitur iniurias, dum modo repellat -um servitutis. Lael. 24 officium exstitit amici in -is aut adeundis aut communicandis. off. 1, 83 numquam omnino -i fuga committendum est, ut inbelles ... videamur, sed fugiendum illud etiam, ne offeramus nos -is sine causa. Lvcr. 3, 775 non sunt immortali ulla -a. Caes. civ. 3, 26, 4 levius ... tempestatis quam *hostium* classis -um aestimaverunt. Sall. Catil. 46, 2 coniuratione patefacta civitatem -is ereptam esse. Ov. met. 12, 161 in ... vices adita atque exhausta -a saepe commemorare iuvat. Liv. 37, 32, 6 coactus ... -o militum praetor receptui cani iussit. Sen. benef. 6, 25, 4 quid, si gubernator ... procellas petat, ut gratior ars sua -o fiat? dial. 9, 11, 8 sero animus ad -orum patientiam post -a instruitur. epist. 58, 34 cum maius -um sit male vivendi quam cito moriendi. Cvrt. 7, 8, 15 nihil tam firmum est, cui -um non sit etiam ab invalido. Mart. 12, 14, 9 (*ad venatorem audaciorem*) si te delectant animosa -a, Tuscis ... insidiemur apris. Qvint. inst. 2, 12, 5 illud ..., quod est in elocutione ipsa -um, minus vitat *orator ineruditus.* Ivv. 3, 8 horrere incendia, lapsus tectorum ... ac mille -a saevae urbis. Tac. ann. 2, 40, 2 *Sallustius Crispus emissarios* hortatur, ... adeant *Agrippam falsum,* offerant pecuniam, fidem atque -a polliceantur (*per breviloquentiam cogites de societate -orum vel de animo ad -a prompto; cf.* Oros. hist. 1, 17, 3 *barbari* se ipsos ac -a sua pro Romanorum pace ... offerunt [*sim.* 7, 43, 13]. Cassiod. var. 8, 10, 6 -a promptissimus ingerebat). Svet. Aug. 84, 2 ne -um memoriae adiret ..., instituit recitare omnia. *et saepe.*

2 *significantius ponitur cum certo respectu pereundi, funditus delendi* (*nonnumquam vergit in notionem q. e. mors, interitus [cf. p. 1462, 51. 1463, 2. 49]; cui usui hic illic veriloquium vulgare* -um *cum* perire *iungens subesse putat e. g. Löfstedt, Arnobiana, 1917, 39* [*cf. p. 1457, 61. 1463, 51 nec non* Ter. Hec. 326]; *aliter Hofmann, Indogerm. Forsch. 60, 1952, 274 sq.; afferimus potiora arcentes iuncturas* -um vitae, mortis *sim.; ceterum cf. p. 1449, 2*): Liv. 33, 3, 2 ut ruente turba ... haud procul -o fuerit *Flamininus* (*Polyb. 18, 46, 12 παρ' ὀλίγον διέλυσαν τὸν ἄνθρωπον. cf. et 18, 46, 11 μικροῦ διέφθειραν τὸν Τίτον*). Vell. 2, 22, 5 (*agit de proscriptionibus divitum*) ut sui quisque -i merces foret. Qvint. decl. 296, 3 *exuli* cum -o venienti *intra fines, ubi licet eum occidere.* Vet. Lat. II Cor. 1, 10 (cod. 78. *al.* = Vvlg.) *deus* de tantis -is eripuit nos (*gr. ἐκ τηλικούτου θανάτου* [*pluralis var. l.*], cod. 77 de ... -o mortis, *cod. 76. al.* de tantis mortibus). Arnob. nat. 1, 3 p. 6, 10 terrarum ... motibus tremefactae nutant usque ad -um civitates (*postea*: interceptas). 1, 28 p. 24, 17 (*de deis paganis*) interitionibus ... -isque vicini. 7, 3 p. 345, 5 *quicquid* rebus fulcitur extraneis, necesse est esse mortale et habere ad -um viam pronam, ubi aliquid coeperit deesse, quo vivitur. Heges. 1, 37, 2 p. 74, 1 cuius *mariti* -um pro mercede adulterii postulavisset *Mariamme ab Antonio.* 1, 45, 3 p. 122, 3 Salomes -um dolis temtabat *Antipater* (*in eadem re: p. 122, 8* in mulieris perniciem. p. 122, 11 in -um sororis). 5, 42, 2 p. 356, 17 cum plures a cibo *insolito* ad -um surgerent quam ad salutem. Vvlg. Esth. 4, 16 tradens ... me morti et -o. 14, 1 pavens -um, quod imminebat (*gr. C12 ἐν ἀγῶνι θανάτου κατειλημμένη*). Evseb. Emes. serm. 4, 22 *si quis* percusserit caput suum ad petram, ... caput ... accipit plagam, forte autem et -um. Cassiod. var. 8, 10, 10 *alterius naufragi* -a formidavit, qui saluti propriae timere nescivit (*antea*: exitio ... eripere). hist. 4, 28, 7 *crebro* usque ad -um inpulsus contempsit mortem. *al. nota abundantiam*: Cassiod. compl. in act. 20, 7 *ut adulescens* de caenaculo cadens ⌞-um mortis incurreret⌟ (*Vulg. 20, 9* sublatus est mortuus. ⌞ ⌟ *pro 'mortem obiret' poni suspicatur Fridh, Terminologie ..., 1956, 144*).

3 *audacius vel metonymice dicitur fere pro eo: ex quo -um oritur*: Ov. met. 8, 196 *Icarus* ignarus sua se tractare -a ... captabat plumas, *quibus pater alas componebat.* 8, 333 *venatores Calydonii apri* cupiunt ...

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

suum reperire -um. PLIN. epist. 6, 16, 10 (*agit de eruptione Vesuvii*) *avunculus meus* rectum ... cursum ... in -um tenet (*sim. de loco periculoso*: FAVST. REI. grat. 1, 1 p. 7, 28 in Scyllae ... fertur -um). PRVD. c. Symm. 1 praef. 34 *non* terret apostolum *Paulum* tristis tam subiti forma -i (*sc. serpens [cf. act. 28, 3–6] ut*: ARATOR. act. 2, 1201 admoti cognovit furta -i serpere velle sibi). *? quod -o expositum est*: PLIN. nat. 35, 49 et -a expingimus (*i. naves onerarias*; fericula *temptavit Detlefsen,* vehicula *Mayhoff*). *quod quis cum -o adipiscitur* : PLIN. nat. 9, 105 parum est, nisi qui vescimur -is etiam vestiamur? VVLG. II reg. 23, 17 (*David aquam a comitibus ex hostium castris allatam recusat*) num sanguinem hominum istorum, qui profecti sunt, et animarum -um bibam? BOETH. cons. 2 carm. 5, 30 auri qui pondera tecti gemmasque ... pretiosa -a fodit.

B ***specialia*** *quaedam*: **1** *in negotiis gerendis* **-um** *subit, qui praestet damnum rei vel operae minutae, interemptae sim. (maxime casu vel vi maiore). ad rem v. Kaser, Privatrecht I² 552 sq.; MacCormack, Zeitschr. Sav. Stift., Rom. Abt. 96, 1979, 129 sqq.; idem, Bull. Istit. Dir. Rom. 82, 1979, 11 sqq.; Ernst, Das klass. röm. Recht der Gefahrtragung beim Kauf, Diss. Bonn 1981. iuxta ponitur* fide *l. 27. 47,* sumptu, impensa *l. 31. 37. 39, opp.* emolumentum *l. 63. 72,* commodum *p. 1462, 7. 8; sub a et b plerumque accedit gen. personae vel pron. poss. (cf. adi.* publicum *l. 44. 55). ceterum hic usus subest haud paucis sub IIC allatis.*

a *abl. modi vel qual.* **-o** (*cf. IIC1; huc inseruimus imagines l. 25 sq. 27*): **α** *cum variis verbis*: PLAVT. Asin. 457 ero huic praesente *argentum* reddam. :: da modo meo -o, rem salvam ego exhibebo (Persa 665 tuo -o sexaginta haec *virgo* da⟨bi⟩tur argenti minis. TER. Haut. 477 quo modo minimo -o id *talentum* demus adulescentulo. MARCELL. dig. 46, 1, 24 des ei nummos fide et -o meo. *al.*). Bacch. 752 meo -o rem gero (VLP. dig. 15, 4, 1, 1 negotium gere -o meo). Persa 524 suo -o is emat, qui eam *virginem* mercabitur ([*repetit emptor* 715 mihi furtivam *virginem* meo -o vendidit]. IAVOL. dig. 17, 1, 36, 2). Trin. 858 ornamenta a chorago haec sumpsit suo -o. *al.* CIC. Verr. II 5, 50 *Mamertini* navem ... sumptu -oque suo ... ornatam mittere debuerunt. 5, 60 *nauarchus* in illo omni negotio non modo labore, sed etiam -o suo versabatur. LABEO dig. 19, 2, 60, 6 locator horrei propositum habuit se aurum ... non recipere suo -o (PAPIN. dig. 6, 1, 63). NERAT. dig. 19, 1, 31 pr. actiones ... -o tuo tibi praestare debeo, ut omne lucrum ac dispendium te sequatur. POMPON. dig. 16, 3, 12, 1 si velit actor suis inpensis suoque -o perferri rem Romam (VLP. dig. 10, 4, 11, 1 [*e Labeone*] -o et impendiis actoris). AFRIC. dig. 30, 108 pr. si servus legatus ... *fugit,* et impensa et -o eius, cui legatus sit, reddi debet. *et saepius apud iuris consultos.* **β** *cum* esse (*abl. qual.? vix dat. fin., nota l. 47. 50 et cf. gen. qual.* AFRIC. dig. 46, 3, 39 [*e Mela*] tui -i eam *pecuniam* fore): CIC. Att. 4, 7, 2 tibi nummi meo -o sint. 6, 1, 6 (*agitur de pecunia debita*) rem illam suo -o esse. LIV. 23, 49, 2 ut, quae in naves inposuissent, ab hostium tempestatisque vi publico -o essent. LABEO dig. 19, 1, 54 pr. ea res tuo -o non est, si *eqs.* TAB. cer. Pomp. (Abh. Heidelb. Ak. 1989, 3 p. 27) 5, 16 (*a. 37*) quae *deposita* ab omni vi -o meo esse fateor (*sim.* Année Épigr. 1972 n. 87 [*a. 37*]. 1974 n. 270 [*a. 41?*] fide et -o meo [*item* n. 274 *a. 45.* TAB. cer. Herculan. 71 *a. 59*]. 1978 n. 139 [*a. 40; v. textum corr. apud Bove, Documenti ..., 1984, 62 sq.*]). POMPON. dig. 13, 6, 13, 1 *non* ante eam rem quaestui cuique esse oportet, priusquam -o eius sit. 23, 3, 15 quod evenit *post venditionem,* emptoris -o est (AFRIC. dig. 46, 3, 39). FLORENT. dig. 19, 2, 36 conductoris. *ibid.* locatoris. VLP. dig. 47, 2, 12 pr. qui non habet quod perdat, eius -o nihil est. *al. apud iuris consultos.*

b *forma* '-um est *alicuius*' (*adi. pro gen.* LIV., *pron. poss. l. 58. 63*; -um *iuxta* -o FLORENT.): LIV. 25, 3, 10 publicum -um erat a vi tempestatis in iis quae portarentur ad exercitus. LABEO dig. 19, 2, 62 si rivum, quem faciendum conduxeras et feceras, antequam eum probares, labes corrumpit, tuum -um est (*ad eandem rem*: PAVL. *ibid.* si soli vitio id accidit, locatoris erit -um, si operis vitio accidit, tuum erit detrimentum. *cf.* FLORENT. dig. 19, 2, 36 opus ... donec adprobetur, conductoris -um est [*postea bis*: -o est]). IAVOL. dig. 24, 3, 66, 7 dotis -um, quod viri fuisset, ad mulierem *heredem* pertinere (NERAT. dig. 23, 3, 53. *al.*). CELS. dig. 17, 1, 48, 1 *ut* meum in eo -um, meum emolumentum sit. GAIVS dig. 18, 6, 16 si *eqs.* ..., emptoris erit -um (PAVL. dig. 18, 6, 8 pr. *al.*). *al. apud iuris consultos.*

c *cetera exempla* (*selecta; cf. p. 1459, 37*): CIC. Mur. 3 is -um iudicii praestare debet, qui se nexu obligavit (IVLIAN. dig. 23, 3, 46 pr. VLP. dig. 18, 6, 4 pr. -um acoris vel mucoris venditor *vini* p. debet. *et saepe apud iuris consultos; usu latiore*: CAES. civ. 3, 17, 5 -um p. *legatorum*). fam. 2, 17, 4 Laodiceae me praedes accepturum arbitror omnis pecuniae publicae, ut et mihi et populo cautum sit sine vecturae -o (IVLIAN. dig. 18, 2, 10. POMPON. dig. 33, 1, 7 [*e Q. Scaev.*]. *al.*). IAVOL. dig. 18, 4, 10 ut, quemadmodum emolumentum negotiationis, ita -um ad emptorem pertineret (18, 6, 17. 24, 3, 66, 7 *v. l. 61.* CELS. dig. 17, 1, 48, 2. *et saepe. vice versa e. g.* PAVL. dig. 19, 2, 54, 2 *servus* ad -um colonae pertinebit). PAPIN. dig. 22, 2, 4, 1 post diem -i. 26, 7, 40 -o contumaciae vel neglegentiae non adstringetur *curator* (31, 77, 18 *heredes* nominum -o ... non adstringuntur, non magis quam praediorum. COD. Iust. 4, 65, 7 [*a. 227*] posterioris temporis -o adstringi. 5, 36, 2 [*a. 228*] *tutor* -o administrationis). VLP. dig. 18, 6, 1 pr. si venditor se -o subiecit, in id tempus -um sustinebit, quoad se subiecit (*bis ibid. et al.*). 26, 7, 43 pr. tutor -o eximitur. COD. Theod. 12, 7, 3 sub condicionalium oculis ac -is *metallum examinatur.* DIG. 18, 6 rubr. de -o et commodo rei venditae. 26, 7 rubr. *de* -o tutorum et curatorum (COD. Iust. 5, 38 rubr.). COD. Iust. 4, 48 rubr. de -o et commodo rei venditae. *al.*

2 *in iudiciis sim.*: **a** *spectat ad calamitatem reorum* (*saepius notione deflexa ponitur fere pro causa publica, v. maxime l. 38 sqq. et nota iuxta posita* iudicium *l. 18. 20. 21 sq. 24,* causa *l. 21*): **α** *usu sollemni* : Ⓘ *exempla varia selecta* (*fortasse huc spectat iam* TER. Phorm. 333): RHET. Her. 1, 13, 23 *frater Malleoli capite damnati* eum oppugnaverat in eius -o. CIC. S. Rosc. 148 summa res publica in huius *rei* -o temptatur. Verr. II 1, 97 ut se -o litium, coniunctione criminum liberarent. Cluent. 17 ego, qui ad hominum -a defendenda adiungerer (depellenda *var. l.*). 18 hoc ... iudicium, hoc -um, illa accusatio. Mur. 10 pro amici -o dicere. Sull. 79 in magnis disquisitionibus repentinisque -is. Arch. 3 in iudiciis -isque. Flacc. 96 *nos* ab indicibus nominamur, in nos crimina finguntur, nobis -a comparantur. de orat. 2, 192 in causis, in iudiciis, in amicorum -is *eqs.* 3, 122 in civium disceptationibus, ... in -is, ... in deliberationibus publicis. part. 112 depellendi criminis vel perrumpendi -i. fam. 5, 17, 2 cum in tui familiarissimi iudicio ac -o tuum crimen coniungeretur. SALL. Iug. 40, 2 ex partium invidia -a metuentes. SEN. contr. 3 praef. 5 (*de Cassio Severo*) *nullam* materiam dicendi nisi in -is suis habuit. VAL. MAX. 6, 9, 1 reum iudiciali -o liberavit. QVINT. inst. 2, 15, 9 Phrynen non Hyperidis actione ..., sed conspectu corporis ... -o liberatam. 6, 1, 36 in -is maxime versatur advectus (*disting.* privatae ... causae). 10, 1, 36 *non* eandem esse condicionem ... litium ac disputationum, fori et auditorii, praeceptorum et -orum. decl. 250, 3 *ignominiosus ne* in causam educendi potestatem haberet, ne reum faciendi, ne in -um perducendi. TAC. dial. 13, 1 licet illos *oratores* certamina et -a sua ad consulatus evexerint. ann. 2, 29, 1 *reus* vocem adversum -a poscere. 6, 7, 5 multorum -a et poenas. 6, 10, 1 ne feminae quidem exsortes -i (*postea*: argui, incusabantur). PLIN. epist. 10, 96, 9 multi *Christiani* ... vocantur in -um et vocabuntur (*antea*: periclitantium). paneg. 45, 2 delationibus et -is. AMM. 15, 2, 1 sonante -orum iudicialium tuba. *al.* Ⓘⓘ *accedit gen. forensis* : CIC. Cluent. 25 qui sibi delationem nominis et capitis -um ostentarat (57 in -is capitis ... deterrimus ... patronus adhibetur. *al.* QVINT. inst. 4, 2, 122 c. aut fortunarum. *al.*). Cael. 16 ambitus. COD. Iust. 4, 1, 2 (*a. 223*) -um ... corporis vel maiestatis crimen.

? **β** *metaphorice de censura poematis* : CIC. leg. 1, 4 (*quaeritur, num Cicero in 'Mario' vera a fictis distinguere debuerit*) faciunt inperite, qui in isto -o non ut a poeta, sed ut a teste veritatem exigant (*dubitanter huc trahit Kenter, 1972, ad l. propter colorem iudicialem totius loci; alii sec. p. 1459, 56 sqq. opusculum experiendi gratia confectum intellegunt*).

γ *metonymice de reo periclitanti* : QVINT. decl. 254, 19 pares sententiae -o prosunt.

b *spectat ad poenam, condemnationem, supplicium* (*c. acumine de poena mortis l. 65. 68. 74; cf. sub 4 e. g. p. 1463, 59. 67 sqq.*): CIC. Verr. II 5, 171 *ut* iste ... illa cruce dignus, ceteri omnes simili -o indignissimi iudicentur. Font. 49 (*antea*: poenas ... sufferre) a quo -o defendite, iudices, civem fortem. CAES. civ. 3, 83, 3 unam fore tabellam *eorum,* qui liberandos omni -o censerent, alteram, qui capitis damnarent, tertiam, qui pecunia multarent. SEN. clem. 1, 26, 1 crudelitatem privatorum ... serviles manus sub certo crucis -o ultae sunt. CVRT. 4, 6, 6 silentium vitae -o sanxerat (COD. Theod. 12, 1, 97 -o et fortunae ... et v. LEX Visig. 6, 5, 19 v. -um aut dispendia facultatum. *al.*). SIL. 6, 290 *vates nos* seris monuere -is (*cf. Delz in app. crit.*). HYG. fab. 8, 2 quam *Antiopam* pater cum punire vellet propter stuprum minitans -um. Ps. APVL. Ascl. 25 capitale -um constituetur in eum, qui *eqs.* (COD. Theod. 8, 5, 41 ⌞c. -i⌟ acerbitate proposita ... prohibemus *aliquid* [*Cod. Iust. 12, 50, 10* gravissimae poenae]. COD. Iust. 1, 27, 1, 20 c. -um sustinebit [*postea*: ultimo supplicio subiacebit]. *al.*). TERT. apol. 5, 2 *Tiberius* comminatus -um accusatoribus Christianorum (*huc trahimus cum Eusebio hist. eccl. 2, 2, 6 [vertit per θάνατον] et Oros. hist. 7, 4, 7* mortem; *alii sec. a intellegunt*). ieiun. 10 p. 288, 21 *Ionathan praecepti neglecti accusatus* vix ... -o exemptus (*cf. I reg. 14, 45* moreretur). COD. Theod. 1, 16, 5 capitis fortunarumque omnium -um sustinebit (11, 8, 1 COD. Iust. 12, 59, 10, 2). 5, 8, 1 -o subiugari (*antea*: poena). 12, 1, 113 condemnationi obnoxios et -o. CASSIOD. var. 1, 30, 2 *si senator famulum reum* praesentare distulerit, noverit se ... nostrae ingratitudinis ... -a subiturum (*cf.* COD. Iust. 1, 27, 2, 17a -o indignationis ... subiacebit). BENED. reg. 2, 26 *abbas* radicitus ea *peccata fratrum* ... amputet memor -i Heli sacerdotis (*sc. morte puniti, v. I reg. 4, 18*). *al.*

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

peridromē *f., περιδρομή.* [*περιδρομήν edebatur olim sec. Hraban. pro περίβολον* Hier. in Ezech. 43, 13 l. 866, *pro περιγραφήν ibid.* l. 886.] *fere i. q. conversio, replicatio sim.* (*adhibetur de mulieris passione q. e. suffocatio matricis*): Ambr. in psalm. 118 serm. 19, 1, 2 concluditur femina, cum fit -e matricis, qua pectoris ipsius premitur principale (*cf. postea*: nisi in locum suum ... revocetur *matrix*).

?**peridromus** *m., περίδρομος. fere i. q. ambitus, circuitus sim.*: CIL III 10904 deo sancto Libero -drumus (*si sic legendum; lapis periit*).

periecticus, -a, -um, *περιεκτικός. exstant nom./acc. sg.* -on (*-όν*), *pl.* -a (*-ά*). **1** *t. t. gramm., i. q. comprehensivus, continens* (*fere neutr. pro subst.*): Diom. gramm. I 322, 26 *nomina appellativa quaedam* nomen traxerunt ex his, quae continentur, ⟨quae⟩ Graeci -a (periecta *var. l.*) appellant, ut vinetum rosetum. Prisc. gramm. II 124, 2 *et* III 498, 7 (*v. supra vol. III 2156, 43 sqq.*). **2** *t. t. med., i. q. tenax* (*cf.* Gloss.^{L} II Philox. TE 54 tenax: *ἐγκρατής, -ός, σκνιφός*): Ps. Soran. quaest. med. 90 (*inter differentias aegritudinum*) -on nosema (96 quid est -on n.? aegritudo, quae neque amputari neque transferri potest *eqs.* [*περιεστηκός Ps. Galen. utroque loco, sc. XIX 388. 390*]).

periēgēsis, *acc.* -in *f. περιήγησις. i. q. descriptio orbis terrarum* (*sc. qua verbis lectores circumducuntur; in titt. librorum*): Plin. nat. 1, 5 ind. auctor. ext. *Posidonius scripsit περίπλουν* aut *-ιν* (-hegesis *var. l.*). Prisc. periheg. tit. -is (*v. Henriksson, Gr. Büchertitel, 1956, 97 sq.*).

periēns *v.* pereo. **perierāt-** *v.* peierat-.

periergia, -ae *f., περιεργία.* **1** *fere i. q. curiositas sim.: in arte rhet. de affectatione vitiosa*: Qvint. inst. 8, 3, 55 *inter vitia* est etiam, quae -a vocatur, [cum] supervacua, ut sic dixerim, operositas, ut a diligenti curiosus .. distat *eqs.* *per prosopopoeiam* (*in neutram vel bonam partem dici videtur*): Mart. Cap. 2, 111 cum talia virgo *Philologia* componit, pedisequa eius -a ..., quid ageret, conspicatur. 2, 146 -a ... curiose universa perscrutans atque interrogans. **2** *i. q. actiones vel artes magicae, superstitiosae sim.*: Iren. 1, 24, 5 *Basilidiani* utuntur ... magia et incantationibus et invocationibus et reliqua universa -a (par- *trad.*).

periergus, -a, -um, *περίεργος.* **1** *i. q. affectatus sim.*: Qvint. inst. 1, 6, 19 *'calidum' pro 'caldum' dicere est* odiosum et, ut ipse *Augustus in epistula* graeco verbo significavit, *-ov.* **2** *i. q. magicus, superstitiosus sim.*: Iren. 1, 23, 4 amatoria ... et agogima et qui dicuntur paredri et oniropompi et, quaecumque sunt alia -a (pariergia *var. l.*), apud eos *Simonianos* studiose exercentur. *fort. huc addatur masc. pro subst.*: Avg. in psalm. 61, 23 l. 33 (*de mathematico agens libere refert act. 19, 19 τῶν τὰ -α πραξάντων*) multi ⌞-i⌟, id est talium artium homines et doctrinarum nefariarum sectatores (⌞ ⌟ *codd. pars, ut docet Primmer per litteras,* perieri(n)t, perditi *et al. var. ll.* [*sc. sec. l. 38* perditi]).

periero *v.* peiero.

periestigmenē, *περιεστιγμένη. i. q. punctis circumdata* (*sc. de nota gramm., quae versibus apponebatur*): Not. Suet. gramm. VII 533, 4 > diple; ≻diple -e (535, 16 d. -e apponebatur in his, quae Zenodotus Ephesius non recte ... permutaverat [*cf. 535, 7* diplen aperistikton]. *inde* Isid. orig. 1, 21, 15 d. *-η,* id est cum geminis punctis [perist- *fere trad.*]).

perif- *v.* periph-. **perigion** *v.* pterygion.

[perīgnārus *a* per *et* ignarus *derivandum v.* Sall. *sub* pergnarus.**]**

perigraphos, *περίγραφος. fere i. q. circumscriptus*: Mart. Cap. 6, 715 (*agitur de tropis figurarum planarum*) graecis nominibus sic appellantur: ... quintus *-ος* (-phos, -phas *sim. trad.*). *ibid. -ος* tropus est, qui docet, quemadmodum datum circulum ... quadrato concludamus schemate (-phos, -phus *trad.*).

perigraptus *falso versum vel traditum videtur pro* parengraptus Conc.^{S} I 2 p. 57, 18, *cf. supra p. 352, 54 sqq.*

perihermēnīa, -ae *f. coaluit e περὶ ἑρμηνείας. scribitur saepius* -ier-. *i. q. de interpretatione*: **1** *plur., sc. in titulo libri Aristotelis* (*hic illic fortasse pro nom. propr., vel pro ipsa arte interpretandi ut sub 2; usus ortus ex locis, ubi titulus quasi pro acc. plur. accipi potuit, v. e. g.* Hier. epist. 50, 1, 2 hunc ... non legisse ... *κατηγορίας* Aristotelis, non *περὶ ἑρμηνείας eqs.* Boeth. in categ. comm. 1 p. 162^{C} ante -as. in herm. comm. pr. tit. in -as Aristotelis. Cassiod. inst. 2, 3, 11 quando -as scriptitabat *Aristoteles.* 2, 3, 18 -as ... Victorinus transtulit in Latinum): Cassiod. inst. 1, 15, 8 unde ... Aristoteles -as suas ad liquidum perducere potuisset, nisi *eqs.* Isid. orig. 2, 27 tit. de -iis. 2, 27, 2 praefatio -arum. 2, 27, 4 in his itaque -iis *eqs.* 2, 27, 7 in libro -arum. *ibid.* utilitas -arum haec est, quod ex his interpretamentis syllogismi fiunt. *addas var. ll.*: Titvlvs Ps. Apul. herm. incipiunt -ae (-as *codd. pauci, -ῶν unus*). Boeth. herm. tit. -iae (liber -arum, liber -as *var. ll.*). Cassiod. inst. 2, 3, 11 (*inde sim.* Isid. orig. 2, 27, 4) in -iis (-as *var. l.*). **2** *sing., sc. fere de arte ipsa interpretandi*: Isid. orig. 2, 27, 3 hanc Aristoteles ... -am (-an *var. l.*) nominat, quam interpretationem nos appellamus (*inde* Gloss.^{L} I Ansil. pe 801 -a: interpretatio).

perihodus *v.* periodus.

perilē(m)pticus, -a, -um, *περιληπτικός. i. q. comprehensivus, collectivus* (*fere neutr. plur. pro subst.*): Diom. gramm. I 322, 24 *inter nomina* sunt quaedam positione singularia, intellectu pluralia, quae Graeci -a nominant, ut contio populus exercitus ([-lemt- *trad.*]. *sim.* Prisc. gramm. II 176, 14 quae etiam comprehensiva dicuntur, id est *-ά* [*-λημπ- sim. codd.*]).

perilēptus *e coni. dub.* Porph. Hor. epod. 5, 1 *pro* perineptus, *q. v.*

perileucius, (-ī) *m., περιλεύκιος. i. q. genus lapidum margines albos habens: species hyacinthi*: Epiphan. Avell. 244, 35 *hyacinthus alius* vocatur rhodiaeus, alius oppalius, rursus alius -us (*cf. Migne gr. 43, 300^{B} παραλεύκιος*). *species achatis*: Epiphan. Avell. 244, 40 achates ... lapis est aestimatus esse ⌞-us⌟, qui post hyacinthum lapidem ponitur; est ... colore caeruleus, exteriorem circulum habens album *eqs.* (⌞ ⌟ -tius *trad.; potius subst. quam adi., cf. Migne gr. 43, 300^{B} περίλευκος καλούμενος*).

perileucos, (-ī) *f.* (*?*), *περίλευκος. nomen gemmae*: Plin. nat. 37, 180 -os fit ab oris gemmae ad radicem usque albo descendente (*cf.* 1, 37, 66 -os [pyrileucus *var. l.*]).

perillūstris, -e. *a* per *et* illustris. *i. q. admodum illustris: de homine*: Cic. Att. 5, 20, 1 (*scribit proconsul*) *Laodiceae* morati biduum -es fuimus (fuerunt *trad.*). *de actione*: Nep. Att. 12, 3 (*agitur de Attico deprecante amicorum pericula aut incommoda*) quod ... sub ipsa proscriptione -e fuit; nam *eqs.*

perīlum *n., vox veriloquii causa quasi a* perire *ficta*: Varro ling. 5, 116 *dictum* ab [h]omine pilum, qui hostis periret, ut -um (*v. app. crit.*).

?**perimachia,** -ae *f., περιμαχία* (*in gr. non legitur; cf. ἐπι-, συμμαχία*). *fere i. q. ratio impugnandi* (*dicitur de impetu forensi*): Sidon. epist. 1, 7, 6 (*ad rem cf. 1, 7, 5*) deferimus ... nil tale metuenti *praefecto* totam -am, quam ... *inimici* occulere in tempus iudicii meditabantur (perm-, -nam *sim. var. ll.,* per⟨niciter⟩ machinam *Luetjohann*).

Petron. 52, 9 *Trimalchio* Syrum histrionem exhibebat concinente tota familia: madeia **perimadeia.** *obscurum; explicationum temptamina v. e. g. Romani mimi, ed. Bonaria, 1965, 88 et 139, addas e. g. Baldwin, Emerita 52, 1984, 295 sq.*

perimbēcillus, -a, -um. *a* per *et* imbecillus. *i. q. valde imbecillus: proprie*: Cic. Att. 10, 18, 1 (*de puero ἑπταμηνιαίῳ*) quod ... est natum, -um est. Varro rust. 3, 10, 5 -um ... id *collum anserum est,* ut caput molle. *translate*: Svlp. Sev. chron. 2, 17, 3 *post mortem Alexandri Arridaeo* -o verbo datum imperium videbatur, re[s] autem penes eos erat, qui *eqs.*

perimēlides, -um *f., περιμηλίδες* (*in libris gr. non nisi ἐπιμηλίδες leguntur*). *nomen nympharum, quae oves curant*: Serv. auct. ecl. 10, 62 ab ovibus nymphae -es (-bel- *trad.*), a fluminibus naides, a pratis limon⟨id⟩es *eqs.* (*cf. antea*: dryades ... oreades).

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ad vol. X 1

quibus accedunt addenda quaedam selecta
(plura latent in schedis nostris novissimis, quae continuo augentur)

p. *p. 3, 23 legas*: 4. 5. *pro* puella *v. vol. X 2, 2504, 69*).
[pabii: barba GLOSS.^{L} I Ansil. PA 2. *corruptum*; pubis: b. *Usener, fort. recte coll. vol. X 2, 2435, 35.*]
pābulatōrius. *post p. 4, 63 addas*: TAB. devot. Année Épigr. 1993 n. 1087 (*e Britannia*) ⌊-am⌋ quicumque ⟨illam⟩ involasit (*per archaismum, i.* -vit) ..., mo⟨ri⟩atur (⌊ ⌋ *sc. molam*; paulatoriam *trad.*).
pābulor. *p. 5, 8 legas*: ierat (*cf.* perioch. 57, 9 exierant).
pābulum. *p. 9, 84 legas*: COLVM. 1, 5, 1.
pachymerēs. *p. 12, 6 legas: var. lect. p. 11, 81.*
pro p. 12, 44 sq. legas: **pācifero,** -ātum, -āre. *a* 1. pax *et ferre vel a* paci-fer. **1** *pass., i. q. pacificari, pace donari sim.* (*ad notionem cf. pass.* animadverti): VET. LAT. Iob 3, 26 (cod. 91. *al.*) neque sum -tus neque silui (*gr. εἰρήνευσα, Hier. interpr. Iob* in pace fui, *Vulg.* dissimulavi). **2** *act.*: GLOSS. II 286, 30 -o: *εἰρήνην ἄγω.*
pācifico. *p. 13, 42 pro* 181, 1 *legas*: 31, 11.
pācificus. *p. 14 in marg. inf. legas: [Fröhlke]. p. 17, 62 legas*: 483, 1.
pacīscor. *p. 19, 13 legas: vectigalis.* 44, 23, 2 argenti talenta**)**. *p. 20, 42 addas*: PVBLIC. Aug. epist. 46, 1 ad deducendas bastagas.
2. pāco. *p. 21, 74 legas*: solo paca⟨to. *post p. 23, 84 inseras lineas tres, quae errore typothetae p. 24, 84–25, 2 sunt impressae.*
pactio. *post p. 24, 83 legantur p. 25, 3 sqq. p. 25, 13 legas*: ad privatas res. *p. 25, 16 legas*: coniuncta *civitas. p. 25, 29 legas*: pacis lex sit servitutis.
pactuor. *p. 27, 66 legas*: Vales. 11, 49 *Zenoni.*
paeānista, -ae *m., παιανιστής. i. qui paeanem cantat* (*plur. de sociis collegii; loco manco*): EPIST. imp. Sept. Sev. (CIL VI 31330) 4 Severus -is: potestis *eqs.*
paedagōgium. *p. 30, 70 addas*: TAB. devot. Zeitschr. Pap. Epigr. 167, 2008, 207 l. 2 sq. (*e Britannia; saec. II/III*) qui frudum, *i. fraudem,* fecit de -o (padoio *trad.*) ..., qui furtum *fecit* de -um (padaoium *trad.*).
p(a)edor. *p. 36, 4 legas: pedica, ut subsit* 3. pedo*? v. enim p. 982, 10 sq. et cf. p. 647, 48*). *p. 37, 20 legas: deriv.*: pederosus (*sc.* pedor-); *cf. ?* p(a)edatum, paedidus.
paelex. *p. 38, 46 legas: matronae* nos.
1. paelicātus. *p. 40, 66 addas*: COMMENT. Lucan. 8, 104 (*v. p. 39, 68*).
paene. *p. 41, 7 pro* PROP. *legas*: VITR., PERS.
paenitet. *p. 61, 23 legas: probant Ciceronis obtrectatores* GELL.
paenula. *p. 69, 30 ante* SVET. *inseras*: TAB. Vindol. II 196, 3. 5.
p(a)enūria. *p. 74, 76 legas*: 386, 23.
paeōnia. *p. 75, 81 legas*: GLOSS. *al., v. p. 2185, 33 sqq.*
pāgarchia. *p. 84, 22 legas: 96, 41.*
pāgēius. *p. 84, 32 legas: 94, 49.*
pais. *p. 96, 62 legas*: RVFIN., pe- EXC. barb. *p. 96, 67 addas: i. q. filius*: EXC. barb. p. 310, 9 -es Casandrus (*cf. Hier. chron. a. Abr. 1718* filii Cassandri).
1. pāla. *p. 97, 3 inseras: loco corrupto trad.* COLVM. 3, 9, 3. *p. 97, 45 inseras*: PS. SORAN. quaest. med. p. 366, 9 -ae duae (*cf. supra p. 96, 77*).
palaestra. *p. 99, 71 legas*: turbae ac fori.
palam. *p. 102, 19 addas: vox deest e. g.* PROP., VITR., CELSO, COLVM. *p. 102, 31 legas: plures* (*cf.* CAPER gramm. VII 97, 10 ad multos refertur). *p. 107, 31 legas*: concreditumst.
palē. *p. 112, 2 legas*: graece. *de* PACVV. *v. p. 2781, 56 sq.*).
palerae *v.* phalerae. *inserendum p. 117, 11.*
palin. *p. 117, 84 legas: -v. p. 118, 1 ante* CIL *inseras*: PLAVT. Pseud. 1276 (*e coni., cf. p. 574, 66*). Trin. 705 euge, Lysiteles, -n (*-v edd.*).
1. palla. *p. 120, 45 legas*: PACVV. trag. 46 -am [*si recte trad., v. p. 2301, 44*; palam, *i. πάλην, intellexit Schierl, comm. 2006, 171 sq.*].
palliastrum. *p. 127, 34 legas*: ni Zeno.
palliolum. *p. 132, 83 inseras*: TAB. devot. Zeitschr. Pap. Epigr. 161, 2007, 62 l. 3 (*e Germ. sup.; saec. I*) qui[s] sustulit Verionis -um. OSTRAC. Claud. (ed. Bingen al. 1992) 135 (*fere a. 107*) tunicas duas et palliol(um) ... habeo. *p. 133, 11 legas: feminarum* (*cf. var. lect. p. 135, 81*).
pallium. *p. 135, 48 inseras*: PAVL. NOL. epist. 29, 1 -a camelorum pilis texta. *p. 137, 19 inseras*: ENNOD. carm. 1, 10, 1 nigrante tectam -o iam terra noctem suscipit. *p. 137, 39 inseras*: nigrans: ENNOD. carm. 1, 10, 1.
pallor. *p. 140, 35 legas*: instituti.
palma. *p. 143, 3 legas*: dicebat (*sim.* fin. 2, 17 VARRO frg. Cassiod. inst. 2, 3, 2. *cf. Quint. inst. 2, 20, 7* explicatae *manui* ... similem). *p. 144, 51 legas*: 9, 12 ext. 9. *p. 148, 11 legas*: proxima.
palmulāris. *p. 155, 81 addas: i. q. formam palm(ul)ae habens*: PASS. Pion. (BHL 6852) 4 cum ... colonus aut bicorni furca triticum vertit aut -i (*gr. non resp.*).
palumbēs. *p. 171, 66 legas*: 169, 16.
pānārius. *p. 188, 76 inseras*: TAB. Vindol. II 194 B 3 (*contextu mutilo ut*: III 597 b 1).
*?***panc(h)rīa** *v.* pandia. *inserendum p. 189, 80.*
pandīa. *p. 192, 14 legas*: continere (panc(h)riae *Traube et Fridh dubitanter coll.*
2. pando (passum). *p. 201, 18 legas*: psithium.
⁂panselēnus, -a, -um, *πανσέληνος, non nisi pro subst. adhibitum. occurrunt nom.* -os *et* -us, *gen.* -ī, *acc.* -on; *legitur gr. -ος Fav. Eul. 12, 4 Mart. Cap. 8, 864. i. q. plenilunium*: PRAEC. canon. Ptol. 19 -on, id est plenilunium, in diametro solis requires. 37 -i tempus (*al.; pro iunctura ponitur neutr.* -on 38 p. 62, 14 *et* 64, 3). 51 utrum nocturna an interdiana sit sinodus atque -us. *al. in eodem opere* (*v. indicem ed., p. 166*).
pantana: †defecta†, humida, ruscida (*i.* rosc-) SYNON. Gloss. I p. 83 n. 58. *obscurum*; fontana: ⟨ma⟩defacta *temptavit Heraeus in exemplari suo; it.* pantano *'paluster' (sec.* lacus Pantanus *Plin. nat. 3, 103?) confert Gatti in ed.*
2. panthēra. *p. 239, 5 addas*: VEN. FORT. epist. (carm. 5, 6) 11 (*in imag.*) ego incautus passer ... incurri -am.
pāpilio. *p. 254, 24 inseras*: papilionarius.
pāpilionārius, (-a, -um). *a* papilio. *i. qui papiliones, tentoria facit* (*masc. pro subst.*): INSCR. Année Épigr. 1994 n. 1551 (*e Thracia; a. 574/7*) *υἱὸς Κοσμᾶ ... παπυλιοναρίου.*
pappārium. *p. 256, 58 legas*: faceret (pararium *var. l.; varii.*
parabola. *p. 289, 24 legas*: 3, 50. *al.*].
paracmē. *p. 295, 66 addas*: GALEN. ad Glauc. 1, 1, 4 cod. Cass. p. 37^{b} ad -en ..., id est ... ad statum iam declinantis temporis.
paracollēticus. *p. 295, 82 legas*: 14 *et* GALEN., GLOSS. *p. 296, 3 inseras*: GALEN. ad Glauc. 2, 2, 5 cod. Cass. p. 85^{b} apponens -um emplastrum (*al. ibid.*).
paragōgē. *p. 304, 39 legas*: 441, 17.
[paralixismus *v.* paroxysmus.] *inserendum post p. 306, 42.*
paranymphus. *p. 312, 24 inseras: cf.* PASS. Chrysanth. [BHL 1787] p. 160 archangeli *erunt* -i.
parasēmum. *p. 315, 39 inseras*: TAB. cer. Pomp. Camodeca 106, 4 (*a. 57; loco lacunoso*).
parastrōma. *p. 319, 14 legas*: -atibus *n.*
parasynanchē. *p. 319, 20 legas*: -ēn *f.*
1. parātio. *p. 319, 80 legas: sim.* (*cf. p. 527, 84 sq.*).
parātūra. *post p. 321, 84 inseras: deriv.*: paraturatus.
parātūrātus, -a, -um. *a* paratura. *i. q. paraturā ornatus* (*cf. p. 321, 76*): PAP. gr. Monac. III 1 n. 142, 4 (*saec. VI*) *χαμίσιν* (*i. -ιον*) *παρατουρᾶτον.*
1. parcus. *p. 344, 70 legas*: loquendi (virg. 2, 2, 7 ENNOD.
parēgoria. *p. 350, 69 inseras*: PS. GALEN. ad Glauc. 3, 63, 1 lapis redit intus et tunc urinam faciunt et -am patiuntur *calculosi.*
parento. *p. 369, 84 addas: vix recte restit.* TAB. devot. Année Épigr. 1994 n. 1112 *contra usum verbi (v. p. 370, 1), ita ut intellegatur oblatio Neptuno facta. p. 370, 26 inseras*: S. C. de Germ. (Zeitschr. Pap. Epigr. 55, 1984, 60) I 32.
pariātor. *p. 386, 67 ante* 1975 *inseras*: 1985 n. 889 (*e Mauretania; saec. II ex./III in.*) L. Domitius -r v(ixit) a(nnos) XII (*nisi pro cognomine accipias*).
2. pario. *p. 399, 41 legas: legitur fort. in titulo antiquissimo p. 2782, 58, certe inde. p. 399, 68 inseras*: INSCR. Zeitschr. Pap. Epigr. 121, 1998, 258 (*in vaso; saec. V in. a. Chr.?*) nei pari med (*si huc pertinet*). *p. 401, 51 inseras*: CIL I^{2} 1215 [= CE 59], 6 auxsilium ac d. *p. 409, 42 deleas*: dei-. *post p. 409, 43 inseras: cf. Onom.*
paristhmia. *p. 409, 69 ante* ORIBAS. *inseras*: MARCELL. (*cod. P*).
[1. parix *trad. loco obscuro* GLOSS. Aynard. F 68 (= GLOSS. V 619, 43) fertor vel -x est pater. *cf. vol. VI 1, 589, 43.*]
2. parix, -cis (*f.?*). *nomen avis*: GLOSS. Aynard. P 97 -x, -is: avis omnium minima (*formam corruptam vocis q. e.* parra *latere proposuit Goetz dubitanter, sed cf.* paruca *p. 2783, 18*).
parizōma *v.* perizoma. *inserendum post p. 410, 44.*
parodos, *gen. pl.* -ōn *f., πάροδος. significatur cursus stellae* (*t. t. astrol.; cf.* parodicus): PRAEC. canon. Ptol. 38 p. 62, 7 duo -on collecta

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(parodum *fere trad.; gr. Theo Alex. p. 280, 15 δύο παρόδων συναγόμενα*).
parōtidicus, -a, -um, *παρωτιδικός* (*quod gr. alibi non legi vid.*). *i. qui parotide laborat* (*masc. pro subst.*): FRG. med. Tolet. 1.6 *emplastrum* facit podagricis, -is (paratotitis *cod.*).
paroxysmus. *p. 438, 68 ante* ORIBAS. *inseras*: GALEN. ad Glauc. 1, 1, 3 cod. Montepess. fol. 122^{r} impetum -i primi, id est primae commotionis. *ibid. iterum* (*scrib.* por-). 1, 3, 5 cod. Cass. p. 48^{b} paralixismi. *al. in eodem opere.*
parpo *v.* 1. palpo. *addendum p. 438, 76.*
parrula. *p. 448, 60 legas*: [paruca *trad., fort. recte; v. enim p. 2783, 18*].
pars. *locum* CIC. Tusc. 3, 44 *vix recte p. 472, 53 allatum inseras p. 474, 58.*
partiārius. *p. 492, 75 addas*: INSCR. Année Épigr. 2003 n. 1079 (*Arelate; saec. II ex./III*) *cuidam* -ri colleg(a)e posuerunt (*super imag. navis et instrumenti cuiusdam*).
participātio. *p. 499, 24 inseras*: HIER. Didym. spir. 53, 231 *ut* spiritus ... sanctus -e sui bonos efficiat.
1. partio(r). *p. 522, 74 legas*: participes aequiter -ta est.
paruca: hicae (*anglosax.*) GLOSS.^{L} Corp. P 176. *nomen avis* (*cf.* 2. parix); parrula *corr. Lindsay, sed textum receptum def. Milani, Rendic. Ist. Lomb. 113, 1979, 67 coll. Gloss. Ælfric. 132* (*med. aevi*) parrax: wrenna vel hicemase.
[parvicordius *v.* pravi- *vol. X 2, 1135, 40.*] *inserendum p. 543, 30.*
pāstūra. *p. 647, 56 legas: inde a* VET. LAT. (*sub 1b*), PALLAD. *p. 647, 75 inseras*: VET. LAT. Is. 34, 17 (Ps. Aug. spec. 129) *manus dei* divisit -am *cervis* (*cf. gr. διεμέρισε βόσκεσθαι, Vulg. aliter*). *p. 648, 9 legas: Luc. 15, 15; item fere* SERM. Rev. Ét. Aug. 25, 1979, 141).
pateo. *p. 667, 65 legas*: patibulum, 2. patibulus, paticabulum (*?*), patidus. *p. 667, 67 legas*: per-, pro-, subpateo.
pater. *p. 678, 32 legas*: 40 (*in responso haruspicum*) ne. *p. 684, 13 legas: l. 28. p. 692, 36 legas*: omni-, pro-, verbipater.
paternitās. *p. 695, 3 legas: l. 27.*
paternus (paternē). *p. 702, 7 addas*: NOVELL. Iust. 8, 8 pr. *decet magistratus fisci* devotis ... -e se exhibere (*gr. resp. πατρικῶς ut*: 8 iusiur. p. 90, 27. 18, 3 secundum quae *testamenta* morientes non -e ... fecerunt institutiones).
2. patibulus. *p. 708, 32 deleas '?'. p. 708, 33 deleas*: (*si recte legitur*). *p. 708, 35 addas*: PLIN. phys. Sang. p. 243 l. 28 in vaso -o.
patior. *p. 741, 18 legas*: praepatior; perpetior.
patrōcinālis. *ad p. 774, 19 sqq.: iunctura* tabula -is *legitur iam binis locis in* INSCR. Année Épigr. 1991 n. 713 (*Fidentiae; a. 206*).
patrōcinātio, -ōnis *f.* *a* patrocinari. *i. q. actio patrocinandi*: CONC. Narb. a. 589 p. 254 l. 10 aliquanta *recapitulare,* qu(a)e iuste et pie sunt edita et per ⌞-is⌟ potestatem non subplebantur (⌞ ⌟ *sc. regis, cf. postea*: domni nostri sub pr(a)efationibus).
patrōcinor. *p. 780, 1 addas*: patrocinatio.
patruēlis. *p. 791, 56 inseras titulum aet. Aug.* CIL VI 8409 *perperam allatum p. 791, 59.*
patulus. *p. 797, 16 inseras: compos.*: propatulus.
paucus. *locum* HIER. epist. 23, 1, 2 *perperam p. 802, 2 allatum inseras p. 805, 30; cf. Adkin, Eranos 101, 2003, 4.*
[paulātōrius *v.* pabulatorius.**]** *inserendum post p. 824, 30.*
pauper. *p. 842, 58 legas: cuius priori parti.*
pausārius. *p. 858, 21 addas*: INSCR. Année Épigr. 2004 n. 1020 (*e Germ. sup.; saec. II ex./III in.*) L. Vettonius Secund⟨us⟩ dec(uriae) III -orum (1021). 1022 ge⟨nio pausa⟩riorum vexsill(ationis) vet(eranorum).
pausātio. *p. 858, 47 inseras*: OP. imperf. in Matth. frg. 4, 4 l. 100 *deus* creaturae suae in diebus sabbatis -em donasset; sol currit *eqs.*
[pecorobon *nomen herbae corrupte trad.* PS. APVL. herb. 3 l. 48 (*v. app. crit.*).**]**
pecuīnus. *p. 921, 7–9 legas*: pecunia *l. 19 – v. p. 935, 66 – subst. l. 12.*
pecūlium. *p. 933, 41 legas*: (Peculius, -a, -um; Peculio).
pecūnia. *ad p. 941, 59: iunctura* -a privata *legitur iam* CIC. Att. 7, 15, 3. 8, 3, 4. *post p. 942, 13 addas*: **3** *praepos.* pro: CHAR. dig. 50, 4, 18, 8 pro capitibus.
[pecusideon *nomen herbae corrupte trad.* PS. APVL. herb. 2 l. 31 (*cf. vol. X 2, 2424, 43 sqq.*). *'puto natum esse ex* ptheron ibeos (*sic γ*) *inepta translatione*; pecus *latine quod graece θηρ⟨ι⟩ον' adnotavit Rabbow in exemplari nostro.*]
4. pedātus. *p. 965, 23 legas*: (*ex Romano*).
pēderōsus (*pro* -dor-), -a, -um. *ita legendum p. 965, 67.*
pedes. *p. 968, 34 inseras*: SEN. epist. 104, 33 *Cato* -s duxit exercitum. CVRT. 7, 1, 34. *p. 968, 52 inseras alterum* CVRTII *locum*: 5, 6, 14 rex ... equo desiluit -sque ... ingredi coepit. *p. 968, 63 inseras*: SEN. Thy. 377.
pedester. *ad p. 971, 35 sqq. (IB1) v. Beikircher apud Paschoud, Mus. Helv. 63, 2006, 160 sq.*
pēdiculāris. *p. 975, 65 legas: sub 1b et 3. post p. 976, 7 inseras titulum* **3** gens -a (*iocose, cf. vol. X 2, 2580, 19*): *huc trahas* IVLIAN. *p. 976, 10 sqq.*
2. pediculārius, -a, -um. *quem tractatum deleas loco* IVLIANI *transposito ad* pedicularis (1. pedicularius).
2. pediculārius, -ī *m.* *ita legendum p. 976, 15.*
2. pediculus. *p. 977, 65 legas: al. apud eundem. p. 977, 65 sq. deleas locum* IVLIANI. *p. 978, 9 deleas*: 2. pedicularius.
3. pediculus. *p. 978, 24 legas*: 2. pedicularius.
pēditum. *p. 981, 48 addas*: PELAGON. frg. (Res publ. litt. 21, 1998, 41) 6 mitte -a.
3. pedo. *p. 982, 22 addas: ?***3** *i. q. pedica iumenti: v.* GLOSS. *p. 36, 2. 647, 48 (cum addendis p. 2781, 31) et* NOT. Tir. *supra.*
pelagicus. *post p. 988, 46 addas: in dedicatione*: INSCR. Année Épigr. 2004 n. 1671 (*e Byzacena*) ⟨...⟩ regi ⟨pe⟩lagico Aug(usto) (*praeceditne nomen divinitatis indigenae?*).
pelargos[is]: ciconia dicitur GLOSS.^{L} I Ansil. PE 181 (cod. Paris.). *sic emendandum; cf. Ambr. hex. 5, 16, 55* retributio beneficiorum *ἀντιπελάργωσις* nominatur; *πελαργός* enim ciconia dicitur.
pellicio. *p. 998, 45 inseras: var. l.* prolicuit *defendimus vol. X 2, 1825, 48 sqq.*
2. pello. *p. 1010, 67 legas*: quianam. *p. 1019, 53 inseras*: pulsor, pulto.
pēlvis. *p. 1021, 47 legas: 1022, 24.*
pendeo. *p. 1038, 13 inseras: aliter Adams, Pelagonius, 1995, 604. p. 1042, 60 legas*: pendicium, pendigo, pendimen, pendulus.
pendīcium, *acc.* -um *n.* *a* pendēre. *significari vid. genus staterae*: CIL VI 5846 (= 825*; *inde 945**) Fausto ad·pendici(um)·cedri (*huc trahas coll. Solin apud Krömer [ed.], Wie die Blätter ..., 1995, 65 sqq.*).
pendīmen, -inis *n.* *a* pendēre (*cf.* pendigo). *i. q. cutis, caro incisa sim., quae pendet*: SORAN. sang. reic. 34 quae aforis sunt -a, *melle* gluctinentur (*cf. Cael. Aur. chron. 2, 13, 161* in externis corporum glutinat divisuras).
pendix. *quem tractatum deleas; v. enim* pendicium.
⁂pēnis. *ita legendum p. 1074, 31.*
penna, **pinna.** *p. 1084, 59 legas: Mus. Helv. 50, 1993, 170 sqq. p. 1087, 47 inseras alterum* LVCANI *locum*: 9, 730 *dracones,* ducitis ... aëra cum -is (*meton. pro tota ave ut l. 45 et* 1, 588 *sub β; v. Wick, comm. II, 2004, 308*).
pennula, **pinnula.** *p. 1099, 19 legas: πίννουλα.*
pēnsilis. *p. 1101, 51 addas: ?***3** *de curru cum capso suspenso*: TAB. Vindol. III 597 a 4 covinni -is iugum (598 b 12 *et* c 4. 599, 5). *p. 1101, 63 legas*: destillato (**(**[*v. vol. X 2, 2739, 55*]. ORIBAS.
pēnsio. *p. 1103, 32 inseras*: PAP. Tjäder 1, 51 (*a. 445/6*). *quem locum deleas p. 1103, 37 sq.*
pēnsor. *p. 1113, 17 ante* 1973 *inseras*: 1994 n. 298 (*Romae; saec. I/II*) *cuidam* pe(n)sori lignario.
pentachordos. *p. 1113, 42 legas: Meiboom.*
pentafolium. *p. 1114, 14 addas*: PS. DEMOCR. med. 98, 12 (*in compositione*) -um, polypodium, tracantum *eqs.*
[pentaston]. *p. 1117, 33 legas: 1116, 12 sq.*
pen(u)ārius. *p. 1121, 73 legas: inde a ?* CATONE (*v. p. 1122, 3*), CIC.
penzōma *v.* perizoma. *addendum p. 1125, 45.*
peplis. *p. 1126, 2 legas*: DIOSC. *l. 11. p. 1126, 4 legas*: de -os *l. 15.*
pepo. *p. 1127, 75 legas: non nisi p. 1128, 38.*
per. *p. 1129, 33 pro* p *littera legas* p *notam. p. 1143, 61 legas: eorum. p. 1166, 43 legas:* ***appendix.***
peradstrictus. *p. 1172, 71 addas*: VINDIC. nat. hum. l. 120 *membrani* consertio non est pera⟨d⟩stricta (perstricta *epit. alt. 27, v. p. 1758, 35*).
peraequātus *v.* peraequo. *inserendum post p. 1174, 5.*
peragro. *p. 1182, 53 legas*: peregrinari.
post p. 1185, 46 desiderari dolemus hoc vocabulum a G. Parker tractatum:
peramārus, -a, -um. *a* per *et* amarus. *i. q. valde amarus, non nisi in imag. vel translate de eo, qui (quod) displicet, offendit sim.* (*minus est* satis amarus *l. 67*): VET. LAT. psalm. 77, 8 (Arnob. Iun. *ad loc.* l. 9. *al.* = PSALT. Rom.) ne fiant *filii* ... genus pravum et -um (*gr. παραπικραίνουσα, cod. 303. al.* exacerbans, *Vulg.* exasperans. *explicat* CASSIOD. *ad loc.* l. 170 supra cunctas acerbitates asperrimum). RVFIN. Orig. in exod. 7, 1 p. 205, 10 amarum satis et -um est ... poculum legis (*inde* CAES. AREL. serm. 102, 1; *respicitur aqua amara* Mara, *exod. 15, 23*). PS. AVG. quaest. test. 102, 24 venenatam malitiam ... et -am *Simonis* (*cf. act. 8, 23* in felle ... amaritudinis). PETR. CHRYS. serm. 72ter, 4 l. 85 *Christus* mortem suscepit -am (amaram *var. l.*). PS. MAX. TAVR. serm. 44 p. 625^{A} diabolo esse subiectum -a condicio est (*opp.* inexpleta ... iucunditas).
[peramus *v. vol. X 2, 2785, 63.*] *ita legendum p. 1188, 9.*
perantīquus. *p. 1188, 48 inseras*: RVFIN. Basil. hom. 9, 3 p. 12, 24 -um est munus istud, *sc. ieiunium* (*gr. ἀρχαῖον*).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

perassus. *quem tractatum deleas; legitur enim* pcrassas *in codice.*
percandidus. *p. 1194, 2 addas*: INSCR. Année Épigr. 1990 n. 811 (*e Pannonia inf.*) percandidi⟨ssimo ...⟩ (*si recte suppl. contextu manco*).
percello. *p. 1195, 54 addas: e coni. falsa* NAEV. com. 77 (*v. p. 1843, 5*). *p. 1196, 33 sq. legas: 1240, 67. p. 1200, 9 inseras*: perculsio.
[percīsco *v. vol. X 2, 818, 41.***]** *inserendum p. 1213, 71.*
perclāmo. *p. 1214, 11 addas: ceterum v. vol. X 2, 1533, 68.*
percrassus. *p. 1224, 69 addas*: PLIN. phys. Bamb. exc. 95 assaturas caprinas *carnes* -as manducet *aegrotus* (*postea*: interania caprina crassa).
percūro. *p. 1228, 26 legas: rei parandae*: VET.
percussio. *p. 1235, 58 post* 173 *inseras*: 175 inflationem arteriae (-am *trad.*) et -em (inflatiorem arteriam et percussiorem *coni. Rose; gr. XIX 408 τῆς ἀρτηρίας ... ἀνευρυνομένης*).
percussūra. *p. 1237, 52 inseras*: ANON. de philos. et part. l. 121 Pythagoram ... invenisse primordia *musicae* ex ... chordarum extensarum -a (per susurra *cod.; corr. ed. coll. Isid. orig. 3, 16, 1, ubi* e. -a *var. l. pro* extensione percussa).
1. percussus. *p. 1237, 55 deleas: sq.*
percutio. *p. 1249, 62–64 ita corrigas: ? compar.: non nisi e coni. dub.* PS. SORAN. quaest. med. 175 (percussionem *trad.*).
perdēclīno, -āvī, -āre. *a* per *et* declinare. *i. q. omnino declinare, cessare*: GALEN. ad Glauc. 1, 4, 4 cod. Cass. p. 55[a] cum -verint *febres quartanae,* adhuc pulsus ... invenitur ... lassus (-verunt *ed. Bonardi,* declinaverint *cod. Montepess. fol. 140[r], gr. XI 22 πανσαμένων*).
perdēficio, -ere. *a* per *et* deficere. *i. q. omnino deficere*: GALEN. ad Glauc. 1, 3, 5 cod. Cass. p. 48[b] *aegrotantes* cibo refici ... iubeas; quod cum fuerit factum, non -ent et perient (*v. var. lect. p. 1250, 20*).
perdēsperno, -ere. *a* per *et* despernere. *i. q. omnino spernere*: IVLIAN. in Am. 6, 2 ut, quos ante per exempla corruperant, eosdem postea fastu ⟨-ente⟩ protererent *populi* (⟨ ⟩ praedae *var. l.*).
peregrīnus. *p. 1308, 61 legas*: et per⟨eg⟩rinis.
perēminēns, -entis *adi.* *a* per *et* eminens. *i. q. valde eminens* (*non nisi superl.*): PS. ASPER gramm. suppl. 40, 7 sq. -issimus prophetarum Elias, ... sapientissimus regum Salomon: '-issimus' ... vel 's.' gradus sunt superlativi.
perexhaurio, -stum, -īre. *a* per *et* exhaurire. *i. q. penitus exhaurire*: VINDIC. nat. hum. l. 152 quemadmodum in balneis aquarum vapor ... distillat a camaris ..., sic intimus calor ... humorem corporalem -tum in caput referet, *ubi fiunt lacrimae, mucus sim.* (*scrib.* -exau-; *cf. epit. alt. 17 p. 472, 11* humor ex(h)austus).
perexīlis. *p. 1346, 67 inseras: de re modica, tenui*: GALEN. ad Glauc. 1, 2, 2 cod. Cass. p. 40[a] *aegrotos* magis abstine et -i atque modica valde di(a)eta ... iuvabis.
perex(s)tinguo, -tīnxī, -ere. *a* per *et* ex(s)tinguere. *i. q. omnino exstinguere* (*respic. Matth. 12, 20* linum fumigans non extinguet): OP. imperf. in Matth. frg. 4, 19 l. 349 *ne eos,* qui iam extincti adhuc modicum fumabant, -ret *dominus* (*sim. ibid.* l. 352. 357).
***?*perextenuo,** -ātum, -āre. *a* per *et* extenuare, *si recte trad.* *i. q. omnino extenuare*: GALEN. ad Glauc. 1, 4, 3 cod. Montepess. fol. 138[r] scio ... quendam *aegrotum* ... in tanto tempore -tum *esse, sc. morbo* (per-ten- *cod. Cass. p. 54[a],* exten- *ed. Bonardi; gr. non resp.*).
perextinguo *v.* perex(s)tinguo. *addendum p. 1347, 65.*
perfectio. *p. 1350, 44 legas*: 217. chron. 1, 4, 101 *requiescat aegrotus,* donec ⟨-e⟩ quadam propria corporis fuerit facta digestio [⟨ ⟩ persecutione *ed. Sichardi,* -e *Rovill. emend.*]. 4, 3, 29).
perfero. *p. 1363, 65 legas: -untur.*
perficio (perfectus). *p. 1373, 50 inseras*: multum -us OP. imperf. in Matth. frg. 4, 2 l. 36.
***?*perfluidus,** -a, -um *v. vol. X 2, 1731, 43 sq. inseras post p. 1395, 67.*
perforāmen, -inis *n.* *a* perforare. *i. quod perforando efficitur* (*sc. aditus, hiatus sim.*): VINDIC. nat. hum. l. 254 quod si ita esset, ut per aliud -n cibum fertur, per aliud potionem descenderet *eqs.*
perforo. *p. 1401, 18 inseras*: perforamen.
perfricātio. *p. 1402, 4 inseras: ceterum pro* praefocatio PS. HIPPOCR. ad Antioch. vers. *β* p. 430.
perfrīgidus. *p. 1406, 27 inseras*: GALEN. ad Glauc. 1, 4, 3 cod. Montepess. fol. 138[r] ratio di(a)et(a)e ipsius non sit perfri⟨gi⟩da et humida (*cod. Cass. fol. 54[a]* frigida; *gr. XI 37 ψύχουσα*).
perfringo. *p. 1406, 30 inseras*: -franguntur OP. imperf. in Matth. frg. 4, 19 l. 354.
perfundo. *p. 1418, 56 inseras: an* pers- *legendum, i.* pessum darent? [*cf. p. 1917, 72 sqq. 1918, 56 sqq.*].
***?*peri(a)eresis** (-sit *cod.*; piereses *ed. Bonardi*) ..., id est rotunda sectio GALEN. ad Glauc. 2, 2, 5 cod. Vindoc. fol. 33[ra] (*disting.* dia⟨e⟩rese, id est sectionis). *a gr. περιαίρεσις, si recte legitur.*
pericarpion (-pum PLIN.) *n., περικάρπιον. ita corrigendum p. 1446, 40, quia infra addi potest* INSCR. Catalon. V n. 50[a] (*in amphora; saec. II[2]/III[1]*) pericarpio(n).
perīculum. *p. 1465, 73 legas: 1166, 64 sqq.*
peripsyxis. *p. 1492, 29 addas*: GLOSS. III 604, 31 (*v. vol. X 2, 1809, 71*).
2. perlego. *p. 1513, 31 legas*: MART. (*octies*).
perlūstro. *p. 1523, 12 legas* animo *et post* omnes *inseras*: (IVL. VAL. 3, 33 l. 752. *cf.* SEN. *l. 13*).
[permagus, -ī *m. vix recte agnitum est* RVFIN. Clement. 10, 68, 4 *Antiochenses* paenitentiam agentes, quod contra praedicationem eius *Petri* -um Simonem suscepissent (-um *codd. pler., ed. Rehm* ['*an* per magum?']; qui ... magum *var. l., ed. Migne gr. 1, 1452[C]*).**]**
permodicus. *p. 1565, 60 addas: acc.* -um *pro adv.*: GALEN. ad Glauc. 2, 1, 10 cod. Vindoc. fol. 28[va] *si* sentit vel ⟨-um⟩, non penitus est insanabilis *tumor* (*opp.* si penitus sine sensu erit; ⟨ ⟩ premodcium *cod. Cass. p. 77[b]*).
permorior. *p. 1566, 61 sq. legas*: Aa p. 165 **(***re vera est* GALEN. ad Glauc. 2, 3, 1 [codd. Cass., Vindoc.; *gr. Galen. XI 135 sq. = Oribas. infra*], *unde* GLOSS.[L] I Ansil. GA 100 [med. p. 37]**)**.
perna. *p. 1580, 59 legas*: lardi -am *tantum* (II 182, 7. PLIN. phys. Sang. p. 274 l. 19 [pronam *cod.*]).
perobscūro, -āre. *a* per *et* obscurare. *i. q. omnino obscurum facere*: PS. CHRYSOST. serm. Mél. Geerard I p. 50 l. 66 nebula ... solis clara radia ad modicum caligat, sed non -at splendorem (*Migne gr. 56, 588[extr.] εἰς τέλος σκοτίζει*).
perparum. *p. 1609, 56 addas*: GALEN. ad Glauc. 2, 1, 11 cod. Cass. p. 77[b] si ... -m sint humida *medicamina,* siccant magis (*antea*: humorem ... nec nimium penitus parum; *gr. XI 104 παντάπασιν ἐλαχίστην*).
perpendiculātor. *p. 1614, 47 legas: mensor* (*cf.* GLOSS. II p. XIII -r: mensor aedificiorum atque parietum).
perpetrātor. *p. 1631, 26 addas*: PASS. Chrysanth. (BHL 1787) p. 161 omnium inauditorum criminum -r.
***?*perpino,** -āre *v. p. 2190, 40. ita legendum p. 1650, 1.*
perplērusque, -a, -um. *a* per *et* plerusque. *non nisi plur., i. q. prorsus plurimi, fere omnes*: PS. AVG. serm. (Rev. Ét. Aug. 39, 1993, 365) 2 defectum solis ... multos ... fuisse miratos ...; -osque autem maxime fuisse permotos, ... quia ... praedictum *est.*
perporto. *p. 1655, 32 ante* GLOSS. *inseras*: TAB. Vindol. III 642 II 5 si tibi opus non sunt *scandulae,* -a obiter.
perputrēsco. *p. 1658, 20 addas*: COMMENT. Hippocr. aphor. (Italia medioev. uman. 4, 1961) p. 49 *stercus caballinum,* dum ... ⟨-trierit⟩, frigidum efficitur (⟨ ⟩ *de forma cf. vol. X 2, 2777, 35*).
[perramus *v. vol. X 2, 2785, 64.***]** *inserendum post p. 1662, 75.*
perrogātio. *p. 1664, 44 legas*: praerogationum *trad.*
perrogo. *p. 1664, 57 inseras*: perioch. 48, 23 [pro- *var. l., ut* PLIN. epist. 4, 22, 3].
***?*persānēsco,** -ere. *a* per *et* sanescere, *si recte restit.* *i. q. penitus sanum fieri*: PLIN. phys. Sang. p. 279 l. 23 *medicamentum* inponito in ulcus ... et usque dum -at (*ed.*; pro- *cod.*), ut celeriter cicatricem ducat.
perscīsco. *p. 1670, 38 inseras*: [*falso trad. pro* prae- *vol. X 2, 818, 41.*]
perscrūtātor. *p. 1676, 6 legas*: demergit (*cf.* PS. AVG. serm. [Rev. Ét. Aug. 39, 1993, 365] 3 -em siderum).
persōnālis (persōnāliter). *p. 1731, 68 inseras*: OP. imperf. in Matth. frg. 1 l. 55 veniebat ... Iesus ad discipulos suos ... non -r, ut videretur in facie ..., sed ... invisibiliter ... eripiens eos *ab inimicis.*
perspicio. *p. 1743, 15 legas*: 10, 21, 1.
perstipticus *v.* perstypticus. *inserendum post p. 1750, 66.*
perstypticus (-stip-), -a, -um. *a* per *et* stypticus. *i. q. valde stypticus* (*de escis sim.*): GALEN. ad Glauc. 1, 4, 8 cod. Cass. p. 59[b] qua *die* non tanguntur *reficiendi* escis calidis et -is.
persulto. *p. 1774, 48 addas*: VIRG. gramm. epit. 8, 4, 4 -o (pro- *var. l.*), cum per aures etiam longe adstantium sonitum penetrare facio (*disting. notiones verbi q. e.* salto *eiusque compos., e. g.* consulto).
2. persum *v.* 3. pessum. *ita legendum p. 1774, 59.*
pertaedeo. *p. 1775, 24 legas*: probavit [*locum affert* NON. p. 161, 9 *sub lemmate* pertidere *restituto ab edd., v. app. crit.*]**)**.
pertenuis. *p. 1780, 75 legas: v. sub 1b.*
[pertenuo *v.* perextenuo.**]** *inserendum post p. 1781, 26.*
pertexo. *p. 1784, 15 legas* **3** *et antea inseras: ?***2** *technice de ratione tegendi, sc. aedificia*: INSCR. Année Épigr. 1990 n. 304 (*prope Cluanam; saec. II ex./I in. a. Chr.*) crepidine(m) circum cumpi(tum), tectum pertex(tum) Sufren(a) ... stat(uit).
pertīdeo, -tīsum *v.* pertaedeo. *inserendum post p. 1786, 30.*
pertraho. *p. 1816, 60 deleas*: (*var. l.* – 184, 7).
perveho(r). *p. 1841, 33 inseras*: APVL. met. 1, 20, 6 vectorem meum, *i. equum,* credo laetari ..., me usque ad ... civitatis portam non dorso illius ...

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-to. *p. 1841, 45 legas*: Siciliae ... -itur. *p. 1841, 61 inseras alterum* APVL. *locum*: 9, 19, 1 *Myrmex* domum celeri gradu -tus.

perversor. *p. 1859, 71 inseras*: AVG. serm. 359B, 13 coll. Dolbeau 1996 p. 338 nonne te inoboedientem dicerem et ordinis -em?

perveto, (-uī), -itum, -āre. *a* per *et* vetare. *i. q. omnino vetare*: PETR. CHRYS. serm. 77, 10 -tae malae arboris ... aspectus, *sc. in paradiso* (pervertitae, vetit(a)e *sim. var. ll.*).

pervius. *p. 1879, 25 pro* 14 *legas*: 4.

petauristārius. *p. 1934, 5 addas*: HERMEN. Celtis gloss. Zeitschr. Pap. Epigr. 166, 2008, 155 n. 26 -us: *ῥοιζοπαίκτης* (*v. ibid. p. 157, ubi laudatur altera glossa* -us: *ἰσχυροπαίκτης*).

peto. *p. 1947, 13 legas: significatur actio eius, qui. p. 1947, 54 legas: verb. p. 1960, 60. p. 1959 in rubrica pro* VO *legas*: VI. *p. 1973, 63 legas: 1968, 6sqq. 1972, 38sqq., per.*

peucedanum. *p. 1990, 19 inseras*: peudec- THESS. TRALL. plant. 2, 5 tit. (*al. in eodem cap.; gr. resp. πευδέκ-*).

peudec- *v.* peuced-. *inserendum p. 1991, 25.*

phagedaenicus. *p. 1993, 18 ante* DIOSC. *inseras*: PS. SORAN. quaest. med. 404 (cod. Lincol. fol. 42ʳ) quid est -us (*i.* -on)? ulcus comedens se.

pharmaceuticus. *p. 2011, 49 addas: neutr. plur. pro subst.* (*de scriptis*): GALEN. ad Glauc. 2, 1, 1 cod. Cass. p. 71ᵃ antidota et alia *remedia* ... in -is et a nobis et a prioribus habes conscripta. *et saepius in eodem opere* (*ubique scrib.* farm-).

pharmacicus, -a, -um, *φαρμακικός*. *i. q. aptum ad pharmacum parandum*: SORAN. app. 16 (*in compositione*) ysopum farmacicum (*Drabkin,* farinaticum *cod. alter,* farmacum *alter, Rose*; farinam tritici *Wolf*).

pharmacothēca, -ae *f., φαρμακοθήκη. significatur locus, ubi medicamenta sim. reponuntur, servantur*: SERM. Rev. Bénéd. 112, 2002, 56 l. 64 (*in imag.*) Christus nostrarum medicus animarum in his -is habet confectas et repositas curas (*antea*: medici scholas, in quibus reconditae sunt vulnerum medicinae).

philocalus. *p. 2022, 33 legas: φιλόκαλος* (*quod gr. resp.*), *et inde* philocalis, *acc.* -em. *p. 2022, 34 legas: sub 1 praeter* PS. CHRYSOST. (*scrib.* fyl-). *p. 2022, 39 addas*: PS. CHRYSOST. serm. Mél. Geerard I p. 48 l. 9 naturaliter ... -em ⌊vel studiosam⌋ (*glossa*) esse animam humanam sciens deus.

philologus. *p. 2023, 32 addas*: INSCR. Année Épigr. 2001 n. 263 (*Romae; saec. I² a. Chr.*) C. Naevius ... medicus chirurg(us), Naevia ... medica philolog(a).

[philosophōs]. *p. 2033, 15 legas*: Hor.

phrūrium, *plur.* -a *n., φρούριον. de qua voce v. vol. X 2, 2394, 5sqq.*

phȳlē. *p. 2061, 41 addas: inscr. Palmyrena*: INSCR. Année Épigr. 2002 n. 1509ᵃ (*a. 52*) Haeranes ... Palmyrenus -es Mithenon (*gr. 1509ᵇ φυλῆς*).

physicus. *de p. 2063, 21sqq. v. quae exposuerit Solin in add. novi suppl. CIL IV* (*ad* CIL IV 6865).

physiologicus. *p. 2066, 43 addas*: COMMENT. Hippocr. aphor. (Italia medioev. uman. 4, 1961) p. 35 l. 5 sqq. *medicina* theoretica partitur in tria, idest -a, ethiologica et symiotica; -a est, per quam fysin intellegimus rerum; partitur ... ipsa -a in sex *eqs.* (*ubique scrib.* fys-).

piāculātor, (-ōris) *m.* *a* piaculare. *i. q. peccator: v. p. 880, 73.*

piāculo. *post p. 2068, 48 addas: deriv.*: piaculator.

pianeptiōn *v.* pyanepsion. *inserendum p. 2073, 17.*

pico. *p. 2076, 56 legas: prius.*

picros, **picra.** *p. 2078, 52 legas*: pigr- (*vel* pygr-). *p. 2078, 68 addas*: GLOSS. III 572, 64 pygras i(d est) amara vel pygra (*cf. l. 56*).

pietās. *p. 2097, 30sqq. pro parenthesi* [*sc. qui–Pisonis*] *legas*: [*de -e Galbae v. Kragelund, Historia 47, 1998, 161sqq., qui affert eiusdem imp. nummum, sc.* p. 243 adn. -i Augusti, *quo alludi ad Pisonis adoptionem sunt qui vix recte putent*]. *p. 2101, 51 inseras*: Galbae I² p. 255 n. 483 -s Augusti.

piete *v.* 1. pie. *inserendum post p. 2105, 29.*

piget. *p. 2114, 12 legas: in vim adi.*

***?*pigmentātio,** -ōnis *f.* *a* pigmentum, *si recte restit. vol. X 2, 2548, 20.*

pigmentum. *p. 2117, 67 inseras: ?*pigmentatio.

pignus. *p. 2123, 18sq. legas*: mulsi (*item iubet aliquis alterum -s dare, si credit, quod in enunt. condic. affirmatur* [*ita ut breviloquentia quadam sit e. g. 'ni fit' fere i. q. 'nisi fieri credis'*]: Epid. 701 ni ... matris filia est, in meum nummum, in tuom talentum -s da. Poen. 1242. *al.* GELL. 5, 4, 2 librarius in quodvis -s vocabat, si *eqs.*). Persa 188. CATVLL. *p. 2123, 28sq. deleas locum* GELL. *p. 2127, 43 legas: sit (cf. enunt. condic. sub IB2):*

pilargis. *p. 2136, 26 deleas: animal ignotum. quo in loco scribas: latere vid. nomen avis, fort.* phalaris *vel* pygargus.

1. pilārius. *p. 2136, 41 legas*: -us (*item* HERMEN. Celtis gloss. Zeitschr. Pap. Epigr. 166, 2008, 155 n. 24).

pīnētum. *p. 2153, 20 legas*: -um (*Reifferscheid*; prunetum *trad., v. vol. X 2, 2387, 68*). GLOSS. -um: *στροβιλεών*.

1. ▩pio. *ita legendum p. 2182, 67; post huius verbi tractatum inseras*:

2. pīo, -āre. *vox onomatopoetica; cf.* 1. pipio, pipo. *significatur actio sonandi propria animalis cuiusdam*: GLOSS. Tolet. Festschr. Bieler, 1976, 154 leones fremere; maucios (*?*) -are; upupas ponpinare.

1. piper. *p. 2188, 15 legas*: piperculum.

piperculum. *ita corrigendum p. 2189, 7; postea legas*: (-cl- *pro* -cul- *per syncopen* GLOSS.). *p. 2189, 9 inseras*: PS. DEMOCR. med. 98, 2 quanta moderate calefaciunt: ... storaces omnes, -um, fel *eqs.*

pisinnus. *p. 2213, 66sq. legas*: 8549. 24113 (bitinus). *p. 2214, 7sq. legas*: bitinus: INSCR. christ. urb. Rom. 24113 Preiectus -us, qui.

1. *et* 2. pīso. *ita legendum p. 2214, 13.*

pitheus. *p. 2224, 29 legas*: pithias, pithus.

pītuītās. *p. 2227, 64 addas*: PS. HIPPOCR. ad Antioch. vers. *δ* p. 215, 29 nascitur -s stomachi (*vers. γ p. 25, 25* pituita; *aliter gr. et aliae vers.*).

pitȳriasis. *p. 2228, 75 legas*: med. 4 tit. 4, 1 *et* 4 [*ubi – ut* 4, 9]).

pitȳrōdēs. *p. 2229, 16 inseras*: HIPPOCR. progn. 12 p. 142, 18 *urinae* peiores, quae -es sunt (*scrib. etiam* pyther-; *gr. πιτυρώδεις*).

pius. *p. 2248, 58 legas*: 1. pio.

plantātor. *p. 2330, 15 legas: apud Christianos* (*praeter* BREV. EXPOS.), *sc. p. 2330, 16sqq. ita corrigas*:

i. qui plantat, firmat: **1** *proprie*: BREV. EXPOS. Verg. georg. 2, 28 'putator' id est -r arborum.

2 *in imag. vel compar.* (*iuxta pos. – l. 39sqq.*): **a** *de deo vel Christo; plantantur*: **α** *homines*: *eqs.* **β** *res variae*: *eqs.*

b *de hominibus christ.* (*angelis – plantant*): *eqs.*

1. plānus. *p. 2335, 17 legas: sub cβ.*

plasma. *p. 2348, 42 pro* 14 *legas*: 11.

platonerv(i)um. *p. 2360, 1 legas: Basil.; cf. Cam, Rev. Phil. 81, 2007, 32sq.*).

plaustrum. *p. 2368, 55 inseras*: NOT. Tir. 112, 66 -um. 112, 67 plastrum (plau- *var. l.*).

plausus. *p. 2373, 39 legas*: 2, 10, 18.

plēbēcula. *p. 2374, 75 addas*: VITA Avit. (BHL 879) 10 quidam ... pro cuiusdam -ae salute ... ad sanctum Avitum devotus accessit *eqs.*

plēbēs. *p. 2383, 8 legas*: verr⟩uncent *acta. p. 2386, 42 legas: condicionem.*

plēnārius. *p. 2400, 57 legas*: duplicatis (splenarium, *i. σπληνάριον, coni. Fischer per litteras*).

plūmātus. *p. 2451, 47 addas: cf. Onom.* (*v. Solin, Arctos 35, 2001, 214*).

plumundāria. *p. 2459, 12 addas: fortasse latet* pulmonaria, *v. vol. X 2, 2598, 13.*

pluteus. *p. 2469, 40 legas: θυμέλη πλοίου* (*ad rem cf.* pulpitum *navis vol. X 2, 2601, 50sqq.; fort. etiam cogitare licet de summa parte lateris navigii*).

poēma. *p. 2494, 17 legas*: feminina.

poēta. *p. 2517, 1 legas: pendens.*

poledr- *v.* pulliter. *ita legendum p. 2526, 14.*

polemōnia. *p. 2526, 21 legas*: PLIN. (*et* GLOSS. conita: polomonia; *cf. vol. IV 891, 34*).

poletr- *v.* pulliter. *ita legendum p. 2528, 52.*

polītio. *p. 2535, 46sq. legas*: CATO agr. 136 tit. (*sim.* capp. 145) -em.

1. pollicitor. *p. 2559, 67 addas: formam perf. act. v. sub 1c. p. 2559, 69 legas: dat. l. 72. al. p. 2560, 9 addas*: **c** *deo*: VITA Avit. (BHL 879) 13 *Hildebertus rex* coelesti regi sub integra devotione -vit, ut ... praeciperet ... *Aviti* cultibus basilicam construere.

pollitr- *v.* pullitr-. *inserendum p. 2563, 27.*

polomōnia *v.* pole-. *addendum p. 2570, 49.*

[polumum: locus sacrorum GLOSS. *corruptum; latetne* pulvinus? *cf. vol. X 2, 2624, 29.***]**

digitized by Thesaurus Linguae Latinae